D.D. NICOLAI RODRIGVEZ
FERMOSINI
QVONDAM COLLEGÆ
DIVI ÆMILIANI SALMANTICÆ

PRO SACERDOTIBVS ET GRADVATIS; DEINDE CANONICI Doctoralis Ecclesiæ Austuricensis, & post Canonici Pœnitentiarij Vallisoletanæ Ecclesiæ; & in eius Tribunali Sanctæ Inquisitionis (Fiscali Electi) iam Inquisitoris Creati; & itidem à Rege PHILIPPO IV. Iudicis Bonorum Confiscatorum dictæ Inquisitionis etiam Intitulati; demum Fiscalis Electi pro Supremo Consilio Sanctæ & Generalis Inquisitionis, nunc eiusdem Consiliarij.

TRACTATVS II. TOMVS II.
DE
OFFICIIS ET SACRIS ECCLESIÆ.

AD TITVLVM XV. LIBRI I. DECRETALIVM GREGORII PONTIFICIS IX.

DE SACRA VNCTIONE.

Cum Indice multiplici Titulorum, Capitum, Quæstionum, Canonum, Legum, Iurium, Locorum, Rerum & Verborum in hoc Tractatu contentorum.

NVNC PRIMVM PRODIT.

CVM PERMISSV SVPERIORVM.
LVGDVNI,
Sumptibus HORATII BOISSAT & GEORGII REMEVS.
M. DC. LXII.

Fermosini
De Officiis ecclesiasticis
Tractatus II.
Tom. II.

EZ

NI,

TANO;
S,

X V.

ONE

CVM CAP. I. ET SVIS

AD RVBRICAM

VNCTIONES SACRÆ PLVRES IN Ecclesia vtuntur, & quæ?

SVMMARIVM.

1 *Ceremonia nonnulla circa sacra, & in vnctionibus Pontificum, Episcoporum, Imperatorum, Regum, Ordinandorum, Baptizandorum, Confirmandorum, ac infirmorum in extremis agentium, Altarium, Templi, & Calicis*, & n. seqq.
2 *Baptizatus chrismate vngitur in vertice, & pectore: vbi* de multiplici vnctione.
3 *Cathecumini oleo benedicto in pectore, & capite vnguntur, & in scapulis.*
4 *Confirmatus vngitur in fronte, cuius vnctio dicitur perfectrix.*
5 *Christiani nomen deriuatur à chrismate.*
6 *Episcopus vngitur in capite, & manibus*; n. 7. & 8.
7 *Præsbyteri vnguntur in solis manibus*, & n. 8. *vbi quod oleo simplici.*
8 *Vnctio Episcoporum differt multum ab vnctione Præsbiterorum, & Sacerdotum eo quòd in illo adsit plenitudo Sacerdotalium donorũ.* & n. 9.
10 *Episcopi nihil excellentius, sed nihil miserabilius, si vita periclitetur.*
11 *Episcopus, & Præsbiter in corpus Christi verum, æqualem virtutem habent.*
12 *Vnctio olei puritatem conscientiæ, Balsami famæ charitatem significat.*
13 *Vnctio Capitis in Episcopo, quid sibi velit*, & n. 14 *& manus*, n. 15. & 16.
14 *Presbiteri non vindicant sibi plenitudinem omnem Sacerdotij, vt Episcopus.*
15 *Manus vnguntur sacerdotis, & Episcopi ad certos effectus ministerij, laboris, misericordia ad benedicendum, & Sacramenta conficienda, ad ligandum, & absoluendum, & ad alios, vt* n. 16.
17 *Manus Episcopi vnguntur in eius consecratione, etsi in eius Presbiteratu vncta fuerint, & propter quos effectus.*
18 *Vnctio Regum in humero, & Brachio, & quare remissiuè.*
19 *Altaris, & Calicis consecratio, remissiuè.*
20 *Vnctio infirmorum, quæ, dicitur extrema vnctio cum oleo.*
21 *Sacramenta sacra vnctionis, & Confirmationis quæ, latissimè* sub hoc tit. in duobus tractatibus.



D. D. NICOLAI RODRIGVEZ
FERMOSINI
QVONDAM COLLEGÆ
DIVI ÆMILIANI SALMANTICÆ

PRO SACERDOTIBVS ET GRADVATIS; DEINDE CANONICI Doctoralis Ecclesiæ Austuricensis, & post Canonici Pœnitentiarij Vallisoletanæ Ecclesiæ; & in eius Tribunali Sanctæ Inquisitionis (Fiscali Electi) iam Inquisitoris Creati; & itidem à Rege PHILIPPO IV. Iudicis Bonorum Confiscatorum dictæ Inquisitionis etiam Intitulati; demum Fiscalis Electi pro Supremo Consilio Sanctæ & Generalis Inquisitionis, nunc eiusdem Consiliarij.

TRACTATVS II. TOMVS II.
DE
OFFICIIS ET SACRIS ECCLESIÆ.

AD TITVLVM XV. LIBRI I. DECRETALIVM GREGORII PONTIFICIS IX.

DE SACRA VNCTIONE.

Cum Indice multiplici Titulorum, Capitum, Quæstionum, Canonum, Legum, Iurium, Locorum, Rerum & Verborum in hoc Tractatu contentorum.

NVNC PRIMVM PRODIT.

CVM PERMISSV SVPERIORVM.
LVGDVNI,
Sumptibus HORATII BOISSAT & GEORGII REMEVS.
M. DC. LXII.

D. D.
NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI, HISPANI,
IN TRIBVNALI VALLISOLETANO SANCTÆ FIDEI INQVISITORIS,
AD TITVLVM XV.
Lib. I. Decretal.
DE SACRA VNCTIONE
CVM CAP. I. ET SVIS §. §.
AD RVBRICAM
VNCTIONES SACRÆ PLVRES IN Ecclesia vtuntur, & quæ?

SVMMARIVM.

1 *Ceremonia nonnulla circa sacra, & in vnctionibus Pontificum, Episcoporum, Imperatorum, Regum, Ordinandorum, Baptizandorum, Confirmandorum, ac infirmorum in extremis agentium, Altarium, Templi, & Calicis*, &c n. seqq.
2 *Baptizatus chrismate vngitur in vertice, & pectore: vbi* de multiplici vnctione.
3 *Cathecumini oleo benedicto in pectore, & capite vnguntur, & in scapulis.*
4 *Confirmatus vngitur in fronte, cuius vnctio dicitur perfectrix.*
5 *Christiani nomen derivatur à chrismate.*
6 *Episcopus vngitur in capite, & manibus*; n. 7. & 8.
7 *Præsbyteri vnguntur in solis manibus*, & n. 8. *vbi quod oleo simplici.*
8 *Vnctio Episcoporum differt multum ab vnctione Præsbiterorum, & Sacerdotum eo quòd in illo adsit plenitudo Sacerdotalium donorũ.* & n. 9.
10 *Episcopi nihil excellentius, sed nihil miserabilius, si vita periclitetur.*

11 *Episcopus, & Præsbiter in corpus Christi verum, æqualem virtutem habent.*
12 *Vnctio olei puritatem conscientiæ, Balsami famæ charitatem significat.*
13 *Vnctio Capitis in Episcopo, quid sibi velit*, & n. 14 *& manus*, n. 15. & 16.
14 *Presbiteri non vindicant sibi plenitudinem omnem Sacerdotij, vt Episcopus.*
15 *Manus vnguntur sacerdotis, & Episcopi ad certos effectus ministerij, laboris, misericordiæ ad benedicendum, & Sacramenta conficienda, ad ligandum, & absoluendum, & ad alios*, vt n. 16.
17 *Manus Episcopi vnguntur in eius consecratione, etsi in eius Presbiteratu vncta fuerint, & propter quos effectus.*
18 *Vnctio Regum in humero, & Brachio, & quare remissiuè.*
19 *Altaris, & Calicis consecratio, remissiuè.*
20 *Vnctio infirmorum, quæ, dicitur extrema vnctio cum oleo.*
21 *Sacramenta sacra vnctionis, & Confirmationis quæ, latissimè* sub hoc tit. in duobus tractatibus.

OCcasione huius Rubricæ, & tituli pnssu-
mus, inuestigare denonnullis circa sacra-
menta & Sacra, & circa cæremonias in vnctione
Pontificũ, Episcoporum, Imperat.& Regum; item
ordinandorum,& eorum, qui Baptizantur,& Con-
firmantur, item eorum, qui in vltimo vitæ spiritu
Sacramentum sanctæ Vnctionis accipiunt. Item &
de vnctione Altarium, Templi & Calicis; quę om-
nes vnctiones ex integra textus nostri examinan-
tur. Et sic Ægid. Trull. *de sacram. Vnct. lib. 5. de*
sacram. c. vnic. n. 1. dixit in Ecclesia reperiri septem
2 vnctiones. † Prima quâ baptizatus chrismate vngi-
tur in vertice, & huius vnctionis repetitiones
enumerat Pontif. Innocent. III. *in textu nostro sub §.*
quia verò in vers. *Sed etiam omnes Christiani bis*
ante Baptismum, (vnguntur) *scilicet oleo benedicto,*
primùm in pectore, deinde inter scapulas, & bis post
baptismum scilic. chrismate sancto primùm in ver-
tice, demùm in fronte. Vbi verbis sequentibus ex-
plicat effectus omnes prædictarum vnctionum ex
3 locis sacræ scripturæ. † Et idem Ægidius ponit
secundo loco vnctionem qua Cathecumeni oleo
benedicto in pectore, & capite vnguntur: & am-
bæ continentur in verbis sancti Pontificis. Et de
prædicto Oleo Cathecumenorum addit Barbosa
hoc Oleo in pectore vngi cum inuocatione San-
ctissimæ Trinitatis, vt nihil mali latentis, inimici in
eo remaneat, sed mens eius confortetur in fide
sanctæ Trinitatis, & in singulis, vt vndique mu-
niatur per Dei gratiam ad bona opera: ita eum Du-
rando, & Fusco *in pastor. alleg. 31. n. 6.*

4 Tertiam speciem vnctionis ponit Trullench.
Confirmationis sc. in fronte confirmati, & hæc in-
quam pertinet ad Sacramentum Confirmationis,
de qua loquitur idem Summus Pontifex Innocent.
hic *in textu nostro*, in verbis *Per frontis chrismatio-*
nem, manus impositio designatur, qua alio nomine
dicitur Confirmatio. Cuius occasione designatur hic
locus opportunus ad tractationem Sacramenti
Confirmationis, quam ad vnguem intendo tracta-
re, cùm nullus alius locus opportunior detur in De-
cretalibus, quæ vocatur *Vnctio, supercœlestis chris-*
matis siuè vt alia exempla habent *Regni cœle-*
stis participatio vt in Concilio Laodicen. *Canone*
48. cauetur, & à Dyonisio, quem refert, & sequitur
Basilius Pontius *de Sacramento Confirmationis p.*
1. c. 1. loquens de variis nominibus ibi *n. 5.* dicitur
perfectrix vnctio, & consummatio; eò quòd chri-
stianum cõsummatum efficiat, perficiat, & absoluat;
5 † Cum christiani nomen à chrismate deriuatur, quasi
christianus dici non mereatur, qui hoc oleo inun-
ctus non est: alia ibi, addens, & *n. 6.* quod hoc sacra-
mentum sæpè appelletur à ritu, & cæremonia *ma-*
nûs impositio, vt cauetur in Concilio Illiberitano
canone 38. & in Cõcilio Carthaginensi Syriaci tẽ-
pore celebrato, & in Matisconensi. 2. *can.* 3. & aliis
inquam nominibus, velnti *Chrisma*, vt ait Aug. *l.*
2. contra Petilianum c. 104. Oleumque siue *vnguẽ-*
tum cum aliquo addito à Dyonisio *l. de Ecclesia-*
stica Hierarchia c. 4. & à Cyprian. *epist. 12. Sacrum*
vnguentum, & ab August. *l. 5. contra Donatistas, c.*
20. *Oleum sanctificatum*, & à Basilio *l. de Spiritu*
Sancto c. 17. Oleum Vnctionis, & ab eodem Dyoni-
sio *Oleum sanctificum, vel Deificum &c.* Alia spe-
cificat Basilius *dict. c. 1. per totum, & sub n. 4.*

6 Quartam speciem vnctionis ponit Ægidius
Trul. Episcopi in capite; & Presbyteri in solis ma-
7 nibus in collatione ordinis sacerdotalis. † De præ-
dicta Vnctione Episcopi alloquitur Pontifex In-
nocentius III. *hic* in textu nostro *in vers. debet*
enim Episcopus, in verbis sequentibus, *Hoc Vnguen-*
to caput & manus Episcopi consecrentur; per caput
enim mens intelligitur, iuxta illud (vnge caput
tuum, & faciem tuam) *Per manus opera intelligun-*
tur, iuxta illud (manus meæ distillauerunt Myr-
rham) *manus igitur inunguntur oleo pietatis, vt*
Episcopus operetur bonum ad omnes, maximè au-
tem ad Domesticos fidei. Caput autem vngitur bal-
samo charitatis, vt Episcopus diligat Deum ex toto
corde, & ex tota anima, & ex tota mente sua &
proximum suum, sicut seipsum. Caput inungitur
propter authoritatem, & dignitatem, & manus
propter ministerium, & officium; caput enim vngi-
tur vt ostendatur illius representare personam, de
quo dicitur per Prophetam (Sicut vnguentum in
capite eius, quod descendit in Barbam Barbam Aa-
ron) *caput enim viri Christus, caput Christi Deus,*
qui de se dicit (Spiritus Domini super me; eo quod
vnxit me, euangelizare pauperibus misit me) *manus*
Episcopi inunguntur, vt ostendatur accipere pote-
statem benedicendi, & consecrandi; Vnde cum eae
consecratur inungit (consecrare inquit vt sanctifi-
care digneris Domine manus istas per istam vn-
ctionem & per benedictionem nostram, vt quæ-
cumque benedixerint, benedicantur, in nomine Do-
mini.) Et de hac vnctione amplius dico *sub q. 1. hu-*
ius Rubricæ.

Iam ergo de vnctione Præsbyteri in manibus, 8
possemus longè repetere nonnulla, quæ dixi supra
sub tit. de temporibus ordinationũ & tit. de ætate, &
qualit. ordin. Differt enim multò Vnctio sacerdo-
tum ab vnctione Episcoporum, sunt enim in istis
ampliores prærogatiuæ, cum Præsbyterorum solum
manus, & quidem oleo simplici, non admixto Bal-
samo delibutæ esse debeant; Episcoporum verò, tam
caput, quàm manus sacro chrismate perunguntur,
quod non alia ratione constitutum ab Ecclesia cõ-
stat, nisi vt plenitudinem sacerdotalium Donorum,
& gratiarum in solo Episcopo, non in Præsbytero
reperiri pateat, expressiorem quoque eos pręinferio-
ris ordinis sacerdotibus Christi imaginem referre
innotescat: ita Franciscus Halliet. *de sacris election.*
p. 4. c. 10. à n. 4. & post eum Diana *p. 12. tr. 1. res. 116.*
sub vers. *sed plura*: Item etiam chrismate Episcopa- 9
lis manus oleo præsbiteralis inungitur, tum quod
perfectionem illę operentur, quæ chrismate beneo-
lenti significatur hoc illuminandis pręsertim menti-
bus incumbant, quæ illuminatio oleo, quod ignis
pabulum esse solet, conuenienter exprimitur. Tum
quod in corpus Christi mysticum; ad quod bono
ordine, & famæ celebritate maximè opus est Epis-
copi Præsbyteris maiorem habeant potestatem: ita
idem Halliet. *suprà n. 11.* sub vers. *Ex his*, quod cõ-
firmari videtur ex verbis text. nostri vers. *Per Oleũ*
& vers. *Hoc ergo chrismate vngi debet Episcopus,*
non tam in corpore, quàm in corde, vt & interius
nitorem conscientiæ, quantum ad Deum, & exterius
habeat odorem, bona famæ quoad proximum &c. Et
ibi *debet enim Episcopus bonũ habere testimoniũ &*
ab his, qui sunt, intus, & ab his, qui sũt foris, vt Cor-
tina Cortinã trahat, & qui audit, dicat veni. Quia 10
vt ait Socolinius, quẽ refert Diana, sicut nihil Epis-
copo excellẽtius, sic nihil esse miserabilius, si de san-
cta vita Episcopus periclitetur; si sacerdos in crimi-
ne teneatur; eo quod quanto gradus altior est, tanto
ruina grauior, honor grãdis, & grandiori debet so-
licitudine circũuallari, sed vtrique in corpus Chri- 11
sti, verùm per se virtutẽ ęqualem habent, vt iã dixi
sub dicto tit. de temporib. ordin. quæ scilicet præ-
sertim conscientiæ puritate, & nitore indiget, † 12
sed an quid proinde detrahi debet Præsbyterali
Vnctioni, quo præcellere potest Episcopalis ipsi,
non

non oleum, quod conscientiæ puritatem designat, sed Balsamum, quod famæ claritatem significat, detrahendum, illudque Episcopali materiæ adiungendum.

13 Et tandem dicunt Hallier, & Diana *vbi supra*, caput solius Episcopi inungitur; quia solus regiminis, perfectam scientiam, solus gratiæ præsidendi perfectionem, solus regendi absolutam authoritatem, solus perfectæ Ecclesiæ caput, est Episcopus, solus tandem caput Ecclesiæ, Christum perfe-

14 ctius exhibet. † Præsbiteri nec plenitudinem omnem sacerdotij sibi vindicant, nec sine Episcopis aliquid gerendi authoritatem, nec perfectæ Ecclesiæ capita sunt, nec Christi perfecta; & sic Barbosa *de potestate Episcopi p. 1. tit. 1. cap. 5. n.* 10. ait quod Episcopus in capite vngitur, vt authoritas, & dignitas eius declaretur, & eum esse, scilicet caput, & Principem Ecclesiæ suæ quomodo vir vxoris suæ caput dictus est.

15 Et concludo sacerdotum, tam superioris, quàm inferioris ordinis manus inungi; Primò vt ad laborem, ad ministerium, ad diligentem, & sedulam operam, vtrorumque manus indurentur, & confirmentur; Item vt ad misericordiæ opera charitatis oleo defluentes, manus habere moneantur, non aridas, non contractas, non illiberales. Tertiò vt ad benedicendum, & sacramenta conficienda idonei reddantur. Quartò vt ad ligandum, & soluendum habiliores efficiantur: ita Hallier supra, *sub dicto n.* 11. & Diana, Socolouiùs, & Barbosa; qui dicit manus Episcopi consecrari, vt sciat Dignitatem, non propter otium, sed propter negotium suscipere, vt sciat ex illo se numero operariorum esse debere, qui sustinent pondus diei, & æstus; Deinde vt illis manibus adsit virtus Spiritus Sancti, eas teneat, & dirigat, cum illis laboret, & operetur, vt quidquid benedixerit, benedicatur, quidquid sanctificauerit, sanctificetur; & quod demùm vnguntur manus eius, vt operentur bonum ad omnes quidem, sed maximè ad Domesticos fidei, vt manus suas mittat ad fortia, vt panem otiosus non comedat, vt manus eius distillent Myrrham, vt sit Beatus seruus ille, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem, & operantem; idem Barbosa supra n. 12.

17 Quare notandum est non sufficere Episcopis quod eorum manus fuerint inunctæ in inferiori sacerdotio, sed iterum, vt iniungi debeant cum consecrantur, tum quia ad benedicendum manus eorum sanctiones efficiendæ; tum quia sacerdotum consecratio, altarium, Ecclesiarum, & cæterorum benedictio, sacramentorumque, quorundam confectio, tunc ipsis confertur. Tùm quia ad operiosius mysterium, & honorificentius officium consecrentur. Tum denique, quia cum opes Ecclesiæ in ipsorum potestate consistant, maiorem largiendi habent occasionem & ex suo statu ad pietatis, & supererogationis opera arctius deuinciuntur: ita idem Franciscus Hallier suprà *sub dicto cap.* 10. & *dict. n.* 11. in vers. *item non sufficere Episcopis.*

18 Quintam speciem vnctionis ponit Ægidius Trullench. Regum, scilicet in humero, vel brachio, de qua Pontifex Innocentius III. hic *in §. Vnde qua*, & in quo differat ab vnctione Pontificis, & Episcopi, ibi docet textus, & Ego dico *q. 1. sequenti*, in vers. *à Regia*. Aliquid *q.* 1. vers. *Sacerdotes.*

19 Sextam ponit Ægidius Trullench. Templi, Altaris, & Calicis de qua etiam dict. Pontifex Innocent. III. hic *in §. fin.* ibi. *Vngitur præterea secundùm Ecclesiasticum morem cum consecratur altare, cum dedicatur Templum, cum benedicitur Calix* &c. De quo *sub tit. infra de consecratione Altaris, & de Ecclesiis ædificandis, & infra in hac Rub.* Et vide quæ dico infra *sub cap. 2. de sacram. non iterand.*

Septimam, & vltimam speciem ponit eam nempe quæ dicitur vnctio Infirmorum, qui periclitantur de vita; quæ ideò dicitur extrema vnctio; quia confertur homini existenti in extremis, & decedenti ab hac vita; & de hac præcipuè agere videtur in textu nostro idem Pontifex Innocent. III. in principio textus nostri ibi: *Scire te volumus duas esse species vnctionis, exteriorem, qua materialis est, & visibilis, & interiorem, qua spiritualis est, & inuisibilis, exteriore visibiliter, inungitur corpus; interiore, inuisibiliter inungitur cor, de prima Iacobus Apostolus ait (infirmatur quis in vobis: inducat Præsbiteros Ecclesiæ, & orent super eum vngentes eum oleo in nomine Domini & oratio fidei saluabit infirmum.)* Quo loci omnes Doctores agunt de sacramento vnctionis, de quo hic intendo tractare sub nostro tit. Item comprobat Pontifex hic *in §. fin.* vers. *Verum vnctionis sacramentum*, de qua per quæstiones post hanc Rubricam tractatur de hoc sacramento. † Itaque etsi 20
alia ex littera nostri textus valeant hic annotari quæ sub quæstionibus huius Rubricæ intelligentur; præcipua tamen quæ in eius littera mouentur ad agitandum; eo quod nullus alius locus sese offerat opportunior in nostris Decretalibus Gregorij IX. sunt difficultates, & quæstiones de duobus sacramentis Ecclesiæ, Extremæ Vnctionis scilicet, & Confirmationis, & à quibus Ministris, & per quas vnctiones, vt infra sub littera videbimus.

Et ibi, in vers. *Licèt Romanus Pontifex non vtatur Baculo* adiunge quæ dico infra *q.* 1. à vers. *& sic.* 22

QVÆST. I.

An vnctio consecrationis Episcopalis differat à Regia, & à Pontificia? Et quare Rex, & Imperator in humero vngatur tantùm oleo; Papa, & Episcopus in capite, & chrismate etiam? Et cur Episcopi, & Papa consecrandi vngantur manus, & caput. Et quibus Regibus Christianis olim Ius vngendi fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Vnctio consecrationis Episcopi differt ab vnctione Papæ, vt ex* n. 1. *& vtriusque sunt tantum ritus accidentales ab Ecclesia instituti* n. 4.

2 *Vnctio consecrationis Episcopalis, est materia partialis ordinis sacramenti Episcopatus; non sic vnctio Papæ.*

3 *Papatus non est ordo nec sacramentum.*

5 *Episcopus vtitur Baculo curuato, Papa eo non vtitur, & quare* n. 6. 7. *& ad quos effectus*, n. 8. 9. 10 & 11.

6 *Pastoralia fere omnia officia, Baculo significantur.*

11 *Consecratus, peracto Consecrationis sacramento, sese confert ad spiritualem œconomiam cui in primis Baculus traditur.*

12 *Vnctio Regum fit cum oleo Cathecumenorum in humero, & Brachio, Episcopi in capite cum*

*chrismati,& quare,*n.13.‾14.15.16.17.18. & n.27.

15 *Vnctio Imperatorum fit tantum, vt defendant Ecclesiam.*

16 *Saul vnctus fuit in Capite.*

17 *Pontifex in manibus quare & in capite vngatur* n.18.19.10 &c.*Vbi de pluribus rationibus,ac* n.22.& n.31.

18 *Rex vngitur in humero,vt nec excludatur à repræsentatione eiusdem capitis Christi,*o.20.

20 *Principatus in humero,siue in harmo,præcipuè designatur in quibus ideo Princeps vngitur.*

21 *Christus fuit nobis immano brachium cuius liuo à sanati sumus.*

22 *Hierarcha futurus, quare primùm in Capite vngatur.*

23 *Imperator, subdiaconatus ordine præditus esse non debet,sed militari charactere donatus.*

24 *Imperatores Laicis adcensentur.*

25 *Reges non omnes vngebantur sed aliqui tantum priuilegio, vt Franciæ, & Hispaniæ, qui & sunt Canonici aliquarum Cathedralium suorum Regnorum,vt* n.16.*&* vide n.33.

27 *Vnctio Regum in quo sensu dicatur sacramentum.*

28 *Vnctio Regia à Pontificia in quo differat?*

29 *Oleum, quo Reges inunguntur, non est chrismatis,vt est Baptismi, sed aliud aliis exorcismis consecratum.*

30 *Imperatores tantùm oleo vnguntur in brachio in modum crucis, quod vocatur Cathecumenorum,& vnguntur ab Episcopo.*

31 *Vnctio Sacerdotum fit in manibus,& quare.*

33 *Vncti fuerunt olim Reges Franciæ, & Angliæ, postea ad eorum exemplum ferè omnes,vt Vngariæ,Boëmiæ, Poloniæ, & antè hæresim, Sueuiæ,Daniæ nonnergiæ, Scotiæ. Vide* numer.36.

34 *Franciæ Reges,Hierosolymitani,& Siciliæ prætendunt sibi hanc vnctionem singulari quodam priuilegio.*

35 *Oleum,quo vngitur Franciæ Rex, narratur è Cœlo dimissum & sup.*n.27.

36 *Pipinus Rex Franciæ primus fuit oleo vnctus.*

37 *Reges Hispanici Gothi vngebantur,&vbi nominantur aliqui, vbi post de Alphonso IV.* numer.38.39.

38 *Vbamba Rex Gothus,noluit Rex vocari, donec fuit vnctus per Archiepiscopum Toletanum.*

39 *Ritus vnctionum Regum Hispaniæ qui, remissiuè.*

40 *Vnctio Regum Aragoniæ, & Siciliæ remissiuè.*

41 *Vngendi Ius omnibus generaliter Regibus Christianis conuenit; fit tamen solum mentio de vnctis à Papa,quia sunt Vasalli Ecclesiæ.*

42 *Vnctio Regum non imprimit characterem nec tribuit summam in eis potestatem.*

43 *Oleum quo Reges vnguntur,significat lætitiam, & promptitudinem ad debellandum inimicos fidei.*

44 *Christus appellatur vnctus,& ab eo Reges vncti intelliguntur.*

1 AD primam quæstionis partem; abundè, & subtiliter summus Pontifex Innocentius III. tractat,& explicat locis Sacræ scripturæ, 3.*Reg. c.* 19.*Actor.* 10.ex Paulo *ad Colos.*2.Isaiæ c.9.& *in* 1. *Regum c.* 9.ponens verba horum locorum,quibus exactè distinguntur prædictæ vnctiones,cuius verba repetit Diana pro vberiori explanatione difficultatis,*p.12.tract.1.sub res.*88.in vers. *& ideo Innocentius.*

Igitur de vnctione Episcopali,& Pontificia dixit Isambertus cum aliis,vt refert Diana differre essentialiter vnctionem consecrationis Episcopi ab vnctione Papæ;quia vnctio consecrationis Episcopalis est materia partialis ordinis sacramenti Episcopatus, † sed vnctio Papalis minimè;quia Papatus non est,nec ordo,nec sacramentum,† sed idem Diana & ego cum eo existimo vtramque vnctionem Episcopalem,& Papalem esse tantum ritus accidentales ab Ecclesia institutos cum suis differentiis,& misticis significationibus. 2
copatus, † sed vnctio Papalis minimè;quia Papa- 3
tus non est,nec ordo,nec sacramentum,† sed idem 4

Et sic videmus vt in textu nostro cauetur Episcopum vti Baculo curuato, Papam eo non vti,vt iam supra adduxi,& docet cum infinitis Barbosa *hic in §.inungitur,n.*14. *&* 15.in vers. *tum propter Historiam*, & ibi, *tum propter mysticam rationem*, quam iterum repetit idem Barbosa *in pastorali* 1. *p.c.*5.*n.*14.cum Alzedo *de præcellentia Episcop. Dignit.*1.*p.c.*13.*n.*70.Hieronymo Venero,*de examine Episcopor.lib.*4.*c.*10.*n.*25. & ante Barbosam rectas rationes præstat Socolouius, quem refert Diana *p.*12.*tract.*1 *res.*119.Vbi de ratione, quare Episcopo consecrando traditur Baculus:& Annulus;item & Lotherius *de re beneficiaria tom.*1. *lib.* 1.*q.*9.*n.*97.Franciscus Hallier plura curiosa scribens *de sacram.elect.p.*2.*cap.*8.*art.*4.§.1. *n.* 5001. Vbi Baculi Pastoralis varias refert mysticas significationes;primò quod datus sit Dignitatis insigne,nam virga,seu Baculus apud veteres potestatis & dignitatis insigne habitus est, quarum formam Pastorales iam Baculi exprimunt.† Et quod Laconum in pretio fuerunt,teste Platone 2. Pastoralia ferè omnia officia Baculo Pastorali significari possunt,vt docet Isidorus Hispalēsis cuius verba scripsit synodus Aquisgranensis, ibi; *Huic autem dum consecratur, datur Baculus*, vt eius inditio subditam plebem,vel regat,vel corrigat,vel infirmitates infirmorum sustineat;† Beda,*Baculum habet Episcopus,vt subditos regat,infirmos sustineat*, Innocent.III.*Baculus correctionem significat Pastoralem.*Item ideo est acutus,rectus,in medio retortus, siue curuus in summo;quia Pontifex debet tangere pigros,regere debiles,colligere vagos. 5
Pastorales iam Baculi exprimunt.† Et quod Laco- 6
infirmorum sustineat;† Beda,*Baculum habet Epis-* 7

Imò & refert Hallier quod hoc olim lapis quidam marmoreus Tholosæ repertus nos docuit, cui sanctorum Petri, & Saturnini pedes Pastoralem gestantium imaginem cum sequenti versu insculptæ sunt, 8

Curua trahit, quos recta regit, Vltima pungit.

Verùm idem,& Diana *dicta res.*19. vers. *sed Honorius* dicunt cum eodem Honorio Augustudunensi per Baculum, quo infirmi sustentantur designari Doctrinæ authoritatem,& quod per Virgam, qua improbi emundantur,potestas regiminis figuratur,† Baculum enim dicunt portare Pontifices,vt infirmos in fide per Doctrinam erigant; & quod Virgam baiulant, vt per potestates inquietos corrigant,& quod hæc Virga,seu Baculus est recuruus, vt aberrantes à grege docendo, ad pœnitentiam trahat,& quod in extremo est acutus, vt rebelles ab excommunicando retrudat hæreticos, vel vt lupos ab ouili Christi potestatiuè exterreat dicunt etiam ab hoc non discedere Hugo à S.Victore in verbis sequentibus. *Episcopo dum regimen Ecclesiæ committitur, Baculus quasi Pastoris traditur,in quo tria notantur*, quæ significatione non carent
norius dicunt cum eodem Honorio Augustudu- 9
infirmos in fide per Doctrinam erigant; & quod 10

careent *Recuruitas, Virga, Cuſpis* in ſequenti Carmine,

Collige, ſuſtenta, ſtimula Vaga morindalenta,
Hoc eſt Paſtoris, hæc Virga figurat honoris,
Attraho peccantes, item iſtos rego, pungo Vagantes.
Officio triplici ſeruio Pontifici.

De quo eſt etiam videndus Andreas Suaſſarius *in Panoplia Epiſcopali lib.3. per totum*, & præcipuè *diſp. 8.* quibus addo Hieronymum Vielmum *de Epiſcopis titularibus p.2. fol.13.* Moſcon *in tract. militantis Eccleſiæ p.1. lib.1. cap.8. verſ. item Baculus*, Bartholum Gauant *in comment. Miſſal. & Breuiarij, tom.1. p.2. tit.1. n.6. & p.5. tit.3. §.3.* Tamburin. *de Iure Abbat. tom.1. diſp.20. q.8. n.4. & q.8. in fine*, Durand. *in rationali Diuinor. officior. lib.3. cap.15. n.4.* qui ex vltimis verbis *§. fin.* textus noſtri refert Hiſtoriam, quare Papa Baculo non vtatur.

11 Igitur dicendum eſt cum Barboſa *in paſtorali d. p.1. c.5. n.13.* quod peracto conſecrationis ſacramēto, conſecratus iam ad ſpiritualem æconomiam, ſanctæque prolis gubernationem ſeſe confert; & quod armatur, & inſtruitur, ac accipit regendæ, & gubernandæ familiæ inſtrumenta, & gubernacula, ob quæ tradi in primis in manus noui antiſtitis conſecratum Baculum, authoritatis ſcilicet, & diſciplinæ inſigne ſuſtentaculum imbecillitatis humanæ, vt ſic in coërcendis vitiis piè ſæuiens Iudicium ſine ira tenens in fouendis virtutibus, auditorum animos demulcens in tranquillitate, ſeueritatis cenſuram non deſerens, vt reuocet errantes, regat Iuſtos, pugnet, & ſtimulet ignauos, & inertes repellat necentes, ac iuxta Ezechiel *cap. 34.* attrahat vagum, ſuſtentet languidum, ſtimulet pigrum, portet in humeris ſuis exemplo Principis Paſtorum ægre, & debile; Et ſic vt *increduli* Bernardus loquitur lib.3. de conſideratione: *conuertantur ad fidem, conuerſi, non auertantur, auerſi, reuertantur, peruerſi ordinentur ad rectitudinem, ſubuerſi ad veritatem reuocentur, ſubuerſores conuincantur, vt vel emendentur ipſi, ſi fieri poteſt, vel ſi non, perdant authoritatem facultatemque alios ſubuertendi.* Igitur Magnus Leo ait, *quod negligenter paſceas, toties commendatum Dominicum gregem conuincitur ſummum non amare Paſtorem.*

12 A Regia verò Vnctione differt prædicta Epiſcopalis; quia hæc fit cum chriſmate, & in capite, ſed vnctio Regia cum oleo Cathecumenorum, & in humero, & Brachio: ſic Iſambertus, & text. noſter, vbi Barboſa *ſub dicto verſ. vnde in veteri, n.8.* dicit quod Principis vnctio eſt à capite ad brachium, vt tenent Gregorius Lopes *in l.13. gloſſa 1. tit.4. p.2.* Petrus Alphonſus de Vaſconcellos *in harmonia Rubricarum ſub hoc tit. n.9.* Fuſcus *de Viſit. lib.2. cap.6. n.5.* Vnde Pater Gerunda *de Epiſcop. tom.2. lib.8. diſp.13. cap.6. n.3.* loquens de Vnctione Epiſcopali, & Regali ſic ait: *ſolum nunc aſſero vngi præſertim in capite noſtrum Candidatum; quia Caput eſt ſuæ Eccleſiæ, quem illa loco ſponſi, & capitis venerari debet; Vel quia quantum gratia in corpus Eccleſiæ, eius ſponſæ à Deo conferenda eſt per ipſum Epiſcopum, tanquam per caput deriuandum, vel per Chriſtum, quod caput eſt totius Eccleſiæ, cuius perſonam in Ordine ad hanc*
13 *peculiarem Epiſcopus gerit.† Et quod hæc Vnctio præſtet Regum Vnctioni, quippe qui in humero vnguntur, & brachio quaſi ad defenſionem Regni, & ad eiuſdem ſuſtentationem, vt in ſecunda oratione, quæ habetur*, in Pontificali de Vnctione Regis legitur, dum vngitur, & incipit *Dei filius.*

Et de hac Vnctione Regia cum Epiſcopali 14
comparata, prorumpit Doctor Franciſcus Hallier *de ſacram elect. p.2. dict. cap.10. n.18.* poſt multa verbis ſequentibus, *Nihilominus quacumque Vnctione non ita Reges ſacri efficiuntur, aut Sancti vt Eccleſiaſtici ordinis exinde cenſeantur, vt Eccleſiaſticam poteſtatem exinde aliquam habeant; tum quod poteſtas nulla Eccleſiaſtica per Vnctionem tradatur, ſed per manus impoſitionem eo ſine vſurpatam vel inſtrumentorum ſingulorum ordinum traditionem. Vnctio verò ad ſolam perſonæ ſanctitatem ac venerationem deſignandam & efficiendam, ſeu ad diſponendum hominem ad ſacramenti condignam receptionem conferatur † Tum* 15
quod Imperatorum vnctio, nec eo fine fiat, quatenus Eccleſiaſtica miniſteria Imperatoribus, vel Regibus tractare liceat, ſed potius vt ad Eccleſiæ defenſionem, ac protectionem ſe tanquam inuictos pugiles ardentius exurgere, & præliari bella Domini debere nouerint. Aliaque ponit Verba, quibus diſtinguit vnctionem Regis ab Epiſcopali, de quo videbis Marchinum *de ſacram Ordinis tract.2. cap.7. & 8. n.7.* Dianam *dicta p.12. tract.1. ſub dicta reſ.* 88. ex eodem Hallier.

Et licèt Saul fuerit vnctus in capite, vt patet 16
ex textu noſtro, & ſacerdotes in manibus vngātur, adhuc verò iam Reges, & Imperatores in humero, & brachio vngi dicendum eſt; † Pontificem in ma- 17
nibus, primo vt ait Barboſa *in paſtorali p.1. dict. c.5. n.15.* vt is proprius honor ſit illius, quem Deus conſtituit excelſum ſuper omnes Reges terræ & quem oleo lætitiæ excellentius, & anguſtius vnxit præ conſortibus ſuis. Deinde vt oſtendatur quod primo ante omnes Reges, & Principes perſona capitis Pontificali officio repræſentetur. † Et quod 18
vngitur Rex in humero, vt nec ipſe plane excludatur à repræſentatione eiuſdem capitis: nam & huius Principatus, vt dicit Iſaias 9. fuit ſuper humerum eius, & vt ſciat ſe eſſe Miniſtrum ad portandam crucem Ieſu Chriſti, laudem bonorum, vindictam autem malorum Apoſtol ad *Roman.13.*

Alias inquam rationes ponunt Aluarus Pelagius
de planctu Eccleſiæ lib.1. cap.56. & Camill. Bor- 19
tellus, *de Regis Catholici præſtantia. cap.49. n.27.* primam ſcilicet quod Pontifex vngatur in capite vt ipſum caput eſſe Eccleſiæ viſibile cognoſceremus; Reges, & Imperatores in brachio vngantur, vt intelligant ſe omnem ſpem, & ſui Regni fortitudinem producere debere in Chriſtum, qui brachium in ſcriptura nuncupatur, ex illo Iſaiæ cap.52. *parauit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium*, & in cap.33. *Domine miſerere noſtri, te enim ſpectauimus eſto brachium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in tempore tribulationis.*

Item Pontificem vngi in capite; quia in illo de- 20
bet eſſe perfectio actiuæ & contemplatiuæ vitæ: Reges in brachio; quia in actiua principaliter exercere ſe debent, necnon in humero, qui principatum ſignificat, vt quale ſit onus, cui humeros ſubiiciuntur, rectè ponderent; & ob id Innocentius III. in textu noſtro inter alias differentias *in dicto §. Vnde*, verbis ſequentibus dixit *in verſ.* Principis vnctio à capite ad brachium eſt tranſlata, vt Princeps ex tunc non vngatur in capite, ſed in brachio, ſiue humero, vel harmo, in quibus Principatus congruè deſignatur, iuxta illud, quod legitur Iſaiæ cap. 9. *factus eſt Principatus ſuper humerum eius &c.*

21 † Et sic Diana *dicta p.12.sub dict.res.* 88.*tract.1.* in vers. *nec ineptè*, dixit nec ineptè Christum dici brachium nostrum immane, nam sicut vbi totum corpus morbo aliquo grauatur, vulneratur brachium, ex cuius vena sanguis profluit, vt totum corpus sanetur; ita cum totum humanum genus graui peccatorum morbo opprimeretur, vt incolumitatem obtineret, Christus fuit nobis immane brachium, cuius liuore sanati sumus.

2 Et amplius Socolouius, quem refert Diana *dicta p.12.tract.1. res.119.in princ.*ait *Vngitur futurus Hierarcha primum in capite, per quod mens eius designatur, quo admonetur, vt Deum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex omnibus viribus suis proximum suum, sicut se ipsum diligat, quarum rerum omnium caput fons est, & principium. Deinde vt simul authoritas, & Dignitas eius declaretur, cum scilicet esse caput & Principem Ecclesiæ suæ; quomodo vir vxoris suæ caput dictus est; honor enim, & sublimitas Episcopalis inquit Ambrosius nollis poterit comparationibus adequari, si Regum fulgori compares, & Principum Diademati, longè erit inferior, quam si Plumbi metallum ad auri fulgorem compares; quippe cum videas Regum colla, & Principum submitti genibus sacerdotum, & exosculatis, eorum dexteris, orationibus eorum se commendare, & communire, qui item cornu suo Reges, & sacerdotes vngunt, sed prouidendum est inquit Ambrosius, ne sit honor sublimis, & vita deformis, ne sit deifica professio, & illicita actio, ne sit Religiosus amictus, & irreligiosus prouectus, ne sit gradus excelsus, deformis excessus; quia sicut nihil esse diximus Episcope excellentius; sic nihil esse miserabilius, si de sancta vita Episcopus perecliuetur, si sacerdos in crimine teneatur.*

23 Et ita Valentinianus Imperator sancto Ambrosio Episcopalem sarcinam scribere verenti, *Noli timere* inquit *quia Deus qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor, & defensor tuus, vt meum ordinem decet, semper existam*; circa quæ vltima verba, vt ait Doctor Franc. Hallier *de sacram elect. dict.p.2.cap.10.art.3.§.3.sub dict. n.*18.vers. *circa*, ex glossa Imperatorem subdiaconatus ordine præditum esse non debere, sed militari charactere donatum. Indeque sexta synodo Trullana Imperatores
24 laicis adcensentur; licèt cæteris maiori prærogatiua donentur; idem quoque à Nicolao Primo inter laicos numerandi docentur, nec Diuinis, sed prophanis negotiis intendere monentur; quatenus scilicet spiritualis actio carnalibus distaret incursibus; & ideo militans Deo minimè se negotiis sæcularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus Diuinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus.

Et hactenus hic *in §. in veteri*, de vnctione Re-
25 gum agitur, intelliges non quod omnes inungi possunt, sed ex priuilegio quodam, dumtaxat, vt referunt Boët. Epo *de regalibus, vel iure Principum, in princip.n.54* & Barbosa *in addition p.6.* dicentes Francorum Regem oleo planè miraculoso, seu diuinitùs ac cælitùs olim dimisso; iam inde à primi Regis Francorum Christiani Clodouco alia addentes; item ex Gregorio Lopez Madera *En las excelencias de el Reyno de España, cap. 12. pag. 83.* Fert olim Reges Hispaniæ Gothorum temporibus similiter inungi; & quod hæc vnctio quantumuis excellentem clericatum Regibus non afferat, sed politicam dumtaxat administrationem Regni

6 Et licèt Francorum Rex sit canonicus Ecclesiæ sancti Hilarij Pictauiens & Ecclesiæ Cœnomanensis, & Andegauensis, & Hispaniæ habeat canonicatus in Ecclesiis Toletana, Burgensi, & Legionensi, & fruantur etiam in aliquibus Ecclesiis titulis Abbatum, & aliquas distributiones percipiant modo cæterorum, si præsentes fuerint in choro, nihilominus erit error manifestus dicere eos non esse prorsus laicos; licèt beneficia conferant, seu possideant, vt *in cap.3.de Iudic.quæst.5.*dixi.

Quare firmat idem Franciscus Hallier *sub dict.* 27
*n.*18.non crudè intelligendum esse, Petrum Damianum, dum quintum sacramentum in vnctionem esse Regis asserit, sumpto scilicet latissimo nomine sacramenti; hanc autem mirificè commendat, pompamque eius describit, & præmissis eius celebrationibus cleri, ac plebis consensu, necnon solemnibus de seruandis Ecclesiæ libertatibus sacramentis eam adhiberi testatur; deinde ista subiungit: *Ex tunc exuitur rex vestimentis suis, & oleo sanctificatione aspergitur, vt typico rore profusus cælesti vnguenti plenitudine glorietur; sacramentis ergo hanc vnctionem annumerat, quæ duodecim numero statuit, eas omnes sacramenti nomine donans. Ecclesiasticas caremonias, quæ quocumque modo membra Ecclesiæ distinguerent, coordinarent inter se & in aliquo gradu constituerent, vel in sublimi quodam statu collocarent: quo sensu vnctio regum sacramentum dici potest, non in Ecclesiastica, sed laica dignitatis apice suscipientem constituat.*

Igitur ex textu nostro *in d. §.Vnde*, patet, quàm 28
optimè differat vnctio Pontificis à Regia in verbis sequentibus: *In capite verò Pontificis sacramentalis est delinitio conseruata; quia personam capitis in Pontificali officio representat; refert autem inter Pontificis, & Principis vnctionem, quia caput Pontificis chrismate consecratur, Brachium verò Pontificis oleo delinitur vt ostendatur quanta sit differentia intra authoritatem Pontificis, & Principis potestatem.*

Itaque Oleum, quo Imperatores, & Reges in- 29
vnguntur nō est oleum Chrismatis, vt est Baptismi, sed aliud oleum aliis exorcismis & benedictionibus consecratum; solum enim Pontifex, vt dictum est Chrismate in capite vngitur ex Balsamo, & oleo confecto mystica ratione, † sed Imperatores tan- 30
tum oleo in brachio exorcizato, in modum crucis inungitur, non chrismate ex cærem. *lib. 1. sect. 5. cap.3.* Castald. *de imper.q.19 n.3.* Azor. *inst. mor.p. 1.lib.10.cap. 5. q. 2.* Valdesius *de Dignit. Regia, Regnor.què Hispania. cap. 14.n. 23.* sic DD. per textum hic *in dicto § Vnde*, & Barbosa *in pastor. p. 2.alleg.31.n. 12.* Quod oleum vocatur Cathecumenorum, & illi accipiunt vnctionem ab Episcopis in suis Regnis, Selua *de benefic. 1.p.q.5.n.164. & 165.* Gregor. *in l. 13. glossa 1.tit.4.p.1.* Petrus Alfonsus de Vasconcellos *in harmonia Rubric. de sacra vnctione n. 9.* Fuscus *de Visitat. cap. 6. n. 5.* Azor. *institut. moral. p. 2. lib. 10.cap.5.q.2. & 3.*

Sacerdotes verò, vt iam dixi *sub q.1.*vnguntur in 31
manibus, vt ad ministeria Dei obeunda se esse destinatos intelligerent, & vt non solùm actiuæ vitæ incumbant, sed etiam, vt bonorum operum, manum populis præmonstrent: sic Diana *dicta p. 12. tract. 1. res.* 88. vers. *& sacerdotes*, & *sacerdotes verò*, addens vt quoties scriptura agit de ministeriis Ministrorum Dei, hac phrasi vti solet, Exodi 33. *quæ iusserat Dominus per manum Moysis*, Leuit. cap 10. *ad eos per manum Moysis.* vide dict. *in princ.* vers. & *concludo*, & ante *à vers. iam ergo.*

Ad

32 Ad tertiam quæstionis partem cur Episcopo,& Papæ consecrandis vngantur manus , & caput? Respondebis ex dictis *in principio*,& sub hac nostra quæst. *à n.1.*

33 Ad quartam quæstionis partem quibus Regibus Christianis olim Ius vngendi fuisset? Respondeo olim fuisse vnctos Regem Franciæ , & Angliæ , & postea ad eorum exemplum ferè cæteros Reges oleo sacro vngi cæpisse : sic Doctor. Francisc. Hallier. *de sacram.elect.p.2.cap.*10. *art.* 5.§.3. Diana *dict. p.* 11.*tract.* 1. *res.*88.*in fine*, addeo tes quod quamuis Albericus,Rosatensis , Hostiensis, Gofredus,Cassaneus, Campegius,& alij existimarint solos in Occidenti,Francorum,Hyerosolimorum,Anglorum,& Siculorum Reges inungi prius quàm cæteri hanc sacræ vnctionis cæremoniam vsurpasse ; nihilominus tamen cum per se ritus iste augustos homines facere videretur, & ab Innocentio III. firmatus foret , ac communi Iuri postea insertus, hic in textu nostro *dict.*§.*Vnde*; inde accidisse,vt Poloniæ Reges,Bohemiæ,Vngariæ, & ante hæresim Sueuiæ,Daniæ,Nouuergiæ,Scotiæ eundem ritum amplexos fuisse , sibi credentes vtile esse, & honorificum , tum apud Deum,tum apud homines , si sacro oleo cum benedictione Pontificali inungerentur.

Prætenduot verò Reges Franciæ,Hyerosolimi-
34 tani,& Siciliæ sibi tantum hanc vnctionem singulari quodam priuilegio priuatim concessam. † Et
35 quod oleum, quo inungitur Franciæ Rex è Cælo dimissum narretur,de quo bene Renatus Copinus *lib.*2.*de Dominio Francia.tit* .2.*n.*7. D. Anton. *p.* 2.*historiali tit.*11.*cap.*2.§.7. Forcatol. *de imperio Gallorum lib.*7.*fol.*320. Cassaneus *in catalogo, p.* 5.*considerat.*30.*&* 31. Thomas Corm. *lib.*1.*rerum gestar.Henric.II.Regis fol.*18. Alex.Patrit. *de Inst. amor.& Feder.Regis Gallia lib.*1.*cap.*5. Cardinal. Baron. *Annalium Ecclesia tom.*6. *anno* 499. Ioannes Ferreult.*priuil.*7.Franc. Marcus *decis.* 456. *n.* 31.*& decis.*1024.*n.*5.*&* 7. Fuscus *de visitat. lib.* 1.*cap.*6.*n.*5.Petr.Gregor. *in preludiis optimi Iuris Consulti,probique Magistratus lib.*1.*cap.*11. Martinus Laudens.*q.*76.*de Principe*,Carolus Grassalis *de Iuribus Regum Francia.lib.*2.*Iure* 2.Guid.Pap. *q.*114.Guilliehm.Benedict.*in cap.Raynucius*,verbo
36 *duas habens filias*,*n.*77.†Castald.*de imperat.q.*18. & idem Alex. Patrit. *dict.lib.* 1. *cap.* 11. ait quod Pipinus primus Regum Francorum inunctus fuit. Et quod Reges Galliæ,& Angliæ inungantur , alij verò minimè nisi consuetudine id obseruatum fuerit refert idem Camillus Bortellus *de praest. Reg. Cath.cap.*67.

37 Sed quia idem Alex.Patrit.*dict.lib.*1. *cap.* 9. *de Inst.armor.& foederum Gallia*, probat vnctionem plerisque Regibus Christiani orbis vsitatam fuisse; ideo non desinam scribere cum Ambrosio de Morales *in chronicis Hispania nostra lib.*12. *cap.* 41. 53.*&* 57.Camillo Bottello *de praestant.Regis Cathol.cap.*49.*cum* 73. quod antiquissimi Reges Gothi vngebantur, prout relati docet de Rege Vbamba, & Heruigio dicitur *in Concilio Tolet.* 12.*cap.* 17.& de Flauio Egica ; & quod Hispaniæ Reges nihil dignius,nihilque sanctius putarint quàm , vt
38 aliorum Regum more sancto oleo vngerentur. † Imò idem Camillus refert D. Vbambam Regem vnctum fuisse per Archiepiscopum Toletanum , nec passum se Regem nominari, donec sanctorum Regum exemplo per manus Pontificum inunctus, & coronatus esset , solitosque fuisse Gothorum Reges eam sacram vnctionem recipere , asserunt etiam Garcia de Loaysa *in synodo Toletano sub Gundemaro fol.*277.*in notis ad Concil. Toletanum nonum cap.*10 *folio* 495. Alex. Patrit. *dicto lib.* 1. *cap.*10.*per totum.*

Et de vnctione Regum Hispaniæ , eo unque 39
vsitato ritu,& præcipue de Alfonso IV. memorat Garibay *in compendio historiali lib* 8. *cap.* 1. *anno* 1135. & quod Rex noster Catholicus , tanquam Rex Siciliæ oleo sancto inungatur, refert Camil. Borrel. *de praestantia Regis cathol.cap.* 49. *n.* 1. *&* 67. ait ibi *dict. n.* 2. & idem Garibay dicit,idem vsum fuisse in Regibus Nauarræ quod omnes scilicet vngerentur,vbi *lib.*16.*cap.*1.*& lib.*17. *cap.* 1. peculiariter meminit de Ferdinando Phebo,Philippo,& Carolo III.

Et de vnctione Regum Aragoniæ agit Hiero- 40
nymus Zurita *annal.eiusdem Regni.lib.*10.*cap.*68. *& lib.*7.*cap.*1.*& cap.*28.*&* 29. faciens mentionem de vnctione Regis Petri IV.& Regis Ludouici filij Petri,& nepotis Federici ; & de Rege Martino, & Ferdinando. Item de vnctione Regum Siciliæ agunt Castaldus *de imperio.q.*18.*n.*6. Curita *annal. Aragon.p.*1.*lib.*5.*cap.*17.& de omnibus prædictis D. Acugna *cap.*36.*n.*2.*de primatu*, Barbosa *de officio Episcopi p.*2.*allegat.*31.*n.*9.*&* 10.

Ex dictis sequitur dicendum generale esse Ius 41
vngendi omnibus Regibus christianis;sic vt quod peculiariter de aliquibus scribitur adimat Ius aliis; fit enim mentio tantum de illis qui vnguntur à Papa; quia sunt Vasalli Ecclesiæ,per ea , quæ notant Doctores *in cap.intelleximus de Iureiur.*& citati à Martino Laudens.*q.*23.*de Principe*, & à Restauro Castaldo supra *de Imperatore*, *q.*19.*n.*6.*& q.*36.*n.* 10.& à dict. Roderico à Cugna *de primatu Ec-*
clesia dicte cap. 36. *n.* 1. Alex.Patritio *de Institia* 42
armorum,& foederum Reg.Francia, *lib.* 1. *cap.*9.† qui *cap.* 4. probat vnctionem Regum non imprimere characterem,& *cap.* 8. quod vnctio non tribuit Regibus summam potestatem , sed alias quas-
dam prærogatiuas spirituales. † Oleum tamen , 43
quo Reges vnguntur significat lætitiam,& promptitudinem ad debellandum , vt iam dixi inimicos scilicet Ecclesiæ, & pugnandum pro fide ad consequendam victoriam: ita Barbosa *in dict.cap.*31. *de officio Episcopi n.* 8. qui sic intelligit illud Psalm. 44. *Dilexisti Iustitiam,& odisti iniquitatem;propterea vnxit te Deus tuus oleo laetitia prae consortibus tuis.* Et quod oleum dicitur lætitiæ , quia hoc significat oleo inungi,vt ostendatur lætitia, qua ingreditur in campum certaminis ad victoriam;item & quia per oleum nitor conscientiæ designatur ex nostro textu,& ex D.Thoma 3.*p.summa q.*108.*art.* 3.*in addition.* quod sicut *cap.* 10. *Actuum* dicitur de Christo , *quod predicauit*, Ioannes Iesum à Nazaret,quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto,&
virtute.† Et sicut Christus id est vnctus,appellatur 44
Dominus noster Iesus;ita Reges inunguntur, consecrantur , & coronantur , vt intelligant à Christo vncto potestatem habere, & in eo regnare,vt declarat Innocentius *in cap.Venerabilem de electione.*

* * *

QVÆST.

QVÆST. II.

An vnctio non facta in consecratione Episcopo chrismate confecto ex oleo, & Balsomo, sit supplenda, & iteranda per tres Episcopos? Et an quando aliquid est relictum in consecratione Episcopali, sit semper eodem modo reiterandum? Et an consecratio Episcopalis ministrata cum opinione probabili, sit reiteranda cum conditione? Et an sit necessaria mixtio Balsami cum oleo?

SVMMARIVM.

1 *Vnctionis defectus num suppleatur, &* à n.2.

2 *Vnctio chrismate confecta si prætermittatur in consecratione Episcopi est supplenda.*

3 *Suppletur in ordinatione Episcopali prætermissum,* & à n.4. *cum aliis.*

4 *Consecratio inchoata ab aliquo Episcopo, eo postea impedito, aut deficiente suppletur ab alio tempore congruo, & cum eisdem solemnitatibus.* n.5.

6 *Suppletur vnctio prætermissa manus, vel capitis in consecratione Episcopi per alios tres Episcopos, pontificaliter indutos, Die Dominica, seruato ieiunio, & Orationibus incipiendo ex loco relicto,* vt n.7. *vel si loco Chrismatis oleum ponatur,* vt n.8.

8 *Cæremonia partialis vnius totalis ordinationis dari potest tempore aliquo, etsi longe prius quàm alia.*

9 *Consecratio ministrata Episcopalis cum opinione probabili circa substantialia repetitur, exemplificatur,* vt n.10. *Et circa ordinis valorem sacerdotalis; & quid in minoribus, & in Eucharistia, & Pœnitentia,* vt n.12. *fallit in probabilitate,* vt n.15.

11 *Baptismus celebratus cum opinione probabili circa eius valorem repetitur sub conditione.*

14 *Ordinatio sacerdotis cum Calice vacuo reiterata fuit, & etiam facta cum Calice non consecrato,* vt n.14. *Et vide* n.17.

16 *Paraguai Episcopus consecratus ab vno Episcopo, quatenus in India sustinetur absque reiteratione cum tribus.*

18 *Repetitio sub conditione fit quando reuera in consecratione Episcopi, aut ordinis, deficit aliquid, quod est sub opinione substantiali, non sic aliter.*

19 *Chrisma in Confirmationis sacramento, in quo differat ab vnctione chrismatica Episcopali,* & n.22.

20 *Aqua, quæ est de necessitate sacramenti in Baptismo, non sic in Eucharistia.*

21 *Verba* in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti *sunt de necessitate in Baptismo, non sic in aliis Sacramentis.*

22 *Chrisma confectum ex oleo, & Balsamo cum benedictione Episcopi, necessarium in Sacramento Confirmationis, non videtur vt sic procedat in Consecratione Episcopi.*

PEr verba prima textus nostri, ibi. *Qui in conse-* 1
cratione sua sanctam non acceperat vnctionem; quoniam apud nos non consecrauerunt Pontifices, cum consecrantur, inungi nos quod illi defuerat mandauimus in ipso suppleri facientes caput eius, & manus per Albanensem Episcopum, assistentibus ei duobus Episcopis secundùm morem Ecclesiasticum, sacro chrismate deliniri. De his, & aliis dubiis narrandis *in quæst. 3. sequenti*, legitimè nunc inquirimus; item & possemus inquirere, Quare debeat suppleri consecratio à tribus Episcopis, cum aliquando fiat sine tribus. Sed quia de hoc puncto latè egi supra *in cap. 5. Archiepiscopus. 6. & 7. de temporibus ordin.* ideò alibi dicta te remitto. Et quia etiam dico plura *in cap. 1. & fin. de sacram. non iterand.* qualiter sit supplendum in sacramentis, quod incautè fuerit prætermissum; ideo nunc ad dubia proposita respondebo.

Ad primum breuiter ex dictis *in dict. cap. si Ar-* 2
chiepiscopus, & ex dictis supra *in princip. & sub q. 1.* quod cum consecratur Episcopus, caput, & manus eius inunguntur chrismate confecto ex oleo, & Balsamo propter effectus, & prærogatiuas, quas ibi posui, sequitur quod si in Consecratione talis vnctio Chrismate confecta, sit prætermissa, debeat suppleri per tres Episcopos illo inquam modo quo assistunt in vera, & legitima consecratione, iuxta quæ dixi *in d. cap. si Archiepiscopus*: ita colligunt ex textu nostro Abbas, antiquus Zabarella *Collect.* Ancharr. Bellam. Ioannes Andreas, Imola, Innocent, Butrius, Panorm. Vinianus *in rationali*, Barbosa Anton. August. *collect. 3. decret. lib. 1. tit. 11. cap. vnico.* Alagona *in compendio Iuris Canonici pag.* 110. Ximenes *in concordia p. 1. & 2.* & hæc explanantur amplius *ex quæst. 3. sequenti*, vbi de oleo, & Balsamo, & qualiter debeant concurrere.

Ad secundam quæstionis partem potest esse du- 3
bium quando v. g. reliquit Episcopus vnctionem chrismaticam, libri traditionem, aut aliud, & in hoc puncto videtur dicendum quod si in qualibet ordinatione Episcopali, seu sacerdotali relinquatur aliquid de necessitate Sacramenti, & consecrationis, non sit reiteranda omnis Ordinatio, sed tantum quoad partem relictam, vt obseruant Ioannes Pontius *in cursu theologico disp. 48. q. 2. conclus. 8. n. 15. in fine*, Diana *p. 12. tract. 1. res.* 50. vbi ex defectibus aliarum ordinationum, de quo *in dict. cap. 1. de Sacram. non iterandis*, præstat responsum ad præsens dubium.

Quare pro hoc dubio aduerto dicendum cum
Abbate hic *not. 5* Innocentio, Hostiensi, Butrio, & 4
in cap. Presbiter de Sacram. non ordin. & cum Doctoribus *in cap. ecce 1. q. 1.* cum Iordano *tom. 1. lib. 5.* & aliis, quod consecratio inchoata ab aliquo Episcopo si postea propter impedimentum illam perficere non possit, ab alio suppleri debeat; quemadmodum in altaris sacramento casum reperitur *in cap. Quorundam 3. dist.* & ob id Iordanus
supra *n. 53.* & Diana *dict. res.* 50. in vers. *hinc*, di- 5
cunt quod repetitio fieri debet tantum ab Episcopo, siue eisdem, siue aliis, tempore congruo, hoc est his tantum diebus, quibus eiusmodi Episcoporum ordinatio permissa est. & cum paramentis in reliquis solemnitatibus requisitis in prima ordinatio-
ne; quoniam ab ipsa nihil differt. † Et sic si in con- 6
secratione Episcopi fuisset prætermissa capitis vnctio, vel manuum, debebit suppleri ab eisdem tribus Episcopis, si haberi possint, sin minus ab aliis Episcopis Pontificaliter inductis die dominica, aut alias concessa, seruato ieiunio ab ordinantibus, & ordinato,

ordinato; & quod in actu delibutionis proferenda erunt verba, & orationes à Pontificali præscriptæ pro ipsis functionibus, *vngatur, & consecretur caput tuum*, &c. *vel manus tua*, &c. pro vt in ipso Pontificali; & sic de cæteris supplendis iam adducti ex regula Textus nostri.

7 Et inde dicendum est, quod si consecrandus Episcopus deficeret, & ex aliquo deliquio, erit perficienda consecratio die Dominica sequenti, incipiendo ex loco, vbi relicta fuit: sic Diana *dicta p.* 12. *tract.* 1. *res.* 50. *in fine*, firmans sic respondisse in consecratione Patris suæ Religionis D. Alexandr. porrò facta ab Eminentissimo Cardinali Franccioto ex doctrina Bernald. *de sacram. disput.* 47. *num.* 8. in verbis sequentibus: *Pastoralis cæremonia vnius totalis ordinationis dari potest tempore aliquo, licet longo, prius quam alia cæremonia eiusdem Ordinis adhibeatur, quoniam illa pars ritè per acta perseuerat moraliter subiecto, donec ponatur alia, & compleatur cæremonia*: Sic colligentes, *ex cap. presbyter. de Sacram. non iterandis*, & faciunt iam adducta ex Ioanne Pontio *dict. disputat.* 48. *quæst.* 2. *num.* 15. *in fine*.

8 † Et sic relatus Pax Iordanos *dicto tomo* 1. *lib.* 5. *tit.* 1. *num* 30. distinguens relatam supletionem in substantialibus, & non substantialibus ait, vt si quis in locis præfatis non fuerit vnctus, vel Chrismatis loco fuerit adhibitum Oleum Cathecumenorum, vel infirmotum, debeat iterum inungi, & suppleri, pro vt cauetur in Textu nostro, & *in dicto cap.* 1. cum aliis, *de Sacram. non interand.* & ponit formam supplendi alia non substantialia, de quibus dico infra *in d. c.* 1. *de Sacram. non iterand.*

9 Ad tertiam quæstionis partem, an consecratio Episcopalis ministrata cum opinione probabili, sit reiteranda? Et suppositis etiam quæ dico *de Sacram. reiterand. vel non*, respondeo cum Cardinali Lugo *in respons. lib.* 1. *dubio* 1. *num.* 11. amico nostro, Patre Scobar *Theologia Moral. tract.* 7. *axiom.* 8. *cap.* 4. §. 3. *num.* 46. Tannero *tom.* 4. *disp.* 7. *quæst.* 2. *dubio* 4. *num.* 98. Pater Quarrus *in Rubrica Missalis*, *p.* 3. *tit.* 1. *dubio* 16. cum Diana, & alij qui docent distinguendum, vt in consecratione Episcopali, in Sacramento Baptismi, & in Sacerdotio propter eorum necessitatem, & damnum irreparabile, quod ex eorum inualiditate consequeretur, debemus quoties fieri potest, certam, & securam viam amplecti, & sic debeat repeti sub conditione quidquid factum

10 fuerit cum opinione probabili. † Et ob id Diana *dict. p.* 12. *tract.* 1. *res.* 47. dicit quod sic respondisset interrogatus de tribus casibus sequentibus; de Episcopo scilicet, qui consecratus fuit ab vno tantùm Episcopo. Item & de Episcopo consecrato absque vnctione chrismatica, sed cum oleo cathecumenorum. Item & de consecratione alterius Episcopi, de qua scripsit latè Pater Contreras *infra* referendus ex eo, nempe, quia licet omnes dictæ consecrationes factæ fuerint cum opinione probabili quoad validitatem, tamen ex rationibus proximè referendis debent reiterari iterum sub conditione.

11 Est enim dicendum quod quando probabilitas versatur circa defectum valoris, adest obligatio repetendi Baptismum: ita Lugo *vbi supra*, & Pater Quarrus *dubio* 16. vbi loquendo de ordine sacerdotali, & consecratione Episcopali, & in aliis similibus, quando sunt opiniones pugnantes circa valorem ordinis, necessario iterandam esse sacram ordinationem sub conditione, & interim abstinendum esse à celebratione. † Secus de 12
aliis ordinibus inferioribus: nam præterquam ex inualiditate ordinis sacerdotalis, sequantur grauissima incommoda contra reuerentiam Sacramenti, sequitur aliud contra bonum animarum, cum non conficiatur Sacramentum Eucharistiæ, nec Sacrificium, nec fideles communicando, reciperent verum Sacramentum, nec consequerentur fructum sacrificij nec validè absoluerentur in Sacramento pœnitentiæ; obligat ergo charitas ad uitanda huiusmodi damna, præsertim spiritualia, quoties fieri potest, & ex eadem ratione concludit etiam de ordine Episcopali ex cuius valore pendet valor ordinis sacerdotalis in aliis.

Quare videtur, vt rectè respondisset Pater 13
Leander *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 6. *disp.* 3. *quæst.* 9. ordinationem scilicet sacerdotis factam cum calice vacuo fuisse reiterandam, & relatum Patrem Quarrum supra *in dict. Rub. Missal. p.* 3. *tit.* 1. *sect.* 2. *dubio* 4. Qui † interrogatus, an ordinatio sacer- 14
dotis facta cum Calice non consecrato, respondit esse sub conditione reiterandã imo & esse reiterandam ordinationem sacerdotis, qui non terigit calicem, per ea, quæ adduxit de Castillus *de Sacr. t.* 1. *tr.* 6. *disp.* 1. *dub.* 14. *n.* 105. sic idem Diana *d. p.* 11. *tr.* 1. *resol.* 9. in vers. *item ex his*, qui in versic. *verùm*, ait se olim docuisse cum Granado Baptismũ, sacerdotium, & Episcopatum collatum cum opinione probabili esse denuò reiterandũ sub conditione.

Et idem Cardinalis Lugo addit quod quando 15
probabilitas solum versatur circa obligationem repetendi, tunc non semper teneatur homo Sacramentum repetere, sic vt possit amplecti contrariam opinionem probabilem negantem illam obligationem: nam sicut in omnibus aliis materiis practicis, sic etiam in obligatione repetendi Sacramentum, possumus amplecti iudicium probabile Doctorũ dicentium in eo casu nõ esse talem obligationem, quamuis alij probabiliter dicant esse; eo quod probabilitas hæc non versetur circa valorem; sed circa licitum, & iudicium probabile practicum, concludens quod possumus amplecti vltimum licitè in omni materia.

Verùm quia de Episcopo *del Paraguay* in india 16
fuit, & adest nunc maxima controuersia, numquid eius consecratio facta tantum ab antistite vno, esset inualida, quousque à tribus Episcopis conficeretur, & Pius IV. in quadam Bulla data apud sanctum Marcum *die* 11. *Augusti* 1562. *Pontificatus sui anno* 3. quam per extensum apponit Pater Contreras contra consecrationem prædicti Episcopi *de paraguaij. art.* 1. *dubio* 2. *num.* 13. dispenset in censuris, & irregularitatibus cum Episcopis, & Archiepiscopis consecratis ab vno tantùm in illis partibus propter inopiam antistitum, quæ ibi adest, videtur vt ex dispensatione Pontificia sit licita consecratio ab vno tantùm Episcopo, si fiat in india, cum ad id dispenset summus Ecclesiæ Præsul, & quod per consequens ea consecratio non sit reiteranda; quod secus existimatur procedere, abstracta dispensatione illa Pontificia, & hic in partibus, vbi nulla Episcoporum adest inopia; ideo in proposita difficultate in nostro versic. *ad tertiam*, respectu Episcopi consecrati ab vno tantùm existimo recurrendum ad ea, quæ iam dixi, & latè, *in dicto cap. si Archiepiscopus* 6. *de temporibus ordin. sub*, *quæst.* 1. *per totam*, & *quæst.* 3. *à num.* 1.

Et

17 Et ita quamtumuis laboret Diana *in dicta. p. 12. tract. 1. resolut.* 47. ex seotentia Granadi Cootreras, Cardinalis Lugo, P. Quarti, Leandri, & aliorum quos retuli, & io principio referat ex Doctrina plurium asserentium, inter quos Henriquez, Bonacina, Filucio, & de Castillo, quod si quis ex obliuione Magistri cæremoniarum, Calice vacuo eum solo pane ei porrecto, initiaretur, vt talis ordinatio non sit repetenda, nec etiam si sacerdos non tangat Calicem, & Patenam io sua ordinatione, vt dixit Petrus Marchantius *in Tribunali Sacrament. tom. 3. tract. 6. tit. 2. quæst. 3. cor.* 2. idem que esse de ordinato in sacerdotium cum Calice, & Patena non coosecrata, vt possit acquiescere; sine scrupulo, vt dixerunt Mar. Forner *in additionib. ad Toletum de ordine, cap. 2. numero 6.* Gesualdus *in Theologia Morali. tom. 1. tract.* 35. *cap. 3. num. 6.* mihi videtur respondendum iuxta distinctiooem, quam retuli ex Cardinali Lugo, & Quatto cum aliis, vt fiat reiteratio sub conditione, quando probabilitas versatur circa defectum valoris Sacramenti; non si ea ver-
18 setur circa obligationem tantùm repetendi. † Et ita si in consecratione Episcopi deficiat voctio chrismatica, & in ordinatione deficiant ea, quæ fuerint de substantia, siue circa materiam, & formam proximam adsit opinio pugnans probabiliter, tuoc tenera reiteratio, & repetitio, sub conditiooe erit facienda: quo pacto possunt componi relatæ duæ opiniones, & melius ex his, quæ longè dico, *sub dict. tit. de Sacrament. iterann. vel non*, & circa ordinationes ex his, quæ adduxi, *sub dicta Rubrica de temporibus ordination.* vbi posui formam, & materiam præcisè requisitam, & alia non sic necessaria.

19 Ad quartam quæstionis partem, quia duplex opinio, de qua dico in Textu nostro, in versiculo *per frontis*, vbi an vnctio chrismatica sit de essentia, quando consecratur aliquis in Episcopum; & quia communiter inuoluunt Doctores vnctionem, quæ fit ab Episcopo in Sacramento Confirmationis, in qua anxiè laborant, an sit de essentia illius Sacramenti, seu tantùm ex præcepto mixtio Balsami cum oleo; sic vt iuxta resolutionem illius dubij, de quo ago *in dicto*, versic. *perfrontis*, & *in dicto cap. 1. de Sacrament. non iterand.* nunc breuiter respondeo, vt quamuis consecratio Episcopi fiat eodem chrismate, quo vtitur Episcopus Sacramento confirmationis, est tamen cum ea differentia, quod in illo Sacramento chrisma est materia totalis, in consecratione Episcopi est materia partialis, vt refert Diana *dicta p. 12. tract. 1. res.* 84. *in fine*, qui ponendo suam opinionem, ait in coosecratione Episcopi, materiam esse manus
20 impositiooem cum verbis *Accipe, &c.* † Et ita in versic. *sed instabis*, ait, quod & si dicta per Doctores in diuersam euntes sententiam, valeant in ordine ad Sacramentum Confirmationis, sed non item quoad consecrationẽ Episcopalem: nam sicut v. g. in Baptismo aqua est de necessitate Sacramenti, tamen non est de necessitate Sacramenti
21 in Eucharistia. † Et sicut verba *in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti*, in forma Baptismi sint de necessitate Sacramenti, non autem
22 aliorum Sacramentorum. † Ita inde, & in casu nostro chrisma confectum ex oleo, & Balsamo eum benedictiooe Episcopi, sit de necessitate sacramenti confirmationis: tamen non sequi esse de necessitate Sacramenti io consecratione Episcopi: ita Diana, qui firmat difficultatem hanc apud nullum legisse; vbi & si in opinione Isamberti referat dictam voctionem chrismaticam esse materiam totalem in Sacrameoto confirmationis, & in consecratione Episcopi tantum partialem, & ex eo idem resoluendum, ac in confirmationis vnctione; sed cum dicat materiam consecrationis Episcopi consistere tantùm in manuum impositione, patet, vt diuerse seotiendum sit in casu, de quo loquimor, quamtumuis ex inueterato vsu Ecclesiæ, & perpetua consuetudine Episcopus in consecratione Episcopi, vt patet *in Pontificali Romano*, vtatur eodem chrismate, quo pro vsu Sacramenti confirmationis.

QVÆSTIO III.

An si consecrans aliquem in Episcopum adhiberet prius vnctionem chrismaticam, & postea traditionem libri, consecratio, sit tantùm illicita, aut inualida: An Episcopus consecrandus, si non fuerit insignitus Sacramento confirmationis, peccet mortaliter: Et an consecratores: Et an in consecratione Episcopi, contrahatur ab Episcopo Matrimonium spirituale: Et an peccet mortaliter Episcopus consecrator, qui in Episcopali consecratione vteretur vnctione chrimatica absque Balsamo?

SVMMARIVM.

1 *Consecratio Episcopalis est valida, etiam si prius fiat vnctio chrismatica, & postea fiat libri traditio, peccat tamen sic consecrans, n. 2 & 3.*

2 *Ordo totus non iteratur, sed suppletur prætermissum suo tempore, cum manus impositio est omissa in ordine Diaconali.*

3 *Ritus in ordinatione Episcopi non videntur habere inter se connexionem, nec ordinationem, ac relationem vnius ad alterum.*

4 *Episcopus consecrandus, si antea non fuerit confirmatus, secundùm aliquos peccat mortaliter.*

5 *Documentum suscepta confirmationis solet peti a Prælatis, qui tonsurant alienum subditum.*

6 *Prima tonsura collata, non præmisso Sacramento Confirmationis, validè datur.*

7 Cap. 4 Trid. sess. 23.

8 *Confirmationis Sacramenti effectus consequuntur oratione, & susceptione aliorum Sacramentorum.*

9 *Consecratores Episcopi consecrando, nondum confirmati, solùm peccant venialiter, contra Tannerum.*

10 *Matrimonium spirituale qualiter contrahat Episcopus consecratus cum Ecclesia.*

11 *Episcopatus est spirituale coniugium.*

12 *Consecrator Episcopus vtens in vnctione chrismatica oleo absque Balsamo, verius est vt non peccet mortaliter: Et quare, n. 13.*

13 *Consecratio*

13 *Consecratio non est deferenda Episcopi cum solo oleo, quando per multum tempus deficit Balsamum.*

1 ADhærent quæstiones, de quibus hic ad præcedentes; & quia in Decretalibus nullus
datur opportunior locus; ideò de illis dicendum
indicaui. Vnde iam ad primam quæstionis partem
respondeo Consecrationem esse validam; quamtumuis iuxta sententiam Castri Palai *tom. 4. tract.*
18 *punct. 4. n. 11.* mutatio per se, & seclusa necessitate, mortale peccatum sit, eo quod saltim est contra præceptum Ecclesiæ in Christi institutione
fundatum cum Ecclesia præscribens modum in
administratione sacramentorum, illum seruan-
2 dum præcipiat. † Et est ratio quia quemadmodum *in cap. presbiter fin. de sacram. non iterand.*
præcipit Romanus Pontifex, vt si in ordinatione Diaconi, omissa sit manus impositio, non debeat totus ordo iterari, sed solum statuto tempore, cautè supplendum, quod per errorem omissum fuerit, supponens Pontifex validè collatam
fuisse posteriorem potestatem legendi Euangelia
absque priori, quæ datur per impositionem manus Episcopi; alioqui, non sat fuisset supplere
solam manus impositionem, sed etiam reiterare
Euangeliorum traditionem, si hæc validè con-
3 ferri non potuisset, non collata priori † ita imò,
& melius in casu, de quo loquimur; siquidem ex
dictis sub *vers. ad quartam*, quæstionis præcedentis, ritus in consecratione Episcopi non videntur
habere connexionem inter se, nec ordinationem, ac
relationem vnius ad alterum: ita colligo ex his,
quæ tradit, & resoluit Diana *p. 12. tract. 1. res. 67.*
affirmans quod etsi in sententia Isamberti, de qua
suprà, & aliorum, vnctio chrismatica sit substantia
consecrationis, adhuc putet in nostro casu consecrationem Episcopalem esse validam, faciunt quæ
docent Auersa *de sacrificio q. 13. sect. 16.* Suarez *in
3. p. tom. 3. disp. 85. sect. 2.* Quartus *in Rub. missal.
quæst. proæm. sess. 5 puncto 6.* Pater Amicus *in cursu
Theologico tom. 7. disp. 2. sect. 4. n. 51.* vbi quod consecrans prius sanguinem, quàm corpus Christi, Validè consecrat, etsi peccet mortaliter.
4 Ad secundam quæstionis partem, etsi nonnulli
ex Doctrina Trid. *sess. 23. cap. 4. de reformat.* inter
quos Nugnus Toletus, Fornarius, Auersa *tom. 1. de
sacram. confirmat. p. 3 q. 72.* & alij, quos ipsi referunt existiment, vt peccet mortaliter Episcopus
consecrandus, si non fuerit insignitus sacramento
Confirmationis, cum Trid. videatur imponere
præceptum; eo quod disponat, vt nec prima tonsura
initietur, qui sacramentum Confirmationis antea
non susceperit. † Solent ergo Prælati documentum
5 susceptæ confirmationis petere, vel à Parocho; vel
à proprio Prælato; quando scilicet alienus de licentia proprij quemquam initiaturus est, & sunt etiam
qui dicunt mortaliter peccare, qui non confirmatus, teneret alterum in Confirmatione.
6 Tamen his, & alijs non obstantibus existimo dicendum cum Suarez *disp. 38. sect. 1.* Valent. *q. 1.
puncto 3.* Viuald. *de confirm. n. 41.* Victoria *de ordin. n. 23.* Auila *de censur p. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 3.*
Nauar. *in summa cap. 22. n. 9.* Azor. *tom. 2. lib. 3.
mor. cap. 48. q. 1.* Molfesio *lib. 18. cap. 3. n. 24.* Zambran. de casibus occurrentibus tempore mortis *cap.
2. dub. 3. n. 2.* Soto *in 4 dist. 7. q. 1. art. 7. proposit. 3.*
& Leander cum Diana *de sacram. tom. 1. tract. 3.
disp. 2. q. 8.* Dicastillo *de sacram. tom. 1. tract. 3. disp.*
vnica dubio 10. n. 100. Martinon. *de sacram. tom. 1.
disp. 667. sect. 1. n. 11.* Martin. de san Ioseph *de monit confess. lib. 1 tract. 2. de confirm. n. 16.* alios referente cum Bonacina, Granado, Hurtado, Valentia
& alijs contrariam sententiam esse probabiliorem,
† eo quod verba Trid. *d. cap. 4.* non important præ- 7
ceptum sub mortali, nec in ordine ad recipientes
ordines, nec in ordine ad Episcopos ministrantes. † 8
Cum effectus sacramenti Confirmationis possit
alijs acquiri medijs, veluti oratione, aut susceptione
aliorū sacramentorum, eo quod sine illius sacramenti susceptione saluentur plures: & ita in terminis de
Episcopo consecrante Episcopum non confirmatum, docent Diana *p. 12. tract. 1. res. 46.* & Serra *in
3 p. D. Thomæ q. 72. art. 8 ad 3.*
Vnde ad dubium de Episcopo consecratore non 9
confirmato respondendum est, solum peccare venialiter; quia etsi sit aliqua inordinatio ministrare
hoc sacramentum ex officio, & illud nolle suscipere; non tamen est grauis: ita docent Nauarr. *in dicto
cap. 22. n. 9* Granados *in 3. p. tract. 2. disp. 1. n. 11.*
Dicastillus *supra dub. 11 n. 126.* Leander *de sacram.
tom. 1. tract. 3. disp. 2. q. 3.* etsi Tannerus *tom. 4. q. 4.
dub. 2.* sentiat peccare mortaliter, quantumuis aliqui existiment peccare mortaliter quisquis non
confirmatus teneret alterum in Confirmatione.
Ad tertiam quæstionis partem, quia affirmant 10
Doctores contrahi in consecratione Episcopali ab
Episcopo matrimonium spirituale cum Ecclesia
per textum *in cap sicut alterius vxor 7. q. 1.* & sentiunt Doctores per textum expressum *in cap. inter
corporalia de translatione Episcop.* ideo recurres
ad ea, quæ ibi notant Doctores, & Ego adduxi
sub tit. de temporib. ordin. cap. 6. Vbi dixi coniugia
spiritualia, & carnalia non esse per similitudinem
vniuocam, sed per quandam proportionalitatem,
de quo videndi sunt Suarez *tom. 3 de relig. lib. 1.
cap. 16. n. 2.* Diana *p. 12. tract. 1. res. 51.* † Geronda *de* 11
Episcopo tom. 2. lib. 8. disp. 10. per totam, vbi latè
probat Episcopatum, esse spirituale coniugium, &
alij, de quo dixi latè *in cap. quanto, & fin. de translat. Episcopi, & sub cap. Archiepiscopus de temporib. ordin. q. 1. vers. ad tertiam.*
Ad quartam quæstionis partem, an peccet conse- 12
crator Episcopus, qui in Episcopali consecratione
vteretur vnctione Chrismatica absque Balsamo: Et
quia resolutio huius dubij multum dependeat à
resolutione dubij scripta supra *quæst. preced.* vers.
ad quartam, dico, vt quantumuis in solo oleo sine
mixtione Balsami, sacramentum Confirmationis
nequeat ministrari, de quo dico infra in vers *per
frontis* huius tituli, & Suarez *dict. disp. 16.* negat
peccare mortaliter; tamen quia respectu eiusdem
sacramenti Confirmationis, dicant Ioannes Præpositus *in 3. p. q. 72. art. 2. dubio 1. n. 71.* & alij peccare,
& Isambertus, quem refert Diana *dicta p. 12. tract.
1. res 86.* adhærens respectu dicti sacramenti Con- 13
firmationis. † Verùm ego cum illo existimo eam
vnctionem non esse materiam adhuc partialem, sed
tantùm ritum accidentalem; & sic posse in necessitate adhiberi talem vnctionem in consecratione
Episcopali cum solo oleo absque Balsamo: nam
Quando adest iusta causa, scilicet ex carentia Balsami, non est cur deferri debeat consecratio per
multum tempus, vel à fortiori relinquenda.

QVÆST. IV.

An Chrisma adhibendum in consecratione sit beneficium ab Episcopo? An Episcopus peccet mortaliter si in consecratione Episcopali, adhibeat vnctionem chrismaticam confectam ex Balsamo adulterino? vel si vteretur vnctione chrismatica alterius anni?

AD has inquam quæstiones, quia respectu sacramenti Confirmationis ego respondeo in vers. *per frontis*, nostri tituli, ideò vt respectu consecratoris Episcopi alium in Episcopum respondeas, recurres ad resoluta *q.* 2. vers. *ad quartam*, & *in quest.* 3. *præcedenti*, etiam in vers *ad quartam*; & ob id nihil amplius dico. Et sic pergo ad tractationem vberrimam, tam sacramenti Extremæ vnctionis, quàm sacramenti Confirmationis.

DE SACRAMENTO Extremæ Vnctionis.

PRÆMISVM.

SVMMARIVM.

1. *Extremæ vnctionis sacramentum fuit institutum, vt virtus cælestis ex Diuina institutione applicetur infirmis terrestribus in vtilitatem animæ & corporis.*
2. *Vnctio sacra Extrema est vnum de septem sacramentis Ecclesiæ* & n. 3. & 4. *vbi contra hæreticos.*

1 IN SCRIPTIO tituli nostri, & Verba capituli; imò & Doctores communiter agunt hic de sacramento Extremæ vnctionis, vnum ex septem Ecclesiæ institutis à Christo Domino nostro, in verbis ibi: *scire te volumus*, & ibi *de prima Iacobus*, & in §. *vnguntur fin.* ibi *Verùm vnctionis sacramentum*, fuit enim hoc sacramentum institutum, vt virtus cœlestis, & Diuina institutione applicetur infirmis terrestribus in vtilitatem animæ & corporis nam sicut ingredientium in Ecclesiam, Baptismus, militantium Confirmatio, indigentium pabulo spirituali Eucharistia, vulneratorum ex peccatis Pœnitentia, sic & egredientium de Ecclesia hac militanti ad triumphantem Extremæ vnctionis sacramentum est datum, docet ex communi Sahagun de hoc sacramento agens *num.*
2 2. sic esse de fide, dicens † Et quod sit vnum ex septem sacramentis Ecclesiæ, satis constat *ex cap. Præsbiteros* 2. *cap. illud*, 2. *dist* 95. ex hoc nostro textu, & *ex cap. ad abolendam de heret.* sicut & definitum patet in Concilio Florentino, & Constantiensi *sess.* 15. Cabilonensi *cap.* 48. in Trid. *sess. 7. de sacram. can.* 1. & *sess.* 14. *de hoc sacramento*, per capita, & canones idem Sahagun. *num.* 3. ita communis etiam Doctorum apud Suarez *tom.* 4. *disp.* 39. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 7. ConinK *tom.* 2. *disp.* 19. Bonacina *disp.* 7. *p.* 1. *n.* 1. & ex Sancto Thoma *in* 3. *p. q.* 29. *art.* 1. vbi Magistri scholastici.

Item probatur ex sacra scriptura Iacobi *c.* 5. ibi *Infirmatur quis in vobis inducat Præsbiteros Ecclesiæ exorent super eum vngentes eum oleo, in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & leuabit eum Dominus; & si in peccatis sit, remittentur ei.* Quæ verba repetit Pontifex Innocent. III. hic *in dicto vers. de prima, dict. cap. præsbiteros, cap. illud.* 95. *dist.* & placuit Magistro senent. *dist.* 23. Hugo, & aliis; & quia de hoc sacramento agunt planissimè relati, & infiniti ab eis adducti, & in præcitatis locis Iuris nostri Canonici Barbosa hic *numero* 2. citans Galleciutn, Viualdum, Ledesmam, Gabrielem Vazquez, Valentiam, Bellarminum, Iacob Graffis, Fr. Emanuel Rodriguez *quæstio. regul. tom.* 3. *quæst.* 79. *art.* 1. cum duobus sequentib. Balduin Iunior *Super opera Controuer. Bellarmini part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. cum aliis, Valerium Reginald. Bartholom. ab Angelo, Franc. Pitigianum, *dist.* 23. *quæst.* 1. Naldum *Verbo Extrema vnctio*, vbi Angelus, Syluester, & alij, Posseuinum, Mirandam, quibus adde cum infinitis Dianam *parte* 3. *tract.* 4. *à res.* 167. Ægidium Trullench. *de hoc sacramento lib.* 5. *de sacram.* Leandrum. *lib.* 1. *de sacram. tract.* 4. *disp.* 1. Becan. *de sacram. cap.* 27. Filliucium *tract.* 3. *à cap.* 4. Nauarr. *cap.* 22. *in man. à num.* 12. Villalobos, Ludouicum de san Ioan. Hurtadum, & alios infra referendos. 3

Et quamuis hæretici Vualdens. Albigens. Lutherani, & alij apud D. Antonio. 4. *p. tit.* 11. *cap.* 7. §. 5. & apud Bellarmin. *libro de Extrema vnctione*, aliud sentiant, sed est certissimum quod sit verum sacramentum, iuxta responsum de fide per Florent Concil. *in decretis Eugenij IV.* Trident. *in canone* 1. *sess.* 14. vt ex eo docent omnes Patres, & Doctores sanct. Thom. *addit.* 3. *part. quæst.* 29. *art.* 1. Suarez supra *dicta disp.* 39. Valentia *tom.* 4. *disp.* 8. *quæst.* 2. Hurtado *in hoc tractatu dis.* 2. Bonacina, & alij supra dicentes etiam hoc sacramentum esse vnctionis infirmorum ad salutem animæ, & corporis, cum multis Leander supra *q.* 1. & 2. His ergo breuiter suppositis iam per quæstiones intendo materiam peragere etsi non, vt scholastici, tamen vberiori stylo, quàm solent Canonistæ interpretes. 4

QVÆST. I.

An vnctionis Sacramentum immediatè fuerit institutum à Christo Domino, & quando? An probetur ex Diui Iacobi Epistola canonica cap. 5. vers. 14. *Et ex Euangelio Diui Marci* cap. 6. vers. 13. *Et an fuerit institutum in illis verbis Ioannis* 20. Quorum remiseritis peccata &c. *Et num sit vnum specie infima, & qualiter definiatur.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Extrema vnctionis sacramentum institutum est à Christo Domino*, n. 5. *&* *à Diuo Iacobo promulgatum*, vt o. 2. 3. & 9.

2 *Christus Dominus instituit omnia sacramenta, promulgans per se, quæ sunt difficiliora ad credendum, alia reseruauit Apostolis promulganda.*

4 *Vnctiones diuersæ Regum, vt Saul, & David. &c. sunt diuersa à sacramento Vnctionis.*

6 *Extrema vnctionis sacramentum insinuatum, & institutum est tribus temporibus quoad potestatem, promulgationem, & quoad vsum, &* n. 12.

7 *De Extrema vnctionis sacramento, quare non fiat mentio in Euangelio sicut fit de aliis.*

8 *Extrema vnctionis sacramentum probatur ex verbis Diui Iacobi.* cap. 5. vers. 14. *quod colligitur ex promissione gratiæ proueniente à voluntate Diuina.*

10 *D. Marci locus* cap. 6. vers. 13. *cum locu D. Iacobi.* cap. 5. vers. 14. *&* n. 11.

11 *Vnctio, de qua loquitur D. Marcus solum pertinet ad sanitatem corporis.*

12 *Extrema vnctionis sacramentum institutum est in illis verbis Ioannis 20.* Quorum remiseritis peccata &c. *etsi aliqui dicant, in sacra Scriptura non dari locum, quando institutum fuerit*, n. 13.

14 *Extrema vnctionis sacramentum est vnum specie infima, quamuis componatur ex pluribus materiis, & formis partialibus, & vnum numero in quolibet suscipiente.*

15 *Extrema vnctionis sacramenti definitio quæ.*

1 AD primam quæstionis partem negatiue multi respondent, dicendo hoc sacramentum institutum fuisse ab Apostolo Iacobo, *dist. cap.* 5. inter quos Magister *in 4. sentent. dist.* 23. Hugo *lib.* 2. *pag.* 15. *cap.* 2. Alex. 4. *p. q.* 8. *membro* 2. D. Bonauentura *dist.* 23. *art.* 2. *q.* 1. Ioannes Ekius apud Pesantium *in addit. ad* 3. *p. q.* 33. *disp.* 1. Altissiodotens. apud Palacios *dicta dist.* 23. quod probabile videtur dicere Ianellus *tract.* 7. *de Extrema vnctio-*
2 *ne cap.* 2. dum contrariam solum vocat † sed quia quod sit sacramentum institutum à Christo Domino, immediatè definitum pateat *in dict. Trid. sess.* 14. *cap.* 1. *& canone* 1. & doceant omnes Doctores, præcipuè D. Thomas *in* 4. *quæst.* 22. *&* *q.* 11. *art.* 3. Vbi ait quod omnia sacramenta, Christus instituit per se. Sed quæ sunt difficiliora ad credendum, illa per se promulgauit, alia verò seruauit Apostolis promulganda, sicut Extremam
3 vnctionem, & Confirmationem. † Sequitur dicendum hoc sacramentum vnctionis à Christo immediatè fuisse institutum, & à D. Iacobo promulgatum, non institutum, vt infra ostendo: sic docent Dominicus Soto *in* 4. *dict. dist.* 23. Palacios *suprà.* Iauellus, & alij communiter apud Henriquez *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 1. qui id ex Patribus, & Conciliis clarè demonstrat Suarez *disp.* 39. *sect.* 1. *&* 2. Ægid. Conink *de sacrament. q.* 71. Dicastillus *tract.* 7. *dubio* 2. Ægidius Trullench. *lib.* 5. *de sacram. cap. vnico n.* 3. probantes ex Trident. & Florent. etenim *sess.* 7. *canone* 1. loquens specialiter de hoc sacramento, idem docet ibi: *Si quis dixerit Extremam vnctionem non esse verè, & propriè sacramentum à Christo Domino institutum, & à Beato Iacobo promulgatum, anathema sit.*

Quod si replices dicendo antiquissimam esse 4
vnctionis originem; quia constat Saul vnctum fuisse, & Dauid trinam habuisse vnctionem, primo *Regum* 16. secundo *Reg.* 5. & tertio *Reg.* 19. & Isaiæ 6. *Spiritus Domini vnxit me*, & *psalmo* 44. ibi. *Vnxit te Deus oleo lætitiæ*; imò & Christum Dominum oleo ex arboribus desudante vnctum fuisse capite, pedibus, & toto corpore in sepulturæ præuentionem, *Matthæi* 26. *Lucæ* 7. *Marci* 14. *Ioan.* 12. adhuc respondeo prædictas Regum vnctiones fuisse diuersas, vt docet Innocent III. in textu nostro, §. 1. quamuis tres vnctiones Regis Dauid ad significationem Baptismi, Confirmationis & Extremæ vnctionis, eleganter applicet Osius *cap.* 49. quem sequuntur Doctores, & Sahagun *de hoc sacramento sub n.* 2. vers. *nec obstant*, vbi addit Isaiam loqui de Christi vnctione per Spiritum Sanctum facta, nec ex adducta vnctione Christi nominata in relatis locis, Matthei, Marci, Lucæ, & Ioan. ait constare de tali institutione sacramenti Vnctionis vbi *sub vers. vnde*, † Et sic concludit *in* 5
vers. quibus, vt propositio Catholica sit, hoc sacramentum à Christo fuisse institutum ex illo Marci *cap.* 6. quatenus ibi cauetur conuocasse Apostolos, & binos misisse, & quod vngebant multos ægrotos, & sanabantur.

Ad secundam quando scilicet institutum fuerit, etsi Doctores varient, respondeo breuiter fuisse insinuatum à Christo Domino, Marci *dict. cap.* 6. quando (vt dictum est proximè) misit Apostolos, vt vngerent infirmos, & sanarent, & quatenus ad eius essentiam, videlicet materiam, & formam, tum etjam, & ritum in nocte Cœnæ, & quoad potestatem illud ministrandi, *Ioan.* 20. quando Apostoli post resurrectionem acceperunt ab eo potestatem absoluendi à peccatis, corpus Christi mysticum, ad quod pertinet etiam potestas ministrandi hoc sacramentum. Quoad promulgationem Iacob. *dict. cap.* 5. Et denique quoad vsum post ascensionem Christi Domini; tunc enim cæpit esse in vsu, & adhiberi ab Apostolis, vt pluribus docet Suarez *dict. tom.* 4. *disp.* 39. *sect.* 1. *n.* 4. Trullench. *d. lib.* 5. *de sacram. sub n.* 3. & alij communiter. 6

Nec obstat dicere non fieri mentionem de hoc sacramento in Euangelio, nec ab Euangelistis de tempore huius institutionis narratum; quia respondeo cum Henriquez *de sacram. lib.* 7. *cap.* 7. & Trullench. supra, posse rationem esse, cur ab Euangelistis de illo non fuerit loquutum; nempe quia Euangelistæ, præcipuè fuerunt soliciti in enumerandis iis, quæ ad salutis necessitatem pertinent, cum hoc non sit de necessitate salutis; & sic Filliucius *tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 4. *n.* 67. & Trullench. inferunt ex hoc sequi sacramentum Vnctionis esse à Christo Domino institutum quoad præscriptionem materiæ & formæ & concessionem potestatis. 7

Ad tertiam quæstionis partem respondeo ex verbis Iacobi *dict. c.* 5. *vers.* 14. iam supra adductis ibi: *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum vngentes eum oleo &c.* vt licèt aliqui Lutherani: & Caluinistæ negent hoc sacramentum, probari posse, sed cum Catholicis euidenter conuinci Extremam vnctionem esse sacramentum; quia aduersarij tria requirunt ad sacramentum, nempe symbolum externum, promissionem gratiæ & Diuinam institutionem, explicat ex verbis Iacobi Becanus *de sacr. c.* 17. *q.* 2. hęreticis respondens, & ex eo, quia institutio Diuina necessariò colligitur ex promissione gratiæ, cum Iacobus non 8

B 2 promitteret

promitteret ægroto remissionem peccatorum per externam vnctionem, nisi Deus instituisset, vt talis vnctio haberet vim remittendi peccata, quod non pendet ex voluntate humana, aut angelica, sed solùm ex diuina.

9 Quare optimè Doctores relati *suprà*, & D. Thomas *in additionib. 3. partis q. 29. art. 3. & in 4. dist. 23.* vbi Sotus *q. 1. art. 3.* Victoria *n. 111.* Osius *cap. 49.* Canisius *art. 1. & 3.* Sonnius *cap. 1. cum sequentib. de hoc sacramento*, & Ledesma *difficult. 2* Nauarr. *cap. 22. n. 12.* Chucua *lib. 3. tit. 9.* Petrus Gregor. *lib. 2. cap. 9.* Thesaurus sacerdotalis. *1 p. fol. 111. de Extrema vnctione*, & omnes *in dicto cap. Presbyteros 93. dist.* & in textu nostro, & *in dicta sess. 14. Trid.* concludunt hoc sacramentum à Christo fuisse institutum, & à Diuo Iacobo promulgatum, vt dictum est.

10 Ad quartam quæstionis partem, etsi probabile sit D. Marcum *cap. 6. vers. 13.* ibi: *Vngebant oleo multos ægrotos, & sanabant*, loqui de vnctione sacramentali ab Apostolis collata, vt dicunt Vualdensis *tom. 2. de sacram. cap. 163.* Alfonsus à Castro *lib. de hæresibus*, vers. *Extrema vnctio*, Petrus Sotus, *lect. 5. de hoc sacramento*, Maldonatus *in commentaria eius loci*, quia loquitur de ea vnctione, qua loquitur D. Iacob. & quia eadem debet esse ratio vtriusque; & quia definitio sacramenti non minus conuenit vnctioni, de qua loquitur Marcus, quàm alteri, de qua Iacobus, sed probabilius esse dicendum est illam, de qua apud Marcum non fuisse sacramentum, sed tantùm figuram & quasi præuiam adumbrationem sacramenti Vnctionis.

11 Et est Oratio, quia Vnctio, de qua loquitur Marcus solùm pertinet ad sanitatem corporis, vt patet ex contextu; & quia Apostoli vngebant promiscuè quoslibet ægrotos, vt cæcos, claudos, & etiam non baptizatos, & infideles, sed sacramentum Vnctionis supponit Baptismum, & non ministratur, nisi illis, qui sunt in periculo mortis, vt *infr.* dico. Ergo patet in illis verbis Marci, tantùm illud insinuari, vt iam dixi, & constat ex Trid. *dict. sess. 14. cap. 1.* sic tenent Ruardus, Iansenius Dominicus Soto, Bellarmin. *de hoc sacramento.* Becanus *cap. 1.* & alij alias rationes assignantes, & respondentes contrariis.

12 Ad quintam quæstionis partem, an fuerit hoc sacramentum institutum in illis verbis Ioan. *Quorum remiseritis peccata &c.* etsi Graffius *2. parte decis. lib. 1. cap. 8. numero 4.* & apud ipsum Paludan. & Asteosis *lib. 5. tit. 41. art. 2.* & alij negent affirmando institutum esse à Christo Domino, Marci *dict. cap. 6.* quando ipse Apostolos suos misit, vt sanarent infirmos vngendo eos oleo; sed quia visum est sub vers. *ad quartam*, eo loci tantum adumbratum fuisse, & insinuatum, & non institutum, dico in prædictis verbis Ioannis *cap. 20.* institutum fuisse vt docent Palaus *tom. 4. tract. 26. puncto 1. n. 4. & 3.* Petrus de Ledesma *lib. 2. practica cap. 11. n. 7.* Petrus Ledesma *in hoc tract. cap. 1. in fine*, Suarez *tom. 4. disp. 39. sect. 2.* & ex illo Reginald. *lib. 28. n. 47.* Layman *lib. 5 tract. 8. cap. 1. n. 2.* cum alijs Leander *de hoc sacramento disp. 1. q. 4.* referens alios dicentes institutum fuisse in nocte Cœnæ quoad assignationem materiæ & formæ, quoad potestatem illud administrandi, Ioannis *dict. cap. 20.* quando dedit Apostolis potestatem absoluendi, & alios dicentes institutum fuisse post resurrectionem, & ante assumptionem, vt dixit Gaspar Hurtado *de hoc sacram. dis. 3.* † Et quamuis alij 13 dicant nullum inueniri ex sacra scriptura expressum locum, vbi institutum fuerit, vt D. Thom. *in 4. dist. 23.* & ibi Sotus *quæst. 1.* Victoria *quæst. 213.* Bonacina *puncto 1. n. 3.* Castro, *verbo Vnctio*; Lumbrin, *verb. Extrema Vnctio, in initio*, & Ego de præfatis temporibus dixerim *supra* in vers. *ad secundam*, sed non est cur quæat reijci, quod hic dictum est, nempe institutum fuisse in dictis verb. Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata &c.* nam sicut hæc verba spectant ad sacramentum Pœnitentiæ, quod est institutum ad remittenda peccata: sic & de hoc sacramento, cuius officium est, vt infra dico remittere peccatorum reliquias.

14 Ad sextam quæstionis partem, respondeo esse hoc sacramentum vnum specie infima: ita Suarez *disp. 40. sect. 4. n. 3.* Filliucius *tom. 1. tract. 3. cap. 4. num. 69. & 70.* Ægidius Trullench. *lib. 5. de sacram. dubio 1. cap. vnico num. 3* probantes ex Trid. *dicta sess. 7. canon. 1.* vbi dicens sacramenta nouæ legis, nec plura, nec pauciora esse, quàm septem, enumerat Extremam vnctionem. Item probant, quia fit ex eadem materia, & forma, & quamuis componatur ex pluribus materiis, & formis partialibus, dicunt omnia hæc ordinari ad vnum finem, ad integram scilicet vnctionem, & completum effectum gratiæ; & quod non solùm est vnum specie, sed etiam numero in quolibet suscipiente, & plura numero in pluribus subiectis, sicut Baptismus, & alia sacramenta.

15 Ad vltimum de definitione respondeo cum communi Doctorum, inter quos Soto *in 4. dist. 23. q. 2. art. 1.* Nauarr. *cap. 22. n. 12.* Suarez *disp. 50. sect. 4.* Reginaldo *lib. 28. n. 44.* Hurtado *in hoc tractatu dis. 1.* Henriquez *lib. 3. cap. 8. n. 1.* Filliucius *tract. 3. n. 68.* Bellarm. *tom. 5. de Extrema vnctione, disp. 8. q. 1. puncto 1.* Viualdo *n. 5.* Bonacina *disp. 7. puncto 5. n. 11.* & cum aliis, vt Extremæ vnctionis sacramentum sit, *Vnctio exterior olei benedicti in aliquibus partibus Corporis à Presbitero facta sub præscripta forma verborum* vel quod est sacramentum, *quo Presbiter vngit oleo non consecrato certas partes corporis ægroti probabiliter periclitantis, certa verba proferendo.*

QVÆST. II.

An Oleum Oliuarum sine admixtione Balsami, sit omnis materia Sacramenti Vnctionis? Et nùm debeat esse benedictum ab Episcopo. Vbi de aliis circa materiam? Et circa formam; Et quæ dicatur materia proxime.

SVMMARIVM.

1 *Oleum Oliuarum est materia remota sacramenti Vnctionis, & n. 4. & 5. Vbi de ratione.*

2 *Oleum simpliciter dictum, intelligitur ex Oliuis.*

3 *Panis quoties in sacra scriptura fit mentio, intelligitur ex tritico.*

4 *Oleum habet quinque proprietates, linire, penetrare, afferre charitatem, significare pinguedinem gratiæ, restituere interdum sanitatem.*

Olei

5 *Olei materia, quia suauis, & penetratiua applicatur vulneribus.*

6 *Balsami admixtio non est necessaria cum Oleo ad vnctionem sacramenti vnctionis. Et quare.*

7 *Oleum vt sit vera sacramenti vnctionis materia debet esse benedictum, aut consecratum ab Episcopo, contra alios, n. 8. & hoc ex præcepto Ecclesiæ, vt n. 9.*

8 *Baptismus fit in aqua sine benedictione Episcopali; item Eucharistia in pane, & vino simplici.*

10 *Oleo alio, quàm oliuarum probabiliùs sacram vnctionem non ministrari, & si in casu vrgenti, n. 11. 12. 13.*

12 *Chrismate olim fuit Ecclesia vsa pro oleo ad vngendos infirmos.*

14 *Oleum triplex benedicitur ab Episcopo, Chrisma, & oleum Cathecumenorum, & infirmorum.*

15 *Vnctionis sacramentum ministratum per errorem cum sacro Chrismate non repetitur.*

16 *Oleum Oliuarum admixtum cum alio liquore, si non derelinquit suam naturam, adhuc est materia sacramenti exemplificatur in resaceo.*

17 *Oleum consecratum licitè à Parocho miscetur cum non consecrato, si minoris quantitatis sit non consecratum.* n. 18. 19. 20.

18 *Oleum consecratum anni præcedentis non combustum, in necessitate potest misceri cum oleo anni præsentis.*

20 *Præceptum comburendi Oleum præcedentis anni non facit præcisè, vt peccet mortaliter qui cum illo sacramentum vnctionis ministret in præsenti anno.*

21 *Vnctionis sacramenti forma non videtur præscripta in lege Diuina.* n. 21. 23. *Et quæ sit in Ecclesia Romana in vsu, ad quàm alia reducantur,* n. 24.

23 *Formæ varietas sacramenti vnctionis.*

24 *Forma sacramenti vnctionis vsitata in Ecclesia Romana deprehenditur ex verbis Diui Iacobi. Explicatur* n. 25. 26. *& sufficit data vt,* n. 18.

25 *Verba formæ sacramenti vnctionis quæ sint necessaria?*

27 *Vnctionis sacramenti forma non deficit si omittat Sacerdos dicere,* & per suam piissimam misericordiam.

29 *Vnctio ipsa ex Oleo facta est materia proxima sacramenti vnctionis, sicut in Baptismo actio lauandi vt* num. 30. *Et quare* numero 31.

31 *Sacramenta, quæ in vsu consistunt habent pro materia proxima vsum materiæ remotæ, contra alios dicentes oleum ipsum benedictum esse sacramentum.*

1 AD primam quæstionis partem, vt respondeam præmitto Oleum Oliuarum esse materiam remotam sacramenti vnctionis, & dicunt Doctores esse de fide ex Concilio Florentino in decretis Eugenij, & Trid. *sess.* 14. *cap.* 1. & quod debeat esse oleum, patet *ex cap. Diui Iacobi supra addu-*
2 *cto*, 5. ibi *Vngentes eum oleo*, relato in textu nostro † Et quod debeat esse Oliuarum, probant; quia Oleum simpliciter dictum ex Oliuis exprimitur; & in hoc sensu sumi, tam apud latinos, quàm apud scripturam Psalm. 44. ibi, *vnxit te Deus oleo* *lætitiæ, cap. presbiteros, cap. illud* 95. *dist.* sic tenent omnes iam supra adducti *q.* 1. Ægid. Trullench. *de sacram. lib.* 5. *cap. vnico dubio* 2. *n.* 1. Sahagun. *de sacram. vnct. n.* 5. & conuenit vtraque schola
Theologorum, & Canonistarum, † quæ docet 3
ex sacra scriptura, vt quoties in ea fit mentio panis, intelligitur de pane triticeo, & vino de vite, Olei de Oliua; idem Sahagun. *num.* 7. ratio autem à priori est Christi Domini institutio explicata in Conciliis, & confirmata vsu; & traditione; quia sui natura ad liniendos vulnerum dolores confert, Sahagun supra, *num.* 6. Qui & Trul-
lench. referunt etiam congruentiam; nempe quia 4
oleum habet quinque proprietates. Prima lenire colorem, secunda penetrare ad intima, tertia afferre hilaritatem, quarta significare pinguedinem gratiæ, quinta restituere interdum sanita-
tem. † Et quia Olei materia dicit Sahagun ex illo 5
Lucæ *cap.* 10. quod quia suauis est, & penetratiua, applicatur vulneribus; & ideirco in oleo huius sacramenti materiam designari ad mitigandos animæ, & corporis dolores, D. Thom. *q.* 29. *art.* 3. *in* 4. Soto *art.* 3. Victoria, *n.* 199. alij apud Henriquez *lib.* 3. *cap.* 8. & in glossa *littera E.* Ochogauia *de hoc sacramento. n.* 2. Archangelus *dist.* 23. & communis, quam tenet Dicastillo *in hoc tract. in disp.* 3. *dubio* 3. *n.* 31. & alij.

Ideo ad difficultatem respondeo non esse neces- 6
sariam ad vnctionem huius sacramenti admixtionem Balsami, sicut dicemus requiri in sacramento Confirmationis, de quo dixi aliqua in principio nostri textus, cum egi de pluribus vnctionibus: ita omnes, & Sahagun *supra*, eo quòd Balsamum propter odorem refertur ad bonam famam, qua non indiget moriturus, sed ad conscientiam, quæ significatur in oleo simplici, & naturali; quod est essentialis materia, vt dicit Becanus *de hoc sacramento q.* 3. *sub n.* 1.

Ad secundam quæstionis partem num debeat esse 7
benedictum ab Episcopo, aut consecratum, vt sit vera materia huius sacramenti? Respondeo affirmatiuè ex eo, quia cum Christus Dominus vsus non fuerit materia Confirmationis, & Extremæ vnctionis, fuit necessarium, vt ab Episcopo consecraretur: sic Sahagun intelligens secundùm omnes textum nostrum, & Florentinum Concilium, vbi habetur expressè, & Trid. *in dict. sess.* 14. *cap.* 1. & ex D. Thoma 3. *p. q.* 72. *art.* 5. & *in additionib. q.* 29. *art.* 5. Ledesma *q.* 31. *art.* 5. Soto *art.* 5 Henriquez *supra*, Archangelus *dict. dist.* 23. Trullench. *dicto dubio* 2. *n.* 1. & 2. Dicastillo, *dubio* 3. *n.* 32. Reginald. *dict. dist.* 23. *n.* 50. ex Suarez, *disp.* 40. *sect.* 1. Bonauentura Durand. Paludan. *in* 4. *dict. dist.* 23. Bellarm. *cap.* 7. *de hoc sacramento.* Vide infra *q.* 3. *vers. ad tertium.*

Et licèt alij quamplures sentiant, vt sufficiat 8
oleum simplex, quia & sic in sacramento Baptismi simplex aqua naturalis est illius materia, & panis, & vinum ad Eucharistiam, inter quos idem Palud. & Durand apud Victoriam *q.* 136. quatenus affirmant posse Papam vngere oleo non consecrato, Maldonatus *de Extrema vnctione q.* 1. quem sequitur Molfesius *tract.* 4. *cap.* 2. *num.* 22. & *cap.* 3. *num.* 25. Tamen paritas non est similis cum Christus Dominus vsus fuerit aqua in Baptismo, & in sacramento Eucharistiæ pane, & vino; respectu quorum sacramentorum, materia non indiget alia sanctificatione, quàm illa, quam Christus contulit, Sahagun *de hoc sacram. num.* 10. etiam relati pro nostra sententia. Quare non
obstat Becanus *dicta q.* 3. † acerrimè defendens. 9

ſententiam Maldonati, & Molfeſij ex relata æqui-
paratione aquæ ad Baptiſmum, & ſatisfaciens de-
cretis,& Conciliis,quibus habetur,vt oleum debeat
eſſe conſecratum, dicendo hæc tantum explicare
conſuetudinem Eccleſiæ Romanæ,quæ ex præcep-
to ſeruanda eſt,ſed non quod ſit de neceſſitate ſa-
cramenti;quia vt liquet,ſatis eſt,quod ex præcepto
Eccleſiæ,(vt ſtatim dico)ſit neceſſaria benedictio,
ſiue conſecratio olei ad hoc vt materia huius ſa-
cramenti ſit oleum benedictum.

10 Vnde infero primo quid dicendum ſi per erro-
rem, aut in neceſſitate ſacerdos vngat infirmum
Chriſmate,aut alio oleo,præter oleum infirmorum;
& videtur quod non ſit illa ſufficiens materia ex
tam dictis, vt negant Naldus *de materia Con-
firmationis n.* 4. Viualdus *n.* 7. Bonacina *diſp.* 7.
puncto 2. *num.* 5. Nugnus *q.* 29. *art.*6. Reginald.
*lib.*28.*n.*50. Valentia *diſp.*8.*q.*1.*puncto* 1. Bellam.
& Pitigian. apud Bonacinam, & Guilliem. Eſtius
in 4.*diſt.*23.§. 9. Bartholomæus de Ledeſma *officio*
11 3.*concluſ.*3 *colum.*1105. Graffius *p.*2.*cap.*8. † Sed
adhuc probabiliter multi docent, inter quos Sotus
*dict.diſt.*23.*art.*3. Henriquez *lib.*3.*cap.*8.*n.*2. Sua-
rez *tom.*4.*diſp.*49.*ſect.*1. Ludouicus *in parua ſum-
ma n.*2.*pag.*84.& Eſtius, *vbi ſupra*, ſuſtinet in ca-
ſu, quo Olei natura permaneat, Dicaſtillo *in hoc
tract.diſp.*1.*dubio* 3.*n.*28. Vbi exiſtimat quod caſu,
quo non eſſet aliud oleum, quàm Chriſma Confir-
mationis,non eſſet peccatum de facto illum inun-
gere ægrotum, cum aliis Leander *de ſacram.tract.*
4.*diſp.*2.*q.*6.

Quorum ratio eſt; quia olim Eccleſia vſa fuit
12 chriſmate pro oleo ad vngendos infirmos, vt pa-
tet *ex dict. cap. illud*, 95. Vbi probat Gregor.
ſicut Præbiteris & Epiſcopo licere ad omnes lan-
guidos ire,& cum dignum ducit aliquem à ſe viſi-
tandum, & benedicere, & tangere chriſmate ſine
cunctatione, cuius eſt ipſum chriſma conficere,
quod declarat Diana *p.* 10.*tract ſub reſol.*15. quan-
do fortè non eſſet aliud oleum, quàm Chriſma
Confirmationis; quia ſi præceptum eſt poſitiuum
Eccleſiæ, credi poteſt illam non velle in eo caſu
ſtricte ita prohibere, vt non liceat inungere ægro-
tum eo chriſmate, cum ex alio capite nulla ſecun-
dùm ſe appareat irreuerentia facta ſacramento in ea
vnctione facta ex Chriſmate.

13 Et licèt contraria ſententia conitatur fundamen-
to; quia ſaltim nunc conſuetudo Eccleſiæ repug-
nat, vt non niſi in Oleo ſimplici fiat vnctio
huius ſacramenti, quæ illud conſecrat pro vn-
gendis infirmis; & quia materia Chriſmatis di-
uerſam conſecrationem habeat, & morali æſti-
matione diuerſum vſum, & appellationem ſor-
tiantur, cùm ſit mixtura aliqua artificialis, quam
ſic tenuerunt præter relatos Layman *lib.* 5. *tract.*
8. *cap.* 1. *n.* 3. cuius verba refert Diana *dicta reſ.*
15. *in princ.* & Cardinal Lugo *de ſacram. in
genere cap.* 12. *n.* 1. tamen non eſt cur quando
occurrit caſus neceſſitatis, vt poſſit infirmus vn-
gi Chriſmate Confirmationis. Quare non eſt fe-
rendus Martinon *de ſacram. tom.* 5. *diſp.* 65. *ſect.*
1. *n.* 16. quatenus dixit hucvſque à nemine pra-
cticatum fuiſſe, vt notat Diana *p.* 10. *tract.* 16.
*reſ.*81. *verſ & ideo*, qui iterum noſtram am-
14 plectitur modo dicto. † Ad quam etiam eſt vi-
dendus Bauuius *in Teologia Morali tom.* 1.*tract.
fin. q.*3. vbi dicit quod eſt triplex genus olei quod
ad vſum Chriſtiani populi benedicitur ab Epiſ-
copo Chriſma, & oleum Cathecumenorum, &
infirmorum; & quod debet Parochus laborare
ne eorum aliquo vtatur ad aliud, quam cuius cau-
ſa eſt inſtitutum ab Eccleſia; & quod non liceat
Parocho vti hoc oleo extra eius vſum.

Quare Amicus *in curſu theolog.tom.*8.*diſp.* 19. 15
ſect....*n.*35. Dicaſtill. *de ſacram.tomo* 1.*d.tr.*7.*diſp.*
2.*dub.*3.*n.*38. docent quod ſi ſacerdos per errorem
contulit hoc ſacramentum cum ſacro Chriſmate,
nihil ſit repetendum, & hoc in omni ſententia.

Infero ſecundò, quod ſi oleum Oliuarum ad- 16
mixtum fuerit cum liuore alio ex dictis proximè
adhuc ſit materia huius ſacramenti; dummodo
admixtio ſit talis, vt Oleum non exuat natu-
ram propriam; & ob id colligi Oleum roſaceum
eſſe ſufficientem materiam huius ſacramenti, ſi
alias non ſit multum corruptum, vt tenent D.
Thom. *dict.* 23. *q.* 1. *art.* 3. Sotus *ibi.* Bonacina
dicta diſp. 7. *puncto* 2. *num.* 7. vbi citat Henri-
quez, Victorel.& Poſcium (qui de hoc caſu ni-
hil tenent) vt notat Leander *dicto tract.*4.*diſp.* 2.
q. 7. cum aliis ſequutus hanc ſententiam, & Di-
caſtillus cum Suarez,& Tannero *ſupra, num.* 34.
& tenent ex parte Victor.*q.*218. Viualdus *de ma-
teria huius ſacram. num.* 2. 17

Infero tertiò ex dictis poſſe Parochum miſcere
licitè Oleum conſecratum cum non conſecrato, ſi
quod additur ſit minoris quantitatis: ita docent
Henriquez *dict.lib.*3.*cap.*8.*n.*2.& apud ipſum D.
Thomam *diſt.* 1x. *art.*1.2. & 3. & 3.*p. quaſt.*
87. *art.* 3. Tabiena verbo *aqua*, §. 3. Sylueſter
§. 3. cum Angelo,Roſella,Panormitano, & gloſſa
poſt eum *cap.* 9. *n.* 3. Bonacina *vbi ſupra n.* 1.
Granado *tom.*5.*de Extrema vnctione diſp.*2. Tor-
reblanca, Hinojoſa,& aliis, quos ſequitur, Lean-
der *dicta diſp.* 2. *quaſt.* 8. eo quod extrema olei
non conſecrati, ita permiſcentur cum extre-
mis olei conſecrati, vt ſimul vtrumque cenſea-
tur conſecratum: ita etiam Ægidius Trullench. *di-
cto lib.*5.*de ſacram.dict.dubio* 2.*n.* 3. eo quod ma-
gis dignum, trahit ad ſe minus dignum *ex cap.
aqua,de conſecratione.*

Quare infero quartò ex proximè dicto, vt poſ- 18
ſit in neceſſitate Oleum conſecratū in anno præce-
denti,ſi ſuperſit,& non ſit combuſtum miſceri cum
oleo benedicto præſentis anni;ſi hoc non ſufficiat,
ſi contingat,vt nec ſit conſumptum,nec in ſe putri-
dum ſit,aut corruptum,nec id prudenter timeatur,
& hoc ne deficiat oleum pro ægrotis; imò, &
cæteris paribus, videtur magis conſonum ratio-
ni:nam ſi poteſt, vt dictum eſt non conſecratum
addi, cur quod iam erat conſecratum? ita do-
cent Dicaſtillo *dicto tom.* 1. *de ſacram. tract.*
4. *diſp.* 1.*dubio*3.*num.*75. Diana *dicta p.*10.*tract.*
11.*reſ.* 15. *verſ. ſed hic ſoluendum*, imò Ægi-
dius *ſupra, dict.n.*3. *in fine*, & Poſſeuinus *de offic.
Cur.cap.*9. *n.* 2. dicunt tutius eſſe,ſi commodè fie-
ri poſſit addere oleum aliud conſecratum. † Et
confirmant ex principiis communibus præceden- 19
tis Doctrinæ:nam ſi Doctores meritò docent poſ-
ſe adhiberi oleum præcedentis anni, quando vrget
neceſſitas; ſic non minus adhiberi mixtum cum
alio oleo benedicto præſentis anni; non enim ait
Ægidius Trullench.*lib.*5.*de ſacram.q. vnica dubio*
2.*ſub n.*2.*in fine*,eſt neceſſarium ad validitatem ſa-
cramenti,vt oleum fuerit eo anno benedictum:quia
nullo iure id conſtat,cum tantum ex conſuetudine,
& præcepto debeat eſſe benedictum eo anno.*c.lit-
teris,de conſecratione diſt.*3.& ob id Poſſeuinus *de
officio Curati c.*9. ait vt licèt peccaret Parochus ad-
hibens,illud alterius anni,ſed illum excuſari in ne-
ceſſitate.

Nec

20 Nec obstat quod sit præceptum comburendi oleum, præcedenti anno consecratum; quia vt dicunt Dicastillo, & Diana *suprà*, id intelligendum venit seclusa necessitate, inferentes vt illud per se solum sine nouo alio seruari possit in necessitate, & pari inquam ratione seruati posse dicunt admixtum cum nouo. Alia dico *quæst. sequenti.* Et sic iterum putat Diana *part.10. tract.16.resol.81. vers. puto*, non peccare mortaliter eum, qui oleo veteri, & non eo anno ab Episcopo benedictum, vngeret infirmos: sic cum Leandro *q.11. disp.2.* & Martino de San Ioseph, *tom. 1. lib.1. tract.1. de hoc sacram.n.*14.& ante idem Diana *p.3. tract. 4. resol.*76.tenuit contra Zambranum putantem, quod peccet mortaliter, *cap.5. de casibus occurrentibus tempore mortis dubio* 4.*n.5.&* 14. Cum Ledesma, & Henriquez, qui dixit sic respondisse Theologos Salmanticæ post longam disputationem; eo quod non constat de tali præcepto. Vide Layman *in theologia morali lib.5.tract.*8.*cap.2.n.4.*

21 Ad tertiam quæstionis partem dico contendisse veteres formam non esse præscriptam Sacramenti Extremæ-Vnctionis. Primò quia in lege diuina *Marci* 6.cum aliis supra *q.præced.*non reperitur expressa. Secundò, quia si ex lege diuina præscriberetur, forma apud omnes eadem esset, sed non est;quia est apud omnes Græcos, & alios diuersa; Ergo. Tertiò quia debet significare forma intentionem ministri, materiam, & effectum Sacramenti, vt in Baptismo,Confirmatione,& aliis; sed in hoc sacramento forma Ecclesiæ non significat, ergo non est sacramentum. Hæc recolligit Sahagun *de hoc sacram n.* 11.

22 Nec videtur quod ex verbis solitis, & ab Ecclesia Romana vsitatis, ea satis præscribatur in illis: *Per istam sanctam, aut sacram vnctionem,& suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum &c.* Cum forma sacramenti solùm videatur colligi ex illis verbis Iacob. cap.5.*orent super eum,& oratio fidei saluabit infirmum*,sed ex his verbis non colligitur forma determinata,sed solum in genere requiritur oratio sacerdotis;ergo si fiat aliqua oratio, quibuscumque
23 verbis fiat,sufficiet ad effectum huius sacramenti.† Et confirmari videtur ex varietate formarum, eo quod tempore D. Ambrosij in Ecclesia Mediolanensi,erat sequens forma in vsu,*Vnge te Oleo sanctificato in nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sancti,vt more militis vncti preparatus ad certamen aëreas possis superare potestates*, vt refert Bonauentura *in 4.dist.23.p.1.art.1.q.4.*& alij *ibidem*. Et in Ecclesia Veneta fuit olim hæc, *Vnge te Oleo Sancto,vt hac vnctione protectus fortior stare valeas aduersus aereas cateruas,in nomine Patris, & Filij,& Spiritus Sancti*: Ita Michaël Palatinus refert *in 4.dist.23.in libro sacramentali Venetorum à* Leone X. *approbato*,& præfatas omnes Becanus *de sacram.in specie cap.23.q.4.* Cum ergo ex his formis varietas colligatur,videtur sequi non esse quidquam Iure Diuino determinatum circa formam huius sacramenti;& ob id dixit Torreblanca *lib. 2. de Iure spirituali.cap. 11.n. 25.* hoc sacramentum non habere formam determinatam.

24 Sed quia iam supra *in quæst.1.*dictum est hoc sacramentum esse institutum à Christo Domino, *Marci* 6.& à D.Iacobo promulgatum, canonicæ epistolæ *cap.5.* ibi.*Si quis in vobis infirmatur* &c. *cap.Presbyteros* 1*.dicto cap illud 4. dist.* 95. Vbi deprehenditur forma,quam catholica obseruat Ecclesia,nempe,*Per istam sanctam vnctionem,& suam piissimam misericordiam,indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum*, & ita vngantur *Oculi*, eademque verba repetantur in Auribus *per auditum*; *per odoratum* in Naribus;*per gustum,& locutionem* in Ore,*per tactum* in Manibus,*per incessum* in Pedibus,*per delectationem* in Renibus;sequitur à fortiori dicendum hanc esse formam huius sacramenti adæquatam, ad quam dicendum est omnes alias formas,etiam nouas reducendas esse, cum hæc sit totius Romanæ Ecclesiæ,non quidem quoad verba,sed quoad sensum; siquidem hæc Romana est approbata in Concilio Florentino in Decretis Eugenij,& in Trid.*dict.sess.14.cap.*1. quam vocat Becanus *supra*, optimam interpretem verborum D. Iacobi,& communiter DD & Sahagun *vbi supra*, cum multis, & aliis *infra* referendis *dict.n.*11.*vers. contrarium* Archangelus *d. st.* 23. legendus *pag.* 273.vbi contrariam sententiam vocat erroneam,imò & hæreticam appellat;quoniam teste Concil. Trid. Beatus Iacobus in dictis verbis *infirmatur quis in vobis*, docet materiam,formam, ministrum, & effectum huius Sacramenti: sic etiam docet cum Filliucio,& communi Leander *de sacram. tract. 4. disp.2.q.*25.

Ex his autem verbis solum sunt de essentia for- 25
mæ hæc *per vnctionem indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum,aut auditum* &c. quia iis sufficienter significatur, & exprimitur effectus huius Sacramenti complenturque per illa sensus formæ:ita Ægidius Trullench *de sacram.dict.lib.5.c. vnico.dubio 2.n.*10.& omnes docent in forma relata Ecclesiæ Romanæ explicari omnia,quæ in forma sacramentali debent explicari.Prima causa principalis,quæ est Dei misericordia.Secunda causa instrumentalis,quæ est sacra vnctio. Tertia effectus, qui est remissio peccati, & consequenter sanitas corporis,quæ pendet ex perfecta peccati remissione, sicut morbus ex peccato:vt plurimum oriri solet,iuxta illud Ioannis 5.*Ecce sanus factus es iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*:
ita Becanus *dicta q.4.* vers. *secunda conclusio.*† Et 26
communiter sic recipi docent D.Thomas *in addition.ad tertiam part.q.29.art.7.& in 4.dict. dist.* 23.*q.1.art.4.*vbi Soto,& Palacios, Barthol. de Ledesma *difficult* 4.Chucus *lib.5.tit. 9. n. 6.* ex Florentino ex nostro textu & *dict.cap.illud* dicentes prædictus omnes effectus significari in dicta forma; quia in illo mortis periculo infirmus viribus destitutus orationum auxilio indiget,& è vita discessurus,Dei clementiæ committitur. Vnde etsi dicant Nugnus *q.29.art.6.conclus.* 4. cui satis fauent
Hurtad.*difficult.7.* Ægidius Conink. *de sacram.* 27
*disp.*19.*n.*15.& Granad.quod si quis omitteret sequentia verba, *Et suam piissimam Misericordiam*, vt non fiat sacramentum;tamen verius est conficere,eo quod hæc verba non sunt de substantia formæ, cum illis omissis integer adhuc maneat sensus formæ, vt dixi cum Trullench. & tenent D. Thom. *in 4.dict.dist.23.q.1.art.4 q.1.* Suarez *disp. 40.sect.3.n.*13.Reginald.*lib.*28.*n.*56.Nicolaus Plouc *de Extrema vnctione pag.* 34. Archangel. *dist.*
23.*pag.*273.dicens esse validum sacramentum hac 28
forma datum, *Per istam sanctam vnctionem dimittat tibi Dominus quidquid commisisti* &c.Bannius *de Extrema vnctione.q.5.*Palaus *puncto 4.n.* 4. Dicastillo *disp.1.dubio 4.n.*68.& cum Filliucio Conninc. Angles,Henriquez, Bonacina Ochogama, & Cenedo,Leander *tract.4.de sacram.disp.2 q.*19 & Diana cum alis *3.p.tract.4.resol.*180.

Ad quartam quæstionis partem, quæ dicatur 29

materia proxima huius Sacramenti; Respondeo breuiter quòd est vnctio ipsa ex Oleo facta: sic probant Doctores ex adducto loco *Iacob.* 5. ibi *vngentes eum oleo*, ex textu nostro, ex iam adductis, & ex Trident. *dict. sess.* 14. *cap.* 1. vbi inquit *vnctio sapissimè Spiritus Sancti gratiam repræsentat*, &c. & ex eo, quia hoc sacramentum non consistit in ipsa materia permanente, vt Eucharistia, sed in vsu, & actione materiæ remotæ, sicut Baptismus, & alia sacramenta; & inde habere pro materia proxima actionem, seu vsum materiæ remotæ, videlicet actionem vngendi oleo, seu ipsam vnctionem,
30 † sicut in Baptismo actio lauandi, seu ablutio est materia proxima illius, ita Ægidius Trullench. *dicto lib.* 5. *de sacram. cap. vnico. dubio* 2. *n.* 4. Coninc. *dict. tract. disp.* 19. *dubio* 2. D. Thom. vbi Theologi *in* 4. *dist.* 23. *q.* 1. *art.* 2. & 3. D. Bonauentura ibi *art.* 1. & 3. Dicastillo *disp.* 1. *dubio* 3. *n.* 39. Henriquez *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 4. Bonacina *disp.* 7. *punct.* 2. *n.* 9. Regi-
31 naldus *supra n.* 31. Leander. *dict. disp.* 2. *cap.* 13. † quia sacramenta quæ in vsu consistunt habent pro materia proxima vsum materiæ remotæ, & sic non sunt tolerandi quidam olim docentes huiusmodi sacramentum esse ipsum Oleum benedictum, vnctionem solum esse vsum ipsius: & hanc tenet etiam Becanus *de sacrament. dict. cap.* 17. *q.* 3. vers. *secunda*, qui vt confirmat, aliter etiam arguit, sed non efficaciter, vt ipse fatetur.

QVÆST. III.

An si pro administratione huius Sacramenti addatur, Oleo consecrato maior quantitas Olei non consecrati, remaneat hoc non obstante, consecratum. An vna gutta Olei sit sufficiens in vnaquaque vnctione? Et an benedictio Olei sit de necessitate sacramenti, aut solum præcepti? Et an sit de necessitate quod fiant vnctiones in formam crucis, & manu immediatè sacerdotis, aut virgula.

SVMMARIVM.

1 *Olei non consecrati maior quantitas mixta cum oleo consecrato, manet secundùm aliquos philosophando tota consecrata; etsi non sic, si Balsamus oleo misceretur, & quare. Verior contraria sententia est* num. 2. & 3. *intelliges hanc vt* n. 4.

3 *Oleum consecratum, & non consecratum, etsi in esse entis sit eiusdem qualitatis, in esse moris, differunt specie.*

4 *Olei non consecrati quantitas maior, repentè admixta minori, suffocat hanc; secus si sensim admisceatur, seu alternis vicibus.*

5 *Oleum non benedictum in necessitatibus solet addi benedicto.*

6 *Olei benedicti in vnaquaque vnctione sufficit, vt ritè Sacramentum vnctionis ministretur*, n. 7. & 9. *sicut in Baptismo vna gutta sufficit* n. 8. *& in Confirmatione vna gutta Balsami* vt n. 11.

10 *Olei diffusio si esset necessaria de facili, vna ampulla illius euacuaretur.*

12 *Benedictio olei num sit de necessitate sacramenti, variant Doctores; non sic de necessitate præcepti Ecclesiastici, vt* n. 13.

13 Cap. 1. de sacramentis non iterand.

14 *Vnctiones in sacramento Vnctionis fiunt in formam crucis, & de necessitate sacramenti iuxta aliquos. Verius vt si sic non fiant, conferatur, cum secluso scandalo consueto, illa non obligat sub mortali*, vt n. 16. 17. 18. & 19.

16 *Vnctio in Sacramento Confirmationis requiritur iuxta eius formam, vt fiat in formam crucis, non sic in Sacramento Vnctionis. Et de ratione differentia?* n. 18.

18 *Sacramenta Vnctionis, & Confirmationis in quo differant?*

19 *Vngens sacerdos infirmum sine forma crucis, qualiter, & quando peccet contra pium Ecclesiæ vsum.*

20 *Vnctio vt fiat manu immediata Sacerdotis, non est de necessitate sacramenti, sufficit, vt virgulâ, &* n. 21.

21 *Virgâ oblongâ tempore pestis, potest vngere sacerdos infirmum. Et de qua materia debeat esse Virga*, n. 22. *Et de ratione* n. 23.

23 *Sacerdotis ministrantis tempore pestis sanctam Vnctionem, oportet vitam, & salutem conseruari.*

AD primam quæstionis partem, etsi nonnulli philosophando, teneant pro affirmatiua sententia distinguendo inter admixtionem Olei cum Balsamo ab admixtione Olei cum Oleo; quatenus in hoc vltimo existiment Olei non consecrati maiorem quantitatem intermixtam consecrato efficere, vt etiam consecratum remaneat: nam quoties duo liquores, qui admiscentur, sunt eiusdem speciei, & habent qualitates indiuiduales, valde similes eiusdem virtutis, & vigoris, vt duo vina alba, vel olea, non fit verè commixtio, nec resultat aliquod tertium, sed est quædam vnio, & continuatio illarum partium; & quamuis maior pars superaddatur minori, cum non habeant contrarietatem qualitatum, non miscentur per mutuam actionem, & passionem, nec maior quantitas destruet minorem; ob idque totum oleum manere consecratum. 1
† Quod non sic est in casu primo, in quo si addatur maior quātitas olei non consecrati Chrismati, proculdubio totum remanet non consecratum propter liquores specie differentes; nempe Balsamum, & oleum, & propter qualitates specie, & indiuidualiter dissimiles, ex quorum mixtione, corruptis partibus, tertium quid resultat, latè defendit videndus Magister Hinojosa, *in directorio decisionum regularium*, vers. *Baptismus. fol.* 49. Cuius verba refert Diana, *p.* 11. *res.* 15. *tract.* 3. 2

Nihilominus, dicendum est probabiliorem esse sententiam contrariam, à qua quantumuis videatur discedere D. Magister Hinojosa, adhuc ipse consulens dixit, ne in minimo excessu quantitatis superfundatur oleum non consecratum; quia quamuis vtrumque sit eiusdem speciei in esse entis, sed in esse moris; id est in esse consecrati, & non consecrati, differunt specie; atque adeo prudenter esse cauendum, ne tanta sit quantitas olei superaddendi, quæ suffocet consecratum, hoc est non penetretur omnino vndequaque à partibus olei consecrati. † Quare rectius dixerunt communiter Doctores commixtam olei non benedicti maiorem quantitatem repentè, vt vno iactu cum minori consecrati, destruere consecratum, secùs si sensim, seu alternis vicibus admisceatur non benedictum in minori quantitate: sic Ludouicus de 3 4

S Ioan.

S. Ioan. *art.2.dif.6.pag.719.* & in summa parua *pag.84.n.2.* Quintanaduceñas, *te.1.tr.1.de sacram. singul.1.num.4.* Leander *de hoc sacram.disp.4.q.9.* cum aliis, nouissimè Diana, *dict.p.1 1.tract.3. ref. 15.* cum Cruz, Petro de Ledesma, Henriquez, *lib. 3.cap.8.num.2.* Dicastillo *de sacramentis tom. 1. tract.7.disp.1.dubio 7.num.74.* Præpositus *in 3.p. D.Thome q.vnica de hoc sacramento.dubio 3.n.19.* bene Trullench.*dict.dub.1.n.3.* Lessius *3.p.de sacram.Extrem.vnct.cap.1.dubio 5.n.11.* † Animaduertens in necessitate posse addi oleo benedicto aliquid olei non benedicti, vt habetur *in cap.quod in dubiis de consecrat.Ecclesiæ, vel altaris*; dum tamen id, quod additur minori sit quantitate, vel si non sit minus, saltim fiat additio sensim; quia si sic fiat, semper censetur idem esse, quod immediatè antea erat. Videbis Hurtadum *dis.4.in principio,* & Dianam *p.9.tract.6.dis.44.* Vbi cum Zambrana, Lessio, Candido, Baunio, Ludouico de S. Ioan. Leandro, & aliis pro hac; licèt aliquantulum deuient, Nicolaus Isambert *in 3.p.D.Tho. de sacram. vnctionis. disp.2. art.3.* & Ioannes Vmbagets *in 3.p.D.Thomæ in supplem.q.19.art.1.n.6.* adducentes textum *in dict.cap.quod in dubiis de consecrat. Ecclesiæ, vel altaris*, quorum verba, & Zambranæ latè loquentium refert citatus Diana, quæ quidem explicantur ex proximè dictis.

6 Ad secundam quæstionis partem video nonnullos negare quod sufficiat vna gutta olei in vnaquaque vnctione; eo quod debet quælibet vnctio essentialis tanta esse, quanta satis est, vt iuxta communem modum veram rationem vnctionis astringat; & sic non sufficere vnam guttam olei stillare; quia hoc non est vngere: ita Filliucius *tom. 1. tr. 3.cap.4.n.78.* Ægidius Trullench.*dicto dub.2. lib. 5.sub n.7.* quibus addo Suarez *disp.40.sect.2. n. 5.* Granad.*disp 2.n.4.* Marchinum *de peste p. 3. cap. 6.n.14.* Reginald *lib.28.ca.9.n.53.* Valentiam, Posseuinum, & alios sic tenentes; quia nec ad Baptismum sufficit vna aquæ gutta.

7 Sed iudico probabilius et vna gutta olei vnctio perficiatur in qualibet parte; quia qui sic vngit verè dicitur vngere; tum quia idem communiter tenent Doctores, vt sufficiat ad Baptismum vna gutta aquæ: ita docent Vazquez, Henriquez, Ochogauia, & alij, quos sequitur Leander *dict disp.1.de hoc sacram.q.12.* Tannerus *dubio 1.q.2.* Dicastillo *n.44.* qui tentat reducere Suarium, & Filliucium ad hanc sententiam, Gaspar. Hurtado *de Baptismo*
8 *disp.1.dif.6.* † Dicens id, quod de quantitate aquæ in Baptismo asseritur, hoc etiam de quantitate olei circa sacramentum Vnctionis asserendum; & quamuis Diana *p.3.tract.4.resol.177.* respondeat in hoc cogitandum, adhuc pensata paritate, videtur vt potius debeat recipi respectu huius sacramenti, cum vna gutta olei plus madefiat, ac porrigatur, quàm vna gutta aquæ.

9 Quare licèt Suarez dixerit *tom.4.dicta disp.40. sect.2.n.4.* satis non esse in ministratione huius sacramenti vnicam guttam olei stillare, quia id, vel non est vngere, vel certe est res aliquo modo dubia; sed oportere partem corporis oleo linire aliquod per illam defundendo; quia hoc est propriè, & in rigore vngere; sed hoc improbant, & meritò idem Tannerus *tom.4.disp.7 q. 1. dubio 3 n. 16.* idem
10 Diana *p.5 tract.1.ref.88 vers. notandum.* Dicentes quod si diffusio Olei esset necessaria, sanè ampulla Olei breui vacuaretur, & vsu loquendi, & operandi; & quod quæuis gutta Olei ad veram vnctio-
11 nem aliquantæ partis corporis sufficiat. † Vt etiam in Confirmatione ob Balsami raritatem, parcissima vnctio adhiberi solet, nec plus in Ritualibus exigi: ita ipsi improbantes contra tenentes.

Ad tertiam quæstionis partem an benedictio 12 olei sit de necessitate sacramenti, aut tantum præcepti? Respondeo dissentire Doctores, in eo quòd sit de necessitate sacramenti, non sic in eo quod sit de necessitate præcepti: sic multi, quos refert Sahagun *de hoc sacram.n.10.* Vbi pro negatiua sunt Caietanus *ad 3.p.q.71.art.3.* Victoria *n.217.* Thesaurus Sacerdotalis *1.p.fol.112.* Sed pro contraria, vt sit de necessitate Sacramenti ex D. Thom. *in 4. dist.23.q.1.art.3.* Soto *ibi.* Bartol.de Ledesma *dis.3.* videtur tutius respondere per ea, quæ dixi supra, *q. 2.vers.ad secundam.*

Quare non obstat textus *in cap.1. tit. sequenti* 13 *de sacram non iterandis*, Vbi confirmatio facta oleo & non propria chrismatis materia, valet; siquidem non iteratur, sed cautè applicandum est chrisma, quod defecerat, & sic pro Caietano ex illo textu refertur non esse de necessitate sacramenti, sed præcepti; quia respondetur textum illum, vt ibi scribo loqui in alia specie & in alio sacramento; ibique oleum pro Cathecumenis ab Episcopo consecratum admitti; secus si non consecratum: ita Soto vbi supra, *q. 1. art. 3. ad finem*, Sahagun. *sub dicto n.10.* cætera requires *in dicto vers. ad secundam.*

Ad quartam quæstionis partem, an sit de necessitate quod fiant vnctiones in formam crucis? 14 Et pro affirmatiua sententia facit glossa, *in cap. nunquid, de consecrat.dist.5.* Syluester *verbo vnctio §. 2.* Petrus de Ledesma *in summa to. 1.de hoc sacram. cap.1.conclus.2.difficult.1.* Didacus Nugnus *in additionibus ad 3 p.q.29.art.6* vbi sic asserit, *Mortale peccatum est facere vnctiones sine figura crucis; quia est contra communem consuetudinem Ecclesiæ in re graui.* Ita contra Suarez dicentem non esse quid graue omittere crucem.

Et affirmant etiam Iauellus *tom. 2. tract. 6. de* 15 *Extrema vnctione.cap.3.* sequentibus fundamentis; quia sicut in aliis sacramentis forma consistit in his verbis, & opere, sic & in hoc v.g. in Baptismo forma consistit in his verbis *ego te baptizo* &c. & in trina immersione in aqua, sic & in hoc sacramento consistit forma in his verbis *Per istam vnctionem, & suam piissimam misericordiam dimittat tibi Deus quidquid per visum peccasti*, &c. Et in hoc opere, scilicet per signationem membrorum, per modum crucis, dum liniuntur; item quia de necessitate Confirmationis est quod eius vnctio fiat per modum Crucis; ergo & in Extrema vnctione; & hanc esse sententiam probabilem, satis insinuat Petrus de Ledesma *cap.1. de hoc sacram. dif. 2. conclus.1.*

Adhuc verò quantumuis in sacramento Confirmationis requiratur, vt fiat vnctio in formam crucis, 16 sed non sic in vnctione requisita in Extrema vnctione, quæ non requirit de necessitate sacramenti in formam crucis fieri, quia nec ex scriptura, nec ex Conciliis, aut traditione colligi potest talis necessitas; imò Concil Florent. potius indicat vnctionem per modum crucis solum requiri in sacramento Confirmationis; quia in forma illius sacramenti sic dicitur *Signo te signo Crucis*, sed in forma huius sacramenti tantum dicitur *per istam sanctam vnctionem* &c. ergo. Sic docent Becanus *de sacram. c. 27 vers. quæ res, 1 n. 1 q.3.* Filliucius *tom.1. tract. 3. cap.3.n.75.* Conink. *de sacram.disp.19.dubio 1.n.7.* Zambranus *de casibus occurrentibus tempore mortis.*

mortis ca.5.n.12. Gaſpar. Hurtado *diffic.5.* Layman. *in Theologia morali lib.5.tract.8.ca.3.n.7.* Ægidius
17 Trullench. *lib.5.de ſacram.cap.vnico dub. 2.n. 5.* † Vbi cum Suarez ſupra, & contra Sylueſtrum, *verbo, Vnctio,* ait vt ſola conſuetudo id expoſcat, quæ ſecluſo ſcandalo, & contemptu, non obligat ſub mortali, eo quod materia non videtur grauis, nec conſtat introductam eſſe cum exiſtimatione quod obliget ſub mortali; quibus addo ſic tenentes, Henriquez, *lib.5.cap.8.n.2. litt. M.* Poſſeuinum de hoc Sacram. *n.5.* Bonacin. Suarez, Reginald quos ſequitur Leander *dict. lib.4.diſp.2.q.14.* Dicaſtillus *diſp.1.dubio 3.n.42.* & penès ipſum Tanner, Baunium, *de Extrema vnctione q.3.dict.3.*
18 Eſt enim inter Sacramentum Confirmationis, & hoc Extremæ Vnctionis ea non leuis differentia; quia cum illud fuerit inſtitutum, vt Chriſti miles portaret, & confiteretur eius crucem coram Regibus, & Tyrannis, vt præſentiunt citati, & omnes, quid mirum ſi Vnctio in illo Sacramento debeat fieri in formam crucis, & non ſic in noſtro Sacramento, in quo Vnctio fit tantum per modum medicinæ ad recuperandam ſanitatem; & ſic dicunt Becanus & Diana, *dict.p.3.tract.4. reſ.178.*
19 quod ſi quis ſacerdos vngeret infirmum, non in modum crucis, malè quidem faceret, non tamen peccaret mortaliter, etſi ex iuſta cauſa nullum peccatum committeret, vt addit Becanus, qui dicit præſtare, vt ſeruetur pia Eccleſiæ conſuetudo cum aliis multis idem Leander *reſ.15.* dicentibus nec neceſſitate præcepti requiri vt fiat Vnctio in formam crucis, vbi dicit cum illis, vt peccaret venialiter, ſi abſque neceſſitate id faceret: Videbis etiam Molfeſ. *vbi ſupra ca.3.n.26.* Granad. *diſp.2. n.4.* etſi dicant requiri de præcepto, Nugnus *in 3. p q.29.art.6.* Petr. de Ledeſma, *tomo 1.cap.2.concl. 1.* & Ludouic. *de Extrema Vnct. q.vnica artic. 2. dif.2.* Moure *3.pars.examin.cap.1.§.7.* & alij per Gloſſam, *in dicto cap. nunquid de conſecrat. diſt.5.*
20 Ad vltimam quæſtionis partem reſpondeo non eſſe de neceſſitate Sacramenti, vt Vnctio fiat manu immediata Sacerdotis ex dictis. Difficultas verò eſt, nùm ſit de neceſſitate præcepti; & licèt communiter affirment DD. quia ſic præcipitur in Rituali, & Cæremoniali Romano, vt tradit Leander, *dicta diſp.1.q.16.& 17.* tamen ſi attendamus ad vſum, & conſuetudinem Hiſpanicam, videmus practicari regulariter, & omni tempore, vt non immediata manu Sacerdotis, ſed virgula aurea, vel argentea ad hunc vſum deputata, detur Sacramentum huiuſmodi: ſic teſtatur idem Leander, & hoc extra tempus peſtis.
21 Vnde fit vt in tempore peſtis poſſit Sacerdos inungere infirmum, non digito, ſed virga oblonga, vt eius conſtitutum fugiat: ita Capeauilla *de hoc ſacram.q.34.* Franc. Silicius, *in 3.p.q.32.art.2.* qui ſequentem praxim docuit, dicens vt curet Sacerdos habere veſtes breues, & ita eas ad ſe colligat, vt quàm maximè poteſt fugiat contractum infirmi, & præterea ægrotum (ſi poteſt) conſtitui faciat in loco puro, & libero, non ſe ſtatuat inter ignem, & infirmum muniat ſe præſeruatiuis iudicio Medicorum, qui poterit vti virga oblonga, verè tamen oleo tincta; ſic vt perficiatur Vnctio, & ea per-
22 acta, purgabit virgam huiuſmodi † ac in ſimilem vſum ſeruabit ſi aurea, vel argentea ſit propter reuerentiam ſacramenti, vel igne comburetur, ſi ſit lignea: ita Siluius, quem ſequimus conſulendo tempore peſtis facit practicari Panormi, vt refert *dict.p.3.tract. 4. reſ. 167.* idem Diana ibi *reſ.22.* Vbi firmans nunquam procedere in Vnctione Sacramenti Confirmationis; admittit tamen in hoc, & iterum ipſe *p 5.tract.5.reſol.79.* cum prædictis, & cum Victorello, *de hoc ſacram.fol.68.*
Et tradunt rationem Doctores; item & Marchi- 23
nus *de peſte, p.3.cap.5.n.1.* dum dicit in magno vitæ diſcrimine non eſſe incongruum miniſtrari à Parochis Extremam Vnctionem à longè virga quadam, ſiue argentea, ſiue lignea, ſiue ex alia materia confecta ad peſtem euitandam; ex eo, quia ex vna parte huiuſmodi inſtrumenti vſus non infert aliquam huic ſacramento irreuerentiam, ex alia magnum nobis à natura Ius tribuitur conſeruandæ vitæ, docent etiam Ioannes Præpoſitus *in 3.p.q.vnica de hoc ſacram. dubio 6.n. 48.* Barboſa *de officio Parochi.ca.22.n.16.* Iacobus Mancitus *in practica viſitandi infirmos pract.8.dubio 18.* Vbi ita aſſerit practicaſſe D. Petrum de Marchis Archiepiſcopum Smyrnenſem; videndus eſt Suarez *tom. 4. diſp.44. ſect.3.n.20.* Torreblanca *de Iure ſpirituali. lib. 2. cap.11.n.22.* & Concil. Mediolan. 5. Layman. *c. 8.n. 1.* Leander *ſuprà*, vbi cenſet verum, niſi alias obſtet contraria conſuetudo.

QVÆST. IV.

An forma deprecatiua in Sacramento Extremæ vnctionis, ſit de neceſſitate Sacramenti? Et an vnctio debeat applicari ad huiuſmodi Sacramenti effectum, omnibus partibus? Et quid queat Parochus facere in caſu neceſſitatis, vt peſtis? ſeu an debeat in tali tempore miniſtrare extremam vnctionem, & Euchariſtiam cum periculo vitæ.

SVMMARIVM.

1 *Forma indicatiua, & imperatiua ſufficiens in Sacramento Vnctionis, vt exemplificatur* numeris ſequentib. *Quid probabilius* ex n.7.

5 *Abſolutio Sacramentalis vocatur à Leone Papa oratio Sacerdotis.*

6 *Forma verborum poteſt eſſe indicatiua, & optatiua, ſicut in Baptiſmo, qua apud Latinos eſt indicatiua, apud Græcos optatiua.*

7 *Forma Sacramenti Vnctionis probabilius eſt vt ſit deprecatiua.*

8 *Duæ formæ non poſſunt eſſe inſtitutæ pro vno Sacramento.*

9 *Forma Vnctionis indicatiua debet iterari ſecundùm Nugnum. Et qualiter ſuſtineatur prolata,* n. 10. & *&* 11.

12 *Vnctiones ſeptem commemorantur à Concilio Florentino pro adminiſtratione Sacramenti Vnctionis, quinque in ſenſibus corporis, ſexta in pedibus, ſeptima in renibus,* & n. 16.

13 *Vnctiones quinque in ſenſibus de eſſentia Sacramenti Vnctionis,* n.14. & 15. *ſunt que partes integrales,* vt n.17.

14 *Radix omnis peccati eſt in quinque ſenſibus, quæ triplex eſt potentia cognoſcitiua appetitiua, executiua.*

16 *Vnctio in pedibus, & renibus fit de Eccleſiæ more, ſed fœminæ in renibus non vnguntur propter honeſtatem, nec viri in Diœceſi Valentina, ſed in pectore.*

18 *Vnctiones*

18 *Vnctiones in casu necessitatis rectè fient in vna aure, nare, manu, & oculo, &c. velocissimè exprimendo formam*, n. 36. *Quid si fierent tempore pestis in vna tantùm parte*, num. 19. & 20. *Et quod in tribus casibus sic liceat*, n. 25.

22 *Vnctiones singula gratiam conferunt, iuxta probabilem sententiam, aliquando licet conferre Sacramentum Vnctionis, quasi dimidiatum*, vt n. 24.

23 *Parochus ex periculo potest excusari ab administratione Sacramenti Vnctionis*, vt n. 28. *etsi contra* n. 27.

28 *Infirmo subuenitur per Pœnitentiam, & Eucharistiam*, & n. 30.

29 *Parochus in aliquo casu potest excusari ab administratione sacramenti Pœnitentia, regulariter non sic* vt n. 33.

30 *Parochus tempore pestis tenetur ministrare Extremam vnctionem, si sine morali periculo vita possit tentando omnia remedia*, n. 31. *vel si timeretur aterna infirmi damnatio*, vt n. 32.

33 *Parochus magis tenetur pœnitentia sacramentum ouibus suis ministrare etiam cum periculo vita, quàm Eucharistiam, nisi valde dubitaretur de ipsius anima salute, si absque viatico decederet.*

34 *Parochi à longè possunt hortari infirmos peste laborantes, vt patienter infirmitatem sustineant, & ad propositum suscipiendi viaticum; Alij aliter sentiunt.*

1 AD primam quæstionis partem respondent
nonnulli sufficere formam indicatiuam. Pri-
mò quia forma Ambrosiana, & Veneta, vt dixi *q.* 1.
2 non est deprecatoria, & tamen est sufficiens. † Item
quia ex illis verbis *Baptizantes eos* &c. Colligit
Ecclesia hanc formam *Ego te baptizo*; ergo simili-
ter ex illis *vngentes illos*, potest colligi hæc forma
3 *Ego te vngo.* † Deinde quia in sacramento Confir-
mationis sufficiens est hæc forma *Consigno te chris-*
4 *mate.* † Quartò quia sacramentalis forma, etiamsi
per modum indicatiuum proferatur, solet à sanctis
5 Patribus vocari oratio. † Quo pacto leo Papa, &
alij multi absolutionem sacramentalem vocant ora-
tionem Sacerdotis; ergo quamuis in hoc sacramen-
to proferatur forma per modum indicatiui suffi-
ciens erit illud Iacobi ad saluandum *orent super
eum*: ita Becanus *de sacram. cap.* 27. *q.* 4. *n.* 3. vers.
3. *quares*. Ricardus *in* 4. *dist.* 23. *art.* 1. *q.* 4. Paludan.
q. 1. *art.* 2. Albert. *art.* 4. Durandus *q.* 3. Tanner. *du-
bio* 1. Aureolus *in* 4. *dist.* 23. §. *sed de forma*, vbi sic
ait, in quibusdam Ecclesiis forma ista est indicati-
ua, puta *Per istam sanctam vnctionem parcat tibi
Dominus*, in aliis est imperatiua, sed verba Iacobi
6 (ait) videntur habere formam optatiuam; † Et ideò
dicendum esse, quod forma verborum indifferen-
ter potest esse indicatiua, & optatiua, sicut de for-
ma Baptismi, quæ est apud latinos indicatiua, sed
apud Græcos optatiua; & ideò consuetudinem in
talibus esse seruandam; sic vt peccaret grauiter qui
consuetudinem immutaret, & hanc dicunt proba-
bilem Suarez *in* 3. *p tom.* 4. *disp.* 40. *sect.* 3. *n.* 7. Fil-
7 lucius *tomo* 1. *tract.* 3. *cap.* 4. *n.* 80. Tamen est pro-
babilius esse de necessitate sacramenti, quod modo
deprecatiuo proferatur; quia sic clarè colligitur ex
illo Iacobi 4. *Orent super eum & oratio fidei alle-
uiabit infirmum*, vt sæpius dixi ex textu nostro,
8 & ex Tridentino, & Florent. Concil. † Et quia duæ
formæ non possunt esse institutæ pro vno sacra-
mento, nisi sint æquiualentes in sensu. Si ergo for-
ma deprecatiua sufficiens est, indicatiua sola non
sufficit; quia non habet æquiualentem sensum: ita
Diana *p.* 3. *tract.* 4. *res.* 75 Siluius *in addit. ad* 3. *p. q.*
29. *art.* 7. Ledesma *in summa tom.* 1. *de hoc sacram.
cap.* 1. *conclus.* 2. Hurtado *dis* 7. Ochogauia *q.* 4.
Henriquez *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 3. Suarez, & Filliucius
suprà, Ægidius *disp.* 19. *dubio* 4. Bonacina *puncto*
3. *n.* 3. Granado *disp.* 2. *n.* 4. *in fine*. Reginald. *lib.* 18.
n. 55. cum aliis Leander *disp.* 2. *tract.* 4. *de sacram.*
q. 23. Ægidius Trullench. *de sacram. lib.* 5. *dubio* 2.
n. 13. cum D. Thom. *in* 4. *dist.* 23. *q.* 1. *art.* 4. *quæst.* 2.
& cum communi Theologorum fundans hoc in
traditione Ecclesiæ, quæ non potest decipi in his
præcipuè, quæ pertinent ad formas sacramento-
rum: nam verba Iacobi 5. *vt orent super eum* pro-
priè deprecationem significant; & cum sit infir-
mus de se destitutus, & in manu Dei; proinde Deus
orandus sit. Imò & Nugnus *ad* 3. *p. q.* 33. *art.* 6. non
solùm dixit hanc vltimam sententiam probabilio- 9
rem, sed omnino certam; ita vt si aliquis confice-
ret hoc sacramentum sub forma indicatiua, putat
debere iterari, sine conditione; & ob id bene potuit
dicere Archangel. *dist.* 23. *pag.* 273. *col.* 1. quod si
aliquæ Ecclesiæ vtuntur verbis indicatiui vt fer-
tur de aliquibus, quæ ita dicunt, *Vngo hos oculos
oleo sanctificato in nomine Patris* &c. Vel nihil
conficiunt, vel vtuntur illis, tanquam præambulo,
& dispositione quadam ad formam, non quod
forma ipsa existant † nisi ita proferrentur. *Vngo* 10
*hos oculos oleo sanctificato, vt indulgeat tibi
Deus quidquid deliquisti*, & comprobat Leander,
dict. q. 23. *in fine.*

Vnde infero, vt si Sacerdos vteretur ea formâ, 11
*Vngo te oleo sancto, & Deus tibi remittat quid-
quid peccasti*, &c. conficiat sacramentum, et si
Nugnus *in addit. ad* 3. *p. q.* 29. *art.* 7. dicat quod
nullus ausus fuit dicere vnquam, quod in forma
sit sufficiens, sed contra illum teneo cum Suarez,
tom. 4. *dict. disp.* 40. *sect.* 3. *n.* 8. Reginaldo *in praxi
tomo* 2. *lib.* 18. *cap.* 9. *n.* 55. Layman. *in Theologia
Morali lib.* 5. *tract.* 8. *cap.* 3. *n.* 1. Diana, *dicta res.*
175. vers. *his ita suppositis*, etiam contra Bonacin.
de sacram. disp. 7. *q. vnica, puncto* 3. *n.* 3. Quia ver-
bis indicatiui modo adiungitur sufficiens depreca-
tio; & itidem etiam docet cum infinitis Leander,
dicta disp. 2. *q.* 24. contra Nugnum, Bonacinam,
Hurtad. & Petrum Ceoedo, si Sacerdos vtatur eâ
formâ: *Vngo te oleo sancto, vt per suam misericor-
diam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti, per
visum* &c. Cum Soto, Reginaldo, & aliis. Tolet.
lib. 7. *cap.* 1. Viualdus, *de forma Extremæ Vnctio-
nis num.* 6. Archangelo, & Ochogauia, Molfesius
tract. 4. *cap.* 3. *n.* 27. & 31.

Ad secundam quæstionis partem, an Vnctio 12
debeat ad sacramenti effectum applicari in omni-
bus partibus? Vt respondeam præmitto, vt iam di-
xi *sup. q.* 2. sub vers. *ad tertiam*, in vers. *sed quia*,
quod Concilium Florent. enumerat septem Vn-
ctiones; videlicet quinque in sensibus corporis, &
sextam, quæ fit in pedibus, & septimam, quæ fit in
renibus; ex quibus duæ vltimæ pedum, & renum,
quia potius sunt de consuetudine aliquarum Ec-
clesiarum, quàm de essentia, vt notat D. Thom. *in*
4. *dist.* 23. *q.* 1. *art.* 3. *puncto* 2 Suarez *disp.* 40. *sect.*
2. *n.* 8. Villalobos 1. *p. tract.* 10. *dif.* 1. *n.* 8. Bonacina,
cum aliis, *tom.* 1. *disp.* 7. *q. vnica puncto* 5 *n.* 16. Fil-
lucius, *tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 4. *n.* 77. Trullench. *dicto
lib.* 5. *de hoc sacram. q. vnica dub.* 2. *n.* 6. Beccanus
dict.

dict.cap.17.de sacram.q.3.n. 4. vers. queres 2. &
communiter DD. explicantes dict. Florent. Con-
cil.non eas omnes enumerasse,vt de substantia,sed
quia in nonnullis Ecclesiis solet fieri vnctio etiam
in pedibus,& renibus.

13 Vnde ad difficultatem responderunt aliqui re-
centiores vnicam sufficere vnctionem ad valorem
sacramenti in quacumque parte corporis fiat, de
quo *q.sequenti*,vt refert Becanus *suprà*;aliqui verò
scholastici *in 4.putant dist.24* plures requiri, sal-
tim quinque illas, quibus quinque sensus inun-
guntur,vt D.Thomas,Durand Bonauentura, Ri-
14 cardus,Paludan.& alij,† quorum ratio, seu con-
gruentia est,quia hoc sacramentum adhibetur,tan-
quam medicina ad tollendas sordes, & reliquias
peccatorum, quorum radix est in quinque sensi-
bus:ita Beccan.& Ægidius,vbi dicit esse in quin-
que sensibus radices,& originem omnium pecca-
torum cum nihil sit in intellectu,quin prius fuerit
in sensu; ob idquè prædictas quinque vnctiooes
15 esse de essentia,& Sahagun *de hoc sacram.n.* 12.†
Vbi ait quod radix peccati in nobis, est triplex,
potentia cognoscitiua,vnde nascitur appetitiua, ex
qua venit executiua,quę quia consistũt in sensibus;
ideò fieri,vt sensus vngãtur;& sic omnes deducere,
16 omnes esse de substantia huius Sacramẽti, † & Ec-
clesiæ more fieri etiam in pedibus,& in renibus; ac
proinde etiam de his loqui Florent,quę morẽ, aut
consuetudioem non esse vniformem dixit supra
Ægidius,& Filliucius;quia in tota Ecclesia fœmi-
næ non vnguntur in renibus propter honestatem,
nec in Diœcesi Valentina vnguntur viri in renibus,
sed in pedibus & pectore, quo modo etiam fœmi-
næ vnguntur.Barbosa infra relatus *n. 29. & 30.*
cum Paludano,Soto,Henriquez, Sa Bellarmino,
Valentia,& aliis,dicit circa vnctiones pedum, &
renum seruandam esse cuiusque Ecclesiæ consue-
tudinem,cùm non sit de essentia sacramenti; imò
vnctionem in renibus conuenientius omitti, præ-
sertim in fœminis ac viris religiosis; & licèt Pala-
cios affirmet omnes septem vnctiones requiri di-
cat, cum aliis *dist.23 pag.* 480. ex dicto Concil.
Florent.tamen Leander nouissimè cum Torreblan-
ca,Molfesio,Dicastillo, Castro Palao, sentit, vt
17 nos. † Itaque videtur dicendum requiri prædictas
quinque vnctiones in sensibus, vt sacramentum
fiat,præcipuè si consideremus cum Sahaguo vbi
proximè *n.13*.quod licèt plures sint vnctiones; non
tamen sint sacramentum; indeque communiorem
sententiam esse,vt omnes illæ vnctiones sint par-
18 tes integrales, & in vltima gratia conferantur. †
Quare communiter Doctores firmant, vt etiam in
tempore pestis debeat sacerdos potius velocissimè
sine crucis forma vnum oculum, vnam aurem,
vnam narem,manum, & os inungere diceodo, *Per
istas,sanctas Vnctiones,& suam piissimam miseri-
cordiam indulgeat tibi Deus quidquid per visum
auditum,odoratum,gustum, & tactum deliquisti*:
Ita Zambran.*de casibus occurrent. tempore mortis
cap.5.n.9*.Andreas Victorellus,*de Sacram Vnctio-
nis fol.66*.Suarez,*in 3.p.tom.4.disp.41.sect.2.n. 7.
& 8*.Coninc. & Layman,quos sequitur Diana,*p.
19 3.tract.4.res.168*.† Et Gaspar Hurtado, *de hoc
sacram.dif.6.* Vbi docet non sufficere Vnctionem
vnius partis. Barbosa cum D.Thoma,& aliis, *de
officio Parochi p.2. cap. 21. de hoc sacram.n.*] 27.
Vbi dicit materiam proximam huius Sacramenti
esse Vnctionem, saltim quinque sensibus factam
à Sacerdote,& Philibertus Marchinus', *de peste p.
3.cap.6.n.16*.qui præter fundamenta iacta addit;
ideò sic faciendum;tum quia non est verisimile in
tota Ecclesia hanc vngendi quinque sensuum con-
suetudinem perpetuò viguisse, cuius initium non
extat, nisi ex Apostolica traditiooe haberemus has
quinque Vnctiones huic Sacramento esse substan-
tiales. Tum etiam quia applicans morituro mate-
riam,vel formam sacramenti dubiam, exponit se
periculo irritandi sacramentum contra reuerentiam
sacramentis debitam; deinde exponit periculo sa-
lutis infirmi, si fortè non erat attritus contra cha-
ritatem proximo debitam in tanta necessitate con-
stituto.

Sed adhuc in periculo pestis posse sacerdotem inungere vnam tantùm partem, dicendo consuetam formam, multi probabiliter tenent,inter quos Capeauila,*de sacram.c.5.q.30*.Layman.*in Theolog. moral.lib.5.tract.8.cap.3.n.3*.Coninch,*de sacram. cap.19.dub.3.n.9 & 11*.Granado, *de sacram.in 3. p.contr.8.tract.vnico disp.7.n.12*. Qui loquens de pastorali Milchinensi cum eo ait in morbis contagiosis sufficere vngi organum sensus magis obuium dicendo *Per istam sanctam Vnctionem*, &c. nec esse damnandam hanc Doctrinam, posseque ista Ministrari hoc Sacramentum saltim sub conditione, cum aliter noo fuerit inuentus qui ministret,vel certe, propter morbum contagiosum imminuere periculum sacerdoti, qui magis detineretur, vt omoes vnctiones perficeret; & addeos alia, quæ recenset, & sequitur Diana,*p.5. tract.3. res.80.* à vers. *verum*, dicentes talem doctrinam esse sine nota;eo etiam quia Extrema Vnctio non est de necessitate salutis,& inde nec irrogari ægroto iniuriam, nec ipsi sacramento;præsertim si apponeretur conditio saltem iotra mentem sacerdotis miniſtrãtis,& aliunde obuiaretur periculo mortis, quod ipse sacerdos subire posset; & sic hanc opinioocm probabilem vocat Iacob Marchant. *in Candelabro de sacram.tract.3.lect.3.fol.* 388. tum ob authoritatem Doctorum, tum ob multiplicem rationem dicens à multis hoc tempore praxi vsurpati. 20

Et in confirmationem facit praxis, quam refert Siluius *in 3.p q.32.art.7.* hanc sententiam sequutus,dum ait eam approbasse Theologos Louanienses *anno 1588.& 1573.* vt testatur octauius Tricaricensis Nuncius Apostolicus,*in Germania*, & *in Directorio Ecclesiastica disciplina*,sequentibus verbis: *Etsi ordinariè vngenda sint singula singulorum sensuum loca nec vnquam nisi grauissima necessitas cogat aliter faciendum sit; constabit tamen sacra vnctionis sacramentum, & inungendo contagioso morbo,aut peste laborante,ad euitandum contagionis periculum, sufficiet, si vngatur sensus organum ad vnctionem magis expositum, & detectum dicendo,Per istam sanctam vnctionem,& suam piissimam misericordiam* &c. 21

Nec videtur obstare fundamentum primæ sententiæ Sahagun,& aliorum dicentium communiorem esse sententiam,vt singulæ Vnctiones sint partes integrales, & in vltima gratiam conferri; quia vt recolligit Granado,*vbi suprà* Suarez, & Henriquez,præter alios probabile existimant in singulis vnctionibus partem aliquam gratiæ, & consequenter aliqua auxilia actualia, quæ sunt effectus Extremæ Vnctionis; & sic vt quamois non reciperet ægrotus sacramentum integrum, certè reciperet partem illius,& cum aliqua parte gratiæ quæ sufficit ad tollenda peccata(modo hoc sacramentũ tollit,de quo dico iofra)& insuper aliqua auxilia, quibus roborasetur infirmus aduersus tentationes 22

&

&c faſtidium ex peccatis relictum ; quod licèt non
23 ſit certum,eſt tamen non improbabile,† addens in-
ter alia , vt cum hoc ſacramentum non ſit neceſſa-
tium ad ſalutem,excuſari poſſe Parochum ab obli-
gatione conferendi illud integrum, &c certum, ne
alioqui peſte inficiatur,potuiſſeque Paſtorale Mel-
chlinienſe(relatum ſupra) præſcribere, vt in mor-
bis contagioſis,ne inficerentur Parochi,peſte,dum
detinentur in vngendis quinque ſenſibus , &c in
pronuncianda forma in ſingulis vnctionibus,quod
ſolum vngerent vnum , vel alterum ſenſum magis
peruium, &c proferrent verba illi vnctioni reſpon-
24 dentia. † Solumque licere in caſu neceſſitatis mi-
niſtrare hoc Sacramentum , quaſi dimidiatum ap-
plicando partem illius; quie oon eſt improbabile
(dicit) ſic obtineri aliquam gratiam habitualem,
&c actualem ; imò , &c corporis ſanitatem , &c no-
uiſſimè probabiliter docet Leander cum Peſanti-
no, Rodriguez, Ægidio,&c alij,*tract.4.de ſacram.
diſp.4.q.21.*

25 Et docens Diana *dicta p.3.tract.4.dict.reſ.*168.
in praxi , tuto amplecti poſſe Doctrinam Siluij
Collegij Louanienſis, &c aliorum,addit ipſe,*d.p.5.
tract.3.* de caſibus occurrentibus tempore mortis,
*dict.reſ.*80.in verſ.*notandam.*cum Marchino *dicto
tract.de peſte,p.5.cap.5.n. 26.* vt ſtando etiam in
prima ſententia , poſſit inquā in tribus caſibus,Sa-
cramentum iſtud per vnam vnctionem perfici;
dummodo, vel ipſe intendat , vel ſaltim à Chriſti
inſtitutione non diſcedat ; Quia ſine intentione
Miniſtri non perficitur ſacramentum. Et caſus
erunt veluti quoties vrget periculum præuiſum ,
vel ex parte infirmi, quod morietur ante quinque
vnctiones, vel ex parte Miniſtri ; quia timet con-
tagium , ſi peſtiferatum vngat quinque vnctioni-
bus. Vel dum timet ſi vnum quinque vnctionibus
vngat alios ægrotos in maiori mortis articulo
conſtitutos abſque vlla Vnctione deceſſuros , &c
Barboſa,*de officio Parochi 2.p.dict. cap.21.n.33.*
cum Henriquez , Sa , Zambrana , Bonacina , &c
Galet. docet quod in caſu neceſſitatis , eo quod
periculum eſt in mora , poteſt Parochus ſine cul-
pa vnam aurem vel vnam manum inungere.*Cætera
pro maiori exornatione requires infra q. ſequenti
à num.1.*

26 Ad tertiam quæſtionis partem quid queat Pa-
rochus facere in caſu neceſſitatis, vt peſtis? Abun-
dè reſpondetur ex proximè dictis in verſ.*ad ſecun-
dam.*

27 Ad quartam quæſtionis partem , an debeat Pa-
rochus tempore peſtis miniſtrare hoc ſacramen-
tum cum periculo vitæ ? Et affirmant Siluius *in 3.
p.dict.q.32.art.3.* Nugnus, *in 3.p.tom.2.q.23.art.
1. difficult.2.* exiſtimant contrariam opinionem
falſam eſſe, &c impiam, Turrianus , *in ſumma p.2.
c.136. dubio 3.concluſ.1.* dicens Parochum teneri
adminiſtrare hoc ſacramentum ſubdito laboranti
morbo contagioſo , etiam cum periculo contagij,
&c mortis, quibus addo Filliucium *tract.5. nu.97.*
&c apud Victorellum , *in annotat. ad n.41. & 41.*
Poſſeuin. Ludouicum, *in ſumma parua, cap.236.
dub.3.*Echium,*in homilia 3.Dominica 2.poſt Paſ-
cha.*

28 Sed Diana , *p.5. tract.3. reſ.93.* &c Filliucius
*tom.1.tract 3.cap.5.n.99.*negatiue reſpondent ; eo
quod hoc ſacramentum non eſt neceſſitatis , &c
alioqui ſubueniri neceſſitati infirmi per alia duo
Sacramenta Pœnitentiæ, &c Euchariſtiæ;tum etiam
29 confirmat Filliucius ; quia in aliquo caſu poteſt
Parochus excuſari ab adminiſtratione Sacramenti
Pœnitentiæ , vt quando eſſet certus moraliter in-
firmum non habere conſcientiam peccati mortalis,
&c alioquin periculum vitæ magnum : ſic etiam
docent Tannerus,*tom.4.diſp.7 q.1.dubio 3.n.61.*
quam probabiliſſimam vocant Gaſpar Hurtado ,
*de hoc ſacramento diſ.*12.Villalobos , *tom.1.tract.
10.diſ.6.n.7.*Armilla , &c Suarez , iterum Diana ,
*dicta p.3.tract.4.reſ.*174.Molfeſius,*in ſumma tom.
1.tract.4. cap.3.nn 51.* Vbi aſſerit ſi peſte infecti
confeſſi ſunt poſſe Parochus tuta conſcientia hanc
opinionem ſequi , &c Sacramentum Extremæ Vn-
ctionis minimè illis miniſtrare.

Sed ego cum diſtinctione exiſtimo reſponden- 30
dum , nempe vt tempore peſtis teneatur Parochus
adminiſtrare Extremam Vnctionem iuxta primam
ſententiam , ſi id nempe facere poteſt ſine morali
periculo vitæ ; ſin autem non poſſit abſolutè, non
tenebitur ; quia (vt dictum eſt) non eſt neceſſita-
tis ſacramentum : ita cum Suarez , *ſupra num.20.*
Filliucio, *num.10.* &c cum Trullench , *dicto lib.5.
dub.2.num.9.* Vbi dicit alioqui ſatis ſubueniri ne-
ceſſitati per Sacramenta Confeſſionis , &c Eucha-
riſtiæ. † Et addit quod tenetur Parochus tentare 31
omnia remedia conuenientia , vt illud miniſtret
abſque periculo vitæ. † Et ſic dico abſolutè Paro- 32
chum morte non teneri illud adminiſtrare , niſi in
caſu, quo infirmus abſque vllo ſacramento mo-
reretur , &c timeretur eius æterna damnatio , quia
tunc iam illi eſſet hoc ſacramentum ad ſalutem ne-
ceſſarium , docent Armilla *verb. Epiſcopus n. 6.*
Tabiena *num.5.*Ægidius *de ſacram.diſp. 19. num.
31.*Ochogauia,*quæſt.10.anno 11.* alij apud Dia-
nam,*p.8.tract.3.reſ.* 21. quos ſequitur Dicaſtillo ,
*tract.7.de Extrema Vnctione num.*191. Leander,
tract.4.diſp.1.quæſt.8.&c alij, quos refero , *q. ſe-
quenti à n.1.*Et ex his reſpondeo ad quæſtionem
infra q.11.verſ.ad quintam.

Vnde iam ad aliam partem dubij de Euchariſtia 33
videtur reſpondendum iuxta proximè relatam
Doctrinam vt ait Molfeſius,*dicto tom. 1. tract. 4.
cap.3.num.52.*aſſerens Sacramentum Pœnitentiæ,
quia neceſſarium eſt ad ſalutem proximi , teneri à
Parochis miniſtrari ouibus ſuis etiam cum periculo
vitæ;Sacramentum verò Euchariſtiæ , &c ſic Viati-
cum non teneri adminiſtrare cum tanto periculo,
niſi neceſſitas proximi magna eſſet , vt quia valdè
dubitaretur de illius ſalute , ſi abſque Viatico de-
cederet. † Sed quod à longè poſſet(ait)Parochus 34
hortari oues peſte laborantes , vt patienter ſuſti-
neant infirmitatem, ac propoſitum habeant ſuſci-
piendi Viaticum ; quia in caſu neceſſitatis iudica-
tur ſatis eſſe propoſitum ſuſcipiendi ; &c ſic etiam
adimpleri præceptum. Tamen Rodriguez,*in ſum-
ma tom.2.cap.87.* Villalobos *dicto tract. 10. diſ.
6.num. 7.* &c alij, vt refert Diana *dict. p.3.
tract.4.dicta reſ.174. in fine.* docent
contrariam ſententiam , ſed pri-
mam tenuit Maior *in 4.ſen-
tent.diſt.7.quæſt.vlti-
ma & diſt. 23.
quæſt. 1.*

* * *

QVÆST. V.

An possit permittere Pontifex tempore pestis ex penuria Sacerdotum, vt queat ministrari Sacramentum hoc vnica Vnctione? Et an sit validum hoc Sacramentum ministratum in qualibet parte Corporis extra sensus? vel sit de necessitate quod fiant septem vnctiones? Vel quod vtrumque organum vnius sensus inungatur? Vbi de vnctione Sacerdotum, & de ordine Vnctionis faciendæ? Et an sit de necessitate sacramenti, vt sensus, qui vngitur nominetur?

SVMMARIVM.

1 *Vnctionis Sacramentum num validè tempore pestis queat ministrari alia corporis Vnctione omissis illis, quæ in sensibus fiunt; affirmatiuè à n.7. & propriùs à n.15.*

2 *Vnctiones in quinque sensibus consuetudine Ecclesiæ fiunt, sic nec aliter dispensatum inuenitur. Et quare à n.3. Et qualiter peccet, qui desinit omnes vngere. n.21.*

3 *Vnctionis sacramentum adhibetur per modum medicinæ ad tollendas omnes peccatorum reliquias.*

4 *Pœnitentiæ sacramentalis partes, essentiales sunt, cordis contritio, & oris confessio.*

5 *Consecrationes panis, & vini in Eucharistia ordinantur ad perfectam refectionem, & conuiuium, quæ sunt idem sacramentum.*

6 *Vnctionis sacramentum dicitur vnum per compositionem.*

7 *Pontifex permittere potest, vt sacramentum vnctionis, ministretur tantum in vno ex quinque sensibus, & de congruentia; n.12. Et quod sic permittendo, non dicatur dispensare, vt n.13.*

8 *Vngi sufficit tempore pestis sensus organum magis ad vnctionem expositum, & detectum. Exemplificentur, vt n.11.*

10 *Absolutio sacramentalis per literas absenti nequit dari.*

14 *Sacramenti administratio potest fieri cum opinione probabili.*

15 *Vnctio vna in quacumque alia corporis parte distincta à sensibus, iuxta plures, magis est vt sufficiat & quod Pontifex permittere ac dispensare valeat vt sic ministretur, ex n.16.17. 18.19.20.& 21. vbi videtur satis probari.*

16 *D. Iacobus præscripsit vndè vnctionem, nihil de quinque sensibus vngendis loquens.* & n.21.

17 *Concilia, quæ numerant septem vnctiones explicantur.* & à n.18.& 19.

18 *Vnctiones quinque spectant ad integritatem sacramenti vnctionis, non ad essentiam secundùm Æstium, & alios.*

19 *Concilium Florentinum dicens quod vnctiones pedum, & renum, non sunt necessariæ, non inde firmat, vt aliæ quinque in sensibus sint necessariæ.*

20 *Trid. sess. 14. c. 1. nullum certum numerũ vnctionum pro materia vnctionis sacram. assignat.*

22 *Vngere desinens Minister, cessante periculo in omnibus quinque sensibus, peccat mortaliter.*

23 *Vnctiones septem non sunt de necessitate sacramenti, & quod nec præcepti probabilius est, cum tantum quinque in sensibus requirantur ex præcepto.*

24 *Organum vtrumque sensus vngi non est de necessitate sacramenti.*

25 *Vnctionis forma consueta dicitur, si solum vnus sensus vngatur. Et quare n.26.*

27 *Vnctio Sacerdotis infirmi non fit in palmis, sed in exteriori manuum parte, vel in Palmis si consuetudo aliter poscit. Negant aliqui dictas palmarum vnctiones vt n.28.*

29 *Vnctiones sacramenti Vnctionis de consuetudine incipiunt ab oculis, & ex Rit. Rom. sic vt si sine necessitate propostereniur, peccet ministrans: tamen non inde deficit essentia, vt n.30.*

31 *Vnctio in casu vrgenti in solo capite infirmi facta contigua cum repetitione formæ sufficit, & de cautela in tali forma pronũciatione, vt n.32.*

33 *Sensus singuli tutius est, vt nominentur ab administrante Sacramentum vnctionis, sed nimis probabile non esse id necessarium in prolatione formæ,* vt n.34.& 35.

35 *Vnctionis forma prolata* Per istas Sanctas vnctiones indulgeat tibi Deus quidquid peccasti *&c. num sufficiat?*

AD primam quæstionis partem facilè respondebimus, si attendamus ad resoluta supra *sub q.4.* in verſ. *ad secundam*, solum hæc disquisitio differt: nam hic agimus de dubio, an Pontifex dispensare possit, vt tempore pestis validè sacramentum hoc sacræ vnctionis conficiat sacerdos, vngendo infirmum in alia quacumque parte corporis extra illas quinque sensuum, pedum, ac renum; & quia ibi in verſ. *vnde*, obiter dixi secundùm aliquos recentiores, vt testatur Becanus ibi adductus sufficere ad conferendum hoc sacramentum; ideò in præsenti dubio, vt tempore pestis dispensari ita à Pontifice possit, non erit absurdum; præcipuè si attendamus ad Doctrinam Suarez, & Æstij, quos refero infra hac quæstione in verſ. *ad secundam*. Sed quia vt ibi resoluo verius sit non esse validum hoc sacramentũ ministratum in quacumque corporis parte, nisi sensus vngatur; ideo legitimè dubitatur, an queat Pontifex dispensare vt in casu pestis sic validè hoc sacramentum administretur. 1

Et pro parte negatiua est validissimũ fundamentum; quia vt tradunt, & firmant. D. Thomas, Bonauentura, Richard, Durandus, Maior, Gabriel, Paludanus, Sotus, Valentia, & Suarez, quos citat, & sequitur Tanner. *to.4 disp.7. q.1. dub.1. n.17.* Nugnus, *in 3. p. to.2. q.32. art.6.* Bellarm. *de hoc sacram. c. fin.* Opatouius *de sacram. tr. de Extrema Vnctione q.3. n.14.* Petrus à S. Ioseph *in idea Theolog. sacram. c. 34. ref.1.* Ioan. Petit *in theolog. sacram. tr.6. sect. 9.* Hurt. *de hoc sacram dis.6.* Vnctiones quinque sensuum sunt de necessitate sacramenti; & quia sic habetur ex consuetudine Ecclesiæ, quæ semper infallibiter vngit in quinque sensibus, in quo nunquam est dispensatum, tum quia istæ omnes vnctiones ordinantur ad sanitatem integram animæ significandam, & operandam, quæ non videntur habere perfectam significationem, nisi omnes complectantur: nã cum Christus Dominus existens in terris, nunquã contulerit, nisi integram sanitatem; ita non instituit sacramenta, nisi vt integrè animam sanent. 2

Et confirmatur ratione D. Thomæ; quia hoc sacramentum adhibetur per modum medicinæ ad tollendas omnes peccatorum reliquias. Ergo in his partibus, vbi sunt radices peccatorum; istæ autem radices sunt in quinque sensibus, vt retuli *sub* 3

dicto

dicto vers. vnde; ergo in illis omnibus debet ap-
4 plicari hoc sacramentum.† Et fuit etiam, quia sicut
contritio cordis, & cõfessio oris sunt partes essen-
tiales Sacramenti Pœnitentiæ; & quia ordinan-
tur ad eundem finem, scilicet ad efficiendam satis-
factionem Deo pro peccatis commissis; ideo con-
5 stituunt vnum sacramentum;† item consecratio-
nes panis, & vini io Eucharistia; quia ordinantur
ad perfectam refectionem, & ad perfectum con-
uiuium spirituale, sunt idem sacramentum, eodem
modo vnctiones quinque sensuum; quia ordinan-
tur ad delendas omnes sordes peccatorum omni-
bus sensibus contractas, conficiunt idem Sacra-
6 mentum Extremæ Vnctionis,† quod dicitur vnum
per compositionem; quia ex omnibus vnctioni-
bus, & ex omnibus formis verborum resultat sa-
cramentum, quod ordinetur ad vnum finem; & ob
hæc, & ob alia fundamenta posse dici Pontificem
dispensare non posse vt Extrema vnctio vnica vn-
ctiooe administrari sacramentaliter queat.

7 Ego inquam vt satisfaciam dubio, existimo di-
stinguendum esse vnicam vnctionem factam in
aliquo ex quinque sensibus, vt in oculis, auribus,
manibus, ore, vel naribus; & in hoc casu sicut
supra resolui, *dict. q. 4. toto vers. ad tertiam*, per
fundamenta ibi adducta, de iure Parochum posse
vngere infirmum peste tactum in vno ex illis quin-
que sensibus; ideo sine dubio posse id à Pontifice
permitti dicendum est, cum omnibus ibi adductis,
quorum plures, & alios refert, & sequitur iterum
Diana agens nimis latè, *p. 8. tract. 1. res. 21.* à vers.
8 *verum*,† adducens sic consuluisse, & proposuisse
expressè, peste grassante, Pastorale Melchliniense,
de Sacramento vnctionis; *Canon. 9.* & Passauiense,
canone 11. his verbis: *In morbis contagiosis, & peste
grassante vt periculum vitetur sufficit inungi sen-
sus, organum magis ad vnctionem expositum, & de-
tectum, dicendo per istam Sanctam Vnctionem, &
suam piissimam Misericordiam indulgeat tibi Deus
quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum,
gustum, tactum, & gressum.*

9 Nec enim est verosimile, vt Ecclesia Romana,
quæ est magistra veritatis permitteret quod Eccle-
siæ particulares hanc sententiam non modo do-
ceant, sed etiam in praxi seruent, & in suis Ritua-
libus, tanquam Canonicam regulam ac omnibus
seruandam proponant, si existimaret illam esse
falsam, & contra sacramenti validitatem, cum ad
ipsam spectet corrigere errores Ecclesiarum parti-
cularium. † Vt fecit Clement. VIII. *anno* 1601.
10 *Die 19. Iulij*, corrigendo errorem, qui alicubi in-
ualuerat de absolutione per litteras absenti impen-
11 denda,† & plura referens ex Amico Diana supra, di-
cit illi narratum sic hanc sententiam obseruari
tempore pestis in Belgio, & in iustitia, quia præ-
stat hoc sacramentum conferri sub probabili sal-
tem materia, quam nullum omnino conferre, &
placuit Patri Auersa, *de sacram. Confirm. sect. 4.*
Marchantio, *in resol. Pastor de sacram. tract. cap. 3.*
probantibus id per rationes, & fundamenta, quæ
adduxi *dict. q. 4.* à vers. *ad secundam.* & per Pasto-
rale Gebenense R. Francisci de Sales Episcopi.

12 Et confirmatur, quia stante probabiliter harum
opinionum debemus dicere posse Summum Pon-
tificem earum vsum permittere, nec prohibere;
quia melius est in tali casu pro infirmo sacramen-
tum hoc pacto ministrari, quam non recipi: nam
vt dicit Henricus relatus à Diana, *num. 73.* fieri
potest, vt si hæc sententia vera est, infirmus susce-
13 pto sacramento, saluetur, qui alias damnaretur. †

Quare vt rectè obseruat Granado, *in 3. p. D. Tho-
mæ, contr. 8. de hoc sacram. disp. 7. n. 13.* Pontifex
hoc permittendo, non dispensat, nec affirmat non
esse necesse vngi organa sensuum, nec repeti verba
formæ ad integrum Sacramentum Vnctionis, sed
solum licere in casu necessitatis ministrare hoc sa-
cramentum, quasi dimidiatum, applicando partem
illius; quia non est improbabile sic obtinere ali-
quam gratiam habitualem, & actualem; imò & cor-
poris sanitatem, vt iam dixi *dicta q. 4. vers. ad se-
cundam.* † Et facit; quia licitum est in administra- 14
tione sacramenti vti opinione probabili, relicta
probabiliori, vt dico latè *tit. sequenti de sa-
cram. non iterandis*; & quia dicunt Pater Ami-
cus, *in cursu Theolog. tomo 8. disp. 19. sect. 13.* Tan-
nerus *tomo 4. disp. 7. quæst. 1. dubio 3. n. 62.* Macha-
dus, *tom. 1. lib. 4. p. 2. tract. 2. docum. 12. n. 4.* Cardi-
nalis Lugo, *opusculo de sacram. c. 2. q. 3. n. 3. in fine*,
& alij hoc sacramentum non esse ad salutem neces-
sarium, nec necessitate medij, vt Baptismus, & Pœ-
nitentia, nec necessitate præcepti, vt Eucharistia.

In secundo autem casu maius dubium est, cum 15
non legamus aliquam Ecclesiæ praxim, vt huius
sacramenti administratio fiat vngendo corporis in-
firmi aliam partem extra vnam ex dictis quinque
sensibus; & sic pro negatiua sententia firmiter te-
nendum esse videtur, vt nullo vnquam tempore
possit Pontifex dispensare, nec permittere, vt Ex-
trema Vnctio ita administretur; & hoc ex proximè
adductis, & his quæ resolui, *sub dicta quæst. 4.* &
sub dict. vers. ad secundam; tum etiam quia vt
firmat Leander, *de hoc sacram. tract. 4. disput. 4.
q. 22.* Sacramentum hoc ministratum in quacum-
que parte corporis, non est validum, vt resoluit ex
Doctoribus & cum Baunio.

Sed quia, vt ibi adduxi ex Beccano referente 16
sint Doctores affirmantes hoc sacramentum ad-
ministrari validè posse cum vna Vnctione facta
in quacumque alia corporis parte; ideo hoc cor-
roborato, fundamentis, videtur à fortiori resol-
uendum posse Pontificem dispensare, vel permit-
tere, vt Sacerdos illuc administret vnica tantum
Vnctione, etiam extra tempus pestis, igitur cum
Concil. Trident. *sess. 14. cap. 1.* dicat Ecclesiam
Romanam non aliter obseruare in administranda
Vnctione quantum ad ea, quæ huius Sacramenti
substantiam perficiunt, quam quod B. Iacob.
præscripsit, qui nudè vnctionem præscribit; non
verò vnctionem quinque sensuum; ergo illam
obseruat Ecclesia, vt essentialem, non aliàs; alio-
qui obseruaret aliquid, quoad substantias, quod
Apostolus non præscripsit. Et addi potest ex mo-
re Ecclesiæ vt vngantur, non ipsa sensuum organa,
sed partes vniæ, vt patet in oculis, & auribus, &
organo gustus, vt etiam magis constat in his, qui
aliquo sensuum organo sunt orbati. Ergo censet
Ecclesia non esse de essentia, vt sensuum loca vn-
gantur, sed sufficere ad essentiam partem aliquam
corporis inungi, cum vbique sensus vrgeant, quam-
uis organa, si possit fieri ad expressiorem significa-
tionem debeant vngi.

Quare Marchantius *vbi supra in resol. Pastor.* 17
de sacram. tr. 5. dict. c. 3. ad quæsitum quantum ad
Extremam Vnctionem, an in periculo contagij suf-
ficiat vnica vnctio in aliqua corporis parte? Respõ-
det hanc opinionem probabilem omnino esse, tum
ob authoritatem Doctorum, tum ob multipli-
cem rationem; & ideo à nonnullis hoc tem-
pore in praxi vsurpari, & alia referens, quæ
ad litteram tradit Diana *dict. p. 8. tract. 1.*

*resol.*21 .verſ.*nec deſeram*.ſatisfacit Florentino, & aliis Conciliis ſeptem Vnctiones numerantibus, non diſtinguentibus, dicens ex illis non colligi quod quinque magis ſint de eſſentia, quàm ſeptem, & per conſequens non repugnare aſſertioni, quæ vnicum dicit perficere eſſentialiter Sacramentum: alia tradit Diana, & affirmant aliqui apud Suarez *diſp.*40.*tom.*4.*ſect.*2.*n.*81.& Æſtius *dict.*23.§. 15.
19 † quatenus ait non improbabiliter dici poſſe quod, etiamſi ad integritatem huius Sacramenti requirantur quinque ſenſuum conſuetæ Vnctiones, non tamen ad eſſentiam, ad quam fortaſſe ſufficit, vt corpus quacumque parte vngatur, his generalibus vtendo verbis, *Per iſtam Sanctam Vnctionem* &c.*indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti*, & poſt illum Beccanus, quem retuli *in dict. verſ.vnde q.*4.

20 Nec etiam ex D. Florentino aliud colligi poteſt; quia cum ibi aſſignet ſeptem Vnctiones, & ferè in omnium ſententia duæ vltimæ, quæ fiunt in renibus, & pedibus non ſint neceſſariæ, dici non poteſt quod ſaltem reliquæ quinque ſint neceſſariæ, cùm non ſit maior ratio de reliquis quinque, ac de duabus vltimis: ita argumentatur Diana *dict.p.*8.*tract.*30.*reſ.*21.verſ.*nec hæc multiplex*, inferens ex Trid. *dicta ſeſſ.*14 *cap.*1. nullum certum numerum Vnctionum pro materia huius ſacramenti aſſignati, cum ſolum dixerit materiam illius eſſe oleum ab Epiſcopo benedictum: *Nam vnctio* (inquit) *aptiſſimè ſpiritus ſancti gratiam, qua inuiſibiliter anima ægrotantis inungitur repræſentat*; & quod nullus certus numerus vnctionum poteſt colligi ex Conciliis.

21 Inſuper confirmatur, quia cum Apoſt. Iacob. (vt etiam apparet ex noſtro textu) dicat quod ſolum infirmus ſit vngendus, nec apparet in qua parte corporis, & in quacumque eius parte vnctus homo verè dicatur, dum vnctio ei applicatur, ſicut per quamcumque ablutionem cuicumque parti corporis adhibitam, dicitur ablutus; ſequitur vt quemadmodum ex illis verbis Matth. vltimo, *Baptizantes eos*, non colligitur, niſi vna ablutio ad validitatem Baptiſmi neceſſaria, ſic nec ex illis verbis D. Iacobi & textus noſtri *Vngentes eos*, colligi non debeat niſi vna vnctio ad validitatem Extremæ Vnctionis neceſſaria, cum vtrobique ſit eadem forma, & tenor verborum, ſic ratiocinantur, Diana *ſupra* in verſ.*probatur*, & Æſtius *dicta diſt.* 23.§.15. Beccanus, & alij, quos refert Suarez *dict.diſp.*40. *ſect.*2. *n.*81.& refert Leander *dicta diſp.* 4. *q.* 22. quod ſi hæc ita procedunt, & ſecurius fient, promittente, ſeu Pontifice diſpenſante ex iam relatis.

22 Ad ſecundam quæſtionis partem, an validum ſit hoc Sacramentum miniſtratum in quacumque parte corporis? Reſpondeo ex proximè dictis; vnum tamen notabis peccare mortaliter, qui non vngit, ceſſante contagio, aut mortis periculo, in omnibus partibus quinque ſenſuum, vt apparet ex ſequentibus.

23 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit de neceſſitate Sacramenti, vt fiant ſeptem Vnctiones? quia etiam poteris abundè reſpondere ex dictis *ſup. q.* 4 dict verſ.*ad ſecundam* per totam, & hic *in toto verſ.ad primam*; ideò nunc reſolutiuè dico probabilius eſſe, vt nullo modo ſint de neceſſitate ſacramenti; imò nec præcepti, vt tenet Suarez *tom* 4. *diſp.* 42.*ſect.*2. Henriquez *lib.*3.*cap.*12.*n.*2. Torreblanca *de Iure ſpirituali n.*18. & 19. *capit.* 11. *lib.* 2. Valentia *tom.*4.*diſp.*8. *q.*2. *puncto* 2. Ægidius *diſp.*19.*n.*11. Reginaldus *lib.*28.*n.* 70. Dicaſtillo, Molfeſio, Bonacina, Nugnus, & alij, quos ſequitur Leander *de ſacram.dict.tract.* 4. *diſp.* 2.*q.* 29. dicentes nec illas ſeptem eſſe de neceſſitate præcepti, ſed tantùm quinque factas in ſenſu, oculorum, auditus, narium, manuum, & oris.

Ad quartam quæſtionis partem, etiam ex dictis 24
*in dicto verſ.ad ſecundam.q.*4.& hic *in verſ.ad primam*. Reſpondeo non eſſe de neceſſitate Sacramenti vtrumque Organum vnius ſenſus inungi ſed ſufficere ſi vnus oculus, aut vna manus, ſiue auris vngatur &c. quia vt dicunt Peſantius *in addit. ad* 3.*part.q.*33.*diſp.*2.*art.*3. Sa *verb.Vnctio*, *a.* 10. Diana *dicta p.*8.*tract.*1.*reſ.*21. Suarez *dict.diſp.* 44.*ſect.*1.& alij, quos citat, & ſequitur, Leander, inter quos Henriquez, Bonacina, Torreblanca, Fillucius, Naldus, & Reginald. per hoc ſatis formæ veritas ſaluatur; dicunt tamen ſeruandum eſſe morem Eccleſiæ, quo non obſtante, ſi neceſſitas vrgeat, veluti ſi infirmus non valeat commodè conuerti in aliud latus, aut timeatur periculum infectionis, licitè poſſe ſacerdotem vnum oculum, vnam aurem &c. inungere, vt conſtat ex dictis in iam aſſignatis locis: docent etiam Dicaſtillo, & Caſtro Palao, quos etiam refert Leander, quibus addo Barboſam *de officio Parochi* 2.*p.cap.*22.*a.*32. Zambranam *de caſibus occurrentib. tempore mortis. c.* 5.*in princ.n.*9. Ægid. Trullench. *de ſacram.lib.*5. *cap.vnico dubio* 2.*n.*7.*in princ.* dicentes in vna parte ſufficienter v. g. oculo ſignari vnctionem talis ſenſus.

Vnde infertur ad dubium, nùm cum vnguntur 25
ſinguli ſenſus, debeat in vnaquaque vnctione cuiuslibet ſenſus repeti forma, & hoc ſit de neceſſitate huius ſacramenti? Et licèt affirment Hurtado *de Extrema vnctione dif.*6. Granado *diſp.* 7. *a.* 6. Layman. Suarez *diſp.*41 .*tom.*4. Ægid. *diſp.* 19.*dub.* 3.*n.*11. Victorellus, Bonacina, Ledeſma, Diana, Toletus, Ochogauia, Tannerus, & alij apud Dianam *dict.p.*8.*tract.*1.*reſ.*21. Trullench. *dub.* x.*n.* 11.& *dubio* 5.*n.*5 adhuc ex dictis *in verſ. ad primam*, noſtræ quæſtionis dicendum eſt ſufficere ad valorem huius ſacramenti, ſi vnicus vngatur ſenſus dicendo conſuetam formam. † Ex eo quia in vn- 26
ctione vnius, dumtaxat ſenſus, ſoluatur ratio huius ſacramenti, cum ibi detur materia, forma, & intentio Miniſtri: ſic Siluius *in* 3.*p.q.* 32. *art.* 7. Doctores Louanienſes apud Dianam 3. *p. tract.* 4. *reſ.* 168. Becan. *de ſacram. capit.* 25. *q.* 5. *num.* 7. Cappeauila *de ſacram. cap.* 5. Rodriguez *capit.* 192.*in ſumma de Extrema Vnctione n.*4. Medina, Ledeſma, Sotus, Henriquez, Molfeſius, Caſpenſis, Amicus, & alij apud Dianam, *dict.p* 8.*reſ.*21. Baunius *de hoc ſacram.q.*2.*aſſert.*2. Nicolaus Seratius *opuſculo de Extrema Vnctione c.*7. Æſtius, *diſt.*13. §.15.& alij communiter.

Ad quintam quæſtionis partem de Vnctione 27
Sacerdotum, reſpondeo vt licèt nihil referat quod vngantur in palmis, ſicut cæteri infirmi, vt notat Palud. *in* 4.*diſtin.*23.*quæſt.*3. *artic.* 3. *concluſ.* 3. Zambran. *dicto cap.* 5. *in princip. num.* 5. tamen praxis ordinaria eſt, vt non vngantur in Palmis, ſed infra Palmam, vel in exteriori manus parte; eo quod in ordine ſacro vncti fuerunt in Palmis: ita Poſſeuinus, *capit.* 9. *numer.* 15. Sa *Verbo Extrema Vnctio n.* 16.*verſ. ſacerdotes*, Barboſa cum illis, & cum Bonacina, *de offic. Parochi p.* 2. *dicto c.*12.*num.*32. Vbi dicit cuiuſque Diœceſis in hac

hac re consuetudinem custodiendam, & sequendam, Leander *infra* cum multis.

28 Vnde etsi Henriquez *lib. 3. cap. 11. n. 3.* & Paludanus, quem sequitur dicant hanc vnctionem sacerdotibus non esse necessariam, vniuersaliter loquendo; eo quod eorum Palmæ fuerint inunctæ, quando ordines receperunt, adhuc ex proximè dictis respondeo necessù esse vt vngantur Sacerdotum manus, siue in Palmis, siue infra Palmam, vt dictum est, & docent Viualdus *in Candelabro*, Ritus Romanus, Bonacina, Granado, *dicta disp. 7. n. 8.* quos sequitur Leander, *dict. tract. 4. disp. 4. q. 25. & q. 26* Posseuinus, *de hoc sacram. n. 15.* vbi citat Victorellum.

29 Ad sextam quæstionis partem, an ordo Vnctionis debeat seruari de necessitate Sacramenti? Et breuiter respondeo, quod etsi consuetudine receptum sit vt prios vngantur oculi, & successiuè antes, oares, os, & manus; Et quia ita ordinat Rit. Roman. sic vt absque necessitate non liceat Sacerdoti talem peruertere ordinem, vt dicunt tefetendis, & omnes communiter. † Tamen dico non

30 esse de essentia sacramenti, (etsi Castrus Palao, *de hoc sacramento puncto 3. n. 11. & p. 8 n. 15.* dicat esse peccatum graue talem ordinem inuertere) docent Dicastillo, *de hoc sacram. disp. 1. dubio 3. n. 38.* Granado, *supra disp. 8. n. 7.* Vbi addit fieri posse sine graui culpa; quia non videtur res tanti momenti, Suarez *dict. sect. 2. n. 9.* Posseuinus *sup. n. 26.* cum aliis Leander, *supra q. 27.* quibus addo Trullench. *sup. dict. dubio 2. n. 7. in fin.* cum Bonacina, & aliis ex eo, quia completa manet significatio, etiam mutato ordine: sic communiter DD.

31 Pro complemento notabis primò, quod in casu necessitatis potest diligens Sacerdos vngere infirmum in capite; vt sic saluet omnimodam huius Sacramenti substantiam, & hoc securè repetendo contiguè formam, quia in capite resident, tanquam in radice omnium sensuum organa: Suarez, *tomo 4. dist. 41. sect. 3. n. 8.* Villalobos *in summa tract. 10. de hoc sacram. p. 1. diff. 3. n. 5.* dicentes ita posse practicari in casu vrgentis necessitatis, cum timetur de vita infirmi, si Sacerdos vellet omnes sensus vngere, & tunc vnget caput proferendo verba formæ. *Per istam sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum*, addunt verò tactum non consistere in capite, ad quem sufficere vt vngatur vna manus.

32 Secundò aduertere debeat quod si timeat de morte infirmi, vt prius pronunciet illud ly *deliquisti*, & consequenter per *visum auditum*, &c. quia alioqui, si ly *deliquisti*, secuetur in finem, & interim decedat ægrotus, nullatenus perficitur significatio, ac propterea indubitanter nullus est valor Sacramenti, nullus effectus; at si antea ly *deliquisti*, dicatur iam per Vnctionem, & nominationem aliquorum, vel alicuius sensus, perficienr aliqua significatio, ac proinde in sententia eorum, qui volunt Vnctionem vnius partis sufficere ad valorem, siue sufficere ad conferendum ex tunc aliquem effectum, habebitur aliqua spes, & probabilitas de valore, & effectu Sacramenti ad salutem infirmi, vt satis doctè dicit Auersa, *de sacram. Confirm. sect. 4.* in vers. *videtur.* cum Diana, & ipse Diana repetens illum, *dict. p. 8. tract. 1.* vers. *& tandem, in fine*, & satis apparet ex dictis *à n. 1. nostra quæstionis*, & *in dict. q. 4. sub dict. vers. ad secundam.*

Ad vltimam quæstionis partem inuenio discordandantes Doctores: etenim affirmant, Auersa, *de hoc sacram. sect. 4.* dicens quod etsi in Pastorali illo Archiepiscopali Melchionensis, *de quo quæst. præced.* & hic, dicatur sufficere Vnctionem alicuius sensus; tamen adhuc dicit, vt debeant sigillatim omnes vngi, intelligens hoc pacto Concilium Florentinum, dum nominauit visum, & subiunxit similiter in aliis membris, & latè loquentes, tenent Castrus Palao, *tom. 4. tract. 26 disp. vnica, puncto 4. n. 4.* Amicus *in cursu Theologico tom. 4. disp. 19. sect. 5. n. 87.* quorum verba refert Diana, *p. 9. tract. 7. in miscel. res. 56.* quia verba sunt proferenda quoad præceptum, & obligationem necessariò, vt iacent in Rituali; & quod nemini liceat inuertere ordinem ministrandi Sacramenta sua propria authoritate, & ex aliis fundamentis. 33

Et licèt tutius sit facere modo dicto, video tamen nonnullos dicere, non esse de necessitate Sacramenti nominare sensum, qui vngitur; & sufficere quod vngat Sacerdos dicendo, *Per istam Sanctam Vnctionem &c. indulgeat tibi Deus quidquid peccasti &c.* Quia sicut in forma Confirmationis frons non exprimitur, etsi illius Vnctio sit essentialis, ita quamuis sensuum Vnctio sit necessaria ad substantiam huius Sacramenti, non inde sequi, quòd in forma sensus essentialiter exprimi debeant, satisque indicari vngendo, v.g. oculum, si dicat Sacerdos formam modo dicto, ad effectum petendi à Deo remissionem delicti per visum, & sic de aliis. † Ita, & alia in confirmationem addentes, Reginald. *in praxi tom. 2. lib. 28. cap. 9. n. 56.* auctor incognitus sub nomine Heremitis Theologi, *p. 8. cap. 9. conclus. 3.* Petrus à S. Ioseph, *in idea Theologiæ sacram. cap. 94. res. 3.* & meritò ait Diana, *supr.* quod Præpositus, *in 3. p. D. Thoma de hoc sacram. quæst. vnica dubio 4. n. 24.* dixerit primam sententiam tantum esse veriorem. Et addunt quod si inter vngendum omnes sensus dicat Sacerdos verba illa tantum semel, *Per istas Sanctas Vnctiones indulgeat sibi Deus quidquid peccasti* &c. probabile esse Sacramentum valere propter rationem iam dictam, cum sufficienter videatur peti remissio peccatorum, quæ à quinque sensuum originem duxerant, nec Diana ausus est hanc improbare sententiam, etsi à prima non discedat. 34 35

QVÆST. VI.

An recepturi hoc Sacramentum debeant esse rationes capaces vel queat ministrari puero, de quo dubium est nùm habeat vsum rationis? Et an illis qui inciderunt in amentiam, sit in periculo mortis ministranda Extrema Vnctio? Et an pueri in articulo mortis sint vngendi, quando sunt capaces Sacramenti Eucharistiæ? seu sit ministranda Extrema Vnctio Adulto in periculo mortis, statim post susceptum Baptismum? Et an teneatur Parochus si cognoscat per confessionem puerum nunquam actualiter peccasse ministrare Extremam Vnctionem.

SVMMARIVM.

1 *Extrema Vnctio ministrari potest illi, qui repente destitutus est sensibus sub conditione* si capax est.n.2. *Et de ratione*,n.3.& 4.

4 *Vnctionis Sacramentum videntur petere omnes, qui christianè vixerunt, seu dederunt signa contritionis.*

5 *Vnctionis Sacramentum potest ministrari destituto sub conditione* si non es mortuus, vel si adhuc viuis.

6 *Vnctionis Sacramentum recepturus debet esse viator baptizatus,& ratione vtens; sic vt si ministrans cognoscat illum esse mortuum, debent desistere*,& n.7.

8 *Vnctionis sacramento capaces non sunt pueri, & infantes,& sic contra n.9.vbi in qua ætate possit ministrari*.n.17.& 20. *Et de ratione* n.10.& 13.

10 *Vnctionis Sacramentum,est suppletiuum pœnitentiæ institutum in remedium*, vt n.22.

11 *Vnctionis Sacramentū, puero,de quo dubitatur, si habeat rationis vsum ministrari potest sub conditione*,si capax fuisset recipiendi Sacramentum Pœnitentiæ.

12 *Negotia nudaliter tractanda sunt, in quibus speratur lucrum.*

13 *Vnctio extrema non datur perpetuò carentibus ratione,vel à natiuitate,vel si ante septennium in amentiā inciderunt,secus amentibus,& furiosis factis iam quando peccare potuerunt,si absit periculum irreuerentiæ*,vt n.14.*at si christianè vixerunt* n.15. *vel habentibus lucida interualla*,vt n.16.

15 *Christianè quis vixisse præsumitur, nisi contrarium probetur.*

17 *Vnctio in Diœcesi Valentina non tenetur parrochi antequam Eucharistiam receperint Parochus ministrare,aliud in praxi*,n.18.

19 *Vnctionis Sacramentum verius est,vt possit pueris ministrari ante pubertatem, quando sunt capaces confessionis sacramentalis*, & n. 20.

20 *Vnctio vt recipi ritè possit non requirit tantum discretionem,quantum Eucharistia.*

21 *Extrema Vnctio adulto verius est vt absolute valeat ministrari*.n.21.

22 *Vnctio extrema habet duos principaliores effectus inter se distinctos* &n.33.

23 *Vnctionis sacramentum debet sumi à Baptizato in articulo mortis,qui post illum adhuc actualiter non peccarit. Et de quo exemplo hic Mauriti in quodam Mahometano* n. 24. *& quid in praxi*.n.25.26.27.

28 *Sacramenti Vnctionis materia, secundùm aliquos est peccatum actuale, alij non sic sentiunt*,vt n.29.*per dicta supra.*

30 *Vnctionis Sacramenti capax dicitur etiam qui ex priuilegio nullum peccatum commisit*.n.31. *vbi alij contra.*

31 *Sacramenti Vnctionis effectus,est non solum reliquias peccatorum abstergere,verum, & robur prastare aduersus tentationes; superandumque tristitiam infirmitatis.*

33 *Parochus cognoscens puerum nunquam peccasse,tenetur ei infirmo vnctionem ministrare.*

34 *Verba* indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti,*quem sensum habeant.*

35 *Absolutio Sacramentalis pœnitentia in contrito iam,qualiter intelligatur.*

Ad has difficultates pacandas duxi duobus dubijs prius satisfacere primo,quando dubitatur nùm sit impartienda Extrema Vnctio illi, qui repente omnibus sensibus reperitur priuatus. Secundò,an illi,qui dubitatur,nùm sit mortuus. Et licèt quoad primum negent aliqui apud Ægidium *de sacram.disp.*19.*n.*23. requirentes, vt hoc sacramentum possit alicui conferri quod vtatur ratione,dum ei confertur.† Respondeo nihilominus cum communi Doctorum posse ministrari sub conditione *si capax est*;quia sic constat consuetudine Ecclesiæ,cum huiusmodi homines vngat, in sacroque sepeliat,etsi absque vlla confessione, aut contritionis signo decesserint:ita Nauar.*in summa.cap.* 22.*n.*13.& *c.* 26.*n.*27.Ægidius Coninch.*supr.*Viuald.*de Extrema vnctione,cap.de suscipientibus.n.* 3.Reginald.*lib.*28.*n.*65. † Vbi reddit etiam rationem sequentem, quia ad hoc sacramentum recipiendum,sufficiens est intentio, seu petitio virtualis, seu interpretatiua, id est ex Nauarro si tacitè petierit, aut petiturus esset, si meminisset, Leander *de sacram. tract.* 4. *ref.* 15. Suarez *tomo.* 4.*disp.*41.*sect.*2. Archangelus *dict.* 23.*pag.* 281. *&* 282. 1 2 3

Et confirmatur, nam virtualiter, & interpretatiuè censentur petere hoc sacramentum omnes illi, qui christianè vixerunt, vel qui dederunt signa contritionis, vel qui semel habuerunt intentionem recipiendi hoc sacramentum; quia quilibet censetur esse dispositus, nisi constet contrarium; nullus enim præsumitur malus, nisi probetur, per ea, quæ dixi, *in capit. penult.& fin. de prasumpt. l. merito ff. depositi*, & in terminis docent Suarez,*disp.*42.*sect.*7. *n.* 3. Henriquez,*lib.*3.*cap.*12.*n.*3.*& lib.* 3. *cap.*13. *n.* 1. Nauarr.*dict.cap.*22.*n.*3.Bonacina,*tom.*1.*disp.* 7. *q. vnica puncto* 5.*n.*3.Ægidius Trullench.*de sacram. lib.*3.*q.vnica dubio* 4.*n.*1.*in fine*,& alijs. † Dubio tamen secundo respondeo posse sub conditione *si non es mortuus,vel si adhuc viuis*,dari,illi, qui dubitatur mortuus:sic docent Reginald.*dicto lib.*28. *n.*63. dicens esse communem omnium sententiam Theologorum,& summulariorum, Suarez *tom.* 4. *dicta disp.* 41. *sect.* 2. Bonacina, *supra*, *n.* 9. Nugnus,*q.*32.*art.*2. Viualdus, Victorellus, Hinojosa, Nublinus,& alij,quos sequitur Leander,*dicta disp.*3.*q.*16. 4 5

Præmitto etiam dicendum, vt suscipiens hoc sacramentum debeat esse homo viuus, baptizatus,& ratione vtens; debet enim primo esse viator; quia mortuus iam definit esse talis; & sic non est capax huius sacramenti. Ex quo fit vt si ministranti constet iam esse mortuum, debeat desistere ab Vnctione: sic Bonacina cum alijs *supra dicto puncto* 5.*n.*8. Becanus,*de sacram.cap.*27.*q.*10. Trullench *dicto n.*1. Qui etiam dicunt, vt debeat esse baptizatus, quia character Baptismalis est necessarius ad omnia alia sacramenta suscipienda. Et quia cum hoc sacramētum sit consummatiuum Pœnitentiæ, supponit vitam in Baptismo. De alijs requisitis dico sub hac integra quæstione, vbi de rationis vsu,cum quibus iam ad difficultates propositas datur respondendi locus. 6

Ad primam igitur difficultatis partem,cum capax huius sacramenti si homo tantū fidelis de vita periclitans, qui vel ratione vtatur actu, vel antea illā vsus sit, vt docent omnes Doctores, S.Thomas, *distinction.*13.*quæstion.* 2. *artic.*1. Sotus, & alij Theologi, ibi Bonacina, *dicta disputation.*7. *q.vnica puncto* 5.*n.*1.Suarez,*tom.*4.*disp.*41.*sect.*1. 7

Illiucins

Fillucius *tract.*1.*cap.*5.*n.* 101. Ægidius *disp.* 19. *dubio* 7. & alij.Zerola *in praxi de sacram.Pœnit. cap.* 15. *q.* 7. cum aliis Barbosa *de officio Parochi cap.*22.*n.*11.sequitur disputandum iam de secunda difficultatis parte.

8 Igitur de infante,siue puero ante vsum rationis, respondeo non esse capaces huius sacramenti,cum in his nequeant verificari forma ipsius sacramenti, nempe *quidquid peccasti &c.*sed nemo peccare potest fine vsu rationis,vt est commune placitum omnium cum D.Thoma *in addit.q.*32.*art.*1. ergo;& sic docent Nauarr.*supra cap.*22.*n.*13. Sotus *in* 4. *de hoc sacram.dist.*23.*q.*2.*art.*2.Angelus,Syluester, Armilla,Ledesma,& alij,quos sequitur Henriquez, *lib.*3.*cap.* 11.*n.* 9. Fillucius *supra n.*101.Sanctius *in selectis disp.*27.*n.*10.Granad *disp.*6.*n.*4.Nugnus

9 *q.* 32. *art.* 2.† addens oppositam sententiam esse improbabilem,B.Ledesma,Toletus, Archangelus, & alij,quos sequitur Leander, *tract.* 4.*de sacram. disp.* 3.*q.*2.Archangelus *supr. dict.* 23. *col.* 1. *pag.* 181.cum alis Narbona *de annor. comput. tom.* 1. *anno* 7.*q.*8.Dicastillo *tract.*7.*disp.*1.*dubio* 10. Reginald.*dicto lib.*28.*n.*64.Suarez *disp.*42.*sect.*1.quibus adde Bonacinam *supra n.*1. Ægid Trullench. *dict.dubio* 4.*sub n.*1. Galetius *in margarita casuum conscientia*,verb.*Extrema vnctio*,*penult.* Graffis *in aureis decis.p.*2.*lib.*1.*c.*8.*n.*16. Barbosa cum Posseuino, Miranda, Ludouico de S.Ioan. & aliis *de officio Parochi p.*2.*cap.*22.*n.*12.& cum Capeauilla dicente quod danda est praxis decimo anno morientibus,& Zambran.*de hoc tract.dubio* 1. *cap.* 5. *n.*3.ait dandam esse omnibus pueris capacibus sacramenti Pœnitentiæ;& sic omnibus pueris capacibus post septennium , nisi constaret carere vsu rationis,sed Layman *in Theolog.morali lib.*5.*tract.* 8. *cap.* 4. *num.* 2.subdit excusari sacerdotem non administrantem Extremam vnctionem pueris ante annum decimum sextum ætatis , aut decimum quintum , iuxta Diœcesis consuetudinem, excepto tamen casu necessitatis , si puer , quem rationis vsum assequutum esse constat , aliud ante mortem sacramentum suscipere non possit , & Ioan. Sanctius *dict. cap.*7. ait peccare Parochum , qui non administrat vnctionem sacram puero habenti vsum rationis ad peccandum;quamuis ob defectum ætatis nunquam susceperit Eucharistiam , vt refert Machado *lib.*2.*p.*2.*tract.*2 *docum.* 22.*n.* 3.quod mihi placet , cum hoc sacramentum sit ad tollendas reliquias peccatorum , & ad peccata venialia , vt infra dico , quæ à pueris vsum rationis habentibus solent committi de facili, vt dico *in vers.ad tertiam.*

10 Et ratio omnium est,quia cum hoc sacramentum vnctionis sit complementum pœnitentiæ , supponit eum,cui confertur esse capacem pœnitentiæ, tentationum,& peccatorum actualium;quia in remedium horum institutum est,vt latè dixi *supra*;ad quod confirmandum innuunt verba illa Iacobi *cap.* 6.de quibus fit mentio in textu nostro , & in aliis *quæst.*1 adductis:*si in peccatis est, dimittentur ei*, & verba formæ ibi: *quidquid peccasti &c.*sed infans est incapax supradictorum, ergo.

11 Vnde non sunt audiendi Maior *dist.*23.*in* 4. §. *contra secund. con ad* 2. & Bellarm. *de vnctione*, *cap* 9.*in fine*,& Posseuin.quos referunt Narbona , & Leander *vbi supra* , quorum sententiam ego libenter admitterem , quando dubitaretur , si habeat puer rationis vsum , dando ei vnctionem sub conditione,dum tamen dubitetur , num puer iam esset capax recipiendi sacramentum Pœnitentiæ , docent Zambrana *de casibus occurrent. tempore mortis,cap.*1.*dub.*1.*n.*7. & Diana eius verba referens , plus absolutè docet,*p.*3.*tract.*4.*res.* 169. dicens sine vllo timore dandam esse Extremam vnctionem sub conditione,etiam si puer recepisset sacramentum Pœnitentiæ sub conditione : sic etiam docent Ioannes Sanchez *in selectis dict. disp.* 27. *n.* 17. Gaspar Hurtado *de hoc Sacramento dif.*6.Leander *dicto tract.*4.*disp.*3.*q.*3.Dicastillo *dubio* 10. *tract.* 7.*disp.*1.*n.*142.& alij † quia negotia,in quibus nihil admittendum timetur,sed potius lucrum speratur audacter tractanda sunt, & faciunt quæ dixi supra *q* 4.in vers.*ad secundam,& q.* 5. *a n.* 1. hic applicanda:iterum ipse Diana *p.*5 *tract.*3.*res.* 85. *in fine* , Cardinalis Lugo *de sacram. Eucharistia disp.*13.*sect.*4 *n.*41. 12

Ad secundam quæstionis partem , an illis , qui inciderunt in amentiam,sit sacra vnctio ministranda ? Cui dubio sub distinctione existimo respondendum nempe vt amentibus à natiuitate,seu illis, qui amentia in infantia ante vsum rationis præoccupati fuerunt,non sit danda Extrema vnctio : sic docent supra relati,quorum ratio est; quia isti , ac perpetuò furiosi sunt incapaces à natiuitate ad committenda peccata actualia ; præcipuè Henriquez *lib.*3.*cap.*11.*n.*9.*lit.L.* & apud D. Thom. *in* 4.*dist.*23.Ledesma,Sotus,Paludan. Ricardus , Victoria,& Nauarr.*supra,dicto cap.*22. quibus addo Ægidium Trullench *dicto dubio* 4.*sub n.* 1. cum Bonacina,& Leand. *dict. disp.* 3.*dif.*8.quod verum est quantumuis affirment dandam esse Bellarm. & Maior iam relati,eo quod eadem ratio sit habenda de his ,ac de infantibus;quod credo etiam verum si loquantur de infantibus;hoc est pueris vsum rationis habentibus , vt iam dixi *sub vers. ad primam.* 13

Quod si amentes , & furiosi facti , aliquando vsum rationis habuerunt , reuera est eis administranda Extrema Vnctio;quia isti peccare actualiter potuerunt;& ob id poterit,& Phreneticis, modò tamen illi ante amentiam , vel phrenesim potuerint formaliter , aut saltim virtualiter, seu interpretatiuè,etiamsi in tempore amentiæ , vel phrenesis contradicant ; dummodo absit periculum irreuerentiæ:sic docent Ægidius Trullench suprà ; & omnes adducti , quibus addo Archangelum *dist.* 23.*pag.*181.*col.*1.Dicastillo *supra disp.*1.*dubio* 10. *n.*136.Rodriguez,Suarez,Ledesma,Layman,Henriquez,Fillucius , & alij , quos refert , & sequitur Leander *dicta disp.*3.*q.*8. *in fine.* † Barbosa *supra dicto cap.*22.*n.*13. addens eis dandam,si nimirum Christianè vixerunt,quod est præsumendum , nisi contrarium probetur,aut appareat, Henriquez *dicto lib.*3.*cap.* 13. §.1. Ludouicus à Sancto Ioanne *de hoc tract.art.*5.*n.*13 Ludouicus Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 49. *art.* 5.*conclus.*5.† Vbi etiam dicit quod prædictum sacramentum non est dandum amentibus , siue furiosis , nisi aliquibus vtantur lucidis interuallis , Barbosa , etiam cum Zambrana , Bonacina *vbi supra* , & Layman *dict. cap.* 4.*n.* 3. vbi, in vers. *hi porro* , secus dicit de perpetuis amentibus , & his omnibus etiam addo Vegam *in speculo cur. tom.* 2. *cap.* 13. §. 3. *n.*15. Ochogauiam *de hoc sacram.q.*7.*n.* 2. Præpositum *in* 3.*p.q.vnica de sacram.Eucharist. dub.* 7.*n.* 59. Granad.*de sacram.Controuersia* 8.*tract.vnico*,*disp.* 6.*n* 4 Diana *p.*5.*tract.*3.*res.*84.Ludouicus Ma-ratio *in D. Thom. tom* 2. *tract. de Extrema vnct.* *disp* 9.*sect.*2.*n.*6.Qui bene loquitur , Toletum *lib.* 7.*cap.*3.& est ita tenendum contra Petrum Cenedo 14 15 16

 Iauellum

Iauellum *de Extrema vnct. cap.* 5. Nicolaum Plone *in eodem tract. pag.* 34. aliter sentientes scilicet, vt
17 formaliter ante amentiam illud petierint † imò & Ægidius Trullench. *de sacram. lib.* 5. *cap. vnico dubio* 4. *n.* 5. dicit quod in Diœcesi Valentina non tenetur Parochus ministrare hoc sacramentum pueris antequàm suscipiant Eucharistiam, vt habetur *in Rituali Valentino.*

18 Ad tertiam quæstionis partem, an pueri in articulo mortis sint] vngendi, quando sunt capaces sacramenti Eucharistiæ, sine difficultate, satisfaciens ex dictis hic *supra* à vers. *ad primam*; sed quia quidam dixerunt in anno 10. alij in 15. aut 16. & alij in septennio post rationis vsum; ideo non desinam hic adducere Sotum, qui *in 4. dist.* 23. *q.* 2. *art.* 2. quem referunt Diana *dict. p.* 5. *tract.* 3. *res.* 85. & Hurtado *de hoc sacram. disp.* 10. Summa Corona *de sacram. Vnctionis n.* 8. & etiam Viualdus *de suscipientibus n.* 7. Aureol. *in 4. dict. dist.* 23. *art.* 1. §. *nunc dicendum*, Torreblanca *lib. 2. pract. spirit. cap.* 11. *n.* 34. Naldus *n.* 7. Philippus de Cruce *in summa tract.* 10. *pag.* 165. Lubrinus Vers. *Extrema Vnctio.* & Synodus Hispalens. *anno* 1586. vt refert idem Torreblanca, requirentes in puberis ætatem pubertatis, vt illis hoc sacramentum licitè, & validè ministrari possit, vel esse optimum consilium in articulo mortis, in decimo anno puero Viaticum
19 præbere, ac consequenter Extremam vnctionem. † Sed reuera dicendum est posse sacram vnctionem à Parochis conferri pueris nondum constitutis in ætate suscipiendi sacram Eucharistiam, si sunt capaces Confessionis instituendæ, & absolutionis: sic docent Hurtado *vbi supra*, Baldellus *tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 30. *n.* 16. Ioannes Præposit. *in 3. p. q. vnica de hoc sacram. dubio* 7. *n.* 57. Diana *vbi supra*, Ioannes Sanchez *in selectis dict. disp.* 17. *n.* 6. alijpenès ipsum, Nugnus *in 3. p. tom. 2. q.* 32. *art.* 4. Iacob. Marchantius. *de sacram. lib.* 5. *de Extrema vnct. cap.* 1.
20 *q.* 1. & alij. † Quia ad recipiendam Extremam vnctionem non requiritur tanta discretio, quanta ad receptionem Eucharistiæ, sed sufficere illam, quæ sufficit ad sacramentum Pœnitentiæ, cuius Extrema vnctio est consummatiua; & sic posse Pastores talibus hoc sacramentum præbere; quia non habet talem cum Eucharistia commixtionem, vt hæc necessariò debeat præcedere, & in ætate septennij posse illis præbere, docent expresè Molfesius, Angles, Bellarmin. Maior, Sa, Valentia, Durand. D. Anton. & alij, quos referunt, & sequuntur idem Sanchez, Leander *dicto tract. 4. de sacram. disp.* 3. *q.* 4. Narbona *de annor. compnt. anno* 7. Dicastillo *supra dubio* 10. Cardin. Lugo *de Eucharistia disp.* 13. *sect.* 4. *n.* 41. Suarez *tom.* 3. *disp.* 70. & alij, dicentes ideo fieri, quia huiusmodi pueri in hac ætate possunt peccare; & ob id esse capaces recipiendi sacramenta instituta ad delenda peccata, vt sunt Pœnitentiæ, & Extremæ vnctionis, & faciunt quæ adduxi *in Rub. de ætate ordin.* vbi quod in septennio tonsurari possunt pueri, cum ea ætas influat ordinarie rationis vsum; item etiam per dicta à Doctor. *in tit. de despons. impuber. &c.*

21 Ad quartam quæstionis partem num debeat administrari adulto in articulo mortis constituto statim post Baptismum susceptum? In quo puncto discordes loquuntur Doctores, quidem dicendo absolutè vngendos, alij non nisi sub conditione *si capax es*, aut *si peccasti*, alteri absolutè negando, nisi nouum post Baptismum peccatum adultum commisisse constaret; sic Sanchez *in selectis apud Dian.* Nugn. *p.* 2. *q.* 32. *art.* 4. *concl.* 2. etsi iste nó claré.

Sed ego libenter amplector, quod absolutè est 22
ei danda Extrema vnctio ex ea ratione; quia hoc sacramentum habet duplicem, proprium, & infallibilem effectum, vnus est auxilia, quibus homo potest in illa extrema lucta corroborari; alter est remissio peccati; ita vt hi effectus sint disparati, & vnus ab altero non dependeat, possitque vnus conferri ei, qui non sit alterum recepturus; quisquis autem est capax alterius, est capax sacramenti. Vnde cum is, qui nunquam peccauit, possit autem peccare, sequitur vt per intrinsecam dispositionem, possit recipere auxilia, quibus possit corroborari; ergo potest hoc sacramentum recipere: ita docent Ledesma *in summa tom. 1. de sacram. vnction. p.* 6. *conclus.* 7. Vega *in speculo curator. p.* 1. *cap.* 13. *n.* 20. Naldus *in summa*, verbo *Extrema vnctio. n.* 9. Possceuinus *de officio Curati. cap.* 9. *n.* 4. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 3. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 6. *n.* 108. Vbi dicit quod peccatum actuale non est materia proxima, vel remota huius sacramenti, sicut est Pœnitentiæ.

Et confirmatur, quia si quis in graui morbo Baptizetur, etsi in fine vitæ post Viaticum debet sumere hoc sacramentum; etsi nullum peccatum post Baptismum commiserit: sic post Filliucium, Layman. *in Theologia morali lib.* 5. *tract.* 8. *cap.* 3. *n.* 3. Vbi dicit, quod potest hoc sacramentum ministrari homini, etiam si nullum peccatum habeat, v. g. ei, qui immediatè ante baptizatus fuit; videndi sunt Suarez *in 3. p. tom* 4. *disp.* 42. *sect.* 2. *n.* 9. Lopez *in instruct. p.* 1. *cap.* 24. Syluester, *verbo Extrema vnctio. n.* 5. *in 3. dicto.* Paludan. *in 4. dist.* 23. *q.* 3. *n.* 15. 23
Richardus *in 4. dict.* 23. *art.* 2. *q.* 2. † Diana *p.* 3. 24
tract. 4. *resol.* 173. vbi refert ex D. Ioanne Sanchez quod hic Matriti anoo 1620. fuit ministratum hoc sacramentum Cathecumeno Mancipio Mahometano periculoso morbo decumbenti post sacramentum Baptismi, Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis successiuè, & immediatè vnum post aliud, & addo sic tenentes Molfesium *in summa tom. 1. tract.* 5. *cap.* 3. *n.* 42. Ludouicum à S. Ioan. *q. vnica art.* 6. *de hoc sacram. dubio* 3. *conclus.* 4. Præpositum *in 3. p. q. vnica de hoc sacramento dubio* 7. *n.* 61. Marcerum *in D. Thom. tom.* 3. *hoc tract. disp.* 9. *sect.* 3. *n.* 2.

Vnde etsi tutius esset sub conditione conferre, 25
quando alias non constat de peccato actuali commisso post Baptismum, iuxta quæ dico *n. sequenti*, vt docent Nugnus *in 3. p. q.* 32. *art.* 4. *conclus.* 1. Hinojosa, verbo *Extrema vnctio. folio* 251. Archangelus *dist.* 23. *pag.* 182. *col.* 1. Leander *p.* 2. *tract.* 4. *de sacram. dicta disp.* 3. *q.* 6. in fine, cum aliis adductis *q.* 5. & hoc quia recens baptizatus facile potuit peccare venialiter, etiam in illa exigua mora interueniente inter Baptismum, & vnctionem. † 26
Sed hoc est verum secundùm Doctores firmantes solum dari propter peccata actualia; sed quia Doctores nostræ sententiæ etiam docent dari ad corroborandum infirmum auxiliis aduersus tentationes; sequitur vt etsi non constet de vllo peccato actuali, ei possit conferri absolutè: & ob id potuit idem Diana *n. præced.* citatus, tam *in res.* 173. quàm *in p.* 5. *tract.* 3. *res.* 86. consulare Parochis, ne deserant infidelibus Baptizatis in articulo mortis statim sacramentum Extremæ vnctionis ministrare, qui miratur valde *dict. res.* 173. *in fine.* aliquos Parochos Baptizare Infideles tempore mortis, & tamen illis sacramentum Extremæ vnctionis minimè ministrate. † At Sanchez *in select. disp.* 27. *n.* 18. aliter dicit 27
verbis sequentibus: *Ego recens Baptizatæ vnctionem*

nem ministrandam non consulerem, nisi nouum post Baptismum peccatum admisisse constaret: tameo Sahagun *de hoc sacram. num.* 21. ex Doctrina D. Thom. *in addit. ad* 3. *p. q.* 29. *&* 30. *& in* 4. *dist.* 23. *q.* 1. *art.* 2. vbi Soto, & alij, & cum Thesauro 1. *p. fol.* 12. *&* *B.* de Ledesma *dif.* 7. dicit adultis ab illo tempore, quo Eucharistiam recipiunt, conferri posse, etiam si post Baptismum peccatum non commisissent, quia speratur pugna cum hoste, & ex prioribus peccatis manet debilitas mentis, quem vnctione sacra adiuuari necessitas est.

28 Ex his infero ad quæstionem, an infirmus, qui sufficienter vsu rationis præditus nunquam peccauit actualiter, sit capax huius sacramenti: In quo dubio video duas contrarias opiniones affirmantium ex ea ratione, quia peccatum actuale non est materia huius sacramenti; & sic posse hoc sacramentum ministrari, quamuis non præcesserit, docent Suarez *dicta disp.* 42. *sect.* 3. Ægidius *disp.* 19. *dubio* 7. *n.* 23. *B.* Ledesma *dif.* 7. *conclus.* 4. *col.* 1158. & apud ipsum D. Antoninus, & Paludan. Filliucius *supra n.* 108. Reginald. *lib.* 28. *c.* 11. *n.* 69. Villalobos *tom.* 1. *tr.* 10. *diffic.* 4. *n.* 7. Hurtado *dif.* 10. Ochogauia *q.* 7. *n.* 6. Ludouic. Lopez *p.* 1. *c.* 13. Layman. *lib.* 5. *tract.* 8. *cap.* 3. *n.* 1. Ludouicus de S. Ioan. & Molfesius *suprà* quos sectatur Narbona *in anno* 7.

29 Cum ergo, vt dixi, peccatum actuale non sit materia proxima vel remota huius sacramenti, euenit vt quamuis non præcesserit possit adhiberi ex dictis, siquidem, vt tenet Ægidius Trullench. *de sacram. dub.* 4. *lib.* 6. *sub n.* 6 cum aliquibus ex relatis, & cum Bonacina *tom.* 1. *disp.* 7. *q. unica puncto* 5. *n.* 23. alios adducente, dicens Ægid. quod possunt omnia Ecclesiastica sacramenta adhiberi, & consequenter suum effectum sortiri.

30 Et confirmatur, quia si contingat vt quis ex priuilegio nullum peccatum commisisset, etiam esset huius sacramenti capax ex ante dictis, quia hoc sacramentum præter abolere reliquias peccatorum, habet confortare contra mortem, & augmentum gratiæ conferre: ita idem Trullench. vbi *in fine dict. n.* 5. respondet obiectioni, quæ deduci valet ex verbis *cap.* 6. Diui Iacobi *quidquid peccasti*; quia dicit esse intelligenda conditionaliter, videlicet *si peccasti*, aut quidquid peccare potuisti, vt indicant illa verba eiusdem Apostoli ibi *si in peccatis fuerit remittentur ei*. sic cum DD. huius sententiæ quam tenuerunt D. Bonauentura *in* 4. *dist.* 23. *p.* 2. *art.* 1. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 3. etiam adducti.

31 Quare non obstant etiam idem Sancius *in selectis dict. disp.* 27. Granad. *disp.* 6. *n.* 11. Nugnus *dict. q.* 32. *art.* 2. *&* 4. Vazquez *disp.* 119. *cap.* 8. & alij contrarium tenentes; eo quod hoc sacramentum est consummatiuum Pœnitentiæ, vt ait Trid. *sess.* 14. *in proœmio*, quæ sont ad expianda peccata actualia: & quia nequit applicari forma ei, qui nunquam actualiter peccauit, & ex aliis fundamentis; quia omnibus responsum præbetur ex proximè dictis, & in toto hoc vers. *ad quartam*.

32 Ad quintam quæstionis partem, an si Parochus cognoscat per confessionem puerum nunquam actualiter peccasse, adhuc præberi illi hoc sacramentum debeat, & ex iam supra adductis *sub hac quæstione*, videtur respondendum, quia eo quod dixerimus effectum huius sacramenti non solum esse reliquias peccatorum abstergere, sed etiam præstare robur aduersus tentationes, & ad superan-
33 dam tristitiam aduersus infirmitatem. † Sequitur vt licèt in puncto difficultatis Parochus cognoscat per confessionem puerum nunquam actualiter peccasse, teneatur nihilominus ministrare Extremã Vnctionẽ illi: sic docent, & ex multis aliis rationibus Coninch *de sacram. dict. disp.* 19. *dubio* 7. *n.* 13. Henriquez *lib.* 3. *cap* 11. *n.* 3. Gaspar Hurtado *dif.* 10. Villalobos *in summa p.* 1. *tract.* 10. *dif.* 4. *n.* 7. Diana *dict. p.* 3. *tract.* 4. *res* 181. Pitigianus *in* 4. *sent. tom.* 2. *dist.* 23. *q. unica art.* 23. Reginaldus *in praxi tom.* 1. *lib.* 28. *tract.* 3. *cap.* 4. *n.* 69. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 3. *cap* 4. *n.* 108. & alij post eos.

Nec obstant huic resolutioni Nugnus *in* 3. *p.* 34
tom. 2. *p.* 32. *dif.* 2. nec Ioannes Sanctius *in selectis dict.*. *disp.* 27. *n.* 18. contrariam sententiam docentes ex eo, nam qui nunquam peccauit, non est subiectum habile, cuius respectu forma vnctionis verificari valeat, cum nulla ratione verificari in hoc casu possint verba iam relata formæ huius sacramenti, ibi: *Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti*; quia respondeo prædicta verba facere sensum, *impono tibi gratiam sacramentalem de se remissiuam peccati, si forte adsit.* † Sicut qui in sacramento Pœni- 35
tentiæ absoluit quempiam iam contritum, cum tunc verba illa *absoluo te à peccatis*, sensum reddant, impendo tibi gratiam remissiuam peccatorum: ita Diana *supra* commendans videndos Filliucium supra, & alios; item & Coninch *de sacram. disp.* 4. *dubio* 4. *n.* 50. *&* 59. & satis ex iam adductis in hac quæstione satisfit obiectionibus, quæ possunt congeri: quare debet omnino reiici idem Nugnus, quatenus mordicus hanc sententiam falsam vocat.

QVÆST. VII.

An moribundus sit vngendus tempore interdicti, non valens alia sacramenta recipere, si non habet Bullam cruciatam? An sit absoluendus moribundus, qui non vult recipere Extremam vnctionem? Et an vt conferatur debeat suscepturus infirmari lathaliter; & sic possit dari lathaliter vulneratis, vel peste percussis, aut læsis morsu viperarum; item & in partu deficienti seu senio confectis: vbi quanam dispositio requiratur in suscipiente, seu debeat prius suscipi Eucharistia? Et in quo statu infirmitatis, sit conferendum.

SVMMARIVM.

1 *Extrema vnctio tempore interdicti probabilius debet à Parocho conferri, etiam non habenti Bullam Cruciatam, quando pœnitentiam, nec Eucharistiam moribundus accepit*, vt n. 3. 4. & 5. *vbi expenditur sententia* n. 1.

2 *Sacramenta Pœnitentia, Baptismi, & Eucharistia ministrantur tempore interdicti.*

3 Cap quod in te de Pœnit. & remis.

6 *Bulla Cruciata quid disponat tempore interdicti in administratione vnctionis remissiuè.*

7 *Extremam vnctionem nolens accipere moribundus, secluso scandalo, & contemptu, probabilius est, vt queat absolui ex* n. 10. *non sic ex contemptu, vt* n. 12. *Vbi quid si ex negligentia.*

8 *Confir*

8 *Confirmationis sacramentum, si ex negligentia graui omittatur recipi, incurrit omittens peccatum lethale.*

9 *Infirmus sensu non carens, nequit vnctionem sibi ministrari, præsumitur contemnere, & non peccare docent alij, vt* n. 10. *Ego existimo, vt peccet saltim venialiter, vt* n. 11. & 12.

13 *Vnctio Extrema si conferatur infirmo nondum in periculo mortis constituto, bene ministratur ex ratione sacramenti, & ex precepto debet à ministrante spectari periculum, vt* n. 14. 15. & 16.

16 *Vnctionem Extremam ministrans infirmo nondum constituto in periculo mortis, peccat si ei de hoc constat.*

17 *Vnctio Extrema nequit ministrari, lethaliter vulneratis, aut peste percussis, seu læsis viperarum morsu. Et quare.* n. 18.

19 *Ministrans sacram Vnctionem rabido moribundo, attentè se gerat, non tangendo illius sputum, seu saliuam.*

20 *Parturienti mulieri non ministratur Extrema vnctio, nisi ex alio morbo* n. 11. 22. 23.

24 *Senes senio confecti absque alia infirmitate possunt vngi.*

25 *Vnctio Extrema ministratur verè infirmis, non aliis constitutis periculo extremo mortis.*

26 *Furca suspendendis vnctio Extrema non ministratur, nisi ex alia infirmitate corporis, vt exemplificatur de quodam facto.*

27 *Vnctionem Extremam recepturus, debet habere intentionem, saltim virtualem interpretatiuam. Et qui sic videantur petere.*

28 *Eucharistia prius quam Extrema vnctio non recipitur, propter aliquod præceptum.*

29 *Caluinus mentitur, dum dixit omnes infirmos vngi voluisse, D. Iacobum catholicos non infirmos &c.*

30 *Vnctio Extrema, vt administretur infirmo, non est spectandum, vt ille prorsus careat sensu, aut quod omnino desperata sit salus.* n. 31. 31. 33.

31 *Vnctio sacra causat corporis sanitatem, & carpiuntur clamantes, cum illa ministratur infirmo.*

33 *Vnctionis sacramentum differentes conferri in tempus, quo infirmus destitutus peccant.*

34 *Infirmi deuotio multùm confert ad effectus consequendos sacramenti vnctionis.*

35 *Vnctio Extrema ministratur sub conditione; si dubitetur, an homo peste infectus, & consequenter in periculo mortis sit necne.*

1 AD primam quæstionis partem video Ægidium Trullench. dicentem in praxi Sacram. *lib. 4. cap. vnico dubio 4. n. 11.* hoc sacramentum ministrari non posse tempore interdicti; quia non est de necessitate salutis, & facit textus *in cap. quod in te de pœnit. & remission.* vbi permittens Innocent. III. conferri sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ illo tempore, videtur, vt deneget vnctionem ibi: *licet per generale interdictum denegetur omnibus, tam vnctio, quam Ecclesiastica sepultura &c.* † sunt enim Pœnitentia, Eucharistia, & Baptismus sacramenta de præcepto Diuino; & ob id etiam tem-
2 pore interdicti ministranda, vt docent Nauar. *in manuali cap. 27. n. 171. & 179.* Henriquez *lib. 5. cap. 11. n. 3.* Ludouicus *q. vnica de hoc sacram. art. 7. dif. 1.* & *in summa parua art. 5. n. 17. pag. 87.* Torreblanca *de Iure spirituali lib. 2. cap. 11. n. 42.* Leander *de sacram. tract. 4. disp. 3. q. 17.* contra Lubrinum affirmantem; ergo bene potuerunt in dubio nostro negare, Ledesma *tom. 1. cap. fin. de hoc sacramento conclus. 4.* Ludouic. de S. Ioan. *dicto art. 7.* & apud ipsum Bonauentura *in 4. dist. 23. q. 2.* Richardus *q. 3. art. 2.* resoluere, nec in specie nostri dubij, quando infirmus nec recepit sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ, vt non sit ei ministranda Extrema vnctio, cum non sit sacramentum necessitatis.

Sed quia Paludanus apud eundem Ledesmam 3
in summa cap. 9. de hoc sacram. conclus. 4. ad finem, dicit vt quando aliud non est possibile infirmo recipere sacramentum, liceat hoc recipere, cum tunc videatur habere vicem confessionis; ideo existimo probabilius hoc sacramentum conferendum à Parocho; & sic consuluit Diana *p. 3. tract. 4. res. 71.* in facti contingentia ministrari moribundo sensibus destituto, qui sacram Eucharistiam, & sacramentum Pœnitentiæ non poterat recipere, etiamsi non haberet Bullam Cruciatæ & esse in ciuitate interdictum. † Et sic Zambranus *de casibus occurrentib. tempore mortis* dixit *in cap. 5. dubio 7. n. 5.* 4
sans probabile esse licitè ministrari posse, & deberi Extremam vnctionem morienti carenti omni priuilegio, etiam tempore interdicti, & maximè, si tunc caret sensu; & licèt aduertat hunc casum rarissimè accidere posse, eo tamen dato præcepti necessitatem continere, fatentur Suarez *tom. 4. disp. 4. sect. 1. n. 7.* Barbosa *de offic. Parochi p. 2. cap. 22. n. 46.* sic referens, & cum Torreblanca, & aliis nouissimè, Leander, vbi supr. *dict. disp. 3. q. 18.*

Nec sunt impedimento textus decisio *in dict.* 5
cap. quod in te, nec rationes pro prima sententia, quæ tantum sunt intelligendæ, quando scilicet infirmus accipit sacramenta, Pœnitentiæ & Eucharistiæ, seu horum quodlibet, vel quando licet non receperit, possit commodissimè tamen adiri Iudex, qui posuit illud interdictum, vt tollat illud prædicto casu; sed aliud inquam dicendum, quando moribundus non est in statu recipiendi prædicta sacramenta: nam cum tunc, (vt supra *in quæstionibus præcedentibus* asserui) fortè vnctio sit medium necessarium ad suam salutem tali moribundo attrito, debet à Parocho sacramentum illi infirmo ministrari: quam sententiam in praxi docet Diana *dicta res. 171. in fine,* sine motu à Parochis, quando casus occurrat, amplecti posse; & sub relata distinctione sunt intelligendi Couar. *in cap. alma mater. p. 2. §. 2. n. 7. vers. Extremæ vnctionis.* Vgolinus *de censuris cap. 7. §. 1. & cap. 10. §. 1.* Sayrus *de cens. lib. 5. cap. 7. à n. 29.* Auila *in eodem tract. p. 5. disp. 4.* Ludouicus Miranda *in manuali Prælator tom. 2. quæst. 1. art. 8. conclus. 3. in medio,* & Barbosa cum aliis *supr. dict. cap. 22. n. 45.* dicentes tempore interdicti sacramentum hoc vlli laico, vel etiam clerico, aut religioso ministrari non posse, si muniti non fuerint sufficienti priuilegio adducentes textum *in dict. c. quod in te.* † Quid autem disponat 6
Bulla, Cruciatæ circa hoc sacramentum tempore interdicti, dixit Ægidius Trullench. *in eius oppositione lib. 1. §. 3. dubio 2.* & refert in dicta praxi sacram. *dict. lib. 4. dubio 1. n. fin. in fine.*

Ad secundam quæstionis partem, an sit absol- 7
uendus moribundus, qui non vult recipere sacramentum Extremæ vnctionis? Et videtur quod non sit absoluendus, facit primo Doctrina Turriani *in summa p. 1. cap. 116. dubio 1. conclus. 1.* putantis probabile esse, quod addit præceptum sumendi

8 Extremam vnctionem tempore mortis. † Deinde ez Doctrina Scoti in 4.dist.7.q.2.Richardi art.1.q.1. Vualdensis de sacram. tom. 2.cap. 111. & Petri Suto lect. 2. asserentium esse peccatum mortale omittere ex negligentia graui sacramentum Confirmatioois,ergo:& erit etiam mortale omittere ex negligentia Extremam vnctionem: nam qui commodè potest tecipere sacramentum, & ooo vult, videtur eontemnere; & facit Doctrina Toleti in summa.lib.2.cap.14.in fine,Bellarmin. qui loquentes de sacramento Confirmationis affirmant peccate illud non recipientes tempore apto, & commoditatis,si ex eontemptu fiat,quod etiam admittere videtut Diana dicta p. 3. tract. 4. ref. 170.in principio, quatenus amplectitur contrariam sententiam,si non adest contemptus,& scandalum.

9 Quare Ludouicus de S. Ioao. q.vnica art 7.de hoc sacramento,dubio 2.conclus.1.notat,vt quando infirmus est eonstitutus in periculo mortis,& nequit recipere hoc sacrameotum stans in Iudicio sano,præsumatur de illo,vt contemnat id;siquidem fidelibus scandalum pariat, oolens accipere in tali periculo rem talem,quæ dimittit peccata, dat gratiam, & auxilium supernaturale aduersus tentationes.

10 Sed communiter Doctores docent, vt secluso tali contemptu,& scandalo graui, nolens recipere hoc sacramentum, non peccet mortaliter:ita Villalobos in summa tom.1. tract. 10. dif. 5. n. 5. eo quod nullum adest præceptum hoc sacramentum sumendi.Diana dict.p.3.tract.4.ref.170.contra Petrum Soto iam adductum,idem p.5.tract.3.ros.97. in vers.sed his,Tannerus tom.4.disp.7.q.1.dubio 3. n.56.rectè aduertens, vt non eenseatur contemnere hoc sacramentum,hoc ipso,quod sciens,& prudeos illud prætermittit; & ob id Villalobos, & Suarez adductus à Diana,videntur tenere, vt nullum peccatum committat, oec etiam veniale: videndus est Gaspar Hurtado in summa de hoc sacram.dif.11.

11 Vnde solent incidere Doctores in illud dubium, num saltim peccet venialiter nolens in tali periculo constitutus illud recipere,secluso contemptu, & scandalo;& existimo contra Suarez,& Villalobos, vt peccet quando nullo adest causa illud omittendi,ex ea ratione, quia est quædam rerum spiritualium prodigalitas omittere tantum remedium salutis,vt docent Nugnus tom.1.q.23.art. 2.disp. 19. dubio vlt.n.30. Bonacina disp. 7.puncto 5. n. 10. Granado disp.6.n.11.Layman cap.7.n. 1. Toletus lib.7.cap.3.n.5. Dicastillo tract. 7. de hoc sacram. dubio 11.n.179.cum aliis Leander dict.tract.4. de sacram disp.1.qui dum q. 5. probauit contra Binsfeld.in enchiridio de Vnctione §.8.Torreblanca Iuris spiritualis cap.11.n.44.& alios non esse per se loquendo præceptum tecipiendi hoc sacramentum, nec committi peccatum mortale à non recipiente illud,cum Ochogaina, Viualdo,Toleto,Caietano, Rodriguez,Vega,Ægidio,Reginaldo,Trullench &
12 & aliis q. 6.† resoluit peccare venialiter, etiam si eontemptus non adsit, nec scandalum ex adducta ratione:sic Baunius q.10.pag. 810. & ob id Diana & ex iam relata Doctrina Ludouici de San Ioan. in dicta ref.97.p 5.in fine,monet Parochum ad curandum, ne infirmus sine hoc sacramento moriatur,& qnod illum hortetur, vt sumat illud Et ita patet quid respondendum sit in puncto nostri dubij;quia si ex eontemptu, & vbi adest scandalum non vult infirmus recipere hoc sacramentum,cum tunc peccet modo dicto, oon est cur possit absolui ex doctrina Suarez disp.44.sect.1.in 3.p. Henriquez lib.3.cap.10.n.3 Conink disp.19. dubio 10. n.30.S.Thom.in 4.dist.13.art.3 q.3. Soti ibi q. 1. art.1.Nauarr.cap.22.n.16.& aliorum vt refert, ac tenet Trullench.dict.dub.9. ex eo,& quia hoc sacramentum libenter accipitur etiam à vilibus, & abiectis hominibus;est enim mortale omittere hoc sacramentum ex cootemptu, ex negligentia verò non erit mortale, vt etiam docet Sahagun de hoc sacram.1.n.22.ita ptobans ex Concil.Florent & ex Trid.sess.14.cap.3.de Extrema vnctione, vbi Barbosa plures adducit.

Ad tertiam quæstionis partem an vt conferatur 13
debeat susccepturus infirmari læthaliter?In quo dubio videtur vt possit conferri iofirmo extra periculum mortis constituto,quia loquendo de necessitate huius sacramenti, est nimis probabile, vt dari queat tantum verè infirmo corpore;etsi non adhuc constituto in tanto periculo:ita Ledesma de Extrema vnctione cap.6.conclus.3.in summa; quia ex Iacob.cap.5. solum videtur tequiri iofirmitas, ibi: infirmatur quis,Villalobos p.1.tract.10. dif. 4. n. 6.Trullench.in praxi sacramentor.lib.4.cap vnico, dub.4 sub n. 1. in vers.item diceotes ita colligi videri ex verbis Trid.sess. 14. cap. 3. ibi Declaratur etiam hanc vnctionem esse infirmis adhibendam; illis verò præsertim,qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur, vnde & sacramentum exeuntium nuncupatur. Considerantes illud præsertim, quasi inoui hoc Sacramentum collatum infitmo verè infirmo, etsi non sit in extremo,esse verum;& sic hanc tenent Ægidius Coninch disp.19.de sacram.dubio 7.n.25. Armadian lib.9.de quæst.Armen.cap.fin.vt refert Palacios in 4.dist.23.pag 476.Fabrus super Diut.cap. 7. Eccles.Hierar.vt referunt Henriquez lib. 3.cap. 11. n.1.litt.B.Atchangelus in 4.dist.23.pag. 281. docentes quod et si tale sacramentum non debeat dari prædictis infirmis, etsi daretor,teneat, & qnod sit sententia probabilis innuunt Suarez tom.4.disp.41. sect.1.Bonacina disp.7.puncto 5.n. 4. Quiotanaduenas tom. 1. tract. 5.sing 2.n.5.Lessius in 3.p.D. Thoma cap.4.de Extrema vnctione dubit.1.n. 11. Viugers in supplen.D.Thom.q.32.n.3.† quibus ad- 14
do Barbosam cum aliis de officio Parochi p.1. cap. 22. n. 11.vbi ait dandam esse cuicumque infirmo, euius mors timeatur,& creditur cito futura, modo infirmitas nascatur ex morbo;& docent etiam alij relati à Diana p.6.tract.6.ref.45.explicantes, tum verba Trid.& Iacobi tum verba Florentini ibi: his tantum infirmis vnctionem dari debere, de quorum morte timetur, verbum debere intelligi quoad licitum vsum,non quoad valorem spectat.

Sed quantumuis hæc sententia in se vera sit ra- 15
tione sacramenti, dico quod ex præcepto non debet,nec potest ministrari, nisi verè infitmo, & in periculo mortis constituto, vt patet ex Concilio Florentino in decreto Eugenij IV. ibi: hoc sacramentum,nisi infirmo, de cuius morte timetur dari non debet, cui adstipulantur verba Trid. proximè relata,vt tradit n.1.& tenent Villalobos, & Trullench.supra cum aliis, quos ipsi referunt Bonacina & supra relati,Nugnus q.32 art.2.dif. 1. Palacios, & Heotiquez suprà, plura adducens Diana cum multis p.9.tract.6 ref. 45. Cum Granado, Castro Palao, Caspensis, Amico, & aliis, & cum aliis Leaoder tract.de sacram.disp.3.q.11.Reginald.lib. 28.n.67.cum Suarez, & aliis, quorum ea nempe ratio est; quia hoc sacramentum est institutum in remedium morientium,vt ex dictis a quæst. 1. patet; & sic docent alij relati à Diana, vbi suprà, omninò

16 omninò legendus ad plura fundamenta; † vtcumque sit de eius validitate; est tamen certum quod illud sacerdos conferens infirmo non existenti in probabili periculo mortis, siue extremo, si hoc constat sacerdoti, peccet mortaliter; quia in re graui agit contra præceptum Ecclesiæ, & ponit se in periculo inualidè ministrandi, cum opposita opinio sit, aut probabilior, vel securior: secus si illi non constaret; imo bona fide existimaret esse in probabili, & extremo periculo vitæ: quo in casu dicunt Villalobos, & Trullench. non solum licitè, sed etiam validè illud à Sacerdote ministrari; sed qualiter debeat tale periculum metiri, & cum qua prudentia dico infra *hac quæst.* sub versl. *ad vltimam.*

17 Ad quartam quæstionis partem, num possit dari lethaliter vulneratis, peste percussis, ac læsis morsu Viperarum &c. Respondeo posse istis omnibus conferri; item etiam, & laborantibus morbo rabido, & illis, qui potauerunt venenum: ita docent Suarez *disp.* 42. *tom.* 4. *sect.* 2. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 5. *n.* 105. cum aliis Bonacina *tom.* 1. *disp.* 7. *q. vnica puncto* 5. *n.* 6. Ægidius Trullench. *dict. dubio* 4. *n.* 4. quibus addo D. Thomam, & Paludan. *dist.* 23. Sotum *dist.* 24. *q.* 3. *art.* 2. Syluestrum *q.* 5. Angles. *art.* 4. *conclus.* 1. Viualdum, Lubtinum, Toletum, Petrum Cenedo, & alios, quos sequitur Leander *dict. disp.* 3. *q.* 14. cum Dicastillo, Molfesio, & Binsfeldio *in suo enchiridion de hoc sacram.* §. 5. & Concil. Mediolan. *p.* 4. Barbosa, vbi supra *dict. n.* 11. vbi di-
18 cit procedere etiam ex qualibet causa alia intrinseca. † Quorum omnium ea est ratio: nam hi omnes habent intra se causam proximam mortis, & sunt infirmi; quare etsi negent recenter vulnerato esse conferendam, Nicolaus Ploue apud Viuald. *de Extrema vnctione, cap. de suscipientibus n.* 3. & alij apud Tolenum *lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 3. qui & esse probabilem sententiam innuit, sed tu in praxi sequeris pri-
19 mo relatam; † ad quam praxim aduertere debet sacerdos cautelam, nempe vt non attingat tabidi hominis sputum, seu saliuam, quæ inficit attingentem: sic notanter scribunt Bonacina, & Trullench. *Vbi suprà*, & Barbosa *de officio Parochi p.* 3. *cap.* 11. *n.* 14. cum infinitis. & *n.* 15. Vbi cum Ludouico de S. Ioan. & Posseuino aduertens prædictam cautelam in rabido, ait talem sic infirmum vngi debere in parte vicina loco oris.

20 Ad alium casum de muliere in partu constituta, etsi videam duas contrarias sententias, vnam affirmantem, validè, & licitè ministrare illi, quia verè est in discrimine vitæ fundato iam iam in aliqua infirmitate, vt dixerunt Viualdus *dict. cap. de suscipientibus*, vbi citat Catechism. Roman. Sa, *verb. Vnctio. n.* 5. Victorellus *in addit.* Filliucius *n.* 104 &
21 Bonacina *puncto* 5. *n.* 6. alias 3. *vbi suprà*, & alij. † Aliam verò negantem; quia sic prohibet expressè Concil Mediolanens. 4. *p.* 3. *pag.* 10. quod citat, & sequitur absolutè Bonacina *suprà n.* 4. & ante il-
22 lum Naldus *n.* 4. † Ego sic constituo nempe in praxi quotidie videri mulieribus parturientibus non dari hoc sacramentum, nisi vitæ discrimen fundetur in aliqua actuali ægritudine, & infirmitate, vt quia iam cœpit habere acerbissimos dolores, ex quibus iudicio Medicorum appareat probabile periculum mortis, vt notant, & resoluunt Filliucius *n.* 105. Bonacina *num.* 4. Trullench. *dict. num.* 4. *in fine.*

23 Vnde etsi admodum Leander *de hoc sacram. dicta disp.* 3. *tract.* 4 & Archangelus *dist.* 23. *pag.* 282. valde mirentur de zelo Concilio Mediolan. affirmante vulneratos lethaliter inungi posse, & mulierem in partu deficientem, in partu non debere cum tam isti, quàm illi violenter ad mortem infirmentur. Tamen sub relata distinctione relatæ opiniones in se veræ sunt, quam sic tenet cum Leandro, & aliis, Diana omnino legendus *p.* 10. *tract.* 13. *miscel.* 2. *res.* 9. & ipse Leander cum Diana, & aliis, imò & idem Diana ait se olim consuluisse mulierem actu parturientem ex grauibus doloribus constitutam, ex iudicio Medicorum in probabili periculo vitæ, fuisse vngendam sacramento, cum vix contingat tale periculum sine ægritudine nata ex extorsione, & vexatione partium inferiorum, latè, & bene Pater Amicus *in cursu Theolog. tom.* 8. *disp.* 19. *sect.* 9. *n.* 157. Anton. Raguccius *in lucerna parocho de hoc sacram. q.* 14. *n.* 1. Michael Zanardo *in direct. Theolog. p.* 1. *de hoc sacram. cap.* 5. §. 6. Bassæus *in floribus Theolog.* verb. *Extremæ vnctionis sacramentum, n.* 4.

Ad alium casum de senibus, qui absque alia infirmitate senio consumuntur, respondeo affirmandum ex dictis; & quia ipsa senectus est morbus 24
naturaliter proueniens, vt docent Filliucius *n.* 106. Bonacina, & Trullench. *vbi supra, n.* 4. Et quia talis mors verè prouenit ex defectu naturæ, non fortunæ vt docent Narbona *tom.* 1. *de ætate anno* 90. *q. vnica à n.* 5. Archang. *dict.* 23. *pag.* 281. Dicastillo *tract.* 7. *disp.* 1. *dubio* 10. *n.* 162. Ledesma, Nublinus, Nicolaus Ploue, Toletus, Vega, & alij, quos sequitur Leander *supra dict. disp.* 3. *tract.* 4. *q.* 13. Suarez *tom.* 4. *dict. disp.* 42. *n.* 11. Nauarr. *in man. cap.* 22. *n.* 14. Syluester *verbo Vnctio q.* 5. Armilla *n.* 6. Reginald. *lib.* 28. *n.* 69. Rodriguez *in summa tom.* 2. *cap.* 86. Ledesma *dis.* 7. *conclus.* 3.

Ex his infero hoc sacramentum solum dandum 25
esse corpore infirmis modo dicto, & clarius *infra* in versl. *ad vltimam*: quare euenit, vt non sit dandum ei, qui est in articulo, vel periculo mortis, nisi aliàs sit infirmus corpore, veluti nauigaturo cum periculo, vel pugnaturo in Bello, vel aggressuro periculosum iter: sic docent Nauar. *dicto cap.* 22. *n.* 15. Syluester *dict. q.* 5. Bonacina *supra dict. disp.* 7. *tom.* 1. *q. vnica puncto* 1. *n.* 6. Ægidius Trullench. *dict. lib.* 4. *de sacram. cap. vnico dubio* 4. *sub n.* 3. *in princ.* Leander cum Henriquez, Suarez, Syluestro, Viualdo, & aliis *dict. disp.* 3. *q.* 9. idem Barbosa cum aliis, vbi nec & suffocando.

Ex quo infertur, vt licèt Nublinus, quem refert 26
Leander *dict. disp.* 3. *q.* 10. referat quendam Episcopum nostræ Hispaniæ in vigilia Apostolorum Philippi, & Iacobi anno Domini 1589. Extremam vnctionem contulisse duobus suspendendis confessis, & communicatis; sed re vera suspendendus non est capax huius sacramenti, cum talis mors non proueniat illi ex defectu naturæ, sed fortunæ, Henriquez *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 1. Archangel. *dist.* 23. *pag.* 383. *col.* 1. & 2. Dicastillo *dicta disp.* 1. *dubio* 10. *n.* 161. Thomas Hurtado *tract.* 1. *cap.* 10. *res.* 11. *à n.* 564. vbi contrarium iudicat temerarium, Toletus *lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 1. Rodriguez *tom.* 1. *cap.* 191. *n.* 6. qui ex Viualdo affirmat prædictum Episcopum, ideo suspendendis prædictis contulisse vnctionem; quia aliquam habebant infirmitatem naturalem: quo casu optimè fecisse, narrat ipse Leander ex aliis, vbi sic amplectitur cum Bonacina, Nublino, Ploue, Layman. Narbona, Dicastillo, Zerola, Perez de lara, & Zened. quibus addo Villalobos *tract.* 10. *de hoc sacramento p.* 1. *dif.* 4. *n.* 6. *in principio*, & Sahagun *de hoc sacram. n.* 19.

Ad quintam quæstionis partem de dispositione 27
requisita in suscipiente hoc sacramentum ex iam adductis

adductis *à quæst.* 1. facilis est responsio; & sic breuiter dico, quod recepturus, aut recipiens hoc sacramentum, debet habere intentionem saltim virtualem, & interpretatiuam illud suscipiendi, quod sic tales censebuntur omnes, qui illud petendo christianè vixerunt, vel qui dederunt signa contritionis, vel qui semel habuerunt intentionem recipiendi hoc sacramentum, nec illam retractarunt, vt dixi supra, *q 6.n.1.&* 2. & debet prius confiteri ratione status, si potest, posito peccato mortali, alias non tenebitur confiteri, quisquis non habet conscientiam peccati mortalis: ita Trullench. *dicto dubio 4.n.9.& dict.lib.5.cap.2. dub. 3.& c.2.dub.1.* Filliuc.*tom.1.tract.3.n.132. & 133.* communiter Doctores alij.

28 Vnde infertur ad dubium, nùm necessariò debeat prius suscipere Eucharistiam? In quo dubio negatiuè respondent Henriquez *lib.3.cap.10. ad finem.* Suarez *tom.4.disp.44.* cum aliis Bonacina *tom.2.disp.7.q.Vnica puncto 5.n.15.* Trullench. *dicto dubio 4.n.10* & alij, eò quòd nullum extat de hoc præceptum; & quia infirmus potest semper contritionem disponere, vt iam dixi; & quia aliquando fieri potest, vt possit quis recipere Extremam vnctionem; non verò Pœnitentiam, nec Eucharistiam, aut quando aliquis patitur vomitum, aut ita repente morbo præuenitur, vt non dederit signa contritionis; sed per se, & ordinariè dicunt præfati DD. seruandam esse praxim, communem vsum, & consuetudinem Ecclesiæ. Ita vt recipiatur scilicet Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, cum quodlibet obliget sub præcepto, non sic Extrema Vnctio vt iam adduxi.

29 Ad vltimam quæstionis partem, in quo statu infirmitatis sit hoc sacramentum conferendum, cum iam dixerim illi tantum, cuius vita ex infirmitate periclitatur admodum: quare optimè Diana, *p.5.tract.3.res.95.* & Helisonius, *tom.2. in 3.p.cap. 32. art.3.* dicunt mentiri Caluinum, *lib.4.inst.cap.19.tit.de vltima Vnctione, num.25.* quando ipse asseruit Iacobum omnes infirmos inungi voluisse, Catholicos non infirmos, sed semimortua cadauera sua inficere pinguedine, cum iam anima in primoribus labris laborat, vel vt ipsi loquuntur in extremis; itaque existimo dicendum nonne admodum pendere ab arbitrio Sacerdotis ministrantis; si non consistat in puncto indiuisibili, cum sit credendum, vt supra adduxi, non ex eo quod aliquantulum citius ministretur, sit nullum: quia si grauis sit infirmitas, & periculosa, adsitque bona fides Sacerdotis ministrantis, Sacramentum habebit suum effectum: ita Trullen. *dicto lib.5.de sacram. dub.4.nu.2.in fine,* & referendi, *n.sequenti.*

30 Quare pro resolutione dico ad administrandum, & conferendum hoc sacramentum, non esse spectandum articulum, quo infirmus careat omni prorsus sensu, aut quo omnino eius desperata sit salus, vt docent Naldus *in summa* verb. *Extrema Vnctio.n.1.* Ægidius Coninc.*disp.19. dubio 7.n.15* Possevin. Ludouicus Miranda, & cum aliis Barbosa *dict.cap 22.de offi.Parochi p. 2.à n. 19.* Sotus *dist. 17. in 4.q.2.art. 4.* & Trullench. supra *dicto dubio 4.n.3.* vbi cum Henriquez *dict. lib.3.cap.11.* & Bonacina *dict. tom. 1. disp. 7. q.vnica puncto 5. n. 7.* docet ministrandum esse hoc sacramentum, si fieri potest, quando infirmus adhuc habet vsum rationis, vt se magis ad fructum sacramenti recipiendum dispo-
nat; & † sit capax alacritatis, quæ conferri so- 31
let; cum ergo communiter Doctores doceant quod sanitas, etiam corporis, sit effectua huius sacramenti, non infallibilis, sed quando subiectum est dispositum, vt docent Ioannes de la Cruz *in tract.de conscientia p. 2. de hoc sacram. dubio 3. conclus.3* cuius verba refert, & sequitur Diana *p.3.tract.4.res.173.* qui ab experientia loquens, carpit parentes, vt plurimum amantes magis corpora, quàm animas infirmorum, qui quando agitur de Extrema Vnctione illis ministranda clamant, & vsque ad vltimum deferre volunt: quare referens Diana cum Cruz *dubio 4.conclus. 2.in dicta res.173.* cum hoc sacramentum in causando salutem corporis non operetur miraculosè, sed virtute ordinaria supernaturali dicit non esse sperandum tempus, quo causæ naturales iuuare non possint, sed adhuc spes salutis duret. † Non 32
enim addunt Pitigianus *in 4.tom. 2. dist. 23. q. vnica art.5.q.4.* spectandum est, vt infirmus iam sensu, & cognitione careat: nam id est contra reuerentiam, & vtilitatem sacramenti, nec etiam esse spectandum tempus, in quo iam constet infirmum non posse naturaliter viuere: nam hoc etiam derogat secundario fini sacramenti; nec enim ait consentaneum spectare tempus, in quo ferè manifestè sit necessarium miraculum, cum hoc sit quodammodo tentare Deum, & virtutem sacramenti velle experiri, vt docet etiam Gaspar Hurtado *de hoc sacram.dis.10.*

Et sic quantum errent etiam contra salutem 33
corporum infirmorum deferentes hoc sacramentum ad tempus, quo infirmus est sensu carens, aut admodum debilitatus, & in extremis demonstrat Sotus *in 4.sent.dist.23.q.2.art. 2.* imò & Kellisonus *dict.tom.2.in 3. p. dict. q. 32. art. 3.* inter alia, dicens non esse differendum hoc sacramentum, addit peccare Ministros, qui non adhibent hoc sacramentum, vel amicos infirmi, qui Ministrum non accersunt; donec infirmus iam iã exhalaturus est animã, & vsu omni rationis destituitur, quia vsus rationis, & deuotio infirmi plurimum confert ad effectum huius sacramenti; & quod hoc sacramentum confert vires contra tentationes, quæ solent præcedere priuationem vsus rationis † qui & Philipus Fabrus *in 4.sentent.dist.* 34
23.q.vnica.c.4. & Diana *dict.res.95.p. 5.* admonent hac in re prudenter procedendum esse, & nec nimium festinandum) cum non omnis ægrotus sit capax huius sacramenti, vt iam dixi *in hac quæst.& in aliis,)* neque nimium tardandum, cum vsus rationis, & deuotio infirmi multùm conferat, addentes etiam puniri ab Episcopis, & reprehendi differentes conferre hoc sacramentum; donec infirmus penè mortuus sit, vel ratione destitutus.

Pro complemento addo quod si adhibito etiam
Medicorum iudicio, probabiliter dubitetur, an 35
homo peste infectus, & consequenter in periculo mortis sit, necne, tunc sacramentum hoc sub conditione celebrari posse à Parocho, vt ait Cappeuilla *tract.5.cap.5 11.* & cum eo Barbosa *de officio Parochi dict.c.22.p.2.num.12.* alia adducens, quæ iam supra resolui *de ministrando sub conditione.*

QVÆST. VIII.

An sit necessarium, vt infirmus in lecto iaceat ad conferendum vnctionis sacramentum? Et an infirmitate diuturna possit infirmus bis vngi? vbi num iterum conferendum sit collatum iam semel infirmo non periculoso, si postea laboret periculosè? An caci à natiuitate, vel mutilati, debeant vngi in partibus propinquioribus partibus abscisis? Et an de facto Beata Virgo receperit hoc sacramentum?

SVMMARIVM.

1 *Vnctio Extrema potest ministrari infirmo non iacenti in lecto.*

2 *Infirmus peste percussus, aut vipereo morsu lasus, vel qui venenum biberat, potest ire ad Parochum, vt illi ministret Vnctionem.*

3 *Vnctionis sacramentum iterari potest in eadem infirmitate, si infirmus conualuerit, & post 25. aut 30. dies reincidat,* vt nu.4.5.& 6. *ad* 10.

6 *Infirmus longa infirmitate prapeditus, bis in anno poterit vngi, si periculum mortis immineret; & refertur vnus, qui ter fuit vnctus in eadem infirmitate.*

7 *Iterari quoties in eadem infirmitate potest Vnctio. Et quid si superueniat noua infirmitas periculosa,* n.8.9.& 10.

9 *Infirmus agritudine, qui semel vnctus, lethaliter postea vulneratur, potest iterum vngi.*

11 *Sensu visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus carentes, verius est vt in infirmitate periculosa constituti debeant vngi, & quare,* n.12.

12 *Peccare potest desiderio homo per organum sensus, quem non habuit contra Becanum, vt* n.13.

13 *Vngi debet manibus, aut oculis carens in parte ibi propinqua, vt* n.14.15.16. & 17. *Vbi quid dixerint alij.*

15 *Missa sacrificij verba in plurali, vt* misereatur vestri, Dominus vobiscum, &c. *proferuntur, etsi nullus prater ministrum sit prasens.*

18 *Virgo sanctissima num vncta fuerit de facto, diuersè sentiunt Doctores, vt* n.19.20.21.

19 *Vnctionis forma verè applicari potest ei qui nunquam peccauit.*

21 *Apostolis collatam fuisse vnctionem probabilius est.*

1 AD primam quæstionis partem resolutiue
ex iam supra adductis respondeo posse nem-
pe ministrari infirmo, nondum in lecto iacenti:
sic docent Henriquez *in summa lib.* 3.*cap.* 11.§.1.
Zambrana *de casibus occurrentibus in articulo
mortis c.*5.*dub.*3. Barbos. *de officio Parochi p.* 2. *c.*
22.*n.*20. quibus addo *supplē.d.*23.*q.*1.*art.*3.*dub.*
2. Victorellum *in addition. ad Sa.* Layman. & Fil-
2 liucñ. quos refert, & sequitur. † Leand *tr.*4.*de sa-
cram. d.*4.*dif.*14. Vbi dicit posse infirmum, qui vi-
det se peste percussum, vel venenum bibisse, vel
morsu Viperæ læsum, ire ad Domum Parochi,
vel in Ecclesiam, & ibi hoc sacramentum reue-
renter suscipere; quia hoc nec indecens, nec pro-
hibitum est: iterum idem Barbosa *sub n.*11. cum
Bonacina, & Trull. *l.*5.*c. vnico sub dubio* 4.*à n.*1.
Ad secundam quæstionis partem, an in infirmi- 3
tate diuina, possit infirmus bis vngi? Et quia hæc
difficultas explanabitur ex illa, an hoc sacramen-
tum reiterari possit; ideo duxi de hoc secundo du-
bio prius disserere, in quo absolutè, etsi negent ali-
qui apud Viualdum *de hoc sacram. c. fin. d. n.*1. res-
pondeo iterari posse, vt docent S.Thom. *in* 3.*p.q.*
33. Suarez *d.*6.*sect.*4. & communiter Doctores,
quorum est ratio, quia hoc sacramentum non im-
primit characterem, sicut imprimit Baptismus,
Confirmatio, & Ordo, vt habetur in Trid. *sess.* 7.
*can.*9.*&* *sess.*23.*c.*4. sed sacramenta, quæ non im-
primunt charactarem iterari possunt (vt latè ego
infra tit. sequenti de sacram. non iterandis) ergo:
ita expressè docet Trid. *sess.*7.*c.*3. ibi: *quod si infir-
mi post susceptam hanc vnctionem conualuerint,
iterum huius sacramenti subsidio iuuari poterunt,
cum aliud simile vita discrimen inciderint.* † Tota 4
difficultas est quod medium tempus debeat inter-
cedere in eadem infirmitate de prima ad aliam
Vnctionem, & licèt alij apud eundem Viualdum,
& Nicol. Ploue relatus à Leand. *supr. d.*4.*q.*18.
dixerint esse iterabile semel in anno eodem. Ve-
rius tamen erit vt si infirmus post vnctionem
per quindecim, aut viginti dies ad summum, per
mensem saltim conualescat, & postea in eandem
infirmitatem reincidat, possit post primam vnctio-
nem iterum vngi: ita post relatos docent Henriq.
*lib.*3.*c.*9.*n.*4. Fagund. *in* 3. *pracepto Eccles. lib.*1.*c.*
7.*n.*6. Bonacina, *de hoc sacramento d.*7.*puncto* 6.
*n.*4. Ægid. Coninc. *d.*19.*dub.*8. Posseuin. *c.*9.*n.* 58.
Hurtad. *difficult.*10. Sotus, *d.*13.*q.*2. *art.* 3. B. de
Ledesm. *difficult.*10.*conclus.*10. Rodrig. *in summa
tom.*1.*c.*191.*n.*9. & alij communiter, quibus addo
Syluestr. *verb. Extrema Vnctio n.*6. & Ægid. Trul-
lench. *in praxi sacram. lib.*4. c. *vnico dubio* 6.*n.*8.
Molfesium, *in summa Theologia moralis tr.*4.*c.*3.
*n.*53. Zambr. *d.c.*5. *dubio* 6. Valer. Regin. *lib.* 28. *n.*
49. Petr. Ledesma, & Paul Layman, quos refert, &
sequitur Barbosa, *de officio Parochi p.*2.*d.c.*22. *n.*
38. qui postquam dixerunt hoc Sacramentum, du-
rante eodem periculo morbi, non esse à Parocho
conferendum, cum semel suscepta vnctio, sit Me-
dicina sufficiens ad conferendum effectum, quo
infirmus indiget, † addūt si status infirmitatis mu- 5
tatur modo dicto, si Iudicio Medicorum, & pra-
ctica consideratione censeantur diuersa pericola,
quibus homo constituatur in diuersis statibus, seu
dispositionibus ad moriendum, posse bis vngi in-
tra paucas Hebdomadas: & iterum Leander do-
cet *d. disp.*4.*q.*19. *cum Catechismo Romano q.*21.
Viualdo, Bonacina, Posseuino, & Victorello.
Crediderim tamen doctrinam illorum, quos 6
referunt idem Viualdus, & Nicol. Ploue dicentes
hoc sacramentum esse iterabile semel tantum in
anno esse intelligendos, vt si v.gr. infirmus lon-
ga laboraret infirmitate, vt Hydropisi, ratione
cuius mortis mortis periculum immineret, tunc
non irreuerenter vngi posse bis, anno transacto,
vt sentit Flauius, *in suo serm. sacerd.* 1.*p. tract.*11.
de Extrema Vnctione in verbis sequentibus: *in
vna infirmitate non debet quis inungi, nisi ea-
dem infirmitas vltra annum protrahatur*; ita
quod in vno anno propter vnam infirmitatem
nequaquam bis vngatur, quod ex congruitate
temporis

temporis ad confessionem annuam poterit confirmari; & quia videtur ferè impossibile, quod relata infirmitas, quæ posuit à principio infirmum in periculo tali, vt egeret Sacra Vnctione, desinat habere mutationes tales, quæ constituerint illum in diuersis periculis. Et ita debent intelligi etiam Sà *supra*, & ibi Victorellus, *in appendice ad cap.9.* Posseuin.& Armilla fauentes huic Doctrinæ, quam etiam docent nouissimè Zanandus, *in directorio theologiæ part.1. de hoc sacram.cap.5.in fin.* Diana, *part.11.tract.11. Miscellan.resol.11.in vers.dicendum*, legendus omnino Dicastillus, *de sacram.tom.1. tract.7. disp.1. dub.*10 *num.*164. Vbi latè loquitur subdistinguens Ragusius *in lucerna Parochorum de hoc*
7 *sacram.quæst.*10.*num.*3.† Vbi testatur in ciuitate Beneuenti quendam Scipionem Mascambrunum supra ter fuisse vnctum in quadam infirmitate, in qua melius se habuit, & iterum deinde subiit periculum mortis; etenim vt ait Dicastillus perseuerante antiquo periculo, non tamen ita proximo, id est etiam, si perseuerante ægritudine, eadem cessante tamen, vrgenti illo periculo, si postea contingat in nouum periculum incidere, validè conferetur hoc sacramentum iterum, ac tertiò, vel quoties de nouo adueniet periculum. Et iuxta hæc sunt intelligendi etiam Hellisonius, *tom.1.part.3.quæst.33.art.2.* idem Diana, *part.5. tract.3.res.96.* cum Ludouico de S.Ioan.& Victorelo, dicentes satis esse quod manente infirmitate v.gr. Hetica, vel Hydropisi, euadat periculum mortis, & post aliquod tempus iterum incidat in periculum mortis, iuxta relata Trid. verba, *dict. sess.14.cap.3.*

8 Vnde si dubitet an si perseuerante eadem ægritudine cum suo statu periculoso, adueniat noua aliqua ægritudo omnino distincta à præcedenti, etiam illa tam periculosa, vt sufficiat per se ad conferendum Extremam Vnctionem, possit iterum repeti hoc sacramentum. In qua difficultate Dicastillus *dict. disp.*71.*dubio* 10.*n.*164. quem secundùm eius mentem referens eiusdem verba: sequitur Diana *dicta p.*11.*res.*11. distinguendo: nam si ægritudo superueniens, Iudicio Medicorum sit aliquid natura sua comitans, vel ordinarie consequens, aut annexum priori ægritudini perseueranti, tunc etiam si secundum leges phisicas curationis, & secundum definitiones ægritudinum, seu morborum specie, distinguantur, possint, & debeant reputari pro vna, aut si morbus, vel ægritudo superueniens; ideò periculosa sit comparatione subiecti; quia casu inuenit subiectum præcedenti morbo laborans; secus non futura notabiliter periculosa, possit adhuc illud periculum præcedentis morbi censeri auctum, creuisseque ex aduentu alterius causæ, ac proinde non iterandum hoc sacramentum dicunt. Sin autem causa superueniens ipsa per se independenter à præcedenti tam periculosa sit, vt nouum censeatur periculum sufficiens se solo ad conferendam Extremam Vnctionem patienti, non improbabile sibi videre, Dicastillus ait posse iterum repeti sacramentum, cùm simpliciter sit alius status ægroti, morbusque diuersus maximè, si adhuc erat spes aliqua naturaliter sanandi in præcedenti morbo, cui ex superuentu sequentis, ea spes tollatur. Inde inferunt vt si contingat ægrotus malignis febribus periculose decumbentem ab aliquo
9 lætaliter vulnerari etiam, si ratione prioris ægritudinis susceperit Extremam Vnctionem probabile omnino sit, posse iterum licitè, & validè Extremam Vnctionem recipere; tum quia ægritudo simpliciter noua constituit hominem in nouo, & distincto agone, & noua, & distincta necessitate auxiliorum, respectu secundæ ægritudinis, ad cuius agonem, & certamen nondum existentis, non data fuerat gratia præcedentis sacramenti. Nec enim (ait Dicastillus) sacramentum hoc confert gratiam, cum respectu ad auxilia (vel quod idem est) auxilia non conferuntur intuitu sacramenti suscepti, nisi comparatione ægritudinis, in qua existabat ægrotus, quando suscepit sacramentum; & cum iam existat simul in alia noua ægritudine, non minus indigente gratia, auxiliis, & inductione Presbyterorum Ecclesiæ, qui orent super ægrotum, vt oratio fidei saluet infirmum, & alleuiet eum Dominus, dicit se non videre cur ad hos omnes effectus, & ad sanitatem etiam corporis modo explicato, non possit vti secundo sacramenti huius remedio, vrgente secunda indigentia: nam quod alia ægritudo nondum abierit, per accidens videri dicit, si spectemus præcisè nouæ ægritudinis indigentiam; huc vsque illi quorum rationes videntur ex proximè dictis, fulciri & ex effectibus huius sacramenti, de quibus dixi nonnulla *supra*, & vberius *infra*.

His omnibus addo quid respondendum, quando extra periculum mortis infirmus existens fuit semel vnctus, num si postea incidat in periculum possit vngi? Et respondeo iterum posse vngi per adducta hic, & quæst. præcedenti; quia etsi vt *ibi* dixi. *sub vers. ad tertiam*, inualidum sit hoc sacramentum collatum infirmo non periculoso, siue validum sit: tamen quia iam morbus mutatus de non periculoso in periculosum, constituit infirmum, sub noua necessitate, sequitur vt possit iterum vngi: ita Quintanadueñas *Theol. morali. tom.1.tract.5.sing.1.n.6.* Amicus *in cursu Theologia tom.8.disp.19.sect.10.n.186.* Diana *p.9.tract.6.res.45.in fine* vers. *& hac.* 10

Ad tertiam quæstionis partem, an Cæci à natiuitate, vel mutilati, debeant vngi in partibus propinquioribus &c. Et quia eadem quæstio est de muto, & surdo à natiuitate, & eo qui nunquam olfecit; ideo de omnibus idem resoluendum esse. In quo dubio acerrimè Dicastillus *de sacram. tom.1.disp.1.tract.7.dubio 3.n.31.* ait, quod qui cæcus, & surdus à natiuitate, & qui nunquam olfecit, vt sunt aliqui; item & vt carens sapore in gustu, non egeant vnctione, quibus solum sufficiat solius tactus vnctio; huiusmodi autem hominibus non videri necessarias illorum sensus vnctiones, quibus constat nunquam peccasse, nec esse in eo peccata, quæ originem habuerunt ab speciebus eorum sensuum, quos nunquam habuit; & alia addens, dicit, vt qui habet organa sit vngendus necessitate sacramenti in omnibus, qui vero omnia non habet in omnibus saltim illis, quæ habet, vngendus sit; non enim cęcus, v.g. cum nunquam vidisset, delinquere potuit per visum; & sic muti, surdi &c. 11

Sed absolutè dicendum est istos esse vngendos eadem illa forma, ac si vngerentur habẽtes omnes suos sensus perfectos, & integros: ita Valentia *to.4.d.8.q.2.puncto 2.* Martinon. *de sacra.to.2.d.65.sect.3.n.37.* Dian. *p.10.tr.16.& miscell.6.res.81.in fine*; & sic Nald. *in summa* verb. *mutus n.3.* & verbo *Extrema vnctio n.8* dixit quod extrema vnctio debet dari à natiuitate surdis, mutis, & cęcis, & Io. Prępo. *in 3.p.q.3.vnic.de hoc sac dub.8.n.7.* asseruit 12

deficiente organo alicuius sensus, locum organi esse inungendum; quod etiam fieri debere ait, quamuis homo nunquam tale organum habuerit,& proinde nunquam exterius per illud peccauerit; quia potuit peccare desiderio actus illius: & sic bene Posseuinus de officio curati,potuit dicere in cæco à natiuitate bene posse vngi oculos; quia habuit potentiam;licet non actum peccandi; potuit enim, dicit Valentia,cæcus,mutus,aut surdus à natiuitate secundùm illum sensum per internum desiderium peccare; quia sensus absolutus non est,tenet iterum Diana, *part.5.tract.6. resolut.11.*

13 Vnde etsi Becanus,*de sacram. cap.27. num.6.* vt refert Leander,*dicto tract.4 de sacram.disp. 4. q.24* dicat non esse necessarium vngere illum,qui oculos non habet,nec dicere,*indulgeat tibi Deus quidquid per visum deliquisti*: tamen quia infirmus potuit peccare soloappetitu sensitiuo,videndi, loquendi,audiendi contra regulam rationis, sequitur dicẽdum esse capacem huius sacramenti, etiam si his sensibus corporis careat, & vngendo illum Sacerdos dicere: *indulgeat tibi Deus quidquid per visum, auditum &c. deliquisti*, vt docent D.Thom.*dist.23.art.3 q.3.*Sotus *q.1.art. 3.*Reginald.*lib.28.n.70.*Tolet.*lib.7. cap. 3. n. 7.* Syluester,*verb.Vnctio n.6.* Angelus, *n. 5.* Henriquez,*c.12.n.1.*Bonacina supr.*puncto 5.n.16.*Leander supra,etiam cum Luinblino, Ochogauia, & Nicolao,Ploue,& ex Suarez dicente esse omnium sententiam confirmatam vsu Ecclesiæ, quibus addo Sa,verb.*Extrema Vnctio.n.13.*Barbosam, *de*
14 *officio Parochi dict p.1.cap.22.n.31.* † Vbi dicit quod si ægrotus manibus careat, vngenda sit caro propinqua, si oculis careat, debeat vngi locus oculorum;quia licèt homo, qui perpetuò caruit visu,non potuit eo sensu peccare secundùm effectum, potuit tamen peccare secundùm concupiscentiam videndi, nec enim formam consuetam esse mutandam in his casibus particularibus dixit
15 Valentia, † sicut nec in sacro faciendo, quamuis solus minister adsit sacrificanti propterea mutat ordinarium dicendi modum in plurali *misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis vestris &c. Dominus vobiscum,& omnium circunstantium quorum tibi fides cognita est,& nota deuotio,& benedicat vos omnipotens Deus*,quã sequuntur Martinon.*supra dict.sect.3.n.37.* Diana *d p.10.tract.16.res.81.*in vers.*sed hic.*

16 Solent in nostra difficultate nonnulli affirmare cæcos,surdos, mutos &c.esse vngendos non in eisdem sensibus,quibus carent,sed pro illis alibi, inter quos Tannerus,quem referunt Dicastillo,& Diana,*vbi supra*, ait non sunt audiendi, eo quod vnctio in alia parte omnino distincta non significat remissionem peccati commissi per eam partem,quæ non existit,nec vnquam extitit,nec commissi per concupiscentiam operandi per talem partem,aut sensum, qui nunquam nisi loquantur,iuxta à nobis proximè dicta.Et videbis *supra quæst. 5.* vers. *ad secundam*, & ante *à numero 1.*

17 Et insuper nec est amplectendus modus eiusdem Dicastilli iam relati *n.51* quatenus admittit faciendam esse vnctionem in alijs sensibus, quibus vngendus integer est; & quod talis vnctio operetur ad omnes,quibus caret;quia debet reduci ad resolutionem, quam sequimur,vt patet,& expendunt Diana, & Martinon. iam adducti.

Ad vltimam quæstionis partem, nùm de facto Beata Virgo receperit hoc sacramentum vnctionis. In quo dubio est duplex sententia, probabiliorem dicunt sententiam multi, nempe vt ei non fuerit ministratum;eo quod Virgo Beata nullum peccatum habuit,nec actuale, nec originale; ita vt non potuerint verificari formæ verba de illa *indulgeat tibi Deus quidquid peccasti* &c. & licèt concedant Beatam virginem fuisse baptizatam,negant tamen vnctionem fuisse inunctam; eo quod inter vtrumque sacramentum militat ratio diuersa:sic docent Victoria *q.124.* Paludan. *dist.23.q.3.art.2.*Vazquez,*tom.2.disp.*[illegible]*19. cap. 8.n.74.*Ochogauia *q.7.n.8.*Granado *disp.6.n. 7.* Tannerus,*dubio 3.*Vega *inspect.Curat.1.tom.cap. 23.n.15.*Sanctius *in selectis disp.27.n.20.* Nugno,*q.32.art.2.dif.1.*& alij. 18

Alij verò pro affirmatiuæ sententia loquuntur, 19 eo quod forma Extremæ Vnctionis verè potest applicari ei,qui nunquam peccauit,cum illa verba: *indulgeat tibi Deus quidquid peccasti* &c.possint habere sensum conditionalem, dati gratiam remissiuam peccati, si illud inueniat in subiecto Iuxta quæ supra dixi *q. 6.* de adductis qui nunquam peccarunt,& de proximè baptizato; item
quia † vt dicunt Suarez *tom.1.disp.16.sect.3.& to. 4.disp.42.sect.2.n.8.& 11.*Henriquez *cap.11.lib. 3.n.7.& 8.*Filiucius *tom.1.tract.3.c.5.n.108.in fino.*Ægidius Trullench.*de sacram.lib.4 c.vnic. dubio 4.n.7.*Beata Virgo ex vi suæ originis fuit capax etiam,si non fuerit ex priuilegio gratiæ expulsiuæ peccati,& auxilij confortantis contra reliquias modo dicto;& quod vtilis etiam esse ei poterat vnctio contra natiuam corporis debilitatem, & contra tædium,meroremque animi ex morbo, aut senio prouenientem; & sic affirmarunt etiam Reginald.*l.28.n.69.*Æstius *d.23.§. 3.* Molsesius *tr.4.c.3.n.40.*& ante illos Albertus Magnus *in Mariali c.74.*D.Antonin.*3.p.tit.15.c.16.* 20

Vtramque sententiam probabilem dicit dicastillo *supra dubio 10.disp.1.*Legendus *à n. 148.* & sunt etiam videndi Cardin.Lugo.*de sacram.in genere disp.2.sect.2.n.37.*Archangelus *dict. 23. pag.182.col.1.*D.Didacus,de Narbona *tomo 1.anno 90.n.3.* Et sic ego addo à fortiori dici posse Sacram Vnctionem collatam fuisse Apostolis ob easdem rationes,vt dicunt Henriquez, & Trullench,*vbi supra.* 21

QVÆST. IX.

An solus Episcopus sit propriè Minister huius Sacramenti, & Parochi, seu alij sacerdotes ex gratia tantum? Et an quilibet sacerdos possit validè illud conferre etiam si Religiosus sit,aut saltim Parocho nolente? Et nùm liceat Parochis prabere laicis oleum extrema vnctionis, vt ipsi infirmos vngant ad sanitatem recuperandam,vel mittere ad infirmos, vt ipsi eo vngantur?seu Diaconis,aut clericis in minoribus?

SVMMARIVM.

1 *Vnctionis minister ex officio est Episcopus,& Sacerdos proprius,vt n.2.4.5.6.7.*

2 *Absolutio*

2 *Absolutionis peccatorum potestatem solus Christus contulit sacerdoti.*

3 *Vnctionis ministrandi potestas, non est iurisdictionis, sicut absoluendi est.*

5 *Parochus solus ex officio est minister sacramenti Vnctionis.*

6 *Sacerdos alius se intromitens, præsente Parocho, & sine eius licentia in administratione vnctionis, peccat mortaliter, extra casum necessitatis, non verò incurrit censuram*, vt num. 14.

7 *Sacerdos quilibet si Parochus absit, aut per manifestam iniuriam nolit, vnctionem ministrare poterit. Et quando sic præsumatur.* num. 9.

8 *Vnctionis sacramentum animæ in extrema lucta, valde vtile est, & quasi firmissimum præsidium contra Dæmonis infestationes.*

9 *Sacerdos ministrans in casu necessitatis vnctionem, non vsurpat Iurisdictionem alienam.*

10 *Religiosus verius est, vt in casu necessitatis licitè ministret vnctionis sacramentum, & quando Parochus abest.* vt n. 11. *alias non sic*, vt n. 12. & 13.

12 *Regulares si ministrent vnctionem sine necessitatis casu, & expressa licentia Parochi, sunt excommunicati cum reseruatione.*

14 *Sacerdos administrans vnctionem sine licentia Parochi, & extra necessitatem, nullam incurrit censuram, licèt peccet.*

15 *Religiosi sine incursu pœna, & culpa possunt suis fratribus vnctionem administrare, etiam donatis, & seruitoribus laicis, aut pauperibus in Hospitalibus suis degentibus.* & n. 16.

16 *Parochus potest vngere Donatos, & laicos Religiosorum seruitores, si velit, non obstante eorum priuilegio.* n. 17. *Referuntur priuilegia* n. 21.

17 *Religiosi possunt suis priuilegiis vti in administranda vnctione quandiu Parochus non resistit.*

18 *Religiosi non prohibentur habere sacram vnctionem in suis locis pro subditorum necessitate.*

19 *Regularis Prælatus tenetur per se, seu per alium (sicut Parochus) ex officio vnctionem suis subditis ministrare,* & n. 20 *vbi de aliis.*

20 *Vnctio sacra potest ministrari à regularibus, Hospitibus regularium, & familiaribus, iter agentibus, infirmantibus in eodem Monasterio; item officialibus cuiusuis artis; & ibi existentibus propter immunitatem, & aliis seruitoribus.*

22 *Vnctio extrema nõ potest ministrari à laico*, vt n. 23. *etsi alij contra, quibus respondetur.* n. 24 & 25. *vbi explicantur facta sanctorum.*

24 *Epistola Innocent.* 1. cap. 8. *relata.* n. 22.

25 *Fideles vtebantur oleo quodam benedicto ex deuotione ad vngendos infirmos, non ab Episcopo* vt n. 26.

26 *Parochus nequit sacram vnctionem mittere ad infirmum, vt ille se vngat.*

27 *Diaconi, Subdiaconi, aut alij clerici in minoribus non possunt vnctionem sacram administrare, nec ex dispensatione Papæ.*

1 AD primam quæstionis partem videtur respondendum, vt soli Episcopo ex officio competat administratio huius sacramenti vnctionis, argumento de sacramento confirmationis, in quo solis Episcopis pertinet administratio ex officio, & solis Præsbyteris ex gratia, & commissione permissum propter Episcoporum occupationem *ex cap. Præsbiteros. cap. illud* 95. *dist.* Sic narrant Sahagun *de hoc sacram. n. 14. in principio*, de quo dico latè *in §. sequenti huius textus.*

2 Sed contrarium nempe, vt ex officio Sacerdotibus incumbat administratio huius Sacramenti, patet; quia sic accipitur ex Verbis Diui Iacobi, *c.* 5. ibi *inducat Presbyteros Ecclesiæ, vel sacerdotes*: etenim Christus Dominus soli Sacerdoti dedit potestatem in absolutionem peccatorum, & in illorum reliquiarum remissionem, Ioann. 20. ibi: *quorum remiseritis peccata &c.* & ita patet definitum in Concilio Florentino, & in Trid. *sess.* 14. *cap.* 3. Vbi omnes tenent; imò addit Sahagum Catholicum dogma Sacramenti Extremæ Vnctionis Ministrum esse, non alium, quàm proprium Sacerdotem, nec Episcopum necessarium esse, *ex dict. c Presbyteros cap. illud* 9. *sect.* D. Thom. *in addit. ad* 3. *p. q.* 31. *art.* 4. *& in* 4. *dist.* 21. *q.* 2. *art.* 1. Vbi communis ex Soto, Victoria, & aliis, Nugnuz, *ibidem q.* 2. *art.* 4 Suarez, *disp.* 43. *sect.* 1. Bellarmin. *tom.* 3 *cap.* 9. *de hoc sacram.* Ægidius, *disp.* 19. *n.* 9. Bonacina, *disp.* 7. *q. vnica puncto* 4 *n.* 1. *&* 2. Leander cum aliis, *tract.* 4. *de hoc sacram. disp.* 4. *n.* 1. 3 †Et cum infinitis Barbos. *de officio Parochi p.* 2. *cap.* 22. *n.* 1. quatenus dicit validè à quouis Sacerdote hoc Sacramentum conferri, vti proprius illius Minister; quia eius administratio intrinsece non est actus iurisdictionis, sicut absolutio à peccatis.

4 Sed quia communis Doctorum resolutio est non omnibus sacerdotibus, sed tantum propriis, hoc est Parochis, munus administrationis huius Sacramenti incumbere ad eius licitam administrationem: idem Barbosa suprà *num.* 1. cum aliis infinitis; ideo existimo quæstionem hanc duobus modis posse intelligi. Primo de ministro necessario ad validitatem huius sacramenti: quo in casu erit solus Sacerdos Presbyter ex dictis Verbis Iacobi, Trident. & Florentini sub Eugenio I V. tum quia sic patet ex Christi institutione, & ex traditione Ecclesiæ; item ex congruentia; quia cum hoc sacramentum sit ordinatum ad sanctificandos fideles, tanquam complementum pœnitentiæ, sequitur vt eius collatio pertinere debuerit ad eos, qui habent potestatem absoluendi à peccatis, saltim ex parte ordinis ex D. Ioanne in verbis adductis, *quorum remiseritis peccata &c.*

5 Secundo de ministro ad licitè, & sine peccato ministrandum, quo casu solus Parochus erit competens minister ex dispositione Ecclesiæ: sic docent relati supra, Suarez *disp.* 43 *sect.* 1. *n.* 5. Bellarm. *dicto cap.* 9. *de Extrema Vnctione, tom.* 3. Sylvester, *verbo Vnctio Extrema, n.* 4. Bonacina, *tom.* 5. *disp.* 7. *q. vnica puncto* 4. *n.* 1 Filliucius, *tom.* 1. *tr.* 3. *cap.* 5. *n.* 88. Ægid. Trullench. *in praxi sacram. tract.* 5. *q. vnica dubio* 3. *à n.* 1. *& n.* 4. Barbosa, *vbi supra.* Et est ratio, quia administrare Sacramenta pertinet ad Parochum, vt habetur, *in clem.* 2. *de priuilegiis, & clem dudum de sepulturis*, sicut de sacramento Pœnitentiæ cauetur *in c. omnis vtriusque sexus de pœnitentiis*, & de sacramento matrimonij *in Trid. sess.* 24 *c.* 1.

6 Quare necessariò dicendum est quod si quili-
bet alius sacerdos se intromittat, Parocho presen-
te,aut sine eius licentia in administratione huius
sacramenti,peccet mortaliter;quia mittit falcem in
messem alienam, & vsurpat alterius Iurisdictio-
nem,Syluester *supra n.4.* Sotus *in 4.dist.21. q. 2.*
n.1. Coninch.*dicta disp.19.dubio 9.n. 18.* Bona-
cina *supra n.5.*& Trullench *dict.n.4.* cum multis
aliis *disp.4.q.2.dicto tract.4.* Barbosa *dicto cap.*
2.n.1. in vers. *Vnde sacerdotes* dicens cum Ma-
chado *de perfecto confessor.lib.4 p.2. tract. 5.do-*
cum. 11.n.2.& cum Base.& citatis per eum in flo-
ribus Theologiæ,verb. *Extrema Vnctio , 2.n. 1.*
Sacerdotes grauiter peccare, qui extra casum ne-
cessitatis, vel sine licentia Episcopi,aut Parochi,
seu absque spe ratihabitionis hoc sacramentum
præter eius consensum administrauerint.

7 Vnde infero quod si Parochus absit , aut per
manifestam iniuriam nolit hoc sacramentum
ministrare;& in hoc casu eius superior adiri ne-
queat pro petenda licentia,vt tunc quilibet sacer-
dos non excommunicatus , aut suspensus , licitè
possit illud ministrare; quia in tali casu , etsi ipse-
met immediatus Pastor , seu Parochus inuitus
sit , tamen eius superior, saltim Pontifex licen-
8 tiam præbere censendus sit, † Cum hoc sacra-
mentum animæ in extrema lucta valdè vtile sit ,
& quasi firmissimum præsidium contra Dæmo-
nis infestinationes à Christo institutum testan-
te Concilio Trid. in proœmio de Extrema Vn-
ctione;quin etiam necessarium animæ remedium,
si aliud eo tempore sacramentum salubriter sus-
cipi nequeat,vt dixi *supra q. 7. circa finem.* ita
Caietanus verbo *excommunicatio n. 64.* Armilla
n.49. Henriquez *lib. 3. cap.13.§. 4.* Suarez *tom.*
*3.disp. 44.sect. 2.*Zambrana *de casibus occurrenti-*
bus articulo mortis. cap. 5.dubio 8. Barbosa *dict.*
cap.21.n. 6. Ægidius Trullench. *dicto dubio 3.*
*sub n.4.*quibus addo Dianam *p. 8.tract.1.res.56.*
latè loquentem,*& vers.his suppositis* , Grana-
dum *in 3.p.contron. 8. tract. de hoc sacram. disp.*
8.n.5. Amicum *tom.8.disp.19.sect.8.n.150.*Auer-
9 sam *de hoc sacramento. 1.* † dicentes vt quan-
do clarè præsumitur proprium Pastorem id vel-
le, tunc possit licitè hoc sacramentum ministra-
ri à quolibet sacerdote , cum Parochus non sit
rationabiliter inuitus;& saltem debeat credi Ro-
manum Pontificem tunc id velle ne æger pri-
uetur hoc sacramento ; quod licèt non sit de
necessitate salutis,est valde vtile,& accidere pos-
sit vt ab eo pendeat salus æterna, si nimirum vir-
tute illius sacramenti consequatur remissionem
peccatorum mortalium,vt aliquando obtigere po-
test:sic Granados,& cæteri, & ego *suprà in hoc*
tractatu,& docent Ochogauia,*de hoc tract.q. 8.*
*n.8.*Villalobos *in summa p.1.tract.10.difficult.6.*
n.3.& alij Trullench *vbi supra sub d.n.4.dub.3.*
Vbi dicit,vt hoc in casu non vsurpet Iurisdictionē
alienam,sed Ius innocentis defendat;imò & tunc
præsumi adesse licentiam Episcopi,aut Papæ, &
docet etiam Filliucius *to.1.tr. 3 c.5.n.90.* videbis
Granadum *de sacra.in 3.p.contron 8.tract. vnico*
d.8.n.5.& Dianam *p.5.tr.3.res. 82. in principio.*

10 Ad secundam quæstionis partem, an & Reli-
giosus nolente Parocho,aut eo absente possit lici-
te,& validè hoc sacramentum conferre ? Breuiter
ex dictis respondeo affirmatiuè; quantumuis ne-
gent de sacerdoribus Religiosis, Syluester *verbo*
vnctio q.4. Armilla *n.5.*Nauarr.*in manual.c. 27.n.*
*101.*Victor.*q.128* & alij; quia etiam præsumitur
adesse licentiam tacitam Episcopi vel Papæ cum
credibile non sit Ecclesiam velle priuare tanto sa-
cramento,quo infirmus ex attrito,potest fieri cō-
tritus,& saluari.† Et confirmatur; quia si cum 11
licentia Parochi quilibet sacerdos potest hoc sa-
cramentum ministrare ; ergo debet dici quod in
casu necessitatis quando Parochus abest,& vrget
necessitas , possit illud ministrare ex præsumpta
licentia eiusdem Parochi,sicut quando Parochus
iniquè eam negat,aut contradicit; itidem præsu-
mitur licentia tacita Episcopi,siue Pontificis , vt
dictum est:sic docent Sotus *dicta dist. 13. q. 2.*
*art.1.*Caiet. *dict.verb. excommunicatio cap. 64.*
Suarez *supra n.3.*Filliuc. *n. 90.* Villalobos *n. 2.*
Petrus Cenedo *de hoc sacramento cap.1.*Archan-
gelus *dict.dist.23.pag.180.*Diana cum Ochoga-
uia *dict.res.86.p.8.tract.1.*Leander *tract.4.de sa-*
*cram.disp.4.q.3.& 4.*cum Sa,Viualdo,Ioan.de la
Cruz,Posseuino,Henriquez,Bonacina,Ludouico
de S.Ioan.Battol. de Ledesma,Rodriguez quibus
astipulantur Hinojosa in suo directorio,verb. *Ex-*
*trema vnctio.fol.251.*Grassius *p.2.lib.2.c.8.n.15.*
Torreblanca *de Iure spirituali lib.2.c. 11.n. 28.*
Quintanadueñas *singul.3.& 4.de sacram.* Trul-
lench.*vbi supra dicto n.14.* vbi dicit quando in-
firmus iam iam moritur,& Parochus commodè ,
& oportunè inueniri non potest , potest quilibet
sacerdos ex præsumpta licentia Parochi illud mi-
nistrare. Nec est audiendus Gauant. *in enchirid.*
Episc.verb.extrem.vnct.n.3. vbi docet religiosos
non posse ministrare hoc sacramentum, nec etiam
in necessitate,quod ego admitterem quando defi-
ciente Parocho adest & alius sacerdos sæcularis.

Extra hos casus si Regulares sacerdotes cle- 12
ricis sæcularibus,siue laicis Sacramentum hoc si-
ne proprij Parochialis Præsbiteri speciali licentia
ministrauerint ipso facto sunt excommunicati,cu-
ius excommunicationis absolutio sedi Apostolicæ
est specialiter reseruata,& ex ea colligunt relati à
Barbosa *ibi*,& *de officio Parochi dict. c. 25.n. 3.*
*p.2.*inter quos Henriquez *in summ.lib.13.c.40. §.*
*4.litt.N.*Zerola *verbo Extrema Vnctio §.2.*Azor.
instit.mor.p.1.lib.12.c.13.q.5.Vers. primum,Pau-
lus Comitol. *responf.moral.lib.1.q.44.* Riuius *in*
praxi aurea res. 210.vers.duodecimo;idem Barbo-
sa *de potestate Episcopi.p.3.alleg.50. n.96.secun-*
dum Lugdunen.impressionem , Lezana *in summa*
*q.reg.tom.1.c.9.n.11.& c.21.n.10.*Trullench. *su-*
*pra dicto dubio 3.sub n.4.*Bonacina,Miranda,Ro-
driguez & aliis ab istis relati,& Suarez *tom.5.d.*
*22.sect.4.*Nouar.*d.c.17.n.101.*& Henriquez cum
aliis supra *n.4.*†qui dixerunt Religiosos excēptos, 13
qui sine licentia Parochi , vel priuilegio sedis
Apostolicæ hoc sacramentum administrant , in-
currere prædictam excommunicationem , sed li-
berari ab ea Religiosos administrantes illam cum
ratihabitione Parochi, vel quando infirmus est in
mortis articulo ; quia tunc præsumitur adesse
consensus Episcopi , aut Papæ , vt dictum est,
Ochogauia,*supra de hoc sacra.dict.q.8.n.8.* idem
Diana,*dicta res.56.vers.dico secundo*, & *in dicta*
Clem. excommunicantur similiter ministrantes
Sacram Eucharistiam.

Quod si prædicti Religiosi ignoranter fecissent 14
existimantes sibi licere,excommunicationem non
incurrere,notant DD.*in dict.clem.ibi.* Barbosa,&
Diana,*Vbi proximè* . cum ea disponat tantum in
Religiosos præsumentes sibi licere;& itidem do-
cent DD. cæteros Presbyteros sæculares admini-
strantes hoc sacramentum extra necessitatem sine
licentia

licentia Parochi,censuram non incurrere excommunicationis,nec aliam,sed tantum peccare mortaliter,vt iam *supra* dixi, & dicunt Diana *dicta res.56.*vers.*& tandem* Ochogauia *dicto n.* 8. Syluester,Bonacina,Coninc.Leander,& alij quos retuli sub vers. *ad primam*, & licèt Antonius Fernandez *in medulla casuum conscientiæ,p.3.cap.10. §.1.n.8.*& Valentia *tom.4.disp.8.q.2.puncto* 2.aduertant quod si sacerdos extra casum necessitatis, absente Parochio, infirmum vnxerit, incurrat excommunicationem præter peccatum mortale,sed tu dices eam non incurrere,quia dicta Clem. loquitur tantum de religiosis,vt dictum est, & docent Andreas Victorellus in appendice ad Posseuin.*de officio Parochi cap.9.*Diana*p.5.tract.3.res. 82.in fine.*

15 Verùm etsi de Religiosis sacerdotibus respectu laicorum, & clericorum sæcularium prohibita sit administratio huius sacramenti, modo dicto sine Parochi licentia,Episcopi, aut Papæ, saltim tacita,& præsumpta : tamen non prohibentur sacram extremam vnctionem administrare absque alicuius pœnæ incursu omnibus, &.singulis fratribus professis, conuersis, & seruitoribus sæcularibus, aut pauperibus in Hospitalibus suis degentibus, toties, quoties necessarium sit, sic ex priuilegio Eugenij I V. fratribus minoribus concesso,cuius meminère Ludouicus Miranda *in manuali Prælat.tom.1.disp.7.q.5.in princ.*Portel. *in dubiis regularibus* verbo *famuli*,seu *familiares n.* 1. Hieronim. Rodriguez *in compendio quæst.regul. res. 64.n.*1.Barbosa *in relatis locis, & de officio Parochi,dict.cap.12.n.* 4. Ochogauia, & Diana vbi proximè, & alij communiter : & de alio priuilegio Benedictionis concesso *dicto sub vers. itaque.*

26 Et in hoc casu,quatenus ad praxim inter prædictos Religiosos, & Parochos, existimo dicendum,quod si Parochus aliquod Ius circa Donatos,oblatos,& seruitores sæculares, prætenderet, non posset resisti virtute præfati priuilegij, seu aliorũ, nisi quatenus ea per Trid.Concil.restricta
17 non sint.† Bene tamen fatendum est, vt quandiu Parochus non resistit,sit integrum Religiosis tuta conscientia suis priuilegiis vti, iuxta Pij V. concessionem,qui viuæ vocis oraculo absolute,& sine limitatione declarauerit,vt gratiæ huiusmodi non censeantur derogatæ, nec restrictæ : sicSuarez *tom.4.de Relig.tract.10.lib.9.cap.4.n.12.*Tambutino *de Iure Abbat.tom.5.disp.7.q.1.in fine,*Barbosa *supra*, vbi dicit dictum de Religiosis in hoc casu videri habere locum tantum in foro conscientiæ siue occulto.

18 At sacra Congreg.*negotiis Episcop.& regular. proposita sub die. ..Iuly* 1579.Quam adducit Barbosa *dicto cap.15.sub n.5* disponit,vt debeant permittere locorum Ordioarij,quod ipsi Religiosi teneant in suis Ecclesiis oleum sanctum pro ipsorum vsu,duntaxat.

19 Itaque concludo quod Prælatus Regularis tenetur,vel per se, vel per alium (sicut Parochus) ex officio, & ex Iustitia ministrare hoc sacramentum suis subditis,cum teneatur eorum saluti consulere modo dicto sub hac quæstione, & in aliis:ita docent Henriquez *lib.3.cap.7.n.*2. Suarez *tom.4.disp.44.sect.*1.Filliucius *tract.3.n.* 92. Bonacina *supra disp.7.puncto 5.n.* 11. Ægidius. *dist.q.19.n.*31.Ochogauia *q.10.n.*1.Layman *in Theolog.mor.lib.5.tract.8.cap.7.n.*1. communis, Quam sequitur Dicastillo, & Posseuinus, quos sequitur Leander *supra de sacram.tract 4.de Extrema vnct.disp.1.q.7.*† Etenim Quintanadueñas 20
in theologia mor.tom.1.tract.5.sing. 4.n.4. & 5. ait ex priuilegio concesso Benedictinis posse conferri Extremam vnctionem à regularibus familiaribus Regularium Hospitibus, iter agentibus, peregrinantibus, qui infirmati fuerunt in eodem Monasterio.Item secundò his architectis,aut cuiusuis artis,aut officij officialibus,qui in Monasterio operam dant,siue sint exteri,vel ciues illius vrbis, etiam si Domicilium habeant, dum morbo periculoso,& repentino corripiantur.Tertiò etiam his,qui Ecclesiæ immunitate gaudentes ibi grauiter infirmantur.Quartò omnibus laicis, quibus contingit intra septa conuentuum repentino casu indigere hoc sacramento Quintò etiam his, quibus in prædiis, seu Grangiis Regularium hoc euenerit, cum hæc sint velut quædam conuentuum partes, ita cum Rodriguez *tom.2. q. regul. q.67. art.* 1.dicente hoc priuilegium debere operari aliquid contra ius commune,sed Quintanam reprehendit Diana *p.9.tract.7.miscell.res.* 56. in vers.*sed debebat*, dum obseruat cum Lezana *in summa tom.2.cap.16.n.* 20. quod debebat considerare Quintana,an dictum priuilegium, sit Nicolai Franci Nuncij Apostolici. † Idemque Le-
zana *tom.3. verbo Extrema vnctio n.* 3. adducit 21
aliud priuilegium Concessum Teatinis à Pio V. ad administrandum hoc sacramentum,etiam mercenarius,famulis,operariis, & seruis illius congregationis,ac quibusuis Hospitibus etiam sæcularibus quos reperiri contingerit in locis dictæ congregationis.Et aliud refert Clem. I V.Villalobos *in summ.p.1.tract.10.disp.6.n.* 3. sed Diana *supra* vult hæc dicta secundùm mentem supradictorum.

Ad tertiam quæstionis partem,an liceat Parochis præbere oleum laicis, vt ipsi infirmos vngant, & videtur quod sic ex verbis Innocentij 22
*Epist.1.cap.8.*ibi:*Oleo sancto potest vti,non solum sacerdos,sed etiam laicus in sua,ac suorum necessitate*, quam sententiam totidem verbis recitat Venerabilis Beda *in cap.6.Marci*, & Concilium Vuormatiense, *canone 62.* vt refert Becanus *cap. 27.de sacram.q. 9.*vers. *dices*, & propter prædictam authoritatem Thomas Vualdensis, putauit posse laicum in absentia sacerdotis hoc sacramentum administrare, vt refert Diana *dicta p.8. tract.1.res. 56.* vers. *nec obstat dicere*, & retulit Doctissimus Sotus *in 4.dist.13.q.2.art.1.col.*1.his verbis fortasse quispiam qui Thomam Vnaldensem *tom.2. de sacram.* legerit, crediderit absente sacerdote licere etiam laico sacramentum extremæ vnctionis infirmo in articulo mortis administrare;& Leander ait *dicto tract.5. de sacram. disp.4.q.* 56.non displicere sibi sententiam Quintanadueñas *tom.1.singul.tract.5. singul.vlt.n.*1. probantis ex scripturæ quibusdam locis,& exemplis Patrum relatis à Furio,& Sulpicio,ex quibus constat sanctos applicasse ægris hoc oleum extra sacramentum;eoque miraculose salutem recepisse, vt etiam sentiunt Molfesius *tom 4.cap.3.n.25.*Viualdus cum eo *de vnctione in fine.*

Nihilominus dicendum est nullum alium præ- 23
ter Præbiteros sacerdotes posse hoc sacramentum administrare,vt patet ex sæpè adductis verbis Diui Iacobi *cap.5* ibi:*inducat Presbyteros Ecclesiæ*; sic vt quæuis vnctio à laico administrarata, non sit sacramentum,vt docent communiter DD.Diana *p.9.tract...res.43.*ibi legendus, Castro Palao

*tom.4.tr.sect.26.punct.2.n.8.*Baunio *tom. 1. tract. vlt q.3.*de Extrema Vnctione,idem Diana *dict.p. 8.tr.1.ref.56.*Becanus *dict.q.9.* Filliucius *tom. 1. tract.3.c.5.n.89.* Henriquez *lib. 3.cap. 13. n. 3.* Ægid. Trullench.*in praxi sacram q.vnica, lib. 5. dubio 3.n.3.*Vbi dicit, quod sit inualidum,etiam
24 si fiat à Diacono de licentia Papæ, vt dico *infra.*

Nec obstant fundamenta contrariæ sententiæ, non Innocentij I. *in dict.Epist. 1.cap.* 8. quia vt ait Sotus *vbi supra,* ibi Pontifex non loquitur de vnctione sacramentali, sed de vnctione, qua deuotionis causa ad infirmitatem curandam antiquitùs vtebantur etiam laici, vel docet Diana *dict.p.8.res.56.*Verba Pontificis non sunt intelligenda de vsu actiuo, sed passiuo huius sacramenti;ad quod probandum dicit constare ex textu,in quo de hoc vsu passiuo ante fuerat loquutus Pontifex ibi;qui explicans verba Iacobi *dict. cap. 5.* scribit: *quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere,qui sancto oleo chrismatis perungi possunt,*post quæ verba statim subiungit, *quo nempe Chrismate ab Episcopo confecto,non solum sacerdotibus,sed omnibus vti Christianis,licet in sua,aut suorum necessitate,*ob quæ Diana docet addens,vt cum hæc verba sint declaratiua præcedentium, referant eandem sensum,& sic idem Becanus docuit Innocentium non loqui de Ministro, sed de recipiente, & docuerunt Iansenius *cap. 6. Marci*, Bel-
25 larm.*cap.9.de Extrema vnctione* Ægidius Trullench.† addens, quod potest intelligi,etiam quia fideles vtebantur olim aliquo oleo benedicto ad vngendum infirmos ex deuotione,quod non erat sacramentum. Et in hoc sensu videntur explicare facta sanctorum,Sotus,& Leander *supr.* dicentes non affirmare Bedam,& Innocent. vt liceat laicis hoc sacramentum administrare;sed quod licitum sit sanitatis gratia oleo illo ab Episcopo consecrato, infirmos delinire,absque eo quod sentiant illud esse sacramentum,nisi à Præbiteris in forma Ecclesiæ illud fiat; & refert idem Sotus D. Thomam referre morem sanctorum Patrum in Egipto,qui oleum ad infirmos transmittebant,& sanabantur,concludens Leander,licitum esse Parochis præbere laicis oleum Extremæ Vnctionis, vt ipsi infirmos vngant;dummodo raro,& prudenter,& cum omni cautela id faciant, quod practicari nunquam vidi, nec nostris temporibus audiui, cum hoc sacramentum semper administretur à sacerdotibus;nec aliter Vnctio in vsu sit à laicis.

26 Ex his patet eadem responsio ad dubium, num liceat Parochis mittere oleum Extremæ Vnctionis ad infirmos, vt eo vngantur:& quamuis Quintanaduenas *in Theolog.mor.tom.1. tract. 5. sing.vlt.n.1.*affirmet ex antiqua Ecclesiæ consuetudine, qua Parochus seu sacrista mittebant illud oleum,vt infirmi,debita veneratione, vngerentur; & sic fieri ab Apostolis *Marc.cap.6.*& ex D. Innocent. *Epist.6.*sed iterum Diana *p.9.tract.6.miscell.res.43.* Castro Palao *tom. 4. tract. 26. disp. vnica p.1.n.8.*Bellarm.*de hoc sacram.disp.1.art.4.* dicunt esse contra praxim Ecclesiæ dare oleum sanctum laicis, vt eo vtantur; & quod exempla, de miraculis,quæ leguntur,& quæ sancti Æremitæ oleo sancto faciebant, non conuincant illo oleo,quod ab Episcopo solemni cæremonia benedicitur, sed alio nempe benedicto à sacerdotibus,Baunius *in Theolog.mor.tom.1. tract.fin.q.3.* Lessius *in 3.p.D.Thoma dubio 1.art.4.de hoc sacram.*

Ex quibus breuiter infero,quod nec Diaconis,& 27
alijs Clericis minorum ordinum, aut Subdiaconis permissum vnquam fuerit administrare sacramentaliter Extremam Vnctionem; quamuis id facerent de licentia Papæ;quia in his,quæ sunt de Iure Diuino, & ex Christi institutione Papa non potest dispensare:ita in terminis de Diacono respondent Trullench. *dict.dub.3.n.5.*cum Henriquez *dict. lib. 3. cap. 13. n. 5.* Diana, vbi *dicta p 8.tract. 1.res. 56.* in vers. *secundo,*ex communi Doctorum, dicendo quod solus sacerdos potest, & quod nullus alius Extremam Vnctionem conficere,addit,vt quæuis Vnctio à laico, imò à Diacono in quocumque facta, non sit sacramentum.

QVÆST. X.

An plures Sacerdotes simul,aut aliquis alius cum Parocho possint administrare hoc sacramentum? Et an vt ritè administretur,requiritur, quod sacerdos sit expositus & ad confessiones audiendas approbatus? An Sacerdos moribundus possit seipsum vngere? vel solus administrare, & sibimet respondere? An alius sacerdos debeat perficere sacramentum Extremæ Vnctionis,si primus morte praeuentus, aut ob aliam causam non perficiat?

SVMMARIVM.

1 *Vnctionis sacramentum à solo vno sacerdote ministratur; etsi D. Iacobus dicat cap. 5.* inducat Præsbiteros Ecclesiæ, *&* n. 2. *Vbi quod aliquando à pluribus ministratur, &* n.3. & 4. *Vbi in conflictu infirmitatis, &* n.5.& 6.

2 *Extrema Vnctionis Ministri esse denotatur à D.Iacobo.*cap.5.

3 *Præsbiter significat aliquando senem.*

4 *Vnctionis sacramentum potest in conflictu ministrari à pluribus;quia habet partiales materias,& formas.*

5 *Vnctionis sacramentum valet, etsi sacerdotes inter se conueniant,vt dum vnus aures vngeret,alter oculos &c. cum adsit necessitas infirmi,vt* n.6.*num in praxi admittatur vt* n.8.

6 *Sacerdotes plures quando, & qualiter concurrant ad administrandam Vnctionem infirmis,sed num licitè* n.11.

7 *Numerus pluralis sumitur pro singulari, vt* n.3.in fine.

9 *Sacerdos absque alio examine potest ministrare sacram Vnctionem.*

10 *Sacerdos moribundus nequit per seipsum vngere, etiamsi non sit alius, & quare* numero 11.

12 *Sacerdos solus potest ministrare Vnctionem, & sibimet respondere, sed in praxi aliter fiet,vt* n.13.

14 *Fœmina nequit respondere sacerdoti ministranti Vnctionem infirmo.*

15 *Sacerdos alter potest perficere Vnctionem, quam primus non potuit consummare absque repetitione formæ iam prolata* n. 16. *Alij*

dicunt

dicunt de nouo repetendas vnctiones, vt n. 19. 10.

16 *Hostia semel consecrata, non iterum consecratur ab altero, qui perficit missæ sacrificium* & n. 17.

17 *Sacramenta, quæ tantum consistunt in vna materia, & forma, si ab vno Ministro non consummantur, ab alio integrè repetuntur, vt hic.*

18 *Vnctionis sacramentum aliquando confertur ex necessitate.*

1 AD primam quæstionis partem videtur respondere posse, vt non solum liceat, verùm & requiri, vt à pluribus sacerdotibus hoc sacramentum administretur, cùm D. Iacob. *cap.* 5. ibi *inducat Præsbiteros Ecclesiæ*, de pluribus loquatur præbiteris. Econtra verò nec à pluribus posse licite, & validè conferri dicit Turrianus *in summa p.* 2. *cap.* 155. *dubio* 2. *conclus.* 2. quia alias contingere posset dimidiatio, aut in partes diuidere sacramentum, & illius administrationem; & quod ita debent negare qui sentiunt, quod non quæuis Vnctio confert gratiam, sed in fine vltimæ Vnctionis conferatur.

2 Ego verò existimo respondendum cum communi, & in praxi, vt solus vnus sacerdos iuxta dicta *q. præcedenti*, conferat legitimè hoc sacramentũ, nec, plures requiri, etsi aliquando in aliquo casu possint plures vngere: quare etsi ex *d. c.* 5. D. Iacob. fiat ratio de Presbiteris & non de Presbitero tantum, id non significat requiri plures sacerdotes ad conficiendum hoc sacramentum, cum certum sit vnum sufficere; sed solum ibi denotari sacerdotes esse Ministros Extremæ Vnctionis, siue vnum, siue plures; prout fuerit necessarium pro multitudine infirmorum, vt expendit Diana *p.* 8. *tract.* 1. *resf.* 56.

3 *in princ.* vbi dicit quod licèt † Præbiter significet aliquando *senem* in nouo testamento, & iuxta declarationem Ecclesiæ significat *sacerdotem*: & ita Ægidius Trullench. *in praxi sacram. lib.* 5. *cap. vnico dubio* 3. *n.* 6. dicit non multos requiri à Diuo Iacobo, nec id voluisse nisi forte ad comitandum, & orandum pro infirmo; sed vocandum esse vnum Præbiterum, sumendo plurale pro singulari, vt sumitur *Matthæi* 27. vbi dicitur latrones improperasse Christum, idest vnum ex latronibus, vt patet *Lucæ* 23. Barbosa *infra n.* 9. *in fine*, de quo inter hæc.

4 Est ergo dicendum in puncto dubij, quod si infirmus in tali conflictu sit, vt timeatur moriturus antequam plenè vngi possit ab vno sacerdote omnibus vnctionibus, permittitur vt tunc plures sacerdotes illum vngant, vnus oculos, alter nares, alter aures, &c. proferendo vnusquisque formam illi sensui competentem, & correspondentem, sic vt conficiant sacramentum. Et est ratio, quia hoc sacramentum habet diuersas partiales materias, & formas: ita Henriquez, *in summa lib.* 1 *cap.* 17 §. 1. Naldus, verbo *Extrema Vnctio, n.* 6. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 2 8. *n* 61. Galetius, *in margarita casuum Conscient.* verb. *Extrema Vnctio habet*, Ægidius, *dicta disp.* 19 *dubio* 9. Bonacina, & Ludouicus à S. Ioan. cum alijs, quos sequitur Barbosa *de officio Parochi* 2. *p. cap.* 21. *n.* 7. & omnes ex D Thoma *in* 4. *dist.* 23. *q.* 2. *art.* 1. *q.* 1. *ad* 3. Ochogauia *de hoc sacram. q.* 8. *n.* 7 Archangelus *dist.* 23. *pag.* 175. *col.* 2. cum alijs Leander *tract.* 4 *de sacram. disp.* 4. *q.* 7 quibus addo Tanneium *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 1. *dubio* 3. *n.* 8. & † Neratius *tom.* 3. *disp.* 10. *n.* 1. dicit validum esse 5 hoc sacramentum si plures sacerdotes ita inter se conueniant, vt dum vnus oculos vngit, alter aures vngeret, tertius nares; & ita de cæteris sensibus, quia inter has partiales Vnctiones nullus est ordo essentialis; id est necessarius ad validitatem sacramenti, docent etiam Præpositus *in* 3. *p. quæst. vnica de hoc sacram. dubio* 5. *n.* 37. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 5. *n.* 94. Victorellus *in tract. de Extrema Vnctione*, Diana *p.* 5. *tract.* 3. *res.* 88. Villalobos *in summa tom.* 1. *dif.* 6. *n.* 4. & ita Barbosa citatus cum alijs relatis, dixit plures sacerdotes simul cum Curato eodem tempore Extremam Vnctionem dare, Ægidius Trullench. *dict. dubio* 3. *n.* 5. 6. & 7.

Hæc tamen sic procedunt, si necessitas vrgeat, 6 vt dictum est, alias non liceret hoc sacramentum à pluribus insimul confici absque peccato mortali, cum fiat contra vsum, & praxim Ecclesiæ in re graui, qui habet vt vnus ministret omnes Vnctiones, ideoque totum sacramentum perficiat, sicut obseruant Bonacina *de sacram. disp.* 7. *q. vnica puncto* 4. *n.* 7. versf. *dixi vrgente necessitate*, Filliucius *dict. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 5. *n.* 91. Trullench. *dict. n.* 5. *in fine*, Barbosa *dict. cap.* 22. *n.* 9. vbi *in fine* fortasse (ait) D. Iacobus Apostol. *epist.* 5. idcirco Præsbiteros nominauit, vt significaret plures ad huius sacramenti ministrationem, concurrere posse in casu necessitatis *scilicet*, † vel nisi 7 fortasse (vt iam dixi) placeat dicere numerum pluralem pro singulari S. Iacob. vsurpasse, ac si diceret *inducite vnum ex sacerdotibus Ministris Ecclesiæ*. de quo sunt videndi citati à Bonacina *dict. n.* 7. versf. *nec obstat.* † Sed si sine necessitate 8 conferatur, adhuc valet, etsi non licitè, vt docet cum alijs Trullench. *sub dicto n.* 6. & iuxta hæc est intelligendus Diana, qui sine vllo authore mouet hoc dubium, & resoluit *p.* 9. *tract.* 7. *miscell. res.* 56. versf. *notandum est*, vbi negare videtur, etiam in necessitate, cum ex Vnctione ab vno in vno tantum sensu, dicatur ritè actum in tali necessitate; & sic non requiri, vt plures admittantur sacerdotes; & quia ex hoc dicto non inde citius à pluribus, quàm ab vno hoc sacramentum conficitur. Et hæc Doctrina potest fulciri ex dictis *sub q.* 4. & 5. vbi quid queat Parochus facere in casu necessitatis.

Ad secundam quæstionis partem breuiter respondeo cum communi, quam sequitur Diana 9 *dict. p.* 8. *tract.* 1. *res.* 56. *in fine*, versf. *notandum*, quod etsi per Tridentad audiendas confessiones in sacramento Pœnitentiæ, debeat sacerdos exponi, assequendo licentiam à superiore suo; tamen ad hoc vt possit quilibet sacerdos Extremam Vnctionem conferre, non est necessarium, vt prius examinetur, siue exponatur, aut declaretur habilis ad audiendas confessiones, ex eo quod hic in casu nostro nulla requiritur in administrante Iurisdictio, cum non sit sacramentum iudiciale, vti est sacramentum Pœnitentiæ.

Ad tertiam quæstionis partem, an sacerdos 10 moribundus possit seipsum vngere. In quo dubio, etsi affirmatiuè videatur posse responderi; quia potest seipsum communicare, adhuc respondeo ex verbi D. Iacobi *in dict. epist.* 5 satis colligi diuersas esse personas; nempe sacerdotes vnctum, & infirmi vngendi, ibi. *infirmatur quis in vobis, inducat Præsbiteros Ecclesiæ &c.* † Deinde facit quia 11 si sacerdos seipsum vngeret, mutaretur forma; cum non sit idem ex verbis formæ dicere *inungeat*

geat tibi Deus quidquid deliquisti, & *indulgeat mihi quidquid deliqui &c.* sicut esset mutatio substantialis, baptizo me, vt docet S. Thom. *q.66. art.5 ad 4.* item etiam, quia sacramenta, quæ perficiuntur ipso vsu requirunt Ministrum à suscipiente diuersum, vt docent Mercerus *in 3. p. de sacram q.52. art.5.* Diana *p.5. tract.3. ref.94.*

12 Ad quartam quæstionis partem, num sacerdos possit hoc sacramentum solus administrare, & sibimet respondere? Videtur negatiuè respondendum ex proximo vers. *ad tertiam*; sed in hoc dubio dicendum est, posse, cum in alio casu sufficiat in omni euentu, vt infirmus vngenti sacerdoti respondeat *ora pro me, libera me*, vel *exaudinos Domine*, vt docent Viualdus *in cap. vlt. de hoc sacram. n 6.* Ludouicus *in summa parua art.5. n.18. fol.89.* per hæc verba. *No es necessario aya ministro que responda, antes communmente se da sin Ministro, esta es comun de los Doctores &c.* Nicolaus Ploue, *de Extrema Vnctione, in princip.* ibi: *Potest hoc sacramentum sacerdos conferre cum vno clerico, qui sibi respondeat; si tamen careat clerico, potest solus expedire totam cum Galloc. & Hostiensi &c.* Archangelus *dist.23 pag. 283. col. 3.* vbi morem esse (dicit) quod si sacerdos nullum habeat Clericum, vel sæcularem, ipse solus administret, & sibimet respondeat, Quintanadueñas *de Extrema Vnctione singul 6.* cum Barbosa, Capeauilla, Leander *dict. disp.4. q.20. tract.4. de sacram.* Diana cum aliis *p. 9. tract. 6. ref.46.* Grassius *p.2. lib.1. cap.8. n.10.* Toletus *lib. 7. cap.*
13 2. Dicastillo *disp.1. dubit. vltim. n.197.* Sa, *n. 9.* †
Et licèt isti quinque vltimi solum dicant prædictam sententiam admitti in casu necessitatis: tamen alij adducti in omni euentu extra casum necessitatis, dicunt ritè procedere, sed ego consulerem, vt sine necessitate non fieret propter intellectum vnum relatum ad locum Diui Iacobi, ex Trullench. Barbosa, & aliis, vt posui *supra n. 2. vers. ego vero, in fine.* Video tamen Tannerum *tom.4 disp.7. q.1. dub.3. n.83.* dicentem ex multis vt refert etiam Diana *p.5. tract.3. ref.91.* vers. *notandum*, vrgente periculo mortis posse sacerdotem sine Ministro administrare hoc sacramentum; atque etiam sine alia solita precatione præuia. Vide *quæst.* vers. *ad tertiam.*

14 Notandum verò est non esse licitum fœminæ respondere, aut ministrare sacerdoti Extremam Vnctionem conferenti: sic Quintanadueñas *supr. dist. sing.6.* Leander *dict. q. 20. in fine*, dicentes, quod peccaret ad minus venialiter; eo quod id munus est nimis alienum à fœmina; pro quo faciunt nonnulla, quæ dixi supra *in Rub. de tempor. ordin. & de ætate ordinandor.* & per relata infra *in cap. dilecta de maioris. & obedientia*, quem explicui *sub cap. nouit de Iudiciis in 1. p.* Videbis *quæst. 13. vers. ad tertiam.*

15 Ad vltimam quæstionis partem, an alius sacerdos debeat perficere hoc sacramentum, si primus morte præuentus, aut ob aliam causam non perficiat? In quo dubio faciunt aliqua pro negatiua sententia, de quibus *supra* Tamen reuera non implicat, quod sicut plures sacerdotes in necessitate infirmi possunt vngere illum, vnusque vnum sensum proferendæ formam cuique adæquatam, vt iam dixi *in vers. ad primam*; ita & in hoc sacramento sic docent Posseuin *tract. de officio Curati, cap.9. n.8.* Bonacina *supra dict. punct.4. n.9.* Trullench. *dicto lib.5. de sacram. dubio 3. n. 7.* Barbosa *de officio Parochi dict. p.2. cap.22. n. 8.* dicentes, quod si Minister inchoatas Vnctiones ob repentinam infirmitatem, aut mortem, absoluere non possit, tunc alter ei succedere debeat, nihil repetens, sed quæ restant adiciens, Molfesius *summa tom.1 tract.4. cap.3. n.54.* Turrian. *in summa p. 2. cap.135. dubio 2. n.2.* Tannerus *tom.4. disp.7. q.1. dubio 3. n.85.* Ochogauia *de hoc sacram. q.8. n. 8.* Vbi ait validum esse hoc sacramentum, si aliquæ Vnctiones cum suis formis respondentibus, fiant ab vno sacerdote, & aliæ ab alio; quia ex eo, quod vnus sacerdos confecit priores Vnctiones cum suis formis, & posteriores non; quia non potuit propter mortem suam, non debet infirmus priuari hoc sacramento; & quod potest ab alio exhiberi, non repetendo primas Vnctiones; quia illæ fuerunt validæ integræ, & com-
pletæ, quæ non possunt repeti. † Sicut nec Hostia 16
semel consecrata potest iterum consecrari: hæc, & alia adducit Ochogauia, *supra citans*, D.Tho. Durandum, Sotum, & Syluestrum, & tenent Diana, *p.5. tract.3. ref.87.* Præpositus, *in 3. p. q. vnica de hoc sacram. dubio 5. n.37.* Emanuel Sà, *verbo Extrema Vnctio*, vbi ait, *potest Præsbiter vnus partem vngere, & alius aliam in necessitate*, Suarez, Henriquex, Fillincius, Reginald. Bonacina *dicto punct.4. n.9.* Palao *puncto 7. n.7.* & cum aliis Leander *dicto tract. 4. de sacram. quæst. 8. disp.4.*

Nec obstat huic resolutioni dicere quod sicut 17
in Baptismo, & aliis sacramentis ab vno sacramentum inceptum, non posset consummari ab alio Ministro, sic, & in hoc sacramento. Nec dicere, vt hoc sacramentum non sit ministrandum à pluribus sacerdotibus, cum illud non sit necessitatis. Quia respondetur ad primum cætera sacramenta, quæ tantùm consistunt in vna materia & forma, non posse perfici ab alio Ministro; quod non est sic in nostro casu; siquidem in hoc sacramento habentur, vt iam adduxi plures materiæ, & formæ partiales, & sic sicut in sacrificio Missæ, si post consecratam Hostiam, sacerdos ministrans moriatur, aut nequeat prosequi in valetudine, aliove accidenti, potest alter prosequi sacrificium à consecratione Calicis, ita & in casu nostro: ita Ochogauia, Præpositus, Diana, & alij iam adducti.

Ad secundum dubium respondeo cum Præ- 18
posito, *vbi supra* posse dari necessitatem huius sacramenti, iuxta quæ sæpius adduxi, *in hoc tract. & quæst.7. in princ.* vt si nequeat confiteri, ac recipere sacramentum Eucharistiæ quia tunc ei erit necessaria Extrema Vnctio, vt sine illa sit in æternum periturus cum illa saluandus, dicens omnino probabilius Diana *dicta ref. 87.* alia addens.

Nonnulli tamen videntur sentire, vt cum qui 19
incœpit vngere, non potuit perficere; tunc infirmus non debeat supplere, sed in totum omnes vnctiones facere, ac si infirmus incœptus non esset vngi: sic videntur affirmare Ludouicus Mæratius *in D.Thom.3. p. tract. de Extrema Vnctione disp.10 sect.2. n.8.* ex communi Theologorum sic docens ex ea ratione; quia id infirmo multo est vtilius, cum sic sacramentum certissime recipiat. & Dicastillo *dubio 12. n. 186.* sequendo nostram sententiam, fatetur melius esse, vt vnus faciat omnes Vnctiones, etiam si alius, qui tunc moritur, cæpisset aliquas facere: sic cum eodem Mæratio. Non tamen obstant relatæ sententiæ, quam docet D.Thomas, vt dicit Mæratius, quem non est ausus reiicere, solum tantum admittit secundum sacerdotem de nouo omnes Vnctiones facere,

quando

quando multum tempus intercessit à tempore, quo primus sacerdos vngere cæpit: huius verba refert idem Diana *dict.res.87.in fine*, qui & refert alia Philippi Fabri *in 4.sentent.dist.23.quæst. vnica disp.vnica cap.4.* Vbi licèt dicat differre in casu, de quo loquimur hoc sacramentum à relato de sacrificio Missæ, vt sentit Diana: Tamen reuera idem concludit; ac nos iam diximus dicendo, vt debeat alius sacerdos prosequi alias Vnctiones, quæ fuerunt omissæ.

20 Ex quibus Leander *dict. q. 8.* in vers. *vnde.* Nugnus *q.31.art.3.* Granados *disp.8.n 7.* Archangelus *dist.13.fol.173.* in resolutione nostræ quæstionis, resoluunt, vt posset quidem perficere alius sacerdos, sed quod oon teneatur; & quia ratio, & essentia huius sacramenti in vnica vnius sensus Vnctione saluetur; ita vt si cæteræ non fiant Vnctiones, perfectum remaneat sacramentum; ad quod applicabis quæ supra dixi *q.5.* & alibi; sunt tamen in alio casu, quando infirmus moritur cum Vnctione vnius sensus.

21 Et licèt validum sit sacrameotum hoc, si vnus vngat vnum oculum; alius verò alium; erit tamen illicitum semper; quia ad hoc non cogit necessitas, cum tunc sufficiat vnam partem sensus vngere, vt bene Suarez docet *disp.43.sect.2. n. 8.* Filliucius *tom.1. tract. 3. cap. 5. n. 95.* Trullench. *dicto lib.5.de sacram.q.vnica dubio 3.n.7.in fine.*

QVÆST. XI.

An excommunicatus nominatim, vel suspensus, possit in articulo mortis, ministrare infirmo sacramentum Extremæ Vnctionis? Et num Sacerdos existens in peccato mortali? Vel num Parochus excommunicatus, aut suspensus, possit dare licentiam, vt alter sacerdos ministret hoc sacramentum? An Episcopus hoc sacramentum ministrans, debeat vngere oleo, an vero Chrismate? Et an si Parochus portet Domi oleum Extremæ Vnctionis, timens de nocte ad moribundum vngendum vocari, secluso scandalo, peccet mortaliter? An si ægrotus non fuerit confessus, & sit in articulo mortis, teneatur Parochus cum periculo vitæ sacramentum Extremæ Vnctionis illi ministrare?

SVMMARIVM.

1 *Vnctionis Sacramentum probabilius est, vt in casu necessitatis ministrari valeat à suspenso, & excommunicato,* & n.3. & *ab interdicto, vt* n.4.&5.

2 *Instituta pro disciplina Ecclesiastica, non debent vergere in detrimentum animæ.*

3 *Confessio sacramentalis, potest ministrari à denunciato, alio non existente.*

5 *Commercium cum excommunicato, solet Ecclesia permittere.*

6 *Parochus, & quilibet Sacerdos ministrans Vnctionem in peccato mortali, peccat, nisi per contritionem se disponat, saltim existimatam.*

7 *Parochus excommunicatus, vel suspensus, probabilius est, vt possit licentiam dare alteri Sacerdoti, vt ministret Vnctionem. Ex quare* num.8.

9 *Episcopus vngat infirmum oleo infirmorum, non chrismate, vt* n.10.

11 *Parochus non bene procedet, portans Vnctionem ad Domum infirmi, ibi eam relinquens, vt aptius periculo succurratur, nec sint lumine, vt* n.12.

12 *Vnctio Extrema debet deferri à Parocho cum lumine.*

13 *Vnctio Extrema ægroto discessuro sine alio Sacramento, probabilius est, vt debeat ministrari, si est in peccato, vt* n.14.

AD primam quæstionis partem, etsi Suarez *in 3.p.tom.8.disp.44.sect.2.n.6.* dicat excommunicatum non posse: posse verò suspensum; quia hæc censura non priuat actu ordinis; sed Ioannes Præpositus *in 3.p.q.vnica de hoc sacram.dubio 6. n.144.* & Diana *p.5.tract.3.res.* 81. docent quod in casu, quo suspensus ab ordine potest hoc sacramentum ministrare, possit etiam excommunicatus: nam quoties alius sacerdos non adest, qui possit illud ministrare, tunc non debet habere locum rigor Ecclesiasticæ censuræ. † Cum ea, quæ pro disciplinæ Ecclesiastica sunt iostituta, non debeant vergere in apertum detrimentum animarum: ita illi alia dicentes, & docent etiam Victorel *in addition.ad n.17.* Posseuini, & *in suo tractatu de Extrema Vnctione*, & probabilius dicit Leander *tract.4.de sacram.disp.4.q.6.* Vbi ait probabilem putare hanc sententiam Villalobos, & Filliucius, & quando non est possibile, vt infirmus aliud recipiat sacramentum, teneot Cooinch. *de sacram. q.64.art.6. dubio 2.* Auila *de censur 2. p. cap. 6. disp.3.dubio 3.* posse excommunicatum, etiam denunciatum ministrare Extremam Vnctionem; quia tunc hoc sacramentum habere videtur vicem confessionis, & potest facere de attrito contritum, & saluare infirmum. 1 2

Et confirmatur, nam confessio ministrari potest in necessitate, alio non existente à denunciato; ergo & hoc sacramentum in tali casu, cum talis præsumatur intentio piæ matris Ecclesiæ: sic relati, quos sequitur Ægidius Trullench. *in praxi sacram.lib.5.cap.vnico dubio 7.sub n. 4. circa finem*, vbi dicens vt excommunicatus non possit illud ministrare, quia ei ab Ecclesia prohibetur propter excommunicationem, sicut & alia sacramenta ministrare limitat in casu necessitatis, quando nec adest alius sacerdos non excommunicatus, & infirmus periclitatur. 3

Nec obstant Torreblanca *de iure spirituali lib.2.cap.11.n.* 28. & Bonacina *disp. 7. q. vnica puncto 4.n.4.* & Villalobos *in summa tract.* 10.p. 1.dif.6.n.6. Ochogauia *de hoc sacram. q.10.n.3.* dicentes, sicut Suarez non esse dandum hoc sacramentum ab excommunicato, etiam qualibet necessitate vrgente: nam sicut Ecclesia prohibuit illud ministrari tempore interdicti, sic videri in hoc casu; quia cum iam dixerim *supra q. 7.à n.1.* vt tempore interdicti, quando infirmus non potest aliud sacramentum recipere, liceat vngi; sic & in nostro casu propter fundamenta ibi, & sæpius adducta. 4

Imò idem Præpositus *supra dicto n.144.* vt refert idem Diana *dist.res.182.in fine*, putat relatam doctrinam esse fortè veriorem, etiamsi hoc 5

sacramentum

sacramentum non sit ad salutem necessarium; eo quod sit maximè vtile, & condncens ad remissionem venialium, & ad robur contra Diabolicos insultus maximè necessarium, addens, vt Ecclesiæ, quæ propter longe inferiorem vtilitatem, permittit commercium, cum nominatim excommunicato censetur in nostro casu illud non prohibere; & sic ait licere Pastori in fauorem alterius sacramentum administrare, nec deferendum Præpositum docet Diana contra Suarez.

6 Ad secundam quæstionis partem, breuiter respondeo cum communi Doctorum quod Parochus, siue sacerdos existens in mortali, & ministrans hoc sacramentum, in quolibet casu, peccat mortaliter, nisi se disponat per contritionem saltim existimatam, vt late probabo *infra tit. de sacram. non iterandis*, & docet in terminis Ægidius Trullench. *dicto lib. 5. de sacram. q. vnica dubio 3. sub n. 4. in fine.*

7 Ad tertiam quæstionis partem, etiam breuiter respondeo ex dictis *supra in vers. ad primam*, probabilius esse, vt Parochus excommunicatus, vel suspensus nominatim, possit dare licentiam alteri sacerdoti; etiam non exposito, vt ministret hoc sacramentum; eo quod dare huiusmodi licentiam, non sit actus iurisdictionis; item quia si ab ea suspensus potest conferre, vel vt iam dixi, ipsemet excommunicatus, & securius poterit prædictam licentiam alteri sacerdoti præbere, vt docent Syluester *Verbo Extrema Vnctio n. 4.* Armila *n. 5.* Tabiena *n. 5.* Paludan *dist. 23.* Henriquez *lib. 3. cap. 13. n. 3.* Posseuinus cum Victorello *cap. 9 q. 7. n. 17* & Leander *dicto tract. 4. de sacram. disp. 4. q. 5.* Contra Sa *Verbo Extrema Vnctio, n. 8.* Suarez *de cens. disp. 14. sect. 1. n. 7.* & Rodriguez *cap 192. n. 10.* at idem Suarez in nostro casu admisit *tom. 4. disp. 44.* & in terminis lego Dianam
8 contra eundem Suarez docentem vt tenemus † quia ab hoc actu publice excommunicatus, non priuatur, cum non sit Iurisdictionis: sic *p. 7. tract. 1. ref. 56. in fine*, vers. *notandum.* vbi cum Petro à S. Ioseph *in idea Theologia sacram. cap. 34. ref. 4.* & aliis.

9 Ad quartam quæstionis partem, an Episcopus hoc sacramentum ministrans, debeat vngere oleo, an verò Chrismate? In quo dubio licèt glossa *in cap. illud 95. dist.* verbo *Chrisma*, respondeat quod debeat vngere Chrismate ad differentiam aliorum Sacerdotum, & dicat Sa vers. *oleum, n. 2.* posse ægrotum de licentia Episcopi oleo Chrismatis vngi, & sentiat sic Archangel. *dist. 23. pag. 290.*
10 *col 2.*; Tamen quia iam supra *à quæstione 1.* sæpius dictum sit materiam huius sacramenti esse oleum simplex oliuarum ab Episcopo benedictum, euenit vt Episcopus cum ministrat sacram Vnctionem infirmo, debeat vti hac materia: sic docent Viuald. *de Extrema Vnctione §. vbi conferendum n. 4* & Leander *dict. disp. 4. q. 9. tract. 4. de sacram.* Vbi addit, vt sic alij sentiant, & debeant tenere, Bonacina, Naldus, Nugnus, & omnes, qui affirmant esse inualidum hoc sacramentum Chrismate administratum, vt dixit idem Leander ibi *disp. 2. q. 6.* & ego *supra q. 2.*

11 Ad quintam quæstionis partem de Parocho portante sacram Vnctionem ad Domum, respondent Barbosa *de officio Parochi p. 2. cap. 22. n. 44.* & Diana per eadem verba *dicta p. 5. tract. 3. ref. 91.* & ambo existimantes non bene agere eundem Parochum timentem de nocte se vocandum pro infirmo periculoso, si vespere ferat oleum Extremæ Vnctionis ad suum cubiculum, vt vocatus expeditus vadat, vel si de nocte reuersus ab Vnctione infirmi, vt se citius expediat, oleum non referat ad solitum locum, sed retineat Domi vsque mane, credunt tamen nullum peccatum mortale contrahere citra scandalum, vel periculum alicuius irreuerentiæ. † Et ambo dicunt non debere Paro- 12
chum sine lumine Extremam Vnctionem deferre, obseruando in hoc proprij Episcopatus constitutiones existimantes venialiter tantùm peccare illum, qui sic ferret sine causa; qui verò cum causa, nullatenus: de quo puncto, quia spectat ad ritus videbis *quæst. sequent. & fin.*

Ad vltimam quæstionis partem, an si ægrotus 13
non fuerit confessus, & sit in articulo mortis, teneatur Parochus cum periculo vitæ sacramentum Vnctionis illi ministrare; si leges dicta *supra q. 7.* vers. *ad quartam*, facilis eris in præbendo responsum; igitur quantumuis absolutè negent Hurtado *de hoc sacram. dis. 12. in fine*, & Diana *dict. p. 5. tract. 3. ref. 83.* dicentes non teneri, quando ipsi imminet periculum mortis, etiam si infirmus sit absque alio sacramento decessurus, cum ex vna parte possit infirmus absque Extrema Vnctione per contritionem saluari, & ex altera parte, non satis constet Extremam Vnctionem sufficere ad delenda mortalia quoad culpam, vt dicit etiam Tannerus ad D. Thom. *tom. 4. disp. 7. q. 1. dubio 3. n. 62.* † Sed Granados *de sacram. in 3. p. contr. 8. n.* 14
6. admittit, si Parochus certo sciret ægrotum esse in statu peccati mortalis, & hoc remedio liberandum esse probabiliter, sibi persuaderet; quo in casu (qui metaphisicus est) dicit quod æger patitur extremam necessitatem spiritualem, cui etiam cum periculo vitæ corporalis subuenire tenetur.

QVÆST. XII.

An Parochus ratione officij teneatur ex iustitia hoc sacramentum fidelibus ministrare; sin autem mortaliter peccet, si petenti neget? An simplex sacerdos teneatur sub peccato mortali administrare hoc saramentum tempore necessitatis, scilicè, & facilè possit? Et an peccet mortaliter si administret hoc sacramentum, prætermissis præcibus ab Ecclesia solitis præcedenter poni? Et an Parochus cum periculo vitæ teneatur illud ministrare infecto peste, qui antequam incideret in amentiam, incidit in peccatum mortale, de quo habuit attritionem tantum?

SVMMARIVM.

1 *Parochus peccat mortaliter, qui negat infirmo petenti sacramentum Vnctionis sine iusta causa.*

2 *Parochus ex officio, & Iustitia tenetur suas oues pascere.*

3 *Sacerdos simplex ex officio non tenetur sub mortali ministrare Vnctionem infirmo, nisi alias infirmus extremè indigeret.*

4 *Præces in Vnctione administranda sunt à Parocho præcitandæ sub peccato, nisi alias esset periculum; quæ postea tunc*

peterant

poterunt recitari, vt.n.5.

6 *Parochus peste infecto ministrare tenetur sacram vnctionem, qui antequam incidit in amentiam, inciderat in peccatum mortale*, n.7. *Vbi limitatur*, & n.8.

8 *Parochus non debet cum graui detrimento communitatis consulere priuatis in locis haresi infectis, seu vicinis hareticis.*

1 Ad has omnes quæstiones ex præcedentibus, & ex dictis à *quæst.9.* breuiter, & resolutiue Iudico respondendum. Ad primam nempe, quod peccat mortaliter Parochus, qui infirmo petenti hoc sacramentum negat sine Iusta causa & excusatione neget, vel deferat cum probabili periculo, ne interim infirmus decedat: ita docent Nauarr. *in man. cap. 25. num.* 131. Basse *in floribus theologia* verb. *Extrema Vnctio 2. num.2.* Suarez *tom. 5. disp. 62. sect. 2.* Mechado *de perfecto Confessore, lib 4. p. 2. tract. 2. docum. 22. num. 3.* Paulus Layman. *in theologia, mor, lib. 5. tract. 8. c. 7. nu. 3.* Bonacina *de sacram. disp. 7. q. Vnica puncto. 5. num. 12.* Capeauilla *in hoc tract. cap. 5. quæst. 1. cum aliis* Barbosa *de officio Parochi pag. 2. cap. 22. numer.* 10. Suarez *disp. 44. sect. 2. num. 1.* Ægidius Trullench. *in praxi sacram lib. 5. cap. Vnico. du-*
2 *bio 3. n. 8.* & omnes; † quia Parocho competit ex officio, & ex iustitia suas oues pascere, & ordinaria remedia salutis præbere & consequenter illis ministrare hoc sacramentum; qui de Episcopo idem docent, deficiente tamen Parocho.

3 Ad secundam quæstionis partem, an simplex sacerdos teneatur. Respondeo non teneri sub peccato mortali, sed sub veniali tantùm ex lege charitatis, nisi alias infirmus hoc sacramento extremè indigeret, vt *quæst. præced.* dixi de ægrotante peste, & non confesso, & hic in vers. *ad quartam*. Et est ratio; quia certum est simplicem sacerdotem non teneri ex officio sacramentum administrare, nec ex Iustitia, sed solum ex charitate, deficiente Parocho: nam tunc si infirmus maximè indigeat, tenetur ei succurrere ex dicta lege charitatis; quæ ad id obligat sine graui incommodo nostro: ita docent Ochogauia, *& hoc sacram. q. 10. n. 3.* Layman. *dict. tract. 8. c. 7. q. 3.* Diana *p. 3. tract. 4. ref. 17.* vers. *ad secundum*, vbi citat Laymam, Palludanum, & Coninch, Leander, *de sacrament. tr. 4. disp. 2. q. 9.*

4 Ad tertiam an peccet mortaliter, si administret hoc sacramentum, prætermissis præcibus, quæ solent ab Ecclesia ante poni. In quo dubio; quia de aliis ceremoniis dico *quæst. sequenti*, breuiter respondeo, vt peccet mortaliter, modò infirmi necessitas, accelleratioque mortis eius, vel periculum contagiosæ infirmitatis, pestis videlicet, & huiusmodi non cogat, vt tantum faciat essentialia, iuxta quæ adduxi *sub q. 4.* & alibi (vnctiones videlicet) ne sine sacramento decedat; quia in tali casu dicunt Doctores vt non solum teneatur; Verum & teneatur illis prætermissis, hoc sacramentum administrare: sic docent Henriquez *lib. 3. cap. 8. & cap. 12. in fine* Posseuin. *de officio Curati q. 18. numer. 38. & q. 20. n. 41. & 42.* Suarez *disp. 44. sect. 2.* Castrus Palao, Zambrana, & Layman, quos sequi-
5 tur Leander *dict. tract 4. de sacram disp. 4. q. 21.* † quibus addo Barbosam cum aliis *dict. c. 22. n. 39.* Vbi dicit in casu necessitatis posse Parochum incipere ab vnctionibus, & orationes, ac psalmos postea recitare: sed quod non peccet mortaliter deficiête contêptu, videtur ex dictis *inf. d. q. seq. n. 2.*

6 Ad quartam quæstionis partem respondeo ex *Fermosin. de Offic. & sacris Eccles.* Tom.II.

dictis *q. præcedenti*, & in specie cum Præposito *in 3 p. q. vnica de hoc sacram. Extrema Vnctionis dubio 6. n. 47.* quem refert Diana *p. 5. tr. 3. ref. 83.* vers. *& alium casum similem*, putante Parochum teneri cum periculo vitæ hoc sacramentum administrare pesti infecto, qui antequam incideret in amentiam, incidit in peccatum mortale, de quo habuit solum attritionem. † Limitat verò Præpo- 7
situs quando Parochus esset valdè necessarius, ex cuius morte multis immineret periculum spirituale, dicens vt tunc non teneatur illud administrare; imò nec videatur posse, cum imminens graue malum spirituale communitatis, cui obligatur, præponderet malo vnius, & magis obligetur ipsi communitati, quam singulis in particulari.

Vnde infert Præpositus, vt non possit cum graui 8
detrimento communitatis priuatis consulere v.g. in locis hæresi infectis, vel vicinis hæreticis, pro quibus vix possit vllus Pastor inueniri, cuius vita est necessaria ad conseruandos subditos in fide; & sic nec possit cum aperto vitæ periculo sacramentum Extremæ Vnctionis ministrare, etiam in casu supra posito: ita ille.

QVÆST. XIII.

An qui post ministratum Sacramentum Extrema Vnctionis, omittit dicere ritus praambulos, quos propter periculum instans, non pramisit, & etiam qua solent dici post illud ministratum, peccet mortaliter? vel peccet si illud administret in necessitate sine vestibus, ab Ecclesia prascriptis: vbi de aliis? Et an in casu necessitatis sacerdos non habens clericum ad responsiones, possit vti ministerio fæmina sine peccato? Et an hoc sacramentum conferat effectum suum post omnes Vnctiones, aut post primam tantum?

SVMMARIVM.

1 *Orationes, psalmi, & alia ex rituali, qua procedunt Vnctionem, & qua subsequuntur debentur ab administrante dici, an sub peccato mortali*, n. 2. & 3.

4 *Vnctionis sacramentum ministrans extra necessitatis periculum sine vestibus ab Ecclesia prascriptis, peccat* vt n. 5. 7. 8. 9.

6 *Stella, & supercilium sunt ornamenta pra administranda Vnctione, & lumen*, vt n. 9.

8 *Vnctionis Extrema sacramentum, non est ita necessarium, sicut Baptismus.*

10 *Parochus pro administratione sacramenti Vnctionis, debet adhibere coadiutorem clericum, si haberi potest, & in necessitate ipse solus potest*, vt n. 11. & 12. *vbi nunquam cum fæmina.*

13 *Vnctionis sacramentum propter diuersos confortatione anima, & corporis institutum* nu. 14. *Vbi quam gratiam causet.*

15 *Gratia sacramenti Vnctionis, num detur per primam integra, & per sequentes perficiatur, in quo gradu duplex est sententia*, vt nu. 16. 17. 18. *Et quid de veritate, & praxi ex* numero 18.

16 *Vnctio quælibet operatur suum effectum, & in vltima perficitur sacramentum*, vt n. 17. 18.

19 *Effectum partialem dari in singulis Vnctionibus, non est improbabile. A ij d cunt vt detur in vltima Vnctione. Et quare* n.20.

20 *Sacramenta omnia, quæ in vsu consistunt, conferunt vnicam gratiam in illo momento quo sacramentum, & eius significatio compleiur. Quid in ordine, & Eucharistia.* n.22.

21 *Peccatum vnum sine alio remitti nequit, &* n.22.

1 AD primam difficultatis partem, suppositis quæ dixi *q.12. proxime præcedenti in vers. ad tertiam*, & supposito quod sunt obseruandi rituales, consuetudines, & leges Ecclesiarum; sic vt peccet ministrans (modo periculum non sit in mora (si omittat orationes ibi præscriptas in rituali, vt dixi *in dicto vers. ad tertiam*, & doceat ibi Barbosa, quod tenetur orationes post administratum dicere, quas prætermittere non potuit, propter instans periculum: sequitur vt sub eodem peccato teneatur post illas orationes dicere, sicut & psalmos in rituali assignatos dicendos post collatam sacram Vnctionem; & quod videatur in obligatione sub peccato mortali, dicit Ægidius Trullench. *in praxi sacram. lib.4. q. vnica dubio 4. n. fin.* & relati *sub dict. vers. ad tertiam*; quia materia censetur grauis; & sic dicit Granados *tom.5. disp.* 8. *n.* 8. in administratione huius sacramenti seruanda, esse quæ præscribuntur in manuali recitanda; & omnia quæ ibi ponuntur, nisi acceleratio mortis aliud exigat. Imò & quatenus spectat ad septem Psalmos recitandos post collatam Extremam Vnctionem, docent vt peccet mortaliter Granado *tom.4. in 3. p. tract.7. in vltimo.*

2 Alij inquam respondent negatiuè dicentes hanc sententiam esse probabiliorem, quia communiter prætermittuntur absque vllo scrupulo; præcipuè quod in Rituali Romano, non à sacerdote sed, à stantibus recitari, præscribuntur septem psalmi Pœnitentiales, qui post Vnctionem ab Ecclesia præscribuntur recitari, vt docent cum Bonacina, & Posseuino, Leander *tract.4. de sacram. disp.4. q.* 21. negant etiam Castro Palaus *tom.4. tr.27. disp. vnica q.8. puncto* 8. *n.* 14. Henriquez *c.12. §.5. & quia* non est in manuali vllum verbum, quod indicet hoc esse graue præceptum, vt patet in Rituali Romano, edicto iussu Pauli *anno* 1617. quod ab omnibus seruari hortatur, sed non præcipit.

3 Ego tamen primam sententiam credo amplectendam, quando scilicet in aliqua Synodo sub graui peccato id statueretur; quia tunc obligaret sub mortali extra casum necessitatis, aut magni periculi prouenientis ex contagioso morbo: sic Henriquez *supra*, & Diana *p.9. tract.6. miscell. res.* 46. Vbi etiam in principio dicit inter alios ritus hoc sacramentum administrari cum recitatione psalmorum Pœnitentialium, & letaniarum, & omnium, quæ in manuali dicenda præscribuntur, dum infirmus vngitur.

4 Ad secundam quæstionis partem; an peccet mortaliter, si illud administret absque vestibus ab Ecclesia præscriptis. Et respondeo in necessitate non peccare ex dictis, & quod sit licitum tempore pestis, & aliarum infirmitatum absque dubio docent Posseuinus *de officio curati cap.5. q.57. n.* 57. Suarez tamen, Reginaldus, & alij, quos referunt. Leander *dict. disp.4. q.21.* absolutè negant, vt sine ornamentis liceat administrare.

5 Sed alij existimant respondendum cum Diana
dict. p.9. tract.6. res.46. in fine, & Amico *in cursu Theolog. moral. tom. 4. disp.* 19. *sect.14. num.*
113. vt si infirmus alterius sacramenti capax non
esset, debeat istum illud administrari cum vesti-
bus, sed non peccare mortaliter, nisi tantùm ve-
nialiter, etiam extra casum necessitatis probatur
ex adductis *sub dubio præcedenti.*† Et confirmant 6
etiam ex eo quia sicut est opinio probabilis plu-
rimorum Doctorum, vt laicus queat ministrare
Viaticum infirmo; imò & hoc sacramentum, vt
supra dixi, videtur, vt si sacerdos non induat su-
percilium; & stolam, quæ sunt ornamenta pro ad-
ministrando hoc sacramento, non peccet morta-
liter si sine eis illud infirmo administret.

7 Bonacina tamen *supra quæst. vnica puncto* 6. *ex n.6.* dicit *num.*8. non licere in necessitate administrare hoc sacramentum, non adhibitis vestibus ab Ecclesia præscriptis, Layman idem tenet *in Theolog. mor. tract.8. cap.8. n.* 7. Vbi dicit tempore pestis satis esse adhiberi propter periculum contagionis ea, quæ essentialia sunt cum breuissima mora quoad fieri potest; si tamen tempus patiatur, addit orationes, & psalmos postea in Ecclesia supplere, vt traddit, etiam Barbosa *p.2. de officio Parochi cap.22. à n.39. &* 40.

8 Ex his iam videtur quid respondendum iuxta iam adducta, & quod non obstet dicere cum Naldo. Verbo *Extrema Vnctio. n.* 1. Bonacina *puncto 6. n.9.* Reginaldo *lib. 28. in fine*, & Suarez *disp. 44. sect.* 2. nunquam licere sine ornatu sacerdotali debito, & vsitato ministrari hoc sacramentum; quia non est necessitatis, & reuerentia sacramenti præferenda sit semper. Sed respondeo hoc fallere, (vt dictum, est) si necessitas infirmi, & periculum vrgeat, vt in casu præcedenti; quia & si hoc sacramentum non sit ita necessarium, sicut Baptismus, qui potest, & à laico sine paramentis, & ritibus solitis ministrari in necessitate; est tamen valde vtile, & aliquando necessarium, vt sæpius dixi, & *sub quæst.5.* & aliis sequentibus, cum in casu necessitatis debeat præferri necessitas infirmi obseruationi horum rituum.

9 Et confirmatur ex alio ritu, nempe vt, & si fit quod hoc sacramentum non ministretur sine lumine, (vt iam dixi,) si cum causa nullum peccatum committat sine illo, ministrans, Posseuinus *de officio curati dict. cap.5. qu.37. & cap.9. qu.21. n.* 24. Vbi bene docet tantum peccare venialiter, qui sine aliqua causa administraret hoc sacramentum, non adhibito lumine.

10 Ex his infero ex iam antedictis quod Parochus
pro administratione huius sacramenti debet ad-
hibere coadiutorem Vnum saltim Ministrum cle-
ricum; sed hoc iuxta quæ dixi supra *sub quæst.*
10. debet intelligi, si haberi potest † alioqui ta- 11
men queat peragere etiam solus sacerdos Ex-
tremam Vnctionem conferens, reliqua omnia;
quia sic videtur responsio textus *in cap. quasiuit
de verb. signif.* iuncta glossa *ibi*, verbo *etiam solus*;
Cardinalis Toletus *instruct. sacerdot. lib.7. cap.2.
in fine*, Sa, *verbo Extrema Vnctio, n.* 9. Posseuin.
*dict. cap.9. n.*11. Bartholom. ab Angelis *de sacram.
dialogo 3. §.*135. Capeauilla *de modo ministrandi
sacramenta tempore pestis cap. 5. q.* 36. Barbosa
supr. dict. c.22. de officio Parochi cum Layman &
Bonacina *n.*43. videbis Dianam cum aliis *dict. p.
tract. 6. miscell. q. 46. in vers. item* Ægid. Trul-
lench. *supra dict. lib.4. de sacram. q. vnica dubio* 4.
in fine.

Ad

12 Ad tertiam quæstionis partem, an possit vti
ministerio fœminæ ad responsiones, cum non
habet sacerdotem sibi responsiturum? Responde-
bis ex *dictis supra quæst.* 20. verf. *ad quartam*
in verf.*notandum*, & ibi dictis addo Dianam ad-
ducentem casum hunc *dict.part.9.tract.6.ref.46.*
in verf. *sed an*, vbi refereos Leandrum *de sacram.*
tom.1.tract. 4. disp. 4. quæst. 22. tenentem extra
casum necessitatis posse sacerdotem hoc sacra-
mentum solum admioistrare, & sibimet respon-
dere cum Vega, Bonacina, Archangelo, Posseui-
no, & aliis, de quo dixi *sub dicta quæst.* 10. verf.
ad quartam; sed Diana resoluit quod hoc admit-
teret, io casu necessitatis cum Toleto, Sa, Grassio,
& aliis.

13 Ad quartam quæstionis partem, an hoc sa-
cramentum conferat suum effectum post om-
nes Vnctiones, an post primam, vt respondeas
leges pro resolutione, & doctrina quæ dixi *sub*
quæst. 5. & aliis, vbi quando sufficiat vngi so-
lus vous sensus, aut alia pars corporis, profe-
rendo formam aptam omoibus quinque sensi-
bus: quare loquendo breuiter de effectu gratiæ
habitualis, & remissionis peccati (quia proprius
effectus, & specialis animæ confortatio contra
tentationes non datur certo aliquo instanti, sed
toto tempore morbi, quando oportunum, aut
necessarium est) gratia autem habitualis, & re-
missio peccati detur in aliquo instanti; ideo re-
ferendo sententias, dubij resolutionem proferam:
ita Becanus *de sacram.cap.27.q.7.* Ægidius Trul-
lench.*in praxi sacram. q. vnica dicto lib. 4. du-*
14 *bio 5. in princ. n. 2.* † Vbi dicit quod proprius
effectus est, vt causet gratiam habitualem, seu
iustificans, prout sanam animam à reliquiis pec-
catorum, & tollat imbecillitatem potentiarum
ad bonum, & inclinationem ad malum, con-
fortans spem, & animæ potentias ab illo statu
ad oppugnandum Dæmonem, satis probant Trid.
verba *sess.14.de Extrema Vnctione* in verf.*Chri-*
stus Dominus & in verf. *ref.* & addunt idem
Ægidius, Filliucius *tom. 1.tract.3.cap.5. n.* 125.
ex D.Thom.*dist.23.q.1.art.* 32. *quæstiuncula* 1.
& 2.Bonacina *tom.1.disp.7.q.vnica punct.7.n.1.*
Henriquez *lib. 3.cap.9.* Ægidius Coninch. *disp.*
19 *de sacram. dubio* 5. effectum huius sacramen-
ti esse potissimum, & propriam corroboratio-
nem infirmi contra omnia mala, quæ mortis
tempore occurrere solent; quia specialis gratia
huius sacramenti posita est in conferendis auxi-
liis accommodatis ad supra dictum finem conse-
quendum.

15 His suppositis, dico in puncto difficultatis
quadruplicem esse sententiam scholasticorum.
Primam dicentium totam gratiam dari per pri-
mam Vnctionem, & per consequens Vnctio-
nis perfici sacramentum; non tamen conferri
nouum gradum gratiæ vi sacramenti, nisi fortè
per accidens propter meliorem suscipientis dis-
positionem, sicut aliqui dicunt in Eucharistia to-
tam gratiam dari in sumptione vnius speciei,
& in sumptione alterius perfici sacrificium; non
16 tamen nouam gratiam conferri. † Secunda per
singulas Vnctiones dari singulos gradus, seu por-
tiones gratiæ, ac proinde sicut quinque sunt Vn-
ctiones partiales, quæ constituunt integrum sa-
cramentum; ita quinque viribus conferri quinque
gradus gratiæ, qui constituant adæquatum effe-
ctum eius sacramenti; & inde sequi, vt si homo
moriatur, suscepta vna Vnctione, fore vt discedat
cum vno gradu, vel vna gratiæ portione; & sic
videri per singulas Vnctiones remitti illa peccata
venialia, quæ per illum seosum commissa sunt,
itemque pœnam temporalem, quæ ratione illius
sensus debita est &c † Tertia docet gratiam ha-
bitualem non conferri, nisi post vltimam Vnctio- 17
nem (id est) per eam, quæ re ipsa est vltima in
intentione Ministri vngentis. † Quarta sententia 18
est effectum gratiæ conferri in eo instanti, in quo
essentialiter perficitur hoc sacramentum, perfici
autem quando quinque Vnctiones cum quin-
que formis sibi correspondentibus perficiuntur.
Hæc alia pro quacumque sententia refert Beca-
nus *vbi supra dicto cap.27.de sacram.cap.* 7. qui
ad duas conclusiones hoc totum reducit: quare
pro veritate practica respondendum est iuxta iam
dicta *à quæst. prima* modo sequenti.

Quare dicunt Doctores, quod etsi non sit 19
improbabile dari effectum partialem in singulis
Vnctionibus iuxta secundam seotentiam, eo
quod, sicut in Eucharistia datur vna pars gratiæ
per sumptionem vnius speciei, & altera pars per
sumptionem alterius, sic etiam seruata proportio-
ne fieri hic, vt existimaot Adrianus, Medina, &
Ledesma apud Suarez *disp 41.sect.2.n.6.*& apud
Henriquez *lib.3.cap.12.n. 3.* sit tamen probabi-
lius dari huiusmodi effectum quando perficitur,
vltima, & quinta Vnctio essentialis quinque
sensuum, † ex eo quia omnia sacramenta, quæ 20
in vsu consistunt, vnicam gratiam conferunt
in eo momento, quod sacramentum, & eius sig-
nificatio completur, nisi in vltima, seu quinta Vn-
ctione sensuum. † Aliter enim sequeretur pec- 21
catum vnius sensus posse remitti sine peccato al-
terius sensus, & consequenter vnum peccatum
absolutè posse remitti sine alio; quod fieri non
posse dicunt cum multis Ægidius Trullench. *in*
praxi sacram.lib. 5.cap. 3. dubio 2. n. 16. idem
lib.4.de hoc sacramento quæst.vnica dubio 5.n. 5.
S.Thomas, & Theologi *ibi in 4. dist.28.q.2.art.*
2. *quæst.* 1. *ad* 3. Sotus *q. 1.art.1.* Ledesma *in*
summa cap. 1. de Extrema Vnctione, Henriquez
supra, Suarez *n.13.* Villalobos *tom.1 tract.10.dis.*
3.Filliucius *tom.1.tract.3.cap.5. n.* 126. Bonacina
tom.1. disp. 7. q.vnica puncto 6.n.2.& 3. & isti
cum aliis.

Et amplectentes hanc sententiam dicunt pro- 22
cedere secus in Eucharistia, & Ordine: nam
in Eucharistia vtraque forma est perfecta essen-
tialiter ex se, & independens ab alia; & quod
ob id vnaquæque operetur suum effectum;
& in Ordine dari dicunt speciale munus singu-
lis ordinibus, iuxta quæ abunde dixi *sub Rub.*
& tit. de temporibus ordin. & tit. de ætate or-
din. quod sine aliis potest exerceri; sed effectum
Extremæ Vnctionis ita esse connexum
dicunt, vt non possit conuenienter
dari per partes: nam remissio
peccatorum mortalium,
si quæ esset debet
dari tota
simul.

* *
*

QVÆST. XIV.

An præcipuus effectus huius sacramenti sit remissio peccatorum venialium? Et etiam sit eius præcipuus effectus tollere reliquias peccatorum? Et quæ illa dicantur? Et an tribuat aliquando sanitatem corporis? An Pontifex possit præcipere vsum sacramenti Vnctionis, & contra transgressores pœnam imponere? Seu an detur casus, in quo infirmus ex defectu aliorum mediorum obligetur ad hoc sacramentum suscipiendum?

SVMMARIVM.

1 *Vnctionis effectus primarius num sit remissionis peccatoram, qualium verò, & qualiter contingat.* & n.2. 3.4.5.& n.12.& 13.*vbi qualis ille sit.*

4 *Sacramenta noua legis, primariò instituta sunt ad conferendam gratiam habitualem.*

5 *Pœnitentia sacramentum est institutum ad tollenda mortalia.*

6 *Vnctionis sacramentum institutum est ad tollendas reliquias peccatorum, & ad venialia auferenda,* & ex n.7.

7 *Peccatorum reliquia qua dicantur ad effectum, vt per sanctam Vnctionem tollantur* n.8.9.10.11.& 14. *Et explicatur* num. 16. 17.18.

11 *Vnctionis sacramentum institutum est pro his, qui agrotant vsque ad periculum mortis.*

12 *Olei Vnctionis virtus est corroborare, & disponere luctatores ad pugnandum.*

13 *Vnctionis sacramentum institutum est ad praparandam animam, quantum in se est ad introitum gloria; & quod operatur quatuor,* vt.n.14.15.16.17.

15 *Vnctionis sacramento remittitur, etiam reatus pœna temporalis relictus ex peccatis iuxta dispositionem recipientis.*

16 *Sancti Iacobi verba* quidquid peccasti *ad qua peccata pertineant.*

17 *Habitus, & pronitas ad peccandum non sunt peccata.*

19 *Vnctionis sacramentum aliquando habet causare primam gratiam potius, quàm catera sacramenta viuorum.*

19 *Vnctio habet effectum contra morbi incommoda impartienda patientiam, & tolerantiam omnium malorum. Et facit, vt alleuietur mens cum magna Dei confidentia,* vt n. 20. 21.22.23.24.25.

22 *Salus corporis in susceptione Vnctionis inspicitur, vt dependeat à salute anima.*

26 *Vnctionis sacramenti omissio sine contemptu, & scandalo, num sit peccaminosa remissiuè.*

27 *Pontifex potest pracipere sub peccato vnctionis sacramenti sumptionem & qua de causa,* vt n 28.*vbi quod etiam sub amissione sepultura Ecclesiastica in nolentem illam suscipere,* & n.19.

30 *Infirmus quando ex defectu aliorum mediorum, teneatur suscipere Vnctionem* n.31. & n.32.

33 *Vnctionis sacramentum est tantum materia, & forma: vbi quibus sic significetur.*

34 *Sacramenti cuiusque considerantur res, sacramentum, & res, & sacramentum simul.*

AD tres primas quæstiones possemus abundè respondere ex adductis supra *à quæst.* 4. 1
Vbi obiter dico effectus huius sacramenti Vnctionis. Sed quia nondum fecimus quæstionem separatam de omnibus, vberius inquiro; & supposito quod proprius effectus huius sacramenti, sit gratia habitualis, vt explicui quæstione præcedenti in vers. *ad quartam*, ideo nunc per partes ad proposita dubia respondeo.

Ad primam igitur quæstionis partem, etsi 2
nonnulli affirment; eo quod hoc sacramentum primariò institutum est ad remissionem, & non mortalium, & sic Venialium peccatorum: sic Bonauentura, Richardus, Durandus, Ioannes Maior, Sotus, Almaynus, Carthusianus *in 4. dist.* 25. Alensis 4. *part. quæst.* 5. *membro* 7. *ad* 2. Altissiodorensis *lib.* 5. *summa cap. de Extrema Vnctione quæstio.* 1. Abulensis *super cap.* 8. *Matthæi quæst.* 8. probantes ex verbis formæ ibi: *per istam sanctam Vnctionem indulgeat tibi Deus quidquid peccasti &c.* & ex verbis Iacobi ibi *si in peccatis fuerit, remittentur illi*, & in Concilio Trid. *cap.* 2. *sess.* 14. Vbi inter varios effectus huius sacramenti primo loco ponitur remissio peccatorum.

Sed quia per dicta potest dici, quod talis 3
effectus possit etiam esse proprius peccatorum mortalium, cum in relatis authoritatibus, solum referatur per sacram Vnctionem peccata deleri. Quare dico vt licèt hoc sacramentum possit delere peccata venialia; quia id est commune omnibus sacramentis, sitque quæstio inter Scholasticos quomodo id fiat, *primo*, an immediatè sine vlla infusione gratiæ, *secundo* an mediante gratia habituali; *tertio*, an mediante actuali; & hic tertius modus placeat Becano *de sacram. capite* 27. *quæstio.* 5. vers. *prima conclusio*, at ipse ibi *in vers. Secunda conclusio*, ex Diuo Thoma *in* 4. *dist.* 25. *quæstio.* 1. *articulo* 2. Paludan. Capreolo, Dominico Soto, & Ledesma *ibidem*, Ferrariensi *lib.* 4. *contra gentes cap.* 73. Victoria *in summa de sacram. numero* 197. docet hoc sacramentum non esse principaliter institutum ad tollenda peccata venialia. † Et probat Becanus; 4
quia sacramenta nouæ legis primario instituta sunt ad conferendam gratiam habitualem cum S. Thoma *in* 3. *parte quæstio.* 65. *articulo* 1. *ad* 8. qui dicit nullum primario institutum esse ad tollenda venialia, cum ad hæc tollenda non requiritur infusio gratiæ habitualis. Deinde quia si hoc sacramentum primò per se institutum esset ad hunc finem, non oporteret spectare tempus infirmitatis ad illud recipiendum, sed deberet recipi quando multa commissa essent peccata venialia, sicut sacramentum absolutionis, tunc recipitur, quando multa peccata mortalia commissa sunt, in quibus non debet spectari periculum mortis: ita Becanus ex communi supra, vbi ponit alios modos dicendi, & explicat obiecta.

Ex

5 Ex his bene infertur non esse institutum pro remissione mortalium, quia ad mortalia tollenda institutum est Sacramentum pœnitentiæ, vt dico *infra de pœnit. & remis. lib. 5.* Sed sic est quod duo sacramenta non instituitur ad eundem effectum principalem; ergo sequeretur quod si sacramentum Extremæ Vnctionis tolleret primario peccata mortalia, tunc iam Sacramentum Pœnitentiæ non esset necessarium medium ad remissionem mortalium. Ergo cum ad tollendum peccatum originale sit institutum Sacramentum Baptismi, & ad tollendum peccatum mortale confessio sacramentalis, euenit vt ad tollendum veniale, debeat aliud esse institutum, nempe hoc nostrum Sacramentum Extremæ Vnctionis: ita Becanus; sed intelliges procedere iuxta dictum, *num. praced.* & quæ dico, *in sequenti vers.* siquidem per confessionem, etiam delentur venialia.

6 Ad secundam quæstionis partem, an sit eius præcipuus effectus tollere reliquias peccatorum? In quo articulo respondeo ex Doctrina communi cum D. Thoma, *in 4. distinct. 4. quæst. 2. art. 2. quæst. 1.* Alberto in Capreolo, *ibi* Dominico Soto, & Ledesma, *supra*, item & Becano *supra quæst 6.* Antonino, *3. part. tit. 14. cap. 8.* præcipuum effectum huius sacramenti esse tollere reliquias peccatorum, ex eo quia hoc sacramentum institutum est ad tollenda peccata (vt dixi) sed non esse institutum ad tollenda ipsa peccata secundùm se; quia ad hoc sunt alia remedia, vt iam dixi (quantumuis vt dico, *infra sub titulo de sacram. non iterand.* hoc sacramentum, sicut & alia, quæ vocantur viuorum, possunt per accidens causare primam gratiam, remittendo peccata, vt iam supra, *in aliis quæstionibus*, signaui) & sic debet dici institutum esse ad tollendas peccatorum reliquias.

7 Sed cum videam quatuor dicendi modos;
primum nempe reliquias peccatorum dici illa
peccata, quæ interdum relinquuntur in anima,
etiam quoad culpam post alia sacramenta sus-
cepta, siue quia per obliuionem omissa; siue
8 quia postea sunt commissa, quod accidit fre-
quentius in venialibus. † Alij verò per reliquias
9 peccatorum intelligunt reatum pœnæ tempora-
10 lis &c. † Et alij inquam intelligunt prauos ha-
bitus ex peccatis relictos. † Alij denique ex D.
Thoma, Alberto, & aliis dicunt reliquias pec-
catorum esse pronitatem ad malum, ac torpo-
rem, & difficultatem operandi bonum, quæ
relinquitur ex peccato &c. Verum carpens hos
modos *sub dicta quæst. 6.* Becanus duas conclu-
siones firmat, quibus conatur comprehendere,
& explanare veros, & proprios effectus huius sa-
cramenti.

11 Prima quod hoc sacramentum sit primario in-
stitutum ad confortandum animum hominis
ægrotantis contra difficultates illi occurrentes
in articulo mortis, vt colligitur ex verbis D. Ia-
cobi ibi: *& alleuabit eum Dominus.* Et est ratio
quia hoc sacramentum institutum est pro his, qui
ægrotant vsque ad periculum mortis, vt qui egent
reuera animi confortatione; item quia in omni-
bus aliis necessitatibus sufficienter prospectum
est homini per alia sacramenta, vt dixi & do-
cet Sahagun *de hoc sacramento à n. 14.* & *à num.
16.* & alij referendi † Deinde quia hoc signifi-
12 cat exterior Vnctio per oleum, cuius virtus est
corroborare, & disponere luctatores ad pugnam,
qui ex hoc infert specialem gratiam sacramentalem huius sacramenti, non consistere in sola remissione, seu expulsione alicuius mali, culpæ, aut pœnæ sed præcipuè in collatione auxiliorum gratiæ, quibus homo in tali casu iuuatur, & corroboratur ad bene sperandum de misericordia Dei, ad hilaritatem animi concipiendam, & ad tentationes superandas.

Secunda quam ponit conclusionem, est vt sit institutum ad disponendam, & præparandam animam, quantum in ipso sacramento est ad introitum Gloriæ, vt colligitur ex Trid. *sess. 14. in proæm. de hoc sacram.* sic Becanus, vbi notat id contingere primo ex perfecta animi sanctificatione, quæ præter gratiam sanctificantem consistit in ablutione omnis mali ex peccato prouenientis. Secundo ex perseuerantia in bono vsque ad mortem, quod confertur per auxilia gratiæ & tenet Ægidius Trullench. *in praxi sacramentor. lib. 5. q. vnica, dubio 5. sub n. 3. in fine.* 13

Et ambo & Suarez *disp. 41. sect. 1. n. 10.* dicunt quod Extrema Vnctio per huiusmodi dispositionem operatur quatuor. Primum, vt tollat omnia peccata, si quæ inueniat (saltim secundario) quoad culpam, si quæ forte relicta sint post alia sacramenta suscepta, vt partim colligitur ex S. Iacobo *cap. 5.* ibi: *si in peccatis est remittuntur ei*, partim ex illis, *indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti*, partim denique ex Trid. *dict. sess. 14. cap. 2.* Vbi sic ait: *delicta si qua sunt adhuc expianda abstergit*: ita Becanus *dicta q. 6. vers. si enim*, & prosequitur Ægidius dicens per reliquias intelligere primo peccata mortalia, vel venialia, non absolutè sumpta; quia sic pertinent ad Pœnitentiam, sed modo dicto comprobans, etiam ex Florentino Concilio, cum dicit effectum esse animi sanctificationem: & addit, vt licèt alia sacramenta id efficere possint: tamen quod hoc sacramentum id præstat propriè, & per se eo quod ad hoc peculiariter in fine vitæ sit institutum. 14

Secundum, nempe per hoc sacramentum remitti etiam reatum pœnæ temporalis, qui relictus est ex peccatis, prius quoad culpam remissis; quia etiam hic reatus potest retardare introitum gloriæ: sic Becanus, & Ægidius Trullench. *supra*, & alij communiter; & quia dubium est, an remittat totam pœnam, siue partem, & Becanus dicat de hoc non constare, sed probabile dicit id fieri iuxta dispositionem, & deuotionem recipientis: quomodo intelligo Villalobos *in summa p. 1. tract. 10. dif. 1. n. fin. in fine*, dicentem non intelligi, vt dimittat omnes peccatorum pœnas; sed quantam Deo reliquit, & concludit quod si omnis pœna remitteretur, nullus vnctus transiret per Purgatorium. 15

Tertium ex prædictis sequi qualiter dicatur hoc sacramentum tollere peccatorum reliquias, vt non id faciat tollendo fomitem, aut prauos habitus, aut Phantasmia, aut mutando hominis dispositionem, sed dando robur, & vigorem contra hæc omnia per auxilia gratiæ dicta: sic Becanus *dict. quæst. 6. vers. tertio.* Sed Ægidius Trullench. *dicto dubio 5. num. 4.* Vbi dicens reliquias peccatorum non intelligi peccata venialia, vt existimarunt Durandus, Gabriel, & alij apud Suarez *supr. num. 3.* quia hæc sine sacramento deleri possunt, nec vllum sacramentum esse institutum ab peccata venialia sola sic, vt verba relata *quidquid peccasti*, non sint restringenda ad venialia, & cum Bellarmino *de* 16
17

Extreme Vnctione cap. 8. non esse tutum hoc di-
cere † addit, nec intelligi pronitatem ad malum,
nec reatum temporalis pœnæ, non primum; quia
de habitu, & proclituitate, non possunt intelligi illa
verba: *si in peccatis fuerit*: nam pronitas, & habi-
tus non sunt peccata; non secundum, quia ad tol-
lendam pœnam temporalem, nullum sacramen-
tum est per se institutum, nec fuit necessarium:
nam ad talem effectum non requiritur gratiæ im-
pressio, & aduertit non negare quod hoc sacra-
mentum non remittat peccata venialia, & pœnas
temporales iuxta eius dispositionem; imò potius
admittit, & quod negat, dicit hoc non esse pro-
prium huius sacramenti effectum, sed communem
cum alijs, vt dixit Suarez *dicta disp.* 41. *sect.* 1.
n. 7. Videbis Filliucium *tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 5.
n. 118.

18 Quartum quod dicit sequi ex relata secunda
conclusione, est nempe posse hoc sacramentum
aliquando facere hominem de attrito contritum,
& ferre primam gratiam sanctificantem, cum
aliquando possit delere peccata mortalia, si quæ
fortè sint relicta in homine ægrotante; & licèt
aliqui probabiliter putent hoc conuenire omni-
bus sacramentis in aliquo casu: tamen certius
dicit conuenire huic, quàm cæteris sacramen-
tis, excepto Baptismo, & Pœnitentia, tum
quia non conuenit cæteris sacramentis ex propria
institutione, sed tantum ex generali quadam ra-
tione; tum etiam quia de cæteris est tantum pia, &
probabilis coniectura: verum de hoc sacramento
habere nos testimonium Iacobi, & Concilij Tri-
dentini in illis verbis dict. sess. 14. cap. 2. *Res et-
enim gratia est Spiritus sancti, cuius vnctio deli-
cta, si qua sint adhuc expianda, & peccati reli-
quias abstergit*: de quo puncto quatenus spectat
ad sacramenta, quæ vocantur inter viuos, nùm in
aliquo casu causent primam gratiam, dico infra
in dicto tit. de sacram. non iterandis.

19 Quintum habet effectum contra mortui in-
commoda in partiendo patientiam, & toleran-
tiam omnium malorum, vt colligitur ex D. Iacobo
dicto cap. 5. ibi *saluabit infirmum, & alleuiabit*;
idest non à Deo deprimetur viribus corporis, vt
à tentationibus superetur: ita Filliucius *dict. tract.*
3. *tom.* 1. *cap.* 5. *n.* 210. *&* 221. Trullench. *sub dicto
lib.* 3. *dubio* 5. *in* vers. *tertio*, Villalobos *supra*, Sa-
hagun *dict. tit. de sacramento vnctionis n.* 29. *&*
20 30. † Vbi addit quod alleuiatur mens cum magna
Dei confidentia, vt docuit D. Iacobus, & recepit
Ecclesia, & operatur alios effectus, qui continen-
tur *in dicta sess.* 14. *cap.* 2. ibi, *& ægroti animam
alleuiat, & confirmat magnam in eo Diuina mise-
ricordia spem excitando, quo infirmus subleuatus,
& morbi incommoda, & labores leuius fert & ten-
tationibus Dæmonis, calcando, insidiantibus faci-
lius resistit, & salutem corporis interdum, vbi sa-
luti animæ expedierit consequitur.*

21 Ad tertiam quæstionis partem iam infertur ex
dictis, & vltimis verbis dicti *c.* 2. *Trid.* ibi, *& salu-
tem corporis &c.* dicendum ergo est pertinere vir-
tutem huius sacramenti ad sanitatem corporis,
cum aliquando conferatur per hoc sacramentum,
vt colligitur ex D. Iacobo *dict. cap.* 5. ibi *alleuiabit
infirmum*, etsi certum sit non semper conferri,
vt docet experientia. & sic Doctores vt explicent
dicunt istum effectum esse secundarium, & minus
principalem, quatenus expedierit saluti animæ, vt
patet ex dictis verbis Trid. *Vbi saluti animæ expe-
dierit consequitur*: sic communiter tenent DD.
Suarez *dict. disp.* 41. *sect.* 4. *n.* 3. etsi aliquando ad
salutem corporis, Trullench. *dicto dubio* 5. *n.* 6. vbi
dicit intelligi ex Trid. in relatis verbis *conditio-
nalè*; videlicet si ita animæ expedierit: nam salus
corporis non est bonum per se necessarium ho-
mini, & ob id satis sit salutem corporis esse ali-
quando vtilem animæ, ad hoc, vt possit esse effe-
ctus huius sacramenti. † Etenim vt ait Sahagun *de* 22
hoc sacram. n. fin. hoc sacramentum causas natura-
les adiuuat, & medicamentis virtutem confert;
quod si infirmitas adeo inualuit, vt non sufficiat,
dicit illud esse certissimum, nempe vt qui Ex-
tremæ Vnctionis roboratur facilius, & sanitatem
impetret, quam non recipiens iuxta commune
placitum omnium; & docet Becanus *de sacram.
cap.* 27. *q.* 8. Vbi dicens quæstionis esse, quan-
do conferatur, ait quod plerique docent tunc
conferri, quando expedit saluti animæ; quia sicut
bona temporalia non conferuntur sanctis, nisi in
ordine ad salutem animæ; & ita de sanitate sen-
tiendum esse.

His tamen obstare videtur quia sæpè fit, vt sa- 23
nentur illi, quorum animæ saluti non expedit,
& ècontra, vt moriantur illi, quos expediret vi-
uere. Tamen respondeo dupliciter cum eodem
Becano *dicta q.* 8. vers. *dices*, primo modo; quod
etsi aliqui sanentur post acceptam Extremam
Vnctionem, qui postea male viuunt: tamen non
certum esse sanatos vi sacramenti; quia potue-
runt sanari per media naturalia; præsertim si
morbus non fuerit læthalis. Secundo quia li-
cèt malè postea vixerint, tamen eo tempore, quo
sanati sunt, potuit illis prodesse sanitas ad sa-
lutem animæ; siquidem non omnes perseuerent
in bono, quod semel adepti sunt. † Et addit 24
etiam respondendo Becanus, quod quando ali-
qui boni viri moriuntur post Extremam Vnctio-
nem; tametsi tales fuerint, vt secundùm hu-
manam æstimationem, potuissent adhuc multa
bona facere: tamen coram Deo sæpè rem se
aliter habere; ex quo infert, vt cum dicimus per
hoc sacramentum conferri sanitatem, si expediat
saluti animæ, intelligitur si expediat iuxta Diui-
nam præscientiam, & ordinationem; non au-
tem secundùm humanam imaginationem: ita
ille. † De effectibus, loquam huius sacramenti 25
videbis *in cap. illud* 2. *dist.* 95. Vbi Canonistæ &
in textu nostro in dicto c. 2. *Trid. sess.* 14. Theo-
logi tractant cum Diuo Thoma *in addit. ad* 3. *p.
q.* 37. *art.* 1. *cum sequentibus, & in* 4. *dist.* 23. *q.* 1.
art. 1. *&* 3. Vbi Soto, Osius, Canisius, Ledesma,
dis. 5. *Thesaurus* 12. Chucus, & Petrus Gregorius
citati *in principio huius tractatus*, & alij moder-
niores hoc vsque iam supra adducti.

Ad quartam quæstionis partem, an Ponti- 26
fex possit percipere huius sacramenti vsum, &
contra transgressores pœnam ponere? Vt quæ-
stionem nostram resoluant Doctores, solent
præmittere quæstionem, nùm sit præceptum sus-
cipiendi in articulo mortis hoc sacramentum,
de qua dixi supra, & affirmant Petrus Soto *lect.*
2. *de hoc sacram.* Maior. *in* 4. *dist.* 23. *capite*
3. & inclinat Turrianus *in summa parte* 2. *ca-
pite* 136. *dubio* 2. *conclus.* 1. multis fundamen-
tis, negant Diuus Thomas, Paludan. Gabriel,
Syluester, Caietanus, Victoria, Couarruu. Na-
uar. Henriquez, Valentia, Suarez, quos ci-
tat, & sequitur Tannerus *tom.* 4. *disp.* 7. *dubio* 3.
num. 56. Opatouios *de sacram. s. act. de Extrema
Vnctione q.* 8. *n.* 28. Escobar *in Theologia morali*

tract.

*tract.*8.*examine* 4.*cap*.4.*n*.68.Caspensis *in cursu Theolog.tom.*2.*tract*. 27.*disp*.4.*sect*.2.*n*.13. Villalobos *in summa tom*.1.*tract*.10.*dif*.5.*num*.1. tum quia nullum præceptum extat de hoc, & quia hoc sacramentum ex natura sua non est à priori necessarium, vt Baptismus, & Pœnitentia, ad conferendum primam gratiam; etsi reuera ratione scandali, & contemptus, posset infirmus grauari ad huius sacramenti receptionem, Diana *p*.8.*tract*. 1.*res*.58.*in principio*. Vbi dicit quod secluso contemptu, & scandalo ; si nulla subsit causa, illud omittendo peccabit mortaliter.

17 Quo supposito ad difficultatem respondeo, vt non obstante hac vltima opinione, nihilominus possit Pontifex præcipere vsum huius sacramenti, vti probatur à simili de sacramento Confirmationis, vt dico statim *sub hoc tit*. de quo constat per Trid.*sess*.2.*canon*. 1.2. *&* 3.esse præceptum illud sumendi; etsi nullum præceptum à Christo Domino fuisset impositum, quo essent ordinandi obligari ad recipiendum illud sacramentum: ita docent Opatouius, *vbi supra, dict.q*.8.*n*.28.Layman.*lib*.5.*tract*.8.*cap*.5.*in theologia morali n*. 1. Diana *dicta res*.58.legendus, vbi refert plura alia fundamenta, & alij dum asserentes non extare, nec præceptum Diuinum, nec Ecclesiasticum de susceptione dicti sacramenti, supponunt potuisse Pontificem illud præcipere.

28 Quare dicendum est quod ex aliqua iusta causa possit id præcipere Pontifex, vt si v. g. inceperit abusus inter fideles non sumendi in fine mortis, vt plurimum sacramentum, hoc sacramentum, quod exemplum, & scandalum aliis afferret (vt iam dixi supra) & forsam ex omissione periculum

29 contemptus † item & imponere pœnam, vt si quis non sumeret Extremam Vnctionem in articulo mortis, careret Ecclesiastica sepultura: ita, & aptè Reuerendissimus Candidus.*tom*.3.*disquisit*.3.*art*. 8.*dubio* 3.in Concilio Coloniensi sub Andulpho, *cap.vlt*.vbi habetur, *Relatum nobis in Concilio est quosdam homines infirmitatis suæ tempore Vnctionem sacram respuisse, ac contempsisse; quamobrem statuimus, vt si quis sacramentum illud nobis à B. Apostolo tanto tempore commendatum contempserit, Ecclesiastica careat sepultura*, alia tradit Præpositus *in* 3.*p.q.vnica de Extrema Vnctione dubio* 2.*n*.9.Amicus *tom*.8.*disp*.19.*sect*.11. *n*.190. Alia pro corroboratione, & extensione tradunt relati, & alij, quæ facilè possent aggregari ex ante dictis.

30 Ad vltimam quæstionis partem, num detur casus, quo infirmus defectu aliorum mediorum obligetur ad hoc sacramentum suscipiendum sine præcepto Papæ? & dicit Amicus *supra n*.192. Vix posse dari hunc casum: nam cum hoc sacramentum necessario debeat administrari à sacerdote, poterit loco huius sacramenti, infirmus suscipere sacramentum Pœnitentiæ, vi cuius directè absoluetetur à peccatis confessis, indirectè verò ab obiectis; & quod solus fingi possit casus, quo sacerdos, vel nollet, vel non posset; quia absolutionem ignoraret, infirmi confessionem excipere, vellet autem, & posset sacramentum Vnctionis ministrare nunquid infirmus teneretur suscipere hoc sacramentum?

31 Et distinguendum docet Amicus in hoc casu: nam vel infirmus est conscius alicuius peccati mortalis, & tunc dicit, vt teneatur conari ad eliciendam contritionem, & post illam hoc sacramentum suscipere, quia cum non possit esse certus de vera contritione, tenebitur adhibere certius medium ad suam iustificationem: & sic cum in hoc casu aliud esse non posset, quàm hoc sacramentum, si nec etiam posset sumere Sacram Eucharistiam. † Vel aut infirmus nullius peccati 32
mortalis sibi conscius sit, & tunc non putat illum obligari ad hoc sacramentum suscipiendum, sed ad conandum actum contritionis, vel dilectionis erga Deum: quo in illo mortis articulo se præparat ad transitum ex hac vita in aliam: nam cum ex vna parte non vrgeat conscientia peccati mortalis, ex alia hoc sacramentum non sit necessarium ad salutem, non apparere dicit: Vnde hæc obligatio oriri possit, cum ad consequendam remissionem peccatorum inuincibiliter ignoratorum sufficiat contritio, vel dilectio Dei: ita docet etiam Ochogauia *de sacram.tract.vnico de hoc sacramento*, *q*.9.*n*.3. Suarez tamen *dicta disp*.44.*sect* 1. *num*. 7. dubitare videtur.

Pro complemento totius huius materiæ dico 33
in hoc sacramento, sacramentum esse tantum materiam, & formam; quia significant gratiam, & non significantur per aliud. Rem sacramenti tantum esse gratiam, quia significatur per materiam, & formam & non significat. Rem, & sacramentum simul esse quandam interiorem deuotionem, animæ lætitiam ab hoc sacramento causatam, & significantem gratiam: ita docent Ledesma *cap*. 4. *de Extrema Vnctione*. Ægidius Trullench *in praxi sacrament.lib*. 4. *quæst. vnica dicto dubio* 5.*n*.7. Et hanc partem facilius intelliges, cum leges infra *de sacram. non iterandis*, † 34
Vbi dico in quolibet sacramento considerari tres res, nempe sacramentum tantum; res sacramenti; res, & sacramentum simul. Et cum his, ex quibus non difficulter ad alia quælibet dubia occurrentia potest satisfieri, finem pono huic tractationi de sacramento Extremæ Vnctionis.

AD §. QVIA VERO Christus. Dicti cap. vnici nostri Tituli.

PRÆMISSVM.

1 *Baptismi tractatio poterat sub titulo de sacra vnctione innecti, de quo* in suo tit.lib. 3.

OCcasione litteræ huius §. possemus hic innectere integram tractationem de sacramento 1
Baptismi; sed quia est infra *in lib*. 3. *Decretalium* titulus de hoc sacramento; ideo ad ibi dicenda te remitto: nonnulla generalia dico *sub tit. sequenti de sacram. non iterandis*, cumque hic tantum Pontifex agat de necessitate vngendi Baptizandos bis ante Baptismum, oleo benedicto, & post Chrismate sancto in pectore, inter scapulas &c. explicans ex sacra pagina significationes harum Vnctionum; ad quod poteris applicare nonnulla, quæ adduxi sub principio nostri textus; ideo non pergo; imò rogo, vt legas litteram huius §. vt scias sub compendio quæ ab authoribus non sic fructuosè fortè protelarentur.

AD §. PER FRONTIS CHRISmationem textus nostri.

DE SACRAMENTO Confirmationis.

PRÆMISVM.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis sacrameati materia hic potius, quàm alibi tractatur. Et qui Doctores eam latè peragant, n. 2.*

1 OPPORTVNIVS hic se se offert locus ad complendam huius sacramenti tractationem, quàm supra *in cap. quanto de coasuetudine*, solent Doctores peragere, sed non sic opportunè, sicut hic, vt patet ex littera vtriusque textus. Quare quia io omnibus quinque Decretalium libris, nullus alius sit coogruus; ideo & quia conuenit titulo, quo inscribimus oostrum, de hoc saciamento tractare intendo per quæstiones, adiunctis prius ad litteram omnibus, quæ de Vnctione dixi supra *sub principio*, io ea scilicet parte, quæ congruit vnctiooi, qua confirmandi in fide vnguntur,

2 Sed prius quàm tractationem hanc incipiam, incipio à Doctoribus, qui eam completè peragunt intra Scholasticos cum Magistro Sentent. *in 4. dist. 7.* Sotus, & alij Theologi cum D. Thoma *in 3. p. q. 72.* vbi Suarez, & Ægidius Coninch. *q. 72.* Becanus *de hoc sacram.* Latissimè, Basilius Pontius *in tractatu de Confirmatione.* Doctores Canonistæ per textum, *in cap. 1. cum sequentibus, vsque ad cap. conueais de consecrat. dist. 5. in cap. Præsbyteris* 118. *de consecrat. dist. 4. in cap. quanto de consuetudine, in cap. 1. de sacram. non iterandis, in cap. ad abolendam de hæreticis,* & in hoc textu nostro, *dict. §. per frontis*, in Concilio Constantiense, *sess. 15.* & Floreotino, *de confirmatioae,* in Trid. *sess. 7. de Confirm. canone 1. 2. & 3. & in sess. 23. cap. 4. de reform* Couarruu. *lib. 1. Variar. cap. 10.* Nauarrus, *in manuali. cap. 22. à n. 8.* Marcus Anton Chuchus, *lib. 5. instit. mor. tit. 3. de Confirm.* Petr. Gregor. *Syntagm. Iuris lib. 2. cap. 25.* Aluarez, *ia speculo Iuris Pontificij tit. de confirm. pag. 179.* Galganetus, *de Iure publico lib. 3. tit. 86* Marcus Aoton. Genuens. *in maaual pastorum cap. 54.* Zerola, *ia praxi Episcopi p. 1.* verb. *Chrisma,* Cardosua *in praxi Iudiciali* verbo *sacram. Confirmationem,* Piasecius, *in simili praxi Episcop. p. 1. cap. 3. de Confirm.* Torreblanca, *in pract. Iuris spiritualis. lib. 2. cap 6.* Sahagun, *de sacram. Coafirm* Barbosa cum aliis *in relatis Iuribus, & Coacilij decretis;* idem *in pastor. p. 1. alleg. 10.* Vgolinus, *de potest. Episcopi cap. 26.* & alij Theologi, & Summistæ, veluti Suarez, *de sacram. disp. 32. cum sequentibus,* Bellarmin. *lib. vnico de hoc sacram.* Durandus, *in rationali diuinor. officior. lib. 6. c. 84.* Ioannes Maldonatus, *in tract. de Coafirm* Fernandez, *in examine Theologia moralis. p. 1. cap. 5.* Molfesius, *in summa Theologia moralis. tract. 4. cap. 2.* Filliucius, *quæstion. moral. tom. 1. tract. 3.* Valerius Reginaldus, *in praxi fori pænit. lib. 28.* Bonacina. *de sacram. disp. 3.* Zambrana, *de casibus occurrentibus tempore mortis. cap. 2. de Confirmat.* Chamerota, *de septem Ecclesia sacramentis tract. de Coafirm.* Fernandez, *de hæredsa in disp. mix.* vbi *de sacram. Confes.* Henriquez, *in summa lib. 3. de Confirm.* Bartholom. ab Angelo, *in examine Confessor. dialog. 3.* Petrus à Ledesma, *in summa p. 1. de sacram. Confirm.* Viualdus, *in candelabro aureo, tit. de Confirmatione,* Maiolus, *lib. 4. de irregularit. cap. 12.* Villalobos, *in summa, p. 1. tract. 6. de hoc sacramento,* Archangelus Rubeus, *in 4. dist. 7.* Victoria, *de sacram. à n. 212.* Hurtado, *tract. 3. de sacram.* Leander, *de sacram. tract. 3.* Lubrinus, & alij citandi, & alij etiam Summistæ verbo *Confirmatio*, vt Angelus, Armilla, Tabiena, Syluester, Sa; Petrus Soto, *de instit. sacerd.* verb. *Confirmatio*, *in duplici lectura*, Angelus, *in floribus Theologicis p. 1. tit. de Confirm.* nouissimè P. Prado *de sacra. p. 1. cum infinitis* apud quos, & alios reperies quidquid desideres pro hac tractatione; interim accipies per dubia, & quæstionea, quæ subsequentur.

QVÆST. I.

An Sacramentum Confirmationis colligatur ex sacris litteris, an sit à Christo Domino institutum, & quando? Quibus nominibus nuncupetur.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis sacramenti definitio dicta à suo proprio effectu, qua sit verior ex n. 2.*

3 *Confirmationis sacramentum ex sacris litteris probatur contra hæreticos*, vt ex n. 4. *& à Christo institutum*, n. 5.

6 *Christus promisit Apostolis Spiritum Sanctum, qui faciat illos fortes, & intrepidos in testificationem veritatis fidei. Et quidem illis robur ad arguendum infidelitatem hominum, & testificandum Christi iustitiam.*

7 *S. Basilij locus,* lib. de Spiritu Sancto. cap. 17.

9 *Confirmationis sacramentum congruentia probatur à Christo Domino institutum.*

10 *Militis signatio, & eius instructio cum annis spectat ad Imperatorem.*

11 *Confirmationis sacramentum, quando institutum* n. 12. 13. 14. *Vbi quando inceperit eius vsus.*

15 *Confirmationis sacramentum pluribus nominibus, etiam donetur, vt Baptismo manus impositione, signatione, & consignatione &c. Et quare* à n. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

18 *Manus impositio diuerso modo applicatur in Ecclesia orientali, & occidentali* n. 19.

20 *Manus impositio confirmatoria amplius non repetitur.*

21 *Confirmatio dicitur etiam perfectio.*

22 *Confirmationis sacramentum dicitur ab effectu* n. 23.

26 *Confirmatio vocatur etiam chrisma, & vnctio, benedictio oleum,* vt n. 27. 28. 29. *vnguentum,* vt n. 30.

30 *Chrisma non nascitur, sed artificio componitur.*

Supposito

1 SVppoſito] quòd ſacramentum Confirmationis eſt *Sacramentum Vnctionis chriſmatis conſecrati, quo Epiſcopus frontem hominis Baptizati, ſub præſcripta forma verborũ vngit*, vel quod ſit *Vnctio exterior Chriſmatis ab Epiſcopo conſecrati in fronte manu Epiſcopi in modum crucis facta ſub præſcripta forma verborum*, vel tandem ſit *Sacramentum confirmatiuum in fide*: ita omnes cum Magiſtro *in 4. diſt.* 7. S. Thoma. *q.* 72. vbi Caietanus, Reginaldus *lib.* 28. *n.* 3. qoi *n.* 2. bene notauerat hoc ſacramentum dici confirmationem à ſuo proprio effectu, à forma conſignationis ſacramentum, ſignaculum dominicum, & ſignum Chriſti, à materia ſacramentorum chriſmatis inunctio, oleum ſanctificatum, & ſacrum vnguentum, & à ritu ipſius impoſitio manuum: ita poſt Gregorium de Valentia *tom. 4. diſp.* 5. *q.* 1. *puncto.* 1. *ſub initium*, vt magis explicitè dico *infra hac quæſt.* in verſ. *ad tertiam*, vbi quibus nominibus nuncupetur: videndi Nauart. *in manuali. cap.* 22. *n.* 8. Filliucius *dicto tract.* 3. *n.* 7. Viualdus *n.* 7. Hurtado *tract. de Confirmatione diſ.* 1. cum multis Henriquez *lib.* 3. *capit.* 1. *num.* 6. *litt. L.*

2 Et licèt plures habeat definitiones verior ea videtur, vt Cõfirmatio ſit *Sacramentum ab Epiſcopo cum certa verborum forma, & ſancti Chriſmatis vnctione, & ſignum crucis additione Baptizato infanti maiori datum*, vt patet *ex dicto cap. Præsbyteris* 118. *de conſecrat. diſt.* 4 *cap. Spiritus Sanctus cum ſequentibus de Conſecrat. diſt.* 5. *cap. quanto de conſuetudine, cap.* 1. *de ſacram. non iterandis.* hoc noſtro textu, & ex Concilio Florent. & Trid. *in locis proximè adductis*, Oſius *cap.* 38. Caniſius *q.* 3. Sonnius *cap.* 9. Alanus 41. Sahagun. *de hoc ſacram. n.* 7. quæ definitio in ſubſtantia eſt eadem cum relatis *n.* 1. & ſic eſt ſimilis alia, nempe quod eſt *Vnctio Chriſmatis in fronte ſigno crucis facta ſub præſcripta forma verborum ad fidei robur conſequendum*, & hanc communiter DD. amplectuntur & optimam vocat Ægidius Trullench. *lib.* 2. *in praxi ſacram. cap. vnico. n.* 4. Vbi dicit quod conſtat materia, & forma; ſic vt materia deſignetur per illa verba *Vnctio Chriſmatis &c.* forma verò per illa *ſub præſcripta*; effectus verò per illa *ad fidei robur*, vt clarius per quæſtiones apparebit.

3 Ad primam ergo quæſtionis partem, cum hæretici, eo potiſſimum fundamento ducti, negent ſacramentum Confirmationis; quia non eſt aliquis locus in ſcriptura ſacra, ex quo colligatur eius inſtitutio, nec deſint ex Catholicis aliqui, qui licèt ſacramentum Confirmationis concedant, ſed non credunt extare in ſacris litteris, traditum tamen eſſe à diſcipulis Chriſti; quemadmodum Dyoniſius edoctus à Diuo Paulo in Diuinis ſcripturis tradidit, vt fatet Scotus *in 4. diſt.* 7. & Tribarne eius diſcipulus, qui inſtitutionem huius ſacramenti ex ſola traditione, non ſcriptura, conſtare dicit, vt refert Baſilius Pontius *de hoc ſacram. cap.* 3. *n.* 1. Sed quia contra hoc eſt communis Catholicorum ſchola, dicatque Baſilius neminem alium legiſſe, qui ſic tenuerit, vt relatus Patriarcha ibi *n.* 5. ideo de veritate eſt inquirendum.

4 Igitur eſt dicendum de fide conſtare hoc ſacramentum ex locis ſacræ paginæ à Chriſto Domino inſtitutum, vt ex illo Pauli 2. Chorint. 1. *Qui autem cõfirmat vos in Chriſto, & qui vnxit nos Deus, qui & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris*: quæ verba Ambroſius *lib. de his, qui initiantur cap.* 7. latiſſimè comprobat videndus Baſilius Pontius, quem leges ad ſaturitatem cum infinitis ex illo Ioannis 14. ibi. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum*, & cap. 15. & 16. ibi: *Niſi ego abiero Paraclitus, nõ veniet ad vos, ſi autem abiero mittam eum ad vos*, & Lucæ, cap. vltimo: *Vos autem ſedete in Ciuitate quoad vſque induamini virtute ex alto*, & Actorum 1. *Conueſcens præcepit eis ab Hyeroſolimis, ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis inquit per os meum; quia Ioannes quidem Baptizauit aqua; vos autem Baptizabimini Spiritu ſancto, non poſt multos hos dies*, & ex aliis locis, & ex illo Ioëlis. 2 quo vtitur Petrus ibi *effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem*, iuxta intellectum Melchiadis Papæ, vt cum eo expendit, & aliis Baſilius, *à n.* 2. dicens iam Baptizatis dictum eſſe: *ſedete in Ciuitate; donec induamini virtute ex alto.* Lucæ vlt. & ex illo *Actorum* 8. vbi legimus *quod Apoſtoli cum audiſſent, quod recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem, qui cum veniſſent orauerunt pro ipſis, vt reciperent Spiritum ſanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Ieſu Chriſti: tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum*, vti etiam ſimilia habentur Actorum *cap.* 19. nam Paulus Epheſios baptizatos tantum baptiſmate Ioannis baptizari curauit eos in nomine Domini Ieſu; & cum impoſuiſſet illis manus, venit Spiritus Sanctus ſuper illos.

5 Et ita ex dicta manuum impoſitione, ſacramentum, quod nos vocamus, Confirmationem, quæ ad eundem effectum ſucceſſit in Eccleſia, Baſilius ait vt doceat communis Eccleſiæ ſenſus; imò de fide eſſe, quod fuerit inſtitutum à Chriſto, dicimt in Trid *dict. ſeſſ.* 7. *can.* 1. *de ſacram. in genere, & de Confirm. canon.* 1. probant latè DD. & Couarruu. *lib.* 2. *ver. cap.* 10. Bartholomeus de Ledeſma *de ſacram. Confirm. diſ.* 2. *concluſ. vnica. col.* 222. Petrus Cenedo *de Confirm. cap.* 1. Leander, *ſupra q.* 2. *diſp.* 1. *tract.* 3. *de ſacram.* qui omnes probant non ab Eccleſia, ſed à Chriſto Domino immediatè inſtitutum fuiſſe contra hæreticos aſſerentes hoc ſacramentum inſtitutum fuiſſe à Melchiade Papa, vel vt deinde affirmant Alexander de Ales. 4. *p. q.* 24. *n.* 1. & D. Bonauentura *in 4. diſt.* 7. *art.* 1. *q.* 1. dicentes inſtitutum fuiſſe in Concilio Meldenſi, & vt refert Becanus *vbi ſupra. de ſacram. cap.* 16. *q. vnica* contra Luteranos, & Caluiniſtas concedentes eſſe cæremoniam Eccleſiaſticam, olim vtiliter inſtitutam ad examen puerorum, vt confirmarentur in illa fide, quam in Baptiſmo acceperant negantes eſſe ſacramentum; ſed idem Becanus occurrit ex prædictis locis ſacræ ſcripturæ, & aliis, quos refert optimè, etſi reſumptiuè reſpondens obiectionibus, firmans eſſe ſacramentum nouæ legis, & vnum ex illis ſeptem inſtitutum à Chriſto immediatè, ſicut omnes catholici affirmant contra hæreticos noſtri temporis ſequutos Nouatianos, Vualdenſes, Flagellaros, & alios negantes eſſe ſacramentum nouæ legis, quos referunt, & impugnant Bellarminus *lib.* 1. *de Confirm. cap.* 1. Henriquez *dicto lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 2. Suarez *n.* 75. *diſp.* 22. *ſect.* 1. Dicaſtillo *de ſacram. dub.* 1. *t. n.* 7. Trullench. *dicto lib.* 2. Sahagun. *de hoc ſacramento n.* 6 ex dicto

Concilio

Concilio Trident.& Florent.& Constantiense,& ex nostro textu, & aliis iam relatis, quibus adde Eugenium IV. *in decreto de sacram. §.secundum Sacramentum est Confirmatio*,& Concilium Maguntinum,*sub Paulo III. c.*17.& Senoniense, *in decretis fidei,c.*10.& in decretis morum, *c.*38. Doctores Canonici, *in dicto cap. Presbyteris*,& aliis iam adductis Catechismus Romanus, Petrus Gregor. Syntagmat. *lib.* 2.*cap.* x. Nauarr. *dict.cap.* 21.Sahagun *dicto num.* 6. dicens inde hæreticam esse Armenatum opinionem dicentem, Confirmationem esse cæremoniam inutilem, quam suscitauit ibi Cleph, & Lutherani, contra quos definiri in Trid *d.sess.*& *de Confirm. dict.cap.... can.*1.& hanc concludit Basilius Pontius,supra *à num.*3.

6 Vnde cum ex præfatis Sacræ Scripturæ locis, pateat vt Christus promiserit Apostolis Spiritum Sanctum, qui faciat illos fortes,& intrepidos,in testificationẽ veritatis fidei, & qui det illis robur ad arguendum infidelitatem hominum, & testificandam Christi iustitiam, & annunciandum Principem huiusmodi iam esse iudicatum, vt firmat Becanus *supra vers.his locis*,& ex dict. illo Lucæ cap.24.vers.49.*Ego mittam promissum Patris mei in vos;vos autem sedete in ciuitate quoadvsque induamini virtute ex alto*, & ex aliis relatis, quibus patet ampliorem promissam fuisse Apostolis gratiam Spiritus Sancti, qui fierent fortes in confessione fidei apud omnes; additque Becanus,*in vers.dices*,factam esse hanc promissionem toti Ecclesiæ, & omnibus fidelibus baptizatis, probans partim ex illo Ioannis 14.vers. 13. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis vt maneat vobiscum in æternum*, & partim ex illo Actorum 2. vers. 15. *Effundam Spiritum meum super omnem carnem*, istumque locum citari à Petro Apostolo ex Ioële, qui prædixerat fore, vt Spiritus Sanctus daretur, non Apostolis tantùm, sed etiam omnibus Christianis.

7 Et quamuis dixerit S. Basilius, *lib. de Spiritu Sancto cap.*17. dum inquit vnctionis chrismatis nullum extare sermonem,sed ex arcana Doctrina non arcana haberi:tamen cum dicto Basilio Pontio dico *dict.cap.*3.*& cap.*1. testimonium sancti Basilij si attentè consideretur,non intelligi de vnctione Chrismatis, quæ fit in Sacramento Confirmationis, sed de vnctione olei Cathecumenorum,quæ adhibetur ante Baptismum, dum vngitur ille,qui baptizandus est; quam vnctionem dicit non haberi ex sacra scriptura,sed ex non scrip-
8 ta traditione deriuatam esse:ita *n.* 6.'qui *à n.* 7. † adducens alia testimonia ac ea expendens, concludit *n.*11.esse fere certum de fide sacramentum Confirmationis extare in sacris litteris; quia expressè docet Eugenius IV.*in decreto de sacram.§. primum sacramentum*;indeque non videri reprehensione carere Scotum,quem sequuntur nonnulli Scotistæ *in* 4.*dist.*7.*q.*1. qui docere videtur institutionem huius sacramenti esse à Christo factam non constare ex sacra scriptura, sed haberi ex doctrina à Patribus,& Apostolis accepta. Alia pro declaratione, & responsione obiectorum, tradunt idem Basilius Pontius, Becanus, & alij scholasticis videbis quæ nouissime congerit P. M Prado *tom.*1.*de sacram. q.* 72.D. Thomæ *d.* 1.*de hoc sacram.*§.1.2.*&* 3.

9 Ad secundam quæstionis partem, quia iam satis liquet à Christo Domino hoc sacramentum Confirmationis esse institutum,& vt probat Bellarminus ex multis Conciliis *cap.* 4. *de Confirm.* præcipuè ex Florentino,& Trident.*vbi supra*,adducaturque congruentia huius institutionis à D.Thoma *q.*72.*art.*1.ex proportione scilicet vitæ corporalis,& spiritualis,de qua dixit Ægidius Trullench.*in praxi sacram.lib.*1. *cap.* 1. *dubio* x. *n.*1.& ex Melchiade Papa, vt habetur *in dicto c.Spiritus Sanctus,de consecrat.dist.*5. † Quia ad 10
Imperatorem spectat,non solum signare militem, quod fit in Baptismo, sed etiam armis instruere; & id fieri in Confirmatione; & quia sicut parens pupillo prouidet tutorum: ita in Confirmatione, generalis per Baptismum dari Paraclitum, qui sit tutor,consolator,& custos, inde inquit Pontifex in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam ,in confirmatione argumentum præstat ad gratiam, in Baptismo abluimur, post Baptismum roboramur; ideò iam ad dubium, quando scilicet fuerit institutum deueniamus; & ad saturitatem Basilius Pontius *de Confirmat. cap.* 2. Vbi probat multis authoritatibus esse sacramentum nouæ legis, per Concilia, per Patres Græcos, & Latinos, per testimonia Pontificum,per congruentiam ipsum leges; & quia sæpè hoc sacramentum appellatur perfectio Baptismi.

In quo dubio inuenio tres Doctorũ sententias: 11
nã quidã affirmant,tunc institutum,quando Christus ante passionem suam,*Matthæi* 19.*Marci* 10. *& Lucæ* 18.paruulis manus imposuit. Alij verò respondent institutum esse *Ioan.*20.quando Christus dixit: *Accipite Spiritum Sanctum*. Sed alij institutum esse à Christo in nocte Cœnæ. Ego verò ex communi teneo probabilissimum esse à Christo Domino in nocte cœnæ in qua Christus Dominus multoties Apostolis promisit Spiritum Sanctum, & nouum testamentum; imò & ex Fabriani epistola, *cap.* 1. satis probari constat in sequentibus verbis,ibi:*In illa Die Dominus Iesus postquam cœnauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes, sicut à Sanctissimis Apostolis, prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt Chrisma conficere docuit.*

Concludo tamen, posse dici, vt iuxta secun- 12
dam sententiam ex dicto *Ioan.*20.quodammodo completam, & perfectam esse institutionem huius sacramenti, cum ibi data sit Apostolis plena potestas ordinationis sacerdotalis, & Episcopalis, *Matthæi.cap.*19. solum fuerit obumbrata in paruulorum oblatione à Christo facta, vt dicunt Suarez,*in* 3.*part.disp.*3x.*sect.*2.Filliucius,*tom.*1. *tractat.*3.*cap.*1.*num.*5.*&* 6. cum aliis Bonacina, *tom.*1.*disp.*3.*quæst.*1.*p.*1.*num.*2.3.*&* 4. Ægidius Trullench. *lib.*2.*in praxi sacram. cap.vnico sub num.*3.& docet etiam Fabian. Papa ex traditione Apostolica *in cap. litteris, de consecrat. dist.* 3. Reginaldus *lib.*28.*n.*4.Ægidius *q.*72.*art.*1.*n.* 23. D.Thom.*dicta quæst.*72.*art.*1. *ad* 2. Petrus Cenedo *cap.*1.*de Confirmat.*Villalobos *tom.*1.*tract.* 6.*de Confirm. dis.*1.*n.* 3.Torreblanca *lib.* 2.*pract. cap.*6.*n.*6.Molfesius *in summa tract.* 1. *cap.* 7. *n.* 30.& *tract.*4.*ex parte*,Henriquez *lib.*3.*cap.*1. *n.* 4.Hurtado *de confirm.dis.*3. cum aliis Leander, *dicta disp.*1.*q.* 3. Vbi sic componit sententiam Scoti *in* 4.*dist.*7.*q.*1.& Viualdi *de Confirmat. n.* 10.Begæ *casu* 1.Victoriæ *q.* 40. Ludouici de S. Ioan.*q.*1.*de Confirmatione art.*1.*dubio* 2.*conclusione* 2.Angles *de Confirm.art.* 1.*dis. vnica, conclus.*1.quatenus ex dicto cap.D.Ioannis dixerunt

institutum

institutum esse, quando Christus dixit *Accipite Spiritum Sanctum &c.* vel ex eodem Ioanne *cap.* 16. dum dixit, *Si ego non abiero Paracletus non veniet ad vos, si autem abiero mittam eum ad*
13 *vos.* † Et licèt primā sententiam tenuerint *ex dict. cap.* 19. *Matthæi, & Marci.* 10. *& Lucæ* 18. quando Christus ante passionem suam, manus paruulis imposuit: sic Canisius *tit. de Confirm. in principio*, olim Couar. *dicto lib.* 1. *variar. cap.* 10. *in* 1. *edit.* Grassis 2. *p. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 4. Lubrin. *p.* 1. *summa vers. Confirmatio:* tamen non video ab aliis sequi; imò & Couar. *in* 2. aliis editionibus videtur sustulisse. † Notant tamen Ca-
14 stro Palao *de sacram. tract.* 10. *puncto* 1. *n.* 3. Decastillo *tract. de sacram. dubio* 1. *n.* 20. Baunius *tract.* 3. *de Confirmat. q.* 1. Vsum huius sacramenti incepisse post Christi Domini ascensionem; & Basilius Pontius *de hoc sacram. dicto cap.* 3. *sub. n.* 2. dicit certum esse promissionem Spiritus Sancti quo ad Apostolos impletam esse in die Pentecostes cum in forma visibili descendit super eos Spiritus Sanctus *Actor.* 2. quod si longius desideras scire hæc, & alias santentias Doctorum controuersas, & resolutas, leges Basilium Pontium bene alloquentem *de hoc sacram. cap.* 3. Vbi ex Patribus, & conciliis & nouissimè P. M. Prado *sub dubio* 1. §. 4.

15 Ad tertiam quæstionis partem, quibus nominibus hoc sacramentum appelletur, siue donetur, respondent breuiter Doctores donari per nomen *Baptismus*, secundo *manus impositio*, tertio *perfectio*, quarto *Confirmatio*, quinto *signatio*, siue *Consignatio*; item etiam sexto sacramentum Chrismatis ex materia, in qua conficitur, vt notant Dyonisius *in cap.* 4. *de Ecclesiastica Hierarchia*, Filliucius *tomo.* 1. *tract.* 3. *cap.* 1. *n.* 1. Trullench. *dicto lib.* 1. *in praxi sacram. dicto cap. unico n.* 1. Sed quia oportet hæc parum longè demonstrare accipies sequentia. Vbi quare vnctio supercœlestis perfectrix, & benedictio dicatur. Videbis Reginaldum *lib.* 28. *n.* 3. Valentiam *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 1. *puncto. sub initium*: Videndus est Baronius *annalium tom.* 1. *anno Christi* 35. *à n.* 13. Stephanus Durandus *de ritibus Ecclesiæ lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 8.

Confirmatio ergo donatur etiam per nomen
16 *Baptismus*; quia sic in sacra scriptura. *Actor.* 1. dicitur Baptismus; quia est complementum illius, vel receptio Spiritus Sancti *Act.* 1. ibi. *Vos autem Baptizabimini Spiritu Sancto &c.* & Act. 8. *& accipiebant Spiritum Sanctum; id est Confirmationem ex consensu Patrum*: ita proximè retuli.

Dicitur etiam manus impositio à Ritu, vt di-
17 cunt valentia, Reginaldus *supra*, & Leander. *dicta disp.* 1. *tract.* 3. *q.* 4 *in fine*, vt dicunt Dyonisius, Filiucius, Bonacina, & Trullench. ex modo, quo olim conferebatur, *Actor* 8. *&* 9. itaque in Concilio Illiberitano *cap.* 38. & Concil. Carthaginensi Syriaci tempore celebrato, & in Matisconensi II. *can.* 3. & à Cypriano *epist.* 73. ibi: *Oratione habita, & manu imposita, inuocaretur, & infunderetur super eos Spiritus Sanctus*, & à Hieronymo contra Luciferianos ibi, *vt baptizatis postea; & ita inuocetur Spiritus Sanctus*, & ex Augustino *sermone* 33 de diuersis, & alibi sæpè in Conciliis; quæ manus impositio ad. diuersos actus in Ecclesia deseruire dignoscitur, vt infra dico, & dixi aliqua *sub tit. de temporibus ordinat.*

Sed quatenus adhæret magis dubio, de quo 18
loquimur, id est, vt dixi pro Sacramento Confirmationis, vt constat ex Decreto Clementis, Vrbani, Melchiadis infra referendis, videtur diuerso modo applicatam manus impositionem in Ecclesia Orientali, & Occidentali; quia Græci hæreticos Arrianos ad fidem redeuntes reconciliabant iis impendentes Sacramentum Confirmationis, vt constat ex Euchiologio Patriarchali manuscripto citato *Canone* 7. secundi Concilij generalis, quod etiam statuerat Concilium Arelatense primum *Canone* 8. & Arelatense secundum *Canone* 17. & sanctus Leo *epist.* 15.

At Occidentalis Ecclesia recipiebat Arrianos, 19
non per Confirmationis Sacramentum, sed per manus impositionem, vt inquit Gregorius *lib.* 9. *epist.* 61. Vbi ad vtrumque casum profert sequentia verba: *Arrianos per impositionem manus occidens, per vnctionem verò Sancti Chrismatis ad ingressum Sanctæ Ecclesiæ oriens reformat*: quo nomine, Vt explicat glossa *cap.* 44. *de consecrat dist.* 4. ibi: *Arrianos Occidentalis Ecclesia reconciliat, Orientalis chrismat; siquidem multiplex est manus impositio*, Basilius Pontius *c.* 1. *de hoc sacramento confirmationis n.* 8.

Itaque dicendum est hoc esse argumentum 20
magnum, quod hæc manus impositio sæpè repetatur; cum tamen confirmatoriam iterari non posse doceat Augustinus *lib.* 2. *contra litteras Petiliani cap.* 104. & vt in hoc sensu sit accipiendum quod Eusebius Pontifex habet, *epist.* 3. circa finem, vbi præcipit hæreticos omnes, qui conuertuntur, & in nomine sanctissimæ Trinitatis baptizati sunt, per manus impositionem reconciliari; quamuis *in alio cap. eiusdem epistola.* agens de sacramento Confirmationis, vocet manus impositionem sacramentum: ita explicat idem Basilius Pontius *dicto num.* 8. vbi, *num.* 9. præstat nonnullas rationes, quare ita diuersè hanc manus impositionem occidentalis, & orientalis Ecclesia celebraret.

Item, *perfectio* hoc sacramentum dicitur; quia 21
vt satis patet etiam antea adductis, perficit aliquo modo baptismum, & respondet roborationi in vita spirituali; sic Bonacina, Filliucius, Dionisius, & Trullench. adducti, & patet ex effectu ipsius, vt dico, *nn. sequenti.*

Confirmatio tamen hoc sacramentũ dicitur ab 22
effectu, siue vt iam dixi, quia confirmat fidem, & gratiam collatam contra tentationes, siue ius, quod habet Baptizatus ad Regnum: ita proximè adducti, Reginald. *dicto lib.* 28. *n.* 2. Gregor. de Valentia *dicto tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 1. *puncto* 1. Leander, *dicto tract.* 3. *de sacram. disputat.* 1. *dicta q.* 4. *in fine*, & hoc sensu accipit hanc vocem Melchiades Papa, *in epist. à decretali ad Episcopos Hispanos*, ibi, *Confirmatio armat, & instruit nos ad agonem vitæ istius*, & concilium Arausicanum primum, can. 1. & Aurelianense apud Gratian. *capit. vt ieiuni, de consecrat. dist.* 5. *& in Synodo, can.* 7. & in decreto Eugenij *de sacrament.* in concilio Florentino, & in Tridentino, *dicta sess.* 7.

. Etenim videtur, quod desumptum sit confir- 23
mationis nomen ex illo Pauli Chorinthiorum 1. *qui confirmat nos Deus*, vt dicit Basilius Pontius *dict. cap.* 1. *de hoc sacram. n.* 1. vbi dicens quod nomen confirmationis est indistinctum huic sacramento ab effectu confirmandi, & roborandi, addit quod proprium est huius sacramenti Baptizatum

zatum confirmare, & robur illi præbere ad testificandam fidem Christi, vt iam etiam ex Becano dixi, & quod à primis Ecclesiæ temporibus hoc nomen *confirmationis* receptum sit ad significandum hoc sacramentum, vt constat ex Clem. Romano *lib. 3. constitution. Apostol. cap.* 1. vbi definiens hoc sacramentum inquit, *vnguentum est confirmationis, confessionis, seu professionis, scilicet fidei.*

24 *Signatio*, siue *consignatio* hoc sacramentum confirmationis dicitur ex verbis scilicet, quibus conficitur, *cap. nouissimè de consecrat. dist.* 5. ita docent adducti; id est à forma quæ talis est *signo te, signo Crucis, & confirmo te, Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen*; sic concil. Florent. Cathec. Rom. & cum d. Thoma *qu. 72. art.* 2. & signaculum dominicum, & signum Christi, vt dicunt Reginald. Valentia. & Leander supra, imò & Basilius Pontius, *dicto cap. 1. n.* 2. ab effectu quoque, ritu, & forma sic hoc sacramentum vocat, quia in eo fit cõsignatio tam interior per gratiam, & characterem, quam exterior per signum Crucis in fronte eaque in forma explicetur appellari quæ soleat *obligatio*, siue sigillum.

25 Et inquam nomine vtitur Clemens Alexandrinus apud Eusebium, *lib. 3. Histor. Ecclesiast. cap.* 17. Clem. Romanus *in epistola* 4. Cornelius Papa apud eundem Eusebium, *lib 6. cap.* 35. Nazianzenus *in oratione in sanctum Baptisma*, Theodoretus *in cap.* 1. *Canticorum*, & posteriores scriptores Græci, & ante eos omnes Dyonisius Areopagita *de Ecclesiastica Hierarchia, cap. 2. obsignationem*, siue *sigillum* vocat; idem vt dixi habetur, *in dicto cap. nouissimè de consecrat. dist.* 5. D. August. *contra Faustum, cap. 4. signum Christi* vocat, & Cyprianus quoque *epist. 77. signaculum dominicum* appellat.

26 *Chrisma* etiam hoc sacramentum vocatur à materia scilicet, ex qua conficitur: sic Bonacina, Filliucius, Dyonisius, Trulench. & alij iam adducti à materia scilicet remota ita appellauit Augustinus *lib. 1. contra Petilianum cap.* 104. sic etiam Basilius Pontius *dicto cap. sub n. 4. &* 5. vbi alus multis etiam nominibus illud donat ex sanctis Patribus, vt habetur *num. sequentibus.*

27 *Vnctio* igitur vocatur etiam à materia proxima, quæ sic appellatur in concilio Laodiceno *canone* 48 *dicta vnctio supercœlestis chrismatis*, siue vt alia exemplaria habent *Regni cœlestis participatio*, & à Dyonisio iam citato perfectrix vnctio, & consummatio; eo quod Christianum consummatum efficiat, perficiat, & absoluat, cum Christiani nomen à chrismate deriuetur, quasi Christianus dici non mereatur, qui hoc oleo vnctus non est; imo Dyonisius, & cum eo Basilius Pontius *dict. cap. 1. de hoc sacramento, nu.* 5. dicunt non tantum Baptizatum perfici, sed Christum etiam symbolicè.

28 *Benedictio* etiam hoc sacramentum dicitur à ceremonia scilicet, & hoc dicit Basilius Pontius *in dicto cap.* 1. sic haberi, *ibi n 3. ex canone* 97. Illiberitani concilij vbi cauetur sequentibus verbis: *si quis Diaconus regens plebem sine Episcopo, vel Presbytero aliquos baptizauerit, Episcopus eos per benedictionem perficere debebit*; id est per confirmationis sacramentum, quæ baptismi perfectio vocari solet, vt iam dixi.

29 *Oleum* quoque siue *vnguentum* cum aliquo additio vocatur à Dyonisio, *dicto lib. de Ecclesiast. Hierarchia dicto cap.* 4. & à Cypriano, *lib. 1. epistola 12. sacrum Vnguentum*, & ab Augustino contra Donatistas *cap. 20. oleum sanctificatum*, & à Basiljo, *lib. de Spiritu sancto, cap. 17. oleum vnctionis*; sed Basilius Pontius hoc testimonium potius de oleo cathecumenorum colligi dici posse eodem nomine à Damasceno vocatur *lib. 4. fidei orthodoxa*, & à Dyonisio *dicto cap. 4. Vnguentum sanctificatum*, siue potius *Deificum*.

Vnguentum, etiam perenne appellatur à Græ- 30
cis, vt explicat Baron. *tom. 10. annal.* quem refert Basilius Pontius *in dicto cap. 1. de hoc sacramento. sub n.* 4. quod fuerint scilicet nonnulli Græci,
qui prodigia narrarent, ac dicerent Bulgaris ad 31
fidem Christi recenter conuersis Chrisma in Græcia iugiter manere, de qua re ipsi Bulgari Nicolaum Primum consuluerint, ad quos ipse respondit veritate carere, *Chrisma enim non nascitur, sed artificio conficitur, cum ex variis Oromatibus constet*: etenim Basilius Pontius reprehendendo, dicit quod in hoc mentiendo Græci se iactabant, vt magis Bulgaros ad suas ceremonias attraherent, quasi miraculo comprobatas, & sibi adictos haberent, maximè cum animaduertissent Nicolaum Pontificem per suos Episcopos denuo Bulgaros confirmandos curasse, sicut hodie gloriantur Græci, sed falso se lumen sanctum quo accenduntur lampades, dum ceremonias resurrectionis peragunt pridie Pascatis miraculosè habere.

QVÆST. II.

An chrisma sit materia remota Sacramenti confirmationis? An mixtio Balsami in chrismate sit de necessitate huius sacramenti? Et an debeat esse benedictum, & ab Episcopo? Vbi de consecrato vnguento?

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis materia non à Christo immediatè secundùm aliquos instituta est, sed ab Apostolis*, vt nu. 2. 3. & 4. *verius est vt à Christo Domino sit instituta*, vt à num. 5.

2 *Chrisma num sit materia necessaria confirmationis, aut tactus, siue manus impositio affirmatiuè de Chrismate*, vt à n. 7.

3 *Apostoli confirmarunt Baptizatos per manus impositionem.*

8 *Oleum tantùm esse materiam remotam Confirmationis. Aliqui dicunt non esse improbabile, & sub* n. 9. *& aliis, &* n. 18. & 19. *vbi explicatur Sotus.*

9 *Balsami Commixtio ad Confirmationem est necessaria, vt ex* n. 11. *licet alij non sic, vt hic, &* n. 10. 11. & 12. *Vbi quod nullum alias sit sacramentum sine tali commixtione.*

13 *Confirmationis Sacramenti materia est Chrisma confectum ex oleo, & Balsamo contra aliquos, qui sic de oleo tantum loquuntur, & quod Balsamum sit solum integralis*, vt n. 14 & 15.

14 *Trident.* sess. 7.

16 *Chrisma componitur ex materia odorifera, & hac est Balsamum, vt aliqui dicunt, & aromatum*

matum,vt n.17.18.& 19.

17 *Chriſma,Vnctio,ſiue vngnentum confirmationis ſacramentum ab aliquibus Patribus abſolutè vocatur.*

18 *Concil.Florent. ſub Eugenio. IV. de materia ſacramenti confirmationis.*

20 Cap. Paſtoralis de ſacrament. non iterandis *remiſſimè.*

21 *Chriſma ad Confirmationis ſacramentum debet eſſe benedictum, & conſecratum, vt ex* n.23.*Contra hæreticos, & aliquos alios catholicos:vide etiam ex* n.24.25.26.*Vbi probatur traditione Eccleſiæ ex Patribus, & ex conciliis,& Pontificibus,vt* n.28.*& fundamentis contrariis ſatisfit ex* n. 38. *& de contraria ſententia aliquid* n.fin.

27 *Oleum chriſmatis poteſt ab hæreticis conſecrari ex Auguſtino.*

29 *Chriſma vt ſit materia ſacramenti Confirmationis,debet eſſe benedictum ab Epiſcopo, vt ex* n.32.*& ſi alij dixerint, & poſſe à ſacerdote.*

32 *Miniſter benedictionis, ſeu Conſecrationis chriſmatis,ad confirmationem eſt ſolus Epiſcopus de eſſentia ſacramenti ex* n.33.& 34. *Vbi probatur ex Patribus, & conciliis,& à* n.35.36.37.

33 *Miniſter Confirmationis poteſt eſſe Preſbyter remiſſiuè.*

34 *Preſbyter nullus conficere chriſma poteſt, & nec virgines conſecrat,vt* n.35.

38 *Caietanus expenditur.*

39 *Concilium Toletan.*1.cap. 20.

40 *Benedictio chriſmatis, etiam ad Baptiſmum eſt reſeruata Epiſcopis.*

41 *Chriſmatis vſus in Baptiſmo, fuit Syluestri conſtitutione introductus,ſed dic,vt* n.43.

42 *Epiſtola D.Hieronimi ad Ruſticum Narbonenſ.*

44 *Preſbyter ex commiſſione Papæ poteſt eſſe Miniſter ordinarius confirmationis.*

1 AD has quęſtiones omnes,ſi curamus de longa agitatione, plura poſſunt adiungi, quæ cumular ex multis Baſilius Pontius *in ſuo celebri, & perntili tractatu de hoc ſacramento*; ſed ego nec tam prolixè,nec tam laconicè,ſicut ſummiſtæ ſolent peragere,Vt origo non percipiatur,nec ratio vſus huius materiæ.Vnde iam ad primum dubium accedendo inuenio etiam inter catholicos nonnullos dicentes, Chriſtum nullam inſtituiſſe materiam huius ſacramenti, ſed ab Eccleſia inſtitutum,inter quos Alenſis, & Bonauentura, quos refert Baſilius Pontius *de hoc ſacramento p.*2.*c.*1. & Suarex, & aliquos Canoniſtas ſic tenentes refert Aureolus *in* 4.*diſt.*7.*q.*4. *art. vnico* in explicatione ſecundæ popoſitionis:& pro hac ſententia refert Puteanus Duardum Taper; qui ſentit chriſtum nullam inſtituiſſe materiam ſacramenti confirmationis, ſed Apoſtolis commiſiſſe poteſtatem ad illam inſtituendam: aliquos etiam canoniſtas refert Marſilius *in* 4.*diſt.*5.*q.*2.*art.*5.Sotus,& Theſaurus ſacerd.apud Viualdum.*cap.de materia n.*2.& apud Henriquez *lib.* 3. *cap.* 1. *nn.* 3.*&* 4. videturque amplecti Nicolaus Ploue *de hoc ſacramento.folio* 10. imo & Belarminus refert *lib.* 2. *de confirmat. cap.* 8. Hæreticos irridere materiam confirmationis, & vngendis calceis tantummodo aptam impudenter, & ſacrilegè ſe iactantes.

Et licet Aureolus *vbi ſupra* dicat eſſe probabilem ſententiam catholicorum proxime adductorum; ipſe tamen ſentit materiam non eſſe chriſma,ſed ritum aliquem,ſiue manus impoſitionem cum aliqua prolatione verborum; & quod chriſma non ſit intrinſecè materia requiſita, ſine qua ſacramentum confirmationis ſit nullum, ſed tantùm ad bene eſſe, qua ablata,non auferatur ſacramentum confirmationis, ſed maneat imperfectum;dicit tamen Aureolus eam materiam chriſmatis inſtitutam eſſe, vel à chriſto,vel ab Apoſtolis,Spiritu ſancto ſuggerente. 2

Horum autem fundamentum poteſt eſſe; quia Apoſtoli confirmarunt Baptizatos per ſolam manus impoſitionem, nec fieri mentionem chriſmatis,vt apparet ex illo *actor.* 8. verſ 15.*orauerunt pro ipſis,vt acciperent Spiritum ſanctum*,& clarius paulo poſt. verſ. 17. *tunc imponebant manus ſuper illos,& accipiebant Spiritum ſanctum*,& c.19. verſ.6.*cum Paulus impoſuiſſet illis manus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos*, vt refert dicens hunc eſſe ſignum ſenſibile, & externum, Beccanus *de hoc ſacram. cap.* 14. verſ.*ſecunda pars*, dum probat ex dictis locis, Spiritum ſanctum, qui à Chriſto promiſſus eſt dari, ſeu applicari nobis per impoſitionem manus & orationem. 3

Secundo probat Aureolus ex Innocentio.I I I. *in cap.Paſtoralis de ſacram. non iterandis in tit. ſequenti*,vbi omiſſo Chriſmate, per errorem in adminiſtrando ſacramento Confirmationis, non repetitur ſacramentum, ſed ſolum ſuppletur vnctio; quo ſatis indicare videri Chriſma non eſſe materiam Sacramenti;ſiquidem eius omiſſio, non efficit inualidum Sacramentum Confirmationis. 4

Veritas tamen eſt, non ab Ecclesia, ſed immediatè à Chriſto Domino materiam Confirmationis fuiſſe inſtitutam, vt eſt de fide definita ab Eugenio, I V. *in decreto de ſacram.* in ſequentibus verbis:*ſecundum ſacramentum eſt Confirmatio,cuius materia eſt Chriſma confectum ex Oleo, quod nitorem bonæ Conſcientiæ,& Balſamo,quod odorem bonæ famæ ſignificat per Epiſcopum benedictio*, & videtur conſtare ex Trident. *ſeſſ.* 7 *canon.*2.*de confirmatione* in illis verbis: *Si quis dixerit iniurios eſſe Spiritui ſancto,qui ſacro confirmationis Chriſmati virtutem aliquam tribuunt, anathema ſit*:& ſupponere videtur hanc veritatem Innocent.III.*in dicto cap.& hic in principio textus noſtri.* 5

Et licet Bellarm. *lib.*2. *ſupr.dict. cap.*8.*propoſit.*1. & Puteanus *dubio* 3.*citato.* & alij probate conentur ex loco Paul.2.*Corinth.&* 1.Ioannis. 2.tamen Baſilius Pontius *de hoc ſacram.dict.*2.*p. cap.*1.*ſub n.*1.dicit conſtare ex ab ipſo dictis *p.* 1.*in cap.*1.*&* 3.quod etſi prædicta teſtimonia à nonnullis intelligantur de ſacramento Confirmationis,& eius vnctione;dicit tamen non eſſe certam eorum locorum intelligentiam, nec magis receptam; additque probandam eſſe noſtram concluſionem ex antiqua Eccleſiæ traditione à primis inducta temporibus:nam Pontifices, concilia,& Patres,tam Græci,quàm Latini,quos ipſe retulit *dict.p.*1.*cap.*2. chriſmatis,vel vnctionis nomine ſacramentum hoc ſignificant; indeque potuiſſe eam traditionem præbere ſufficiens fundamentum definitioni Eugenij.IV ſicut alia non pauca ex Eccleſiæ traditione accepta definita ſunt. 6

7 Deinde probant Doctores Catholici; quia vt iam dixi de fide est Christum immediatè per se ipsum, quoad omnia hoc sacramentum instituisse sicut & alia, vt dico *sub.sii.sequenti*; sed de fide est Chrisma esse materiam essentialem; ergo de fide est Chrisma institutum esse à Christo, vt dicit Cathechismus Rom.*pag.*213. & tenent Henriquez *supra*, Suarez *disp.*33.*sect.*1. Viualdus *n.*2. Ochogauia *de hoc sacram. q.* 2. *n.*1. Leander *de sacram.tract.*3.*disp.*3.*q.*2. Et abundè probat Pater M.Prado *de hoc sacramento in* 3.*p.* D.Thomæ *q.*72.*dubio* 2.§.1.*per totum.* legendus & *ibi à n.*3. vbi probat conuenientiam.

8 Et quamuis non sit improbabile solùm Oleum benedictum esse materiam, remotam, vt tenent Caietanus *in D.Thom.dist.q.*72.*super art.*2. Sotus *art.*2.*dist.*1.*q.*1. Nauartus *cap.* 22. *num.* 8. Diana *p.*3.*tract.*4.*res.*23. Couaruu.*lib.* 1. *variar. cap.*10.*n.*4. Rubeus *de sacr'm.in* 4.*sentent.dist.*7. §.*Balsamum n.*7. Zanard, *director.Theolog.p.*1.*de hoc sacram.cap.*2. Philiorcus *de officio sacerdot. tom.*1.*p.*2.*lib.*1.*cap.*11. Estius *in* 4.*sentent.dist.* 7. §.7. Valentia *tom.*4.*disp.*5.*q.*1. *puncto* 2. Angles *in floribus in* 4.*sent.de confirm.art.*2.*conclus.* 2. Victoria *in summa n.*40. Viuald. *in candelabro. cap. de materia Confirm.n.*2. Fernandez *in examino theolog.moral.p.*3.*cap.*3.*n.* 2. Petr. De Ledesma *in summa tit. de confirm. dubio* 3. negantes Balsamum requiri in confirmatione de necessitate sacramenti, & hoc per Doctrinam textus *in dicto cap. Pastoralis*: tamen vt dicitur in vers. *ad secundam* potius est vt requiratur Balsamum.

9 Ad secundam quæstionis partem, iam patet ex dictis; est tamen dubium maximum inter Doctores, an mixtio Balsami in Chrismate, sit de necessitate sacramenti, vel tantùm ex præcepto Ecclesiæ. Prima ergo sententia habet cum proximè relatis, & cum Antonio Maute *in examino theologia p.*3.*cap.*3.§.2.*n.* 3. Vgolinus *de hoc sacram. cap.* 19. & alios relatis à Basilio Pontio *dict.*1 *p.cap.*1.*n.* 1. vt Balsamum non sit materia necessaria, nisi tantùm ex præcepto; ita vt cum solius Olei vnctionem conferatur hoc sacramentum; ita Caietanus, qui dicit esse necessarium solùm ex præcepto Ecclesiastico; Sotus tamen dicit esse necessarium ex præcepto Diuino Christi; additque Basilius hanc sententiam nullum scholasticorum tenuisse ante Caietanum, & putat probabilem Filiucius *tomo* 1.*tract.*3.*cap.* 2. *n.*11. & omnes *in dicto cap.Pastoralis*, Vbi de confirmato solùm Oleo, non dicit Papa interrogatus, vt sit iterandum hoc sacramentum, sed cantè supplendum, quod per errorem fuerat omissum; hoc est Balsamum; item ex eo; quia eisdem verbis respondit ad aliam quæstionem, an permitti deberet ministrare, qui sine impositione manuum fuerat ab ordinem subdiaconatus assumptus, sed in subdiaconatus defectus, solùm erat Confirmatione; & quod sit tantùm ex præcepto, accidentalis, ergo & aliter, in docent etiam 2. Innocentius, Hostiensis, & Barbosa *hic* Chamerota *de sacram. tract.* 3. *p.* 2. *dubio n.*2. Couaruu.*lib.*1.*var.cap.*10. Nauarr.*in manuali cap.*12.*n.*9.*&* *cons.vnico de sacram. vnct.* Valentia *tom.*4 *disp.*5.*q.*1.*puncto* 2. Victoria *de confirmat.n.*1. Sotus *in* 4 *dist,*7.*p.*1.*art.*2. Estius *ibi* §.8. Philiarcus *de offic.sacerdotis p.*2.*lib.*2.*cap.*11. Viualdus *in Candelabro aureo hoc tit.n.*2. Zanardus *in direct.p.*1.*hoc tit.c.*2. Petrus Reyna *in summa n.*3. Rubeus *de sacram.in* 4.*d.*7.§.*Balsamum*, cum aliis Berricel.*p.*2.*quæst.moral.tit.*7. *q.* 217. *num.*8.

10 Item etiam adstruunt hanc sententiam ex raritate, scilicet Balsami, secundùm Plinium, & ex eo quod facilè adulterari posset, & ex consequenti materia sacramenti esset incerta. Deinde quia est adeò modica Balsami admixtio, vt ad omnes Olei partes peruenire non possit, & tandem in Oleum conuertatur; & sic inferunt fieri posse, vt sæpe Oleum tantum sit materia Confirmationis, ex quo colligent DD. posse Pontificem dispensare, vt Sacramentum Confirmationis administretur cum solo Oleo Oliuarum, si Balsami copia deesset; quia vt docent relati, & alios, quos refert Leander, *dist.quæst.*3. & Diana, *part.* 8.*tract.*1.*resol.*11 de Castillo, *dubit.*9 *de confirm. num.*29.

11 Dicendum vero est vt sine commixtione Balsami, non constet Sacramentum Confirmationis: sic D.Thom. *dist.quæst.*7.*art.*2. *&* 4.*contra gentes,cap.*6.*&* *in* 3.*dist.*7.*quæst.*1.*art.*2. *quæstiuncula* 2.*&* *ad* 2. qui semper pro materia Confirmationis nominat Oleum, & Balsamum, *&* *in* 4.*dictu loco citato*, dicit esse Oleum Balsamatum, Magist. sent. *in* 4. *dist.*7. & omnes Scholastici antiqui, quos sequitur Basilius Pontius, *dict.*2.*p.p.cap.* 2. *ex num.*3. cum aliis firmantibus absolutè Chrisma ex Oleo, & Balsamo esse materiam huius Sacramenti sine vlla distinctione † imo & quod 12 nullum sit Sacramentum Confirmationis sine eiusmodi materia expresse dixerunt Adrian. *in* 4. *dist.*7.*q.*1.*art.*2.*de hoc sacram.in fine* Paludanus, *in* 4.*dist.*7.*quæst.*1. *art.*2. *conclus.*3. & docent ex his, qui contra hæreticos scripserunt Osius de confessione fidei *cap.*38. Petrus Soto, *lect.*2. *de confirm.* Bellarm.*lib.*2.*cap.*8.*&* 9. ex Summistis Syluester expressè Verbo *Confirmatio diuina n.*2. Toletus *lib.*2.*summa cap.*21.*n.*2. Victorellus *in notis ad Manuel.*Sa.*Verbo Confirmatio n.*7. Filiucius *tractatu de hoc sacram.cap.*1.*q.*5. Henriquez *lib.*3.*cap.*2.*n.*1. Bonacina *in tract.de sacram.disp.* 3.*puncto* 3.*conclus.*1. Layman.*lib.* 5.*tract.*3.*cap.*2 cum pluribus Suarez *disp.* 33. *sect.*1. *conclus.* 4. Egidius *in hac quæst.& art. dub.*1.*conclus.*2. Alex Pesantius *in hoc à disp.*2. Puteanus *dubio.* 4. Silnius *in hac quæst. & art.in disp.circa illum* Chamaqueus, *in hac quæst.cap.*3.*conclus.*2. Philippus Faber *in* 4.*dist.*7.*disp.* 27.*cap.*2. Orribarne *eadem dist.cap.* 27. *sect.*1. Perigianus *eadem dist. qu.*1. *art.*3. Cerda *q.* 9. *quodlibetica art.*3 alios sequitur, & citat Diana *supra*, Ochogauia *q.*2.*n.*4. dicens hanc conclusionem esse de fide, Granado *tom.*3.*tract.*1. *disp.*2.*sect.* 1. *n.* 3. Ludouic. de S. Ioan *q.*1.*art.*1. *conclus.*5.*p.*92. P.Cenedo.*cap.*2. *de confirm.* Ioannes de la Cruz *ibi quæst.*72.*dubio* 1.*conclus.*1. Palaus *puncto* 2.*n.*3. Baunius *q.* 4.*de confirm.dicto* 1. † & alij penes Egidium Trullenq. 13 *dicto lib.*1.*cap. vnico de sacram. n.*6. probantes sic ex Consilio Florentino absolutè affirmante materiam huius sacramenti esse Chrisma confectum ex Oleo, & Balsamo; indeque vtrumque esse necessarium necessitate sacramenti, iterum idem Diana *dict.p.* 3.*tract.* 4. *res.*23. Fernandez de Hæredia *in disput.mixtis de hoc sacram. dist.* 3.*p.*3.*dubio* 1.*conclus.*1. Gaspar Hurtad.*de hoc sacram.dis.*4. Nugnus *in* 3.*p* *to.*1.*q.*72.*art.*3. Zambr. *de casibus occurrentibus tempore mortis c.* 2 *n.*2.

Villalobos

Villalobos *in ſumma tom. 1 tract. 6. dif. 2. n. 1.* & Concilium Colonienſe expreſsè in doctrina de hoc facram, negat ſolùm Oleum ſine Balſamo ad Confirmationem ſufficere, Quintana Dueñas *tract. 1 ſingul. 3.* Auerſa *de hoc facram. q. 72. ſect. 2.* Caſtro Palao *tom. 4. tract. 20. diſp. vnica puncto 2 n. 5.* Suarez *in 3. p. tom 3. diſp. 33. ſect. 2. dubio 4.* Coninc. *3. p. q. 72. n. 30.* vterque Ledeſma, & alij relati à Berricel; *vbi ſupra* Et nouiſſimè plures huius ſententiæ refert. Pat Mag. Prado *de ſacram. p. 1. a n. 3 p.* D. Thomæ *q. 72. de hoc ſacramento dubio 2.* vbi dicit ſententiam Caietani & Soti ſibi ſemper placuiſſe eorum fundamenta referens *ex n. 54. à d. 19. & referens à n. 20. ex n. 23. §. 3 ponit fundamenta queſt. 6. §. reſpondet §. 3. ibi ex n. 32. legendus.*

14 Nec dici poteſt Oleum eſſe materiam neceſſariam, Balſamum verò tantum integralem; quia Patres, & Concilia eodem tenere verborum loquuntur de oleo, & Balſamo, & ex eorum loquutione non magis colligi poteſt vnum eſſe neceſſarium, quam aliud; ergo vel vtrumque, vel neutrum hoc ſecundum dici non poteſt; ergo nec primum: ita optime proſequitur omnino Legendus Baſilius Pontius, vbi fundamenta contraria ad vnguem ſoluit *in dicto cap. 2. p. 1 ex n. 5.* vbi *n. 12.* obiicientibus poſſe Concilium Trident. *ſeſſ. 7.* nomen Chriſmatis non intelligi compoſitum ex Oleo, & Balſamo, ſed tantùm Oleum, cum nomen Chriſmatis commune ſit ad vtrumque ſignificandum; vnum ex vi nominis; alterum vero ex accommodatione, reſpondet cenſendum eſſe Concilium vſurpaſſe nomen *Chriſmatis*, cum agit de ſacramento Confirmationis in eo ſenſu, & ſignificatione, in qua receptum eſt id nomen in Eccleſia cum de eo ſacramento ſermo eſt, in quo nunquam receptum eſt pro ſolo Oleo, nec vt ſolus Olei vnctio vnquam in vſu fuerit in Eccleſia; imo addit ſimiliter etiam hæreticos in eodem ſenſu accipere chriſma, cui Diuinam virtutem negant, cumque concilium appellet ſacrum Chriſma Confirmationis, & Chriſma confirmationis nunquam fuerit conſecratum in Eccleſia ſine Balſamo, ſequitur, vt vtrumque comprehendat eo nomine, & vtrique definiat ineſſe virtutem Diuinam productiuam gratiæ ſanctificantis.

15 Et vt ſatius confirmes, aduertes ſic ex antiquiſſima traditione Eccleſiæ, cum in primis quidam Patres olei, & Balſami meminerint expreſsè: nam Fabianus *epiſt. 2.* dixit Chriſtum inſtituiſſe, vt Chriſma ex Oleo, & Balſamo conficeretur Gregor. *1. in cap. 1. cantic.* diſertè ſcribit Chriſma ex Oleo, & Balſalmo confici Innocent. VI. in hoc textu noſtro in principio, Concilium Bracarenſe *2. can. 4.* ſcribit Balſamum inſtitutum ad animarum ſanctificationem, & concilium colonienſe in doctrina de hoc ſacram, Cyprianus, vel author ſermonis *de Vnctione Chriſmatis*, Olei, & Balſami expreſsè mentionem facit, Gregorius Turonenſ. *in libro de gloria Martyr. cap. 40.* Balſamum exprimit, cum quendam Confirmatum narrat.

16 Alij inquam ex Patribus, licet non meminerint expreſſe Balſami, dicunt tamen eſſe Compoſitum Chriſma ex materia odorifera: ſic Clem. Roman. *lib. 7. conſtitutionum Apoſtolic cap. 40.* Vbi mentionem facit fragantiæ odoris, Dyonißius Areopagita *lib. de Eccleſiaſt. Hierarchia cap. 4.* Vocat Chriſma collectionem quandam Suauiter Spirantium materiam, quæ in ſe magnam vim, & copiam fragantium qualitatum continet cuius, qui facti ſunt participes odorem bonum ex ſe emittunt proportione fragantiæ communionis, quæ in eis ineſt; & S Baſilius *in pſalm. 132.* in illa verba *ficut vnguentum*, inquit *Oleum ſacerdotale ex variis condimentis conſtare, & maximam reddere odoris fragantiam*, & alter Baſilius Pont. *de hoc ſacram. dicta p. 2. cap. 1. ſub n. 5.* expendens D. Baſilium agere de vnguente ſacerdotali antiquæ legis; dicit tamen illud fuiſſe figuram noſtræ.

Alij autem Patres vt iam *ſupra* retuli *ſub q. 1. verſ. ad tertiam*; item & concilia appellant hoc ſacramentum Chriſma abſolutè, & vnctionem, ſiue vnguentum quo nomine ex vſu Eccleſiaſtico, non ſignificantur ſimplex oleum, ſed mixtum & compoſitum quodam ex variis materiis, eandem mixtionem Olei, & Balſami agnoſcunt Beda, & poſteriores authores, qui de officiis Eccleſiaſticis ſcripſerūt; imò & pro hac traditione Eccleſiaſtica adducunt congruentias D. Thomas *ſupra in corpore art. 2.* & proſequuntur alij ex ſcholaſticis, & quid namque decreuit ſacra congregatio circa immixtionem aromatum cum Oleo, & Balſamo, refero *infra q. 9. in fine verſ. ad ſecundam*, Vbi ago de conſuetudine Græcorum. 17

Nec ex hac differentia potuit legitimè Soto arguere non perpetuam Eccleſiæ traditionem, quod Chriſma conficiatur ex Oleo, & Balſamo, cum pauciſſimis Eccleſiæ Patres Balſami meminerint, & Dionyſius, ac alij tacuerint nomen Balſami, tantùmque dixerint vnguentum iſtud eſſe ex odoriferis materiis, & Patres ſæpe ſimiliter quod appellant Chriſma, vocant etiam Oleū, cum loquuntur de hoc ſacramento, quo ſatis indicare videantur Oleum eſſe partem eſſentialem; non autem Balſamum; quapropter deſcendens ad intelligentiam Eugen. IV. in dicto Concilio Florentino, explicet vt intelligatur Oleum eſſe materiam neceſſariam ratione Sacramenti, Balſamum verò ratione præcepti, & colligi videri ex *c. 1. tit. ſequenti de ſacram. non iterandis*, in quo videtur, vt Balſamum non ſit materia neceſſaria, & eſſe ſequens: atque receptum, vt vnum decretum Conciliorum, vel Pontificum, ex aliorum Pontificum, & Conciliorum decretis, vel Patrum dictis declaretur, vel limitetur, etiam ſi abſolutè prolatum ſit. 18

Quia reſpondere ex iam adductis Patribus ponentibus Balſamum pro materia huius ſacramenti, vt Gregor. I. Innocent. III. Cyprianus, Gregor. Turonenſ. & omnes quotquot à tempore Iſidori, qui floruit anno 603. ſcripſere de officiis Eccleſ. vt iterum dicit Baſil. Pont *d. 2. p. c. 2. ſub. n. 8.* quod liber ille antiquus, qui inſcribitur *ordo Romanus* diſertè loquitur de Balſamo, & quod quamuis alij Patres, non nominauerint expreſsè Balſamum, dixerunt tamen materiam eſſe Odoriferam, vt Clem. Roman. Dionyſius, atque Baſilius iam adducti, & cum nequeat alia odorifera materia deſignari, quæ in vſu communi Eccleſiæ, fuerit in hoc, Sacramento, niſi Balſamum ſequitur, vt illi Patres intelligantur loqui de Balſamo, & quod quamuis alij patres Oleum nominent, non intelligant Oleum ſimplex, ſed compoſitum Chriſma, Oleumque nominare à maiori, & notiori parte materiæ, ex qua conſtat, vt rectè aduertit Suarez, *ſupra in ſolution. 1.* Etenim vt diximus idem Patres, qui hoc Sacramentum *Oleum* vocant, 19

nominant etiam vnguentum, & compositum ex diuersis materijs, vt constat ex Dionysio *dicto cap.* 4. Cyrillo Hierosolimit. *cathes.* 3. August. *lib.* 3. *contra litteras Petiliani c.* 104. & ex aliis; nihilominus video, quod Barricel. *dict. qu.* 127. *ex dicto. n.* 8. *a* vers. *fundamentum* conatur, pluribus rationibus defendere primam sententiam ex vsu etiam Græcorum commiscentium Oleo, & Balsamo, alia duodecim aromata, vt dico *infra q.* 9. vers. *ad secundam* in fine in vers. *hic libuit.*

20 Nec obstat resolutioni textus *in dicto cap. Pastoralis tit. sequenti*, cuius mentem *ibi* abundè apertam leges; & ob id pergo ad alias difficultates propositas.

21 Ad tertiam quæstionis partem nonnulli ex catholicis negant quod sit necessarium, vt chrisma benedicatur, siue consecretur, inter quos Molfesius *in summa tract.* 4. *cap.* 11. & apud illum Maldonatus docentes, quod si quis oleo non consecrato esset confirmatus, non esset iterum confirmandus, Paludan. *dist.* 7. *q.* 1. *n.* 19. *&* *qu.* 4. *nu.* 34. Capreolus *d.* 7. *q.* 1. Esthius *in* 4. *dist.* 7. §. 9. quatenus affirmat posse Ecclesiam dispensare, vt confirmationis sasacramentum fiat ex Chrismate non consecrato; & explicat Paludan. exemplo matrimonij, quod quidem nullum est inter personas, quas Ecclesia reddit illegitimas; ita vt sic nulla sit confirmatio si sit in materia contra ritum Ecclesiæ.

22 Hæretici etiam relati *supra* negantes sacramentum confirmationis, vt retuli, negant etiam Chrisma benedictum necessarium esse, & recentiores irrident benedictionẽ Chrismatis, & Caluin *lib.* 4. *institut. c.* 19. §. 8. vocat Oleum Diaboli Mendacio pollutum. Chennitius, Chrisma excantatum, & benedictionem superstitiosam, & magicam, illúdque summo opere irrident, quod Ecclesia post Chrismatis benedictionem dicat *aue sanctum Chrisma*, locutio enim ad res animatas, & & rationales dirigitur; Chrisma autem est quoddam inanime: sic refert Basilius Pontius *dict.* 2. *p. de hoc sacram. cap.* 3. *n.* 1. *in princ.*

23 Verum dicendum est esse de essentia sacramenti confirmationis, vt Chrisma sit benedictum, & consecratum, vt docent communi sensu omnes scholastici, præter Paludanum, & Capreolum, probat, ac resoluit Basilius Pontius *dict. c.* 3. *à n.* 1. qui abunde satisfacit obiectis, Vbi dicit hanc veritatem ita certam sibi videri, vt ad minus temerarium sit dicere validum esse sacramentum confirmationis cum Chrismate non benedicto, vel consecrato, & docent Doctores cum D. Thoma *dictu qu.* 72. *art.* 3 Sotus *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 3. Victoria *q.* 41. Suarez *disp.* 32. *sect.* 2. Petrus Cenedo *cap.* 2. Toletus *lib.* 2. *cap.* 24. *n.* 2. Vega *casu* 3. Granad. *tom.* 5 *tract.* 1. *disp.* 2. *sect.* 2. *n.* 10. Filiucius *supra n.* 42. Pesantius *q.* 72. *disp.* 1. Layman. *cap.* 2. *n.* 1. Henriquez Moure, Ludouicus de S. Ioan. Archangelus, Petrus de Ledesma Castro Palao & Baunius *supra* quos sequitur Leander *de hoc sacram. q.* 4 nouissimè par. Mag. Prado *de hoc sacram. p.* 5. *de sacramen. q.* 72. *in* 3. D. Thomæ *dubio* 3. *&* 51. legendus vbi obiectis ex Durando & aliis respondet.

24 Probatur amplius, quia Ecclesiæ traditione ad nos deriuatum est confirmationis Chrisma, consecrandum, & benedicendum fore; ergo appositum est contra manifestam Ecclesiæ traditionem: asserunt hanc Chrismatis consecrationem Clem Rom. *lib.* 7. *constit. c.* 42. *&* 44. & Fabian. Episcop. *in epist.* 2. iam citata, qui & præcipit singulis annis nouum Chrisma consecrandum, Damassus *epist.* 4. Innocent. 1. *epist.* 1. *c.* 3. Leo. 2. *epist.* 88. Gelasius *epist.* 1. Ioannes 3. *epist. vnica* Gregor. 1. *in c.* 1. *canticorum*, & Innocent. *in textu nostro.*

Probatur etiam hæc traditio ex Conciliis, in quibus de consecratione Chrismatis ad confirmationem sermo est, sic Nicænum 1. *canon.* 69. Laudicænum *canon.* 48. Vocat *sacratissimum Chrisma*, quia scilicet consecratum Bracarense *canone.* 4. *Chrisma benedictum*; quod per Spiritus sancti inuocationem Consecratur. Tridentinum, *dicta sess.* 7. *canon.* 2. appellat. *sacrum Chrisma.* 25

Et ex Patribus eadem traditio confirmatur: sic Dionysius *de Ecclesiast. Hierarchia dicto cap.* 4. Theophilus Antiochenus *lib.* 1. *ad Autholicum*, qui extat *tom.* 1. bibliothecæ, Tertulianus *lib. de Baptismo.* vocat *vnctionem benedictam*, Cyprianus *lib.* 1. *epist.* 17. *Oleum sanctificatum* Auctor sermonis de vnctione Chrismatis apud Cyprianum *Vnguentum per Spiritum Sanctum sanctificatum*, Basilius *lib. de Spiritu sancto. cap.* 17. *Oleum benedictum vnctionis*, Cyrillus *Cathesi.* 3. Chrisma dicit *non esse nudum vnguentum, sed sacratum*, Optatus *lib.* 1. *Sacro sanctum Chrisma.* † Augustin. *lib.* 5. *de Baptismo cap.* 19. *&* 20. Oleum hoc etiam ab hæreticis consecrari dicit; quia est in illis potestas, non ab hæresi, sed ab ordinatione, & *tract.* 118. *in Ioannem prope finem.* refert Basilius Pontius *dict. cap.* 3. *ex num.* 2. etiam cum Beda *cap.* 8. *auctor* Ruperto, & aliis, qui de officiis Ecclesiasticis ab eo tempore scripserunt. † Quare optimè Henriquez *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Castrus Palao *tom.* 4. *tract.* 20. *puncto* 2. *num.* 5. Baunius. *q.* 4. *de confirmat.* Trulenq. *dicto cap. vnico lib.* 2. *praxis sacram. sub dicto num.* 6. dicunt Iure Diuino esse vt hæc materia sit benedictione aliqua consecrata, vt probat vsus Ecclesiæ, ac docet Henriquez dicendo esse de necessitate sacramenti; item ex traditione Pontificum, & Patrum, tam Græcorum, quàm latinorum; & sic passim in Concilus totius orbis definiri, cum sit materia exterior permanens, quâ Christus nunquam est vsus quâ ratione cæteri Doctores probant; quia materia sacramentorum, quâ Christus Dominus non est vsus, necessario consecranda est, antequam ad vsum sacramenti applicetur, affirmantes Christum Dominum hæc materia non fuisse vsum; & ob id necessario prius consecrandum; & faciunt quæ *supra* adduxi *in tract. de sacramento Extremæ Vnctionis.* Cum egi de necessitate benedicendi Oleum pro vsu illius sacramenti. 26 27 28

Ad quartam quæstionis partem, an benedictio, siue consecratio Chrismatis ad sacramentum Confirmationis debeat fieri ab Episcopo, videtur dicendum non esse de necessitate præcisa, primo ex verbis Concilij Toletan. 1. *capit.* 10. ibi. *quamuis pene vbique Custodiatur, vt absque Episcopo Chrisma nemo conficiat: tamen quia in aliquibus locis, vel Prouinciis Presbyteri dicuntur Chrisma conficere, placuit ex hac Die, nullum alium, nisi Episcopum Chrisma conficere,* quibus verbis, attentis præcipuè illis, *pene vbique custodiatur*, & illis *placuit ex hac die* deprehenditur, nec esse necessarium simpliciter 29

quod

quod Chrisma conficiatur ab Episcopo, nec esse itritam, & inanem benedictionem Presbyteri, sed solùm caueri inposterum, ne deinceps Chrisma benedicatur ab alio, quàm ab Episcopo, quasi quod valebat Chrisma benedictum ab Episcopo; præcipuè si consideretur, vt dicta verba indicare videantur, non institutionem Diuinam, sed prohibitionem Ecclesiasticam. Deinde quia cum in eodem Canone *infra* addatur Episcopum quandocumque posse conficere Chrisma, & vt Presbyteri sine consensu Episcopi nihil agere præsumant, videtur etiam inferri posse Presbyterum Chrisma conficere, coosentiente Episcopo.

30 Et coofirmatur ex D. Hieronimo *in Epistola ad Rusticum Narbonensem de septem gradibus Ecclesiæ*, quatenus asserit hanc consecrãdi Chrismatis potestatem esse penes Presbyterum, & oon penes solùm Episcopum: sic probans ex multarum Ecclesiarum vsu; item ex ea nempe ratione, qua postea vsus est Caietanus *in 3.p. D. Thomæ q.72.art. 3.* quia qui potest maius, potest & minus, sed simplex sacerdos potest consecrare eucharistiam; ergo & Chrisma, quod minus est, vt tradunt, ac tenent etiam Victoria *q. 43.* Valentia *tomo 4. disp.5. puncto 2.* apud Reginald. *lib.28.n.8.* qui & probabilem sententiam reputat; imò & Damasius refert in vita Siluestri, qnod constituerit Chrisma ab Episcopo confici; ob idque conferri signum esse hanc Chrismatis consecrationem ab Episcopo fieri, ex Ecclesiastica constitutione descendere; & concinunt verba Hieronimi *in dicta Epistola*, cum de sexto gradu Ecclesiæ, qui sacerdotum est sermonem faciens post vers. *denique* ait *Presbyteri ergo si necesse est, possunt Chrisma conficere; quia in corpore eius Chrisma est; & quidem hac regula, etiam nunc seruatur a plurimis, ac in Ecclesiis multis sic ita faciunt.*

31 Secundo facit, quia minister ordinarius confirmationis est Episcopus, vt infra dico latè; & hoc non obstante, simplex sacerdos potest esse minister ex commissione; ergo etiam benedictionis, & consecrationis Chrismatis erit Episcopus ordinarius minister, ex commissione verò sacerdos, cum hoc minus videatur quàm illud prius: ita Scotus *in 4.dist.7 q.4.* & *ibi* Paludanus *art. 3.* Caietanus *ad S.Thomam dict.quæst.72.* & Sotus magis inclinat *quæst. vnica art. 3.* & hanc veriorem & securè tenendum dicit Sahagun *de hoc sacram.n.16.* quidquid contra teneant Ledesma *dif.1.*

32 Alij infiniti docent necessario deberi Chrisma consecrari ab Episcopo, vt fiat ex illo sacramentum, nec posse benedici à simplici sacerdote, etiam extraordinaria potestate; ita vt sit essentiale Chrismati confirmationis, quod sit benedictum ab Episcopo: sic Doctores ex D. Thoma, *in 4. dist.7.q 1.art.2.quæst.3.* & ex antiquis Scholasticis Alensis, *in 4.p.quæst.9.membro. 2.art.2.quæstiuncula 3.* Ioannes Maior, *in 4.dist.7.quæst.vnica*, Gulielmus Rubion, *eadem dist.q.vnica*, Ricardus, *eadem dist.art.1.q.1.* Aureolus, *eadem dist.q. 1.art.1.vnico*, supponunt hanc veritatem, & nonnulli apertius indicant, benedictionem Episcopi omnino esse necessariam: sic Gabriel, *in 4 dist.7. q.vnica art.1.* cum inquit, *ex Diuina institutione esse quod Episcopus benedicat*, Durandus *eadem dist q.2.* si coniunges responsionem, & qua probat, Ioannes Boconius, *eadem dist.q.1.art.4. pro-*
33 *pe finem* nec dissentit Scotus.† Nam cum disiunctiuè loquitur de Episcopo, Vel alio Sacerdote, nõ agit de consecratione Chrismatis, sed de Ministro confirmationis, quæ sunt duo valide diuersa, vt docent Suarez, Philippus Faber, & Basilius Pontius, *de confirm.d. p.1.c.3.sub n.3.* quia Chrismatis benedictio est solius Episcopi, sed Minister Confirmationis, non est ille solus, vt dico *q.7.* & Scotum sic videntur intellexisse ex antiquis Petr. Tararensis, *in 4. dist.7. q.1.* & vt refert Basilius eodem modo, quo Scotus loquitur Basolis, *eadem dist.q.vnica.*

Et probatur ex Concilio Rom. sub Syluestro, 34
canone 5. Vbi statuitur nullum Presbyterum posse conficere Chrisma ex Concilio Carthaginensi, *1.can.3.* & Carthaginense *2.can.3.* Carthaginense
3.canon.37. ex Concil.Hispal *2.can.7.*† ex Tolet. 35
8.canon.7. Vuomartiense *can.2.* vbi cum dicatur ne Presbyteri ioconsulto Episcopo Virgines coosecrent, addit *Chrisma verò nunquam conficiant*, & ex Concilio Sabiniense, *cap.de Baptismo*, vbi confectionem Chrismatis solis Episcopis, eorumque successoribus esse concessam dicit, & præcipuè constat ex Florent.Concil sub Eugen.IV. Vbi definiente materiam cõfirmationis, ait *esse Chrisma ex Oleo, & Balsamo per Episcopum benedictũ*, & idem Concil. Vuomar. postquam *dict.c. 2.* dixit Chrisma nullus cõficere præsumat præter Episcopum, addit *nã illi soli hac Dignitas concessa est.*

Et confirmatur secundo, qnia constaos est, & 36
perpetua Ecclesiæ traditio sioe limitatione, & explicatione, quæ Ministrum benedictionis Chrismatis assignat Episcopum; siquidem Pontifices, & concilia Episcopo soli tribuunt potestatem cõficiendi Chrisma, affirmantes illi solis id licere, & de Pontificibus sic dicentibus patet ita à Fabiano, & Innocentio, dictum refert eos sequutus Basilius *dicto cap.3.de sacram.confirm.n.4.* qui ex Suarez, Syluio, Chamacheo, Ægidio, & aliis, quos refert etiam *in c.2.* dicit Greg.XIII. dispensasse, vt apud Indos ob Episcoporum confirmantium paucitatẽ, & locorum distantiam, posset sacramentum confirmationis ministrari à simplici sacerdote; dummodo vteretur Chrismate per Episcopum benedicto; & quod nec ex delegatione Chrisma queat confici à simplici sacerdote, videntur tenere DD. per textum *in c.si iubet, & in c.Presbyter.26.q.6.* cuius verba suot: *Presbyter inconsulto Episcopo Virgines non consecret, Chrisma verò nunquam*
conficiat, & ex Concilio Theodosiano *8.cap.7.* † 37
ita docent D.Thomas *d. q.2. art. 2.* Suarez *disp. 33.sect.2.* Syluius, & Ægidius *in dict.art. dubio 1. concl.4.* Chamacheus *in dict.q. & art.concl. 2.* Præsantius *ibi disp.2.* Faber *in 4.d.7.disp.27.c.2.n. 18.* Estius *eadem disp.§. 9.* si conferatur cum iis, quæ docet *§.20.21. & 22.* Vbi latè probat non posse simplicem sacerdotem esse ministrum Confirmationis, nec ex commisiooe, Filiuc. *tr.3.c.1.q.6* Layman, Toletus, Henriquez, Heredia, Bonacin. Salmeron, quos sequitur Basilius Pontius *d.c.3.in hoc tr.n.3.in fine*, quibus addo Syluestr. verb. *Confirm. q.2.* Victoria *q.53.* Nugnus *in 3.p.D.Thom.q.72. art.2.dif.2.* Hurtadus *in hoc tr.diffic.5.* & cũ Petro Zenedo, Vega, Torreblanca, Petro Ledesma, Castro Palao, Baunio, Bibaldo, Granado, & Barthol. de Ledesma, Leander *tr.3.de sacram.disp.3. q.5.* ex proxime adductis Conciliis, & rationibus.

Nec obstant fundamenta contrariæ senteotiæ, 38
quibus lõge respõdent adducti, præcipuè Baunij *de hoc sacra.q.4.* quatenus ad primum argumentũ negat consequentiam, nam aliàs sine liceotia

Pontificis possit simplex Sacerdos Baptizare, confirmare, sacrare altaria,cum hæc,confectione Eucharistiæ sint multò minora; quod tamen tentare concilia(iam adducta) prohibent,& Basil.us Pontius *dicto cap.3. sub a.* 2. dicit argumentum Caietani, & aliorum non valere,cum non valeat, potest quis producere hominem, qui perfectior est; ergo potest producere formicam, quæ imperfecta est; aliàs enim ait eodem argumento probari Presbyterum posse ordinaria potestate sacros ordines conferre,& aras, & templa consecrare, quæ multò minora sunt consecratione Eucharistiæ.

39 Non adductum ex verbis dicti concil.Tolet.1. *cap.* 20. quia propterquam quod ibi factum narratur, quod ex imperitia fiebat à Presbyteris nonnullis abusum illud volens concilium corrigere, vt expendit Basilius Pontius *dicto cap.* 3.*p.* 1. *de hoc sacram. a.*5. addit in *vers.secunda solutio*, solutionem veriorem, & conformiorem dicto canoni Toletano esse in eo non fieri sermonem de confectione Chrismatis, sed ad vnguendum in vertice eos qui baptizati iam sunt, referens hanc consuetudinem primum instituisse Syluest. Papam, vt testatur Damassus *in pontificali in vita Syluestri*, & vt referunt etiam Fortunius,*lib.*1.*de Ecclesiasticis officiis,cap.* 27.Strabo *lib. de rebus Ecclesia,cap.*16. Rabanus *lib.*1.*institutionis clericor. cap.* 28.Rupertus *lib.* 5. *de diuinis officiis, cap.* 16.& latè loquens Basilius Pontius ponendo verba Montani Archiepiscopi Toletani, qui præfuit concilio Toletano;secundo refert illum ad Clericos. Pallentinæ, & Austuricens. diœcesum porrigi, cum Montanus *in epist. ad Torinium, Austaricens.& Paleatinum Episcopum* sequentibus loquatur verbis, *quæ ex Palentino conuenta ad nos peruenit celsitudini tuæ iudicare curabo*,& statim *Presbyteri quidam ausu temerario res sacras, non tàm consecrare,quàm violare præsumant,& cunctis ab initio fidei catholicæ sæculis inusitatam summis sui ordinis hominibus,nisi tantum Pontificibus debitam ius consecrationis chrismatis,nescio quo typo,aut dementia dicant, indubitanter assumant,quod quam sacrilegium sit,piissimam conscientiam tuam latere non dubito*,& ex

40 aliis præcedentibus verbis † probat Basilius cum Hugo de sancto Victore ex Montani locis liquido constare inprimis benedictionem Chrismatis, etiam ad baptismum Episcopis reseruatam per antiquas Ecclesiasticas regulas; deinde irritam fuisse, & inanem eam benedictionem, quam Presbyteri præsumebant, & randem illos Presbyteros Pallentinos non consecrare Chrisma in ordine ad confirmationem, sed ad baptismum tantùm dicens sic patere ex antiqua lege, quam adducit Montanus de petendo singulis annis Chrismate ab Episcopo, cùm certum sit non dari sic singulis annis Chrisma Presbyteris ad confirmationem, sed ad baptismum: alia Basilius adducit pro exacta explicatione, tàm dicti canonis concilij Toletani, quàm verborum Montani Archiepiscopi, vbi leges.

41 Potuerunt autem Præsbyteri forsan eam consecrationem præsumere eo inducti, quod ille Chrismatis vsus in baptismo Syluestri tantùm cōstitutione introductus sit; indeque poterit eius benedictio in ordine ad eum vsum tantum Presbyteris quoque concedi:tamen addit Basilius *supra* cum Hugo de sancto Victore, *lib.* 2. *de sacram.p.* 7.*cap.*3. nec in vertice Chrismare Baptizatos Presbyteris licuisse sine consensu Episcopi, vt indicant sanctus Leo,*epist.* 86. aliàs 88. & videtur apparere ex dicto canone Toletano in illis verbis,*vt sine consensu Episcopi, nihil agant Presbyteri*, explicando subdens Leo, *statutum enim est Diaconum non chrismare, sed Presbyterum, absente Episcopo præsente vero non,nisi ab eo fuerit præceptum.*

Ad confirmationem argumenti ex epistola dicta D.Hieronimi ad Rusticū Narbonensem, respondet Basilius Pontius *supra sub n.* 7. *dict. cap.* 3.in primis,eam epistolam non esse D. Hieronimi,vt notant omnes ferè recentiores; Deinde authorem illius plenè alienā à fide sentire,cum æquales in potestate faciat Presbyteros,& Episcopos, cum asserat omnia sacramenta à sacerdote ministrari,& confici posse, dicitque Basilius talem sententiam sine periculo fidei sustineri,non posse, ex eoque errore mirum non esse deriuari alium de consecratione Chrismatis à Presbytero in tantum,vt nec iuuet consuetudo allata aliarum Ecclesiarum,quæ dicenda est corruptela, nec de ea curandum. 42

Ad aliam partem Confirmationis ex loco Syluestri,respondet Basilius Pontius *dicto cap.*3. *sub n.*6. in primis consecrationem Chrismatis non posse à Syluestro originem ducere,cum eius mentio facta sit à Fabiano,& Vrbano,& Dionisio,& Clemēte Romano,qui multis sæculis Syluestrum præcesserunt, & concludit dicendo Syluestrum suo decreto non tribuere Episcopis nouum aliquod priuilegium,sed quod illis ex Diuina institutione competebat,noua constitutione communire aduersus nouam Presbyterorum quorundam præsumptionem,vt sæpè fit. 43

Ad fundamentum adductum in *vers.secundo*, quod Presbyter ex commissione Pontificis potest esse minister ordinarius Confirmationis, respondetur,vt *in quæst.*4.quia etsi reuera sic contingat,vt *ibi* abunde probatur;tamen non inde sequi posse Presbyterum benedicere, & consecrare Chrisma,& Iuxta relata firmans nostram sententiam Basilius,& dicens *n.* 10. quod etsi plerique eam probabilem Iudicent; ipse tamen omnibus consideratis,existimat adeo certam esse,vt oppositam,si non temerariam,at omni probabilitate destitutam censet;quia quamuis,quatuor, vel quinque Doctores eam asseruerint,scribit nullum esse fundamentum contrariæ sententiæ idoneum; imò Suarez *supra* nostram dixit confirmiorem esse decretis Pontificum & conciliorum. 44

Nihilominus dum peruenimus ad dubium,an ex dispensatione Pontificia queat presbyter benedicere, seu consecrare Chrisma? Video acerrimè pro affirmatiua respondere multis rationibus, & fundamentis propter adducta *sup.*quibus sunt cōtra Basiliū Pontium,& eos,quos sequitur Præpos. *in* 3.*p.D.Thoma q.*72.*art.*3.*dub.*2.*n.*320.Scobat *in theologia morali,tract.*7.*examine* 3.*c.*1.*n.*14.sed Amicus *in cursu theologiæ to.* 7.*disp.*13.*sect.*2.*nu.* 46.& Diana,*p.*8.*tract.*1.*res.*1.ex *vers.sed excessit*,vtramq; sententiam probabilem vocant:nam si potuit summus Pontifex administrationem huius sacramenti cōmittere simplici Sacerdoti,quare nō benedictionem,& consecrationem,qui,& ex aliis fundamentis respondendo fundamentis Basilij, hanc probabilem vocant aliqua dico,*q.*7. *in vers. ad quintam*, nouissimè leges quæ congerit pat. mag.Prad *sup.de sacram in* 3.*p. D.Thom.d.q.*72. §.4.& §.*de hoc sacram sub dubio.*3.*à n.*22. 45

QVÆST.

QVÆST. III.

An materia sacramenti confirmationis fuerit ab Ecclesia, an à Christo instituta? Sitque de necessitate sacramenti? Et qualiter conficiatur hoc sacrum vnguentum, & quando. Qualisque benedictio Episcops in Chrismate requiratur? vbi de ritu huius sacramenti in benedictione Chrismatis? Et de proxima materia eius sacramenti?

SVMMARIVM.

1 *Materia sacramenti confirmationis ab Ecclesia instituta, an à Christo, sitque de necessitate. Et qualiter conficiatur* remissiuè.

2 *Benedictionis forma, siue consecrationis ab Episcopo in Chrismate non est prascripta hoc vel illo modo, requiritur tamen, vt fiat innocatione Spiritus sancti, vt* n. 3.

4 *Forma ministrandi sacramentum confirmationis in modum crucie pracisa est, at benedicendi Chrisma non sic.*

5 *Chrisma benedicitur singulis annis ab Episcopo, diuerso ritu inter Latinos, & Gracos, vt* num. 6. & 8. *& qua ceremonia sub* numero 10.

7 *Chrisma olim mittebatur à Romana Ecclesia Constantinopolitanis, vbi quâ de causâ de fecerit vsm.*

8 *Episcopi singuli quotannis in die cœna Domini in suis Ecclesiis conficiunt sacrum Chrisma.*

9 *Chrisma defertur ad singulas Parochias Episcopatus per Presbyterum, aut subdiaconum.*

10 *Chrimarius locus est intra Ecclesiam, non alibi permissus.*

11 *Chrisma in Die cœna consecratur, vetere combusto.*

12 *Chrismatis Vactio ipsa, & illius proxima materia, &* n. 13.

13 *Chrisma est nomen genericum significans Vactionem, vt* n. 15. *dictum speciale, quoddam vnguentum propter excellentiam, ve* numero 14.

15 *Materia sacramenti proxima est illa, super quam forma cadit.*

1 AD primam difficultatis partem, iam satis liquet ex adductis *sub quæst.* 1. *&* 2. item & & ad secundam quæstionis partem; an sit de necessitate sacramenti, ex *ibi* dictis, & *quæst.* 2. item & qualiter conficiatut hoc sacrum vnguentum, & quando *dicta quæst.* 2. *ex n.* 13. De benedictione, seu consecratione Chrismatis, vel ab Episcopo, aut alio Presbytero *ibi dict. q.* 2. *ex num.* 21. in vers. *ad tertiam*, & *à numero* 22. vbi de Ministro, & quid de hæretico consecrante Chrisma *ibi n.* 27. ideo de istis dubiis nos remittimus ad *ibi* iam dicta, quate prosequimur ad alia, quæ subsequuntur.

2 Ad quattam quæstionis partem, qualis benedictio Episcoui in chrismate requiratur, Breuiter respondeo non esse de iure diuino hanc, vel illam formam consectationis chrismatis in particulari; quia modo oon eædem orationes recitantut pro benedictione chrismatis in Pontificali Romano cum illis, quæ extant in antiquo ordine Romano, nec in Ecclesia Græca eædem orationes dicantut, atque in latina; & sic dicendum ex institutione diuina solùm requiri, vt per inuocationem spiritus sancti benedicatur, chtisma Ecclesiæ autem relictum esse vt formam benedictionis determinet, fauent sancti Patres, qui cum de consecratione chrismatis loquuntur locis *quæst.* 2. adductis, appellant illud benedictum *per Spiritus sancti innocationem:* ita Basilius Pontius cum Syluio, Suarez, Ægidio, Soto, Fabro, & aliis explicans exemplo matrimonij *p.* 2. *de hoc sacram. c.* 3. *nnmer.* 11. quia in eo sacramento reliquit Christus Ecclesiæ determinandum quis sit legitimus contractus matrimonij, vt suo loco dico latissimè.

Itaque idem Basilius Pontius *ibi n. fin.* & Suarez *disp.* 33. *sect.* 2. in vers. *restat verò vlterius declarandum in fine*, & alij cum eo, inferunt inuocationem Spiritus sancti esse essentialem in benedictione chrismatis; alios verò titus Ecclesiæ esse necessarios ex præcepto; non verò ex necessitate 3
consectationis † Et ob id si quis cum inuocatione tantùm Spiritus sanctis, & Olei, & Balsami commixtione consecraret chrisma, peccaret quidem, sed valide consectaret, vt docent citati, nec probabile esse dicunt velle Ecclesiam omnes eos ritus essentiales esse, aliàs si aliquis ritus omitteretut (vt de facili in tam multis ritibus euenire potest) contingeret, vt nulla esset benedictio chtismans: ita ille qui exemplificant in signo crucis, quod in ea benedictione solet adhiberi, quod non est ex necessitate benedictionis, sed præceptu Ecclesiæ; Et hæ latins patent *ex his, qua dico infra q.* 6. *à n.* 1. 4

Nec obstat dicere probabilius esse contra Aureolum *in* 4. *dist.* 1. *qu.* 1. *prope finem* Moure 3. *p. examin. cap.* 5. §. 7. & alios, quos refert Leander *de hoc sacram. disp.* 3. *q.* 11. esse de necessitate sacramenti, quod Vnctio fiat in modum crucis per verba formæ ibi *signo te signo crucis*, quæ alias nō verificarentur, vt tenent S. Thomas. *q.* 72. *art.* 4. *ad* 3. Victoria *quæst. Vltima de hoc sacram*, sic vt nequaquam satisfaciat Episcopus si confirmandum signet cruce, & postea vngar, vt cum Molfesio, Diana, de Castillo, Ledesma, Henriquez, & infinitis aliis, tenent idem Leander, & Binsfeldio *de hoc sacram.* §. 2. quia iste casus differt à proximè adducto in fine *non pracedenti*; eo quod hic agatur de forma ministrandi ab Episcopo hoc sacramentum, ibi tamen de forma, qua debeat benedicere illius materiam. 5

Ad quintam quæstionis partem de ritu huius sacramenti in benedictione chrismatis, & quatenus spectat ad illum, qui obseruatur in consecratione chrismatis, percipitur satis ex adductis *supra à quæst.* 1. conficitur ergo chrisma ex Olei, & Balsami commixtione, vt dixi, & ob quas rationes, late Durantius *in rationali lib.* 6. *cap.* 6. *à n.* 10. *ad* 13. quod benedicitur singulis annis, & consecratur feriâ quintâ in cœna Domini, & vetus comburitur, vt *infra* dico; sed quare feriâ quintâ docet Albinus Flaccus *pag.* 47. *col.* 2. † quod diuerso modo procedit inter latinos, & Græcos; quia apud istos, nec cæteri Græcorum Pontifices chrisma conficiunt eo die, sed duntaxat Patriarcha Constantinopolitanus, à quo aliqui accipiuot, & suis Presbyteris tribuunt, quo indicatur 6
7

cum à quo cæteri acceperint Chrisma illis supe-
7 riorem esse. † Atque hac de causa olim Romana
Ecclesia,antequam deficeret ab ea orientalis,mit-
tere Chrisma solita erat Constantinopolitanis,
quâ Chrismatis deferendæ occasione abusi non-
nulli in vtilitatem suam ansam calumniæ Græcis
præbuerunt, traddit Basilius Pontius *de hoc sa-
cram.cap.fin.n. 3. 4.& 5.* vbi addit quod occasio
tertia fuit ea, quam ipsi aliqui in familiari collo-
quio assignauerunt; videlicet superba nimis exa-
ctio legatorum Papæ,dicendo quod quando sum-
mi Pontificis cappellani ab ipsa sede Apostolica
annuatim Constantinopolim Chrisma deferebant,
nisi octaginta libræ auri à clero, & populo vrbis
post alia dona, & munuscula eisdem impenderetur,non recedebant, & refert testatum à quodam
ex Domioicana familia,cuius liber manu scriptus
extare dicitur in Vaticana Bibliotheca *numero
4066.* cum de causis dissensionis cum Græcis
ageret.

8 Verùm apud latinos aliter in praxi obseruatur;
quia singuli Episcopi in suis Ecclesiis Chrisma
conficiunt,& ab illis Presbyteri ex eo die Chris-
ma accipere constat in primis ex Concilio Valen-
tino,Galliæ decreto V I. à Seuerino Binio ex de-
cretis Gratiani, & Vnginis nouissimè adiecto;
Presbyteri autem, qui Diœcesanas Ecclesias re-
gunt,non à quibuslibet Episcopis,sed à suo, non
per iuniorem clericum,sed per seipsos, aut per il-
lum,qui eiusdem ordinis sit ante Paschæ solemni-
tatem,Chrisma petant.

9 Quod ex concilio Viennens. *2.cap.3.* probatur,
quatenus cauet,vt per singula territoria Ministri,
vel Presbyteri ab Episcopis (non prout libitum
fuerit) à viciniotibus, sed à suis propriis per
annos singulos,petant Chrisma, appropinquante
solemnitate paschali, & hoc non per quemcum-
que Ecclesiasticum;sed si qua necessitas, aut Mi-
nistrorum occupatio est per subdiaconum, quia
in honorum dicit inferioribus, summa committi
optimum autem,vt ipse suscipiat,qui in tradendo
vsurus est,quod si quid obstat, satis esse ait,vt is
cuius officium est sacrarium disponere, & sacra-
menta suscipere: ita refert idem Basilius Pontius
dicto cap.fin.n.6. in fine, dicens ex his satis con-
stare nonnunquam ipsum Chrisma ad Presbyte-
rum transmissum;deinde Presbyteros,aut his mor-
bo,vel aliâ causâ impeditos Diaconum, aut sub-
diaconum ad Chrisma accipiendum missos; vbi
10 *num.fin.* † Dicit inter alia Chrismarium locum,
esse in ipsa Ecclesia,nec alibi permissum Chrisma
seruari probans ex Consilio Mediolanensi sub S.
Carolo *cap.* 2. & ex constitutionibus Mediola-
nensis Ecclesiæ *lib. 2.cap.1.n. 20.*& ante ex Opta-
to Mileuitano,referens quoddam miraculum;pro
vt iacet in ipso;& quod locus,vbi seruatur Chris-
ma,vocatur Chrismarium.De materia vasis,in quo
seruatur de forma,& de velo, quo tegitur, & de
modo consecrationis aparte *in Pontificali Ro-
mano* cauetur, vbi quâ ceremoniâ Episcopus cum
suis capitularibus Chrisma benedicat, & conse-
cret,cantando,& repetendo ter quilibet genu fle-
ctendo ad ampullam, vbi est Oleum *aue sanctum
Oleum.*& ad ampullam,vbi confectum est Chris-
ma ex Oleo, & Balsamo *aue sanctum Chrisma*
cum eadem repetitione, & genuflexione ex certo
numero Presbyterorum,& Diaconorum capitula-
rium cuiuslibet Ecclesiæ Cathedralis simul cum
11 Episcopo consecrante.† De hoc loquuntur etiam
Cathechuinus Roman. *pag.* 224. Leander, cum
Suarez,Bonacina,Viualdo, & aliis *de hoc sacram.
tract. 3.disp. 3. q.* 8. Henriquez *in summa lib. 3.
cap.1.n.4.*& communis omnium ex decretis, &
præcipuè *ex cap. Si quis de alio de consecratione
dist. 4.& ex cap. ex litteris dist.* 3. vbi quod
Chrisma est consecrandum in Die cœnæ Domi-
ni, vetere combusto Chrismate,solemnibus cere-
moniis. Quod si Cathedralis ab Ecclesia vacet,
Episcopo, vel propter infirmitatem non conse-
crauerit,est deferendum ab Ecclesia viciniori no-
uum Chrisma,ut praxis docet obseruatum ab om-
ni Ecclesia.& firmat Sahagun. *de hoc sacramento
n.9.in fine.*

Ad vltimam quæstionis partem de proxima 12
materia Chrismatis dico ex omnium Doctorum
sententia hanc esse ipsam Vnctionem cum Chris-
mate;eo quod primo à Patribus hoc sacramentum
appelletur *Vnctio*,vt *suprà* dixi. † Chrisma enim 13
generali voce apud Græcos Vnctionem, sicut
quodlibet vnguenti genus significat, vt docent
Augustin.*tract. 33.in Ioannem,& sermone 47. de
verbis Domini*,Cassiodorus *ad cap.1.canticorum*,
Isiodorus *lib. 7.originum,cap.2.*Rabanus Maurus
lib.1.de institutione clericorum c.30. † Et vsu ta- 14
men sacro nomen *Chrisma* propter excellentiam
dictum speciale quoddam vnguentum modo odo-
ratorias, & vnguentorias compositiones;quarum
vsu sæpe in sacris,huius autem genus specialis, ac
sacratissimæ compositionis, quæ apud sacros,
Chrisma appellatur,appellauit Ioannes in Apoca-
lyps *cap.2.*& in multis locis legunt. L X X. in-
terpretes vnguentum,quo sacerdotes vngebantur,
chrisma vocarunt: ita Basilius Pontius scribit
dicto cap. fin. de hoc sacramento n.2. sicut sancti
Patres confitentur,qui etiam appellarunt chrisma
principale Vnctionem,quæ ex Oleo, & Balsamo
solemni benedictione Episcopi conficitur, vt
constat ex ordinario Romano,& dictum chrisma
quatuor de causis, quas recenset D. Bonauentura
in 2.dist. 23.in principio. Videbis Fortunatum
Sachius sacrorum mirithechium 2.cap.2. qui bene
loquitur.

Itaque dicunt Doctores materiam proximam 15
esse Vnctionem;quia illa est materia proxima sa-
cramenti,in quam forma cadit,siue quæ significa-
tur per formam,& per quam proximè fit,& signi-
ficatur effectus sacramenti: ita Basilius Pontius 2.
p.de hoc sacram.cap.5.n.3. vbi dicit, quod dicta
omnia de Vnctione chrismatis significantur per
verba formæ,*chrismo te chrismate salutis*,& quod
ea etiam significatur effectus sacramenti, scilicet
Vnctio per spiritum sanctum ad robur animæ *ca-
ro enim vngitur* inquit Tertullianus, *vt anima
consecretur,caro signatur, vt anima spiritu illu-
minetur*;& quemadmodum ablutio in baptismo,&
Vnctio in Extrema Vnctione(vt iam de hac dixi)
sunt de essentia sacramenti,sic & materia proxima
huius sacramenti confirmationis est Vnctio chris-
matis, vt tenent Theologi ex D. Thoma *supra
dict.q.72.art.9.*Suarez *disp.33.sect.3.* Bellarmin.
lib.de confirm.cap.8. Ægidius *3.p. q. 72.à n. 47.*
Henriquez *dicto lib. 3.cap.1.n.3.* Valentia *tom. 4.
disp.5.q.1.puncto* 2. Bonacina *disp. 3.puncto 3. n.
4.*& alij communiter & nonnulla nouissime dicit
de hac materia proxima Pat. mag Prad. *de sa-
cram.p.1.de hoc sacram.dubio 4.§.1.*

QVÆST.

QVÆST. IV.

An manuum impositio sit essentialis materia proxima confirmationis diuersa ab Vnctione? An hæc Vnctio de necessitate sacramenti debeat fieri in fronte, & in forma crucis, & quod fiat Vnctio manu Episcopi, & pollice dextro? Et num sint vngendæ aliæ corporis partes? vbi de alapa, & panno, quo circumcingitur frons chrismata?

SVMMARIVM.

1 *Apostoli in confirmatione vsi fuerunt manus impositione, dederuntque visibiliter spiritum sanctum, &* n.2. *& quare* n. 3. & 6. & à n. 5. *expenditur.*

4 *Sola manus impositio non erat materia confirmationis, sed signatio frontis, & Vnctio,* vt n. 5.

5 *Innocent. IV.* in epistola ad Episcopum Tusculanum.

6 *Apostoli aliquando vsi fuerunt chrismate.*

7 *Frontis signatio est de essentia in sacramento confirmationis, iuxta probabiliorem sententiam, vt* à n. 8. 9. & 10.

9 *Frons & sedes verecundiæ.*

10 *Episcopus vngens confirmandum in alia corporis parte, & non in fronte, peccat, & nec facit sacramentum &* n. 19.

11 *Crucis signaculum in fronte est de necessitate sacramenti confirmationis; vbi* n. 12. 13. 14. *contra Aureolum* dict. n. 13.

12 *Constantinus Imperator disertè scribit se à S. Syluestro delinitum in fronte vexillo sanctæ crucis.*

14 *Signatio crucis, & Vnctio insimul ab Episcopo debent ministrari in fronte confirmati.*

15 *Episcopus confirmans debet iuxta vsum Ecclesiæ propriâ manu vngere confirmandum, & in necessitate potest alio instrumento, vt* n. 16. 17. 18.

19 *Materia minima vnguenti chrismatis sufficit pro ministranda confirmatione.*

20 *Episcopus si vngat confirmandum in fronte, non prohibetur illum vngere in aliis corporis partibus* n. 21. *vbi de ritu Græcorum vngendi aures, & nares, vt* n. 22. & 23. *vbi etiam de diuerso more apud illos vngendi alias partes.*

24 *Alapa percutitur maxilla confirmati in signum, vt confirmatus forti, & inuicto animo debeat ferre imminentia propter fidem, cuius omissio non est peccatum mortale, vt* n. 25.

26 *Frons confirmati panno albo circumcingitur, ne recens Vnctio defluat, aut deleatur.*

27 *Cereus ad confirmandum solet deferri, nec est peccatum si omittatur.*

1 AD primam quæstionis partem videtur dicendum, vt impositio manuum Episcopi confirmantis, sit essentialis materia confirmationis, vt colligi videtur ex sacra scriptura *Actor.* 8. *&* 19. vbi legimus Apostolos tradidisse Spiritum sanctum, & hoc sacramentum manus impositione nulla mentione facta vnctionis, vel Chrismatis, & sic nonnulli docent quod Apostoli aliquãdo effectum huius sacramenti contulerunt sine chrismate, vt videtur probari ex nostro textu *in §. fin.* vbi dicit *per frontis chrismationem manus impositio designatur, quæ alio nomine dicitur confirmatio*, & ex concilio Florentino, quod cum adduxerit in Decreto Eugenij locum ex *dicto cap. 8. actorum,* in quo Apostoli per impositionem manuum dederunt spiritum sanctum inquit *loco autem illius manus impositionis datur in Ecclesia confirmatio.*

Imo & sentit Alensis *in 4. p. q. 9. membro 2.* 2
Apostolos nunquam vsos fuisse chrismate in confirmatione, sed sola manus impositione dedisse visibiliter spiritum sanctum, & confirmasse; & Scotus *in 4. dist. 7. q. 1. ad 1. Apostolos* dicit non fuisse vsos chrismate, sed impositione manus, & fortasse id toto tempore Apostolorum durasse; cum ergo in dictis locis scripturæ nulla fiet mentio Vnctionis, nec chrismatis, sed tantùm impositionis manuum, videtur credendum non fuisse adhibitam ab Apostolis in illis locis Vnctionem, cum tunc daretur spiritus sanctus visibiliter, vt etiam colligitur ex admiratione Simonis Magi, & oblatione pro huiusmodi potestate comparanda. † 3
Item quia ad Apostolicam Dignitatem pertinere videtur, vt faciliori modo, scilicet per manus impositionem darent spiritum sanctum cum ingens esset multitudo eorum qui conuertebantur, & eorum celsitudini conueniens erat, vt concederetur priuilegium ministrandi sacramentum confirmationis sine chrismate.

Sed quia infinita congerit Basilius Pontius pro 4
vero intellectu prædictæ manus impositionis ex Patribus, aliisque fortissimis fundamentis *de hoc sacram. p. 2. c. 6. per totam,* & concludit *n. fin.* prædictam impositionem manuum, de qua fit mentio in dictis locis *actor.* 8. *&* 9. per quam dabant Apostoli spiritum sanctum, non fuisse sacramentum confirmationis, colligens in hoc sacramento non esse aliam manuum impositionem diuersam à chrismatione, & Vnctione; & ideo hoc sacramentum impositionem manuum appellari, nec esse aliam materiam proximam huius sacramenti, quam Vnctionem, & illammet esse signationem & impositionem manuum (vt dixi *quæst. præced.*) ideo duxi prælibare nonnulla pro explanatione, & intellectu huius dubij, & facti Apostolorum.

Et sic sunt subiicienda verba Innocentij IV. 5
in Epistola ad Episcopum Tusculanum Apostolicæ sedis legatum in Regno Cypri super ritibus Græcorum, quam refert ad verbum Naldus *in summa* verbo *christianus* 1. vbi cum Innocentius loquitur de hoc sacramento, habet sequentia: *soli Episcopi consignent chrismate in frontibus baptizatos; quia huiusmodi Vnctio non debet, nisi per Episcopos exhiberi; quoniam soli Apostoli, cuius vices gerunt Episcopi per manus impositionem, quam confirmatio, vel frontis chrismatio repræsentat spiritum sanctum, tribuisse leguntur.* Quæ verba explanans Basilius Pontius *dicto cap. 6. n. 11.* dicit illam impositionem manuum per quam Apostoli spiritum sanctum tribuisse leguntur, dici ab Innocentio IV. repræsentari per sacramentum confirmationis, & chrismationem frontis, inferens, vt illa impositio manuum Apostolica, per quam dabatur spiritus sanctus, nec esset

eiſſet confirmatio,nec chriſmatio;quia de vocibus ipſis, non potuit Pontifex dicere vocem confirmationis, aut chriſmationis repræſentare impoſitionem manuum: alia in confirmationem reperit, vbi *n.* 16. deducit ex prædictis locis non deduci Apoſtolos, tunc vere miniſtraſſe ſacramentum confirmationis,& quod Pontifices, & Patres ex facto Apoſtolorum colligunt eiſe nempe non dediſſe ſpiritum ſanctum per Vnctionem, ſed ex identitate effectus illius impoſitionis manuum,& confirmationis;&.ita Baſilius ait *dicto cap.6.n.*18. Pontifices Innocent.IV.& Eugen.IV. ſatis indicaſſe in locis *ſub n.*1.adductis, Apoſtolos in illis locis actorum non fuiſſe vſos Vnctione, ſed dediſſe effectum confirmationis ſine confirmatione; & vt reſpondent auctores ſecundum Baſilium *dicto cap.*6.*n.*10. Innocentium, & Eugenium in relatis verbis *ſub dicto n.*1.non diſtinguere ritum à ritu,ſed tantum modum loquendi à modo loquendi, ſolumque velle dicere id ipſum, quod Apoſtoli faciebant cum dicebantur manus imponere,nunc facere Epiſcopos;cum dicuntur confirmare;quia quod tunc vocabatur manus impoſitio, nunc vocatur confirmatio.Sed hoc idem Baſilius *ſub dicto n.*10.improbat,vt ridiculum, & reſidet in proxima antecedentis ſolutione relata ab ipſo ibi *dicto n.*11.ex Naldo; & breuiter hæc omnia expendit Ægidius Trullench. *de hoc ſacram. q. vnica ſub n.* 7. in verſ. *præter Vnctionem* cum D. Thoma,Henriquez,Suarez,Bonacina,& aliis, dicens Apoſtolos confirmaſſe vtroque modo, vt in verſ. ſequenti, & nouiſſimè expendit, legendus D.Pat. Prad. *de ſacram. p.*1.*de hoc ſacram. dubio* 4.§. 1.*& late* §.4.*&* 5.vbi eligit cum D.Thoma mediam ſententiam quæ patet etiam *à n.ſeq.*

6 Nec eſt negandum, vt aliqui Patres dicunt Apoſtolos aliquando vſos fuiſſe chriſmate, vt idem fatetur Baſilius Pontius *dicto cap.6.ſub dicto n.* 18. latè alia adducens de prædicta manus impoſitione,ſed quare vſos fuiſſe manus impoſitione,& non chriſmate *in dicto cap.*8.*&* 19 actuum Apoſtolorum docet Sahagun *de hoc ſacram.n.*18. ſic feciſſe,ne à populo rudi, & duro contemneretur confirmatio, quæ ſucceſſit in Eccleſia dictæ manuum impoſitioni Apoſtolorum. Et his omnibus addo longe diſputantem Beccanum de hoc ſacramento,quia verſ.*ex his* explicans verba actorum 1.verſ.8. ibi *accipientis virtutem ſpiritus ſuperuenientis in vos, & eriſtis mihi teſtes in Iudea,& ſamaria,& vſque ad vltimam terra*,& *in dict.actor.*8 verſ.15.ibi:*orauerunt pro ipſis,vt acciperent ſpiritum ſanctum*, & ibi in verſ. 17. *tunc imponebant manus ſuper illos,& accipiebant ſpiritum ſanctum*, & *in dicto cap.*19.verſ. 6. *ibi:cum Paulus impoſuiſſet illis manus, venit. Spiritus Sanctus ſuper illos*: concludit in verſ. *reſpondeo fin.* dicendo, quod Apoſtoli præter impoſitionem manuum ordinariè adhibuerunt etiam Vnctionem chriſmatis, & partes eſſentiales huius ſacramenti,bene probans Chriſti inſtitutione.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem, an hæc vnctio debeat fieri in fronte de neceſſitate ſacramenti; videtur quod non, vt exiſtimant nonnulli, ſed tantùm de neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici, ſic vt non ſit eſſentiale, quod frons vngatur, ſed valere ſacramentum confirmationis, etiam ſi alia pars vngatur,& non frons,tenent ſic Ledeſma, *q.* 72. *art.* 9. Victoria. *in ſumma de ſacram. confirm. q.* 18 *fin.* & dicit probabile eſſe Filiucius, *tract.* 3. *num.*15.

Probabilior imo,& certa eſt contraria ſententia, Vnctionem chriſmatis neceſſario faciendam eſſe in fronte,& forte de fide:ita tenendum dicit Baſilius Pontius *de hoc ſacram.p.*2.*cap.*5.*n.*5.& probatur ex Prudentio *in Phycomachia ibi*: *poſt inſcripta Oleo frontis ſignacula*, ex Cyrilo *in chathecesi* 4.ibi:*impinguauit enim caput in fronto per ſignaculum*:& hoc ſic fieri debere Doctores profitentur,& iura, vt clara cordis, & animi demonſtratio ad fidem publice propugnandam ibi conſtituatur, *cap. Presbyteris* 18. *de conſecrat.diſt.*4.*cap.noniſſime de conſecrat. diſt.* 5. *& ex hoc noſtro* §.*per frontis*, & id clare colligitur ex Concilio Florentino *in decreto de Armentis* † 8

quia cum frons ſit ſedes verecundiæ, par eſt,vt confirmandus,in fronte inungatur.vt ſine rubore, & verecundia Chriſti nomen confiteatur:ita docent Pontifices Damaſius, & Innocentius I. & Leo I. Ioannes III. & Innocent. III. in textu noſtro, & Concilium Hiſpalens 2. Florent. *cap.* 40.Cyprianus *in ſermone de Vnctione Chriſmatis*, Auguſtinus *in pſalmo* 141.in illa verba *in via hac, qua ambulabam*,Baſilius Pontius cum illis *diſt.n.* 5.ita etiam *Gregor.* 1.Bellarmin.*in cap.*4.*propoſit.* 4.cum dictis Pontificibus, & conciliis; item ex D.Thoma *dicta q.*72.*art.*9.Henriquez *lib.*3.*cap.* 2.*n.*3.*& cap.*5.*n.*4 Suarez *diſp.*33.*ſect.* 2. vbi dicit oppoſitam ſententiam,non ſolum eſſe falſam, ſed valde temerariam, quam D. Baſilius Pontius dixit omnino falſam, & pluſquam temerariam, Viuald. *de ſuſcip.confirm. n.* 4. Bonacina *diſp.* 3. *punct.*3.*n.*5.cum Camerota,Nugno, Graffio, & aliis,Soto *diſt.*7.*art* 9.*n.*5.Hurtad.*difficul.*6.Diana *in* 3.*p tract.*4.*reſ.*27. cum aliis Ochogauia *de ſacram.confirm.q.*4 *n.*3. & apud ipſum Scotus, Durandus,& Gabriel *diſt.*7. Peſantius *in* 4. *p. q.* 72.*diſp.*2.*concluſ.*6. Layman.*de confirm. cap.* 2. *n.* 5.Angles *art.*3.*concluſ.*3. Petrus Cenedo *cap.* 3. Reginald.*lib.*28.*n.*9. Angelus *diſt.* 7. *à pag.* 69. *Baunij de confirm.q.*4.*corol.* 6. *& q.* 5. Leander *diſp.* 3.*de hoc ſacram.q.*10.cum Caſtro Palao,de Caſtillo, Trullench. Nicolao Plode,& aliis multis, Barboſa *de offic. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 30. *n.*23.

Et probatur etiam noſtra concluſio ex vſu Eccleſiæ ab antiquis Patribus comprobato,præcipuè Tertulliano *lib.de præſcriptione cap.*40.Dyoniſio *de Eccleſiaſt.Hierarchia cap.*2.*p.*2.D.Cyrilo Ieroſolimit *in chathecheſi* 3.*&* 4.Myſtagogica,Gregorio Turonen.*lib.*2.*de geſtis Francor.cap.*31.cum multis aliis Diana *p.*9.*tract.*8.*reſ.*30. dicens Ledeſmam, & Victoriam in hoc fœde lapſos; & quod Epiſcopus non ſolum peccaret mortaliter vngendo cum chriſmate in alia corporis parte, & non in fronte.ſed & quod efficeret ſacramentum nullum ita,& alia tradit cum Suarez,D.Thoma, & Layman addens quod etſi antiqui Patres expreſſe non dixerint hanc in fronte ſignationem non eſſe eſſentialem;ſatis tamen indicaſſe abſque vlla varietate conuenientes ita faciendam eſſe; & faciunt dicta in verſ. *ad tertiam* ſequenti nouiſſimè ſupra legendo de Prad. *de confirm. dict. dubio* 4.§. 10

Ad tertiam quæſtionis partem, an chriſmatio debeat fieri de neceſſitate ſacramenti in forma crucis ex fundamentis iactis ſub verſ. *ad ſecundam*,loquuntur Doctores pro affirmatiua ſententia,vt Henriquez *dicto lib.*3.*cap.*1. §. 3. Barboſa cum Marco Antonio Genuens *cap.*54.*n* 8.Bonacina,& aliis *ſupra dicta alleg.*30.*dict.n.*23.Suarez 11

vbi

*vbi ſupra dict.diſp.*33. cum aliis Ægidius Trullench.*de ſacram.lib.*2.*cap. vnice ſub n.* 7. Diana cum aliis *dicta p.*9.*tract.*8.*reſ.*30.ſub verſ.*ſed viri* colligentes ita ex verbis formæ , quibus confertur hoc ſacramentum ab Epiſcopo pro ferente ſequentia:*conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris &c.* Sahagun *de hoc ſacram.* qui ex textu noſtro *in* §. *per frontis* probans *n.*19. crucis ſignum in confirmatione,adeo neceſſarium eſſe , vt ſine eo eſſet falſa confirmatio , cuius ratio ſatis colligitur ex verbis Concilij Florentini in relato Decreto de Armenis declarantis huius inſtitutionis rationem,quare in fronte ; quia ibi *verecundia ſedes eſt* (vt dixi) *& ne Chriſti nomen confirmandus confiteri erubeſcat & præcipuè crucem eius, quæ Iudæis eſt ſcandalum , gentibus autem ſtultitia ſecundum Apoſtolum propter quod crucis ſigno ſignatur,*ob idque Baſilius Pontius *de hoc ſacram. dict. p.* 2. *cap.*5.*n.*4.appellati dicit hoc ſacramentum *ſignaculum,*ſiue *ſigillum Dominicum* , quo Baptizatus ab Epiſcopo obſignatur,vt dixit ipſe 1.*p.cap.*1. & ego ſupra *q.*1.

12 Et confirmatur ex edicto Conſtantini Imperatoria diſertè ſcribentis ſanctum Syluestrum linuiſſe in eius fronte vexillum ſanctæ crucis,& ex verbis Ambroſij *lib.*9.*de ſacram.cap.*2.ibi , *vnxit inquit te Deus , ſignauit te Chriſtus , quomodo? quia crucis ipſius ſignatus eſt forma ad illius paſſionem;accepiſti ſignaculum ad illius ſimilitudinem,* & ex Gregorio Turonenſi *dicto lib.*2.*de geſtis Francor.cap.* 31. *ibi : Clodoueus delibutus eſt ſacro chriſmate cum ſignaculo crucis,*& manifeſtè conſtat ex Pontificali Romano ex aliis congeſtis à dicto Baſilio Pontio inferens traditione Eccleſiaſtica dermatum videri Vnctionem illam in formam crucis fieri debere , cuius virtute robur nobis infunditur ad debellandos inimicos crucis Chriſti.

13 Vnde etſi Aureolus *in* 4. *diſt.* 7.*q.* 1.*prope finem,* Viuald.*de ſuſcip.confirm. n.* 5. Maure 3. *p. examini cap.* 1. §. 7. & Scrutinium ſacerdotale *tract,*5.*de ſacram. confirmationis* verſ. *quod ſunt de ſubſtantia* exiſtiment non eſſe de neceſſitate ſacramenti , vt confirmandus cruce ſignetur ab Epiſcopo in fronte ; dum confirmatur nihilominus ex dictis , multo probabilius pro noſtra ſententia , & ex verbis dictæ formæ *ſigno te ſigno crucis &c.*docent S.Thomas *in* 3. *p. q.* 72.*art.*4. *ad* 3.Victoria *dicta quæſt.fin.* Sotus *art.* 6. vterque Ledeſma,Gabriel,Durand. Scotus , Bellarm. quos ſequitur Henriquez *in ſumma dicto lib.* 3. *cap.*2.*n.*3.Nicolaus Ploue,Vega, Filliucius Hurtadus,Diana,Philippus de Cruce, Villaloboa , & alij,quos ſequitur Leander *dicto tract.* 3. *de ſacram. diſp.* 3. *quæſt.*10.Bonacina *diſp.*3.*puncto* 3. *n.*4.cum Sa Ægidio,Nugno, Petigiano,Angles , & aliis , Binsfeldius *de confirm.* §. 2. Archangel. *dict.*7.*pag.*70.

14 Et taliter Vnctio chriſmatis debet fieri in forma crucis ab Epiſcopo , quod nequaquam ipſe ſatisfaciat,ſi confirmandum ſignet cruce,& poſtea vngat , quia neceſſario debet facere Vnctionem ipſam in figuram,& in formam crucis:ita Caſtro Palao *de hoc ſacramento puncto* 1.*n.*3. de Caſtillo *dubio.* 5. *n.* 55. Ægidius Trullench. *vbi ſupra dicto lib.*2.*de ſacram q.vnica ſub n.* 7. & Baſilius Pontius *dicto cap.* 5. *n.* 4. probat ex Dyoniſio *de Eccleſiaſt. Hierarchia dicto cap.* 2. ex Innocent. 1.*epiſt.* 1. *cap.*3. & ex aliis iam adductis ſignum prædictum crucis imprimi ipſa Vnctione,& non actione alia diſtincta videbis nouiſſime Pat. Prad.*de hoc ſacram.dubio* 4.§.1.

15 Ad quartam quæſtionis partem , an quod fiat manu Epiſcopi,in quo dubio Suarez *ſect.*3. *diſp.* 33.*in p.*2.*prope finem* , quem ſequuntur Ægidius *n.*54.Syluius *art.*4.*prope finem,*Peſantus *diſp.* 2. *in fine,*Petigianus *in* 4.*diſt* 7.*q.*1.*art.* 6. *in fine* , Layman *tract.*3.*cap.* 2.*in fine* , Bonacina *diſp.* 3. *q.vnica puncto* 3.*n.*4.Filliucius *tract.*3.*cap.*1. *q.* 7. Reginaldus *lib.*28.*cap.*2.*n.*10.& Baſilius Pontius *de hoc ſacram.p.*2.*dict.cap.*5.*n.fin.*valdè probabiliter dicunt eſſentiale eſſe , vt Vnctio fiat immediatè manu Epiſcopi,vel confirmantis idonei , & non penna , vel aliquo inſtrumento , Diana cum alius *p.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 22. *&* 28.*idem dicta p.*9. *tract.*8.*reſ.*30.Trullench.*dicto n.*7. de Caſtillo *n.* 66.*&* 151.Paulus *tract.*20.*puncto* 3. *n.* 4. Bauny *de confirm. vbi ſupra Corol.* 6. & alij deſumentes rationem , tum ex praxi Eccleſiæ in Pontificali Romano aſſignates;tum etiam quia , vt dixi *hic à n.*1.Vnctio nunc eſt impoſitio manuum , quæ in hoc ſacramento confirmationis adhibetur , nec quod eſſet manus impoſitio,ſi medio aliquo inſtrumento vngeret Epiſcopus;quia conſtat, vt ibi dixi hoc ſacramentum à primis exordiis Eccleſiæ impoſitione manus conſici ex Apoſtolorum vſu relato.

16 Alij inquam æquè probabiliter exiſtimant non eſſe de neceſſitate ſacramenti , ſed de præcepto Eccleſiæ Vnctionem immediatè fieri ipſa manu , vel digito Epiſcopi,eo quod ſi fiat Vnctio medio aliquo inſtrumento v.g.*penna,*verificantur verba formæ ; & quia non eſt credibile Chriſtum inſtituiſſe , vt ex re non tanti momenti pendeat valor confirmationis;& ſic ſufficere , quod fiat inſtrumento aliquo:ſic docent Heredia *de confirm. diſ.*6.vbi citat Henriquez *dicto lib.*3.*cap.* 3. Viuald.*cap.* 2.Leander cum aliis *dicta diſp.*3. *tract.* 3.*de hoc ſacram.q.*12.dicens prædictos Doctores id non docere , ſed tantum eſſe probabilem ſatis , docere Suarez,Filliuc.Peſant.Dianam.

17 Vnde infero quod etſi Filliucius *ſupra n.* 17. Layman *lib.*5.*tract.*3.*cap.* 2. *n.* 5. Suarez *ſect.* 3. Zambran apud Dianam *dict.p.*3. *tract.*4.*reſ.* 22. Hurtado,Ochogauia Lublino verbo *confirmatio,* Reginald. *dict. lib.* 18. *n.* 10. *&* Bonacina cum Nugno , Banny , & Paulus quos refert Leander *dict. p.* 3. *q.* 13. exiſtiment, vt peccet mortaliter Epiſcopus qui alio Digito, quam dextro pollice , confirmet:tamen æquè probabiliter idem Leconder de Caſtillo *de confirm.dubio* 12.*n.*149.Trullench.*dicta quæſt. vnica ſub n.* 7. Nugnus *q.* 72. *art.*4.*dif.*3.*concluſ.*4.Diana , & Baſilius Pontius cum iam ab eo relatis *dicto cap.*5. *dicunt fin.* non pertinere ad eſſentiam ſacramenti , quod ea Vnctio fiat Police Dextro,vel Syniſtro,vel alio Digito Epiſcopi quamuis ſit de neceſſitate præcepti, propter praxim in Pontificiali Romano obſeruatam,& Barboſa cum Zambrana infrà referendus, & cum Layman *ſuprà dicit dict.alleg.*30.*p.* 2. in Paſtorali;ait certum eſſe obligari Epiſcopum ſub præcepto vngere immediate dextro Police; quod ita præcipit Pontificiale,dicens cum aliis nullum eſſe hoc ſacramentum ſi conferatur medio inſtrumento.

18 Infero ſecundò multo melius poſſe Epiſcopum confirmantem lite tempore peſtis,medio inſtrumento aliquo , quidquid renuat Diana *dicta p.*9.*reſ.*30.*in fine* ; quatenus dicit cum Pontio , Petigiano

Perigiano, Reginaldo, Filiucio, & Castro Palao tom.4.tract.20.disp. unica, punct.3.n.4.& aliis, necessarium esse, vt fiat vnctio prædicta manu Episcopi immediatè; quia impositione manus, hoc sacramentum à primis Ecclesiæ exordiis conficitur, vt constat ex Apostolorum vsu adducta, supra à n. 1. nam in casu dictæ necessitatis, supposita iam adducta resolutione sub vers. alij, non deficit manus impositio; quando penicello, seu calamo, idem Episcopus in manutento, confirmat signando; quia cum eo instrumento forma huius sacramenti verificatur: ita Quintanal Dueñas, in theolog. morali tom.1.tract.1.singul. 3.n. 5. vbi citat Leandrum, Hurtadum, & Herediam acerrimè in omni euentu videtur defendere, vt non nisi digito, & manu Episcopi, Trulench. sub dict.n.7.

19 Quod si dubites de quantitate materiæ, quæ requiritur ad vnctionem istam confirmandi, breuiter respondeo minimam sufficere; quia hac potest minister digito linire frontem pueri, sicut de materia baptismi omnes profitentur, Hurtado in terminis confirm. dis. 6. in fine, Castro Palao dicto puncto 3. n. 5. Bonacina dict. disp.3.quæst. vltima.puncto 3.n. 5. de Castillo suprà dubio 5. n. 61. Leander dict. disp. 3.tract. 3. de sacram. q. 16. Ægidius Trullenq. dicta quæst. vnica, lib. 1. de sacrament. sub.num.7.

20 Ad quintam quæstionis partem, an ad confectionem huius sacramenti confirmationis, debeant vngi aliæ partes corporis præter frontem? In quo dubio primò dico, quòd si frons non vngitur, aliæ verò partes corporis sic, non efficiantur sacramentum confirmationis, verum si vngatur prolata cum forma confirmandi, frons non inde prohiberi, quod aliæ, seu nonnullæ partes corporis confirmandi vngantur à confirmante, vt sensus, iuxta consuetudines diuersas Ecclesiarum: ita nouissiuè Diana, dicta p.9.tract.8.res.30. vers.nota tamen, vbi sequentibus verbis dicit sic constare ex recepta consuetudine Ecclesia à primis temporibus, & approbata ab Ecclesia Romana &c. Et quod id conuincitur primò ex consilio secundo generali, quod est Constantinopolitanum 1. can. 7. Vbi statutum est quosdam hæreticos ad Ecclesiam redeuntes recipiendos, & obsignandos sancto chrismate in fronte, oculis, naribus, & ore, & auribus, in quibus verbis, planè de sacramento confirmationis sermonem esse dicit addens, vt quemadmodum Græci in sacro fronte Baptizandos, in aquam totas emergunt: ita etiam in confirmatione diuersas corporis partes inungunt toties repetita forma, & quod talis actus ex nullis particularibus collectus moraliter dequendo vnus consensus sit, quamuis in prima Vnctione frontis sacramentum confirmationis perfici, & effectum sortiri, indubitatum esse debeat ita Diana.

21 Et ante illum, eo non citato, amplè probat Basilius Pontius ex dicto concilio p.1. de hoc sacram. & dict. 2.p. dict.cap. 5. n.6. quod prædictus modus est receptus apud Græcos multis in canonibus; quia per ea sacramenta reconciliabantur, quæ ab ipsis omissa erant, & quoad easdem prorsus partes vrgendas, quas expressit dictum concilium, recenseat etiam antiquissimum euchologium patriarchale manuscriptum, & similiter Cyrillus Hierosolimitanus, qui fuit vnus ex Patribus eius concilij Generalis, qui se subscripsit, agens de hoc sacramento chatechesi 3. Vbi inquit primum hoc vnguento Symbolice vngi frontem, & alios sensus corporis, & Deinde multas partes vngendas enumerat hisce verbis: primum frons illinitur, vt eum abstergata nobis pudorem, quem primus homo transgressor perpetuò circumferebat, simulque efficiat vt possimus, (vultu non velato,) Gloriam Dei intueri.

Et quod deinde aures inunguntur, vt ad audienda Diuina mysteria, aures accipiamus, de quibus dicebat Isaias: addidit mihi Dominus aures ad audiendum, & Dominus in euangelio, qui habet aures audiendi audiat. Posteà nares, vt diuinum recipientes vnguentum dicamus Christi gratus odor sumus in his, qui saluantur. Item & pectus inungi, vt induti Toracem Iustitiæ, fortiter aduersus insultus Diaboli concitatis: hæc omnia Cyrillus. 22

Ex quibus colligit Basilius (vt videre est ex dictis) varietatem esse apud ipsos Græcos circa partes vngendas chrismate in hoc sacramento; si quidem dictum concilium 2. generale, & vetustissimum euchologium, recensent, frontem, oculos, nares, os, & aures, Cyrillus autem, frontem, nares, & pectus, euchologia autem Tipis excussa, quibus modo passim vtuntur Græci, frontes, oculos, nares, os, aures, pectus, manus, & pedes, & quod nihil contra dictam consuetudinem Græcorum hactenus illis opposuerit Ecclesia latina, cum tamen in multis alijs rationem facti quæsiuerit vt constat ex concilio Florentino, concluditque Basilius hoc quidem magno argumento apparere vctionem frontis essentialem esse cùm omnes, tàm Greci, quàm Latini in ea vnctione conueniant, & de ea, sicut de aliis essentialibus loquantur, reliquas verò partes corporis vngere, non esse de necessitate sacramenti, sed præcepti iuxta Ecclesiæ vniuscuiusque morem. 23

Ad sextam quæstionis partem de alapa, qua percutit Episcopus confirmando, & de panno, quo cingitur eius frons chrismate, breuiter respondeo ad primum quod percutitur maxilla confirmati in signum confirmatum forti, & in victo animo, debere ferre imminentia, propter fidem; & vt se recordetur hoc sacramento, semel initiatum esse, ne iterum ad illud audeat accedere: ita Durandus de Diuin.cap.84.lib.6.n.6. Bartholom ab Angelo, dialogo 3.§.34. Camerota de hoc tractatu, cap.7.dubio 4. Bonacina, & cum eo Barbosa in pastorali dicta 2.p.alleg.30.n. 26. & 27. 24

† Vbi etiam resoluunt omissionem alapæ non videri peccatum mortale; & licet Sa, verbo confirmatio n.10. Ludouicus de S.Ioan.q.5.art.9.dubit. 1.conclus.13. Ledesma, Valentia, & alij, videantur tenere peccare venialiter: Tamen Archangelus vbi suprà, idem Valentia, Leander de hoc sacram. Cum Soto, & aliis disp. fin. q. 11. & 13. docent prædicta, & quod nullum sit peccatum, si omittatur alapa citra contemptum. 25

Ad secundum respondeo frontem confirmati panno albo circuncingi, ne recens Vnctio defluat, aut deleatur, & septima Die deponitur, & in Concilio Balbacensi relato in cap. si quis voluerit 121. de consecrat. dist.4. dicitur quod pannus chrismalis, quo caput pueri in fronte per Episcopum, vel in vertice per Presbyterum circungitur, potest iterum super alium chrismatum, aut Baptizatum imponi, vt referunt Barbosa dictu alleg.30.n. 24. & 15. & Durandus in rationali Diuinorum lib.6. dict. cap. 48. n. 9. in praxi verò videmus illicò confirmatos pergere ad fontem baptizandorum, vbi adsunt sacerdotes, qui eos abluunt chrisma, 26

tollendo

tollendo pannum. Et Iudico, ne abutantur confirmati tali vnguento de facili, radendo Digitis, aut palma manus.

27 Pro complemento notandum eſt, quod etſi ſoleant confirmandi, cum pergunt ad confirmandum, ſeu Parentes ad confirmandos pueros, ferre Cereum, quod offerunt; tamen ſi illum omittant ferre, non peccare mortaliter, docent Zambrana de caſibus occurrentibus tempore mortis, *c.2.dubio vltim.n.* 1. idem Barboſa *dicta alleg.30.n.27.* & cum valentia, Soto, & Archangelo, docet Leander *dict.q.* 23.*in fine.* ſi omittat citra contemptum, & ait cum Archangelo, quod cereus, qui offertur, eſt actua quidam religionis.

QVÆST. V.

An forma huius ſacramenti eadem ſit apud Græcos, ac eſt apud latinos? ſitque de neceſſitate ſacramenti? vbi an omnia eius verba ſint eſſentialia ad valorem ſacramenti? ſitque neceſſaria expreſſa inuocatio ſanctiſſimæ Trinitatis? ſeu ſufficiat dicere verba confirmetur, *&* ſignetur ſeruus Chriſti, *aut alia verba æquipollētia Poſſitque Pontifex aliqua mutare?*

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis ſacramenti forma eſt*, ſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis &c. *à Chriſto tradita, & ab Apoſtolis promulgata* n. 2. *ea quæ vtitur Eccleſia latina, vt* n. 3.

4 *Confirmationis ſacramenti forma apud Græcos eſt* ſignaculum donationis ſpiritus ſancti amen, *expenditur numeris ſequentibus, vbi de forma, qua Conſtantinus Imperator fuit confirmatus à Sylueſtro,* & n. 5. *&* à n. 27. & 29.

5 *Conſtantini Imperatoris edictum de confirmatione, qua à Sylueſtro linitus eſt.*

7 *Redeuntes ad Eccleſiam à quibuſdam hæreſibus, qualiter Baptizarentur, & confirmarentur.*

8 *An nullus ſacramenti confirmationis, quæ per anthonomaſiam vocatur ſignaculum.*

9 *Beſſarion Cardinalis authoritas fuit magna in concilio florentino ad conuincendos Græcos, & vniendos cum latinis.*

10 *Stanislaus Socolbius Rex Poloniæ Theologus inſignis, vertit cenſuram Hieremiæ Conſtantinopolitani ex Græco in latinum, & annotationibus illuſtrauit.*

12 *Forma confirmationis ſacramenti, num ſufficiat prolata per modum imperatiui, & optatiui ex* n. 13.

13 *Verba formæ confirmationis ſacramenti* crucis, *&* chriſmate ſalutis, *num debeant exprimi a proferente pro ſubſtantia formæ* n. 14. 15. *vbi affirmat Suarez ex aliis.*

16 *Forma verborum geminatio* ſigno te, *&* confirmo te *ſimul prolata ſecundum quoſdam, non requiritur præciſè, docentes, vt ſufficiant* ſigno te, *vel* confirmo te; *alij vtraque verba requirunt pro eſſentia formæ huius ſacramenti, vt* n. 17.

18 *Forma ſacramenti confirmationis, num eſſentialiter requirat expreſſam prolationem verborum ſanctiſſimæ Trinitatis, vt* n. 19. 20. & 21. *& videtur quod non, vt* n. 22. *niſi in ſacramento Baptiſmi.*

20 *Græci non expreſſerint in collatione ſacramenti confirmationis ſanctiſſimæ Trinitatis verba.*

22 *Baptiſmi forma requirit eſſentialiter expreſſionem verborum ſanctiſſimæ Trinitatis. Et quare non ſic in confirmatione.*

23 *Confirmatio, forma prolata per verba imperatiua, ſeu optatiua, num ſufficiat, vt prolata per verba indicatiua* à n. 24. 25. 26. 27. *& explicatur* n. 30. 31.

26 *Græcorum forma* ſignaculum Domini Spiritus ſancti, *qualiter ſuſtineatur.* n. 27. 28. 29. *vbi explicatur.*

28 *Forma verba* conſignet te Deus ſigillo fidei *à Conſtantino dicta, num ſuſtineatur, &* n. 29.

31 *Pontifex poteſt permittere, vt Græci confirment ſub forma* ſignaculum doni Spiritus ſancti, *vel alia Conſtantini* conſignet te Deus ſigillo fidei.

32 *Reconfirmandi ſunt pueri Baptizati à Presbyteris, qui ſimul apud Græcos ſolebant illos confirmare.*

33 *Chriſmatis ſacri apud Græcos olim fuit vſus duplex, ceremonialis vnus, & reconciliatiuus hæreticorum redeuntium, alter ſacramentalis.*

34 *Sententia ſecurior in formis ſacramentorum ſequenda.*

AD primam quæſtionis partem antequam de Græca, ſiue latina forma diſputem affirmo formam huius ſacramenti confirmationis ſequentibus deſtinari verbis: *Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti,* vt referunt Cardoſus verbo *ſacramentum confirmationis n.* 3. Valerius Reginald. *lib.28 cap.24.* cum multis Diana *p.3.tract.4.reſolut.27.* Valentia *tom.4.diſp.5.q.1. puncto 3. Chatechiſm. Pij V. p.2. cap.3.n.10.* & alij referendi communiter, & deprehenditur *ex cap. Presbyteros 118.de conſecrat.diſt.4.cap.ſpiritus ſanctus* cum ſequentibus *de conſecrat.diſt.5.* & ex hoc noſtro textu *in §. per frontis, & ex concilio florent.* quod Eccleſiæ traditionibus probant D. Thom. *3.p.q.72.* Sotus *in 4.diſt.67.art.4.* Victoria *de hoc ſacram n.41.* Oſius, Daniſius, Alanus, & Somnius, quos refert, & ſequitur Sahagun *de hoc ſacram.ſub n.17* & cum Decano, Loban, & Ledeſma, quibus accedunt Suarez *p. 3. diſp. 33.ſect.5.* Ægidius Trullench. cum aliis *de ſacram.lib. 2. q. vnica n.8.* Baunij *de hoc ſacram.q. 6.* Diana cum multis *p.8.tr.1.reſol.8.* & cum de Caſtillo *dub.7. n.74.* Caſtro Palao *punct.5.n.1.* Archangelo *dict. 7.pag.67.col.2.* & aliis Leander *de ſacram tract.3. diſp.1.q.15.* † & omnes Doctores affirmantes optime etiam à Chriſto Domino eſſe hanc formam traditam, & ab Apoſtolis promulgatam & congruentiam eſſe quia confirmatio eſt perfectio Baptiſmi nouiſſime P. mag. Prad. *de hoc ſacram. dubio 1.3.nn.12. & 13.* 1 2

Quare non eſt audiendus Archidiaconus *diſt.5. in c.nouiſſime* apud Hugonem ibidem negantem, quod forma aliqua ſit neceſſaria de ſubſtantia huius ſacramenti, cum credat quod ſacramentum olei; & ſacramentum chriſmatis poſſit conferri, 3

fine verbo;dummodo fiat Vnctio de oleo, vel de
Balsamo consecrato;nec etiam est audiendus,etsi
apud Nicolaum Plouc *de comfirm. pag.* 10. so-
lum hoc referat, aut sub dubio neget. Relata
inquam forma, est qua vtitur Ecclesia latina, vt
ponit Concil.florent.*in Decreto Eugenij IV.*&
colligi potest eam vetustissimam esse ex rela-
tis ab Ambrosio de his qui initiantur mysteriis
cap. 7. ibi: *signauit te Deus Pater, confirma-
uit te Christus Dominus, & dedit pignus spiri-
tus in cordibus tuis*, tradit Basilius Pontius *de
hoc sacramento p.2.cap.fin.num.1.*dicens quod in
relata forma explicatur causa principalis effectus
confirmationis, scilicet sancta Trinitas, effectus
ipse,qui est robur spiritus,& signum militiæ quod
est character.

4 Iam ergo de similitudine, aut de similitudi-
ne formæ Græcorum, & de eius sufficientia in-
quirendum est inter eos, in qua forma recepta
quæ extat in omnibus euchologiis Græcorum,
tam excussis,quam manu scriptis hæc est *signacu-
lum Donationis spiritus sancti amen*, de qua du-
bium est,an sit forma legitima,& quantum colli-
gi potest ex scholasticis videantur sentire nullam
aliam esse formam præter relatam,qua Ecclesia la-
tina vtitur sufficiente, quia cum de hoc sacra-
mento disputant, nullius alterius formæ men-
tionem faciunt, vt loquuntur antiqui omnes,
& ex recentioribus Suarez *dicta disp.* 33. *sect.* 5.
Bellarm,*lib.*2.*cap.* 10. Ægidio *in hoc articulo* 4.
Valentia *disp* 5 *generali q* 1.§. 10. Gamacheo *de
hac q.cap.*5.qui,& Soto *in 4. dist. 7.q vnica art.
4 in solut.ad* 1.colligere sic videntur respondentes
ad edictum Constantini referens verba formæ,
quibus fuit confirmatus à Syluestro,quæ non con-
tinent integram huius sacramenti formam. Alij
vero dixerunt Constantinum non retulisse distin-
cte omnia, quæ in eius confirmatione gesta sunt
& ita formæ partem omisisse.

5 Sed quia edictum relatum Constantini, quod
extat *tom.* 1. *concilior.* post vitam S. Syluestri,
vbi cum Imperator referret quid egerit S. Syl-
uester, cum ipsum Baptizauit, & confirmauit,
loquitur sequentia verba *septiformis gratia spi-
ritus sancti adhibuit beati chrismatis Vnctio-
nem, & vexillum sanctæ crucis liniuit in mea
fronte, dicens, signet te Deus sigillo fidei in
nomine Patris, & filij, & spiritus sancti* cun-
ctusque clerus respondit *amen*; & quamuis dici
posset hoc edictum esse commentitium, & nul-
6 lius authoritatis. † Cæterum respondet Basilius
Pontius *de hoc sacram. part.* 2. *cap.* 7. (omni-
no legendus ad exactam disputationem *de hoc
puncto*) *numero* 4. vt etsi hoc edictum in his,
quæ habet de primatu sedis Romanæ, & Pa-
triarchali Dignitate, Constantinopolitana ab
ipsis Græcis corruptum videatur: tamen in aliis
censeatur esse legitimum, & incorruptum; &
quod in hac parte, in qua agit de Baptismo,&
confirmatione,nullus vnquam asseruerit esse men-
dosum; quia conuenit cum aliis, quæ Historio-
graphi alij narrant,& sic dicit,vt noster Seuerinus
Binnius in noua editione conciliorum ex Bel-
larmino.

7 Et probat Basilius Pontius *à numero 6. ex con-
cilio 2. generali*, quod est *Constantinopolita-
num* 1. vbi præcipitur, vt redeuntes ad Eccle-
siam à quibusdam hæresibus reciperentur dan-
tes libellos suæ fidei, & confessionis & anathe-
matizantes omnem hæresim, quæ non sentit
vt sancta Dei Ecclesia, & signati, siue vncti san-
cto chrismate oculos, nares, os, & aures addi-
tur ibi, *& eos signantes dicimus signaculum Doni
spiritus sancti*, qui explicans ait eam esse for-
mam sufficientem sacramenti confirmationis,
cum plane ibi agendo, concilium de recipiendis
hæreticis,qui legitime Baptizati fuerant,& recon-
ciliandis per sacramentum confirmationis ab illis
omnium, simul designet materiam proximam
confirmationis, & partes vngendas, & formam
eius sacramenti, scilicet *signaculum Doni* spiritus
sancti

Et comprobat *à num.* 10.ex verbis Sancti Aste- 8
rij Episcopi Amasiæ, cuius authoritatem valde
commendat septima synodus generalis, *actio-
ne 4. & 8.* ad confirmandum cultum Imagi-
num in sermone in parabola de prodigo, quem
in sua Bibliotheca referens potius habet inter
alia sequentia verba. *Datur vero Prodigo post
stolam, & annulus, nempe symbolum intelli-
gibilis signaculi spiritus sancti, vt enim in re-
generatione per Baptismum, & stola, & sig-
naculum doni spiritus sancti; ita etiam in rege-
neratione per pœnitentiam*, in quibus apertè di-
cit positam esse formam confirmationis; siqui-
dem S. Asterius appellat annulum sacramenti
confirmationis, quæ per anthonomasiam voca-
tur signaculum; eo quod principes annulum,
in quo sua insignia habent insculptam, soleant
res obsignare. † Item ex verbis Cardinalis Bessa- 9
rion, cuius magna fuit authoritas in concilio
Florentino ad coniungendos Græcos,& vniendos
cum latinis;eo quod isti optime norant formas sa-
cramentorum in vers. *nostri vero* (idest) *Græci*
&c.subiicit post alia verba sequentia; etenim se-
cunda œcumenica synodus verba, quæ sacrum
chrisma perficiunt, tradens *in 7. canone* ita inquit
*obsignantes,hoc est sanctissimo chrismate,eos chris-
mantes dicimus* (signaculum doni spiritus san-
cti,) *& hæc verba secundum eos hoc chrismatis
sacramentum perficiunt,hoc idem in cæteris, dili-
gens inuestigator inueniet.* † Iterum etiam ex 10
verbis Stanislai Socolbij Regis Poloniæ Theolo-
gi insignis,qui censuram Hieremiæ Constantino-
politani de Græco in latinum vertit,& annotatio-
nibus illustrauit in explanatione *cap.*3. eius cen-
suræ, formam Græcorum sequentibus verbis ver-
bis scribit:*formam hanc verborum sacramenti con-
firmationis olim fuisse testatur canon. 7. concilij
Constantinopolitani, signatos inquit,siue vnctos,
primum sancto chrismate,& frontem,& oculos,&
nares,os,& aures*,& eos signantes dicimus (sig-
naculum doni spiritus sancti) non dissimilis *est
iam ea forma, qua nunc in Ecclesia vtimur* (*sig-
no te signo crucis, & chrismo te oleo salutis*) † 11
Et pergens late Basilius *in dict. cap. 7. part.* 2.
à num. 13. aliis pluribus authoritatibus; & ra-
tionibus vsque ad finem, defendit prædictam
Græcorum formam, respondens aliis rationi-
bus,authoribus,& fundamentis *à num.* 3.relatis,
7.& *à n.*16.ait *à n.* 14. prædictæ formæ sufficien-
tiam ostendi ex doctrina D. Thomæ *in hoc arti-
culo* 4. nam cum ad formam confirmationis tria
requirat,causam scilicet conferentem, plenitudi-
nem roboris spiritualis quæ est sancta Trinitas.
Secundo ipsum robur spirituale, quod homini
confertur per sacramentum.Tertio signum, quod
pugnatori datur; sicut & in pugna corporali mi-
lites insignus Ducum insigniuntur; ita & repe-
riri illa tria in dicta Græcorum forma; &
sic

sic nihil deesse huiusmodi formæ; quidem exprimitur character, cùm dicit *signaculum*, & non siletur gratia, quæ confertur in verbo *Domini*, nec, vt desideretur in ea forma primarius auctor cùm additur *Spiritus sancti*, cui singulariter attribuitur hæc sanctificatio, in quo cæteræ personæ propter vnitatem substantiæ comprehenduntur alia nouissimè dicit P. M. Prado *tomo* 2. *de lib. de sacrament. toto dubio* 5. §. 1. & 2. *cum aliis*.

12 Sed quia hæc omnia, & alia dicta pro forma sacramenti confirmationis apud Græcos, & latinos dependent à vera resolutione eorum, quæ sub themate nostræ quæstionis principalis positæ sunt. Et num sit de essentia verborum formæ quod proferantur per modum indicatiui, aut sufficiant *confirmo te*, aut *confirmo te*, exprimendo omnia eius verba supra in principio adducta, aut sufficiat per modum imperatiui, & optatiui, vt *signet te Deus signo crucis*, aut *confirmet te chrismate salutis, in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti*. Ideò quia Græcorum forma potius respicere videatur ad hanc vltimam imperatiui, & optatiui; ideò si inter Latinos ea prolatio formæ sufficiat, videbitur quod relata forma Græcorum supra adducta sufficiens sit, nec dissimilis in substantia à forma nostræ latinæ Ecclesiæ; sic etiam probetur non requiri explicitam pronunciationem Trinitatis sanctissimarum diuinarum personarum, obidque ad cæteras quæstiunculas pergo ex numeris sequentibus.

13 Ad secundam igitur quæstionis partem, an omnia verba formæ latinæ Ecclesiæ relata, *supra numero* 1. sint essentialia ad valorem sacramenti confirmationis? & in primis non esse necessarium vt exprimatur nomen *Crucis*, sed valere si dicatur *signo te*, & *confirmo te*; eo quod in forma adducta Græcorum non exprimitur signum *Crucis*; & sic sufficere crucem efformari opere ipso; eo quod; vt sentit Estius *in* 4. *dist*. 7. §. 10. & fauent Charmacheus *in hac quæstione, capite* 5. sequitur Basilius *dicto capite* 7. *numero* 4. dicens, quod cum ponimus vocem illam *signo crucis*, non esse necessariam intelligemus, quod non est de essentia formæ, vt ponatur explicitè determinatè; sed satis esse quod explicitè, vel implicitè ponatur, & exornat exemplis.

14 Tamen Suarez *disputatione* 33. *sectione* 5. quem sequitur Ægidius *in hoc articulo*, Henriquez *libro* 3. *capite* 5. *numero* 5. Valentia *puncto* 5. Puteanus *dubit*. 6. Sylvius *in hoc articulo*; necessarium esse dicunt necessitate sacramenti exprimere in forma signum crucis; quia vt dicit Suarez expressa crucis mentio valde consentanea sit effectui huius sacramenti, (quia vt *quæstione præcedenti dixi*,) est signum militare, quo confirmandus insignitur, & vt magis ipsius menti exprimatur, quod explicitè ponitur.

15 Secundò colligit Basilius Pontius *dicto capite* 7. *numero* 6. non esse similiter de essentia formæ confirmationis; quod exprimatur *chrismate salutis*; quia verbo illo *signo te*, *confirmo te*, in his circunstantiis modificato, continetur necessariò vnctio cum chrismate, & sic eo modo philosophandum, ac de prædictis verbis *signo crucis*, & probat exemplo Baptismi, & sacræ vnctionis: nam quamuis necessaria materia sit aqua, oleũ, non tamen necessarium est dicere *baptizo te in aqua, aut per istam sanctam vnctionem olei*, contra hanc doctrinam pugnant Suarez, Ægidius, & alij relati dicentes necessario esse à confirmante proferenda.

16 Tertiò colligit Basilius Pontius *dicto cap*. 7. non esse de essentia formæ geminationem illorum verborum, *signo te, & confirmo te*, sed sufficere, vel *signo*, vel *confirmo*, ex eo quia in forma Græcorum, de qua supra tantum habetur vox *signaculi* sine verbo confirmationis; prætereà; quia in ea forma, quam refert, (vt supra) Constantinus in suo edicto, tantum habetur verbum *signandi*, *signet te Deus sigillo fidei*. Deinde quia in libro, qui inscribitur ordo Romanus, & antiquissimo, ponuntur omnes ceremoniæ, & ritus seruandi in officiis Ecclesiasticis, & administratione sacramentorum, cum de hoc sacramento agitur, habentur pro forma tantum sequentia verba *confirmo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: aliis pluribus fundamentis conatur hanc partem probare Basilius repetens omnia ritualis verba vltima: *adimple eos spiritu timoris tui amen, consigna eos signo crucis Christi in vitam propitiatus æternam amen*, & statim ibi subiungi, oratione expleta, *interrogantibus Diaconibus nomina singulorum, Pontifex tincto police in chrismate facit crucem in frontibus singulorum, ita dicendo (confirmo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti amen.)* & ibi concludit explicando prædicta, quod verba solum pertinentia præcise ad formam, sunt, *confirmo te*, videbis Layman *tract*. 3. *cap. in Theologia morali* dicentem sufficere quod confirmans proferat, vel *signo*, vel *confirmo*.

17 Sed idem Suarez, & Ægidius supra, & Petigianus *in* 4. *dist*. 7. *q*. 1. *art*. 1. & alij dicunt pertinere ad essentiam formæ, *consigno te*, vel *confirmo te*; quia hæc duo non videntur synonima, & ex consequenti diuersa significent, referanturque ad diuersos effectus; & ob id necessariò exprimenda, & de prædictis omnibus in fauorem Basilij Pontij sentiunt probabiliter Diana *tract*. 4. *resol*. 17. & Henriquez *dicto lib*. 3. *littera I*. & nouissimè pro Basilio acerrimè loquitur Pater Amicus *in cursu Theologico, tom*. 7. *disput*. 13. *sect*. 5. vbi defendit ad vnguem formam Græcæ Ecclesiæ supra adductam, vt referunt etiam Diana *p*. 8. *tract*. 1. *resolut*. 9. ex vers. *qui etiam*, & vers. 2. 3. & 4. pro Suarez tamen multo probabilius dicunt ipsum sentire; quia prædictis omnibus verbis vsa fuit Ecclesia; & quia omnia assignantur pro forma à Concilio Florent. D. Tho. *in* 3. *p. dict. q*. 72. *art*. 4. Paludanus, Sotus, Scotus, Alex. D. Bonauentura, & Ricardus, quos sequuntur fuit Suarez, & istum Ochogauia, *q*. 5. *num*. 1. *de hoc sacramento*, Nicol. Plouc, Angelus, Filiucius, Diana, Bonacina, quos sequitur Leandet *de sacram. tract*. 3. *disp*. 3. *num*. 3. Castrus Palaus *tom*. 4. *tract*. 20. *puncto* 5. *num*. 6. qui ad argumentum contrariorum respondet, dicendo, quod *in dicto libro*, qui inscribitur *ordo Romanus* non exprimitur tota forma, sed sub verbis concessis confirmationem declarate, è contra autem Basilius Pontius, & Amicus, cum aliis pugnantes pro sua sententia, satisfaciunt fundamentis Suarez, & aliorum nouissimè d. Prad. supra *d. dubio* 5. §. 3. & *sub* §. 4. & *ibi à num*. 36.

18 Ad tertiam quæſtioois partem, an ſit facienda expreſſa inuocatio ſanctiſſimæ Trinitatis, vt eſſentialis, & requiſita ad valorem confirmatioois, diſſentiunt etiam Doctores, quia defendentes adductam formam Græcorum, negant expreſſionem; ſed defendentes omnia verba latinæ Eccleſiæ pro forma confirmationis, neceſſaria eſſe, affirmant requiri explicitam expreſſionem perſonarum ſanctiſſimæ Trinitatis, inter negantes ſunt Æſtius, Amicus, *dict. tom.* 7. *diſp.* 13. *ſect.* 1. Baſilius Leginnenſis vbi *ſupra dicta p.* 2. *cap.* 8. *de confirm. num.* 9. quam non improbat

19 Diana *dicta p.* 8. *tract.* 1. *reſ* 8. 9. & 10. † Vbi repetit omnia, quæ adduxit Amicus, & quæ dixerunt Suarez, & alij ſtatim referendi, & videtur ſic tenere Aureolus *in* 4. *diſt. q.* 2. vbi dicit, quod forma huius ſacramenti eſt *ſigno te ſigno Crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis*, vbi non apponit inuocationem ſanctiſſimæ Trinitatis; Cùm ergò dicant prædicti Auctores, quod iam *à num.* 1. relata forma Græcorum, ſit ſufficiens nec in ea fiat ſanctimæ Trinitatis expreſſio perinde non requiri talem expreſſionem de hoc dubio nouiſſimè idem P. Prad. *de hoc ſacram. d. dubio* 5. §. 4. *à n.* 46. verſ. *vltimo.*

20 Sed pro affirmatiua ex antiquis ſentit Alex. *in part.* 4. *quæſt.* 9. *membro* 2. *art.* 2. & fere omnes cum D. Thoma *dicto art.* 4. & fere recentiores omnes, inter quos Peſantius, & Ægidius *dicto art.* 4. Suarez *dict. diſp.* 33. *ſect.* 5. Sa verbo *confirmatio numer.* 9. Henriquez *cap.* 2. *num.* 4. Reginald. Filliucius, Petrus de Ledeſma, & alij, quos citat, & ſequitur *diſp.* 3. *puncto* 3. *n.* 8. Baunij *de confirm. quæſt.* 6. Caſtro Palao *ſupra puncto* 5. *n.* 3. Diana, *vbi ſupra dicta reſ.* 10. quatenus ibi longe probat Græcos in forma confirmationis inuocaſſe explicite Trinitatem. Primo ex Seuero Patriarcha, Alex, qui *in Bibliotheca Patrum tom.* 7. poſt Vnctiones plurium corporis partium, dum refert formam, exprimit explicitam Trinitatis innocationem, à qua tamen receſſit modernum Euchologium; & quia *in Bibliotheca Vaticana* inter libros Syriacos *ſub n.* 16. *in* Euchologio, ſeu ritu Iacobitarum in collatione huius ſacramenti, ſimiliter habetur explicita Trinitatis inuocatio, dicens notum eſſe Iacobitas ex ritu Græcorum eſſe, & inſuper ipſe Diana addit ſibi retuliſſe ſacerdotem Monachum Græcum ſe legiſſe in Euchologio manu ſcripto in Albantia in collatione huius ſacramenti explicitam Trinitatis inuocationem; verum dicit poſt ſchiſma Græcorum à tempore Photij, inter quem, & Nicolaum Papam pro confirmandis Bulgaris diſſentiones, interceſſiſſe non ſolum in hoc ſacramento, ſed & in alijs ſacramentis, pluresque factas eſſe mutationes in ritibus, in codicibus manu ſcriptis, & quod quotidie fiunt beneficiis, vbi imprimuntur eorum Euchologia ad placitum vniuſcuiuſque.

21 Itaque ſi Græci prædictam inuocationem fecerunt, explicite apparet, vt fuerit ſemper eſſentialis inuocatio ſanctiſſimæ Trinitatis explicitè, & quod Eccleſia latina eam ſemper proferat, vt neceſſaria ad ipſum ſacramentum confirmationis, vt tradunt Suarez, & alij ſupra. tum quia Concil. Florent. in decreto Eugenij in forma huius ſacramenti, exprimit Trinitatem perſonarum. Tum quia cum hoc ſacramentum ſit quædam perfectio Baptiſmi, & in iſto ſit neceſſaria, & eſſentialis inuocatio explicita perſonarum ſanctiſſimæ Trinitatis; ſequitur dicendum idem prærequiri in hoc ſacramento confirmationis.

Tamen quia his fundamentis reſpondent Ba- 22
ſilius *ſupr. ex n.* 10. & per eadem verba Pater Amicus vbi ſupra, quæ ad litteram ex vtriuſque refert Diana *dicta p.* 7. *tract.* 1. *reſ.* 9. ex verſ. *vltimo*, dicendo ad primum ex dicto Decreto florentini Concilij non probari eſſe eſſentiale, quidquid ponitur in formis ſacramentorum, comprobans ex forma adducta Eccleſiæ orientalis, quæ ab antiquis temporibus Concilij II. generalis ſupra relati vſque ad tempora noſtra recepta non inuocarit Trinitatem ſanctiſſimam. Ad ſecundum præter alia reſpondendo in Baptiſmo requiri explicitam Trinitatis inuocationem; quia ſic Eccleſia ſemper intellexit in confirmatione, non cum videatur in forma recepta in Eccleſia Græca, & approbata non contineri, eſſe que rationem congruam, quia in Baptiſmo intramus in Eccleſiam per Trinitatis confeſſionem, quæ eſt primum, & radix aliorum myſteriorum fidei. In confirmatione autem dari robur ad proteſtandam vniuerſam fidem, roburque accommodari ſpiritui ſancto vt Chriſtus, ſæpè diſcipulis teſtatus cum illis ſpiritum ſanctum promiſit, & ob id ſatis eſſe, ſi eius mentio fiat, & ibi implicitè tota Trinitas intelligatur & Pater Amicus dicit ſuprà non eſſe eandem rationem de forma Baptiſmi: nam cum per Baptiſmum homo primò naſcatur ad fidem, debet ipſius principale myſterium ei explicitè proponi, vt credendum; ſed quia per confirmationem iam homo ſupponatur ad fidem renatus, & ad Religionem Chriſtianam admiſſus per explicitam Diuinarum perſonarum profeſſionem, non ſit amplius earundem perſonarum Diuinarum neceſſaria mentio expreſſa, addens quod authoritas Concilij Florentini, Chathecismi, & Pontificalis Romani, nec non Theologorum, qui in hoc ſacramento requirunt expreſſam inuocationem, eam tantum requirat ſub præcepto, & quidem ſolum in Eccleſia latina, & quod alioqui non poſſet Eccleſia latina permittere, vt Græci hoc ſacramentum adminiſtrent abſque expreſſa inuocatione Diuinarum perſonarum, vti non permittit, vt abſque expreſſa inuocatione earundem, adminiſtretur ſacramentum Baptiſmi; imò & in vltimis verbis clarè Amicus firmat, Pontificem licitè permittere, vt Græci vtantur in confirmatione illa relata ſub principio noſtræ quæſtionis forma. Hæc Doctores magis prolixè, quæ adhuc non ſufficiunt ad diſſoluendum modum propoſitum ſuprà ex verſ. *ad ſecundam*, niſi etiam explicemus dubia, quæ ſubſequuntur ex verſ. *ad quartam* ſtatim ſequenti.

Ad quartam quæſtionis partem, an ſufficiant 23
pro forma legitima huius ſacramenti, ſi miniſter confirmans, proferat verba *ſignetur ſeruus Chriſti* aut *confirmetur* ſeu alia vt perficiat hoc ſacramentum? In quo dubio acerrimè Pater Amicus vbi *ſuprà in curſu Theologiæ mor. dicto tom.* 7. *diſp.* 13. *ſect.* 3. qui citat pro ſe Henriquez *lib.* 3. *ſumma cap.* 2. *num.* 5. & vt refert etiam Diana *dicta p.* 8. *tract.* 2. *dict. reſ.* 9. *verſ. primo* dicit non eſſe eſſentiale ex proximè dictis, quod forma proferatur per modum indicatiui *conſigno te*, aut *confirmo te*, ſed poſſe proferri per modum imperatiui & etiam optatiui, & deprecantis *ſignet te Deus ſigno crucis, aut confirmeris chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti.*

Et

24 Et confirmatur ex doctrina Bonacinæ *suprà n.9.* Reginaldi *dict.lib. 27. n. 33.* Bellarmini *cap. 10.* dicentium quod sit valida confirmatio data sub forma *confirmetur seruus Christi in nomine Patris, & filij, & spiritus sancti amen,* imò putat idem Bellarminus, vt sit valida sub hac forma *confirme te in nomine Patris &c.* vel vt Vega ait *casa 4.* esse ratum sacramentum sub hac forma collatum, *confirmo te chrismate sanctificationis*, vt sentit in prædictis omnibus modis Basilius Pontius, suprà *dicto cap. 7.*

25 Et ita de illa forma *signetur*, aut *signatur seruus Christi signo crucis, & confirmetur*, aut *confirmatar chrismate salutis in nomine Patris*, vt docent Reginaldus, & Suarez, Ledesma, quos sequuntur de Castillo *supr. dubio 7. n. 7.* Nugnus *dicta q. 72. art. 1. dif. 1.* Henriquez *suprà* Diana *dict. 3. p. tract. 4. res. 27. &* Leander *ex dicto tract. 3. de hoc sacram. disp. 3. qu. 19.* contra Philip. *de Cruce in hoc tract. fol. 144.* per alia, quæ dixit *de Baptismo tract. 2. disp. 3. q 48. & 49.* adducens quod peccaret mortaliter, qui sic confirmaret, cum faceret, contra vsum Ecclesiæ, tam latinæ, quam Græcæ, quia licet fuerit facultas Baptizandi sub hac forma *Baptizatur*, aut *Baptizetur seruus Christi*; non tamen dicit esse concessam similem facultatem in sacramento confirmationis.

26 Ex his videtur dicendum formam adductam pro Græcis *ex numero 1.* esse legitimam, nec obstare quod deficiat illa actio ministri requisita, vt definitum est ab Eugenio IV. in decreto *de sacramentis*, & ab Alex. 3. *in capit. 1. de Baptismo, & eius effecta*; quatenus in relatis formis Græcorum *signaculum doni spiritus sancti*, vel illa Constantini, *consignet te Deus sigillo fidei in nomine Patris, & filij & spiritus sancti in consignationem fidei*, deficit actio Ministri; quia respondent DD. Basilius *dicto capite 7. sub numero 16.* Pater Amicus, & alij adducti, certum esse *in dicta verborum forma* inueniri Ministri actionem, saltim implicitè, quæ sufficit; qui vt rectè ostendit Ægidius *quæstio. 66. articulo 5. dubio vnico num. 16.* formæ sacramentorum sunt orationes practicæ, quæ significant necessariò id, quod hic, & nunc agitur v.g conferri gratiam per sacramentum hic, & nunc collatum; & eo ipso quod pronunciamus formam, & ponitur simul ritus externus sacramento essentialis significari illum effectum conferri per actionem, quæ de facto exercetur; & exemplificans Basilius concludit dicendo, vt ex quo Episcopus, qui supposita institutione Christi potestatem habet conferendi gratiam corroborantem per hoc sacramentum, faciens cum chrismate signum crucis in fronte, dicit *signaculum spiritus sancti*, intelligatur dicere *Do tibi signaculum spiritus sancti*, vel quod idem est per hoc signum tibi à me impressum præbeo spiritum sanctum, sicut qui porrigens nummum, dicit Pauperi *en nummum*, idem esse, ac si diceret *do tibi nummum*, eadem, ac Basilius repetit, ac sequitur Pater Amicus *dicta disp. 13. sect. 3.* & repetit ad litteram Diana *dicta p. 8. tract. 1. res. 9. in vers. secundo obijciuur.*

27 Et præterquam quod idem Amicus declaret sufficientiam dictæ formæ Græcæ per tres versiculos in vers. *Quarto*, ait ad formam sacramenti sufficere, quod implicitè tantùm naturam sacramenti significet, vt possit vna cum materia eam exprimere; sed forma Græcorum implicitè saltim significat naturam huius sacramenti, quia per signaculum doni Spiritus sancti exprimitur quæ est animum roborare contra Tyranni insultus; ergo & simul coniuncta cum externo symbolo vnctionis, determinatè exprimit illud, atque subintelligi in forma Græcorum, vel imperatiuum verbum *accipe*, vel substantiuum verbum *est*, infertque in forma latina sacramentum hoc perfici ante expressionem diuinarum personarum, cùm talis expressio in forma huius sacramenti, non sit essentialis per suprà dicta.

Hactenus diximus de forma Græca *signaculum doni Spiritus sancti*, sed non est leuis difficultas, qualiter explicetur in relata Constantini, *consignet te Deus sigillo fidei &c.* & licet Sotus *in 4. dist. 3. qu vnica, art. 5.* censeat propter hanc formam non requiri, vt in forma sacramenti significetur actio ministri, vt procedens à ministro, sed sufficere, si non excludatur ... actio: tamen quia communiter reijcitur hic modus Soti, & videatur repugnare doctrinæ diui Tom in art. & aliis Vasquez *in hoc dub. 10. 4 in 3. p. q. 84. art. 3. dub. 3. n. 10.* quatenus expresè docet formâ deprecatoriâ non posse conueniri sacramentis Baptismi confirmationis, & ordinis, quia minister in illis habet rationem superioris in baptismo introducentis Ecclesiam in confirmatione destinantis militem ad bellum pro fide in ordine conferentis potestatem; qui & *in 10. 2. p. 3. disp. 142. cap. 1.* aliter dicit, scilicet formam confirmationis posse esse deprecatiuam, qualis est hæc forma Græcorum, *consignet te Deus*, quia in ea additur aliquid, quo, donatur actio ministri, nempe *sigillo fidei*, quo verbo denotatur actio ministri sigillantis, quasi dicat *hoc sigillo fidei sua*; ob idque addat Vasquez illa verba *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, non referenda esse ad illa verba *signet te Deus*; quia esset sensus ineptus, sed ad illa *sigillo fidei*, *quod scilicet tibi à me exhibetur in nomine Patris, &c.* 28

Tamen his omissis dico aptiorem esse intellectum quem ponunt, & sequuntur idem Basilius Pontius *dicto cap. 7. de hoc sacram. p. 5. numer. 17. fin.* & Pater Amicus *in dicto cursu Theologia tom. 7. disputat. 13. section. 13.* quorum verba refert idem Diana *dicta p. 8. tract. 1. sub resol. 9. in vers. difficultas*, qui omnes ponentes exempla in humanis, docent vt cùm certum sit, supposita institutione, Christi ministros habere potestatem acceptam à Deo conferendi gratiam per sacramenta; idem sit etiam dicere, *consignet te Deus*, ac dicere *ego te consigno, potestate accepta, in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti*, vel vel *Deus te consignet per me eius ministrum*, vel *per sigillum, quod tibi imprimo in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti*: Nec enim dicunt Amicus, & Basilius necessarium esse ad significandam actionem ministri recurrere cum Vaschio ad illa verba, *sigillo fidei*, nec etiam ad legitimum sensum formæ necessum esse, vt illa verba *in nomine Patris &c.* referantur ad illa *sigillo fidei*, sed sufficienter explicari actionem ministri per illla verba *consignet te Deus.* 29

30 Quod satis exemplis positis ab Ægidio *dicta q.66.art.5.dub.vei comm. 36.* declarant idem Basilius, & Amicus, cum eadem verba in diuersis circunstantiis prolata, diuersa significent, vt si v. g. sint in hoc cumulo libri diuersorum Dominorum, Petro cupienti scire quinam sint sui, dixerim ego *iste liber est tuus*, non indico me illi donare librum; tamen si omnes essent otei, eisdem verbis, planè significo me illi donare librum; & item siquis à Rege potestatem haberet, vel supplicio afficiendi vel liberos dimittendi reos, si alicui diceret *Princeps remittit tibi supplicium* apud eos, qui eam potestatem nouerunt, idem esse, ac si diceret *ego nomine Principis remitto tibi supplicium*, cum quibus dubium nostrum explanant Basilius, & Amicus, vt dixi *sub* vers. *tamen* proximè antecedenti concludentes ex relatis Græcorum formis sufficienter exprimi actionem Ministri, etiam prout ab eo prodeuntem.

31 Quare si dubium sit vt ad vltimum respondeam, an possit Pontifex permittere, vt Græci in sacramento confirmationis vtantur hac forma *signaculum doni spiritus sancti*, vel illa adducta Constantini, *consignet te Deus sigillo fidei in nomine Patris, & filij, & spiritus sancti*, supposità resolutione Basilij, Amici, & aliorum, quos supra retuli firmantes fundamentis *a numero* 1. adductis, quæ irrefragabilia videntur, respondendum videtur affirmatiuè; tum quia si id non posset, eueniret, vt nec Innocent IV. nec Clement. VIII. in peculiaribus Bullis vnione inter Græcos, & latinos vllam mentionem facerent de forma Græcorum, qui potius illam, validam supponentes prohibent solum, ne hoc sacramentum administretur à pueris Presbyteris, vti mos erat apud Græcos (de quo dico *quæst. sequenti*) sed tantum ab Episcopis, imò & memor huius formæ Græcorum ipse Clem. VIII. eam, vt validam supponit, dum in initio Bullæ prohibet, ne Græci Presbyteri Baptizatos chrismate in fronte consignent, alias inquam, si valida ea forma non esset, nec legitima, iuberet vtique Clemens, vt per illam confirmati, iterum saltim sub condi-
32 tione confirmarentur † vt ibidem præscribit esse sub conditione reconfirmandos infantes Græcos à Græcis Presbyteris Baptizatos eo quod ij soleant vna cum Baptismo etiam sacramentum confirmationis conferre; ergo cum Pontifex ille in dicta Bulla instrueret dogmaticè Græcos de essentiali ritu administrandi sacramenta, in quo deberant cum latina conuenire, vtique deberet dubium prædictum in forma Græcorum tollere, si illam dubiam iudicasset, vti fecit in eodem sacramento à puro Presbytero collato; alioqui defuisset in substantialibus sacramentorum, de quibus in dicta Bulla Clemens instruit Græcos: his, & aliis Basilius Pontius tenet, & Pater Amicus *dict. disp. 13. sect. 3.* dicit vt re maturius magis, ac magis considerata; postquam sequutus fuerit sententiam contrariam, *de qua ad n. 1.* diximus, addit cum incidisset in formam Græcorum adductam, eam diligenter examinatam & concludit, ponens relata, & alia fundamenta, vt non potuerit amplius dictæ communi, & contrariæ assentiri; *& quia in dicto concilio Florentino*, quod congregatum fuit ad vniendam Ecclesiam Græcam cum Latina, nulla mota fuerit de prædicta forma Græcorum controuersia, cùm tamen tàm de forma baptismi, quàm de materia Eucharistiæ de quibus nonnulla inter Græcos & latinos controuersia erat, & mota, & decisa sit quæstio inferens manifestè hanc formam, tanquam validam approbatam, & receptam fuisse in dicto concilio, cum multo antiquior forma Græcorum, vt pote cuius expressa mentio fit *in iam relata synodo generali 6.* quæ celebrata est circiter annos 750. ante ipsum concilium Florent. qua synodo canone 95. inueniuntur verba hæc *sancto primùm chrismate inungentes, & frontem, oculos, nares, & os, & aures, consignantes autem dicimus signaculum doni Spiritus sancti*; quæ iam supra retuli.

Alia ex Cardinali Besarion repetunt Pater 33
Amicus, & Basilius Pontius legendus omninò ad alia, & quæ ex illis refert Diana *dicta p. 8. tract. 1. res. 10.* ex vers. *sciendum*, quatenus dicit primitiua Ecclesia fuisse apud Græcos duplicem vsum sacri chrismatis, vnum ceremonialem, & reconciliatiuum hæreticorum redeuntium ad gremium Ecclesiæ, alterum sacramentalem in collatione sacramenti confirmationis; & quod in reconciliatiuo adhibeantur illa verba, *signaculum doni Spiritus sancti*, de quo in II. synodo, *canone 7. alias 9.* & in concilio Araulicano 1. *canone 2.* & quod Neoterici Græci hæc verba post schisma existimauerunt esse formam sacramenti; vt docuit doctissimus omnium, & venerabilis Besarion: alia ad propositum adducens, quæ repetit idem Diana in vers. *Besarium*, & quæ de vnctione reconciliatiua Hæreticorum in Ecclesia Orientali dixit sanctus Gregor. *epist. 61. relata in cap. absentique de consecrat. dist. 4. de qua iam sub hac quæstione nonnulla dixi.*

Quibus videtur claudicare intellectum illo- 34
rum, qui defendunt formam sacramentalem confirmationis in prædictis verbis *signaculum doni Spiritus sancti.* quare in hac tum ventilata quæstione inter doctores Theologos scolasticos, in qua inter se adhuc firmum, & vnanimem consensum non præstiterunt, cum pertineat ad formam sacramentorum, in quibus infra dico *titulo sequenti*, quod firmior, & securior est amplectenda sententia, vt periculum vitetur, non conficiendi sacramentum duxi, non improbando vllam prædictarum sententiarum, & potius amplectendo securiorem suspenderem resolutionem, vt facit Doctus Diana nolens suum Iudicium proferre, qui potuit, vt consummatus Theologus, & in Theologia morali versatus admodam, non se abstinere à prolatione proprij iudicij, quem in multis aliis dubiis suarum operum sæpius cum suspensione proprij Iudicij scribere legi.

QVÆST.

QVÆST. VI.

An possit Episcopus benedictione à se composita, sacrum Oleum, & Chrisma consecrare? Et an in nouo orbe amisso Pontificiali, quod per plurimos annos nequeat haberi, possit Episcopus licitè, consecrare Chrisma, & sanctum Oleum benedictione à se composita? Et an possint validè sacramenta confirmationis, & Extremæ Vnctionis diuersis Oleis ministrari? Et an possit Papa prohibere Episcopo, ne sacramentum confirmationis conferat. An si Episcopus omittat aliquam ceremoniam appositam in Pontificiali pro benedictione Chrismatis, dicatur, hoc non obstante, Chrisma benedictum?

SVMMARIVM.

1 *Consecrare Oleum benedictione à se composita, & Chrisma propter stabilitam in rituali, num possit Episcopus. Et videtur affirmandum ex* n.3 ad 6.

2 *Legis modus præscriptus ad actum faciendum est obseruandus, si est substantialis forma illius.*

3 *Christus Dominus non determinauit consecrationis modum, sed Ecclesia, respectu cuius creditur variatus aliquando, vt* n.4.

5 *Consecratio Olei, & Chrismatis in communi est essentialis.*

7 *Ecclesia determinans modum benedicendi sacra olea, non dat authoritatem Episcopo, sed eam supponit inesse Episcopali Charactheri.*

8 *Lex prohibens simpliciter actum, non inde censetur actum irritare.*

9 *Sacramentalia instituendi authoritas pendet ab Ecclesia; & sic modus ab ea præscriptus est obseruandus in consecratione.*

10 *Benedictione à se composita, quit Episcopus amisso Pontificiali Romano, consecrare Chrisma, & sanctum Oleum propter difficilem recursum ad Papam in nouo orbe, vt* n. 11. & 13. *contra alij sentiunt* n. 12.

14 *Confirmationis sacramentum non conficitur, si ministretur Oleo Cathecumenorum, aut infirmorum, & quare* n. 15. & 16.

16 *Cofirmatus vngi Oleo infirmorum idem est ac si vngeretur materia non benedicta.*

17 *Benedicere potest benedictione à se composita Episcopus, deficiente Pontificalè in nouo orbe, Oleum pro sacramento extremæ Vnctionis.*

18 *Consecratio sacrorum Oleorum potest fieri ab Episcopo ex necessitate cum minori numero ministrorum.*

19 *Episcopus num facilis si ad consecranda Olea benedictione à se composita.*

20 *Papa potest prohibere Episcopo, ne conferat confirmationis sacramentum, sed minime, vt non valeat, si illud Conferet.*

21 *Chrisma adhuc benedictum dicetur, & si forte Episcopus ommittere aliquid de rituali Romano.*

22 *Benedictio valida censetur cum aliquid omittitur, si tamen sit sufficiens commistio Balsami, & Olei, & quare.*

1 AD has difficultates etiam ex iã adductis, & si aliqui longo calamo respondere insistant, & videatur dicendum ad primam difficultatis partem nullo modo posse Episcopum consecrare valide sacrum Oleum, & chrisma benedictione à se composita; eo quod Ecclesia videatur irritasse omnem modum consecrationis alium, ex quo præscripsit benedictionis modum, & prohibuit alios benedicendi ritus, vt colligi videtur *ex Doctrina Suarez de legib. lib. 5. cap. 3. n. 6.* vbi sentit, tam de legibus Diuinis, quam canonicis instituentibus formas substantiales aliquorũ actuum, consequenter irritari actum factum, cui talis integra forma deficit; & hoc maxime si attingunt sacramentorum materiam aliquo modo, vel etiam sacramentalium propositione seruata; & idem posse obseruari ait in consecrationibus, aut benedictionibus ab Ecclesia institutis, vt in prima tonsura, in consecratione altaris, vel calicis; quia si non seruentur formæ ab Ecclesia institutæ, nullæ erunt, & irritandæ absque alia declaratione &c. & tenet etiam Layman. *in theolog. mor. lib. 1. tract. 4. cap. 16. n. 7.*

2 Et confirmatur ex regola receptissima, quæ docet quod si lex tribuit facultatem actus faciendi, & simul modum præscribit, talis modus censetur inductus, vt substantialis forma; sic vt ea forma non seruata, actus sit nullus, quamuis in lege non adsit clausula irritans; eo quod censetur data potestas limitata, hoc est sub illa forma seruata, & non aliàs: & sic tenuit Paludan. *in 4. dist. 7. q. 4. art. 3.* Bertic. nouissimè *de missionibus Apostol. tr. 7. hoc tit. q. 127. vbi à n.* 10. acerrime defendit hanc partem pluribus fundamentis, & quia nullus vnquam Catholicus affirmauit posse valide sacerdotem, aut Episcopum ministrare hæc sacramenta, cum materia, & forma diuersa ab illa, quam vniuersalis Ecclesia præscripsit; quia ex Iure diuino, non solum adhiberi debent verba, sed & quod adhibeantur verba determinata ab Ecclesia vniuersali; ita vt non differant substantialiter ab illis, sed saltem habeant eandem significationem. Item quia potest Ecclesia ita præscribere modum consecrandi chrisma, & sacra Olea, vt omnem alium modum reddat sacrilegum, & irritum, itaque de facto in Pontificali Romano præscriptæ sint certæ benedictiones; sicut cæteras cæremonias, & benedictiones tacitè, & implicitè irritas fecisset, plura alia adducens ad sic probandum, quam leges vsque ad *n. 18.*

3 Sed quia iã supra in hoc tractatu *q. 3.* vers. *ad quartam* dixerim nullam esse determinatam benedictionem pro chrismate; ideo respondeo probabile esse vt valide Episcopus benedicat sacra Olea, & chrisma benedictione à se composita, etiam si substantialiter differat ab ea, quæ per Ecclesiam instituta est, primo quia vt docent Doctores referendi, Christus dominus non determinauit modum consecrationis, & solum in communi statuit, vt materia esset consecrata; modum autem consecrationis reliquit Ecclesiæ ordinationi † secundo quia verisimile non est 4 semper in Ecclesia seruatum esse illum modum crandi chrisma, aut sacra Olea, quo nunc Ecclesiæ

vtitur. Tertio quia forte nec obseruatur idem modus consecrandi in Ecclesia Latina, ac Græca, cum tamen ea, quæ sunt ex institutione Christi eadem sint apud omnes. Et sic concludunt vt sola consecratio in communi sit essentialis, modus autem ex institutione Ecclesiæ, ob id que cum consecratio chrismatis, vt Oleorum, sit determinata ab Ecclesia, posse consecrationem quomodocumque fieri ab Episcopo, etiam si non seruetur modus ab Ecclesia præscriptus; nam quoad hoc ceremonialis magis videtur, quam substantialis; indeque euenit, vt licet sit necessarius necessitate præcepti, non tamen necessitate sacramenti.

6 Et hanc sententiam teneo cum Soto *in 4. dist. 4. q. vnica. art. 3. §. vrgentius tamen argumentum* vers. *quod licet consecratio*, Coninch. *de sacram. 3. p. q. 72. art. 3. dubio 1. n. 47.* Valentia *tom. 4. disp. 5. q. 1. puncto. 2.* vers. *ad hoc in primis*, idem Suarez *3. p. tom. 3. disput. 33. sect. 2. §. restat, & tom. 4. disputatione* 40. *sect. 1. num.* 9. Castro Palao *tomo 4. tract. 20. disp. vnica puncto 2. n. 9. & tract. 26. disput. vnica puncto 2. n 4.* Reginaldus *lib. 28. n. 50.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 10. dif. 1. n. 5.* Nugnus *3. p. q. 29. art. 6.* vers. *circa quod*, Barbosa *de potestate Episcop. p. 2. alleg. 31.* vbi post Bonacinam ait *Oleum Oliuarum esse materiam sufficientem huius sacramenti, etiam si benedictum sit ab Episcopo alià benedictione, quàm benedictione consueta Ecclesia*, Filiucius *tract. 3. cap. 1. n. 12. in fine* in verbis sequentibus: *quomodocumque autem fiat consecratio, si Spiritus sanctus ad id inuocetur, satis est quare quod tales, vel tales orationes adhibenda sint, hoc de Iure positiuo Ecclesia*, Bonacina *de sacram. disp. 7. quast. vnica puncto 2. n. 4.* idem Layman. *lib. 5. tract. 8. cap. 2. n. 3. in fine*, vbi ait non expectare ad substantiam sacramenti quod Oleum hac, vel illa benedictione sit consecratum, Basilius Pontius *de hoc sacram. p. 2. cap. 4. n. 11. & 12.* Ioannes Præpositus *in 3. p. q. 72. art. 3. dubio 1. n.* 20. Candidus *disquisit. moral. tom. 3. disquisit. 1. art. 1. dub. 1.* Diana *p. 8. tract. 1. res. 7.* cum aliis nouissimè Berricelus *de Apostolicis missionibus tit. 7. de hoc sacramento q. 127.* Chamerota *de sacrament. tract. 3. c. 2. dubio* 4. & alij.

7 Et confirmatur, quia quando Ecclesia determinat modum benedicendi Sacra Olea, non dat Episcopo authoritatem ea consecrandi, sed eam supponit inesse Episcopali charecteri, cum sit hæc potestas ordinis, qua Episcopus depositus ea benediceret iuxta quæ adduxi *in hoc tract. sub q. 9. de Episcopo haretico degradato &c.* Et ob id si habenti aliàs potestatem (vt in nostro casu) signetur forma, non debet censeri irritus actus ob non seruatam formam, nisi à lege irritetur expresse; quia talis actus procedit à potestare antea habita, quæ non debet censeri restricta, nisi expressè de tali restrictione constet, at non mandatutur expresse, nec de eo constat; ergo &c. Ita docent Felinus *in cap. ex parte de constit. in princ.* vbi Abbas *n. 5.* Suarez *lib. 5. de legibus cap. 31. n. 6. & cap. 32. n. 9.* Salas *de legibus disp. 16. sect. 9.* in fine Sanchez *lib. 5. summa cap. 4. n. 26.* Bonacina *de legibus disput. 1. quast. 5. puncto. 7. §. 5. numer.* 17. Rodriguez *tom. 2. quast. regul 45 art. 2. in fine*, Farinac. *in fragment. p. 2.* verb. *lex num.* 204. & 225. Layman. *lib. 1. tract. 4. cap. 16. n. 7. &* 8. Nauarr. *in summ. cap. 27. num.* 37. Castro Palao *tom. 1. tract. 3. disp. 2. puncto 9. n. 2. & alij.*

Ex his satis patet difficultatis resolutio, & ex 8
eo etiam, quia quando lex prohibet simpliciter actum; non tamen ex hoc censetur actum irritare, cum prohibere, & irritare sint omnino diuersa, & distincta, vt dicunt Suarez *dicto c. 13. & 29.* Salas *dicto cap. 16. sect. 8. n. 26.* Molina *tract. 2. disp. 88.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 2. n. 16.* Bonacina *de legibus disp. 1. quast. 1. puncto. 7.* Vasquez *de legibus disp. 164. cap. 3.* Layman. *lib. 1. tract. 4. cap. 16. n. 3* Castro Palao *dicta disp. 2. puncto 8. num. 2.* quare cum Episcopo supponatur, vt dictum est ordinis potestas, & consequenter supponatur potestas benedicendi Olea, sequitur, vt cum Ecclesia determinet formam benedictionis, non debeat censeri irritus actus, eà formâ benedictionis non seruatâ, sed aliâ vsurpatâ: ita adducti, & Berricelli *dicto tract. 7. de missionibus q. 127. n. 4. &* 5. & licet ipse Bericellus legendus *à n. 10. ad* 18. acerrimè defendat contrariam sententiam multis fundamentis, & præcipuum, quia ex quo in Pontificali Romano est posita forma benedicendi, nullo modo separari potest ab ea sub pœna actus irriti. Sed vt vides hoc, & alia ab eo relata respectu rationum proximè adductarum, non improbant hanc sententiam, quibus satis fit sub quæst. sequenti in vers. *ad secundam*.

E contra autem cum authoritas instituendi sa- 9
cramentalia, v. g. primam Tonsuram, ac consecrandi calices, Ecclesias, sit omnino ab Ecclesia, vt docent Castro *de iusta heret. punit. 1. 22.* Couarruu. *lib. 1. variar. cap 10. n* 8. Marchin. *de sacram. ordinis quast. 1. p. 2. cap. 18. n. 29.* Berricelli *n. 6.* seu cum ipsa Ecclesia instituat ista, & simul det modum, & ritum benedicendi, & consecrandi, euenit consequenter, vt iste modus inducat formam substantialem, quâ non seruatâ, actus sit irritus: quare si Episcopus conferret alio ritu primam Tonsuram, consecraret calices, & Ecclesias nihil ageret, vt bene adducit idem Suarez pro prima opinione adductus *dicta disp. 32. n. 6. lib. 5. de legibus*, qui loquitur in casu longe diuerso: alia adducit videnda Berricel. *dicto n. 4. in fine, & dict. n. 6.* in vers. *probant. 2.* Vbi adducit pro nostra sententia verba textus *in cap. pastoralis 3. tit. sequenti de sacrament. non iterandis*, quem *ibi* latè expendo.

Ad secundam quæstionis partem, an in nouo 10
orbe, amisso Pontificali, quod per plurimos annos nequeat haberi, possit Episcopus consecrare Chrisma, & Sanctum Oleum, à se composita benedictione; & quia ex proxime adductis absque tali necessitate dictum est, vt possit Episcopus Oleum; & Chrisma benedicere alia benedictione à se composita, sequitur maiori cum ratione in hoc casu talis vrgentis necessitatis posse quidem sine peccato, & est probabile admodum, esto quod sententia negatiua casus præcedentis omnino esset amplectenda; quia quamuis iuxta eam Episcopus nihil posset circa vniuersales Ecclesiæ leges, & consuetudines, tamen in particulari casu, quando nequit pro dispensatione adiri Sedes Apostolica, poterit ipse ob magnam necessitatem, & iustam causam aliquid decernere contra ius commune, iuxta quæ dixi *in cap. at si clerici de iudiciis in quastionibus finalibus*, vbi Decius *§. de adulteriis n.* 81. Romanus *in l. si vero §. de viro ff. soluto matrimonio*, Salas *de legibus disp 8. sect. 6. n. 40. in fine*, Bonacina *de legibus disp. 1. qu. 1. punct. 3. n. 23.* Castrus Palao *tom. 1. tract. 3. disp. 1. puncto 23. n. 9.*
† sed in nouo orbe nequit recursus 11

ad

ad Papam haberi, niſi poſt languiſſimum tem-
pus, & cum magna difficultate, & in prædictis
regionibus ob conuerſionem infidelium hoc ſa-
cramentum ſit maxime neceſſarium illo modo,
de quo dixi *infra ſub quæſt.14.* & ob Tyranno-
rum perſecutiones fidei, vt noui fideles robur ac-
cipiunt ex hoc ſacramento ad fortiter perſeue-
randum in fide, ad reſiſtendum Tyrannis, aliiſque
conciuibus infidelibus propter *ibi* dicta; item &
ex aliis fundamentis.
12 Quare etſi pro negatiua ſententia afferatur
fundamentum adductum, nempe vt nequeat Epiſ-
copus aliquid agere licite contra vniuerſales Ec-
cleſiæ leges, & conſuetudines, vt docent Abbas
in cap. fin. de conſuet. n.9. Butrius *in cap. 1. n. 3.
de tranſlatione Epiſcop.* Layman. *lib. 1. tract. 4.
cap.7. §.2. n.5.* nec poſſit Epiſcopus in lege Pon-
tificia diſpenſare, S. Thomas *1.2. q.97. art.4. ad 3.*
Suarez *lib.3. de dereloab. cap.14. n.4* Sanchez *lib.
4. de matrim. diſp.5. n.9.* Valentia, *tom. 2. diſp.7.
q.5. puncto vltimo,* Diana, *part.8. tract.1. reſ.11.*
& in ſuper Doctores probant, eo quod neceſſi-
tas in hoc Extremæ Vnctionis Sacramento, non
ſit vrgens, non ad ſalutem neceſſaria, ob idque
ſit melius ea omittere, quam contra præſcri-
ptos Eccleſiæ ritus ea miniſtrare, & ex aliis fun-
damentis.
13 Tamen quia præponderant in hoc ſacramento
confirmationis fundamenta adducta hic ex verſ.
ad primam; & quæ adduxi *ſupra dict. quæſt. 3.
verſ. ad quartam,* ideo ex omnibus illis tenendum
eſt in caſu præſenti pro affirmatiua ſententia; quia
in eo, & ſi negatiuam adſtruat Berricellus *de miſ-
ſionibus Apoſtol. dict. tit. 7. de hoc ſacramento q.
128* prædicta *quæſt. 127. à n.10.* adhuc pendu-
lus abſque reſolutione maneat, & deberet vtique
etiam in hoc caſu negatiuè reſpondere, cum ad
mutandas ſacramentorum formas, nulla neceſſi-
tas valet eſſe potens, ſed propter caſum neceſſita-
tis propoſitæ, pendulus exiſtit; ergo prouenit ab
eo quod ſententia affirmatiua eſt probabilior,
etiam quando ſumus extra dictum neceſſitatis ca-
ſum, forma enim conferendi hoc ſacramentum
non eſt cur mutari poſſit, ſed verborum formæ
benedicendi Oleum, & Chriſma, vt ab Eccleſia
ſtabilita ſine irritatione actus aliter facti, vt *ſupra*
adductum eſt, differt multùm ab altera conferen-
di forma iuxta quæ dixi *ſupra q.5.*
14 Ad tertiam quæſtionis partem, an poſſint ſa-
cramenta confirmationis, & Extremæ Vnctio-
nis diuerſis Oleis miniſtrari? Et in hoc puncto
eſto quod Balſamum non ſit de neceſſitate huius
ſacramenti, de quo dico *infrà* latè *tit. ſequenti
in cap. Paſtoralis* Et videbis adducta *ſupra q.2.
verſ. ad ſecundam,* videtur dicendum ex concilio
Mediolanenſi V. ſub Carolo Sancto *p. 1. in tit.
quæ pertinent ad ſacramentum Extremæ Vnctio-
nis §. Parrochus ſi per errorem,* non confici ſacra-
mentum Vnctioris, ſi miniſtretur Oleo cathe-
cumenorum, aut Chriſmate, aut ſacramentum
confirmationis miniſtretur Oleo infirmorum, aut
Cathecumenorum, & dictum Concilium dicit
abſolutè iterata formâ iterum vngendum infir-
15 mum Oleo infirmorum. † Ex ea ratione, nam ex
inſtitutione Chriſti requiritur benedictio Epiſ-
copi per inuocationem Spiritus ſancti, non qua-
liſcumque, ſed quâ inuocetur Spiritus ſanctus ad
tribuenda auxilia, & gratiam ad effectus huius
ſacramenti; cum enim inſtituerit Chriſtus Domi-
nus diuerſa ſacramenta ad fines, & effectus di-
uerſos, & in aliquibus inſtituerit conferri per ma-
teriam ab Epiſcopo benedictam conſequenter
inſtituit Dominus benedictiones eſſe diuerſas,
determinandas tamen ab Eccleſia in ordine ad
diuerſos fines, & effectus vnde inferunt Bonaci- 16
na *de ſacram. diſp.7. q. vnica puncto 2. n. 5. §. ſed
contrarium* Naldus *in ſumma* verbo *Extrema
vnctio. n.4.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg. 31.
n.16.* Quintana, Dueñas *in theolog. moral. tract.
2. ſingul.3.* Berricelli *de miſſionibus Apoſtol. 2.
p. tit.7. de hoc ſacram. q. 127. in fine,* Candidus
*diſquiſition. moral. tom.3. diſquiſit.3 art. 2. dub. 10
10.11. & 12.* Sylnius *in 3. p. q.19 art. 6. in ſupp.
fol. 115. §. hic quæri poteſt.* Caſtrus Palaus *tom. 4.
tract.26. diſp. vnica puncto 2. n.5.* & alij per iſtos
relati idem eſſe confirmatum vngi infirmorum
Oleo, ac vngi materiâ non benedictâ; quia in be-
nedictione Olei infirmorum non inuocatur Spi-
ritus ſanctus, vt largiatur auxilia ad fidem forti-
ter confitendam coram Tyranno, eandemque ra-
tionem præſtant de chriſmate reſpectu ſacra-
menti vnctionis; imo Nugnus *in p.1. q.29 art. 6,*
Reginald *lib.28. n.60.* Franc. Pitigianus *diſt.23. q.
vnica art.3. verſ. debet,* idem dicunt ſi aliud Oleum
adhibeatur per errorem præter Oleum infirmo-
rum; etſi Chamerota *de ſacram. tract. 3. de con-
firm. c.2. de materia confirmationis dubio 4.* aſſerat,
vt refert etiam idem Barboſa *dict. n.16.* confirma-
tum oleo infirmorum ſacramentum accipere;
quamuis peccaret qui ſic vteretur.
Itaque pro ampliatione horum aduerto, & 17
præcipuè dictorum in verſ. *ad ſecundam* cum
Berricello *vbi ſupr. cap.28. n.11.* dictum de be-
nedictione Chriſmatis poſſe dici idem de bene-
dictione Sancti Olei pro ſacramento Extremæ
Vnctionis, vt deficiente multis annis Pontificali
in nouo orbe, poſſit Epiſcopus illud benedicere
benedictione à ſe compoſita; quia quamuis ſa-
cramentum Extremæ Vnctionis reſpectu aliquo-
rum, non eſſet magnæ neceſſitatis; tamen Iuxta
doctrinam Suarez dicit eſſe extremam neceſſi-
tatem illius in tota communitate: nam ſi, tota
communitas alicuius Regni, aut ciuitatis, multo
tēpore hoc ſacramento priuatur, fieri non poteſt,
quin aliqui ſpiritualiter pereant ex carentia illius
ſacramenti, quo muniti ſuperaſſent aëreas pote-
ſtates, & duriſſimos cum Dæmone conflictus in
mortis agonia Iuxta quæ adduxi *ſupra de ſacra-
mento Extremæ Vnctionis à quæſt. 6.* Vbi agitur
de neceſſitate conferendi illud, ſunt enim in com-
munitate plures qui ſunt huius ſacramenti in ex-
trema neceſſitate. 18
Aduerto ſecundo cum Barboſa *in ſumma Bul-
lar.* verbo *conſecratio,* & Berricelli *dicto cap.28. n.
fin.* quod conſecratio ſacrorum Oleorum poteſt
ex neceſſitate fieri ab Epiſcopo cum minori nu-
mero Miniſtrorum, quam præſcribitur in Pontifi-
cali ſacra Congreg. rituum in Curienſi Rhetico-
rum 21. Auguſti 1604. 19
Quod ſi quærat quid tandem in proxime re-
lato caſu, amiſſo Pontificali in nouo orbe agen-
dum ſit in praxi, videtur reſpondendum cum eo-
dem Berricel. *dicto cap.28. n.11. verſ. verum* nun-
quam conſulendum, vt priuata benedictione con-
ſecretur Chriſma, & ſacra Olea; quia vix vlla ne-
ceſſitas fingi poteſt, quæ præponderet tāto abſur-
do, vt Epiſcopus fungens publica legatione to-
tius Eccleſiæ apud Diuinam Maieſtatem, priuatis
præcibus vtatur: ita ille, & quia *ibi n.1.* dicit pec-
care mortaliter Epiſcopum ſine neceſſitate con-
ſecrantem

secrantem olea sacra, & Chrisma diversis præcibus à Pontificali præscriptis; (quod non impugno,) quando nulla adest necessitas; siquidem illicite tunc operatur, tamen non invalidè: quo pacto existimo veram esse Doctrinam adductam in casu vers. *ad primam.*

20 Ad quartam quæstionis partem quæ latè ex dictis *infra in quæst. sequenti*, & aliis porrigi, & exornari valet, breuiter nunc respondeo quod etsi solus Episcopus Iure ordinario sit minister sacramenti confirmationis, Presbyter autem ex delegatione Pontificia, vt *ibi* dico, nihilominus possit Papa prohibere Episcopo, nec hoc sacramentum confirmationis conferat, sed non inquam facere, vt non valeat, si illud administret ita docent Azorius *p. 2. lib. 1 morali lib. 5. cap. 1. q. 8.* Scipio de Rubeis *in aphorism. Episcopo.* verbo *Confirmatio. n. 9.* Diana *p. 8. tract. 1. res. 11. in fine. vers. nota*, ratio vtriusque est; quia primum de prohibitione cadit sub potestate Pontificia, cuius subditus est Episcopus, cui potest prohibere ne conferat, & administret hoc sacramentum. Secundum inquam dependet à charactere ordinis Episcopalis; qui quia nunquam deleri valet (vt patet ex multis, quæ dico *infra in Rub. de sacram. non iterand.*) sic nec effici, vt semel collatum non valeat, quantumuis Episcopus malus esset Minister, vt si esset hæreticus, Degradatus, vel excommunicatus Iuxtaquæ dico *infra q. 9. vers. ad quartam*, & applicabis dicta *ibi q. 10.*

21 Ad vltimam quæstionis partem, suppositis, quæ dixi *supra q. 3* in vers. *ad quartam*, vbi qualis *benedictio Episcopi in Chrismate requiratur*, & *ibi* in vers. *ad quintam de ritu huius sacramenti in benedictione Chrismatis*, iam nunc ad præsentem difficultatem, an si Episcopus, omittat aliquam ceremoniam appositam in Pontificiali pro benedictione Chrismatis dicatur hoc non obstante, Chrisma benedictum, ad quod ex illis ibi adductis, & nunc dico breuiter, non propterea Chrisma non censeri benedictum, quod Episcopus forte aliquid in Rituali positum omiserit; quia Ecclesia, non ita videtur requirere, vt omnia dicantur, vel seruentur, quæ sunt præscripta, vt benedictio reddatur irrita, si quid forte omittatur; non enim videtur probabile Ecclesiam de facto velle omnes ritus confectionis Chrismatis esse essentiales, nam aliàs si quis per aliquam distractionem, quod in tam multis ritibus facilè posset accidere, aliquid omitteret, inualidè Chrisma conficeret, & consequenter per illud inualidè confirmaret, quod esset valde incommodum, nec Ecclesia posset conferre hoc vero.

22 Vnde DD. dicunt quod cum non possit discerni in benedictione chrismatis, quæ verba, aut ritus sint essentialia, quæ non cum non sit maior ratio de his, quam de illis, obseruatioque totius tantum videatur ex præcepto Ecclesiæ inde valide fieri, etiam si illicitè alio ritu consecraretur, dummodo fieret sufficiens Olei, & Balsami commixtio, & Spiritus sancti inuocatio: sic in terminis Ioannes Præpositus *in 3. p. D. Thomæ q. 72. art. 3. dubio 1. n. 21.* Diana *p. 7 tract. 8. miscel. res.* 21. dicentes quod etsi aliqua benedictio in confuso requiratur ex Christi institutione, vt Chrisma sit debita materia sacramenti confirmationis, & Extremæ Vnctionis, nulla tamen in particulari sit ab eo determinata, sed modus benedictionis Ecclesiæ sit relictus, qui sit sufficiens pro validitate sacramenti, quem designat Ecclesia, & qui pro temporum, & rerum varietate possit esse alius, atque alius, fieri que possit vt benedictio vno tempore sufficiens, non sufficiat alio, Pontifice prohibente, & irritante talem benedictionis modum. Et faciunt dicta hic à vers. *ad primam*, ac tenent etiam Filliucius *tomo 1. tract. 4. cap. 11. n. 12.* Suarez *tom. 3. disp. 33. sect. 1. §. restat verè* Ægid. Coninch. *de sacram. q. 72. art. 2. dubio 1. conclus. 4. n. 47.* & alij.

QVÆST. VII.

An Episcopus solus sit Minister ordinarius Sacramenti Confirmationis? Et an possit etiam ex delegatione Pontificia, hoc sacramentum administrare simplex sacerdos? seu an Presbyter sit sufficiens Minister, quamuis peccet in conferendo? Et quâ ratione conueniat Episcopo esse Minister ordinarius huius sacramenti? Et an seclusa Romani Pontificis prohibitione, solo Iure Diuino attento, Presbyter ex solo sui Episcopi assensu, validè confirmet? Et an hodie regulares missionarij in terris infidelium ministrare queant hoc sacramentum?

SVMMARIVM.

1 *Minister confirmationis inter latinos, & & Græcos* numeris sequentib.

2 *Episcopus est ordinarius Minister sacramenti Confirmationis, & probatur de fide ex Patribus ex Conciliis, & ex summis Pontificibus.* n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. *Et in necessitate an Presbyter, vt ex* 0. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & à n. 21. Et in quæstione 8. *vbi latè.*

13 Concilium Arausican. 1. canone 7.

14 Cap. Presbiter dist. 95. & à n. 17. c. omni tempore de consecrat. dist. 4.

15 Canon. 20. Concilij Toletani, D. Augustin. & Ambros, & n. 16.

17 Cap. nouissimè, cap. de his de consecrat. dist. 5.

18 Clem. Rom lib. 7. constit. Apostolic. cap. 23, & 0. 19.

21 *Sacerdos simplex Presbyter ex delegatione Pontificia valet administrare sacramentum Confirmationis* num. 22. 23. *Vbi ex Pontificibus, concessionibus, & conciliis, & fundamenta contraria expenduntur.* numer. 25. 26. 27.

25 *Presbyteri dicentes vt sibi competat facultas confirmandi, debent ostendere priuilegium eis concessum.*

28 Cap. penult. de consecrat. Ecclesiæ.

31 *Presbyter habet potentiam remotam ad confirmandum, vt* n. 32. 33. 34.

35 *Græci in Italia secrete non prohibentur confirmare.*

LAborant admodum Doctores lo componendis dissidiis inter latinos, & Græcos; imò inter latinos ipsos, quatenus inter latinos dicitur 1

ordinarium

ordinarium ministrum confirmationis esse solum Episcopum Inter Græcos inquam administrationem ad Presbyteros pertinere etiam Iure ordinario Et inter solos latinos nonnulli dixerunt, vt ex sola Episcopi dispensatione possit Presbyter confirmare siue facultate Pontificia. Quare iam ad tractationem prædictorum deueniendo, ex sequentibus apparebit eorum vera resolutio.

Ad primam ergò difficultatis partem, ne mul-
2 tis inuoluat, vt faciunt scholastici agentes de hoc dubio, respondeo ex vsu vetustissimo Ecclesiæ latinæ, & nunquam violato Catholicam veritatem esse, ordinarium ministrum confirmationis esse solum Episcopum, esseque veritatem de fide, videtur stabiliri ex decreto Eugenij I V. dicentis à parte ordinarium Ministrum esse Episcopum, & quandoque de licentia sedis Apostolicæ Presbyterum ministrare confirmationem, quibus docet nullo modo Presbyterum esse Ministrum ordinarium, & in tantum quod si Presbyter non obtineat dispensationem ab eo, qui concedere potest, nulliter, & inaniter conferat sacramentum confirmationis. Quam sententiam de fide certam esse docent Suarez *disp 23. in p. 3. sect. 1. conclus. 2.* Egidius *in hoc art.* Lorinus *actor.* 8. qui cum meminisset contrariæ opinionis inquit, *non ausim dicere, si absque superioris facultate, Presbyter id faciat, quamuis male, facere valide,* & ista eandem opinionem tutam non esse censet, & Basilius Pontius *de hoc sacram. tractatu p. 4. c. 2. n. 7.* quamuis non Iudicet, dicit sine dubio magno cum fundamento dixisse Suarez.

Hanc ergo certitudinem constanter probant
3 ex Conciliis, ex Patribus antiquis, & ex aliis proximè referendis, etsi sub compendio verborum ex Concilio Illiberitano *canone* 38. vbi dicens posse fidelem Baptizare in necessitate, vel nauigantes, vel si Ecclesia in proximo non fuerit, addit, *sed si superuixerit ad Episcopum eum perducat, vt per manus impositionem perfici possit,* magisque vrget *canon. 77.* ibi: *Si quis Diaconus regens plebem, sine Episcopo, vel Presbytero aliquos Baptizauerit, Episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod si ante decesserit de sæculo sub fide, qua quis crediderit, poterit esse Iustus:* quibus locis probatur, transacta necessitate, ad Episcopum deferendum esse confirmandum ita vt nec in necessitate concedatur alicui confirmationis collatio, nec Presbytero; quia si periculum vrgeat, & decedat, non esse necessarium sacramentum Confirmationis ministrare, cum sine illo, cum baptismo possit esse saluus, vt explicat Basilius Pontius *dicta p. 4. cap. 2. n. 9.*

4 Et ex dicto Concilio Florentino sub Eugenio I V. in verbis sequentibus, *ordinarius Minister est Episcopus, vt cum cæteras vnctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc nonnisi Episcopus debet conferre, quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent Episcopi, quod per manus impositionem Spiritum sanctum debent, quemadmodum actuum Apostol. lectio manifestat,* & statim adducit locum *actor.* 8. & subdit *loco autem illius manus impositionis, datur in Ecclesia confirmatio legitur tamen aliquando per Apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili, & vrgenti admodum causa simplicem sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse confirmationis sacramentum* quibus Basilius *sub n. 18.* explicans infert Presbyteros, seclusâ dispensatione, nõ habere potestatẽ signandi Baptizatos in fronte.

Ex Tridentino etiam *sess. 5. canon. 3.* vbi deci- 5
ditur solos Episcopos esse Ministros huius sacramenti confirmationis ordinarios. Et postea *sess. 23. cap. 4.* apertius definit Episcopos Presbyteris superiores esse, ac Sacramentum confirmationis conferre Ministros Ecclesiæ ordinariæ, atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. *Et in canone 7.* dicit *Si quis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel eos non habere potestatem confirmandi, & ordinandi, vel eam, quam habent illis esse cum Presbyteris, anathema sit.*

Item probatur ex Summis Pontificibus, vt 6
Eusebius, Damasus, Leo I. Innocent. I. Ioann. III. quorum Verba relata à Basilio Pontio, *dicta p. 4. cap. 2. ex n. 1.* clare indicant, ac firmant solis Episcopis, Summis Pontificibus successoribus Apostolorum pertinere dictam sacramenti confirmationis administrationem ex Eusebio *in epist.* 3. per verba ibi: *manus quoque impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab aliis, quam ipsis Apostolis legitur, aut scitur per actum esse, nec ab aliis, quàm ab illis, qui illorum locum tenent, vnquam perfici potest, aut fieri debet; nam si aliud præsumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum, nec inter Ecclesiastica vnquam computabitur Sacramenta* Verba Damasij, *in epistola de Coepiscopis,* qui Presbyteri tantùm erant inter alia verba à vers. *quidquid* adsunt sequentia: *quod autem solis Apostolis, eorumque successoribus proprij sit officij tradere Spiritum sanctum, liber Actuum Apostolorum, docet præsertim, cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti in Ecclesia speciem gerunt, legatur donum Sancti Spiritus per manus impositionem tradidisse &c.* ex S. Leone I. sunt verba sequentia in *Epist. 88. de Coepiscopis,* cum eos tantum Presbyteros esse dixisset, & enumerasset Episcopi functionem, & inter eas impositionem manuum confirmatoriam ibi: *hæc enim omnino illicita sunt Co. Episcopis, qui ad Exemplum, & formam discipulorum esse noscuntur, vel Presbyteris, qui eandem gestant figuram; quoniam quamquam consecrationem habeant, Pontificatus autem apicem non habent; quæ omnia solis deberi summis Pontificibus, authoritate canonum præcipitur, vt per hoc, & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi Pontificis demonstretur.* Ex S. Leone *in epist. 1. ad Decentium cap. 3.* retulit Isidorus *lib. 2. de offic. Eccles. cap.* 24. sequentia. verba. *de consignandis verò infantibus manifestum est, non ab alio, quàm ab Episcopo fieri licere: nam Presbyteri, licet sint sacerdotes, Pontificatus apicem non habent; hoc autem solis Pontificibus debitum, vel vt consignent, vel Spiritum Paracletum tradant, non solùm consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum, & illa lectio actuum Apostolorum, quæ asserit Petrum, & Ioannem esse directos, qui iam Baptizatis traderent Spiritum Sanctum: nam Presbyteri, seu extra Episcopum, siue præsente Episcopo, baptizant, Chrismate baptizatos vngere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex Oleo eodem signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Spiritum Paraclitum* Ex Ioanne 3. *in epist. 1.* in verbis ibi: *præsertim cum nullus ex septuaginta*

septnagintа discipulis, quorum speciem in Ecclesia gerunt, legatur donum Spiritus sancti per manus impositionem tradidisse, & ibi, *quod autem solis Apostolis, eorumque successoribus proprij sit officij tradere Spiritum sanctum liber actuum Apostolorum docet*, & deinde *illi autem, id est Apostoli præcipiente Domino illisque denunciante, vt illi, & successores eorum tantummodo per manus impositionem traderent Spiritum sanctum; nonnulli vnquam ex septnaginta tradere Spiritum sanctum per manus impositionem permiserunt*, cùmque idem Ioannes posuisset statim testimonium *ex actorum* 8. addit; *non ergo, vt iam dictum est aliquem ex septuaginta licet pauci essent Apostoli ad hoc opus perficiendum dixerunt. sed Petrum, & Ioannem Apostolos per manus impositionem tradere Spiritum sanctum miserunt, quorum vices in Ecclesia Episcopi gerunt, & non Corepiscopi*: Ex quibus locis quam apertè constet nostra sententia non indiget ratiocinatione.

7 Eademque assertio firmatur ex Patribus inter quos Cyprianus *epist.* 73. *ad Iubajanum*, Augustinus *lib.* 15. *de Trinit. cap.* 26. Chrisostomus *in acta homilia* 18. Beda *actor* 8. Isidorus *supra dicto lib.* 2. *cap.* 24. adducens etiam testimonia actor *cap.* 8. & 19. de quibus iam à *quæst.* 1. & testimonium Innocentij I. iam relatum, Rupertus Abbas *lib.* 5. *de Diuinis officiis, cap.* 16. Hugo de sancto Victore *miscel. lib.* 5. *cap.* 37. & apertius *lib.* 2. *de sacram. p.* 7. *cap.* 2. per verba ibi *manus impositio quæ vsitate nomine, confirmatio vocatur, qua Christianus vnctione chrismatis per impositionem manus in frente signatur soli Episcopis Apostolorum vicariis debetur, vt chrismate eos signent, & Spiritum Paracletum tradant sicut in primitiua Ecclesia Spiritum sanctam per impositionem manuum dandi soli Apostoli potestatem habuisse leguntur.*

8 Quamplures Patres adducuntur à recentioribus, sed sufficiunt proximi adductij pro quibus faciunt verba Clem, Romani *lib.* 3. *const. Apostolicarum cap.* 16. qui de celebratione sacri baptismatis proferendo verba sequentia: *tu igitur ô Episcope, ad exemplum illud vnges oleo sancto caput eorum, qui baptizantur; deinde aut tu Episcope, aut Presbyter tuus, qui sub potestate tua est, facta super eos inuocatione Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizabis*, statim addit, *postea Episcopus baptizatos chrismate vngat.* quæ optimè explicat Basilius Pontius *dicta p.* 4. *cap.* 2. *sub num.* 8. fauentque prædictis omnibus Concil. Hispalense 2 *can.* 7. quod suppresso nomine transcribit verba relata Leonis I. & Concilium Parisiense sub Ludouico, & Lothario *cap.* 27. reprehendens vsum quorundam Episcoporum qui vltra modum suum progredientes, & donum Spiritus sancti per impositionem manuum tradant, & alia quæquæ quæ solis Pontificibus debentur contra fas peragant.

9 Constat ergo apertè ex dictis, item ex *cap. Spiritus sanctus, cap. de his, cap. manus, cap. nouissimè de consecrat. dist.* 5. solis Episcopis, vt Apostolorum successoribus competere ordinariam potestatem, & propriam ministrandi sacramentum confirmationis, & ex hoc textu nostro *in §. pe frontis, & ex cap. quanto de consuetudine*, vbi infinitos congerit Barbosa, & in relatis iam Trid. locis Theologi cum D. Thoma *in* 3. *p. q.* 72. *art.* 11. vbi Nugnus *dubio* 2. Coninch. *num.* 96. & 105. Cardinalis Bellarm. *de confirm. cap.* 12. Henriquez *lib.* 3. *summ. cap.* 6. §. 1. Valentia *tomo* 4. *disp.* 5. Vasquez 3. *p. q.* 72. *art.* 3. *disp.* 219. *cap.* 1. *num.* 3. Couarruu. cum multis *lib.* 1. *variar. cap.* 10. vbi de hoc sacramento, idem Barbosa *in pastorali p.* 2. *alleg.* 30. *num.* 4. cum Angelo, Nauarro, Alphonso Aluarez, Iacobo Graffis, Ledesma, Petigiano, Toleto, Cardoso, Reginaldo, Vgolino, Piacetio, Balduin. Azor, Chamerota, Suarez, Miranda, Emanuel Rodrig, Cæsar, Baronio, Torreblanca, Pineda, Alcedo, Filiucio, & aliis, quibus addo iam relatum Basilium Pontium omnino legendum, *dicto cap.* 1. & 2. *de hoc sacram. dicta p.* 4. & *in capitibus sequentibus* Sahagun *de sacram. confirm. a.* 24. Magistrum senteni. *in* 4. *dist.* 7. & ibi D. Bonauentura *art.* 1. *q.* 3. Pallacios *q.* 4. Sotum *art.* 11. Hurtad. *difficult.* 12. Archangel. *dicta dist.* 7. Baunny *tract. de confirm. q.* 7. Castrum Palaum *tract.* 20. *puncto* 9. qui dicit hanc sententiam esse de fide certam, Trullench. *lib.* 2. *de sacram. q. vnica, num.* 14. & Castillum *de confirm. dubit.* 11. *num.* 108. & alios sic communiter firmantes, & nouissimè P. M. Prad. *p.* 1. *de sacram. num.* 3. d. Thom. *q.* 62. *de hoc sacram. dubio* 11. §. 1. de hoc sacramento referens modos diuersos opinandi, Photij, Caietani Ferrar. Durand. Scoti & aliorum ibi n. 51. resoluit quod solus Episcopus est minister ordinarius, & quod aliter non valet sacramentum vbi respondet contrariis, quem leges, & nos, *hic à h. c n.* 13.

Hæc conclusio multis labefactari videretur, si non supponeremus quasdam fuisse in Ecclesia antiquitus vnctiones practicatas, de quibus dixi in principio textus nostri, inter easque illam nempe, vt in casu necessitatis, absente Episcopo, morituris ministrarét in solatium animæ propter occasionem transitus mortis, eamque referendam esse ad Syluestrum, qui naturæ communis fragilitate impulsus, quod multi statim post baptismum immatura morte decederent, quibus absente Episcopo, & aliis grauioribus causis distracto, confirmationis sacramentum dari non poterat, sacram istam vnctionem instituit, vt qui iam pene agebant in illo supremo certamine contra Dæmonis tela orationibus Ecclesiæ, quæ in ea vnctione adhibentur egregiè muniri, victores palmam facili negotio reportarent, vti præbent testimonium illustre huic rei, verba Damasi *in Pontificali de Syluestro Papa* ibi, *hoc & constituit, vt Baptizatum liniat Presbyter chrismate, lauatum de aqua propter occasionem transitus mortis.* 10

Quod etiam prosequitur Fortunatus *lib.* 1. *de* 11 *offic. Eccles. cap.* 27. in sequentibus verbis. *in gestis Pontificalibus legitur Syluester Papa instituit, vt à Presbytero vngeretur Neophitus in cerebro*, & paucis interiectis in subsequentibus ibi: *si quis sine isto chrismate migrauerit de sæculo periculosum iter arripit, hoc prauidens Syluester Papa quantum potuit subuenit, & propter absentiam Episcoporum necessitate addidit, vt à Presbytero vngeretur Neophitus in cerebro*, sicut etiam affirmant Strabo, *lib. de rebus Ecclesiæ cap.* 26. Rauanus *lib.* 1. *de instruct. clericor. cap.* 28. Rupertus *lib.* 5. *de diuinis officiis cap.* 16. Hugo de sancto Victore 3. *tom. de sacram. lib.* 2. *p.* 7. *cap.* 3. cuius verba, & si longa transcribit Basilius Pontius *dicta p. cap.* 2. *sub nu.* 22. concludens quod

quod in solatium aliquod morituri, cui sacra-
mentum confirmationis ministrari non poterat ob
xbsentiam Episcopi sacerdotem Chrismate per
Episcopum consecrxto vngebat, vt his sacra-
meotalibus Ecclesia quod ex se erat morituris
Spiritus sancti robur impetraret, quod sacra-
mentum confirmxtionis, si ministrxtum fuisset, ex
opere operato contulisset.

12 Et insuper referens alia pulcherrima verba
Basilius Pontius *dicto cap. 4. n. x3.* ex Gullielmo,
Durando *in rationali lib. 6. cap.* 84. *n.* 3. *&* 4. *& n.*
24. ait merito Syluestrum instituisse, vt à Presby-
teris hæc vnctio fieri, posset; siquidem quia Epis-
copus & absens, & multis curis præpeditus con-
firmare non poterxt, quasi vicaria confirmationis
instituta ab eo hanc vnctionem fuisse: addit ta-
men Basilius *dicto cap. 2. n. 15.* quod quamuis hæc
vnctio cæremonialis à Syluestro coocessa fuis-
set, oon tamen ita concessa, vt ab illis non, nisi
de licentia ministraretur, probans ex Concilio
Toletano I. *cap.* 20 quem ipse exposuit de hac cæ-
remoniali vnctione *p. 3. in hoc tract. de confirm.* &
ex Leone I. *epist.* 88. ibi: *sed nec coram Episcopo
licet Presbyteris in Baptisterium introire, nec
præsente Antistite infantem tingere, aut signare*,
Credibile nãque dicit, vt insinuxt Hugo *supra* in-
stituisse Syluestrum eam cæremoniã, vt à Presby-
teris ministrari posset, de licentia tamen Episcopi.

13 Vnde iam non obstant Concilium Arausi-
can. I. *in canone* 2. vbi dicit hæreticos in mortis
discrimine positos si hæretici esse desierint si de
sit Episcopus à Presbyteris cum Chrismate, & be-
nedictione consignari posse, & ex Innocentio
1. *epist.* 1. *cap.* 6. dicente si Energumeni non pos-
sunt ad Episcopum deferri, posse Episcopum au-
thoritatem dare Presbyteris ad eos consignandos
siue ad imponendas manus, & ex alus referen-
dis, quia respondetur ex dictis Patres Arausica-
nos, vt ea cæremonialis vnctio, quam pro Bxpti-
zandis de vita periclitantibus instituerat Syloe-
ster, quæque à Presbyteris ministrari poterat, ex-
hiberetur hæreticis ad Ecclesiam pulsantibus à
Presbytero in solamen, & in defectum confir-
mationis modo dicto, quix sperabant dicti Pa-
tres de Diuina misericordia Iure Deum præcibus
Ecclesiæ in ea vnctione inclinatum præsto ad fu-
turum hæretico clamanti, veniam posceoti, &
contra Diabolum vires præbiturum, quibos illũ
superaret io halitu extremo vitæ: ita Basilius Pon-
tius includit, alia infioita congerens ex *n. x1. ad*
27. Legendus. Qui tradit Suarium dicentem ca-
nonem Arausicanum non agere de sacramento
confirmationis. Et ex eodem fronte respondet
Basilius *n.* x7. *dicta cap.* x. *p.* 4. ad rextum Con-
cilium Toletan. quod cum loquatur de Energu-
mentis *infra* expenditur, cum ago *infra* de illis,
quibus hoc sacrxmentum est conferendum.

14 Nec iterum obstant textus *in cap. Presbyter
dist.* 95. Vbi cauetur ne Presbyteri in fronte
consignent nisi ab Episcopo fuerit illis præce-
ptum Item non textus *in cap. omni tempore de
consecrat, dist.* 4. quia cum verba horum canonum
sint desumpta ex præcedentibus canonibus, debent
eodem modo explicari, vt aduertit Basilius *n.* 28.
dicto c. 2. *lib.* 4. dicens prædictos canones non es-
se Martini primi in Concilio Romano, vt aliqui
Theologi existimarunt, sed Martini Bracatensis
Episcopi in collatione canonum ex Synodis orie-
talibus & videbis dicta *infra q.* 9. *vers. ad tertiam.*

15 Nec etiam obstant *cap.* 20. Concilii Toletani,

vbi statuitur Diaconum non Chrismare, sed Pres-
byterum, absente Episcopo, præsente vero non,
nisi ab illo fuerit præceptum. Nec D. Ambrosius,
qui *ad Ephesios.* 4. scripsit Ægiptios, xbsente
Episcopo consignare. Nec Augustin. siue quis
alius fuerit auctor. *lib. quæstionum veteris, & noui
testamenti q.* 101. in qua xsserit in Ecclesia Ægy-
ptiorum, & Alexandrina, in qua non erant Epis-
copi, sacerdotes solitos fuisse hoc sacramentum
conferre, *in Alexandria (* inquit *) & per totam
Ægyptum, si desit Episcopus, consignat Presby-
ter* †Quia respondeo ex proximè dictis intelligi 16
Toletaoum, Ambrosium, & Augustinum de præ-
dicta cæremoniali vnctione, vt intelligit Vual-
densis *tom.* 1. *de sacram. cap.* 114. refert Basilius
dicto lib. 4. cap. 2. n. 28 vbi quia ibi, & *cap.* 5. in-
telligendos videri ait Augustin. & Ambros. de
consuetudine Græcorum; & quod in correctis
libris Augustini non legitur *consignat Presbyter,
sed consecrat Presbyter*; quod vero diuersum
longe sensum addit.

Ideo duxi hic expendere Iota sequentia, textum 17
nempe *in c. omnino & in c. de his vero de con-
secrat. dist.* 5 qui sentiunt irritum, & inane sacra-
mentum confirmxtionis, si à Presbyteris conficia-
tur, hoc est *si Presbyteri conficiant*, id est conse-
crent Chrisma, & conferant; quia conficere Chris-
mx spectxt xd Episcopus atx Bxsilius Pontius *de
hoc sacram. p.* 2 *c.* 4. *n* 9. vbi addit vt hac eadẽ phrasi
loquendi Græcè, idem significat Dyonis. *de Eccle-
siast. Hierarchia c.* 4. de quo iam supra lxtè dixi.

Nec pugnãt verba Clem. Romani *lib.* 7. *constit.* 18
Apostolicar. c. 22. vbi instruens Episcopum, &
Presbyterum, quomodo debeant Baptizxre, addit
sequentix *vnges autem O Episcope, & Presbyter
prius oleo sancto; deinde Baptizabis aquá, postre-
mo consignabis vnguẽto, vt vnctio sit participatio
Spiritus sancti, aqua sit symbolũ mortis, vnguentũ
sigillum pactionũ*; & quod in canone vllo, in quo
Presbyteris prohibetur ministrare sxcramentũ cõ-
firmationis non dicitur irritum, aut nullũ fore sa-
cramentum xb illis collectũ; & ideo repetendũ, sed
tantùm absolutè prohibeantur confirmare. †Quia 19
respõdeo ad Clem. verba ex illis tribus aliqux per-
tinere xd Episcopum, & Presbyterum, alia ad solũ
Episcopum; indeque accipiendx Iuxta distributio-
nẽ acommodam, Iuxta quæ in præcedentibus ad-
duxi quæstionibus, docet Basilius Pontius *dicta p.*
4. *c.* 2. *sub n. fin.* in vers. *ad tertium*, vbi notat per-
pendendum, quod Clemens in prioribus verbis
cum agit de Baptismo, coniungit Episcopum, &
Presbyterũ, non tamen cũ agit de confirmatione.

Et licet in canonibus prohibentibus sacramen- 20
tum confirmationis Presbyteris, oon dicatur nul-
lum sacramentum illud ab illis collatum, nec irri-
tum: tamen vt expendo sub quæst. sequenti Patres
iam adducti sufficienter exprimunt defectum po-
testatis in Presbyteris ad confirmationem mini-
strandam; sic vt sequatur esse irritum, & inane, &
repetendum sacramentum ab illis collatum, docet
Basilius *dicto n. fin.* & communis omnium; imò sa-
tis xpparet ex verbis *dicti c. quanto de consuet.* vbi
Innocent. III ait *esse inanem vmbram, & verita-
tem*, & *cap. manus impositionis de consecrat. dist.*
5. quod desumptum est ex Eusebio Pxpa *epist.* 3.
vbi habetur *irritum habendum, & vacuum, nec
inter Ecclesiastica sacramenta reputandum, quod
per simplices sacerdotes confertur.*

Ad secundam quæstionis partem, an possit 21
ex delegatione Pontificia simplex Sacerdos

administrare hoc Sacramentum. Quia ex præfatis posset longe repeti, existimaui in hoc, & in aliis dubiis nostræ quæstionis breuiter resoluere: pro affirmatiua, nam licet plures affirmarint, nec ex Pontificis dispensatione posse sacerdotem Presbyterum, sacramentum confirmationis administrare, nec in hoc Pontificem dispensare posse, vt latè probant Scotus, & Durand. *in 4. dist. 7. quæst. 2.* Adrianus *de confirm. art. 3.* & videantur sentire Bonauentura circa litteram Magistri, & *art. 1. q. 3.* Gabriel. *quæst. vnica art. 2. conclus. 3.* Maior *quæst. vnica*, Castro *de hæresibus 5. confirmatio*, & inclinet Petrus Soto *lect. 2. de Confirm.* & Gullielmus Estius *in 4. dist.*

22 §. 21. † Tamen contraria sententia probatur *ex cap. peruenit. 1. dist. 95.* Vbi glossa, & communis secundùm Archidiaconum, Bellamer; Turrecrem; Dominicum, & Præpositum Couarru. *lib. 1. variar. cap. 10. n. 2. & 5.* Cucus *lib. 5. instit. moral. tit. 3. num. 3.* Barbosa *in pastor. dicta p. 2. alleg. 30. num. 6.* qui omnes alios referunt Canonistas sic tenentes *in dicto cap. peruenit*, *& per cap. Presbyteri de consecrat. dist. 4.* item probat communis Theologorum cum D. Thoma *in 4. dist. 24. q. 11. art. 4.* Vbi Sotus, & alij, & ex eodem D. Thoma *dicta q. 72. art. 11.* Vbi Caietanus, Nugnus, Pesantius, & Egidius, Paludan. *q. 4.* Aureol. *in 4. dist. 7. quæst. 2.* Victoria *quæst. 49* Bellarm. *cap. 12. de confirmat.* Henriquez *lib. 3. cap. 6. num. 4. & 5.* Suarez *disp. 33. sect. 2.* Vasquez *q. 72. disp. 119. cap. 1. n. 3* Bonacina, Filliucius, Toletus, Lublinus, Torreblanca, & alij, quos sequitur Leander *de sacram. tract. 5. disp. 2. q. 2.* Hurtado *de hoc sacram. disp. 13.* Viuald. *de Ministro confirm. n. 4.* Ochogauia *q. 10. n. 2.* Granad. *in eodem tract. disp. 2. n. 5.* Anglés. *art. 4.* Sylvius *in addit. §. 3. de confirm summa* Binsfeldij, Petrus Cenedo *cap. 3. pag. 58. & 59.* Molfesius *in summa de hoc sacram. tract. 4. cap. 2. n 27.* dicens hanc sententiam esse de fide Castrus Palaus *tom. 3. tract. 20. p. 9.* Diana *p. 8. resol. 3. tract. 1.* Sahagun *de sacram. Confirm. n. 26.* abunde, & cum multis Basilius Pontius *dict. p. 4. cap. 3.* Cardosus verbo *sacramentum Confirm. n. 8.* idem Diana cum aliis *p. 3. tract. 4. res. 23. in fine.* Chamerota *tract. 3. de confirm. cap. 3. in fine, & cap. 2. dubio 5.* Auersa *de hoc sacram. q. 72. sect. 3.* Præpositus in D. Thom. *dict. q. 72. dubio 2. num. 46.* Optauius *de sacram. tract. de confirm. disp. 1. q. 8. n. 33* Petrus à Sancto Ioseph *in Idea theologia sacram. cap. 14. resol. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 6. n. 6.* cum multis Ioannes Petit *in theolog. sacram. tr. 3. lect. 33.* Marchantius *in resol. Pastor. tract. 3. c. 2. q. 2.* alios infinitos refert, & sequitur nouissimè Berricellus *de missionibus Apostolicis tract. 7. de hoc sacram. q. 129, à n. 2.* pluribus fundamentis *à n. 3.* qui respondet contrariis fundamentis, dicendo ex Diuina institutione Episcopum esse ordinarium Ministrum vt *infra* expendo, multis aliis Pater Prado supra *de hoc sacramento dubio 11. §. 3.* vbi respondet contrariis quibus & nos ex dictis *à n. 5. hic.*

23 Probant etiam Doctores ex Concilio Florent. decreto de sacram. vbi postquam tradidisset ordinarium Ministrum confirmationis esse Episcopum, quibusdam interiectis, dicit, *legitur tamen aliquando per Apostolica sedis dispensationem ex rationabili, & vrgenti admodum causa simplicem sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis sacramentum.* Deinde quia Alex. IV. & Gregor. XIII. dicuntur hanc potestatem pro Indiis concessisse, quod non potest prudenter negari, cum de Gregorio referatur ab authoribus fide dignis tanquam res suo tempore facta, vt Suarez *disp. 36. sect. 1.* & Henriquez *de vtroque cap. 6. n. 4. lit. N.* Item quod dicitur de Adriano IV. qui anno 1521. Aprilis. 25. dicitur concessisse pro Indus, & regionibus, in quibus non sunt Episcopi, vt sacerdos regularis ordinis minorum posset confirmare, cuius concessionis authenticum refert esse Hispali in Monasterio sancti Francisci, Henriquez *supra litt. 1.* & Diana *dict. p 8. res. 3.* vbi etiam confirmat ex quadam cardinalium responsione *in canone 3. de confirmatione sess. P. Trident.* quod etiam Abbates ex priuilegio sedis Apostolicæ; de consensu tamen ordinariorum possunt conferre hoc sacramentum confirmationis, vt etiam refert Basilius Pont. *dict. c. 3. sub n. 6.* Vbi dicit etiam dispensasse Nicolaum. IV. Ioan. XXII. Vrban. V. Eug. IV. & alios Pontifices, vt refert Leo X. in Bulla directa quibusdam Franciscanis, quam ipse confirmauit; item & Emanuel Rodriguez *in nona collatione.*

Et confirmatur ex Concilio Senonense in decretis morum *cap. 38.* vbi cum dixisset Abbates non habere potestatem confirmandi, addit quod si qui sint qui contendant sibi competere hanc facultatem ex priuilegio volumus, quod cum primum fuerint requisiti à suffraganeis nostris, de priuilegio fidem facere teneantur; imò D. Greg. XIII. dispensauit cum Patribus societatis, vt etiam apud Indos cum Chrismate ab Episcopo benedicto sacramentum confirmationis ministrare; & refert Basilius, Pontius *dicto n. 6. in fine.* audiuisse eos, qui asseruere se ministrasse hoc sacramentum ex ea dispensatione; imo & apud eos asseruari diploma huius authoritatis concessæ. Et hæc omnia confirmantur ex factis, consuetudine Græcorum *quæst. 6. supra* relatis 24

Et nostram communem sententiam de fide certam putat esse, sed Perigianus *in 4. dist. 7. q. 1. art. 13. in fine.* sentit non esse de fide, quia Eugenius non est loquutus definiendo, & Tridentinum, licet dixerit ordinarium ministrum esse Episcopum; nihil tamen dixerit de extraordinario; & sic temerarium tantùm esse oppositum; Basilius autem Pontius omnino legendus *dicto cap. 3. p. 4. n. 11.* per totum ex multis fundamentis propendet se in soli sententiam coniungendo decretum Trid. definitionem cum decreto Eugenij, referens verba Eugenij.

Et licet fundamenta contrariæ sententiæ consistentia decretis aliquorum Pontificum, de quibus iam *à num. 1.* Veluti Damasi, Eusebij, Innocent. I. Leonis II. Ioannis III. & aliorum, tamen intelligunt dicendo ordinarie solis Episcopis debere huius sacramenti ministerium, & expendunt Diana *dicta resol. 3.* & Basil. *sub dict. cap. 3.* rectè absolute loqui; quia quando de potestate est sermo, & absolute dicitur aliquod genus hominum habere, vel non habere potestatem, intelligitur de potestate ordinaria, vt si quis v.g. dicat Parochum non habere potestatem excommunicandi, rectè sic absolutè loquitur; quia intelligitur de potestate ordinaria, quæ ex officio annexa sit, non de potestate delegata, quam accipere potest à Summo Pontifice. 25

Nec

26 Nec aliud obstat desumptum ex ratione, scilicet, vel potestas confirmandi competit Episcopo ratione Iurisdictionis, vel consecrationis, non primum, dicunt Basil. *dict. cap. 3. n. 9.* Diana ex illius verbis. *dicta resol. 3.* vers. *secundum* vt notum est, nam alias Episcopus non consecratus posset confirmare sibi subditum, & nulla esset confirmatio ministrata non subdito, quæ absurda sunt. Si dicatur secundum, ergo vel ratione consecrationis, & ordinis sacerdotalis, & presbyterij, at sic etiam conueniret Presbyteris, & valide confirmarent, etiam sine licentia Episcopi (quod est falsum, vt dixi *à n. 1.*) vel ratione consecrationis Episcopalis; etsi hoc verum est, non poterit competere Presbyteris, cum ea consecratione careant. Tamen respondent Basilius, & Diana, & ego longius *infra hac quæst.* vers. *ad vltimam* diuerso modo vtrique competere.

27 Et quia Doctores solent etiam obiicere textum *in cap. penult. de consecrat. Ecclesiæ, vel altaris*, vbi dicitur ea, quæ consecrationis sunt, non consecrato, committi non posse; ob idque si confirmare competat Episcopo ratione consecrationis, & ea deficiente in Presbytero, sequi vt non possit illi committi huius sacramenti administratio. Sed respondeo cum eodem Basilio Pontio *dict. c. 3. p. 4. n. 10.* Diana *dict. res. 3. vers. Denique*, vt *infra* in dicta vers. *ad quartam*, verb. *alia*.

28 Sed quia factum Gregorij *lib. 9. epistol. 3. & 26.* ad Ianuarium relatum, *in dicto cap. peruenit dist. 95.* existiment Durandus *in 4. dist. 7. q. 3. &* 4. Estius *ibi dist. 7. dicto §. 12.* Loqui non de Baptizatis, sed de Baptizandis tangendis à Presbyteris Chrismate in fronte; ideo tenent in illo textu non reperiri decisam primo nostram adductam sententiam; vt non probari videtur ex verbis *dict. cap. 1.* ibi. *peruenit quoque ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod Presbyteris Chrismate tangere in fronte eos qui Baptizandi sunt prohibuimus, & nos quidem secundum vsum veterem nostræ Ecclesiæ fecimus: sed si hac de re aliqui constituantur, vbi Episcopi desunt, vt Presbyteri etiam in fronte Baptizandos, etiam in fronte tangere debeant concedimus.* longeque distare verb. *baptizandi* à baptizatis, inferendo non dari sacramentum confirmationis ex eo quod Presbyteri corporis partem quamlibet vngant.

29 Alia ex illis adducit Basilius Pontius *dicto lib. 4. de hoc sacram. n. 2. 3. &* 4. qui expendens verba relata, ait Pontificē Greg. IX in dictis locis loqui de sacramento confirmationis, ac de vnctione confirmatoria, non cæremoniali, vt de ea sic intellexit postea Eugen. IV. in Florentino iam relato; cum ergo ait Gregorius loqueretur de ea vnctione, quam antea prohibuerat eisdem Presbyteris, absolutaque prohibuisset vnctionem cum Chrismate in fronte Baptizati; ideo euincit extra controuersiam esse, nomine eo sacramentum intelligi confirmationis; & sic vt diu instet ea solutio, quæ de alia vnctione Gregor. interpretatur; & *sub dicto num. 2.* ait non fuisse tollerantiam in eo, quod sine scandalo vitare non posset, sed concessionem confirmandi facultatem Presbyteris præstando; quia Pontifex ibi non dixit *permittimus*, sed *concedimus*, & vsus fuit nomine *Chrismatis*, aliàs vteretur verbo *Olei*; item quod textus ille loquitur tantùm de simplicibus Presbyteris, non de illis, qui simul essent Episcopi, late etiam probans, quod Gregorius posuerit *Baptizandos* pro *Baptizatis*, in illisque verbis, *& nos quidem secundum veterem Consuetudinem Ecclesiæ nostræ fecimus*, in quibus explanat quod vetus consuetudo excluserit simplices sacerdotes; sed quia de ea aliqui contristarentur; ideo summum Pontificem decreuisse facultatem Presbyteris confirmandi, vbi Episcopi desunt.

Ad tertiam quæstionis partem, an Presbyter sit sufficiens minister, quamuis peccet in conferendo Confirmationis sacramentum? Satis liquet ex deductis *in præcedenti dubio* vers. *ad secundam*, & *à num. 1. nostræ quæstionis*; quia vt *infra* dicemus, nonnisi ex sola dispensatione Papæ hoc liceat ei. 30

Ad quartam quæstionis partem, qua ratione conueniat Episcopo esse minister ordinarius huius sacramenti, aliqui Doctores varia dixerunt inter quos Philippus Faber, *in 4. dist. 7. disp. 17. c. p. 3. n. 3.* qui distinguens in Episcopo duplex munus circa sacramentum confirmationis, & quod primum sit ipsa confectio, & consecratio Chrismatis, quæ à solo Episcopo fieri potest, & non à Presbytero (de qua *infra*) & hoc à Iure Diuino manasse; quod sic Constitutum dicit, vt solus Episcopus priuatiuè conficiat. Secundum dicit esse collationem Chrismatis, de qua in tractatu nostro, & quod ex his duobus videatur præstantius primum; quia constituit materiam sacramenti, essentialiusque esse, vt Chrisma sit consecratum ab Episcopo. Quâ suppositione pergit Philippus Faber ex institutione Diuina conuenire illum actum primum Episcopo, & nulli alteri. Et quod collatio, siue administratio sacramenti confirmationis eidem etiam pertineat, ex eadem institutione, pertinereque ad potestatem Iurisdictionis, esseque ordinariam, in Episcopo, delegatam in sacerdote; nec posse extendi, ait ad Diaconum, & alios inferiores Clericos, & laicos, quia ordinatus institutione Diuina, ne ad alios inferiores transferatur; probans in quam Faber hoc munus ad potestatem Iurisdictionis, & non ordinis pertinere, eo nempe fundamento; quia potestas ordinis, non potest tolli, nec impediri, ne effectus fiat, si attentet is, qui talem authoritatem habet; sicque concludit, vt ministratio huius sacramenti non sit ordinis, sed Iurisdictionis, colligendo ita ex D. Thoma dicente Pontificem concedere Presbyteris, vt consignent ex plenitudine potestatis; & quod plenitudo Papæ est Iurisdictionis alia multa congerit Philippus Faber. 31

Sed Basilius Pontius, *dict. p. 4. de hoc sacram.* affert Sotum, *in 4. distinct. 7. quæst. vnica art. 12.* dicentem Christum statuisse solos Sacerdotes, siue ex officio, siue ex commissione posse confirmare, commisisse autem Ecclesiæ; vt posset limitare; prout expedire indicauerit quod Episcopus, vel Sacerdos sub hac, vel illa conditione esset necessarius minister, optimè impugnans; item & alia, quæ retulit Faber *ibi* repetens ex *num. 1.* potius cum Suarez amplectitur, quod Christus instituit, vt ex vi ordinationis, & consecrationis Episcopus in actu primo proximè esset necessarius minister huius sacramenti à nullius dispensatione, vel licentia dependens, sicut Presbyter per characterem constitutus est in actu primo proximo ad conficiendum Corpus Christi; sic vt talis potestas non sit auferibilis in Episcopo, nec impediri possit, vt frustretur effectu, 32

Fermosin. de Offic. & sacris Eccles. *Tom. I.* H 2

33 fectu. † Et quod est in Presbytero eadem potestas in potentia quadam remota ad confirmandum ex vi suæ ordinationis, qui tantùm constituetur in potentia proxima per dispensationem superioris legitimi; concludit ergo Basilius, vt radix, & fundamentum nostri dubij consistat in ordine, & charactere; & sic potestatem confirmandi, tam Episcopo, quam Presbytero competere ratione ordinis, & consecrationis, Episcopo quidem completè, & proximè, Presbytero inquam conditionate, si accedat dispensatio Pontificis; quod est competere in potentia remota, vt loquuntur Suarez, & alij: ob idque nullo modo pertinere ad potestatem iurisdictionis.

34 Alia philosophando tradit idem Basilius pro maiori claritate, *dict. cap. 6. num. 6.* quæ omitto; solùm enim dico ex hoc modo intelligendi responderi ad obiectiones propositas sub vers. *ad secundam*, in vers. *nec aliud*, & *quia DD.* vbi de textu *in dicto cap. penult. de consecrat. Ecclesiæ, vel altaris*, nempe, vt Episcopo competat esse minister ordinarius ratione consecrationis Episcopalis, & Presbytero ratione suæ consecrationis remote, & dependenter à dispensatione: ita Diana *dicta p. 8. tract. 1. ref.* 3. in dictis vers. *secundum*, & *denique*, dicens in Presbytero esse consecrationem remotam sufficientem, vt posita conditione, possit ministrare sacramentum Confirmationis; quia sicut in illo ratione ordinis est sufficiens fundamentum, vt accedente Iurisdictione (vt dici solet) possit absoluere à peccatis, à quibus sine ea inualide absoluit, ita etiam ratione ordinis in Presbytero sit sufficiens fundamentum, vt possit illi committi ministerium sacramenti ordinis, quod sine ea commissione inaniter, & inualidè conferret) vt expendo *infra in cap. vtriusque sexus de pœnit.*) itaque dicit exercitium confirmationis committi consecrato tantùm.

35 Ad quintam respondetur satis ex his, quæ dico *quæst. sequenti* in vers. *ad quartam*; & quia nouissime Berricellus *de hoc sacram. tit. 7. tract. de missionibus Apostol. q. 31.* agit de quæstione, an hodie Presbyter, siue orientalis, siue occidentalis Ecclesiæ valide confirmare possit, vbi latè agens cum Arcudio firmat posse Græcos, præsertim in oriente; pro quo faciunt relata *quæst. sequenti* in vers. *ad primam* & vers. *ad secundam*. plura de licita consuetudine Græcorum, vt eorum Presbyteri confirment; quare alia hic non repeto; imo notat Berricel. *ibi à num.* 2. vt licet Græci in Italia valide nequeant confirmare, tamen admittit, si id facerent in aliqua ciuitate sine nota, aut vbi non fuisset recepta Bulla Clem. VIII. quæ Græcis expresse prohibuit, ne Presbyteri Græci Baptizatos Chrismate, confirment, expedita anno 1595. Augusti 31. quam per extensum refert Thomas à Iesu Maria *de conuersione omnium gent. lib. 6. p. 2. cap. 7.* Arcudius *de sacram. Ecclesiæ orientalis. lib. 2. cap. 15. & capit. 16. in fine.*

***

QVÆST. VIII.

An Diaconus, seu alius Clericus non Presbyter, possit ex commissione Pontificia ministrare, & conferre sacramentum confirmationis? An Abbates? Seu an possit Pontifex dispensare ad illud administrandum per sacerdotem solum priori ordinatione consecratum? Et an soli Pontifici competat priuatiuè talis dispensandi potestas, vel etiam Episcopo? vel an possit Pontifex dispensare, vt simplex sacerdos, consecrare queat Sanctum Chrisma? Et an si sine causa dispenset, vt simplex sacerdos conferat sacramentum confirmationis, sit dispensatio valida? Et an Pontifex tantum electus, & nondum consecratus in Episcopum, possit hanc potestatem simplici sacerdoti concedere? vel an facultas talis concessa simplici Sacerdoti, expiret, mortuo Pontifice, vel si sit concessa ex causa, ea cessante, expiret? An Regulares missionarij in partibus infidelium, præsertim in nouo orbe, habeant à sede Apostolica priuilegium ministrandi hoc Sacramentum?

SVMMARIVM.

1 *Diaconi, & alij Clerici minores, nequeunt esse ministri sacramenti confirmationis, &* n. 2. & 3.

4 Trid. canon. 3. sess. 7. de confirmat.

5 *Abas Presbyter potest esse minister Confirmationis priuilegio Apostolico, & licentiâ proprij Episcopi.*

6 *Sacerdos sola prima ordinatione consecratus, nempe calicis porrectione, num si impositio non est manus, possit ex dispensatione Pontificis confirmare,* n. 7. 8. 9. 10. 11.

7 *Setus censet impositionem manuum in ordinatione esse introductam ab Apostolis.*

8 *Calicis traditio in ordinatione sacerdotali, spectat cum Patena ad potestatem Consecrandi.*

9 *Manuum inpositio in ordinatione sacerdotali, spectat ad potestatem absoluendi à peccatis.*

12 *Episcopus nequit in suo territorio delegare simplici sacerdoti, vt confirmet eius subditos; etsi dicatur Pastor ordinarius in suo territorio, vt Papa in orbe, vt expenditur* n. 13. 14. & 15.

16 *Chrisma pro confirmandis ex dispensatione Pontificia multi probant posse fieri à sacerdote, & si non tam facile, vt ministrare illud sacramentum,* n. 17. 18. 19.

20 *Pontifex dispensando sine causa, vt simplex sacerdos confirmet, non improbatur in suo facto, & quare; non sic in dispensatione voti tertio præiudiciali* numer. 21. 22.

22 *Gratia*

22 *Gratia non ceſſant mortuo Papa, concedente etiam reſpectu Preſbyteri confirmaturi.*

23 *Pontifex tantum electus, & non conſecratus, poteſt diſpenſare cum ſimplicibus ſacerdotibus, vt confirment.*

1 AD primam difficultatis partem de Diacono, & aliis clericis inferioribus, ſeu laicis ex dictis *ſub quæſt. 7. præcedenti*, ſatis liquet, nec Diaconum, nec clericos alios inferiores poſſe etiã ex commiſſione Pontificia eſſe miniſtros Sacramenti confirmationis, quia deficit in illis Character ordinis presbyteralis, qui requiritur ex inſtitutione Diuina pro miniſtro legitimo huius ſacramenti, ſaltim remotè, vt *ibi* explicaui *in fine dictæ quæſtionis*: ita communiter docent Theologi cum D. Thom. *diſt. 7. in 4. q. 3. art. 1. & q. 72. art. 11.* Sotus, Ledeſma, Tabiena apud Henriquez *lib. 3. c. 6. a. 5.* Granadus, Ludouicus de S. Ioan. & alij, quos ſequitur Leander *tract. 3. de ſacram. diſp. 2. q. 4.* præcipuè Reginaldus. *lib. 28. n. 19.* bene probans *ex cap. manus de conſecrat. diſt. 5. & ex cap. quanto de conſuet.* Baunij *q. 7. aſſert. 3. de hoc ſacramen-*
2 *to*, Sahagun. *de hoc ſacram. n. 25.* † Vbi dicit iam damnatum eſſe errorem eorum, qui affirmabant Diaconos eſſe proprios confirmationis miniſtros, tenent etiam Baſil. Pont. *ſub c. 3. p. 4. de hoc ſacram. in fine*, Filiucius *tract. 3. n. 27.* dicens, vt inferior ſacerdote, nec etiam ex diſpenſatione Papæ poſſit eſſe miniſter huius ſacramenti, tradit Barboſa *in paſtorali p. 2. allegat. 30. ſub n. 4. in fine*, Egidius Trullench. *de ſacram. lib. 2. q. vnica n. 14. in fine.*

3 Et in tantum Doctores ſic verum dicunt, vt Diaconus, etiam ſi ſit Cardinalis nequeat hoc ſacramentum adminiſtrare: ſic iam adducti ex commiſſione Papæ. Quare non ſunt ferendi Abbas, & Innocent; qui *in dicto cap. quanto de conſuetudine, & gloſſa in dicto cap. manus de conſecrat. diſt. 5.* Vt etiam refert Aureol. *in 4. diſt. 7. q. 2.* affirmant exiſtimantes ex mandato Papæ quemlibet clericum poſſe conferre ordinem, & ſacramentum, quod habet. † Nec obſtat Tri-
4 dentini, *deciſio ſeſſ. 7. de confirmat. canon. 3.* dum inquiens ordinarium huius Sacramenti Miniſtrum Epiſcopum eſſe, ſignificare videtur non eſſe inconueniens quod non Epiſcopi, & Pontificis maximi permiſſione extraordinarij, ſeu delegati fiant miniſtri: nam vt *ſupra quæſt. præcedenti*, longè reſolutum eſt, hoc tantum de Preſbyteris eſt intelligendum, non de aliis ſacerdotibus inferioribus, vt hic: Videbis Barboſam, *ſub dicto n. 4. in fine*, vbi refert ex Solorzano, *de Iure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 18. n. 34.* nouiſſimè bene tractat P. Prado, *dubio de hoc ſacram. §. 4.*

5 Ad ſecundam quæſtionis partem de Abbatibus dicendum eſt quod ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ de conſenſu ordinarij poſſint conferre ſacramentum hoc confirmationis, vt referunt, ac tenent Armendariz, *in additionib. ad recopil. legum Nauarra, lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Epiſcopis n. 77.* Barboſa, *in paſtorali dicta alleg. 50. num. 5.* quod eſt intelligendum ſi ſint Preſbyteri, vt colligi debet ex proximè adductis ſub *dicta quæſt. 6.* & exiſtimo conſenſum Epiſcopi requiri; quia aliàs in territorio alieno non poſſet exercere Abbas alterius territorij, ſicut nec Epiſcopus per dicta, *ſupra in cap. cùm contingit de ætate, & qualit. ordinand.* Vbi plura de Abbatibus dixi circa ordines.

Ad tertiam quæſtionis partem, an poſſit Pontifex diſpenſare ad hoc Sacramentum Confirmationis miniſtrandum per ſacerdotem ſolùm priori ordinatione conſecratum? In quo dubio ſunt diuerſæ Doctorum ſententiæ: nam qui docent ſufficere in ordinandis Presbyteris, Calicis porrectionem cum Patena, vel totam materiam proximam ſitam eſſe in traditione Calicis cum vino, & Patenæ cum pane, & totam formam in verbis dictæ traditionis correſpondentibus, nempe: *accipe poteſtatem offerendi ſacrificium &c.* vt videtur indicare Eugenius *in ſuo decreto*, dum pro ordinatione ſacerdotis, non aſſignat aliam materiam, quam dictam traditionem, nec aliam formam, quam verba ipſi traditioni correſpondentia, ipſi tenent poſſe Pontificem diſpenſare in puncto noſtri dubij; quia per traditionem dictam, & verba correſpondentia formæ denotatur conſecratio, ſeu ſacrificatio, quæ eſt præcipua actio ſacerdotis, cũ per hæc conferatur character, & poteſtas ſacerdotalis, eiſque ſolis perficiatur ordinatio ſacerdotis: ita docent Durand. *in 4. q. 3. art. 2.* Ricard. *ibi diſt. 24. art. 4.* Tapperus *art. 7. §. de materia*, Valentia *tom. 4. diſp. 9. q. 1. puncto 5.* Nugnus *in 2 p. D. Thom. q. 37. art. 5.* Bonacina *de ſacram. ord. diſp. 8. q. vnica, puncto 3. n. 2.* Cruz *in direct. p. 2. de ſacram. ordin. dubio 2. concl. 1.* † & Sotus *dicta diſt. 24. q. 1. art. 4. concl. 5.* cenſens impoſitionem manuum, & verba correſpondentia, non eſſe de eſſentia ordinis ſacerdotalis, facile concederet Pontificem id poſſe, quod etiam facile colligi poteſt ex his, quæ tradit Paludan. *in 4. & diſt. 25. q. 1. art. 2.* vt indicari videtur etiam *in c.* Presbyteri *infra tit. proximo de ſacram. non iterand.* dum in eo impoſitio manuum, quæ fit in ordinatione Presbyteris, & Diaconi, dicitur introducta ab Apoſtolis, & ob omiſſionem illius non eſſe ſacramentum iterandum, ſed ſupplendam eſſe; & ſic etiam deduci ex eo quod in aliquibus Pontificalibus non inuenitur cæremonia hæc impoſitionis manuum, nec inueniuntur verba illi correſpondentia.

E contra tamen alij docent impoſitionem ma- 8
nuum eſſe de eſſentia ſacerdotalis ordinis; eo quod in porrectione Calicis cum Patena ſolùm confertur ſacerdotibus poteſtas conſecrandi, & per impoſitionem manuum ſupra ordinatorum Capita imprimatur noua pars Characteris, & cõferatur poteſtas abſoluendi de à peccatis vt declarant verba, quæ tunc profert Epiſcopus: *accipe Spirienm Sanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & qaorum retinueritis retenta ſunt*, in quibus ſignificatur ſenſus ſenſibile, nempe impoſitio manus, & forma, quæ ſignificat *ibi* conferri gratiam, & poteſtas abſoluendi à peccatis, quæ eſt propria ſacerdotum, dictamque impoſitionem manuum neceſſariam eſſe probant Concil. Cartaginenſe. IV. *can. 3.* vbi agens de ordinatione Presbyteri ſolùm meminit impoſitionis manuum, & Trident. *ſeſſ. 14. c. 3. de Extrema Vnctione*, vbi ait miniſtros huius ſacramenti eſſe Presbyteros, qui ſunt Presbiteri, aut ſacerdotes ab ipſis rite ordinati per impoſitionem manuum Presbiteri, & ex S. Hieronymo *in c. 58.* Iſaiæ in ea verba *ſi abſtuleris de medio tui* ait, *ordinatio non ſolùm ad imprecationem vocis, ſed etiam ad impoſitionẽ impletur mannum*, & Pontifex Alex. ex Concilij Calcedonenſ. authoritate appellat ſacramentum manus impoſitionem, per quam Spiritus ſanctus Confertur.

9 Cumque Sacerdoti detur potestas erga Christi corpus, verum quando porrigatur Calix cum Patena, nec ex illa cæremonia vlla alia colligatur potestas sequitur quod habendo tertiam potestatem circa corpus Christi mysticum illius membra absoluendo à peccatis, debeat dici, vt ea potestas sit conferenda ex vi alicuius ordinationis, quæ sane est impositio manuum sub prædicta forma verborum. Quare Præpositus, *in 3.p. D.Thomæ quæst.72.art.11. dubio 2.num.51.* Verius esse aut dicendo hanc impositionem manuum pertinere ad essentiam ordinationis, & hominem absque ea non esse completum sacerdotem, nec vi ordinationis habere vllam virtutem sanctificandi fideles per confectionem sacramentorum, quæ in vsu consistunt, affirmant ordinatum solùm per verba quibus datur potestas sacrificium offerendi, non posse ex commissione Pontificis hoc Sacramentum conficere; quia sanctificatio per hoc sacramentum requirit potestatem ordinis in corpus Christi mysticum, qua caret talis sacerdos, vt absoluat à peccatis. Alia refert Diana, *p. 8. tract. 1. resol.4.* Vbi circa hoc dubium vtramque sententiam putat esse probabilem.

10 Quare Scotus, *dist.24.art.3.* Paludan. *dist.25. q.1.* S.Bonauentura *dist.24.art.1.q.4* Petrus Soto *lectura.5.de ordine*, Ossius *in confessione Polonica cap.50.* Armilla verbo *ordo.n.5.* Bellarminus *lib.de ordine.cap.9.* Henriquez *cap.6.* Cornelius à Lapide *in 1.ad Timotheum.4.vers.14.n. 59.* Syluius *in 3 p.q.17.art.2.q. 4.* Vazquez *ibi tom. 3. disp.239.cap 3.* Filiucius *tom.1.tract.9 cap 2. n. 42.* Paulus *in suis responsis moralibus lib.6. quæstione 43.* Fernandez *in Theolog. morali p. 3. cap. 11.§.5.* Egidius Coninch. *de sacram.disp.20.dubio 7.n.60.& 61.* Reginald. *lib. 30. n. 19. 20. & 21.* Andreas Molfesius *in summa tract. 2. cap. 10. n. 31.* Domitius Chamerota, *de sacram.tract. 11. c. 3. dubio 1.vers. quinto dico.* pro vltima opinione

11 respondent ex adductis fundamentis. † Nec obstare dicentes quod si Episcopus moriatur postquam contulit sacerdoti potestatem consecrandi antequam illi manus imponat, verè remanebit integrè ordinatus, & poterit à peccatis absoluere sic vt ex impositione manuum nulla conferatur potestas; quia respondent negando antecedens, quod nulla ratione probari potest, & quod tunc solum ille Presbyter habebit potestatem consecrandi, & de necessitate impositionis manuum ad essentiam Presbyterij, applicabis quæ adduxi sub *Rub. de temporib. ordin.* vbi de materia, & forma, quibus traditur completa potestas. alia *in capit. 1. & 3. de sacrament. non iterand.*

12 Ad quartam quæstionis partem an soli Pontifici competat priuatiuè potestas dispensandi cum Presbyteria, vt queant ministrare sacramentum confirmationis? Quia ex infinitis Basilius Pontius *de hoc sacram.p.4. cap. 4.* plura omnino legenda tradit, vt ab intimis rem hanc per calleas, & post eum Diana cum aliis infinitis *dicta p.8.tract.2.res.5.* existimo respondendum, vt licet ex quadam communi Doctorum, & generali doctrina Episcopus possit in suo territorio quidquid Pontifex in tota vniuersali Ecclesia, nisi in quibus adsit aliqua prohibitio specialis si excipias ea quæ ad vniuersalis Ecclesiæ statum pertinere, noscuntur, vt res fidei definiri, & similia quæ exigunt infallibilem authoritatem, vt rectè fiant quæ solùm penes Pontificem resident; ita vt nec in Concilio resideat, nisi capitis consensus accedat iuxta quæ adduxi supra *ad titul. de summa Trinit. & fide Cathol.* Iuxta etiam quæ tradunt ex Iuris interpretibus Gambera *de officio legati lib. 10.n.466 & 471.* Thesaur. *Christi Religios. cap.17.* Nicolaus de Cusa *lib. 2. de concordia Cathol.cap.1.* Perez *lib. 8. ordinam. tit. 15. l. 5. paulo post princip. & tit. 18. l. 2. vers. statutos contra elles,* Maiol. *lib. 5. de irregularit. cap.51.n.4.* qui refert Hugonem, & ex Theologis Abulens. *in cap.6. Matthæi n.87.* Victoria *relect. de matrim. cap. 1.n. 7.* Soto *in 4.dist. 27.q. 1.art. 4.vers. ad quos tandem, & lib. 10. de Iust.q.1.art.5.ad secundum* Vera Cruz, *parte Speciali art. 28. post 3. conclus.* Henriquez *lib. 6. de pœnit.cap. 14.n.7. in comment. litt. R. & lib.10.de ordine cap. 35. n.2. & lib.12. de matrim. cap.3. n.2. in comment. litt. N.* Aragon. *in 2.2.q.88.art. 2. vers. Si quis autem quærat, an omnis,* Thomas Sanchez *de matrim. lib. 2. disp. 61.n.3.& lib.7. disp. 1. n. 9.* & alibi sæpe, † quia 13

Episcopus est Pastor ordinarius in sua Diœcesi, sicut Pontifex in toto orbe. Hanc sententiam infinitis nouissimè à Berricello relati, & pluribus fundamentis *q.50.sect. 2.* defendunt, sed omnibus ipse Berricel. *sect.2.* satisfacit *ibi*, vbi *sect. 3.* authoritatibus, & rationibus plurimis sequitur sententiam contrariam, & ad fundamentum contrarium ait in *vers. ad quintum*, falsum esse posse Episcopum in sua Diœcesi quidquid potest Papa in vniuersa Ecclesia quoad sacramentorum ritum: nam hic spectat ad regimen totius Ecclesiæ; indeque vt sicut solus Pontifex potest determinare materiam, & formam aliquorum sacramentorum; ita etiam ministrum extraordinarium Confirmationis. Alia pro responsione addens, nempe vt licet eadem sit potestas ordinis vtriusque, sed posse non improbabiliter dici in summo Pontifice imprimi, siue extendi Characterem ordinis altioris gradus, & excellentiæ ad characterem Episcopalem.

Ideo dicendum est, vt quantumuis arguatur 14
ex fundamento dicto, & aliis, quod si Episcopus non sit prohibitus dispensare, expresse possit facultatem in suo Episcopatu concedere simplici sacerdoti, vt administret sacramentum Confirmationis, sicut & Papa potest iuxta dicta *quæst. præced.* in *vers. ad secundam.* non posse Episcopos in Ecclesia latina talem dispensationem facere, nec delegare; & hoc sic procedere, siue dicas id procedere ex Diuina institutione, qua, vt iam dixi in dicto vers. videtur priuatiuè solis Pontificibus eam dispensationem, seu facultatem competere, siue talis prohibitio, circa Episcopos oriatur ex sola prohibitione Ecclesiastica: nam ea est tantæ virtutis, & efficaciæ, vt posset eorum concessionem irritam reddere; quia quamuis collatio confirmationis sit exercitium ordinis, vt dixi *in ea quæst. & in præsenti*, verum ipsa concessio est actus Iurisdictionis: ita docent Præpositus *dict. q. 72. num. 49. Vbi supra*, Petrus à S. Ioseph. *in Idea Theol. sacram. cap.14. resol.2.* Auersa *de sacram. confirm. q. 72. sect. 3.*

Hurtado

Hurtado *de hoc ſacramento diſ.* 13. Ochogauia
15 *de eodem q.*10.*n.* 13. † Diana *dict.p.*8.*tr.*1. *reſol.* 5. aduertens quod Chriſtus inſtituit, vt ordinarius quidem miniſter confirmationis eſſet Epiſcopus, per extraordinariam vero delegationem ſui vicarij poſſit etiam ſacerdos, qui fundamenta Baſilij Pontij, Ægidij, & Puteani refert, Ioannis Petr. & Præpoſiti, Soti, Paludani, & aliorum, & hoc ſic verum Iudico, etiamſi nulla ad ſit prohibitio ſpecialis, vti non eſt ſecundùm Baſil. *ſupra n.* 1. dicentem longo vſu ita obſeruatum, nec inueniſſe aliquam reſeruationem de hac re & legere tantùm nonnullas diſpenſationes factas à nonnullis annis ſolum à ſedes Apoſtolica, quales ſunt, quas iam *quæſt. præcedenti* adduxi Gregorij, & aliorum Pontificum, & ex decreto Eugenij I V. *ibi* relato ſcribentis diſpenſationem ſedis Apoſtolicæ legi aliquando Presbyteros conſignaſſe, & eſſe argumentum magnum, inter latinos reſeruatam eſſe ſummo Pontifici eius diſpenſationis conceſſionem. Plura alia curioſa, & difficilia Conſiderauit Baſilius *dicta p.* 4. *cap* 4. vbi leges. Quare exiſtimo ita in hoc puncto reſoluendum pro hac negatiua ſententia, vt longe agens nouiſſime ad vtramque partem, cum infinitis reſoluit Berricel. *de miſſionibus Apoſtol.* omnino legendus *tr.**.*de hoc ſacram.q.*30. vbi *in ſect.*1.*n.*1. infinitos refert ſic tenentes, inter quos etiam Cardinalis Lugo *reſponſor.lib.*1.*n.*3. eius frater Franc. Lugo *de ſacram.lib.*3.*cap.* 2. *n.* 12. cum aliis multis Barboſa *in paſtor.alleg.*30.*n.*4. Quintana Dueñas *tract.*2. *in Theolog.mor.ſingul.*5. *n.* 4. Candidus *diſquiſit. mor.tom.*3.*diſquiſit.*..*art.*10.*dubio* 10 Caſtro Palao *tom.*4.*tract.*20.*diſp.unica p.* 9. *n.* 4. *gloſſa in cap. quanto de conſuetudine*, Henriquez *lib.*1.*cap.* 26.§.5.*litt.S.* & alij penes eos & poſt iſtos lego bene tractantem P. Prad. *ſupra de hoc ſacram. d. dubio* 11.§.4. *&* 5. Vbi reſpondet contrariis.

16 Ad quintam quæſtionis partem, an poſſit Pontifex diſpenſare, vt ſacerdos conſecret ſanctum chriſma pro ſacramento confirmationis? Quia ſatis de hac quæſtione poſita ſunt fundamenta ad vtranque partem *ſupra q.*2. in toto verſ. *ad quartam*, & ibi pro negatiua ſententia videatur reſponſum ex Baſilio Pontio, & aliis, reſpondendo fundamentis affirmatiuæ ſententiæ aliquorum eam tenentium, quos *ibi* retuli, & *n.fin.* vbi Diana *p.*8. *tract.*1.*reſ.*12. & Amicus pro affirmatiua reſpondentes vtramque ſententiam probabiliorem dixerunt, Baſilij fundamentis reſpondendo; ideo nunc hic tantùm ex illis referam, vt quemadmodum pro ſententia Baſilij, & aliorum, ac Hurtadi *de confirm.diſ.*5. ſunt concilia, & Patres, vti in dicto verſ. *ad quartam* retuli; ſic iam vt ſicut Patres, & concilia, quæ retuli *ſub quæſt.*7.*præced.* à *n.* 1. & verſ. *ad ſecundam*, dicunt Epiſcopum eſſe ordinarium miniſtrum huius ſacramenti, Presbyterum vero ex diſpenſatione, & facultate Pontificia, ita contingat reſpectu benedictionis, & conſecrationis chriſmatis; quia reſpectu adminiſtrationis diſpenſat Papa, ita & reſpectu conſecrationis.

17 Et confirmant adducti ex concilio Toletano *in dicto cap.* 2 adducto, vbi *in canone* 20. prohibens, ne Presbyteri, ſed ſolus Epiſcopus chriſma conficiant, aperte dicunt relati Doctores probare hanc conſecrationem non deberi eſſentialiter fieri ab Epiſcopo, nam cum loquatur ſequentibus verbis, *quamuis pene vbique cuſtodiatur, vt abſque Epiſcopo, chriſma nemo conficiat; tamen quia in aliquibus locis, vel Prouinciis, Presbyteri dicuntur chriſma conficere, placuit ex hac die nullum alium, niſi Epiſcopum chriſma conficere.* Per hæc apertius dicunt Epiſcopos eſſe ſolum prohibitos, vt prohibiti ſunt adminiſtrare hoc ſacramentum; indeque concludit alia adducendo, vt ſicut Pontifex diſpenſat pro adminiſtrando hoc ſacramento cum Presbytero eodem modo pro benedicendo, & conſecrando chriſma; quia eadem videtur ratio de vno, ac de alio; pro quo dicto faciunt fundamenta, quæ retuli *q.*6. in verſ. *ad ſecundum*, & in verſ. *fin.*

Vnde ad fundamenta Baſilij, quæ retuli *in di-* 18
*cta q.*2. verſ. *ad quartam*, quæ etiam refert Diana *dicta p.*8.*tract.*1.*reſ.*12.*in principio*, tum ex fundamentis ibi, & proxime iactis pro affirmatiua ſententia; tum quod etſi vſus non fuerit diſpenſando, vt Presbyter chriſma conſecret, oritur ex eo quod nunquam legatur diſpenſatum, ſed non inde ſequi non poſſe Pontificem diſpenſare, ſi contingeret, vt non eſſent Epiſcopi, qui chriſma benedicerent, & conſecrarent; & ad Concilium Florentin. quod etſi doceat tantùm aliquando diſpenſatum eſſe in miniſtro, non autem in conſecratione materiæ, ibi ſolum referri factum, ſed non negare id fieri non potuiſſe; & licet Syluester Papa dixerit nullum Presbyterum poſſe conficere chriſma, non tamen negaſſe quin diſpenſatione Pontificia poſſe facere; eodemque modo reſpondent ad catechiſmum, dum declarat Epiſcopum eſſe ordinarium miniſtrum; quia non dicit eſſe
omnino eſſentialem. † Et ad concilia, & Patres, 19
qui prohibent Presbyteris chriſma conficere, reſpondent non inde ſequi quod hæc poteſtas non poſſit illis per diſpenſationem ſummi Pontificis communicari, quia eadem Concilia, & canones prohibent, ne Presbyteri virgines, & templa conſecrent, & Innocent. I V. Bulla, ne chriſma conficiant, cum tamen per diſpenſationem ſummi Pontificis, poſſint ſimplices ſacerdotes templa & virgines conſecrare, nec non chriſma conferre; & quod textus *in cap. Presbyter* adductus *in dict. quæſt.*2. non tam indicat impoſſibilitatem, ſeu difficultatem diſpenſandi in confectione chriſmatis, quàm in conſecratione virginis. Etenim concludunt reſpondentes non ita facile diſpenſandum in conſecratione materiæ, quàm in adminiſtratione confirmationis; eo quod difficilius ſit ordinarium miniſtrum ſemper, & vbique reperiri, quàm materiæ conſecrationem, quæ facilius ex vno in alium locum transferri poteſt.

Ad ſextam quæſtionis partem, an ſi Pontifex 20
ſine cauſa diſpenſet, vt ſimplex ſacerdos conferat hoc ſacramentum, diſpenſatio ſit valida? Et ſuppoſito cum Azorio *tom.* 2 *lib.* 9. *cap.* 1. *q.* & Diana *dicta p.*8.*tract.*2.*reſ.*5.*in fine*, & vt dixi *in quæſt. præced.* non ſolere, nec debere Pontifices in hoc facile diſpenſare, ſed ſolum pro regionibus infidelium, in quibus rari ſunt Epiſcopi. † Reſpondeo 21
nihilominus diſpenſationem eſſe validam, cum de hac re non videatur Iudicandum eſſe, ſicut de votis, in quorum relaxatione ſit remiſſio iuris competentis alteri, qui non cenſetur in eam remiſſionem conſentire, niſi cauſa ſaltim, bona fide exiſtimetur ſubeſſe, eo quod in caſu noſtro nulla ſit relaxatio, & diſpenſatio iuris alieni, ſed tantùm deputatio ſimplex ad aliquod munus iuxta facultatem Pontifici ex Chriſti inſtitutione traditam; itaque Ochogauia *de ſacram.confirm. q.* 10. *n.*4. notat validam eſſe hanc facultatem, etiamſi

Pontifex eam concesserit sine rationabili causa Coninch *tom. de sacram. q. 72. de hoc sacramento art. 11.* Diana *dicta p. 8. tract. 1. res. 6.* Henriquez, & cum eo Præpositus *in 3. p. q. 72. art. 11. dub. 2. n. 4.* quia hæc commissio non est dispensatio in lege Diuina, sed est concessio alicuius potestatis similis ei, quam Pontifex concederet alicui ad absoluendum à peccatis reseruatis, quæ valida esset etiam sine causa, ne pœnitentes bona fide procedentes damnarentur, si non essent absolun, alioquin dicunt Præpositus, & Henriquez res esset obnoxia multis periculis, & homo meritò posset esse anxius, num sacramentum valide conficeret, vel reciperet.

22 Et confirmatur ex doctrina Suarez *tom. 3. disp. 36.* & Hurtadi *de hoc sacram. difficult. 13.* qui dicunt non cessare hanc facultatem, mortuo Pontifice, qui eam concessit; quia gratia talis concessionis, & gratiæ non cessat mortuo Papa, concedente, & nec cesset talis facultas, cessante ratione, quæ mouet Pontificem ad eam concedendam, tum non dependeat ab ea in fieri, nec in conseruari; & sic idem Suarez *dicta disp. 36. sect. 2. §. tertia pars*, non audet in praxi hanc reprobare.

23 Ad septimam quæstionis partem an Pontifex tantùm electus, & nondum consecratus in Episcopum possit hanc potestatem simplici sacerdoti concedere; & quamuis neget Paludanus *dist. 25.* tamen quia Adrianus censet id non esse consequenter dictum, videtur dicendum cum Soto *dicta dist. 25. art. 1.* & cum illo Diana *dicta p. 8. tract. 1. res. 3.* in vers. *primo* Pontificem legitime electum, etiam ante consecrationem id posse; quia id competit ei ratione plenitudinis potestatis, quam habet in Christi Ecclesiam, quam plenitudinem potestatis habere dicunt, etiam ante consecrationem, qui præcisè per consecrationem Episcopalem non est eminentior cæteris Episcopis, sed per legitimam electionem, iuxta quæ dixi *supra in tit. de elect. & ibi cap. 6.*

24 Ad octauam quæstionis partem respondeo ex dictis in vers. *& confirmatur* proxime præcedenti; quia vt docent idem Diana *dicta p. 8. tract. 1. res. 3. in fine*, Præpositus *in 3. p. dicta quæst. 72. art. 11. dub. 1. n. 49.* Henriquez qui plures citat *lib. 3. cap. 6. litt. I.* Suarez *tom. 3. dict. disp. 36.* vers. *rursus inquiri solet* prædicta facultas concessa simplici sacerdoti, non expirat mortuo Pontifice; vel si concessa ex causa ea cessante, expirabit, quando non est restricte limitata, vel impertita ad vitam concedentis; quia vt dixi, hæc concessio est gratia, & fauor, non enim fauor absolute ex communi Doctorum sententia per mortem concedentis, vel causæ desitionem expirat; siquidem non necessaria ab his pendeat, vt consequitur, sicut & in plurimis materiis docent Doctores.

25 Ad vltimam quæstionis partem an Regulares habeant facultatem in partibus, infidelium ministrandi hoc sacramentum? Et licet affirment Quintana Dueñas *in Theolog. morali tract. 5. singul. 5. & 6.* Pelizzarius *in manuali regular. tom. 2. tract. 8. cap. 4. n. 88.* probantes ex Bulla Leonis X. incipienti *alias felicis* edita Romæ 25. Aprilis 1521. & ex Bulla Adriani VI. incipienti *Charissime in Christo fili* 10. Mai 1521. ex eo, quia hæ concessiones non sunt personales, sed toti ordini, seu omnibus missionariis concessæ mendicantibus, præcipue ordinis Minorum regularis obseruantiæ; & quia Ioannes XXII. vt scribit Thomas à Iesu Maria *de conuersione omnium gentium lib. 12.* vbi affert priuilegia missionariis fratribus minoribus in terris infidelium laborantibus facultatem concessit, vt vbi catholicorum copia non esset confirmationis sacramentum conferre possent, ac vti oleo, & chrismate antiquis, cum ergo hoc sacramentum essentialiter non requirat ordinem Episcopalem, siquidem ex priuilegio, vt dixi in duabus quæstionibus præcedentibus, & hic Presbyter valeat illud ministrare, tanquam extraordinarius Minister; poterit enim & ministrari à regularibus missionariis, vt arguunt Quintana Dueñas *sup. sing. 5.* & vt videtur tenere Suarez *in 3. p. tom. 3. disp. 36. sect. 2.* in vers. *hanc facultatem*, sed nec ex Suarez, nec ex aliis potest aliud probari, quam quod quibusdam tantùm singularibus Religiosis, id sit concessum, vt probat cum Thoma à Iesu Maria *supra* Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. q. 44. art. 2. in fine*, vbi ait se in nullo compendio priuilegiorum legisse aliquod quoad confirmationis sacramentum, & Accudio *supr. dict. cap. 15.* vers. *nec defuerunt*, Bericcellus *de missionibus Apostol. tract. 7. de hoc sacram. q. 132. ex n. 3.* Vbi Bullas, & fundamenta contraria explicat; ita etiam cum Mendoza, & Solorzano & nouissime etiam explicat & expendit Pat. Prad. *de hoc sacram. d. dubio 11. §. 6.*

QVÆST. IX.

An consuetudo sit potens concedere Presbyteris, facultatem administrandi sacramentum confirmationis, & benedicendi, siue consecrandi chrisma? Et quid in hoc potuerit Græcorum consuetudo? Vbi de vsu commiscendi Oleum cum chrisma. Et an Energumeni si ad Episcopum deferri non possint, à Presbytero de licentia Episcopi queant consignari, & illis manus imponi? An Episcopus hæreticus degradatus, vel excommunicatus, possit valide confirmare? Et an Episcopus non confirmatus, peccet mortaliter alios confirmans? Et an Episcopus, dum administrat hoc sacramentum, debeat esse sine conscientia peccati mortalis? Et habere intentionem saltem virtualem?

SVMMARIVM.

1 Cap. quanto de consuet. n. 2. & 3. *reuocat consuetudinem inter latinos administrandi sacramentum confirmationis à Presbyteris, vt n. 4. 5. 6. & 7.*

2 *Pij V. Constitutio incipit* Romanus Pontifex *ex n. 16.*

3 *Consuetudo facere non potest, vt simplices sacerdotes conficiant sacramenta, quæ ad solum Episcopum spectant.*

5 *Confirmationis sacramentum præcipitur non ab aliis administrari, quam ab Episcopis.*

6 *Græci debent parere Episcopis latinis, in quorum Diœcesi habitauerint.*

7 *Visitare*

7 *Viſitare poſſant Epiſcopi latini Græcos degentes in ſuo territorio.*

8 *Conſuetudo nequit auferre ab Epiſcopis ea, quæ ſibi characteris Epiſcopalis competunt.*

9 *Præſcripto vlla, nec immemorialis poteſt facere, vt ab aliis adminiſtrentur quæ competunt Epiſcopis ratione ſui ordinis, quæ non eſt ſic potens, vt priuilegium* n. 12.

10 *Epiſcopis pertinent aliqua ratione ſui ordinis, quæ nec ex Papa diſpenſatione poſſunt delegari non Epiſcopis.*

11 *Conſuetudo ne Presbyteri valeant miniſtrare ſacramentum confirmationis, potius videtur eſſe mala, quia prohibiter, quam prohibita; quia mala, vt* n. 12.

12 *In capax ad poſſidendum, eſt incapax ad præſcribendum.*

13 *Ægyptij in abſentia Epiſcoporum conſignabant per Alexandriam, & totam Ægyptum.*

14 *Græci Conſueuerunt Presbyteri miniſtrare ſacramentum confirmationis* n. 17. *Et qualiter latini* n. 15.

16 *Conſuetudo, vt Græci Presbyteri confirmarent, quando incipit.*

17 *Innocent. I V. in litteris ad Epiſcopum Tuſculanum.*

18 *Greg. X. in Concilio Lugdunenſi.* 20.

19 *Ritus antiqui obſeruari commendantur inter Græcos, & latinos circa ſacramentum confirmationis & conſecrationis in Azymo, & fermentato.* n. 20.

21 *Clem. V I II. in breui inſtructione ſuper aliquibus ritibus, ne Presbyteri conſignent, dirigitur ad latinos, vt* n. 22.

23 *Confirmati, & conſignati à Presbyteris Græcis, quando poſſunt iterum confirmari. Et qualiter ab Epiſcopis latinis.*

24 *Greg. X I I I ſtatutum in forma profeſſionis fidei circa ſeruandos ſolemnes ritus Eccleclesiæ in ſacramentorum adminiſtratione, quomodo intelligatur.*

25 *Græcorum vſus immiſcendi cum Oleo, & Balſamo alia aromata, non ſuſtinetur.*

26 *Energumenis in extremis poſitis dandus eſt Baptiſmus, & confirmatio &* num. 27. 28. *Et qui iſti dicantur hoc* n. 26. & 28.

27 *Energumenus quali cæremoniali Vnctione ſit à Presbytero vngendus, cum nequit ab Epiſcopo chriſmari.*

28 *Dæmoniacis quare ſæpe fuerit miniſtratum ſacramentum confirmationis.*

29 *Artes Magicæ per præſentiam cuiuſdam Chriſtiani confirmati quando euanuerunt.*

30 *Nouatius reiiciens ſacramentum confirmationis fuit Dæmone corruptus.*

31 *Energumenis data fuit ſacra Eucharistia in curationem.*

32 *Epiſcopus hæreticus degradatus, vel excommunicatus validè, etſi non licitè miniſtrat confirmationis ſacramentum.*

33 *Tonſuratus ante confirmationem non peccat lethaliter.*

34 *Epiſcopus non confirmatus, ſi conſecratus eſt validè miniſtrat confirmationis ſacramentum. Vide* n 33.

35 *Epiſcopus adminiſtrans ſacramentum confirmationis, debet ſine conſcientia peccati mortalis eſſe ſaltim per contritionem, & habere intentionem, vt* n. 36.

37 *Epiſcopus chriſma conficiens, ſeu conſecrans Eccleſiam, qualiter debeat eſſe diſpoſitus.*

AD primam difficultatis partem, vt reſpondeam aduerto, quod etſi, vt iam dixi *ſub quæſt.* 7. *&* 8. priuilegio Pontificio poſſint Presbyteri hoc adminiſtrare ſacramentum, vt ibi dixi, ſed non inde, vt conſuetudo ſit potens præſtare illis talem facultatem, vt videntur probare iura expreſſa. primo textus capitalis *in cap. quanto de conſuetudine*, vbi omnes canoniſtæ, quod expreſsè prohibet Presbyteris Conſtantinopolitanis ſacramentum confirmationis miniſtrare; quamuis ſe antiqua conſuetudine defenderent, quam eſſe erroris fomentum, & ad excuſandas excuſationes in peccatis; eaque diuturna conſuetudine peccatum non minui, ſed augeri: argum. eorum, quæ dixi per textum *ibi in cap. fin. de conſuetudine*; & ſic infertur Innocent. I I I. ibi docere, & illicitam illam conſuetudinem, & eam reuocare, quando licita ſit. 1

Et facit Conſtitutio Pij. I V. in conſtitutione *Romanus Pontifex* in *Bullario n.* 74. vbi volens, vt Græci ſint ſubiecti ſuis ordinariis latinis in his, quæ ſpectant ad Dei cultum, ſacramentorum adminiſtrationem, animarum ſalutem, hæreſumque extirpationem, videtur ſacramentorum adminiſtrationem fieri iubere iuxta latinos ritus, quibus etiam conſuetudo, quam ipſi Græci habent, vel reuocatur, vel reiici cenſetur: & faciunt alia, quæ Dico *infra* in verſ. *ad ſecundam* de conſuetudine Græcorum. † Et confirmatur ex communi Doctrina ordinariorum *in dicto cap. quanto* probante ex illo conſuetudinem, non poſſe facere, vt ſimplices ſacerdotes conferant illa ſacramenta, quæ ad ſolum Epiſcopum ſpectant, vt confirmatin, ordines &c. nulliuſque eſſe momenti conſuetudinem, quà Presbyter ſimplex ea præſtat, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis: ita colligunt Abbas Antiq. Zabarella *collect.* Barb. Bellarmera, Ioan Andreas, Imola, Anania, Hoſtienſis, Ancarran. Innocent. Panormit. Baldus, Ripa, Butrius Henriq Guido Pap. Compoſtella, Viuianus *pag.* 82. *in rationali p.* 1. Caſalius *in notis iuris Canonici*, Barboſa cum aliis *in dicto cap. quanto n.* 1. *&* 2. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 19. verſ. *conſuetudo litt. E.* 2 3

Sed quia præſens quæſtio pendet in ſui naturali reſolutione, ſemota improbatione conſuetudinis, qua intenderent iuxta textum *in dict. cap. quanto* Presbyteri hoc ſacramentum adminiſtrare, ſiue chriſma benedicere à conſuetudine Græcorum, de qua dico *hic* in dicto verſ. *ad ſecundam*. Iam a d textum *in dicto cap. quanto* breuiter dico eius deciſione expreſsè reuocari conſuetudinem confirmandi à latinis tantum Presbyteris, non à Græcis, quando quidem illo tempore latini dominabantur Conſtantinopoli, vt Hiſtorici tradidere: etenim vt probat Baſilius Pontius *part.* 4. *de hoc ſacram. cap.* 5. extat *in lib.* 2. *epiſtolarum* Innocentij quædam ad omnes latinos, tum clericos, quam laicos apud Conſtantinopolim conſtitutos, vt legato Apoſtolico obtemperet. 4

Et extat etiam ſimul alia eiuſdem Innocentij *epiſtola ad Lucium vicariū apud Conſtantinopolim*, in qua præcipit, ne ſacramentum confirma- 5

tionis

tionis ab aliis,quam ab Episcopis ministretur,ex
eaque epistola textum *in dicto cap. Quanto* de-
sumptum esse docet Basilius Pont.*sub dict. n.* 13.
cap.5.p.4. vbi inter alia verba, habentur sequen-
tia:*Volentes igitur hac,& alia, qua oculos Diui-
na Maiestatis offendunt de agro Dominico ex-
tirpari D. tua per Apóstol. scr. pre. man. quate-
nus omnibus latinis Presbyteris apud Constanti-
nopolim Constitutis destrictè prohibeas, ne talia
de catero sua temeritate prasumant &c.* Noluit
enim Innocentius III. *in dicto cap.quanto* eam
consuetudinem, vt confirmarent Presbyteri à la-
tinis introduci nihil de consuetudinibus Græco-
rum loquutus.

6 Et simili modo lucem accipit Doctrina addu-
cta ex litteris Pij IV. eo quod illæ litteræ diri-
gantur ad Episcopos latinos Regni Siciliæ, in
quarum Diœcesibus commorabantur Græci:nam
cum isti inter latinos commorarentur, latinisque
Episcopis subiecti debuerunt non ministrare hoc
sacramentum, contendebat enim Pontifex in eo
loco,tantùm,quod Græci Episcopos, in quorum
Diœcesibus commorabantur,superiores agnosce-
rent,& eorum iurisdictioni parerent, quod facere
recusabant, quantum ex eiusdem litteris colligit
Basilius Pontius *de hoc sacram.dist.p.4.cap. 5.n.*
7 16.† præscipiens,quod Episcopi latini, in quo-
rum Diœcesibus commorarentur eos visitarent,
& in Græcorum Ecclesias sacramenta ministra-
rent,iurisdictionem exercerent, & viderent quo-
modo se gererent in Dei cultu,& administratione
sacramentorum, nec *ibi* præcipi, vt prohibeant
Presbyteris Græcis,ne in suis Parochiis, quarum
Rectores sunt, sacramentum confirmationis mi-
nistrent;imo ne Episcopi latini Græcos afficerent
molestia, & subiungit Pontifex sequentia verba
*reliquis ipsorum Gracorum in Diuinis celebran-
dis,alijsque ritibus à sede Apostolica approbatis,
nec non gratiis,& priuilegiis Apostolicis,intactis
remanentibus.*

8 Sed quia communiter solent Doctores ex *di-
cto cap.quanto* improbare consuetudinem; sic vt
nulla præscriptione, etiam immemoriali queant
Presbyteri fieri ministri capaces ad administran-
dum sacramentum hoc confirmationis, & ex
alio capite,vt dictum est priuilegio Pontificio ha-
biles reddantur, dubium est, an hæc improbatio
consuetudinis sit prohibita; quia mala,vel an sit
tãtum mala;quia prohibita.In quo dubio suppo-
sitis quæ adduxi *supra in cap.ex parte* 10.*de con-
suetudine, & ibi sub cap. fin.* distinguendum exi-
stimo,vt distinxit Couaruu.*lib.1.variar.cap.*10.
sub n. 14. qui postquam loquutus est late *à n.* 1.
de ministro huius sacramenti inferens *dict. n.* 14.
in vers *ex quo* hoc ministerium nec ex consuetu-
9 dine acquiri posse Presbyteris, vt *in dicto cap.* †
& quod licet plura iura,quæ competunt Episco-
pis possint ab his,qui Episcopi non sunt,præscri-
ptionis titulo acquiri,vt probatur *in cap.auditis,
& in cap.cum olim de prascript.* vbi late scripsi,
*& in cap.auditis de in integrum restit. & in cap.
accedentibus de excessib. Prælator*, addens vt ea
munera, quæ Episcopo ratione ordinis Episcopa-
lis competunt,& quæ vere exigunt illam indele-
bilem Episcopi consecrationem, nequaquam ac-
quiri possint ab aliis,quàm Episcopis quacumque
10 immemoriabili præscriptione † eo quod ad Epis-
copale munus pertinent aliquot, quæ nec ex Pa-
pæ dispensatione non Episcopis possint delegari,
& hæc nulli dubium possit esse nullo temporis
iure acquiri non Episcopis posse; dicat insuper
Couar. alia esse, quæ licet Episcopalem ordinem
requirant,delegatione tamen,& priuilegio Papæ,
possint non Episcopis competere, quæ adhuc
temporis titulo minime valeant alicui conue-
nire.

Et videtur quod talis consuetudo sit prohibi- 11
ta; quia mala cum in casu nostro secluso Roma-
ni Pontificis priuilegio,Presbyteri sint incapaces
horum munerum, & inde euenire,vt immemo-
rialis præscriptio parem non habeat vim cum
priuilegio: sic cum Ioanne Monacho idem Co-
uarruu.*in cap.2.de præb.lib.6.* vbi DD.communi-
ter,quos Philippus Probus *allegat n.*7.Abbas,Fe-
lin.& alij *in cap.causam de prascript.*idem. Felin.
*in cap.accedens eodem tit.*idem *in cap.cum contin-
gat de foro comp.*Hypolit.*sing.*80.Franc. Balb. *de
prascript.5.p.princip. q.* 7. idem *in 2.p.3. partis
princip.*principalis in hac specie, Panormitan. *in
dicto cap. quanto* Cardin. *cons.* 131. *col.* 2. idem
Balbus 5.*p princip.q.*11. sic intelligentes ea iura,
quæ probant præscriptionem immemorialem pa-
rem esse priuilegio Principis *in l.3.§.ductus aqua
ff.de aqua quotid.& astiua cap.1.§. fin. de praf-
cript. lib. 6.cap. super quibusdam de verb. sig-
nif.* quæ commendant Romanus *singul.* 289.
Abbas *in cap.cum nobis de prascript.idem in cap.
per venerabilem qui filij sint legitimi col.* 3. Ia-
son *in l.si qui putat col. 2. ff. de acquirenda ha-
red.*

Sed ex præhabita distinctione dicendum est 12
prædictam consuetudinem, & præscriptionem
malam esse; quia prohibitam in Ecclesia latina,
alias inquam,si prohibita esset;quia mala, nec ex
priuilegio Papæ possent Presbyteri ministrare
hoc sacramentum, nec consuetudines Græcorum
sustinerentur,vt dico in vers. proximo,& confir-
matur *ex his, qua dixi supra in cap. fin. de con-
suet.q.*6. Et pro hac sententia & si sic non expli-
cet Berricellus nouissimè *de hoc sacram.q*,7 *tract.
de missionibus Apostol.q.*31.*n.*6. & 7. ex eodem
Cooar. & ex regula illa, quod incapax ad possi-
dendum, & incapax ad præscribendum, vt dixe-
runt Hypolitus *sing.*80.Balbus *de prascription.p.*
5.*q.*7.Abbas *in dict.cap.quanto de consuet.n.*2. &
ibi in cap.fin.num,13. Suarez *in Regem Anglia
lib.3.cap.*33.*n.*12.Mascardus *conclus.*1531.*n.*32.
Crauetta *de antiquitate temp.p.4.§. materia ista
n.*94.

Ad secundam quæstionis partem quid circa 13
ministrum sacramenti confirmationis potuerit
consuetudo Græcorum? Quia latissimè peragit
Basilius Pontius omnino Legendus *p. 4. de hoc
sacram.cap.*5.ex Vualdensi *tom.1.de sacram. cap.*
104.Francisco Suarez *in 3. p. disp. 56. sect.* 1.ex
Francisco Turrian. *lib. 3. constitutionum Clem.
cap.*16.Stephani Duran. *de ritibus Ecclesia cha-
tholica lib.1.cap.10.n.*12. explicans *à n.* 6. locum
Dionysij *in cap.5.de Ecclesiast. Hierarch.sub n.*
7.referens sancti Maximi verba, & alia grauissi-
ma Gregorij,& aliorum, quæ cum multam con-
tradicant aduersus Græcam consuetudinem, ta-
men *probat. n.* 2. ex Ambrosio ad Ephesios IV.
Ægyptios in absentia Episcoporum consignare,
& ex Augustino *lib.quastion.veter.* & noui testa-
menti *quast.*101.dicente per Alexandriam,& to-
tam Ægyptum, si desit Episcopus, consignare
Presbyterum.

Deinde quia constat ex alio testimonio irre- 14
fragabili Concilij Florent.eam consuetudinem
licitè

licitè & legitime viguisse apud Græcos, cum peracto Concilio, & confectis litteris vnionis, Eugenius Pontifex vndecim quæstiunculis proposuerit Græcis, quarum sexta est, quare Pontifices non inungerent sacro chrismate, sed sacerdotes cum hoc Pontificibus sit datum, statim additur: *hæc à latinis obiecta Mitylenensis Canonici omnia, legitimeque dissoluit; præterquam duas, de quibus Papa significauit Imperatori, cur scilicet matrimonia dissoluantur, & Patriarcha non eligatur,* infert ergo Basilius Pont. *dicta p. 4. c. 5. n. 10.* licitam fuisse, & secundum canones eam consuetudinem Græcorum, secundùm quam apud eos Presbyteri consignabant.

15 Insuperque idem Basilius *sub dicto n. 10.* duos testes acerrimos huius consuetudinis adducens, vnum latinum, scilicet sanctum Antoninum; alterum Græcorum, scilicet Gregorium Proto syncellum, qui interfuerunt prædicto Concilio Florentino, & verba, quæ Bzouius *tom. 16. annal. sub Eug. IV. anno 1440. n. 62.* refert eiusdem Greg. ibi: *Verum etiam latini nostros vngebant, & chrismatos appellabant; quod vero non secundùm rectam rationem ista fierent, manifestum est: etenim cum iniremus concordiam, nullam rationem contra nos afferre poterat, sed cum Orthodoxi essemus, & recte sentiremus ab Orthodoxis, Orthodoxi iudicati sumus:* quibus etsi Gregorius, tam latinos, quàm Græcos vngentes notet, nec talis consuetudinis ratio recta assignetur, illam deducit Basilius Pontius ex sequentibus verbis eiusdem Bzouij *n. 62.* in nota marginali: ibi *Episcopi latini aliquando sub conditione consignabant; vel quia ministri huius sacramenti excommunicati fuerunt, & pro laicis habiti, quales erant in Bulgaria sacerdotes Photij, vel quia Presbyteri, qui apud Græcos sacramentum hoc passim conferunt, non sunt Ordinarij confirmationis ministri.* Etenim idem Basilius Pontius *sub dicto n. 10. in fine,* dicit in dicto Concilio Florent. satisfactum fuisse quæstiunculæ propositæ inter latinos, & Græcos, & quot latini satisfecissent Græcis dicit colligi ex eo, quod idem Gregorius tuetur confirmationis vsum latinorum in eo quod non statim cum Baptizant, confirmant aduersus Marcum Ephesium, & satis fuisse latinis ex parte Græcorum ex verbis Gregorij, & dicti Concilij, quatenus dixerunt certe extraordinaria posse Presbyteros chrismare de commissione Episcopi. & apud Græcos morem hunc antiquissimum esse iuuant, pro hac sententia plura adducta in superioribus
16 quæstionibus. † His adiunges alia, quæ refert, ac congerit nouissime Berricel. *de missionibus Apost tract. 7. de hoc sacram. q. 130. per tres sectiones,* vbi *n. 27.* refert quod circa quartum sæculum forte cœpit consuetudo, vt Prebyteri Græci confirmarent infantes. vbi *sect. 71. n. 13.* referens ex Dionysio Areopagita. *cap. 5. de Ecclesiastica Hierarchia,* Græcos Presbyteros ex antiquissimo vsu Orientalis Ecclesiæ (tanquam ministri extraordinarij) absente Episcopo confirmasse; idque à tempore Apostolorum eius authoritati satisfacit ex multis Patribus. & fundamentis, *n. 27.* latissime vbi leges quæ, & clarescunt ex hic iactis, ne inquam reperendo fastidiosus appaream, vt à vers. *Vnde* sequenti videbis.

17 Vnde non obstant quæ in contrarium faciunt contra prædictam Græcorum consuetudinem, non Innocent. IV. qui in litteris ad Episcopum Tusculanum Apostolicæ sedis legatum in Regno Cypri, quæ extant in registro Bullarum Pontificatus ipsius, anno 11. de ritibus Græcorum, consultus quod attinet ad confirmationem *in §. 4.* videtur noluisse tolerare Græcorum consuetudinem in verbis sequentibus: *soli autem Episcopi consignent chrismate in frontibus Baptizatos; quia huius Vnctio non debet, nisi per Episcopos exhiberi; quoniam soli Apostoli, quorum vices gerunt, Episcopi per manus impositionem, quam confirmatio vel frontis chrismatio repræsentat, spiritum sanctum tribuisse leguntur:* nam dict. Basilius Pontius *dicto cap 5. p. 4. n. 14.* postquam dixit Innocentium agere *ibi* de Episcopis Græcis in Regno Cypri commorantibus, inter quos ex vna parte, & Archiepiscopum Nicosiensem, & eius suffrageneos latinos ex alia exorta fuisset controuersia super ritus Græcorum in sacramentis, & nonnullis aliis, Pontifex consultus per Episcopum Tusculanum in eo Regno sedis Apostolicæ legatum vna cum fratribus Cardinalibus, inspecto decernens de vnoquoque articulo in posterum seruando; quatenus ad articulum de ministro confirmationis placuerit, vt soli Episcopi consignent, non Presbyteri; quia solis Episcopis id muneris demandatum est, firmat Basilius dubitari non debere eam consuetudinem esse reuocatam; & quia non solum in Regno Cypri, sed in toto ferme Oriente ille mos tenacissime seruaretur, verosimile esse prædictum legatum Pontificis, cognita postea rei difficultate, noluisse decretum Pontificis hac de re publicare, nec executioni mandasse; eo quod fieri commode non posset, additque non sine exemplo sedis Apostolicæ ita fecisse; siquidem in eadem materia Gregorius Magnus cum in epistola quadam ad Ianuarium iussisset, ne Presbyteri Sardiniæ consignarent postea longa consuetudine intellecta, & difficultate eius abolendæ concesserit, vt in absentia Episcoporum Presbyteri consignarent, vt dixi *supra,* & idem Basil. *dict. p. 4 cap. 5.*

Nec obstat Gregorius decimus in Concilio 18
Lugdunensi, vbi confirmationis sacramentum per impositionem manuum Episcopi ministrari Imperator Græcorum in sua fidei professione asseuerat, & ipse Pontifex eam professionem admittit; quia vt docet idem Basilius Pontius referens verba Imperatoris in sua professione, non constat quod Gregor. X. reuocarit eam consuetudinem, & potius colligit eam approbasse; quia Græcorum Imperator, quamuis in sua professione dicat inter sacramenta Ecclesiæ, aliud esse sacramentum confirmationis, quod per manus impositionem Episcopi conferunt, chrismando renatos. † 19
Tamen in fine concludere ait Basilius sequentibus verbis: *confitentes vero hoc, & approbantes, & acceptantes, & promittentes obseruare (vt superius dictum est) rogamus magnitudinem vestram, vt Ecclesia nostra dicat sanctum symbolum, prout dicebat ante sanctum chrisma, vsque ad hodiernum diem, & quod permaneamus in ritibus nostris, quibus vtebantur, qui scilicet ritus non sunt contra supradictam fidem, nec contra Diuina præcepta, nec contra vetus, & nouum testamentum, nec contra doctrinam Generalium Conciliorum, & Sanctorum receptorum per sancta Concilia, quæ Celebrata sunt à spirituali dominatione Ecclesiæ Romanæ, hoc igitur non graue est V. S. nec inusitatum, & nobis nunc difficile propter infinitam multitudinem populi.* † Confert er- 20
go Basilius Pontius *dict. cap. 5. p. 4. sub n. 15.* vbi

hæc

refert Gregorium X. id indulsisse, & in primis argumento esse, quod etiam in illa professione dicat imperator sacram eucharistiam in Azymo confici in Ecclesia latina, & tamen retentum à Græcis fuerit, quod in fermentato consecrarent; tum etiam quia in rescripto Pontificis ad eundem Imperatorem, & alio ad eius filium, nihil est, quod vel leuiter iudicet id, quod de ritibus conseruandis poscebat denegatum maxime, cum ille ritus non sit contra sacras litteras, neque contra decreta Conciliorum, aut sanctos Patres; imo vt sit conformis, & doctrinæ sanctorum Patrum, & gestis summorum Pontificum, vt probat ex dictis *in dicto cap. 3. & 5. doct. lib. 4.*

21 Nec vrgent pro contraria sententia aduersus permanentem Græcorum consuetudinem Clem. VIII. in breui instructione super aliquibus ritibus Græcorum, vbi primo loco decernit, ne Græci Presbyteri Baptizatos chrismate in fronte consignent, & quod *in 2. 5. de hoc sacramento* decernat, vt hi, qui consignati fuerunt à Græcis Presbyteris, iterum confirmentur, maxime cum vero similiter dubitetur, vt ab Episcopis Græcis fue-
22 rint Baptizati. † Quia in primis respondet Basilius Pontius *dict. Clem. 8.* instructionem dirigi ad Episcopos latinos, in quorum Diœcesi sunt Græci, vel Albanenses qui Græco ritu viuentes commorabantur; & sic mirum non esse si prohibeantur Græci Presbyteri inter latinos Baptizatos consignare. Et pro hac responsione adducit factum Innocent. IV. de quo *ibi. dicto cap. 5. n. 14.* & ego quam suppra adduxi ex Pio V. sub
23 vers. *& similimodo.* † Et ad partem de repetendo confirmationem à Græcis factam, quia prudenter iudicatur sacramentum hoc à Presbyteris Græcis collatum hoc tempore nullum esse multis de causis, vel quia non habent legitimam facultatem administrandi, vel ex defectu legitimi chrismatis, aut ex defectu Ministri ipsius chrismaris, si is fuit Presbyter, vel quia dubitatur prudenter, an vero chrismate confecto ex Oleo, & Balsamo vsi fuerint Græci Presbyteri, cum obsignarunt Baptizatum, vel ex defectu materiæ, si tam vetustum esset chrisma, & à Presbyteris Græcis per simplex oleum reuocatum, amplius expendit hæc omnia Basilius *supra dicto cap. 5. n. fin.* concludens adhuc Pontificem Clem. animaduersis relatis defectibus: decreuisse, non absolutè, sed vt cautela, & sub conditione, vt Episcopi latini Baptizatos à Presbyteris Græcis de facto, chrismate in fronte consignatos, iterum confirment, dicentes *si es confirmatus, ego te non confirmo, sed si non es confirmatus, ego te confirmo signo crucis, & confirmo te chrismate salutis &c.* ex quo satis percipitur de consuetudine reuocanda Græcorum non fuisse Clem. loquutum.

24 Nec vltimo obstet quod statuerit Greg. XIII. in forma professionis fidei à Græcis facienda, loquutus inter alia modo sequenti: *receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supra dictorum omnium sacramentorum administratione solemni recipio, & admitto*; quia vt respondet idem Basilius Pontius *dicto cap. 5. p. 4. de hoc sacram. n. 17.* in ea professione tantum Græcus dicit se suscipere, & tenere, & admittere approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in sacramentorum administratione, qui ritus approbatus est ab Ecclesia Catholica, & quod in ea professione commendat obseruandum, non dici receptos ritus in Ecclesia latina, cum etiam ritus conficiendi in fermentato non sit receptus in Ecclesia latina, quem non respicit Græcus, qui tamé receptus est, & approbatus in Ecclesia Cath. & quod quamuis latini non seruent non tamen ab illis pro Græcis reprobetur, & sic concludit idem, de ritu huius sacramenti confirmationis dicendum esse: nam quamuis Ecclesia latina non receperit pro suis, quod passim Presbyteri confirment, sed non imponere pro Græcis suo more viuentibus, firmat. Et hæc sufficiant pro hoc dubio à tanto Theologo, & iuris perito nostris temporibus florido admodum Schola Salmantina decerpisse.

Et hic libuit adiungere cum Cardinali Lugo 25
responsor. lib. 1. dubio 8. quod cum in sacra congregatione dubitaretur, an tollerandus esset vsus Græcorum, qui cum Oleo, & Balsamo miscent duodecim alia aromata diuersa, ait decretum fuisse inuestigandum esse initium talis vsus, etsi illud antiquissimum esset tollerandum sed monendos esse Græcos, vt ea atomata pauca sint, & in tali quantitate, vt Balsami odor præualeat, & Oleum ita sub ratione Olei perseueret, vt effectus Olei semper retineat. Quod si talis vsus non sit ita antiquus, sed post chrisma inceptus, omnino eum tollendum esse, & iuxta prædictum vsum aromata miscendi videri loquutum Dionysium *de Ecclesiast ica Hierarch. cap. 4.* in verbis sequentibus: *dicimus igitur vnguenti confectionem esse collectionem quandam suaiter spirantium materiarum, qua in se magnam vim, & copiam fragantium qualitatam contineat*; refert etiam Berticel. *de hoc sacram. tit. 7. de mission. Apostol. q. 127. sub n. 8.* vers. *Confirmatur*, & vers. *dices*, & refertur euchologio, & apud Archudium *in concerdia Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis lib. 2. c. 5.* dices quod chrisma apud Græcos, est Oleum, & Balsamum, quibus immiscentur multa alia aromatum genera.

Ad tertiam quæstionis partem de Energumenis; quia consistit eius intellectus in expositione 26
Innocentij I. *epist. 1. cap. 6.* dum dicit quod si Energumeni non possint ad Episcopum deferri possit Episcopus authoritatem dare Presbyteris ad eos consignandos, siue ad imponendas manus eis & quia ex dictis supra *sub quæst. 7.* de Canone I. Concilij Arausicani loquente de hæreticis confirmandis, cum hæretici esse deserint; ita nunc ex obseruatione *ibi* posita ex vers. *Vnde iam* sciri oportet olim valde dubitatum fuisse an Energumenis dandus esset Baptismus; tum quia à maligno Dæmone possessi expertes rationis essent; tum etiam quia indecens videbatur, vt in maligni spiritus habitaculum, descenderet Spiritus sanctus, & obtinuisse apud Patres clementiæ & benignitatis rationem, & ne primum illud desiderium, quo Cathecumenus voluit esse Christianus fraudaretur præmio, decretum esse, vt ad fidem suscipiendam Energumeni admitterentur, maxime, si vrgerentur vitæ periculo, vt constitutum est in Concilio Illeuitano *Canone 37.* & in Arausicano *can. 1.* Basilius Pontius *p. 4. de hoc sacram. cap. 2. sub n. 2. & n. 27.* vbi adducit etiam verba Timothei Alexandrini Episcopi de eo Consult. ibi: *si is, qui à Dæmone corripitur non fuerit ab immundo spiritu mandatus, non potest sanctum Baptisma accipere, sed in exitu à vita Baptizatus.*

Ergo cum Energumenus in Extremis positus 27
esset Baptizandus, est statim, cum Baptismo confirmandus decreuit Innocentius, quod si ad Episcopum, qui minister confirmationis est deferri,

non

non possit Energumenus propter instans vitæ
periculum à Presbytero consignetur, non con-
firmatorio chrismata, sed illa cæremoniali vn-
ctione, quam Syluester introduxerat, quæque
erat confirmationis vicaria, de qua dixi *sub di-
cta quæst.* 7. Etenim Presbyter nisi de licentia
Episcopi etiam in vertice Baptizatum confirma-
re non poterat; nec mirum ait Basilius *sub dicto
num.* 27. si Energumenis hæc cæremonialis vn-
ctio impenderetur cum eo sacramentali Dæmo-
28 nem expellendum Ecclesia sperare posset. † Et
ideo dicit sæpe Dæmoniacis datum sacramen-
tum confirmationis; & quod in historiis sæpe le-
gatur Energumenos in susceptione huius sacra-
menti à Dæmone fuisse liberatos, vt testatur Na-
zianzenus *orat. 1. cont. Iul.* Lactant. *lib. 4. Di-
uinor instit. cap.* 27. Prudentius *in Apotheosi*,
ime & probat ex sancto Bernardo *in vita S. Ma-
lachia* sic scribente de eius Præceptore Malcho
Episcopo *puerum mente captum ex his, quos lu-
naticos vocant inter confirmandum sacra vnctio-
ne curauit.*
29 Imo Gregorius Turonensis *lib. 1. de gloria
Martyrum cap.* 41. narrat artes magicas per
præsentiam cuiusdam Christiani, qui chrisma-
te confirmatus erat, fuisse dissectas, & eua-
30 nuisse † & ex aduerso Eusebius *lib. 6. Historia
cap.* 35. aliàs 33. refert nouatum reiicientem
hoc sacramentum Dæmone fuisse corruptum:
hæc refert, & sequitur Basilius Pontius *dict.
31 part. 4. cap. 2. num.* 27. *in fine.* † Vbi dicit multo
magis mirandum, quod Energumenis in cura-
tionem data sit sacra Eucharistia, vt clarissime
constat ex Araucusano Concil. 1. *canon.* 1. de
quo late ipse refert loqui *in tractatu de Eucha-
ristia.* Et applicabis quæstionem, quam infra tra-
cto *sub quæst.* 12. vers. *ad quartam* per hæc fun-
damenta.
32 Ad quintam quæstionis partem, an Episcopus
hæreticus, degradatus, vel excommunicatus, pos-
sit valide confirmare; quia potest ampliari ex his,
quæ dixi de Episcopo ordinatore *in c. 14. & 15.
de tempor. ordin.* nunc tantum referendo contra-
rias sententias negatiuam Magistri sententiar. *dist.*
13. *cap. 4. & dist. 25. & glos. in cap. accedens* 50.
dist. & aliorum iuris peritorum apud Castr. *lib. 2.
de iusta hæreticorum punitione cap.* 21. & apud
Conarru. *dicto lib. 1. Var. cap.* 10. *num.* 8. & affir-
matiuam quam sequuntur Henriquez *lib. 3. c. 6.
n. 2.* Suarez *in 3. p. difficult. 36. sect. 3.* Filiucius
num. 29. Ægidius *dum.* 72. *art.* 2. Bonacin. *de
confirm. q. vnica, puncto 2. num.* 6. Ochogauia *q.* 10.
n. 9. & aliorum, quos sequitur Leander *de hoc sa-
cram. tract. 3. disp. 2. quæst.* 5. cum Reginaldo,
Lublino de Castillo, & Castro Palao respondeo
cum illis posse valide; licet non licite; quia nec
hæresis, nec excommunicatio, aut degradatio
tollit characterem, aut ordinem Episcopalem,
in quo fundatur potestas confirmandi; & sic te-
nendom, etsi Ludouicus de S. Ioan. *quæst.* 1.
art. 7. dubio 4. pag. 100. innuit probabilem
esse negatiuam sententiam hic relatam, quam
quæstionem tractat Basilius Pontius *in suo tra-
ctatu de ordine lib.* 1. vt notat in hoc *de con-
firmatione dicta part. 4. quæst. fin. num.* 8 & no-
uissime P. Magister Prad. *de hoc sacram. dub.* 12.
§. 7. *n.* 68.
33 Ad quintam quæstionis partem an Episcopus
non confirmatus, peccet mortaliter alios con-
firmans? Et si de hoc puncto, & sequenti, item

& de proxime relato latius *in tit. sequenti*, vbi
ago de sacramentis in genere, nihilominus ad
propositum de hoc sacramento confirmationis
duxi breuiter respondendum, probabilius esse,
vt tantum peccet venialiter; quia etsi sit aliqua
inordinatio ministrare hoc sacramentum ex
officio, & illud nolle suscipere; sed non est
praxis: sic docent Nauarr. *in cap. 22. manual.
num.* 9. Granados *tract. 2. disp. 1. num.* 11. de Ca-
stillo *de hoc sacram. cum aliis dubio* 11. *n.* 126.
Diana *p. 10. tract. 11. res.* 14. idem de Castillus
de sacram. tom. 1. tract. 5. disp. vnica dubio 10.
num. 100. vbi alloquitur verbis sequentibus
*aliqui recentiores putant non esse præceptum
aliquod suscipiendi sacramentum confirmatio-
nis ante ordines; quamuis enim Trid. sess.* 23.
*capit. 4. de confirm. dicatur, (prima tonsura
non initientur, qui confirmationem non suscepe-
rint)* putantes in his verbis nullum contineri
præceptum, vel suscipiendi confirmationem an-
te primam tonsuram, vel quo Episcopi prohi-
beantur primam tonsuram dare non confirmato.
Quæ Doctrina vera est si loquantur de peccato
graui, si tamen velint, nec venialiter peccare, om-
nino falsum dicunt, Castrus Palaus *tom. 4. tr.* 20.
puncto 8 *n.* 6.
Itaque tenendum est cum Leandro *de sacram.* 34
tract. 3. dict. disp. 2. quæst. 6. & Diana *dicta
part. 6. res. 14. in fine*, Episcopum non con-
firmatum, valide alios confirmare, vt dixit de
Castillus *dicto dubio* 10. *num.* 126. nec hoc fa-
ciendo peccare mortaliter contra Tannerum *q.
4. de hoc sacramento dubio* 2. & Moura *in medul-
la casuum conscientia part. 3. cap. 3. §. 5. num.*
1. & alios, qui docent peccare mortaliter qui
sacris ordinibus initiatur ante confirmationem
vigore præcepti Concilij Trident. *dicta sess.* 23.
cap. 4. de reformat, sed tantum venialiter, vt
docent relati, & Diana etiam contra Granadum
in 3 p. tract. 4. disp. 1 n. 9. existimantem sumen-
tem ordinem ante confirmationem, nec veniali-
ter peccare: plura cum infinitis Leander *supra
disp. 1. q.* 8. contra alios, & addo Dianam cum
aliis *p. 3. tract. 4. res.* 14. Suarez *disp.* 38. *sect.* 4.
Coninch. *3 p. q. 72. art. 8. n.* 9. Trullench, *de hoc
sacram. n.* 3.
Ad sextam quæstionis partem, an Episcopus, 35
dum administrat hoc sacramentum debeat esse
sine conscientia peccati mortalis; & breuiter
Henriquez *de hoc sacram. cap. 5. §. 7.* quem sequi-
tur Barbosa, resoluit debere esse sine conscientia
peccati mortalis, & habere intentionem, sal-
tim virtualem primam ergo partem, & ego pro-
bo ex Concilio Dianæ *dicta part. 10. tract. 11.
dicta res. 14.* in vers. *sed cum casus*, vbi Episcopo
nolenti conferre ordines cum peccato veniali,
consuluit potuisse confirmare ordinandum; quia
eo ipso, quod habebat litteras dimissoriales à
suo Episcopo, vt posset ordinare, hoc ipso po-
terat ab eo Episcopo etiam confirmari: nam qui
concedit finem, concedit consequenter quæ
sunt necessaria ad illum cum aliis Leaander *dict.
tract. 3. quæst.* 10. & Diana *dict. part. 3. tract.* 4.
res. 24. Auersa *de hoc sacram. quæst. 72. sect.* 3.
Palaus *tom. 4. dicto tract. 20. puncto* 10. *n.* 7. de Ca-
stillus, *vbi supra dub.* 11. *n.* 130. Caspensis, *in
Theolog. tom. 2. tract. 27. disp. 2. sect. 3. n.* 11. & late
Cardinalis Lugo *de sacram. in genere disp.* 8.
sect. 9. num. 156. contra Vasquez *in cap. 4. nu-
mero* 48. dicit enim quod Episcopus consecrans

chrisma,& benedicens oleum infirmorum in statu peccati mortalis, peccat mortaliter his addo nouissime Pater Prado *de sacram. dubio* 1145. 7. *n.67.*

36 Partem verò secundam docet etiam Trullench. *de sacram.dict.lib.* 2. *quaest. vnica num.* 16. dum dicit, quod minister confirmationis debet habere intentionem actualem, vel virtualem, & esse in gratia, ne peccet; ita vt si sit in peccato mortali, & si non teneatur confiteri, teneatur tamen habere contritionem saltim existimatam; quia est minister ad id deputatus, & consecratus Et docent Leander *dicto tract.* 3. *disp.* 2. *quaest.* 11. Angelus, Siluest. Tabiena Toletus, Viualdo, Graffis, & Bonacina † vt addunt ta-
37 men quod debet vti etiam chrismate illius anni, & celebrare cum debita solemnitate, Henriquez *lib.* 2. *cap.* 5. *&* 6. cum aliis, & omnes dicentes prædictas quatuor dispositiones requiri in ministro confirmationis; & hanc sententiam de Episcopo conficiente chrisma, aut consecrante Ecclesiam in peccato mortali, dicunt non peccare lethaliter; quia non est cur grauiter iste obligetur ad adhibendam contritionem, vel confitendum, vt eas actiones sancte exerceat, vt docent Hurtado *de sacram. genere disp.* 4. *dif.* 10. ConincK *de sacram. quaest.* 64. *art.* 6. *dubio* 1. Præpositus *in* 3 *part.quaest.*64.*art* 6 *dub.*1. *n.* 37. Neratius *tom* 3. *de sacram. in genere disp.* 8. *sect.* 2.*in fine*, Tanner.*tom.*4 *disp.* 5.*q.*4 *dub.* 3. *n.* 74. Diana *p.* 5. *tract.* 13. *misc. res.* 73. ante illos Vasquez *supra* & Suarez, quem citat, & sequitur Granados *in* 3.*p.de sacram.in genere controuers.* 3.*tract.*5.*n.*7.

QVÆST. X.

An saltim peccet mortaliter Episcopus qui ordinat illum, qui non est confirmatus? vel sic peccet ordinatus non confirmatus? An peccet mortaliter confirmans in sua Diœcesi subditos alterius Diœcesis? vel possit sine graui peccato confirmare in aliena Diœcesi sine expressa licentia proprij Episcopi vel debeat esse ieiunus, dum confirmat? Aut confirmare in Ecclesia? Et an Episcopus non confirmans in sua Diœcesi opportunis temporibus, peccet mortaliter? vel an queat confirmare tempore interdicti?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus ordinans illum, qui non est confirmatus, peccat venialiter, &* n.2.

2 *Trid.* in cap. 4. sess. 23. *de non ordinando aliquem, antequam sit confirmatus, non obligat sub mortali,* & n. 3.

3 *Ordines suscipientes non confirmati vltra contemptum, non peccant mortaliter.*

4 *Episcopus nequit confirmare subditos alterius Diœcesis, sicut nec ordinare.*

5 *Episcopus ordinans, & confirmans subditos aliena Diœcesis, non peccat mortaliter, & quare etiam* n. 6. & 8. *Quod si in aliena Diœcesi proprios, & alienos confirmet.* n. 6. 7. 9. & 10.

6 *Iurisdictio non est de necessitate sacramenti confirmationis.*

8 *Episcopus confirmans non suos subditos, non fit irregularis, etsi confirmet cum Dimissoriis proprij, excusatur omnino.*

9 *Episcopus confirmans in aliena Diœc. suos proprios subditos sine licentia proprij, & Pontificalia exercens etiam tonsurando, secundum aliquos non peccat lethaliter, alij contra* n. 10.

11 *Confirmans, & confirmandus vt iuxta morem antiquum debeant esse ieiuni, hodie non practicatur, &* n. 13.

12 Cap. vt ieiuni, cap. Episcopi de consecrat. dist. 5.

14 *Confirmationis sacramentum collatum extra Ecclesiam valet, sic & probabilius, vt conferens non peccet mortaliter, vt* n. 15. *etsi conuenientius ministretur in Ecclesia, vt* n. 16.

16 *Episcopi communiter soleat in suo Palatio confirmationis sacramentum celebrare, & potest in quocumque loco decenti, etsi interdicto, vt* numero 17. 18. *Et quare* numero 20.

18 *Confirmatio quouis tempore, etiam in Die feriato, & interdicto potest conferri. Et quare* n. 20.

19 *Episcopus non confirmans in sua Diœcesi oportunis temporibus, peccat mortaliter, si multo tempore negligens omisit.*

20 *Confirmatio est quoddam complementum Baptismi, qui licet conferri omni tempore.*

21 *Chrisma confici licet tempore interdicti.*

22 *Episcopus, vt conficiat chrisma debet ad loca sua Diœcesis accedere sine expensis laicorum, & clericorum.*

EX dictis *supra quaest. preced.* sub vers. *ad* 1 *quintam* respondeo ad primam quaestionis partem, non peccare plusquam venialiter Episcopum ordinando illum qui non est confirmatus, quemadmodum nec peccat mortaliter, sed tantùm venialiter qui ordines saltim maiores suscepit ante confirmationem, cum vt *ibi* dixi in verbis Concilij nihil præcipiatur initiandis, sed tantùm præscribantur Episcopis quid facere debeant dicentes Doctores, † vt etsi 2 præceptum contineatur in Trid. decreto *cap.* 4. *sess.* 23. *de reformat* quod non recipiantur ordines ante confirmationem: tamen non obligare ad mortale, vel quia leuis est materia, vel quia consuetudine sic præceptum temperatum est, in terminis Castrus Palaus *supr. punct.* 8. *num.* 6. *in fine*, Leander *dict. disp.* 1. *quaest.* 8. vbi adducens plures, & pro contraria sententia, vt peccet mortaliter. Nugnum *tomo* 2. *quaest.* 35. *art.* 4. Fornarium, Toletum, Tannerum, Inojosam, Lublinum, Maiolum, Bonacinam, & alios existimantes facere contra præceptum Trident. dicto loco, & in re graui; & ob id etiam peccare sic in dubio nostro, tamen æque probabiliter, siue probabilius sentit, nec ordinandum, nec Episcopum ordinantem non confirmatum peccare, nisi tantum venialiter ita Soto *dist.* 24. *quaest.* 1. *art.* 4. Suarez, Henriquez, Victoria, & alij, quos sequitur Leander *dicta disp.* 1. *quaest.* 9 Diana cum aliis *p.* 8. *tract.* 1. *res.* 47. cum multis de Castillo *de confirm. dubio* 10. *n.* 100

Itaque

3 Itaque dici debet, vt ordines ſuſcipientes, nondum confirmati citra contemptum, non peccent mortaliter; quia vt dixi Verba Concilij ſtrictum non continent præceptum, vt docent Sotus, Victoria, Ledeſma, Viuald. Suarez, ConinK Ochogauia, Granatus, Layman, Hurtadus, Henriquez, Rodriguez, Monte Nauarr. Torreblanca, Marchinus, Molfeſius, Reginaldus, & alij, quos citat Leander *dict. diſp.* 1. *ſub quæſt.* 8. *tom.* 1. *tract.* 3. quibus addo Barboſam. *in dicto cap.* 4. *ſeſſ.* 13. *Concilij n.* 2. Stephanum de Sancto Gregorio *de ſacram. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 10. Trullench. *de ſacram. lib.* 2. *cap. vnico de confirm. n.* 13. Ragutium *in lucerna Parochorum de hoc ſacram. quæſt.* 25. Ioannem Franc. Suarez, *in enchirid. caſuum conſcientiæ tract. de contract. lib.* 5. verbo *confirmatis* Bizozarum *de ſacram. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 2. Tyberium *in instruct. ordinandorum cap.* 8. *quæſt.* 58. Geſualdum *in Theologia morali tom.* 1. *tract* 5. *cap.* 1. *n.* 8. de Caſtillum *de ſacram. tom.* 1. *tract.* 3. *diſp. vnica dubio* 10. *dict. n.* 100. Æligium Baſeum *in floribus Theologiæ* verbo *confirmationis ſacramentum n.* 12. Zambellium *in repertorio moralium* verbo *conſecratio*, Dianam cum Magiſtro Serra Dominicano, Leſſio, Poſſentio, Martino de S. Ioſeph, Præpoſito, Dueñas, & Ioan Vbigers contra Magiſtrum Ghetium *p.* 10. *tract.* 16. *ſub reſ.* 61. tenet etiam reuerendiſſimus Candidus *tom.* 3. *diſp.* 1. *art.* 8 *dubio* 20. videbis plura. quæ dico *infra q.* 13. de intellectu *dict. cap.* 4. *Trident. ſeſſ.* 23. in verſ. *ad quintam.*

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, an peccet mortaliter confirmans in ſua Diœceſi ſubditos alterius Diœceſis? Et adiunctis hic, quæ dixi *ſupra in cap.* 11. *de tempor. ordin. ſub q.* 9. *n.* 11. de Epiſcopo ordinante ſubditos alterius Diœceſis; igitur dicendum, eſt vt ſicut ordinare nequit Epiſcopus ſubditos alterius Diœceſis, & nec Iudicare, vt dixi in dicto loco, & probant textus *in cap. nullus primas* 9. *q.* 2. *Cap.* 1. *cap. ſignificaſti de foro comp.* ita nec confirmare Baptizatos alterius Diœceſis, intantum, vt ſi confirmauerit, peccet: ita Sahagun *de ſacram. confirm. n.* 18. & alij referendi.

5 Dubium verò eſt, an peccet mortaliter, ſeu tantum venialiter? In quo dubio, etſi affirment Toletus *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. Reginald. *lib.* 28. *num.* 21. Ludouicus *quæſt.* 1. *art.* 7. *dubio* 3. *pag.* 100. Pet. de Ledeſma *de hoc ſacram. cap.* 9. *concluſ.* 7. Bonacina *de confirmat. quæſt. vnica puncto* 2. *num.* 11. Paludan. *diſt.* 7. *q.* 4. Syluester. *verb. Confirmatio. quæſt.* 5. Suarez *in* 3. *part. diſp.* 38. *ſect.* 2. Viuald. & Bartholom. ab Angelis, & alij. Nihilominus æquè probabiliter in hoc puncto dicendum eſt non peccare, nec incurrere cenſuram aliquam; quia credendum eſt hoc eſſe ratum, & gratum proprio Epiſcopo; & ſic verbis ſequentibus probant Paulus *ſupra puncto* 9. *n.* 7. Leander *de hoc ſacram tract.* 3. *diſp.* 1. *q.* 8 dicentes v ut receptum eſſe Epiſcopum in propria Diœceſi confirmantem omnibus ad ſe confluentibus confirmationem miniſtrare, nulla inquiſitione facta, an ſint propriæ, vel alienæ Diœceſis.

6 Et probatur, nam cùm Iuriſdictio non ſit de neceſſitate huius ſacramenti, facilius præſumi poteſt ratihabitio, quàm in ſacramento Pœnitentiæ, vbi requiritur Iuriſdictio de præſenti: ſic docent Henriquez *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. Sa, *verbo confirmat. num.* 2. Genuens *in manuali Prælator. cap.* 54. *num.* 7. Barboſa *in paſtor, p.* 2. *alleg* 30. *num.* 12. refert ipſum Leander, ſed ibi tale non dicit; imò potius, vt peccet mortaliter, & quod ſit ſuſpenſus dicit ibi *num.* 15. *per cap.* 5. *ſeſſ.* 6. *de reformat.* Si Epiſcopus confirmet ſuos ſubditos, vel Pontificalia exerceat in Diœceſi alterius ſine licentia proprij Epiſcopi. † Verùm lego eundem Barboſam *ibi num.* 7
14. ex ratione *num. præcedentis*, illum *ſic* in noſtro dubio confirmantem in propria Diœceſi ſubditos alterius excuſari à cenſurâ, & peccato cum Alzedo, Zambiana, Layman, Tannero, Diana *p.* 4. *reſ.* 50. *tract.* 4. quibus addo eundem Dianam *p.* 2. *tract.* 17. *reſ.* 17. & *p.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 24. Ochogauiam *de hoc ſacram. q.* 11. Ægidium Trullench. pro vtroque ſententia reſpondentem cum aliis *dicto lib.* 2. *de ſacram. confirm. q. vnica n.* 25. & nouiſſime idem Diana *dicta p.* 10. *tract.* 11. *reſ.* 14. verſ. *adde* contra de Caſtillum *dicto dub.* 11. *n.* 110.

Et ſic Chamerota, *in tract.* 2. *de hoc ſacram. cap.* 7. *dubio* 3. quem ſequitur Barboſa, *ſub dicto num* 14. dixit vt Epiſcopus confirmando non ſuos ſubditos, minimè fiat irregularis. Et vtcumque ſit ſacramentum hoc collatum tenere cum ſuis effectibus, de quibus *infra*, vt dicunt Sahagum, *ſub dicto num.* 18. Trullench, *ſupra dicto num.* 15. *in princip.* Vbi dicit, quod factum teneret, ſicut ordinatio: nam eſt actus ordinis, ad quem neceſſario non requiritur iuriſdictio. Si tamen confirmet cum dimiſſoriis proprij Epiſcopi, vt ordinetur, omnino excuſabitur in affirmatiua etiam ſententia; quia qui concedit finem, concedit neceſſaria ad finem, Zambrana, *de caſibus occurrent. in articulo mortis cap.* 2. *dubio.* 2. *n.* 3. Layman *in Theolog. morali lib.* 5. *tract.* 3. *cap.* 6. *n.* 2. Diana *dict. p.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 24. Barboſa *dicta alleg.* 10. *ſub n.* 14. *in fine.* 8

Ad tertiam quæſtionis partem de Epiſcopo confirmante in Diœceſi alterius ſuos proprios ſubditos ſine licentia Epiſcopi illius? Et in hoc dubio pro affirmatiua ſententia reſpondendum eſt; eo quod expreſsè prohibet Trid. *dict. cap.* 5. *ſeſſ.* 6. Vbi quod nec Pontificalia poſſit exercere, alias peccet mortaliter, & incurrat ſuſpenſionem ab exercitio Pontificalium, iuxta quæ dixi *ſupra in cap.* 11. *de temporibus ordination. à q.* 9. Et alibi & in terminis dicunt Henriquez, Sa, Suarez, Bonacina, Syluester, Paludanus, Ochogauia, Filiucius, Reginaldo, Chamerota, & alij iam adducti, Leander, *dicta diſp.* 2. *q.* 9. Vbi adiungit declarationem Congreg. Cardinal. Barboſa, *dicta alleg.* 30 *dict. n.* 15. & dicit deciſum Armendariz, *in addition. ad leg. Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *lib.* 7. *n.* 68. Caſtrus Palans, *vbi ſupra puncto* 9. *n.* 8. Ægidius Trullench, *n.* 8. *dicto l. b.* 2. *q. vnica ſub dict. n.* 28 verſ. *nec poteſt.* 9

Tamen affirmant Henriquez *dicto* §. 6. Alced. *part.* 1. *cap.* 13. & Barboſa, *dicta allegat.* 30. *numer.* 16. ex dictis *allegat.* 6. *numer.* 13. poſſe Epiſcopum in alterius Diœceſi ſine proprij Epiſcopi licentia dare ſubditis ſuis tonſuram, benedictionem ſolemnem, & celebrare miſſam de Pontificali, quia hi actus non pertinent ad iuriſdictionem contentioſam, cum ſtrepitu iudicij; ſed idem Barboſa non admittit quoad Clericalem tonſuram tantùm relatam hanc reſolutionem Henriquez, ad quæ videbis quæ dixi *ſupra* adiunge & hic quæ pro vtraque ſententia 10

non sic longè scribit nouissimè Pater Prad. *in hoc tract. dubio* 12.§.7.*n.*69.*&* 70. vbi dicit id verum esse si contradicente aut non consentiente alio Episcopo id faceret sed de facto ooo peccare ait quia proprij Episcopi adest interpretatiuus consensus qui constat ex rationabili praxi vt probare contendit ibi eo quod hoc sacramentum soleat ministrari certis tantum temporibus.

11 Ad quartam quæstionis partem, an debeat esse ieiunus, dum confirmat; suppositis quæ dicuntur *in tit. de celebratione missarum*, circa ieiunium necessarium in communicantibus faciam Eucharistiam, & applicando quod *infra* adduxi *in cap. 1. de testibus*, quare testis non nisi ieiunus dicturus esset testimonium, vt ibi. Iam nunc breuiter ad dubium præsens respondendo adducam sententiam affirmatiuam, & negatiuam; etenim antiquis temporibus mos erat, vt confirmans, & confirmandus essent ieiuni.

12 Et pro hac sententia adducunt nonnulli textus *in cap. vt ieiuni, & in capit. Episcopi, de consecrat. dist.* 5. sic ex Sa, Bonacina, & Nicolaus Plaue, quos refert Leander *de hoc sacram. dicta disp.* 2. *quæst.* 12. qui id non firmant expressè, cum potius dicti Doctores teneant contrarium. Ob idque probabilius dicendum est illa iura esse tantum intelligenda de

13 consilio, ooo de præcepto † sed quia iam vsus substulerit hoc consilium, dicendum est confirmationem sacramentalem posse fieri, tam post, quàm ante prandium; & sic quotidie practicari videmus, vt in vespere Episcopi hoc sacramentum administrent, docent Ochogauia *dict. quæst.* 11. *num.* 1. Granados *de hoc sacram. disp.* 2. *num.* 3. Henriquez *supra n.* 7. Reginald. *num.* 17. Toletus *lib.* 2. *cap.* 24. Bonacina, Ægidius Coninck Hurtad. Filliucius, Suarez, Layman, Bartholomæus, Ledesma *diss.* 10. *col.* 248. Anglest. *de confirm. art. vlt. conclus. vltima*, Anchangelus *dist.* 7. *pag.* 68. *colum.* 2. & alij, quos sequitur Leander supra, quibus addo Sahagun *de hoc sacram. dicto num.* 28. *in fine*, Sylvest. verb. *confirmatio quæst. vnica* Chamerota *dicto cap.* 7. *dubio* 3. *in fine*, Henriquez *dicto cap.* 6. §. 7. *&* *cap.* 5. §. 6. Barbosa *dicta alleg.* 30. *p.* 2. *de officio Episcopi* qui dicet contrarium nulla lege fuisse præceptum, cum solum consulatur *in dicto cap. vt ieiuni*, Ægidius Trullench. *dict. q. vnica n.* 16. vers. *non tamen.*

14 Ad quintam quæstionis partem, suppositis quæ dixi de ordinibus celebrandis in aliqua Ecclesia *sub tit. de temporibus ordinationum* & de electione caoonica celebranda in certo, ac destinato loco Ecclesiæ cathedralis, vt dixi *in cap. qua propter de elect. sub* §. *fin.* quæ tamen faciunt pro affirmatiua sententia, quam tuentur Nugnus *in* 3. *p. D. Thoma q.* 72. *art.* 12. *circa finem* vers. *secundum ritus*, & alij dicentes peccatum mortale esse extra illam confirmare, sicut & solemniter Baptizare, cum fiat contra vniuersalem Ecclesiæ consuetudinem in re graui; vt docent etiam Granadus *supra*, & fauet Sa, Verb. *confirmatio n.* 1. & Castrus Palaus *de sacram. tract.* 20. *puncto* 10. *n.* 6. & innuit Suarez *in* 3. *p. disp.* 37. *sect.* 2. §. *secundo notari.*

15 Tamen dicendum est quod etsi conuenienter in ecclesia hoc sacramentũ ministretur, sed extra illam conferri, non videatur esse peccatum mortale, vt docent Coninck *in* 3. *p. q.* 72. *art.* 7. *n.* 25. Henriquez *dict. cap.* 6. *num.* 7. Bonacina *tom.* 1. *disp.* 3. *quæst. vnica p.* 2. *num.* 15. Ægidius Trullench. *dicta q. vnica sub n.* 16. vers. *conuenienter* Diana *p.* 4. *tract.* 4. *miscel. res.* 50. & antea 2. *p. tract.* 17. *miscel. res.* 17. vbi cum multis. † Itaque 16 etsi conuenientius in Ecclesia ministretur probabilius tenendum est non teneri Episcopum sub tanto onere, cum communiter Episcopi in suo Palatio confirmationem conferant: sic vidi practicari; imò adduxit Sanchez *in selectis disp.* 40. *num.* 4. Ragucius *in lucerna Parochor. de confirm. quæst.* 37. *n.* 1. Paludan. *in* 4. *dist.* 7. *q.* 3. *art.* 3. Henriquez *dict. cap.* 6. Leander cum aliis *dicta disp.* 2. *tract.* 3. *quæst.* 13. † Potius 17 posse in quocumque loco decenti, licet interdicto; & quod sit obseruanda consuetudo, dixit *supra* Trullench. & Bonacina *dicta part.* 2. *num.* 25. asserit tutius esse consuetudinem obseruare, quam quidem receptam non esse D D. existimant cum tanto onere, vt reus Lethalis culpæ constituatur Episcopum alio in loco confirmantem sequitur Barbosa *dicta alleg.* 30. *n.* 33. cum Chamerota *supra dict. dubio* 3. & Alcedo *de præcel. Episcop. Dignit. p.* 2. *cap.* 4. *n.* 3. *in princ.* *& aliis.*

Ex his infertur vt confirmatio quouis tempore, & etiam in die feriato, & interdicto possit conferri, vt dicunt Leander *dict. quæst.* 13. *in fine*, Trullench. *dicta quæst. vnica tract.* 3. *de sacram. sub dict. num.* 16. vbi sicut non tenetur esse ieiunus; sic neque in Die festo confirmare; quia hæc nulla lege percipiuntur. 18

Ad sextam quæstionis partem, an Episcopus 19 non confirmans in sua Diœcesi oportunis temporibus, peccet mortaliter? Et respondetur affirmatiuè, quia cum sit Pastor, tenetur Oues pascere, etiam in his, quæ ad vtilitatem suæ Ecclesiæ à Christo sunt instituta, tenent Angel. in Verbo *confirmatio n.* 2. Syluester *ibi n.* 2. Viuald. *n.* 8. Suarez *dicta disp.* 38. *p.* 3. *sect.* 2. Filliucius *de hoc sacramento n.* 31. Ochogauia *n.* 4. Layman *cap.* 6. *n.* 3. Trullench. *dicto lib.* 3. *q. vnica n.* 3. *in fine*, quia hoc ei competit ex officio, sicut Parocho alia sacramenta administrare, Palaus *dicto puncto* 9. *num.* 13. Toletus, Genuens & Barbosam penes de Castillum, *dubio* 15. *n.* 340. Leander *dicta disp.* 2. *tract.* 3. *de sacram. q.* 7. & in verbis sequentibus Reginald. *lib.* 28. *n.* 21. ibi: *mortaliter peccat Episcopus ille qui multo tempore negligenter tamen administrationem omittit* cum aliis Barbosa *dicta alleg.* 30. *n.* 9. Marcus Antonius Genuens *in manuali Pastorum cap.* 54. *n.* 2. Alcedus *supra dict. p.* 2. *cap.* 4. *n.* 10.

Ad vltimam quæstionis partem, an possit 20 Episcopus confirmare tempore interdicti? Respondeo cum Henriquez *dicto cap.* 6. *num.* 7. Ledesma *in summa cap.* 9. *de confirm.* Trullench. *dict. tract.* 3. *de sacram. lib.* 2. *dict. quæst. vnica dict. n.* 36. *in fine*, vt possit ex eo quia confirmatio est quoddam complementum Baptismi, qui licitus est omni tempore pro paruulis, & pro adultis cum solemnitate.

Dicentes etiam quod liceat conficere chrisma 21 intra Ecclesiam tempore interdicti ex eadem ratione, & assertionem comprobat etiam Barbosa *dict. alleg.* 30. *de officio Episcopi dict. n.* 12. *in fine.*

Pro complemento huius quæstionis notan- 22 dum est, quod Episcopus tenetur chrismatis tantùm conferendi gratia ad suæ Diœcesis loca accedere; & quod tunc laici, vel Clerici ad illius expensas non obligentur, vt

vt refert deciſum Armendariz *lib.7.de Episcopis in declarat. leg Nauarra n.* 77. & docet Barboſa *in paſtorali dicta p. 2. alleg.* 30. *num.* 10. Caſtrus Palaus *tract.*10 *puncto* 9.*n.* 13. nouiſſime Pater Prado *de hoc ſacram.dubio* 15.*n.*66. vbi dicit quod ſi tantum in Cathedrali confirmant plures ex diœceſi ſine hoc ſacramento, præcipuè in epiſcopatibus Hiſpaniæ quorum quilibet tot populos habet inter ſe diſtantes, concludens vt teneantur accedere ſaltem ad loca præcipua quæ regulariter accedere poſſint.

QVÆST. XI.

An Episcopus debeat admittere ad ſacramentum confirmationis, omnes homines, etiam infantes,& adultos ſeu requiratur ætas determinata? Et quæ ſit conuenientior? Et ſub qua diſpoſitione debeat eſſe adultus? Aut nunquid ſit præmittenda confeſſio in habente peccatum?

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus eſt ianua ſacramentorum.*
2 *Confirmationem per manus impoſitionem Apoſtoli non conferebant ſamaritanis ante Baptiſmum. Vbi de indicatione huius ſacramenti.*
3 *Baptizatus ſolus eſt capax ſacramenti confirtionis.*
4 *Infantes,& amentes ſunt capaces ſacramenti confirmationis,& n.* 5. *Et quod antiqua eſt hæc praxis in Eccleſia* num.6. & numero 15..
6 *Apoſtoli confirmabant infantes illico poſt Baptiſmum,vbi de conſuetudine Græciæ,& Æthyopia* n.7.
8 *Sacramenta Baptiſmi ſunt, & confirmationis nullatenus, niſi morte præueniente ſegregantur.*
9 Cap.vt ieiuni de conſecrar.diſt.n.16.
10 *Ætas ad recipiendum ſacramentum confirmationis, videtur eſſe ſub præcepto annorum 7.& de congruentia* n. 8. cum ſequentibus vſque ad n.18.*& quod nulla requiratur determinata* ibi ex n.19.
12 *Infantes ignorant ipſa,quæ vident.*
13 *Confirmandi vſus Eccleſia poſt ſeptem dies à receptione Baptiſmi. Et quare in veteratus* n.14.
20 *Ætas ad confirmandum ſecundùm quoſdam conuenientior eſt ſeptennij, ſecundum alios infantia,vt* n.21.
22 *Adultus recipiens confirmationem debet habere intentionem, ſicut in Baptiſmo, & quod ſit in gratia, ſaltim exiſtimata, vt* n.24.
23 *Confeſſio non eſt in præcepto ad receptionem confirmationis, vt* n. 24. *& aliquando ſecundùm Filiucium ſufficit attritio nota.*

1 VT ad has difficultates reſpondeam aduerto, quod cum omnium ſacramentorum ianua ſit Baptiſmus, non niſi iam Baptizatis, cætera ſacramenta conferenda; & ſic ſacramentum hoc confirmationis Baptizatis eſſe conferendnm ſic docent omnes referendi. Item aduerto duas eſſe partes proximæ concluſionis, prima quod omnis Baptizatus ſit capax, ſecunda quod ſolus Baptizatus ita vt is qui Baptiſmo caret non ſit capax confirmationis.

Prima pars probatur, tunc ex actis Apoſtol. *cap.* 8. *&* 19. in quibus locis diligenter inquirebant Apoſtoli, an Samaritani, & Epheſi Baptizati eſſent, quibus omnibus ſi conſtabat eſſe Baptizatos ſine diſcrimine imponebant manus, vt recipe- 2
rent ſpiritum ſanctum; item etiam quia ille deſcenſus ſpiritus ſancti in die Pentecoſtes, oſtendit effectum huius ſacramenti, & quod fuerit loco confirmationis, cum *alterum* 2 dicatur repleuiſſe totam Domum, & omnes repletos eſſe ſpiritu ſancto. Tertio, quia cum ſacramentum hoc ſit complementum, & perfectio Baptiſmi, vt iam *ſupra*, dixi, ſequitur ad omnes extendendum, quibus collatum eſt Baptiſma, vt plene Chriſtiani inueniantur, iuxta Vrbanum Papam *in cap.* 1. *de conſecrat. diſt.* 5. vbi hanc præſtitit rationem. Quarto, quia vt iam *ſupra* dixi *in principio* omnes indigent effectu huius ſacramenti, videlicet robore ad proteſtandam fidem, de quo dico, & de eius effectibus *infra* vltimo, quia cum promiſſio ſpiritus ſancti à Chriſto facta, & omnes fideles extendatur, vt probauit Petrus *alter.* 5. teſtimonio Ioelis, ſequitur, vt ſacramentum, cuius effectus eſt ſpiritus ſancti, exhibio, ſit ad omnes etiam extendendum.

Secunda pars ſcilicet quod ſolus Baptizatus 3
ſit capax huius ſacramenti, oſtenditur ex ratione adducta *hic numero* 1. & ex doctrina textus *in cap.*1.*& fin. de Presbytero* non baptizato, vbi definitum eſt ſacramentum ordinis collatum ante Baptiſmum, nullum eſſe nec ſit ordinatum recipere caracterem ordinis; licet crederetur baptizatus; vbi quod debet baptizari, & iterum ordinari. Item quia vt dixi ſacramentum hoc eſt perfectio Baptiſmi, eſt augmentum Spirituale eſt armatio militis ad pugnandum pro fide. Ergo qui nondum eſt natus vel regeneratus per Baptiſmum, neque perfici poteſt ſi non eſt perfectibilis, neque augeri, ſi nondum eſt genitus, neque armis muniri, qui nondum eſt miles: ita Baſilius Pontius *de hoc ſacram. part.* 5. *cap.* 1.*n.*5. *&* 3. & patet ex *infra* dictis de effectibus huius ſacramenti, qui ſunt augere, & charactere imponere & nouiſſime explicat bene legendus Pat.Mag.Prado *de hoc ſacram. dub.*6.§.3. vbi explicat textum *in cap.*2.*de Presbytero non Baptizato* qui & §.4.latè agit de illo dubio an *num. Baptizatus* ſit capax effectus confirmationis vbi adducet *num.*38. quod virtus diuina non eſt alligata ſacramentis ait miraculoſe poſſe non ſic ex ſolo ſacramentu quem ibi leges quia bene id ſentit loquitur & ſic in hoc puncto ad eum te remitto & ad alios quos ipſe citat.

Vnde iam ad primam difficultatis partem reſ- 4
pondendum eſt, vt quamuis Durandus *in* 4. *diſt.* 25.*q.*5. *n.* 8. aſſerat eſſe inualidum ſacramentum confirmationis datum infantibus ante vſum rationis, & Sa Verbo *confirmatio* neget, docens, nec perpetuo amentes, nec infantes ante ſeptennium Confirmari poſſe; verum quod omnis vtriuſque ſexus Chriſtianus, ſiue infans ſiue adultus, ſit capax huius ſacramenti, tenent firmiſſime Doctores; quia conſtat ex vſu Eccleſiæ, vt dicunt fere omnes cũ D.Thom.*in* 3.*p.q.*72.*art.* 8. Granado *tr.*1.*diſp.*2.*n.*1. Peſantius, & Nugnus

in 3.p.dict.quaest.72.Bonacina disp.3.puncto 4. n. 4. Nauarr. cap. 22. n. 8. Henriquez lib.3.cap.5. Archangel.aict.7.pag. 71. cum communi, Baunius quaest. 12. de hoc sacram. Trullench. de sacrament.lib.2.tract. 3. quaest. vnica n. 11. de Castillo,dubio 9.Paltus tract.10. puncto 7.Sahagun de hoc sacram.n.10.

5 Non ergo potest dubitari.etsi alij teneant non nisi à septennio esse conferendum hoc sacramentum olim in prima Ecclesia, & postea per multos annos infantibus simul cum Baptismo administratum fuisse, vt extat decretum apud Gratianum in cap. si qui de consecrat. dist. 4. & de more Baptizandi, & confirmandi simul infantes, testantur Tertulian. lib. de Baptismo, cap. 7. 8. Innocent. 1. in Epistol. ad decentium cap. 3. quae incipit de consignandis vero infantibus, & Gregor. 1. lib. 3. epist. 9. patetque ex doctrina Augustini, lib. de Ecclesiast. dogmatib. vbi loquens de modo recte ministrandi Baptismum ita alloquitur; *Si vero paruuli sunt, vel hebetes, qui doctrinam non capiant, respondebunt pro illis, qui illos offerunt iuxta morem Baptizandi, & sic manus impositione, & chrismate communi, Eucharistia misteriis admittantur*, & lib. Hypogn. cap.6. & ordo Romanus inter Baptismi Ceremonias,idem retulisse videtur cùm ait, *Pontifex egreditur a fonte in sacrarium habens ibi compositam sedem. vt in Ecclesia,vbi volueris,& sedeas in ea, & cum vestiri fecerit infantes,confirmet eos*, & statim ibi: *Pontifex verè veniens ad infantes, tenente Archidiacono chrisma,det orationem super eos cum inuocatione septiformis gratia spiritus sancti, oratione expleta,interrogantibus Diaconis,nomina singulorum,Pontifex,tincto police, in chrismate faciat crucem in frontibus singulorum, ita dicendo,confirmo te &c.*

6 Imo constat multos post Apostolorum tempora, etiam in vsu fuisse infantes Baptizatos confirmare, nam Iacobus Victriacus in historia occidentali,cap. 17. testatur sequentibus verbis: *hoc confirmationis sacramentum quidam ita coniungunt Baptismo, vt statim velint, ipsum post Baptismum debere conferri; quia consuetudo satis approbanda est, vbi haberi potest copia, seu praesentia maioris sacerdotis.* Alia pleraque in confirmationem huius assertionis refert Basilius Pontius supra dict. part. 5. cap. 1.
7 numero 5. & 6. † vbi postquam dixit factis Apostolorum praedictum morem demonstrari, ex sancto Paulo actor.19. & capit. 8. & ex multis antiquis Patribus adducit similem in Oriente consuetudinem; praecipue in Graecia & Æthyopia, vt colligit ex verbis Hieremiae Constantinopol. Patriarchae responso 1. cap. 2. ibi: *rationi consentaneum est Baptismati, etiam chrisma subiungi, nec in tempus differri*, & colligi dicit etiam ex ordine Baptismi secundùm vsum Æthyopum ibi *sacerdos autem dicit sequentem orationem super eos, qui baptizati sunt priusquam eos vngat, Balsamo postea vngit frontem*, & eadem, quae dixit Basilius ad litteram repetit Diana parte 8. tractat. 1. res. 46.

8 Nec deest ratio firma, quae probat praedicti vsus congruitatem, cum certum sit infantes si sunt capaces Baptismi, item & capaces esse confirmationis, & in illis augeri gratiam, & ex consequenti si in ea infantiali aetate decedant adepturos gloriam maiorem, vt docet Basilius supra dicto num. 6. in fine, & amplius hoc patet ex dictis in vers. ad secundum sequenti, & probant Ioseph Vicecom. de antiquis Baptismi ritibus, ac caeremoniis lib. 5. cap. 30. quia vt inquit Pontifex in cap. de his de consecrat. dist. 5. ita coniuncta sunt haec duo sacramenta, vt ad inuicem, nisi morte praeuenientte, nullatenus possint segregari, & vnum sine altero rite perfici non possit; quia vt canetur in cap. vt ieiunij eadem dist. nunquam erit Christianus, nisi qui in confirmatione Episcopali fuerit chrismatus, placuit Vrbano Papae in epist. ad omnes Christianos cap. 7. Ægidio de sacram. disp. 20. dubio 6. num. 51. vers. ad tertium, Dianae part. 5. tract. 3. res. 30. vbi id de perfecto Christiano merito intelligit iuxta textum in cap. 1. de consecrat. dist. 1. tenent etiam Petr. Soto in dist. sacerd. sect. 2. de hoc sacram. Sanctius in selectis disp 27.n.4.

Sed quia extat aliud Gratiani decretum in dicto capite vt ieiuni de consecrat. dist. 5. vbi statuitur, vt non confirmetur, nisi perfectae aetatis, quod indicare videtur non nisi duodecimo aetatis anno suscipiendam esse confirmationem; quia ea dicitur perfecta aetas, vt ibi glossa, quando scilicet quis promoueri potest ad ordines minores; iden iam ad secundam partem quaestionis descendendo proponamus sequentem. 9

Ad secundam quaestionis partem, an aliqua aetas determinata requiratur ad licite suscipiendum confirmationis sacramentum? videtur respondendum iam hoc esse sub praecepto, tum ex dict. cap. vt ieiuni, tum ex verbis Catechismi Romani. de sacram. confirm. capite 16. in sequentibus verbis, *quare si duodecimus annus spectandus, non videantur vsque ad septimum certe hoc sacramentum differri maxime conuenit*, tum ex Synodo Leodicense sub Ioanne Episcopo, & per Nicolaum Papam approbata, qua statutum est ne quis ante septennium confirmetur, quod id tempus confirmationis designatum est. Quarto ex Concilio Coloniensi sub Paulo 3.p.3.c.9. Mediolanensi tit.1.de confirmat.p.2.& in Archiepiscopali Conontensi tit. 1. de hoc sacramento, vbi praecipitur, vt caueant Patrini, & Matrinae, ne minores septem annis sint illi,qui suscipiantur,& in Synodo de Cameracensi legitur nouiter statutum ita. 10

Et sunt non contemnendae rationes pro hac sententia, scilicet, vt hoc sacramentum maiori cum reuerentia suscipiatur, & vt confirmatus queat recordari receptionis sacramenti; & quia eo tempore armis Christianis munitur; quod incipit esse agonis, & luctae; & quia ante illud tempus, cum nullum sit certamen, nullumque periculum frustra his armis instrui videatur, haneque autem requiri propter periculum reiterationis, dicit Viualdus, in candelabro de hoc sacramento numero 39. vbi dicit non alia de causa necessarium visum fuisse,quod confirmati colaphis caedantur, vt post alios voluerunt Bonacina, quem refert Narbona anno 7.n. 11
9. Diana p. 5. tract. 31. sect. 5. † Qui in infantes sunt vt sine ratione; ita & memoriae, aut reminiscentiae incapaces, ignorant ergo ipsi, quae vident. lib. 1. cod. de falsa moneta, & ex alia etiam ratione, quia sicut pupillus eget tutore, 12
ne

ne ipsius patrimonium deperçat, vt suadetur ex traditis ab Antonio Fabro in Papinianea *inst. de tutelis princip.* 1. sic & Baptizatus, qui iam est in ea ætate, vt peccando spirituale gratiæ patrimonium, quod in regeneratione accepit, perdere possit, confirmationis sacramentum suscipiat, quoniam Paracletus, qui in ipsa confertur, est consolator, in Christo custos, & tutor Baptizati, qui suadente Diabolo, posset, sicut & pupillus suam perdere facultatem, id est Baptismi vtilitatem, si hunc non haberet tutorem, vt in terminis insinuat Ioannes Gregorius *in institutione Catholica, vbi de sacram. Confirmationis, vers. in Baptismo*, & refert Narbona, *vbi supra anno 7 q. 4. n. 8.*

Alij inquam dixerunt Baptizatos confirmari
13 non posse, nisi post septem Dies demum à Baptismo, & quidem propter septem dona Spiritus sancti, quæ recipiunt in Baptismo: nam pro singulis donis, decet Dies singulos celebrare, vt inquit Guillelmus Durand. *in rationali Diuinorum lib. 6. cap. 84. in princ.* vel aliis de causis, de quibus per Ioseph. Vicecom. *dict. lib. 5. cap. 31.* Vbi hunc morem Diu fuisse obseruatum, testatur, abiisse vero in desuetudinem certis rationibus, & dicimus ex Rabano *lib. 1. de institut. cleric. cap. 57.* in sequentibus verbis: *alios septem dies in memoriam eiusdem Dominicæ Resurrectionis, congrua festiuitate subiungens; quos septem dies albas vocitamus, propter eos, qui in sancta nocte Baptizati albis per totam Hebdomadam vtuntur vestibus, & tunc maxime, dum alba tolluntur à Baptizatis vestimenta per manus impositionem à Pontifice accipere Spiritum sanctum conueniens est*, & refert Basilius Pontius *dicto cap. 1. num. 7. in princip.* refert vsum confirmandi, illico post Baptismum mutatum fuisse, cessante Tyrannorum persecutione, & Principibus in mentem saniorem redactis; & quod in valescente puerorum Baptismate, etiam consuetudo confirmandi, recens Baptizatum infantem in vsu esse desierit.

Imo *ibi dict. n. 7* Basilios Pontius refert, quod
14 aucto paulatim fidelium numero, & baptismate in singulas Parochias inuecto, cum Episcopi tantæ hominum multitudini vno die confirmandæ non sufficerent; sic cœptus adhiberi situs Commodior, vt illi, starit per annum diebus, Diœcesim, visitando eos, quibus confirmationis sacramento opus erat, aut ad idoneam ætatem deuenerant, sacro Chrismate confirmarent, vbi refert, vt nonnulli credant hoc incepisse prope tempora Caroli Magni, quando adultorum Baptismus cessauit, quorum causa statim post Baptismum adhibebatur.

Harum quamlibet opinionem probabilem vo-
15 cat Narbona *vbi supra. dicta quæst. 4. anno 7. n.* 12. quia vt inquit S. P. *in cap. quoniam 19. de sent. excomm. lib. 6.* huius sacramenti tam pueri, quàm adulti capaces sunt, etiam si omni vsu rationis sint destituti, *cap. Presbyter præsente 55. dist. 95.* ibi: *Presbyter præsente Episcopo, non signet infantes.* † Vnde etsi dictum sit *supra*, in princ. vers.
16 *ad secundam* nonnullos putare per glossam, & textum *in dicto cap. vt ieiuni, verb. perfecta.* duodecimum annum requiri, aut decimum quartum, vt etiam dicunt Lancelotus *instit. Iuris canonici lib. 2. tit. de sacram. Chrismatis §. accedens igitur in glossa litt.* C. sentiatque P. Petrus de Iesu Maria *in sufficient. concionator. tract. 9. cap. 4. vers. huius sacramenti*, quia in hoc sacramento datur plenitudo Spiritus sancti ad robur spirituale, quod competit perfectæ ætati; vt iam adduxi; teneantque Marsilius, & alij, quorum meminit Vualdus *supr. dict. n. 39. in candelabro tit. de confirm.* tamen verecte aduertit Ægidius Coninck. *de sacram. dict. quæst. 72. n. 78.* textus *in dicto cap. vt ieiuni*, illam sententiam non probat, sed tantùm monendos esse adultos, vt ieiuni, & confessi ad hoc sacramentum accedant.

Alij verò dixerunt verius esse pueros ante septennium sacramentum hoc non accipere, nisi
manifestum sit ante prædictam ætatem, vsu ratio- 17
nis præditos esse, aut diu, neglecta ea occasione, aliam non habituros accipiendi confirmationem, vel quia propter distantiam rarius in eo loco confirmat Episcopus, aut si in periculo mortis existentes, oportune, istud sacramentum consequi possint, vel si Diœcesis consuetudo vigeat, vt pueri ante dictam ætatem confirmentur &c. ita Layman. *in theolog. morali lib. 5. tract. 3. cap. 5. n. 2.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 6 dif. 6. num. 1.* Filliucius *tom. 1. tract. 3. cap 2. num.* 36. Syluius *in 3. p q. 72. art. 8* & cum aliis Diana *tom. 1. tract. 4. res. 19. & p. 5. tract. 3 res. 31.* Genuensis *in manuali pastor cap. 54. n. 3.* Ægidius *de sacram. q. 72. art. 2. n. 80. & 81.* quas breuiter causas, etiam refert Basilius Pontius, nullo citato ex Concilio Mediolanense *1. tit. de confirm. p. 1.*

Imo alij dixerunt, saltim apud nostros duo- 18
rum, vel trium annorum pueros accedere debere, vt admonent è Toletana schola Alponsus Vualdus *dict. n. 39.* Perez de Lara *in compendio vitæ hominis cap. 16. n. 121.* à quibus parum dissentit Guillelmus Durand. *vbi supra cap. 84. in fine*, & Martinus Bonacina, vt testatur ipsius compendium, verbo *Confirmatio n. 11.* affirmantes his temporibus, quàm citius potuerint, infantes esse confirmandos, etiam nondum vsum rationis habentes. Verum Lancelotus *vbi supra* id forte bene non fieri ait; quamuis trimi, vel quatrimi sint qui deferuntur ad Episcopos Chrismantes, vt refert Narbona *dicta quæst 4. n. 6.*

Ex quibus omnibus, supposita relata probabili- 19
tate, harum omnium opinionum, iam respondeo probabilius esse nullam requiri determinatam ætatem: sic vt nullo modo sit necessarium spectare septennium, aut vsum rationis, sed licite posse ante dictam ætatem confirmari, cum hoc sacramentum detur infantibus sine propria voluntate, aut dispositione, sicut datur Baptismus, cuius complementum dicitur confirmatio; & quia olim statim post Baptismum infantes confirmabantur, vt plene in princip. nostri dubij vers. *ad secundam*; & quia in nostra Hispania multoties infantes vnius, duorum, vel trium annorum confirmantur, & in toto orbe, casu quo infans sit in articulo mortis, aut sit filius Principis, vt *infra* dico, docent D. Thom. *in 4. dist. 7. q. 3. art. 2. quæstione 2.* Angel. *n. 3.* Victoria *quæst.* 48. Vuald. *de suscipiente n. 9. &* 10. Diana *p. 3. tract. 4. ref.* 19. Archangel. *dist. 7. pag. 72.* Tannerus *in 4. disp. 4. q. 4. dubio 2.* Bonacina *disp. 3. puncto 4. n. 5.* Granad. *disp. 2. n. 4. & 5* Mouræ *de confirm. c. 4. 7. n. 2.* Hinoiosa *in director. decis. regular. verb. confirmatio* Ludouicus de S. Ioan. *q. 1. art. 5. dubio 2. conclus. 4.* Torreblanca *lib. 2. pract. cap. 6. à n. 30.* cum aliis Gaspar Hurtado *de hoc sacram. dis. 10.* qui cum Diana, & Narbona *dict. anno 7. q. 4. n. fin.* cum Suarez, & Genuensi *cap. 54. n. 3.* docent non esse

crimen confirmare puerum cuiuscunque ætatis, etiam si ex sola beneuolentia infantem nimis paruulum confirmaret Episcopus; eo quod non sit prohibitum, etiam sine causa infantes confirmare.

20 Dubium verò ex his oritur, num sit conuenientius infantes post septennium confirmare, vel ante septennium? In quo dubio est duplex sententia, & post septennium conuenientius esse docent plures ex iam adductis, non solùm, quia hac ætate memoriam habere poterunt, sed etiam quia ita obtinet communis Ecclesiæ vsus,& consuetudo,vt ex verbis cauetur Catechismi Romani *p.2.cap.3.num.14.* Ægidius Coninc h,*supra n.79.* & 80. Zambran. *in decis casuum occurrent. in articulo mortis, cap.1. dubio 6.num.* 1. cum admonet ex Soto, & Suarez, vt si commode fieri possit, omnes confirmentur, non longè ab ætate, in qua recipere debeant Eucharistiam, Bonacina, *punct.3.n.5.* Sa,*n.5.* Henriquez, *lib.3.cap.3.nu.2.* Victoria, *q.48.* Petr. de Ledesma, *cap.7.conclus.5.* Suar. *in 3. 3. p. disp. 35. sect.2.* Ochogauia, *in hoc tractatu q.8.n.4.* Archangelus, *dist.7.pag.73. col.2.* Vbi addit illum qui confirmaret puerum statim post Baptismum extra mortis articulum, ad minus peccare venialiter, Barbosa, *de potest. Episcop. dicta alleg.30.n.* 17. cum aliis Layman. *lib.5.theolog.moral tract.3.cap.5.n.2.* Diana, *p.8. tract.1.resol.46.&* 47. Castrus Palao, *tract.20. puncto 7.n.4.* Baunius, *de hoc sacram. q.9.* & alij relati à Leandro, *de sacram. tract.3. disp. 4. q.3.* Narbona, *dict. anno 7.q.4.sub n.fin.* Vbi id probat ex constitutione Synodali huius Archiep. Toletan.*tit de confirm.constit.* 1. in sequentibus verbis *Sean obligados de amonestar ordinariamente a sus Parroquianos, que hagan que sus hijos, hijas, y Criados de siete años arriua reciuam el sacramento de la confirmacion.*

21 Nihilominus alij existimant conuenientius esse infantes confirmari ante vsum rationis ex iam adductis rationibus pro hac sententia; quia conuenientius est in infantia Baptizari, sitque confirmatio complementum baptismi; & quia hoc cedit in fauorem infantium:nam si confirmati decedunt,maiorem Gloriam consequentur, & duplicem characterem impressum animæ habebunt, & Graffius, *addit.p.1.decis.lib.1.c.5.n.*10. secundum Bonauenturam conuenientius esse pueris ante vsum rationis ministrari hoc sacramentum; quia adueniente ætate adulta,habebit suam efficaciam,quemadmodum fides, quæ in Baptismo infunditur, docent etiam Genuensis,*in praxi cap.34.num.3.* Perez de Lara, *in compend. vitæ homin. cap.16.n.*121. quod putat probabile Narbona, *supra dicta quæst.4.num.*12. tenent etiam Leander. *dict.quæst.3.* ex D.Thom *dist.3.quæst.5. art.2.q.2.* D.Bonauent.*art.3.q.1.* Viualdo,& Petr. Soto,*vbi supra*,& alij apud Suarium,Alex. *4. p. q.28.* Vitriarchus *in historia occidentali cap. 37.* Bartholom.de Ledesma *de confirm.dif.5.col.*234. & hoc obseruari in Archiepiscopatu Tarracon affirmat Ludouicus de S.Ioan.*quæst.1.art. 5. dubio.2.conclus.4.* & intra Hispaniam Moure *de confirm.§.7.n.* 2. & alij; ego probabilem vtramque puto, quam in vsu video practicari potius, quando infantes sunt duorum vel trium annorum ex his intelliguntur quæ ex multis distinguit P.Prado, *de hoc sacram.dubio 9.§.3.ex n.* 27. ibi *n. 34. expedit responsum iuxta vsum cuiuslibet prouinciæ.*

22 Ad tertiam quæstionis partem sub qua dispositione debeat esse adultus, dum recipit hoc Sacramentum Confirmationis? Respondeo breuiter, vt teneatur habere intentionem, sicut in Baptismo, & vt eius effectum recipiat præter intentionem tenetur habere fidem, quæ intentio sit virtualis saltim; ita Trulench. *de hoc sacramento lib.2.de sacram.quæst.vnica,sub n.*12.*vers.adulti,* & *infra* referendi, item quod sit in gratia, vel saltim in bona fide,putet se esse contritum, sufficit enim hoc habenti conscientiam peccati mortalis, docent D.Thom.*dicta quæst.72.art.7.* Sotus,Ledesma,Henriquez, & Suarez, vbi supra, Petrus de Ledesma *de confirm. cap.* 6. Reginald. *lib.28.n.33.& sequentibus.* Bonacina,*dict.disp.3. puncto 4.n.7.* Filiucius.*tract.3.cap.3.q.6.* & alij, & aliqui addunt quod debeat esse ieiunus;sed quia de conferente hoc non esse necessarium, dictum est *supra*,idem de suscipiente dici debet,vt notant relati ibi,& hic.

23 Ad quartam quæstionis partem,an sit præmittenda confessio in habente peccatum? Et quamuis affirment Sotus *dist.7.in 4.art.8.vers.de confessione* vero,& *seruit.sacerdot. §. de confirm.* innuantque Ludouicus de San Ioan.*de hoc sacram. q.1.art.4.dif.*3.Bonacina *supra*, & alij apud ipsum,pro quibus facere videatur,*dict.cap.vt ieiuni de consecrat.dist.*5. Vbi dicitur quod qui ad hoc sacramentum accedit, debet esse ieiunus, & de peccatis confiteri. † Tamen probabilius est, vt 24
non teneatur confiteri adhuc sub peccato veniali;quia nullum adest præceptum ad hoc obligans;quia quod continetur *in dict.cap.*tantum est consilium, non præceptum,vt dixi *supra*: sic docent Anglés.*de confirm.art.4.dif.1.conclus.3.* Ludouic. citat Tolet. *lib.2.cap.24.n.4.* Henriquez *lib.3.cap.5.n.6.* Reginald. *supra*, Archangelus *dist.7.pag.71. colum.* 1. Leander. *de hoc sacram. tract.3.quæst. 7.&* 8. Ægidius Trullench. *dict. quæst.vnica sub dict.n.* 12. Vbi dicit quod si in peccato mortali existimant, non tenentur Confiteri (esti vtilius,& tutius sit) dicit tamen, vt teneantur conati ad contritionem;ita vt existimene eam habere; quia est sacramentum viuorum,ordinatum per se ad augmentum gratiæ,quod per accidens dat primam gratiam,quando scilicet existimant habere Contritionem, sicut contingit in aliis viuorum sacramentis.

25 Imo Filiucius, *tom.1. tract.3.cap.3. num.56.* dicit non esse improbabile aliquando sufficere attritionem notam, vt si quis ex ignorantia existimet non requiriti maiorem dispositionem, nam cum attritio excludat affectum, & complacentiam peccati, non dicitur talis obicem ponere, sicut nec ille, qui existimat habere contritionem, cum eam non habeat, refert idem Trullench, qui cum Bonacina, *dicto tom. 1. q. vnica disp. 3.p.4.n.4.5.6. &* 7.& ex communi DD. addit in paruulis neque requiri intentionem, neque vllam dispositionem.

* * *

QVÆST.

QVÆST. XII.

An possit Pontifex dispensare, vt infantes ante vsum rationis confirmentur? An adultis possit ministrari hoc Sacramentum in articulo mortis, vel infantibus ante vsum rationis morituris? Et an hodie in nouo Orbe, & in partibus infidelium, vbi feruet persecutio statim post Baptismum, ante vsum rationis infantes sint confirmandi? Et an in aliquo casu in articulo mortis teneatur quis sumere Sacramentum Confirmationis? Et an infantibus filiis Principum sit conferendum, non obstante, quod nisi septennis sit ministrandum?

SVMMARIVM.

1 *Pontifex dispensare potest, vt infanti illico post Baptismum ministretur confirmatio, etiam in opinione rigorosa, quod ante septennium nequeat ministrari,* vt n. 2.

3 *Adultis morituris potest ministrari sacramentum confirmationis. Et de ratione etiam si ministretur eis sacra vnctio* n. 4.

4 *Infantibus morituris Confirmatio ministrari valet,* vt n. 6. *quod in praxi non videe curari,* & n. 7.

7 *Puer ante septennium ostendens sufficientem vsum rationis potest confirmari sine dispensatione, vel si abfuturus sit dein Episcopus, vel si infans sit in mortis periculo.*

8 *Infantibus in terris infidelium illico post Baptismum, recte confirmatio ministratur.*

9 *Confirmatio in primitiua Ecclesia Conferebatur infantibus simul cum Baptismo propter continuas persecutiones.*

10 *Confirmationis sacramenti recipiendi in articulo mortis, nullum extat praeceptum, potest esse ex aliqua negligentia peccatum omissio* n. 12.

12 *Infantibus Principum potest conferri sacramentum confirmationis ante septennium, etiam in opinione rigorosa in casibus hic expressis.*

1 HAs omnes difficultates ex adductis quæst. præcedenti delui facillimo negotio posse dicendum est; sed quia Doctores sigillatim inquirunt; ideo supposita Doctrina dictæ præcedentis quæstionis *n. n.* 1. ad primam difficultatis partem respondeo quod si teneas Iuxta quæ adduxi in uers. *ad secundum* posse hoc sacramentum conferri adhuc in infantili ætate constitutis, posse sine vlla dispensatione Pontificia conferri. Sin autem teneas requiri septennium, & ad minus ra-
2 tionis vsum, tunc facit dubium præsens. † Et nihilominus dicendum est posse Pontificem in hoc dispensare; quia cum à principio nascentis Ecclesiæ, vt *ibi* dixi, infantibus illico post Baptismum ministraretur hoc sacramentum, quod postea contingeret post septennium ministrari; aut præcepto aliquo Ecclesiastico, aut consuetudine, non implicat, quin Pontifex possit in hoc dispensare, in terminis docet Diana *p. 5. tract. 1. res. 31. in princ.* & sub vers. *verum* in fine, vbi postquam retulit verba Basilij Pontij agentis late de quæst. num infantibus, an adultis iam sit hoc sacramentum ministrandum resoluit, id quod ego confirmo ex adductis *supra à quæst. 6. 7. &* 8. Vbi cum ordinarius minister huius sacramenti sit Episcopus, dixi posse Pontificem dispensare, vt simplex sacerdos illud administret. vide *infra* vers. *& confirmatur.*

Ad secundam quæstionis partem, an adultis hoc sacramentum possit ministrari in articulo 3
mortis, vel infantibus ante vsum rationis morituris? Et ad primum respondeo affirmatiue cum Santio *in selectis disp.* 40. *n.* 40. Diana *p. 5. tra. 3. res.* 30. Hugo à Sancto victore 2. *de sacram. p. 7. cap. 5.* D. Thom. *in 3. p. q. 72. art.* 8. Bonauentura, Sotus, & alij *in 4. dist.* 7. ex eo, nam etsi forte, etiam non conualescant, tamen sacramentum iis prodest simpliciter ad augmentum gratiæ, quæ est per se aliquid præstantissimum, & prodest etiam ad pugnam cum carne propria, & cum Dæmone ipso in articulo mortis, & ad molestias
morbi facilius tollerandas. † Et quamuis aliud 4
sacramentum, nempe extrema vnctio (vt *supra dixi sub nostro cap. vnico*) ad dictos effectus sit institutum: tamen dicunt Doctores, quod bonum bono additum efficit aliquid melius; siquidem funiculus duplex, potius adstringit. Alia congerunt pro hac doctrina, sed pertinent ad præceptum recipiendi hoc sacramentum, de quo *infra quæst.* 13.

Pro secunda parte nostri dubij, an infantibus 5
ante vsum rationis morituris possit conferri? Et pro negatiua sententia, quam tueri videntur Gregor. de Valentia *q. 2. de confirm. puncto* 2. quatenus absolutè negat pueros esse confirmandos, fauetque Suarez, *in 3. p. D. Thom. q. 35. sect. 2.* §. Vtraque quatenus dicen[illegible] non admodum peccaturum Episcopum, si ex sola beneuolentia, aut ob aliam similem causam confirmet infantem videaturque inde inferre aliquantulum saltim peccaturum; ac proinde venialiter, & consequenter id esse saltim leuiter prohibitum, & ex Petro de Ledesma, *in summa de confirm. cap.* 70. quatenus dicente oportere infantes non confirmari; licet non sit peccatum mortale, indicare, vt sit saltim veniale, & ex Concilio Mediolanensi, Toletano, & aliis *supra dict. quæst.* 10. adductis, & ex Catechismo; item & ex Pontificiali Romano dicente *nullus Christianæ fidei rudimentis non edoctus ingerat se ad percipiendum hoc sacramentum Confirmationis*, quatenus præcipit, vt confirmandi sciant Doctrinam Christianam, quam ante rationis vsum non possunt addiscere, & ex aliis.

Tamen dicendum est verius ex iam adductis, 6
dict. quæst. 10. & cum Zambrano, *de hoc sacram. cap. 2. dubio 5. n. 4.* Granado, *de sacram. in 3. p. controuers. 3. tract. 2. disp. 2. n.* 10 Diana, *dict. p. 5. tract. 4. res. 31. in fine*, Layman, *lib. 5. tract. 5. cap. 5. n. 3.* Sancio, *in selectis dict. disp.* 40. & ex D. Thoma, *in 2. 2. quæst. 72. art. 8. art. 4.* & cum Suarez, *supra dict. quæst. 35. sect. 4.* scribentibus in articulo mortis expedire confirmationem, ministrare eiusmodi infantibus, si commode fieri posset; quia quamuis non sint professuri fidem coram Tyranno, recipient gratiam sanctificantem, cui maior gloria respondebit; quia non est

est cur tanto beneficio priuentur.

7 Et confirmatur, quia esto quod sine dispensatione Papæ non sit infantibus conferendum hoc sacramentum iuxta vnam sententiam positam *in hac quæst. à n. 1.* nihilominus poterunt infantes in aliquo casu confirmari ante vsum rationis ea iusta causa, qualis censetur, si puer ante septennium ostendat sufficientem vsum rationis, cum tunc censeatur, vt adultus. vel si absfuturus diu sit qui Episcopus, qui denuo hoc sacramentum administret, vel si infans sit in periculo mortis (vt in casu nostro) & Episcopus dignum ducat ad eum accedere, vt notauit Innocent. Papa *in epist. 1 ad Decentium*, docent Diana *dict. p. 8. tract. 1. res. 46.* vers. *non desinam*, idem *p. 3. tract. 6. miscel. 2. res. 93.* Tannerus *tom. 4. disp. 4. q. 4. dubio 2. n. 37.* Cum Henriquez, & Suarez dicens ob honestas causas decenter quoque infantes nonnunquam confirmari posse, vt propter distantiam rarius in eo loco confirmet Episcopus, si periculum mortis immineat infanti, Auersa *de hoc sacram. q. 72. sect. 6* Berticellus *infra* relatus *q. 136. n. 6.* cum Castro Palao, Gabriel. Coninch. & aliis iam adductis, & *ibi n. 7.*

8 Ad tertiam quæstionis partem, an hodie, & in terris infidelium, sit illico post Baptismum conferendum hoc sacramentum infantibus? Quia nouissimè de hac quæst. agit Berticel. *tom. 2. de Apostolicis missionibus tit. 7. de hoc sacram. q. 126.* Vbi repetit multa ea dictis *supra, dict. quæst. 10.* ideo ex *hic, & ibi* dictis, & cum eo breuiter affirmatiue respondeo ea doctrina D. Thom. *3. p. q. 72. art. 9. in corpore, & à n. 1. & 4* & ea Melchiade Papa, & Martyr. *epist. 2. ad Episcopos Hispaniæ*, & ex textu nostro *in §. quia vero*, & ex Eugenio IV. *in Concilio Florentino* Damasceno *in sermone de dedicatione Ecclesiæ, Isydoro lib. 2. de Ecclesiasticis officiis, & ex c. debent, & cap. attendant de consecrat. dist. 3.* quatenus probant in Baptismo nos ad vitam regenerari, post Baptismum confirmari ad pugnam. Vnde quia proxime dictum, est & *in dicta quæst. 10.* in principio nascentis Ecclesiæ, & post multa inde tempora post Baptismum infantibus illico conferri confirmationem, euenit quod in illis partibus, vbi persecutiones durant multo cum fundamento sit illis conferendum, vt ob frequentes primitiuæ Ecclesiæ persecutiones statuit Clemens Papa *epist. 4.* verbis sequentibus: *omnibus sine mora festinandum est ad hoc sacramentum; sic enim Christus docuit, & Apostoli.*

9 Vnde cum obseruent Filiucius *tract. 5. n. 3.* Nugnus *in 3. p. q. 72. art. 8. dif. 1. §. ad secundum argumentum* Candidus *disquisition. moral. tom. 3. disquisit. 1. art. 8. dubio 4. & 6.* in primitiua Ecclesia simul cum Baptismo infantibus datum sacramentum confirmationis, propterea quod erant maximæ, & continuæ persecutiones in Ecclesia, & sic fore necessarium, quod infantes essent fortiores, & firmiores ad profitendam fidem, quando veniebant ad vsum rationis, & tunc essent pauci Episcopi, nec esset facile spectare vsum rationis in paruulis, multaque miracula per sacramentum confirmationis à Deo operata sint præsertim circa Idolorum demolitionem, & fanaticorum sanationem, vt referunt Bozius *de signis Ecclesiæ lib. 1. cap. 2. & sequent* Lactantius *lib. 4. de vera sapientia, cap. 7.* P. Prudentius *lib. contra Iudæos, & apotheosi contra ... cap. 57. p. 32. lib. 2.* à fortiori dicendum sequitur in dubio nostro in illis infidelium partibus conferendum esse infantibus illico post Baptismum hoc sacramentum: ita Berticel. *supra* cum multis, & *n. 7.* dicens idem militare in terris infidelium, vbi ea persecutione, aut conuersatione infidelium magnum subesse periculum, & aliunde rarissime occurreret copia Episcopi, aut Presbyteri habentis à Sede Apostolica facultatem confirmandi.

10 Ad quartam quæstionis partem, an in aliquo casu in articulo mortis, teneatur, quis sumere hoc sacramentum? Suppositis quæ dico, *infra q. 13.* Vbi ago num sit præceptum obligans recipere Sacramentum Confirmationis, tunc breuiter dico cum Ochogauia, *de sacram. confirm. q. 12. n. 4.* Diana, *dict. p. 5. tract. 3. resol. 32.* absolutè, & simpliciter loquendo, neque esse peccatum mortale, neque veniale omittere hoc sacramentum, quia nullum extat præceptum de illo recipiendo, per accidens tamen posse esse peccatum veniale omittere cõfirmationẽ, si cẽseatur esse aliqua prodigalitas in ea omittenda, vel nonnulla temeritas in agrediẽdo sine illa, &c.

11 † Imo esse peccatũ mortale si relinquatur confirmatio per contemptum, aut si quis eam relinqueret in articulo mortis, quando haberet conscientiam peccati mortalis, & non posset recipere aliud Sacramentum; quia tunc cum sola attritione, existimata contritione, posset saluari per hoc sacramentum, maxima enim temeritas, videretur remedium ita facilè relinquere, & expectare contritionem, quæ valde difficilis est: ita illi, &c.

12 Ad quintam quæstionis partem, an infantibus filiis Principum sit conferendum hoc sacramentum, etiam in opinione, quod non nisi septennis sit conferendum, & breuiter, in hoc dubio respondeo, vt quemadmodum ex iam adductis *hic* sub vers. *ad tertiam*, & *sup. sub dict. quæst. 10.* ob periculum mortis; vel quia diu absfuturus sit Episcopus à loco confirmandorum, & aliis de causis potest infantibus conferri hoc sacramentum confirmationis; ita in hoc casu posse conferri infantibus filiis Principum, Tannerus, *dicto tom. 2. disp. 4. quæst. 4. dubio 2. num. 37.* Diana, *dict. p. 3. tract. 6. res. 93. in princip.* quia etiam dicit *p. 5. tract. 3. resol. 31. in fine*, quod confirmare infantes, non est prohibitum, etiam sine causa, vt dixerunt etiam Hurtadus, *de hoc sacram. dif. 10.* Granadus, *de sacram. in 3. p. controu. 5. tract. 2. disp. 2. n. 10.* in terminis in nostro dubio Leander, *dicto tract. 3. de sacrament. disp. 5. sub. quæst. 2. & 3.* Trullench. *dicta quæst. vnica sub dicto num. 12.* & alij, idem Diana *p. 8. tract. 1. dicta res. 46.* in vers. *non desinam.* Auersa *de sacram. confirm. q. 72. sect. 6.*

QVÆST. XIII.

An perpetuo amentes possint valide confirmari, vel sint de facto confirmandi? Et an ægrotis, & constitutis in periculo mortis? Et an Energumenis possit hoc sacramentum confirmationis ministrari? Et an si Episcopus confirmaret infantes ante vsum rationis absque iusta causa, peccet mortaliter, siue venialiter, aut nullo modo?

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Amentibus habentibus lucida internalla, poteſt miniſtrari confirmatio.*

2 *Amentibus perpetuis ſecundùm aliquos nequit miniſtrari, ſed verius eſt poſſit, vt* n. 3.

4 *Amentes perpetuo debent confirmare Epiſcopi,& illos, qui ante amentiam habuerunt vſum rationis, vt* n. 5.

6 *Amentium tutores, & curatores excuſantur à deferendo illos ad actum Confirmationis ſacramentalis, ſi ſit conſuetudo eos non confirmandi.*

7 *Confirmationis ſacramentum dandum eſt ægrotis,& conſtitutis in articulo mortis, &* & num. 10.

8 Canon. 39. Concilij Illeberitani.

9 *Hæretici luberuntes reconciliari iuuantur per confirmationem.*

11 *Energumeni, ſicut non repelluntur à ſacra communione, ſic nec à confirmatione* num. 12.& n. 13.

13 *Magicæ artes per præſentiam cuiuſdam chriſtiani confirmati, victu, & diſcuſſa narruntur.*

14 *Nouatus reiiciens ſacramentum confirmationis à Dæmone correptus refertur.*

15 *Confirmationis ſacramentum conferens nondum ſeptennis, nec peccat venialiter, & explicuntur Doctores aliter tenentes*, n. 16. *& quod ſi adeſſet conſuetudo*, n. 17.

17 *Conſuetudo non confirmandi, niſi ſeptennes, non obligat ſub mortali.*

18 *Epiſcopi confirmantes infantes ante ſeptennium, non peccant contra conſuetudinem, aut præceptum, niſi venialiter.*

1 AD primam quæſtionis partem reſpondeo hoc ſacramentum poſſe miniſtrari amentibus, habentibus lucida interualla cum aliquo tempore ſunt rationis, competes: ita Baſilius Pontius
2 *de hoc ſacram. p. 5. cap. 1. n.* 10.† Sotus *diſt. 7. art. 8. §. & naſcitur* Prado *de hoc ſacra. dubio* 9. §. 3. *n.* 30. Tota difficultas eſt in perpetuo amentibus, in quo dubio quidam exiſtimant non licere illis Sacramentum confirmationis miniſtrari; propterea, quod non poſſint gratia Confirmationis in fidei confeſſionem fungi: ita Sotus *in 4. diſt. 7. art. 8. §. & naſcitur*, ſequutus Marſilium Valentia *tom. 4. diſp. 5. generali q. 12. p. 2.* Chamacheus *in quæſt. cap.* 9. Rodriguez *de confirmat cap.* 121. *n.* 3. Sa. verb. *Confirmatio*, & alij apud Batholom ab Angelo *dialogo* 3. §. 58. ex eo etiam, quia cum hoc ſacramentum principaliter detur ad pugnandum, vt iam *ſupra* diximus, nullaque pugna queat eſſe in iſtis pro fide, & ad vincendum in lucta; ſequitur vt non ſit eis conferendum hoc ſacramento.

3 At verò dicendum eſt, vt probabilius videatur quod hoc ſacramento ſiot obſignandi perpetuo amentes, nec opus eſſe differri, ſi non eſt ſpes quod aliquando reddituri ſunt ad ſanam mentem, & eſt fundamentum; quia vt iam ſub *q.* 10. *&* 11. dixi infantes Baptizati, qui mentem, nec intellectum habent, ſunt Capaces huius ſacramenti, cum ſint in gratia, Baptiſmumque perceperint, nec alias ſit iniuria ſacramenti; nec irreuerentia, quod ſuſcipiatur ab infantibus; ergo cum in illis hoc ſacramentum ſortiatur, ſuum effectum quantum ad augmentum gratiæ, ſequitur, vt licet in amentibus non conferat robur ad proteſtandam fidem, cum eam proteſtare non poſſint, vt voluntaduer arij, adhuc eis poſſit conferri propter ſolùm augmentum gratiæ docent Suarez *in 3. p. D. Thomæ.* 35. *ſect.* 1. Egidius *art.* 8. Henriquez *lib. 3. cap. 5. n. 3.* Layman *tract. 3. cap.* 2. Pitigianus *in 4 quæſt. 1. diſt. 7. art. 8.* Bonacina multis citatis *diſp. 3. quæſt. vnica. puncto* 4. Baſilius Pontius *dict. p. 5. cap. 1. n.* 11. Leander *tract.* 3. *de ſacram diſp. 4. q. 4.*

Vnde ad ſecundam quæſtionis partem dicendum, vt licet Sotus *diſt. 7. q. vnica art.* 8. Petr. De Ledeſma *de confirm. cap* 7. Valent. *diſp. 5 q. 2. puncto 2. in fine*, Sa, *ſupra n.* 5. Ludouicus de S. Ioan. & Petr. Cenedo citati per Leand *ſup. q.* 2 negent vt perpetuo amentes poſſint de facto confirmari. Ego tamen ex proxime dictis affirmatiue reſpondeo; imo quod debeant eos Epiſcopi confirmare ad maiorem Gloriam, & vt duplicem characterem habeant: ſic docent D. Thomas *in 3. p. q. 72. art. 8. ad 2. & 4.* Nugnus, *ibidem concluſ.* 7. Henriquez, *dict. cap. 5. n. 3.* Suarez, *dicta ſect.* 2. Filiucius *de hoc ſacram. n. 37. & 38.* Egid *q. 72. art. 8. n.* 83. Villalobos *in ſumma tom. 1. tract. 6. diſ. 6. n.* 1. Diana *p. 1. tract. 4. reſ.* 10. cum Hurtado, Layman. Pitigiano, Siluio, & Zambrana cum aliis, Barboſa *in paſtor. 2. p. alleg. 30. n.* 21. Trullench. *de hoc ſacram. q. vnica ſub n.* 11. Bonacina *ſupra puncto 4. n. 6.* de Caſtillo *de hoc ſacramento dubio 9. n.* 92. Caſtro Pal. *o tract. 10. puncto 7. n. 8.* Archangel. *dict. 7. pag.* 74. Vega *caſu* 9. Lublin. verbo *Confirmatio n.* 11.

Qui omnes idem dicendum eſſe affirmant à fortiori de amentibus, qui ante amentiam vſum rationis habuerunt. Nec ex dictis poteſt dici, poſſe conferri perpetuo amentibus ſacramentum quia in ſacramento ordinis deputatur homo ad miniſterium Eccleſiaſticum quod amens præſtare nequit, vt in terminis dicit Baſilius Pont. *dict. c. 1. p. 5. n. 11. in fine*, & faciunt quæ latè dixi *in c. ſi compos de temporib. ordinat.* quod miniſterium in confirmatis non adeſt. 5

Notat Baſilius Pontius *in dict. n. 11. in fine* quod ſi in aliqua Diœceſi, conſuetudo non fuerit confirmandi perpetuo amentes, & Epiſcopus probans oppoſitam ſententiam, noluerit eos confirmare, tunc excuſentur tutores, & curatores amentium, ſi eos non deferant ad confirmandum; & ex his patere dicit ad fundamentum ſententiæ relatæ *ſupra n.* 1. & poſt adducta proxime hic à *n.* 1. cum Auerſa & aliis docet etiam hoc vltimum P. Mag. Prado *de ſacra. confirm dub. 9. §. 3. n. 36. &* 37. 6

Ad tertiam quæſtionis partem ægrotis, & conſtitutis in periculo mortis dandum eſſe hoc ſacramentum confirmationis dicendum eſt, vt probat Concil. Pariſienſe 3. *lib. 5. cap.* 31. in verbis ſequentibus: *quod ſicut duobus temporibus Paſcha, & Pentecoſtes miniſtratur Baptiſmus; ita etiam Spiritus ſanctus, ſuper manus impoſitionem fidelibus datur, exceptis infirmis, & morte periclitantibus, quibus Baptiſmus gratis data, ita incunctanter donum Spiritus ſancti eſt tradendum* poteſt ex adductis *ſub quæſt. præced.* item ex doctrina D. Thomæ, & omnium cum eo *in 3. p. dict. q. 72. art* 8 dum dicit morituris poſſe dari confirmationis ſacramentum, Baſilius Pontius *de hoc ſacram. p. 5. cap. 1. num.* 9. qui id etiam probat ex verbis Clem. Romani *epiſt.* 4. ibi: *feſtinandum omnibus eſſe ad hoc ſacramentum recipiendum;* 7

ciſ iendum; quia incertus eſt vnius cuiſque exitus vita, neque quis perfectus Chriſtianus eſſe poterit, aut ſedem habere poterit inter perfectos.

8 Ex his colligit idem Baſilius intelligentiam verborum Concilij Illiberitani *can.* 39 ibi, *Gentiles ſi in infirmitate deſiderauerint ſibi manus imponi, ſi fuerit eorum ex aliqua parte vita honeſta, placuit ei manus imponi, & fieri Chriſtianos*; Dicit ergo quod retulerunt Patres poſterioris ſacramenti memoriam, quod ſupponet primi ſacramenti; quia ſi deſiderant fieri Chriſtiani, qui perfecti eſſe non poſſunt ſine confirmatione, & olim (vt abundè dixi *quaſt.* 10.) ſimul vtrumque ſacramentum daretur, vt fiant Chriſtiani, Baptiſmo accepto, & manus imponantur per confirma-
9 tionis ſacramentum. † Quod probat Baſilius *dict. num. 9. in fine*; quia vt iam *ſupra.* adduxi; hæretici laborantes reconciliari iubentur per confirmationem, & faciunt quæ dico in hac quæſt. in verſ. *ad quartam* de Energumenis.

10 Et licet nonnulli hanc Doctrinam contendant probare ex *epiſt.* 1. circa finem, tamen dicit Baſilius Pontius in ea fieri ſermonem de ſacram. vnctionis (Iuxta ea, quæ latè adduxi de illo ſacramento in princ. noſtri textus) & ſic probauit tantum ex locis in dicto verſ. *ad tertiam*, hic, & ex eo fundamento; quia quantumuis fateatur Melchiades Papa, vt his non immineat periculum mortis inferendæ propter fidem, & effectus ſacramenti ad eum finem ordinetur, vel proteſtandi fidem coram perſecutoribus, & hoſtibus fidei: tamen ad recipiendum augmentum gratiæ perficitur (vt iam de infantibus, & amentibus dixi) ſic vt cum ea perfectione reſurgent, vt inſinuauit Clem. Rom in adductis verbis; itaque dici debet, vt cum in mortis periculo conſtituti ſint capaces, non ſit cur patiantur detrimentum huius Chriſtianæ perfectionis, & nobilitatis, quæ eſt in eo, quod deſignetur miles Chriſtianæ militiæ.

11 Ad quartam quæſtionis partem an Energumenis, ſuppoſitis quæ dixi *ſupra ſub quaſt.* 8. verſ. *ad tertiam*, de Energumenis confirmandis, aut nō per Preſbyteros, nunc breuiter ad difficultatem reſpondeo, vt quemadmodum Energumeni non repelluntur à Sacra communione; imo & præcipiatur, idque vſitatum in Eccleſia Dei conſtet ex Proſpero, *lib. 4 de prædeſtinatione c. 6.* & latius ex Ioanne Caſſiano, *lib. 7. cap. 29. & 36.* dixeritque ex Concilio Arauſicano, *canone 24. in tract.*
12 *de Euchariſtia*, Baſilius Pontius. † Idemque repetat, *de confirmat. dict. p. 5. cap 1. num. fin.* Vt qui hoc cognouerit, non mirabitur Energumenis datum eſſe etiam Sacramentum Confirmationis, quo à Dæmone purgarentur, cum in eo ſit plenitudo Spiritus ſancti, cum ſæpe legatur in hiſtoriis Energumenos in ſuſceptione huius ſacramenti liberatos fuiſſe, vt etiam teſtantur Nazianzenus, *oratione 1. in Iulianum*, Lactantius, *lib. 4. diuinarum inſtitut. cap.* 27. Prudentius, *in Apotheos*, & S. Bernardus, *in vita Malachia*, ſcribit de eius Præceptore: ſic Malcho Epiſcopo, *puerum mente captum ex his, quos lunaticos vocant inter confirmandum Sacra Vnctione curauit.*

13 Non ergo mirandum dicit Baſilius, *dict. n. fin. & in p. 4. cap. 1. num.* 17. ſi confirmatus, & vnctua facto chriſmate curaretur; ſiquidem artes magicas per præſentiam cuiuſdam Chriſtiani, qui Chriſmate Confirmatus erat, fuiſſe victas, & diſcuſſas, narrat Gregor. Turonenſ. *lib. 1. de gloria Martyr. cap.* 41. † Ex aduerſo inquam Nouatum reii- 14
cientem hoc ſacramentum à Dæmone fuiſſe correptum narret Euſebius, *lib. 6. Hiſtoria cap.* 35. aliàs 33. nec enim videtur adeſſe cauſa vt denegetur dicit Pontius, ſicut de amentibus perpetuo iam dictum eſt. Et nouiſſimè repetit Pat. Prado *de hoc ſacram. d. dubio 9. §. 3. à num.* 38.

Ad quintam quæſtionis partem, quia ex dictis 15
ſupra à quaſt. 10. facilis poteſt eſſe reſponſio; ideo breuiter nunc reſpondeo in ſententia affirmante ante vſum rationis poſſe dari ſacramentum confirmationis infantibus, nullum, nec veniale ab adminiſtrante contrahi peccatum, vt *ibi* dixi, & late probea cum multis nouiſſimè Berricel. *de Apoſtolicis miſſionib. p. 2. tit. 7. de hoc ſacram. q. 126. ex n. 7.* cum D. Thoma, Bonauentura, Alenſe, Richardo, Gabriele *in 4. diſt.* 7. Petro Soto, Angelo, Victoria, Vvaldenſis *tom.* 2. *de ſacram. cap.* 55. Viualdus *in Candelabro*, Layman. Suarez, Coninch. Reginaldo, Caſtro Palao, Dominico Soto, Candido, Filiucio, & aliis, quos retuli *ſupra dict. quaſt.* 10. *&* 11. & probat multis congruentiis Cardinalis Lugo *de ſacram. lib. 3. cap. 3. n.* 22. & in terminis docent Diana *p. 3. tract. 4. reſ.* 19. verſ. *ſed quares.* † 16
qui & Hurtado *de hoc ſacram. difficult.* 10. Didacus Nugno *in 3. p. q. 72. art. 8. concluſ.* 4. dicunt de Doctoribus tenentibus ante ſeptennium non eſſe confirmandos infantes, hoc non prohiberi, ſed tantùm non conuenire; & quia cum diſpoſitio non ſit neceſſaria ad hoc ſacramentum, non videatur res grauis, quod conferatur infantibus, quando nec habent diſpoſitionem, nec etiam impedimentum; & enim vt dixi *ſub quaſt. praced.* ex Granado, Hurtado, & Diana *p. 5. tract. 3. reſ.* 31. in fine, non eſt prohibitum, etiam ſine cauſa confirmare infantes;
ergo nec contrahamt peccatum aliquod † Dico 17
tamen iuxta ſententiam dicentium conſuetudine, aut præcepto non confirmari, niſi ſeptennes, tantùm eſſe veniale, cum res non ſit grauis. Et hoc in ſenſu intelligo Nugnum *in dictam 3. p. q. 72. art. 8. concluſ.* 4. Præpoſitum *in dict. 3 p. q. 72. art. 7. n.* 37. Tannerus *tom. 4. diſp. 4. dubio 2. n.* 37. Hurtadum *de confirm. dif.* 10. Layman. *lib. 5. tract. 3. cap. 3. n.* 2. Filiucium *tom.* 1. *tract. 3. caſu 2. n* 36. Suarez *in 3. p. tom. 3. diſp. 35. ſect.* 2. Coninch. *de ſacram. quaſt. 72. art.* 8.
Dianam *in 3 p. tract. 1. reſ. 46. in fine.* † Di- 18
centes Epiſcopum confirmantem infantes ante vſum rationis abſque aliqua iuſta cauſa, peccare tantum venialiter, cum iam tunc fecerunt aduerſus præceptum, vel conſuetudinem in re, non quidem graui; ſed an ſit præceptum vel conſuetudo dico *quaſt. ſequenti* 14.

* * *

QVÆST.

§QVÆST. XIV.

An Sacramentum Confirmationis ſit ad ſalutem neceſſarium ex vi ſua inſtitutionis? Vel præcepti diuini poſitiui? Seu, an ſit aliquod præceptum Eccleſiaſticum ſuſcipiendi illud? Vel an quis peccet mortaliter non ſuſcipiendo hoc Sacramentum Confirmationis? Vel ſaltim ſit peccatum veniale illud non recipere ex negligentia? Et an poſſit Pontifex præcipere ſumptionem huius Sacramenti ſub peccato mortali?

SVMMARIVM.

1 Epiſt.4.Clem.4.n.4.Canon.48.Concilij Laudicen.n.5.can.5.Concil.Aurelan.n.6.

2 *Effectus proprius ſacramenti confirmationis, eſt animi fortitudo, qua paratus eſt ſuſcipiens pro Domino mortem ſubire.*

3 *Confirmationis recipiendæ præceptum nullum adeſt Diuinum naturale, & quare?* oum. 4.

3 *Baptiſmi, & pœnitentia Sacramenta, quia ad ſalutem neceſſaria, debent ſuſcipi in re, vel in voto.*

6 *S. Hieronimus, & Gregorius circa obligationem ſuſcipiendi Chriſma intelliguntur.*

7 *Confirmationis ſacramenti recipiendæ obligatio poteſt adeſſe vrgente occaſione fidei profitendæ. vt* n.11.

8 *Præceptum diuinum poſitiuum recipiendæ confirmationis probabilius eſt non dari, alij contra docent* n.9.& 10. *Quid Caietanus, & Nauarr. dixerunt. Et quid de præcepto Eccleſiaſtico* ex n.12.& 15.

10 *Vita hominis eſt militia ſuper terram, & plena innumeris tentationibus.*

11 *Cyprian.* cap.7. *Melchiadis verba ad Epiſcopos Hiſpaniæ.*

12 Cap. omnes fideles de conſecrat. diſt.5.

13 Concil. Mediolan.4.ſub Carolo.

14 Trident cap.4. ſeſſ.23. & n. 24. *Vbi de præcepto non recipiendi ordines ante confirmationem.*

15 *Confirmationis recipiendæ olim extitit aliquod præceptum Eccleſiaſticum hodie nec pro ſeptennis datur, patet ſecluſo contemptu.*

16 Cap Spiritus ſanctus, cap. de his de conſecrat.diſt.5.

17 *Eccleſia ſolet circa ſacramenta tantùm determinare tempus in quo debeant recipi.*

18 *Confirmationis ſacramenti omiſſio ex negligentia, citra contemptum, probabilius eſt, vt non ſit peccatum mortale; aliter ſi adſit contemptus* num. 19. 20.21.

22 *Confirmationis ſacramenti obligatio recipiendi, eſt cum inſtat illa confitenda fidei coram Tyranno, ſi eſt copia illud ſuſcipiendi, alia, non, ſic vt* nomer. 23.

24 *Confirmationis ſacramenti ſumptio, num poſſit præcipi ſub pœna mortalis à Papa* n.25.26.27.

1 AD primam quæſtionis partem, an hoc ſacramentum ſit ex vi ſuæ inſtitutionis ad ſalutem neceſſarium, & quod videatur eſſe abſolute, & ſimpliciter neceſſarium ex ipſa inſtitutionis natura videtur in primis probari ex indicatione, quam faciunt Patres, qui obligationem conſtituerunt ſuſcipiendi ſacramentum hoc, propter effectum ſacramenti; quia aliter perfectus Chriſtianus eſſe non poteſt (vti iam *ſupra* adduxi) ex *epiſt.* 4. *Clem.* 4. ibi, *& pleno Chriſtiani inueniantur*, & ex Concilio Laudiceno. *canone* 48. ibi *abſque Chriſti ſignaculo nihil ſunt*, & ex Concilio Aurelianenſe *can.* 3. ibi: *abſolute Chriſtianum non conſeri ſine confirmatione*, & ex Hieronimo *in cap.* 19. Zechielis 3. ex Greg. *lib.* 2. *epiſt.* 31. Secundo facit doctrina D. Thom. *in* 3. *p. queſt.* 72. *ad* 1. Vbi ait quod ſicut nullus conſequitur effectum Baptiſmi ſine Baptiſmi voto; ita nullus conſequatur effectum confirmationis ſine ipſius voto.

2 Et probari videtur ratione, quia effectus proprius huius ſacramenti, eſt animi fortitudo, qua paratus eſt pro Chriſto mortem ſubire, cum ſe ſe obtulerit occaſio, ſed ad ſalutem ea animæ præparatio eſt ſimpliciter neceſſaria; ergo & ſacramentum hoc in re, vel in voto eſſe ſimpliciter neceſſarium; confirmat Hugo de Sancto Victore, qui *lib.2.de ſacram.p.* 3. *cap.* 3. ait ſequentia verba: *quid autem prodeſt ſi à lapſu erigeris, niſi ad ſtandum confirmeris.*

3 Adhuc dicendum eſt nullum adeſſe præceptum Diuinum naturale de ſuſcipiendo hoc ſacramentum in tantum, vt neque extet præceptum adultis de hoc ſacramento recipiendo re ipſa, probat Baſilius Pontius. *p.5.de hoc ſacram.* ex epiſt. ſupra repetita Melchiadis Papæ † eo 4 quod in re, vel in voto tantum reperitur obligatio recipiendi ſacramentum, quando ſcilicet effectus ſacramenti eſt ſimpliciter neceſſarius ad ſalutem, vt in Baptiſmo, quod neceſſarium eſt ſimpliciter paruulis, & in re, vel in voto adultis; item in ſacramento pœnitentiæ quod dicitur eſſe neceſſarium lapſis in peccatum in re, vel in voto; quia prima gratia eſt ſimpliciter medium neceſſarium ad ſalutem, quod nullo agente ſuppleri poteſt, vt dico *in tit. de Baptiſmo, & in tit. de pænit. & remiſſion. & infra tit. ſequenti,* vbi de ſacram. in genere, ſed effectus confirmationis (ait Baſilius) non eſt ſimpliciter neceſſarius ad ſalutem, ſcilicet robur ad proteſtandam fidem cum aliis mediis poſſit obtineri, nec habetur ait locum in ſacra ſcriptura, vnde colligatur huiuſmodi robor ad defendendam fidem, vel eius impugnatores vt conſtat ex Patrum Eccleſiæ doctrina; ergo, imò confirmat ex eo, quod multi ſunt, quibus ea ſeſe affert occaſio, vt paruulis, qui ante vſum rationis moriuntur, & perpetuo amentibus, quibus impendi poteſt licite ſacramentum confirmationis, vt dixi *quæſt.* 13. *præcedenti*, ſed non ex neceſſitate medij ex vi ſacramenti, nec ex præcepto Diuino naturali.

5 Vnde ad primum fundamentum, deſumptum ex Patribus dicentibus hoc ſacramentum neceſſarium eſſe. Reſpondetur Patres non alloqui, vt

fine illo falus obtineri nequeat, fed vt perfecti Christiani, vel plene Christianissimum dictum fit vno ex duobus modis, aut vtroque, vel quis per hoc facramentum obtinetur quædam virilis portio, & robur; quamuis etiam fine illo obtineri, & comparari id queat per orationes, facrificia, & alia huiusmodi media, aut dictum alludentes ad nomen Christi, quod vnctum fignificat: vnde ait Basilius *dict. p. 5. cap. 2. de hoc facram. n. 5.* negare Patres plene Christianos esse, qui non accepere hanc vnctionem; videlicet inhærentes vocabulo *Christiani*, vt intelligunt D. Augustin. *lib. 17. de ciuit. cap. 14.* dicens *omnes Chrismate vnctos, recte Christos vocari*; & fic accipienda esse Clem. & Vrbani loca in epist. repetita etiam in quæstionibus iam adductis, nempe *in cap. omnes fideles de consecrat. dist. 5.* quatenus protulit fequentia verba, *& esse Dei, & habere in fe Christi gratiam possit*, etenim Basilius *dicto n. 5.* ex Cypriano explicat nomine gratiæ, non primam gratiam, fed vberiorem gratiam; & hoc modo expenditur *can. 3. dicti Concilij Aurelian.*

6 Nec implicat adductum ibi ex laudicen. Concilio, & D Hieronim. & S. Greg. quia Laudicen. tantùm vult fideles Reges fieri vnctione Chrismatis; quia olim Reges vngebantur; & ita fiebant participes Regni Cœlestis. D. inquam Hieronimi locus intelligitur, vt fignaculum, non crnce in fronte impressam, fed legis implendæ interpretatur. Gregorius autem loquitur de casu, quando mota persecutione, carent, quia, vt *infra* dico, vrgente persecutione, fi occasio adest, est præceptum percipiendi confirmationem; fi etiam adest copia fuscipiendi Iuxta quæ idem Basilius Pontins fcribit *dict. cap. 2. p. 5. n. 5. in fine, & à n. 10.* & ad hunc fere modum explicat idem Basilius adductum D. Thom. *dict. q. 72. art. 6. ad 1.* ex doctrina Francisci Suarez *in 3. p. in commentario eiusdem articuli*, Videndus *dict. cap. 2. num. 4.*

7 Et ad rationem *supra* adductam ex defectu confirmationis respondet idem Basilius Pontius *dict. cap. 2. n. 6.* necessariam esse ad falutem animi præparationem *ibi* dictam, vt potius fubeunda fit mors, quàm fides neganda posse, vt dixit etiam haberi per alia remedia, addutque Hugonis dictum damnari à nonnullis, vt erroneum, fed immerito, cum dicat *ibidem* confirmatos, maiorem gloriam consequuturos, ficut & hic obtinent maiorem gratiam, quæ indicare ait non esse hoc facramentum fimpliciter necessarium, posseque dictum illius intelligi de necessitate huius facramenti, vrgente præcepto, quando fcilicet adest occasio profitendi fidem, & adest copia fuscipiendi facramentum, vt proximè, adduxi & dico *infra* cum aliis.

8 Ad fecundam quæstionis partem, an fit fcilicet præceptum diuinum positiuum obligans fub mortali ad recipiendum hoc facramentum, dicendum est probabilius esse non dari præceptum diuinum ex eo quia nec ex fcriptura, nec ex traditione Patrum constat illud dari, vt docent D. Thom. *in 4. distinct. 7. quæst. 1. art. 1. quæstiunc. 2. & 3. p. dict. q. 72. art. 8. ad 4.* Henriquez cum Ochogauia, Ludouico de S. Ioao, Bartholomæo, & Petro de Ledesma, Victoria, & aliis, cum quibus, etiam hanc tenet, vt probabiliorem fententiam Leander, *2. p. de facram. tract. 3. disp. 1. q. 5.* Suarez, *dict. p. 3. disp. 38. quæst. 1.* Vbi pro hac refert Adrianum, Angelum, Ruardum, & alios, eamque fic tenent Diana *p. 8. tract. 1. res. 47.* Sotus *in 4. dist. 7. quæst. 1. art. 8.* Estius *ibi §. 18.* Caspensis *in cursu theologico tom. 2. tract. 27.* Franciscus de Lugo *opusculo de facram. cap. 8. num. 7.* Escobar. *in theolog. mor. tract. 7. examine 3. num. 18.* Petrus à Sancto Ioseph, *in idea theolog. facrament. cap. 14. resolut. 4.* Coninch. Nugnus, Siluius, & alij, quos adducit Auerta, *de hoc facramento. quæst. 72 sect. 6.* Valentia, *in 3. p. quæst. 78. art. 8.* Hurtado *de hoc facram. difficult. 11.* Granad. *controuers. 5. tract. 3. disp. 1. num. 4.* Molfesius *in fumma tom. 1. tract. 4. cap. 2.* iterum ipse Diana *p. 5. tract. 5. res. 31.* in vers. *verum his* cum dicto Ochogauia *de hoc facram. quæst. 12. num. 3.* Couarruu. Vasquez, & aliis Præpositus *in 3. p. quæst. 72. art. 8. num. 38.* Archangelus *dist. 7. pag. 71. & 72.* Castrus Palaus *tract. 20. puncto 8. num. 1. & 5.* de Castillus, *dubio 10. n. 96.* & tradens etiam hanc fententiam Basilius Pontius *dict. cap. 2. p. 5. n. 8. in fine*, non esse vnde colligatur dari tale præceptum, refert non ex ipsa natura institutionis, vt *supra* explicatum est, nec ex verbis Patrum *ibi* adductorum, cum tantum requirant confirmationem ad perfectionem Christiani nominis.

Alij multi tenent adesse præceptum diuinum, 9
vt Scotus, *dist. 7. quæst. 2.* Richardus, *art. 5. quæst. 2.* Vvaldensis, *tom. 2. de facrament. cap. 3.* Petrus Soto, *lect. 2. de hoc facram.* Alij apud Suarez, quibus tenet Filiucius, *tract. 3. num. 40.* quatenus docet olim faltem ob frequentes persecutiones videri tale extare præceptum, & fi commode potest fuscipi, quod fit præceptum obligans fub mortali videntur docuisse ex antiquis Hugo de Sancto Victore, *lib. 2. de facrament. p. 3. cap. 3.* cuius verba refert D. Thom. *dict. quæst. 72. art. 8. ad 4.* Vbi dicit periculosum esse ab hac vita fine confirmatione migrare contingere, & Amalarius, *lib. de diuinis officiis cap. 72.* fequuntur etiam Marsilius, & Paludan. *in 4. dist. 7.* Pamelius, *in notis ad Tertulianum, lib. de Baptismo, cap. 8.* & Clemens Roman. *constit. lib. 7. cap. 16.* Bellarminus, *lib. de facram.* qui censet in omnibus facramentis includi præceptum, vel respectu finguli, vel communitatis, quorum fundamentum est, quod *supra* adductum est ad probandam necessitatem medij, & refert Basilius Pontius, *dict. cap. 2. p. 5. de hoc facram. n. 7.* faltim conuincere videri hanc necessitatem esse præcepti diuini positiui.

Et præter dicenda in vers. *ad tertiam* fauet 10
huic fententiæ ratio fequens, quia hæc vita plena est innumeris tentationibus, & militia, & vita hominis fuper terram; ob idque euenire, vt qui potest hoc facramentum fuscipere, nec vnquam fuscipit per totam vitam, exponat fe periculo, ac proinde peccet, nunc mortaliter, nunc venialiter ratione circunstantiarum, ficut res morales cum circunstantiis accipiendæ, peccet inquam, nisi per aliquam ignorantiam excusetur: tenent etiam hanc fententiam Philippus Chamacheus, *in fumma theolog. tom. 3. quæstion. 69. artic. 9.* & hanc refert Diana, *p. 5. tractat. 3. distinct. resolut. 30.* in vers. *fed dices*, idem *p. 8. tract. 1. res. 47.* in vers. *prima fententia*,

Caietanus

Caietanus vero ponere videtur tertiam mediam sententiam *in summa* verb. *Confirmatio*, & Nauarr. *in summa cap. 22. n. 9.* dicentes esse præceptum de suscipienda confirmatione obligans tantùm sub veniali, secluso contemptu, quorum fundamentum, vt refert Basilius Pontius *de hoc sacram. dict. p. 5. cap. 2. n. 9.* potest esse, vt iam *supra* adduxi *in quæst. praced.* quia sacramentum hoc non videtur esse tantæ necessitatis, vt eius omissio sit graue crimen, atque adeo violatio præcepti suscipiendi non videatur obligare ad mortale. Sed hæc sententia ex dictis *infra* in dicto vers. *ad tertiam*, vberius patet, & ex his, quæ dixi *supra quæst. 11.* vers. *ad quartam*, vbi de illo dubio *an in aliquo casu in articulo mortis teneatur quis sumere hoc sacramentum confirmationis*, & videtur affirmari ex verbis D. Thomæ *in 3. p. dict. q. 7. art. 1.* in solutione ad tertium inquit *omnia sacramenta esse aliqualiter necessaria ad salutem; aliqua tamen esse sine quibus salus esse non potest, aliqua ad perfectionem salutis necessaria sunt, quale est sacramentum confirmationis; quia hoc non est de necessitate salutis, quatenus sine eo potest esse salus.* Ex quibus verbis colligit Basilius Pontius *dict. p. 5. cap. 2. sub n.* 10. aliqualem necessitatem; & sic aliqualem obligationem, cum necessitas in actionibus sine obligatione esse non possit, non quidem necessitate medij, sed præcepti non semper obligantis sub mortali. Et conducunt alia dicta *infra* in dict. vers. *ad tertiam.*

11 Ad tertiam quæstionis partem, an sit aliquod præceptum Ecclesiasticum recipiendi hoc sacramentum? Pro affirmatiua sententia plerique scribunt Colligentes sic ex D. Cypriano *cap.* 70. vbi ait necessarium esse, vt Baptizati vngantur Chrismate, & quod hæc necessitas præsefert aliquod præceptum; item ex Melchiade ad Episcopos Hispaniæ in verbis sequentibus: *etsi continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia; volumus tamen vt necessaria sint confirmationis auxilia, ita coniuncta sunt duo hæc sacramenta, vt ad inuicem, nisi morte praeueniente, nullatenus possint separari, & vnum sine alio recte perfici non possit*, & ex Concilio Areliano *canone* 3. Vbi Baptizatus non censetur Christianus, nisi post confirmationem Episcopalem (intellige) plene, ac perfecte; imo Concilium Illiberitanum *can.* 38 & laudicenum, *canone* 48. hanc obligationem inducunt.

12 Et confirmatur ex dispositione textus *in cap. omnes fideles de consecrat. dist.* 5. quatenus in verbis sequentibus *omnes fideles post Baptisma, debent accipere Spiritum sanctum per impositionem manuum Episcopi, vt plene Christiani inueniantur*, quibus Vrbanus Papa *in epist.* 1. iam *supra* citata per verbum illud debet non solùm significet declarationem legis iam constitutæ, sed
13 etiam significet legem à se nouam condici † Et quod nunc extet præceptum suscipiendi confirmationem; constare videtur ex Concilio Mediolanensi IV. sub Carolo, quatenus *in cap. de his, quæ ad confirmationem pertinent.* statuit, vt is qui, determinato tempore, non suscepit con-
14 firmationem, canonicis subiciatur disciplinis † Et confirmant DD. ex *cap. 4. Trid. sess. 23. de reformat.* quatenus præcipit, vt nullus prima tonsura initietur, qui sacramentum confirmationis non susceperit, late probantes ex hoc cap. vt sicut ad primam tonsuram ex præcepto, debet prius ordinandus confirmari; ita & simili modo adsit etiam præceptum Ecclesiasticum, quo adulti Baptizati debeant confirmari. Hanc docent sententiam præter adductos *supra* 10 vers. *ad secundam* in verb *alij*, D. Bonauentura *in 4. dist. 3. q. 2.* D. D. Antonin. *in 3. p. tit. 14. cap.* 14. Syluester verbo *Confirmatio* Scotus, Hugo de Sancto Victore, Petr. Sot. Vbaldensis, Philipus Chamacheus late, & alij iam adducti se mouentes, & alij, quos refert Leander. *de sacram. tract. 3. disp. 1. q 6.* Eux. maior apud Vegam, qui ex varijs decretis Pontificum, vt *in cap. Spiritus sanctus, & dict. cap. de his de consecrat. dist.* 5. quia ex illis patet peccare mortaliter illum, qui illud omittit, non solùm ex contemptu, sed etiam ex negligentia. Et tenere videtur Basilius Pontius *dict. cap. 2. & 3. p. 5.* vbi *n. 3. in fine.* carpit Layman, quatenus sua sit confirmandum, admoneri tantùm, non tamen præceptum imponi suscipiendæ confirmationis, cum extet præceptum Diuinum suscipiendi illam aliquando.

His tamen non obstantibus dico vt licet olim aliquod extitisset præceptum Ecclesiasticum circa susceptionem confirmationis simul cum Baptismo; & sic dimanasse ab Apostolis, extetisseque tempore diuturno in Ecclesia retentum, vt abunde liquet etiam respectu infantium, *quæst.* 10. à vers. *vnde* in princip. per rationes ibi traditas: tamen probabilius sit, nec tale præceptum esse datum hodie pro septennis, & adultis, vsum rationis habentibus, cum nullibi reperiatur tale præceptum, secluso contemptu, & sic omittentem sponte, & ex negligentia 15
non peccare mortaliter † Nam textus *in dicto* 16
cap. Spiritus sanctus, & dict. cap. de his solum conuincunt confirmationē esse necessariā necessitate secundum quid quale reputatur illud, quod est maximè conueniens, idemque dicunt de Cypriano, Vrbano Papa, Melchiade, & concilijs iam adductis, Doctores referendi; quia prædicti Pontifices non agunt de necessitate simpliciter, quæ efficit præceptum, sed necessitate secundùm quid, quæ indicat quandam vtilitatem.

Et præterea probant, quia hoc præceptum, nec scriptura, nec Ecclesia imposuit, nam Ecclesia circa sacramenta tantùm solet determinare tempus, in quo debeant recipi, vt videmus in Sacramento Eucharistiæ, & pœnitentiæ, sed circa hoc sacramentum nullum tempus determinauit Ecclesia, in quo debeat recipi. Ergo non est aliquod præceptum obligans ad receptionem illius, docent in terminis Hurtado, *de hoc sacram. dis.* 11. cum Soto, Conat. Vasquez, Suarez, & Coninch, D. Thomas, *in dict. part. 3. quæst. 72. art. 8. ad* 4 Ochogauia, Præpositus, Granadus, & cum illis Diana, *p. 5. tract. 5. resol. 30. in fine:* alios sequitur idem Diana, *p. 3. tract. 4. resolut.* 25. Vt sunt Valentia, Molfesius, Fernandez de Heredia, & Zambranus, *de casibus occurrentibus tempore mortis cap. 2. dubio* 4. cum Henriquez, Adriano, Ledesma, Nauarro, Rodriguez, & alijs, Filiucius, Villalobos, Bonacina, Sa, Pesantius, Layman, Ludouicus de S. Ioan, Franciscus, Archangelus, Vega, & alij, quos sequitur Leander, *vbi supra*. Dicastillus, *de hoc sacramento dub.* 10. *num.* 90. Castrus Palaus, *tom. 4. tract. 20. punct. 8. num* 5. Baunius, *tract. 5. de sacrament. quæst.* 14. Ægidius Trullench, *de hoc sacram. quæst vnica, lib. 2. conclus.* 4.

18 Ad quartam quæstionis partem, an sit peccatum veniale hoc confirmationis sacramentum solum ex negligentia non recipere, video Doctores negantes, inter quos Partus Ledesma, Granadus *supra* Ludouicus de S. Ioan. *quæst. 1. art. 6. conclus. 1.* Trullench. *dict. quæst. vnica sub n. 6.* cum aliis Diana *dict. p. 5. tract. 4. res. 25.* Vbi in fine contra alios addit cum Nauarro, Caietano, Soto, & Victoria non censeri hoc sacramentum contemnere illum, qui ex mere negligentia illud, data opportunitate, non suscepit, nam multa omittimus, quæ cogitamus ad salutem necessaria non esse, cum aliis Bonacina *tom. 1. disp. 3. q. 1. p. 2. n. 2.* quod mihi multum arridet, supposita praxi multorum in diuersis Episcopatibus non curantium de susceptione huius sacramenti, Torreblanca *lib. 2. pract. Spirit. cap. 6.* cum Henriquez, Egidio, & aliis, & Suarez *in dict. p. 5. disp. 38. sect. 1.* hoc ipsum docentes per se loquendo; & prædictam rationem tradit Layman. *in theolog. mor. lib. 1. tract. 3. cap. 5. n. 4.*

19 Vnde licet Valentia *disp. 5. q. 2. puncto 3.* Bartholomæus de Ledesma *de hoc sacramento d. f. 7. col. 240.* Reginaldus, & Suarez *lib. 28. n. 27.* Castrus Palao *tom. 4. tract. 20. n. 6.* Baunius *quæst. 14.* Leander *dict. disp. 1. q. 7.* Ricard, Bonauentura, Durandus, Marsilius, Paludanus, Maior, Siluester, Toletus, & alij apud Fernandez *in examine Theolog. moralis p. 3. §. 5. n. 1.* Layman. *vbi supra*, dicant notabilem negligentiam in suscipiendo hoc sacramentum, vt si quis, data opportunitate, suscipiendi illud sacramentum, qualem postea non facile habiturus sit, illud suscipere intermittat, censeant contemptum dari, & per hoc peccatum; imo Ledesma, Suarez, & Leander cum aliis dicant esse peccatum veniale ex sola negligentia citra contemptum, etiam cum re vera in ea negligentia propter rei præstantiam inspiciatur aliqua deformitas: tamen existimo iuxta primam opinionem considerata solùm negligentia, absque alio accidenti, nullum, nec veniale peccatum dari.

20 Hanc verò secundam sententiam libenter amplector, quando per accidens vt ratione scandali possit eius omissio esse peccatum mortale, vt dicit Diana *dicta res. 25. in fine*, Vbi concludit, secluso scandalo, & contemptu, non esse crimen lethale, sicut & antumauit Hurtado *de hoc sacram. dis. 11.* sequentibus verbis, *Vnde non erit peccatum, saltem mortale non suscipere confirmationem, quia quod non est contra præceptum aliquod, non est peccatum:* & hoc in sensu sunt intelligendi *n. præced.* relati, præcipue Suarez, Palaus, & Baunij docentes ex accidenti saltem esse veniale hoc sacramentum omittere, eo quod eius omissio sit Spiritualis quædam prodigalitas.

21 His omnibus consideratis non desinam adnotare ex textu *in cap. 1. cum sequentibus, & in cap. nouissime de consecrat. dist. 5.* quod licet sacramentum confirmationis non sit de necessitate salutis, cum tamen Spiritus sanctus accipiatur, vt fortior pugil sit ad defendendam, Christi fidem, esse tamen necessarium ex iam adductis, & ex proxime dicendis taliter, vt si proinde contemnatur, generet mortem æternam, vt sequitur Sahagun, *de hoc sacram. n. 31.*

22 Quare iam videtur admittendus Basilius Pontius *de hoc sacram. dict. p. 5. cap. 2.* qui postquam tres iam relatas sententias posuit *ibi n. 10.* quartam, quam sequitur, proponit, docens esse præceptum Diuinum de suscipienda confirmatione, sed id non esse obligans semper sub mortali, sed quando instat occasio confitendi fidem coram Tyranno, est copia suscipiendi hoc sacramentum: ita ex Vvaldense, Durando Gabriele Marsilio, Torrecremata, & aliis relatis à Suarez sic probans ex loco adducto *supra* D. Thomæ *dict. art. 1. in solutione ad 3.* & ex aliis verbis Diui Thomæ *in art. 3. in solut. ad 1.* contra Suarez *ibi*, vel si hæc expositio nimis violenta videtur, plane confitendum est per se loquendo, necessarium esse fideli, saltem ex necessitate præcepti recipere sacramentum confirmationis, si commode potest, saltem in articulo, in quo viget necessitas, publicè confitendi fidem coram Tyranno: nam sine hoc præcepto non potest intelligi necessitas illius voti, multis inquam inuehens, contra dictum Suarez, probat prædictus Basilius Pontius legendus, quem ego intelligo quia iam in tali casu confitendi fidem coram Tyranno, si Baptizatus adultus hoc sacramentum consulto omitteret, contemnere videretur, gigneretque scandalum, vt proxime dixi, & incurret in peccatum, faciendo contra illud præceptum fidei, quo cauetur publicè coram infidelibus esse fidem catholicam fatendam, ac profitenda sacramenta Ecclesiæ.

Ita concludo, vt etsi aliqui Doctores, qui sentiunt esse præceptum de suscipienda confirmatione sub peccato mortali, videantur id colligere ex ea ratione; quia si toto vitæ tempore negligatur eius susceptio, non possit esse sine contemptu: tamen quia hanc rationem improbat, idem Basilius Pontius *dict. cap. 2. p. 5. n. fin.* dicens quod omissio totius vitæ tempore, possit esse sine formali contemptu; ideo optime resoluitur citra illud, & scandalum, & vbi non concurrit obligatio profitendi fidem coram Tyranno, nullum ex se simpliciter dari præceptum, sed tantùm secundum quid iuxta iam adducta. 23

Ad vltimam quæstionis partem, an Pontifex possit præcipere sub peccato sumptionem sacramenti confirmationis; quia ex adductis *à n. 1.* & ex his, quæ Basilius Pontius Longè disputat ad litteram exorditur, Diana *dict. p. 8. tract. 1. dict. res. 47.* loquitur eos postea à vers. *hoc supposito*, an non obstante quod non adsit præceptum Diuinum, nec naturale, nec positiuum de sumendo sacramento confirmationis, possit Pontifex illud præcipere? Respondet affirmatiue cum illo, tum ex iam relato *cap. 4. Trident. sess. 23. de reform.* quod ad vnguem explicat Basilius Pontius *cap. 3. p. 5. ex n. 4. vsque ad finem*, colligentes ambo præceptum Pontificium obligatorium adesse in sequentibus verbis *dicti cap.* ibi: *prima tonsura non initietur, qui sacramentum confirmationis non susceperit.* ex ea nempe ratione ambo tenentes; quia Doctrina recepta in materia de legibus ex Panormitano hæc verba imperandi in actu exercito habere sufficientem vim ad legem constituendam, vt probat Suarez *de legib. lib. 3. cap. 15. numer. 8.* 24

Tum quia superiorum præcepta hoc modo ordinari feruntur, & censetur sufficienter fieri; quia ea verba explicant sufficienter imperium; tum etiam probant ex eo quod Trid. *sess. 23. c. 7. de sacerdote*, *qui vrgente necessitate absque* 25

prania

prania confessione celebrat cum conscientia peccati mortalis, solùm docet, quod primum confiteatur, per quæ sola verba dicunt iuxta communem Doctorum intelligentiam, constitui legem obligantem; & sic prudenter Suarez monere, considerata proprietate illius loquutionis, quando superior isto modo loquitur ad subditum, & etiam aliis circunstantiis, de quorum vsu aliud non constat, præcipere censendum esse, & cum proportione, quando decretum superiorum ita fertur, & inter iura, seu leges, aut præcipientia decreta inceditur sub ratione legis, ferri videatur, nisi ex aliis coniecturis, oppositum constare possit: & dicunt hanc esse sententiam Suarez, *vbi supra*, ex qua ambo Basilius, & Diana conficiunt sequens argumentum, Concilium, *in dict. cap. 4. sect. 23.* loquitur verbo imperandi, *prima tonsura non initietur*; ea ergo est lex, & præceptum, & non admonitio tantùm eius, quod congruè agendum est.

26 Et rursus etiam pergunt citati, dicentes, si ea, cum quibus adiungitur, & quibus inseritur præceptiua de causa sint; quis enim dubitat esse præceptum decretum, quod non initietur prima tonsura, *qui fidei rudimenta ignorat, & legere, & scribere nescit*; addunt similiter præceptiuum decretum esse illud, *ne initietur qui sæcularis iudicij fugiendi causa eum statum elegit* (quæ omnia sunt verba *dict. cap. 4.*) & referunt ambo in eo culpam lethalem agnoscere, Bañez, *2. 2. q. 12. art. 1.* vers. *sit vltima conclusio*, Aragon. *eadem quæst. 1. dub. 1.* P. Ledesma, *in summa de sacram. ordin. post tertiam conclusionem, §. de la primera*, Manuel Rodriguez, *in summa*, Victoria *in summa de sacram. ordin. num. 240.* & saltem culpam venialem dicunt agnoscere Thom. Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 31. num. 17.* cum verba præceptiua sint, quibus statuitur, vt non initietur prima tonsura qui non est confirmatus; inde inferunt inter præceptiua decreta censendum esse Tridentinum imposuisse legem, & non consilium initiandis, nec vero esse dicunt aliquas circunstantias, ex quibus colligi possit *ibi* non contineri præceptum, & quod nec vsus contra indicet; tum quia non pauci Doctores sentiunt contineri præceptum; tum quia Episcopi id diligenter inquirunt ante quam quisque initietur prima tonsura: ita Basilius, & Diana.

27 Sed quia iam ego *supra quæst. 9.* vers. *ad primam* dixerim contra quos *ibi* retuli non peccare mortaliter, sed probabilius tantum venialiter, qui ordines saltim maiores ante confirmationem suscipit propter fundamenta *ibi* iacta, & ad vtramque partem referant tenentes idem Basilius *dicto cap. 3. n. 6. fin.* pro peccato mortali eum Lambrano. *de confirm. dub. 3. n. 4.* Bonacina *supra dict. 3. p. q. vnica p. 4. n. 8.* quibus addit Diana Aversam *in 3. p. q. 72. de hoc sacram. sect. 6.* eius verba referens, quibus probat verba Concilij sufficientia esse ad imponendum præceptum, & inducendam grauem obligationem, sicque videri accepta ipsa praxi, & vsu &c. Tamen idem Diana *dicta res. 43 in fine* putat præceptum, *dict. cap. 4. Trid.* non obligare sub mortali, nec eum, qui recipit, nec Episcopum, qui confert ordines, ad quod commendat videri, DD quos citat *in p. 2. tract. 6. res. 4. & p. 3. tract. 4. res. 24. in fine*, inter quos Molfesius *in summa p. 1. tract. 4. tom. 1. cap. 2. n. 21.* Reginald. *tom. 2. lib. 18. cap. 3. n. 24.* & Zambran. *de casibus occurrentibus temp. mort. cap. 2. dub. 3. n.* 3. cum multis idem putantes Episcopum non peccare mortaliter si ordinet aliquem non confirmatum, sicut de illo, qui vult suscipere ordines, etiam si non sit confirmatus ex ea ratione, quia nullibi reperitur de hoc præceptum; de Episcopo tamen confirmato, vt in loco citato adduxi, sunt qui putent peccare mortaliter, sicut dixerunt Trullench. *dicta quæst. vnica lib. 2. de sacram. confirmationis sub n. 5. in fine*, & Bonacina *dict. p. 2. n. 2.* dicentes peccare Episcopum, si negligens sit in conferendo confirmationem; quia hoc illi competit ex officio, sicut Parocho alia sacramenta ministrare. Quod dictum de Episcopo differt à primo dicto de eodem ordinante non confirmatum, vt patet; & sic non contradicunt Bonacina, & Trullench.

Q V Æ S T. XV.

An de necessitate Sacramenti confirmationis sit necessarius Patrinus? Et quod ipse sit confirmatus; vt contrahat cognationem, aliàs non? An plures in numero cum qua obligatione? Vbi de religiosis, ac viro respectu vxeris; vbi etiam breuiter de effectibus quos producit sacramentum confirmationis.

S V M M A R I V M.

1 *Patrinus adhibitur in Confirmatione sub obligatione præcepti.*

2 *Patrinum in confirmatione non adhibens, peccat mortaliter.*

3 *Patrinus ad confirmationem debet esse confirmatus.*

4 *Patrinus non confirmatus probabilius est, vt contrahat cognationem spiritualem cum confirmato, & Parentibus* n. 5.

6 *Patrinus infidelis etsi Cathecumenus in confirmatione non contrahit cognationem, secus si sit hæreticus, vt* n. 7.

8 *Patrinus vnus tantum ponitur in confirmatione, qui tantum contrahit cognationem; etsi plures teneant confirmatum: vbi quid in Baptismo.*

9 *Patrinorum pluralitas in Baptismo, & confirmatione non est dispensabilis per Episcopum.*

10 *Patrini plures si teneant Baptizatum, & confirmatum, omnes videntur cognationem spiritualem contrahere.*

11 *Patrinus, qui fuit in Baptismo, probabilius est vt non possit esse Patrinus in confirmatione; &* num. 12.

13 *Patrinus Confirmationis ad nullam obligationem tenetur instruendi confirmatum contra aliquos.*

14 *Patrini Religiosi possunt esse in confirmatione, & in Baptismo. Quid de Monachis*, & Abbatibus n. 15.

15 *Abbates, & Monachi prohibentur esse Patrini in Baptismo, & confirmatione falsi si teneant suos religiosos confirmandos.*

16 Cap. non licet de consecrat. dist. 1. cap. placuit 16. q. 1.

17 *Patrinus nequit esse vir in confirmatione sua vxoris, aut filij proprij; ita vt non possit petere debitum. Idem de vxore respectu viri.*

18 *Cognatio spiritualis contracta à viro, non extenditur ad eius vxorem, nec è contra.*

19 *Patrini possunt esse in Baptismo, & confirmatione pueri cuiuscumque ætatis, si habent rationis vsum.*

20 *Patrinus potest esse ille qui minor est in ætate Baptizato, aut confirmato.*

21 *Patrini designatio spectat ad Patrem Baptizandi, aut confirmandi.*

22 *Pœnitentes publici possunt esse Patrini Baptismi, & confirmationis.*

23 *Patrinus Confirmationis contrahit cognationem cum duabus tantum personis.*

24 *Confirmatio potest conferri quocumque die, sicut Baptismus.*

25 *Confirmationis materia est ipsum sacramentum.*

1 AD has omnes, atque alias difficultates de Patrino in hoc sacramento confirmationis; quia vberius per dicta de Patrinis in sacramento Baptismi, & matrimonij; adimpleri potest tractatio; ideo fere laconice ab omnibus, quæ se se offerunt me expediam. Igitur ad primam difficultatis partem, respondeo quod etsi adhibere Patrinum dum confertur hoc sacramentum ab Episcopo, non sit de necessitate; est tamen sub obligatione præcepti; eo quod sit res grauis, & cæremonia antiquissima in Ecclesia ad significandum quasi Tyronem esse in spirituali malitia, & indigere alterius consilio: ita Egidius Trullench. *de hoc sacram. q. vnica n.* 18. & Barbosa *in pastorali p.* 2. *alleg.* 30. *n.* 32. nam si qui gladiatoriam dimicationem subeant alicuius indigent, cuius ope, & Concilio ducantur, qui ictibus ac petitionibus, saluis ipsis, conficere aduersarium possint, & sic tantum magis fideles cum sacramento, confirmationis quasi firmissimis armis tecti, ac muniti in spirituale certamen, cui æterna salus proposita est, descendunt Ducis, ac monitoris indigebunt vt patet ex Catechismo Concilij Trid. *ad Parochos.*

2 Quare dicendum est peccare mortaliter, eum qui Patrinum non adhibet, vt docent Siluester, Nauar. Viuald Granadus. *disp.* 3. cum illis, & cum Suarez, Ledesma, & Layman. *cap.* 7. *n.* 2. Villalobos *dis.* 8 *n.* 1 Rodriguez *in summa cap.* 121. *de hoc sacram n.* 1. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 3. Archangel. *dist* 7. *pag.* 68. Didacus Narbona cum aliis *anno* 7. *q.* 15. *n.* 1. Trullench. *vbi supra n.* 18. Leander *de sacram. tract.* 3. *disp.* 5. *q.* 1. Castro Palao *tract.* 20. *puncto* 10. *n.* 1. de Castillus *de confirm. dubio vlt. n.* 145. Baunius *quæst.* 9. de Baptismo; qui omnes sic colligunt ex textu *in cap.* 1. *& cap. dictum, & cap de his* 30. *q.* 1. Chametot. *tract. de confirm. cap.* 7. *dubio* 2. *in principio*, Barbosa, *alleg.* 30. *dicto n.* 33. vbi cum Petro Ledesma *in dict. tract. cap. vlt. conclus.* 2. & Zambrana *de casibus in articulo mortis occurrent. cap.* 2. *dubio* 6. *n.* 2. qui idem dicunt, vt peccet etiam mortaliter qui confirmaret sine susceptore Patrino.

3 Ad secundum, numquid ipse Patrinus debeat esse confirmatus? Respondetur quod sic; quia ita habetur *in cap. Baptismate de consecrat. dist.* 4. Trullench. *supra*, & Leander referendus; est tamen sub dubio numquid qui secus faceret peccaret mortaliter; & licet affirment probabiliter Victoria *q.* 1. Granad. *disp.* 3. Sotus Nugnus & Suarez *in* 3. *p. q.* 72. *art.* 10. cum illis, & Henriquez, *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 3. Egidius *q.* 72. *art.* 10. sed non minus probabiliter, vt adducit Leander, *dict. tract.* 3. *de sacram. disp.* 5. *q.* 4. docent D. Thom. *dict. quæst.* 72. *art.* 10. tradit Suarez *ibidem*, Diana *p.* 3. *tract.* 4. *res.* 21. vers. secundo deducit ex illis, & ex Syluio *in* 3. *p. dict. quæst.* 72. *art.* 10.

Dubium verò est an contrahat Patrinus non 4
confirmatus cognationem spiritualem? Et in hoc puncto docent Coninch. *de hoc sacram. q.* 72. *dict. art.* 10. *n.* 94 qui citat Suarez, Nugnum in 3. *p. q.* 71. *art.* 10. qui citat Victoriam & tradit Diana *supra dict. res.* 21. *vers.* 2. valde probabile esse, vt non confirmatus suscipiens confirmandum, non contrahat Cognationem spiritualem quia ille non est legitimus susceptor, vt constat ex *dict. cap. Baptismate*, Basilius *de impedimentis matrimonij cap.* 24. §. 1. *& cap.* 35. *n.* 1. Santius *in selectis disp.* 40. *n.* 18. Thomas Sanchez *de matrim. disp.* 60 *n.* 19. Corneio *tract.* 6. *de matrim. disp.* 6. *dubio* 16. *pag.* 986. Castro Palao *dicto tract.* 20 *puncto* 10. *n.* 2. Trullench. *dicto n.* 18. Filiucius *de hoc sacram. n.* 63. qui & alijs, quos sequitur Leander. *vbi supra* vt probabilius loquentes *q.* 5. sic tenent; quia talis Patrinus non habet conditiones requisitas ab Ecclesia. † sed 5
illam cognationem contrahere, & probabiliter tenent Syluius *in* 3. *p. dict. quæst.* 72. *art.* 10 Sotus *in* 4. *dist* 41. *q.* 1. *art.* 3. Syluester. verbo *matrimonium* 8. *q.* 7. Molfesius *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 1. *n.* 43. Paludanus, Rosella, Tabiena, & alij apud eundem Dianam, etiam *dict. tract.* 4. *p.* 3. *res.* 26. Sa, Lopez, Sallego, & aliis apud Sanchez, Nauar. *cons. lib.* 4. *de cognat. spiritual. cons.* 1. Naldus verb. *cognatio*; sed ipse Diana cum Hurtado, Reginaldo, Fernandez, Vgolino, Rebellio, & aliis, dicit sequendam merito negatiuam sententiam, quam ipse docent ex verbis *dicti cap. in Baptismate de consecrat. dist.* 4. ibi: *in Baptismate, vel Chrismate, non potest alium suscipere ipse, qui non est Baptizatus, vel confirmatus*: nam vt dicit Coninch. *dicto art.* 10. *num.* 94. grauiter peccabit, sic se habens: nam secundùm opinionem Institutum inualidè quis id tentat facere, quod dicitur in Iure non posse facere, reddet enim eam cæremoniam irritam; & sic nec contracturus cognationem spiritualem, abunde cum infinitis Barbosa *dict. alleg.* 30. *n.* 34.

Quare addunt ipse Barbosa, & Sancius 6
in selectis dict. disp. 40. *num.* 15. *&* 18. Cathecumanum esse etiam cognationis spiritualis incapacem; sic vt nec illam contrahat, si postea Baptizetur, contrahent ipse, & infidelis cognationem spiritualem cum Baptizato; & ob id Sanchez *dicto lib.* 7. *de matrim. disp.* 60. *n.* 2. Bonacina *de sacramento matrimonij q.* 5. *puncto* 5. §. 2. *n.* 22. Reginald. *lib.* 31. *n.* 157. Posseuinus *de officio Curati. cap.* 6. *n.* 27. Antonius Ricciulus latè *de Iure personar. extra grem. Ecclesia exist. lib.* 2. *cap.* 4. existimant fidelem Baptizantem, vel confirmantem filium infidelis, non contrahere cognationem cum Patre, vel Matre infideli; quia cognitio est quædam relatio, quæ non ponitur in vno subiecto, nisi adsit terminis illius correspondens.

Quod

7 Quod fallitur in hæretico ; quia iſte eſt baptizatus, & ſubiectus Eccleſiæ, qui ſuſcipiendo, & baptizando, cognationem contrahee , vt docene adducti, & alij ; ex quo videtur vt fidelis tantùm Baptizatus illam contrahat , cum ſufficiat eſſe intra Eccleſiam.

8 Ad tertiam quæſtionis partem , an ſi plures Patrini,& ſuſceptores in numero teneant confirmantem,omnes contrahant,& quia videntur docere Doctores hoc eſſe metiendum ad inſtar Baptiſmi , & in illo nequeant duo viri eſſe in ſimol alicuius Patrini , ſed tantùm ad ſummum vnus vir,& fœmina vna in ſimul,ſequitur vt ſic in confirmatione accipiatur : etenim doctrina de Baptiſmo,patet ex Trid.*ſeſſ.24. cap.2.de reform.* vbi vnum iuxta priſca canonom ſtatuta,voluie, vel ad ſummum duos ſcilicet , vnum virum , vnamque fœminam ex Leone I.*in cap. non plures de conſecrat. diſt. 4. & in cap. vlt de cognatione ſpirituali lib. 6.* vbi Barboſa , & DD & in Concilio Magunt ſub Paulo III. ſtatutum fuit,vt non pluces, quàm vnus Patrinus adhiberetur;quia ex impedimentis cognationum ſpiritualium pericula , & difficultates non raro ſolent euenire. Videndi ſunt Sanchez cum multis *lib.7.diſp.57.n. 9.* Toletus *inſtruct ſacerd.lib.2.cap. 24. n. 11.* Barboſa *in paſtorali dicta alleg.30.p.2.a n.40.* Trullench. *ſub dicto num. 18.* & allegaos pro vtraque parte Leandee plures *dict.diſp.5.tract.3.de ſacram.q.2.* probabilius affirmat,quod etſi in Baptiſmo vnus , & vna poſſint ſuſcipere Baptizatum iuxta Trid. ſed in confirmatione diſiunctiue , vel vnus , aut vna:ita ex D.Thom.*q.72.art. 10.* Henriquez,Filincius,Sotus,Ledeſma,& Ludouicus de S. Ioan. *q.1.art.9.dif.3.* Hurtadus *dif. 4.* Caſtus Palaus *de confirm.puncto 10.tract. 20. n. 2.* vbi dicit quod licet ſint permiſſi à Trid.duo Patrioi in Baptiſmo, non tamen debeat id extendi ad confirmationem, cum de illa Coocilium mentionem non fecerit ; & videntur ſic diſtinguere Barboſa *dicta alleg. 30.num.43.* Toletus *dict. cap.* 25. Sanchez *dicto n. 9.*

9 Et in tantum pluralitas videtur prohiberi , vt neque Epiſcopus poſſit diſpenſare,quod duo viri , vel duæ fœminæ ſimul ſuſcipiant , cum ſuper Conciliari conſtitutione , non habeat poteſtatem diſpenſandi , vt referunt deciſum Zerola *in praxi Epiſcop. p.* 1. verſ. *Baptiſmus* §.4. Sanchez *dict. diſp.57.n.7.* Rebellus *de obligation. Iuſtitiæ p. 2. in appendice ad lib.4.n. 89.* Reginald. *dicto lib. 31.n.164.* Armendariz *in addition.leg Nauarra lib.4.tit.15.lib. 1. de matrim. n. 73.* vbi deciſum etiam refert,quod vnus Procurator , qui ſit viri , & alter qui ſit Procurator mulieris , Baptizatum de ſacro fonte ſuſcipere poſſunt,ſed non duo viri,nec duæ mulieres, vnus quiſque proprio nomine,vir loco mulieris , vel loco viri mulier. Itaque docent Fe.Emanuel *in ſumma p. 1. cap. 226. n.1.* Vega.*p.1.cap. 37. caſu* 19. Bonacina *de matrim. dict. q. 5. puncto 5.dict.§.2.n.31.* & Armendariz *ſupra n.84.* quos videtur ſequi Barboſa *dict.alleg. 31.n.44* contra Sanchez *dict. lib. 7. de matrim. dict.diſp.57.n.9.* cum alus , trangreſſionem huius præcepti , adhibendo plures Patri non eſſe peccatum mortale ; quia præceptum Eccleſiæ in re magni momenti violatur,ex cuius trangreſſione multiplicantur cognationes ſufficientes ad dirimendum matrimonium.

10 Vnde iam ad difficultatem principalem ; etſi Toletus *in ſumma lib.2.cap. 23. n. 4.* Quintana Dueñas *ſing. vlt.* & alij exiſtiment neutrum eorum contrahere cognitionem Spiritualem:tamen probabilius reſpondeo omnes illos illam contrahere,vt docent Victorellus , & Sa , verbo *confirmatio*,Suarez *p.3.dict q 72. art. 10.* Leander *de hoc ſacram.diſp 5.q. 6.* quia etſi actus contra legem factus regulariter non valeat *l. non dubium cod.de legib* ſed dicunt DD.excipi,vbi lex actum non tollit,& pœnam extrinſecam addit , quæ poteſt cum actus valore conſiſtere , & valor actus non reſpicit fauorem eius , cui pœna imponitur, vt dicit Bartol. *in l. Prætor ait ff. de noui operis nunciat*,in terminis Barboſa *dicta alleg.30.n. 45.* & Vgolinus *de poteſtate Epiſcop.cap.51.§.1.n. 5.* Saytus *deciſ.3.de cognat ſpirituali* , Armendariz,qui dicit deciſum *ſupra n.81.* eo quod in noſtro caſu,non tollat actum, ſed puniat Parochum admittentem plures duobus ; & quia actus valor non pertinet ad fauorem Parochi , ſed ſuſcepti.

11 Notabis verò probabilius eſſe , vt Patrinus ; qui fuit in Baptiſmo,non poſſit eſſe in confirmatione licite, niſi in caſu neceſſitatis ; quia ſic habetur *in cap.in catechiſmo diſt. 4. de conſecrat* , Diana ſequitur plures.*p. 3. tract. 4. reſ. 21.* cum Coninch *de ſacram.q.72.art.10.n.9.* Suarez Victoria,Nugno,Siluio,Soro,& aliis,Pichard.*in 4. diſt.7.art.7.q.2.*& Leander *dicta diſp.5.q.3.* cum Zambrana,Toleto,Vega,Bonacina,Sa,de Caſtillo *n.145.* Caſtro Palao *ſupra n.2.in fine*, Trullench. *dict.quæſt.vnica ſub dict. n.* 18. & communiter omnes contra Hurtadum *de hoc ſacram. dif. 14.* Silueſtrum,Quintan. Dueñas *tract.vlt.dict. ſing. vlt.*

12 Dubitant verò relati, an peccet mortaliter qui id extra neceſſitatem faceret ? Et reſpondent Diana *vbi ſupra dict.reſ.21.*verſ. 3. in fine , Bartholom,ab Angelo *in examine confeſ.dialog.3.§.45.* Leander *dict.quæſt. 3.in fine* ; imo , & Ægidius *dict.quæſt.72.art. 10. n. 84.* Quintana Dueñas *ſupra*,& Silueſter verb.*confirmatio n.4.* docentes abſolute hoc fieri poſſe ſine peccato ; quia ſic eſt conſuetudo,quod mihi placet admodum , cum in praxi de hoc non curetur. Videbis Barboſam *dicta alleg.30.n.52.* cum Chamerota,Zambrana , & aliis.

13 Ad quartam difficultatis partem de obligatione, quam contrahit Patrinus inſtruendi confirmatum,reſpondeo probabilius eſſe, vt ad nullam teneatur ; quia in nullo iure id exprimitur , quod teneatur inſtruere filios ſpirituales, ſicut exprimitur de Patrino Baptiſmi:ita Henriquez,Ægidius, & Diana *ſupra*,Layman *lib.5.tract.3.cap.7.n. 1.* Suarez *dict.quæſt.72.art.10.* Filiocius *n. 63.* Bonacina *puncto 4.n.11.* Ochogauia , *de confirm.q. 8.n. 9.* de Caſtillo , & Leander *vbi ſupra q.7.* quod practicari video etſi affirment teneri Syluius,Granadus,& Ludouicus de S. Ioan. *vbi ſupra*,& quamuis videatur etiam affirmare Hurtad. *difficult.* 14. dum dicit non teneri inſtruere , niſi in defectu Patrini Baptiſmi.

14 Ad quintam , num religioſi poſſint eſſe Patrini.& licet negent abſolute Angelus,Viualdus, & Diana cum aliis *dicta reſ. 21. in fine* , & etiam Layman *tract.2.cap.9.n.3.*Sotus , Silueſter , Tabiena,quos citat,& ſequitur Henriquez *lib.1.cap. 3.n.4.* loquentes etiam de Religioſis mendicantibus:tamen de iſtis probabilius dicunt contrarium Ægidius,& Hurtad. *ſupra* Chamerota *tract. 5. de ſacram. cap. 4. dubio* 8. de Caſtillo *ſupra* ,

Quiotana Dueñas *tract. 2. de sacram. sing.* 8. Leander *dict. disp. 5. q.* 8. vbi dicit id etiam innuere Palaus *supra dicta p.* 10. dum id solum Monachis negat, & probat Ægidius Coninch *de sacram. q.* 67. *art.* 7. *n.* 36. diceos, vt possint dicti mendicantes esse Patrini in sacramento confirmationis, & Baptismi, quia *in cap. Monachi de consecrat. dist.* 4. sub oomine Monachorum ij tantum intelligendi sunt, qui solitudinem colunt; non autem Religiosi mendicantes.

15 Abbates inquam, & Monachi; ideo non possuot esse Patrini; quia præcipitur in Concilio Antisiodorensi *cap.* 25. relato *in cap. non liceat de consecrat. dist.* 4. ne commatres Spirituales habeant; quod est verum, dummodo qui confirmanoo sint Religiosi; quia tameo ex illo textu nullum est verbum irritans factum; & sic vt dicit Barbosa eruot veri susceptores, contrahentque cognationem spiritualem, quamuis peccent mortaliter, suscipiendo contra prohibitionem sibi impositam, Sanch. *dict. lib.* 7. *de mat. disp.* 60. *n.* 11. cum multis Gallego *de cognat. Spirituali cap.* 9. *in fine*, Galletius *in Margarita casuum conscientia* verb. *religiosus pag.* 215. Possevinus *de officio curati cap.* 6. *n.* 27. vers. *secundo* Barbosa cum Rebellio *dicta alleg.* 30. *n.* 36. Reginald. *lib.* 31. *num.* 157. vers. *quarto*, Basilius Pont. *de impediment ma-*
16 *trim. cap* 24. §. 1. vers. *illud tamen.* † Et ex dictis intelliguntur textus *in cap. non licet de consecrat. dist.* 4. *cap. placuit* 16. *q.* 1. & Ægid. Trullench. *dict. n.* 18. vers. *septimo* ex illis dicens oon licere Religioso, vt fiat Patrinus.

17 Ad sextam de viro, & vxore, dicendum est, vt vir non possit esse Patrinus suæ vxoris in confirmatione, aut filij proprij, nec etiam in necessitate; sic vt peccet, si scienter hoc fecerit, & nec possit petere debitum, etsi teneatur teddere Idemque dicendum est de vxore respectu sui viri, aut filio- li:ita Victoria *de confirm. q. vlt.* Sotus *dist.* 42. *in* 4. *art* 1. Archangelus, Heoriquez Viuald, Ochogauia, Toletus, Nicolaus Ploue, Victorelus, & Sa, quod sequitur Leander *dicta disp.* 5. *tract.* 3. *de sacram. q.* 9. sed idem Sa, Verb. *confirmatio n.* 16. dicit posse in necessitate; & quod frater in necessitate possit fratrem suscipere; idem Sa, & Bonacina *puncto* 4. *n. vlt.* tenent tamen Ægidius Trullench. *dicta quæst. vnica de hoc sacram. sub dicto n.* 18. *vers.* 8. dicit quod si vir confirmatus, tanquam susceptor in coofirmatione, teneat filium suum, peccat, oec possit debitum ab vxore petere (oisi inuincibili ignorantia excusetur,) cum nulla necessitas possit obligare, vt hic fiat susceptor, sicut potest obligare, vt quis baptixet filium suum: videndi sunt Henriquez *cap.* 3. *de confirm.* Ledesma *in summa ibidem cap. vlt.* & DD. per doctrinam textus *in cap. si vir, & mulier de cognat. Spirituali.*

18 Dicendum verò est cognatiooem spiritualem à viro contractam; eo quod aliquem tenuerit in Baptismo, vel coofirmatione, non transfundi ad vxorem, vel econtra; & sic minime peccare virum, & vxorem suscipientes alienum puerum in Baptismo, poteritque Patrinus contrahere matrimonium cum ea, cum qua simul alienum filium susceperit, com infinitis Sanchez *dicto lib.* 7. *de matrim. disp.* 54. *n.* 11. *&* *disp.* 57. *n.* 5. *& n.* 12. Barbosa *dicta alleg* 30. *n.* 56. 57. *&* 58. com Toleto, Armendarez, Coninch, Bonacina, Henriquez, Regioald, & aliis.

19 Secundo dicendum est pueros cuiuscumque ætatis posse esse Patrinos, qui & contrahent cognationem, modo habeant ratioois vsum, & ipsi infantes doli capaces intra ipsum septennium, primum habentes Iudicium sufficiens ad peccandum mortaliter, Henriquez *lib.* 12. *cap.* 11. §. 2.
Sanchez *dict. lib.* 7. *disp.* 61. *n.* 4. † Barbosa cum 20
P. Ledesma, Sayro, & aliis *dicta alleg.* 30. *n.* 38. contra Riccium, addens, vt non referat an Patrinus sit maior Baptizato, vel minor, cum non requiratur, vt sit maior. De cognatione spirituali contracta, nec ne per Procuratorem late dico *sub tit. de Baptismo.*

Interim plures referat Barbosa Videndos *dict.* 21
alleg. 30. *n.* 49. *&* 50. qui *&* 47. *&* 48. dicit quod ad Parentes spectat Patrinos designare, vel illis oon designantibus ad Parochos, & nullo designato omnes Patrini contrahant cognationem ex textu *in dict. cap. fin. de cognatione Spirit. lib.* 6.

Addit verò Basilius Pontius *de impedimentis* 22
matrim. dict. cap. 24. § 1 vers. *excel. si*, quod Pœnitentes publici, sunt repulsi à susceptione in Concilio Parisiens. *lib.* 1. *cap.* 54. donec peracta Pœnitentia, reconcilientur, sed vt aduertit Barbosa *dicta alleg.* 30. *n.* 37. male ipse existimarit prædictos omnes oullam contrahere cognatiooem si forte susciperent.

Dicendum est tertio vt Patrinus confirmatio- 23
nis contrahat cogoationem cum duabus tantum personis, nempe confirmato, & eius parentibus; sicut & confirmans cootrahit illam cum ipso confirmato, & eius parentibus: sic omnes DD. per Trid. *dict. sess.* 24. *de reform. cap.* 2. & de hoc puncto Patronorum coofirmatiooîs & obligatione vt qui confirmatur ab alio teneatur nouissime Pat. Prad. *de hoc sacram. dubio* 10. per totum legendus.

Dicendum est quarto posse quacumque die, & 24
hora, sicut Baptismus conferri coufirmationem, cum confirmatio sit quoddam complementum Baptismi, cum multis Barbosa *dicta alleg.* 30. *n.* 30. quibus addo Castr. Palaum *supra puncto* 10. *n.* 5. de Castillo *n.* 148. Henriquez cum Couarruu. Nauar, Paludan, & aliis *lib.* 3. *cap.* 6. *n. fin.* Leandrum cum Ledesma, & aliis *dicta disp.* 5. *tract.* 3. *q.* 10. *&* 11.

Ad vltimam quæstionis partem de effectibus 25
confirmationis; quia abunde ex longe adductis *à quæst.* 1. percipitur; ideo non repeto, oec alias difficoltates, quas congeruot DD. relari. Vnum tamen pro complemeoto totius huius materiæ aduerto com Trullench, *dict. quæst. vnica n. fin.* & communi in hoc sacramento esse tantum materiam, & formam illius, ipsum sacramentum oam significant, & noo significatur, & quod res sacramenti, & gratia roborans; quia sigoificatur per materiam, & formam, & oon significat; & quod res, & sacramentum simul sit Character; quia significatur per illud, & significat gratiam.

AD TITVLVM ET Rubricam, de Sacrament. non Iterandis.

QVÆST. I.

An ratio non iterandi ſacramenta dependeat à charactere, qui imprimitur illorum ſuſceptione? Et in quibus Sacramentis hac characteris impreſſio contingat? In quibus vero non?

SVMMARIVM.

1 *Sacramentorum non reiterandorum inſcriptio eſt de Baptiſmo, confirmatione, & ordine, & num ſit firmum.* n.3.& 5.

2 *Sacramenta, quæ reiterari poſſunt, ſunt ſacra Vnctio, Euchariſtia, Pœnitentia, & matrimonium,* & n.3.4.& 5.

5 *Character cuius cauſa ſacramenta tria iterabilia non ſunt, eſt ſignum, vel ſymbolum praſtans poteſtatem ſuſcipiendi aliquid ſpirituale. Et à quo ſumatur* n.78.

6 *Omnes homines in lege gratiæ ex Chriſti inſtitutione habent poteſtatem conferendi Baptiſmum.*

7 *Deſignati ad peculiaria officia in exercitu, & familia Principis, ſolent deſignari peculiaribus ſignis, & notis, quibus à cæteris diſcernantur,* & n.8.

8 *Milites olim notabantur charactere impreſſo.*

9 *Charactere Baptiſmali diſtinguitur totus exercitus Eccleſiæ ab exercitu Diaboli. Et qualiter charactere confirmationis.* numero 10.

10 *Sacramenta illa tantum imprimunt characterem, quæ notanter diſtinguunt familiam in comparatione ad Dominum.*

11 *Character quare potius in tribus ſacramentis imprimitur,* & n.13.

12 *Character proprie ſignificat ſignum, vel ſigillum, quo res aliqua ſignari ſolet ob aliquam ex tribus cauſis.*

14 *Sacramenta, quæ repeti non poſſunt ſemel data, & propter characterem, & quia ſemper manent, non ſic de aliis ſacramentis.*

15 *Character augeri non poteſt per repetitionem eiuſdem ſacramenti.*

16 *Matrimonium etſi cum eodem coniuge reiterari nequeat, non imprimit characterem. Et quare; vbi de caſu, quando cum illo reiterari valeat.* n.17.

17 *Vir mortuus, ſi miraculosè reſurgeret; poterit iterum cum prima coniuge contrahere matrimonium, & cum ſemel profeſſa, à Papa diſpenſetur* n.18.

19 *Conſecratio, & benedictio calicis, ac Eccleſiæ iterari quando poſſit. Et quid de prima tonſura* n.20.

21 *Signari poteſt res aliqua primo charactare ſenſibili, aut charactere ſpirituali.*

22 Character, *eſt vox quædam Græca accepta à veteribus Patribus pro* ſigno, *aut* ſignaculo, *ſeu* nota *diſtinctionis.*

23 *Character eſt qualitas ſpiritualis realiter ab anima diſtincta, eique Diuinitus infuſa.*

24 *Charactere Baptiſmi, confirmationis, & ordinis, etſi diſtinguantur habent aliquam connexionem, vt diſtinguitur hic.*

25 *Character habet quinque præcipuas proprietates.*

26 *Character non amittitur per peccatum, aut per degradationem, vel mortem.*

27 *Mortuus ſi reſurgat non iterum Baptizandus, confirmandus, vel ordinandus.*

28 *Character non eſt relatio, ſed abſoluta qualitas, nec ſicut habitus fidei, & aliarum virtutum* n.30.

29 *Character ſacramentalis eſt immediate in ſola anima, tanquam in ſubiecto.*

31 *Character ſacramentalis non reperitur in Angelis; quia non recipiunt ſacramenta.*

32 *Character fuit in Beata Virgine, & Apoſtolis.*

33 *Characteris ſacramentalis plures quæſtiones* remiſſiuè *apud ſcholaſticos dicentes pertinere ad ſpeciem qualitatis; quia eſt potentia actiua, vel paſſiua in ordine ad conficienda, recipienda quadam ſacramenta, vt* n.34. *in fine.*

ET ſi huius tituli inſcriptio ſit de ſacramentis 1
non iterandis, videaturque loqui de tribus tantum ſacramentis nouæ legis, quæ reiterationem non accipiunt, vt ſunt Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo; eo quod characterem imprimunt indelebilem, hoc eſt ſignum ſpirituale indelebile, ratione cuius, ne fiat iniuria illis per reiteratioñe, quaſi talem characterem non impreſſiſſent, diſpoſitum eſt, non poſſe ea reiterari ſine ſacrilegio; adeo vt ſi quid in his adminiſtrandis incaute omiſſum fuerit illud ſine reiteratione reliquorum, debita, & caute ſupplendum eſſe decreuerint Innocentius 3. *in cap.* 1. & Gregor. 19. *in fine hoc tit.* vt eſt etiam de finitum per Tridentinum *ſeſſ.7. de ſacram. canon.9.* in verbis ſequentibus: *ſi qui dixerit in tribus ſacramentis, Baptiſmo, ſcilicet confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, vnde ea iterari non poſſunt, anathema ſit*, vt docent Auguſtinus *Triumph de poteſt Eccleſia q. 58. art. 7.* Suarez *tom.3. diſp.11. ſect.1.* Franciſcus Pitigianus *diſt.6. q.9. & 10.* Saytus *de ſacramentis in genere lib. 4. cap.1. cum ſequentibus*, Chamerota *de ſacram. cap.4. dub. 5.* Ægidius Coninc. *de ſacram. q. 63. art.1. in princip.* Vaſquez *in 3. part. D. Thomæ tom.2. q.146. n.5.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.16 à n 48.* Petrus Ledeſma *p. 1. de ſacram.* vbi *de confirm. cap.4. concluſ.1.* Paul. Tuſcus *de viſit. lib.1. cap.1. n.25.* Campanil. *in diuerſ. Iuris canonici, Rub.1. num.23. & Rub.2. num.11. & 12.* Bonacina *de ſacrament. diſput. 1. quæſt. vnica puncto 1. n.2. & 3.* Homo de Bonis *de examine Eccleſiaſt. p.1. tract.4. cap.8. q.72. verſ. alter*, & *tract.4 cap.1. quæſt 4. & 5.* Paulus Layman *in Theolog. morali tom.2. lib.5. tract.1. cap.7. per totum*, Molfeſius *in ſumma Theologia moralis tract.1. cap 8. n. 50.* Filiucius *in quæſt. moralibus tom 1. tract.1. de ſacram cap 7. n.117. & tract. 2. n.155.* Eminentis Cardinalis Ioannes de Lugo *de ſacram.*

sacram.in genere disp.6.sect.1.n.5. Torreblanca *de Iure spirituali lib.2.cap.1.n.45.* Hurtado, *disp. 3. de sacrament. in genere dif.10.& 14.* Richardus *in 4.sentent.dist.5.art.2.q.4.* Vbi Sotus, & alij, Guillhelm. Albertinus *de sacram.confirm.* vers. *qui sigillum*, plures refert super hac Rub. schribentes Barbosa *hic* ex antiquis, Bellarm, Ioannes Andreas, Anania, Panormit, Ancharran, Butr, Ioannes de Londris *in Breuiario sanctorum canon.* fol.164.vers. *Petrus de Ranena in compendio Iuris canon.* Guillielmus Durand. *specul. in Breuiario aureo Iuris Canonici fol.27* Martin. Menart, *in epitome decretal. fol.22.* Dani venator. *in annalysi methodica Iuris Pontificij à pag.73.* Gofred, & Hostiens. *in summa huius tituli*, Alex Cassan, & Anastas. Germ. *in paratitblis decret. sub hoc*, Petr. Alfonsus de Basconcel. *in Armonia Rub. Iuris canonici*, Bartholom. Cartagena, & Ioannes Honorius *ad tit. nostrum.*

2 Sed quia huius Rubricæ occasione solent canonici interpretes plura de sacramentis in genere dicere, nec alius sit locus in quinqne libris Decretalium, vbi de hac materia possit agi, libuit antequam ad propriam, quæ sub Rubro inscribitur disputare de illa non longe, vt faciunt scholastici Theologi; nec vt aliqui summistæ moderniores, sed non ita laconicè, vt facit hic Andreas Valensis, qui per tres §§. agit in primo de varijs acceptionibus, nominis sacramenti, de eius definitione. In §. secundo de numero omnium sacramentorum dicens, vt quædam sint necessaria, quædam vero voluntaria. Deinde in §. fin. ponens sacramenta tria *num. præced.* relata, quæ reiterari non possunt, *num. fin.* concludit, vt quia cætera sacramenta characteram non imprimunt, vt sunt Sacra Vnctio, Pœnitentia, Encharistia, & Matrimonium reiterari vtique possunt; & quod hæc frequentissime ex iam adducta ratione characteris indelebili reiterari possint, dixit Sahagun *de sacram. in genere n.19.* interpretatus sub illa differentia Iura de hoc loquentia *in cap. licita 32. q.7. cap. quomodo 40.* vers. *siquidem de consecrat. dist 4. cap.c.1.& 9. nostri tit.* Florent. Concil. cum D. Thom. *q.63.* Soto *dist. 1.q.4.art.6.* Canisio Sensonio, Nauarro, Cucho, & alijs, addncens cum Theologis rationem, nempe quia ita ab Ecclesia pro Diuino cultu fuerit Diuina institutione dispositum, vt constat ex dictis Iuribus.

3 Communis inquam adducta ratio, quare sacraméta Baptismi, Cófirmationis, & Ordinis iterari non possunt, cætera vero sic, videtur non esse firma, quia etsi ex impressione Charactéris arguatur, bene non posse illa iterari; pro vt intulit Trid. *dict. can. 9.* tamen non bene videtur econtra argui; ex eo quod iterari non posiit, quod imprimant characterem, cum consecratio calicis, vel Ecclesiæ, ac etiam prima tonsura iterari non possint, quæ nec imprimunt characterem. Econtra verò etiam videtur non firma respectu sacramentorum, quæ possunt iterari; quia matrimonium licet possit iterari cum alio Coniuge, non tamen cum eodem. Ergo posset imprimere characterem limitatum, scilicet respectu illius coniugis, sicut ordo subdiaconatus imprimit characterem ordinis; & tamen adhuc subdiaconus potest recipere sacramentum ordinis in Diaconatu, & Prebyteratu, & alium nouum characterem.

4 Verum etsi ita arguat Eminentissimus Cardinalis Lugo *dict. disp. 6. de sacramentis in genere sub dicto n.5.& 11.& sub n. 7.* in fine non sequi ex eo, quod Ecclesia numquam possit iterare ordinationem sacerdotis, aut illum, qui semel est sacerdos reddere laicum, vt arguatur bene impressio characteris in anima sacerdotis, aliaque proferat de non repetenda benedictione sacræ Vnctionis, & si per illam character non imprimatur indelebile; adhuc dicendum est recte sub Tridentino, Florentino, & alijs Concilijs, & canonibus dictum esse in prædictis sacramentis Baptismi, confirmationis, & Ordinis non dari reiterationem; in alijs verò admitti; quia in illis character imprimitur in anima, non tamen in alijs.

Tota vero difficultas consistit in assignanda 5
ratione prædictæ rationis, quare specialiter in tribus dictis sacramentis, Baptismi, confirmationis, & ordinis imprimatur character indelebile in anima, in cæteris autem non sic; indeque reiterari illa non debeant; hæc verò reiterantur quotidie, & quam tradit Sahagun *supra sub dicto n.10. in fine*, & nempe quia character est signum, vel symbolum præstans potestatem suscipiendi aliquid spirituale; quam ex alijs refert idem Cardinalis Lugo *supra dict. sect. 1.n.8.* vt quod per hæc sacramenta detur potestas ad aliquid spirituale, nempe per Baptismum potestas passiua ad recipienda alia sacramenta, per confirmationem potentia ad actum confessionis fidei, per ordinem potestas ad actus ordinis; hancque communiter assignant interpretes ordinarij iam adducti.

Tameu quia, & hæc in sufficiens videtur ra-
tio, cum posset Deus dare illis sacramentis talem 6
potestatem absque charactere, sicut omnes homines habent de facto potestatem in lege gratiæ ex Christi institutione ad conferendum valide sacramentum Baptismi, quam potestatem prius non habeant; & tamen hæc potestas habetur absque vllo charactere; nec enim datut potestas confirmato ad aliquid, ad quod non esset potestas in non confirmato; siquidem vterque potest credere, & profiteri suam fidem coram Tyranno; similiterque in ordinatione Diaconi, vel Subdiaconi, datur talis distincta potestas ad aliquem actum, quem nó posset in rigore, & valide exercere non ordinatus; licet id non posset facere licite propter Ecclesiæ prohibitionem, indeque sequi, si datur peculiaris potestas in his sacramentis, hoc non approbare characterem, cum posset Deus (vt dictum est) dare talem potestaré absque charactere.

Quare vt dissoluat Eminentiss. Cardinalis Lu- 7
go *supra n. 9.* ait supposita institutione Christi, (quæ magis authoritate, quàm ratione probanda est) reduci debere ad congruentiam desumptam ex his, quæ fiunt in exercitu, vel familia Principis, vbi ij, qui designantur ad peculiaria officia, vel obsequia, designari etiam solent peculiaribus signis, & notis, quibus à cæteris discernantur.

Siquidem olim milites notabantur, charactere 8
impresso, vt discernerentur ab alijs, item & Magistratus, & famuli peculiaribus signis discernantur, vt de exercitu bene ordinato notat Vbaldensis cum aliis *tom. 2. de sacram. cap. 100. versus finem*, dari distinctionem totius exercitus ab alijs, & distinctionem equitum à pedibus, & denique Ducum à cæteris: sic etiam congruum fuisse, vt in familia, etiam summi Principis Christi, eius famuli milites, & Ministri peculiaribus signis notarentur † inquiens per characterem Baptismalem,
distingui totum exercitum totius Ecclesiæ ab 9
exercitu Diaboli, per characterem confirmationis distingui

diſtingui deſtinatos ad certamen ſpiritualem contra fidei perſecutores, à communi populo, per characterem Ordinis diſtingui Duces à reliquis; quia ordinati adminiſtrandum ſacramenta deputantur, vt ſunt Duces in populo: hæc refert Lugo ex Viualdo. 10 † Et concludit cum illo, vt ſola illa ſacramenta debeant characterem imprimere, quæ notanter diſtinguunt familiam in comparatione ad Dominum; id eſt quæ peculiariter conſtituunt aliquem in officio, vel miniſterio familiæ Chriſti; in Baptiſmo ſcilicet dari characterem, quo Baptizatus deſignatur, tanquam ſeruus, & Domeſticus Chriſti pertinens ad eius familiam. In confirmatione dari characterem militarem, quo deſignatur homo, tanquam miles Chriſti. In ordine denique dari characterem, quo deſignatur homo, tanquam Miniſter Chriſti ad diuerſa miniſteria iuxta diuerſitatem ordinis, quem recipit.

11 Nec diſcrepat Sahagun ab hoc modo exponendi *de ſacramentis ſupra n.* 20. 21. *&* 22. quatenus reddens rationem rationis, quare character potiſſimum in tribus dictis ſacramentis conſiſtat; dum ait in Baptiſmo; eo quod ſit ſignum ſingulare, aditus ſcilicet ad reliqua ſacramenta, quo ab aliis mundi gentibus Catholicis baptizati diſcernuntur. In Confirmatione; quia eſt ſignum ſingulare, quo puſilles roboramur ad fidem publicè propagandam, & ab aliis Catholicis recenter baptizatis, antequam confirmentur ſeiungimur (Iuxta quæ late dixi *in tit. præcedenti in tract. de ſacramento confirmationis.*) In ordine verò, quia ſymbolum eſt, quo ab aliis etiam Catholicis, & confirmatis ſe gregamur, cum conſter non æqualia eſſe omnia ſacramenta, nec in eadem pariter à Chriſto inſtituta fuiſſe; & ſic communiter videntur diſtinguere omnes ſcribentes de ſacramentis in genere, inter quos ex modernis Suarez *diſp.* 11. *ſect.* 1. Filiucius *tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 7. *q.* 3. *n.* 117. *&* 118. Ægidius Trullench, *de ſacram. lib.* 1. *dubio* 5. *n.* 1. vbi cum eodem Suarez dicit cætera ſacramenta characterem non imprimere; quia dictis tribus affirmans Trid. de aliis negat tacite.

12 † Igitur, vt explicat Beccanus *infra cap.* 4. *in principio* character proprie ſignificat ſignum, vel ſigillum, quo res aliqua ſignari ſolet ob aliquam ex tribus cauſis. Primo vt cognoſcatur & ab aliis diſtinguatur, quo pacto oues ſolent ſignari charactere Domini ſui. Secundo vt in maiori pretio habeatur: quo pacto pecunia eſt ſignata Regio ſigillo. Tertio vt ad aliquod officium deputetur, vt milites ſignantur charactere militari.

13 Itaque dicendum eſt prædicta tria ſacramenta, ſicut definitum eſt *in dict. canone* 9. *Trid. ſeſſ.* 7. *de ſacram. in genere*; & videatur ſic receptum per traditionem Eccleſiaſticam à temporibus Apoſtolorum, vt dicunt Bellarminus *lib.* 2. *de ſacram. cap.* 20. Becanus *de ſacram. in genere cap.* 4. *q.* 1. n 4. ſic colligentes ex locis ſacræ ſcripturæ, vt 2. *Corinth.* 1. verſ. 21. ibi, *qui vnxit nos Deus, & ſignauit nos*, & *Eph.* 1. *verſ.* ibi: *in quo & credentes ſignati eſtis*; item *Eph.* 4. *verſ.* 30. ibi *nolite ſpiritum ſanctum contriſtare*, eſſeque de fide, & ſentiat ita Mater Eccleſia probant Suarez, & Trullench, *ſupra ex dict. can. Trident, & ex Florent ſub Eugen. IV.* explicantes prædicta ſcripturæ loca cum Patribus, & Doctoribus *vnxit, nos & ſignauit*; ideſt vnxit nos per gratiam, & ſignauit nos charactere, & illud, *in quo ſignati eſtis*, id eſt charactere.

14 Quo pacto exiſtimo intelligendos DD. qui dicunt, ideo prædicta tria ſacramenta non poſſe repeti, alia repeti poſſe, non aliam dantem cauſam huius diſcriminis, niſi *Character*, etenim quædam ſacramenta repeti non poſſunt; quia quando ſemel data ſunt ſemper manent in ſuo effectu; alia enim repeti poſſunt; quia non manent, nec in ſe, nec in ſuo effectu, cum ſcilicet gratia, quæ eſt effectus aliorum ſacramentorum, facile amitti poſſit, ſæpeque amittatur; quod ſi aliquando non amittatur, tamen augeri poſſit, vt patet; ſicque poſſe repeti ſacramentum, vt gratia augeatur, ſicut quotidie contingit in ſacramentis, ſacræ Vnctionis, Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ 15 † Hoc enim in charactere non contingit; eo quod nequit augeri per repetitionem eiuſdem ſacramenti, ex hac inquam ratione colligit Beccanus *dict. cap.* 4. *q.* 1. *in fine*, recte oſtendi cur tria dicta ſacramenta Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis non repetantur, & alia repetantur, vt Concilium Trid. docet addens, quod ſi hæc non admittatur, nulla alia poſſit reddi ſufficiens, vt prolixe oſtendit Bellarm, *dicto lib.* 2. *cap.* 22. & ego cum eo: ſiquidem non diſcrepat ab expoſitione Cardinalis Lugo, & Viualdi iam adducta in hoc modo exponendi per illa, quæ ante dixi *in principio dicti cap.* 4.

16 Iam ergo non obſtant adductæ obiectiones contra communem exponendi modum *ſupra* in verſ. *communis inquam*: quia ad vltimum de matrimonio reſpondeo, vt quamuis matrimonium reiterari eodem coniuge non poſſit, adhuc non imprimat characterem ex defectu alterius conditionis: quia ſcilicet non conſtituit hominem in aliquo officio ſpirituali, ſeu miniſterio pertinente ad Chriſtum, ratione cuius oporteat hominem peculiari nota inſignire: ita Cardinal Lugo *dict. diſp.* 4. *de ſacram. in genere, ſect.* 1. *ſub n.* 12. in verſ. *quamuis* 17 † vbi addit matrimonium non ſolum de facto poſſe iterari cum alio coniuge, mortuo primo, ſed etiam cum eodem, v. g. ſi moreretur vir, & poſtea miraculosè reſurgeret: nam cum iſto caſu vterque coniux maneat ſolutus; & liber à primo matrimonio, cuius vinculum durabat vſque ad mortem iuxta illud Paul. 1. ad Corinth. 7. *Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit; quod ſi dormierit vir eius, libera eſt, cui vult nubat*, vt obſeruat cum aliis Henriquez *lib.* 1. *de ſacram. in genere cap.* 13. *in margine litt. F*: inde inferentes, & alij communiter, quod reſurgens vir, non poſſet iam priori vxori licite copulari abſque nouo contractu matrimonij; & ſic vt poſſet reiterari inter eoſdem coniuges ſacramentum matrimonij.

18 Imo etiam dicit Lugo ſub *dicta n.* 12. *in fine*, hoc idem abſque miraculo accidere poſſe, ſi poſt matrimonium, ſcilicet ratum, & non conſummatum, alter coniux fieret Religioſus: nam cum in tali caſu per profeſſionem diſſolueretur prius matrimonium iuxta quæ late dico, & docent DD. per textum *in cap. verum de conuerſ. coniugatorum*, poſtea vero ſi per diſpenſationem Pontificis ille profeſſus rediret ad ſæculum, & contraheret matrimonium, poſſet iterum cum priori coniuge contrahere ſecundum matrimonium Ex quibus probat matrimonium eſſe iterabile, etiam inter eoſdem coniuges: & ſic non bene argui, vt poſſet ex hoc capite imprimere characterem non iterabilem.

19 Ex quo non implicat obiectio *ibi* adducta in

dict.

sacram.in genere disp.6.sect.1.n.5. Torreblanca *de Iure spirituali lib.2.cap.2.n.45.* Hurtado, *disp. 3. de sacrament.in genere dif.10.& 14.* Richardus *in 4.sentent.dist.5.art.5.q.4.* Vbi Sotus, & alij, Guillielm. Albertinus *de sacram.confirm.* vers. *qui sigillum*, plures refert super hac Rub. scribentes Barbosa *hic* ex antiquis, Babus, Ioannes Andreas, Anania, Panormit, Ancharran, Buti, Ioannes de Londris *in Breuiario sanctorum canon. fol.164.vers. Petrus de Rauena in compendio Iuris canon.* Guillielmus Durand. *specul.in Breuiario aureo Iuris Canonici fol.27* Martin. Menart, *in epitome decretal.fol.28.* Dani venator. *in analysi methodica Iuris Pontificij à pag.73.* Gofred, & Hosthens. *in summa huius tituli*, Alex Cassan, & Anastas. Germ. *in paratitlis decret. sub hoc*, Petr. Alfonsus de Basconcel. *in Armonia Rub. Iuris canonici*, Bartholom. Cartagena, & Ioannes Honorius *ad tit. nostrum.*

2 Sed quia huius Rubricæ occasione solent canonici interpretes plura de sacramentis in genere dicere, nec alius sit locus in quinque libris Decretalium, vbi de hac materia possit agi, libuit antequam ad propriam, quæ sub Rubro inscribitur disputare de illa non longe, vt faciunt scholastici Theologi; nec vt aliqui summistæ moderniores, sed non ita laconicè, vt facit hic Andreas Valensis, qui per tres §§. agit in primo de varijs acceptionibus, nominis sacramenti, de eius definitione. In §. secundo de numero omnium sacramentorum dicens, vt quædam sint necessaria, quædam vero voluntaria. Deinde in §. fin. ponens sacramenta tria *num.praced.* relata, quæ reiterari non possunt, *num. fin.* concludit, vt quia cætera sacramenta characteram non imprimunt, vt sunt Sacra Vnctio, Pœnitentia, Eucharistia, & Matrimonium reiterari vtique possunt; & quod hæc frequentissime ex iam adducta ratione characteris indelebili reiterari possint, dixit Sahagun *de sacram.in genere n. 19.* interpretatus sub illa differentia Iura de hoc loquentia *in cap.licita 33. q.7.cap. quomodo 40. vers. siquidem de consecrat. dist 4.cap.1.2.& 3.nostri tit.* Florent. Concil.cum D. Thom. *q.63.* Soto *dist. 1.q.4.art.6.* Canisio Sensonio, Nauarro, Cucho, & alijs, adducens cum Theologis rationem, nempe quia ita ab Ecclesia pro Diuino cultu fuerit Diuina institutione dispositum, vt constat ex dictis Iuribus.

3 Communis inquam adducta ratio, quare sacraméta Baptismi, Cófirmationis, & Ordinis iterari non possunt, cætera vero sic, videtur non esse firma, quia etsi ex impressione Characteris arguatur, bene non posse illa iterari, pro vt inculit Trid. *dict. can. 9.* tamen non bene videtur econtra argui; ex eo quod iterari non posuit, quod imprimant characterem, cum consecratio calicis, vel Ecclesiæ, ac etiam prima tonsura iterari non possint, quæ nec imprimunt characterem. Econtra verò etiam videtur non firma respectu sacramentorum, quæ possunt iterari; quia matrimonium licet possit iterari cum alio Coniuge, non tamen cum eodem. Ergo posset imprimere characterem limitatum, scilicet respectu illius coniugis, sicut ordo subdiaconatus imprimit characterem ordinis; & tamen adhuc subdiaconus potest recipere sacramentum ordinis in Diaconatu, & Presbyteratu, & alium nouum characterem.

4 Verum etsi ita arguat Eminentissimus Cardinalis Lugo *dict.disp. 6. de sacramentis in genere sub dicto n.5.& 11.& sub n. 7.* in fine non sequi ex eo, quod Ecclesia numquam possit iterare ordinationem sacerdotis, aut illum, qui semel est sacerdos reddere laicum, vt arguatur bene impressio characteris in anima sacerdotis, aliaque proferat de non repetenda benedictione sacræ Vnctionis, & si per illam character non imprimatur indelebile; adhuc dicendum est rectè sub Tridentino, Florentino, & alijs Concilijs, & canonibus dictum esse in prædictis sacramentis Baptismi, confirmationis, & Ordinis non dari reiterationem; in alijs verò admitti; quia in illis character imprimitur in anima, non tamen in alijs.

Tota vero difficultas consistit in assignanda ratione prædictæ rationis, quare specialiter in tribus dictis sacramentis, Baptismi, confirmationis, & ordinis imprimatur character indelebile in anima, in cæteris autem non sic; indeque reiterari illa non debeant; hæc verò reiterantur quotidie, & quam tradit Sahagun *supra sub dicto n.20. in fine*, & nempe quia character est signum, vel symbolum præstans potestatem suscipiendi aliquid spirituale; quam ex alijs refert idem Cardinalis Lugo *supra dict.sect.1.n.8.* vt quod per hæc sacramenta detur potestas ad aliquid spirituale, nempe per Baptismum potestas passiua ad recipienda alia sacramenta, per confirmationem potentia ad actum confessionis fidei, per ordinem potestas ad actus ordinis; hancque communiter assignant interpretes ordinarij iam adducti. 5

Tamen quia, & hæc in sufficiens videtur ratio, cum posset Deus dare illis sacramentis talem potestatem absque charactere, sicut omnes homines habent de facto potestatem in lege gratiæ ex Christi institutione ad conferendum valide sacramentum Baptismi, quam potestatem prius non habeant; & tamen hæc potestas habetur absque vllo charactere; nec enim datur potestas confirmato ad aliquid, ad quod non esset potestas in non confirmato; siquidem vterque potest credere, & profiteri suam fidem coram Tyranno; similiterque in ordinatione Diaconi, vel Subdiaconi, datur talis distincta potestas ad aliquem actum, quem nō posset in rigore, & valide exercere non ordinatus; licet id non posset facere licite propter Ecclesiæ prohibitionem, indeque sequi, si datur peculiaris potestas in his sacramentis, hoc non approbare characterem, cum posset Deus (vt dictum est) dare talem potestatē absque charactere. 6

Quare vt dissoluat Eminentiss. Cardinalis Lugo *supra n. 9* ait suppositam institutione Christi, (quæ magis authoritate, quàm ratione probanda est) reduci debere ad congruentiam desumptam ex his, quæ fiunt in exercitu, vel familia Principis, vbi ij, qui designantur ad peculiaria officia, vel obsequia, designari etiam solent peculiaribus signis, & notis, quibus à cæteris discernantur. 7

Siquidem olim milites notabantur, charactere impresso, vt discernerentur ab alijs, item & Magistratus, & famuli peculiaribus signis discernantur, vt de exercitu bene ordinato notat Vbaldensis cum alijs *tom.2.de sacram.cap.100. vers ius finem*, dari distinctionem totius exercitus ab alijs, & distinctionem equitum à pedibus, & denique Ducum à cæteris: sic etiam congruum fuisse, vt in familia, etiam summi Principis Christi, eius famuli milites, & Ministri peculiaribus signis notarentur; inquiens per characterem Baptismalem, distingui totum exercitum totius Ecclesiæ ab exercitu Diaboli, per characterem confirmationis 8 9

distingui

diſtingui deſtinatos ad certamen ſpiritualem con-
tra fidei perſecutores, à communi populo, per
characterem Ordinis diſtingui Duces à reliquis;
quia ordinati adminiſtrandum ſacramenta depu-
tantur, vt ſunt Duces in populo: hæc refert Lugo
10 ex Viualdo. † Et concludit cum illo, vt ſola illa
ſacramenta debeant characterem imprimere, quæ
notanter diſtinguunt familiam in comparatione
ad Dominum; id eſt quæ peculiariter conſtituunt
aliquem in officio, vel miniſterio familiæ Chri-
ſti; in Baptiſmo ſcilicet dari characterem, quo
Baptizatus deſignatur, tanquam ſeruus, & Dome-
ſticus Chriſti pertinens ad eius familiam. In con-
firmatione dari characterem militarem, quo de-
ſignatur homo, tanquam miles Chriſti. In ordine
denique dari characterem, quo deſignatur homo,
tanquam Miniſter Chriſti ad diuerſa miniſteria
iuxta diuerſitatem ordinis, quem recipit.

11 Nec diſcrepat Sahagun ab hoc modo expo-
nendi *de ſacramentis ſupra n.20.21. & 22.* qua-
tenus reddens rationem rationis, quare character
potiſſimum in tribus dictis ſacramentis conſiſtat;
dum ait in Baptiſmo; eo quod ſit ſignum ſingula-
re, aditus ſcilicet ad reliqua ſacramenta, quo ab
aliis mundi gentibus Catholicis baptizati diſ-
cernuntur. In Confirmatione; quia eſt ſignum ſin-
gulare, quo puſilles roboramur ad fidem publicè
propagandam, & ab aliis Catholicis recenter
baptizatis, antequam confirmentur ſeiungimur
(Iuxta quæ late dixi *in tit. præcedenti in tract.
de ſacramento confirmationis.*) In ordine verò,
quia ſymbolum eſt, quo ab aliis etiam Catholicis,
& confirmatis ſe gregamur, cum conſtet non
æqualia eſſe omnia ſacramenta, nec in eadem pa-
riter à Chriſto inſtituta fuiſſe; & ſic communiter
videntur diſtinguere omnes ſcribentes de ſacra-
mentis in genere, inter quos ex modernis Suarez
diſp.11.ſect.1. Filincius *tom.1.tract.1.cap.7.q.3.
n.117. & 118.* Ægidius Trullench, *de ſacram.lib.
1.dubio 5.n.1.* vbi cum eodem Suarez dicit cæte-
ra ſacramenta characterem non imprimere; quia
dictis tribus affirmans Trid. de aliis negat tacite.

12 † Igitur, vt explicat Beccanus *infra cap. 4. in
principio* character propriè ſignificat ſignum, vel
ſigillum, quo res aliqua ſignari ſolet ob aliquam
ex tribus cauſis. Primo vt cognoſcatur & ab
aliis diſtinguatur, quo pacto oues ſolent ſignari
charactere Domini ſui. Secundo vt in maiori pre-
tio habeatur: quo pacto pecunia eſt ſignata
Regio ſigillo. Tertio vt ad aliquod officium de-
putetur, vt milites ſignantur charactere mili-
tari.

13 Itaque dicendum eſt prædicta tria ſacramenta,
ſicut definitum eſt *in dict. canone 9. Trid.ſeſſ.7.de
ſacram.in genere*; & videatur ſic receptum per
traditionem Eccleſiaſticam à temporibus Apo-
ſtolorum, vt dicunt Bellarminus *lib. 2.de ſacram.
cap.* 20. Becanus *de ſacram.in genere cap. 4. q.1.*
n 4. ſic colligentes ex locis ſacræ ſcripturæ, vt 2.
Corinth.1.verſ.21. ibi, *qui vnxit nos Deus, &
ſignauit nos*, & *Eph. 1. verſ.* ibi: *in quo & cre-
dentes ſignati eſtis*; item *Eph.4.verſ.30.* ibi *nolite
ſpiritum ſanctum contriſtare*, eſſeque de fide, &
ſentiat ita Mater Eccleſia probant Suarez, &
Trullench, *ſupra ex dict can Trident, & ex Flo-
rent ſub Eugen. IV.* explicantes prædicta ſcrip-
turæ loca cum Patribus, & Doctoribus *vnxit, nos
& ſignauit*; id eſt vnxit nos per gratiam, & ſigna-
uit nos charactere, & illud, *in quo ſignati eſtis*,
id eſt charactere.

Quo pacto exiſtimo intelligendos DD. qui 14
dicunt, ideo prædicta tria ſacramenta non poſſe
repeti, alia repeti poſſe, non aliam dantem cau-
ſam huius diſcriminis, niſi *Character*, etenim
quædam ſacramenta repeti non poſſunt; quia
quando ſemel data ſunt ſemper manent in ſuo
effectu; alia enim repeti poſſint; quia non ma-
nent, nec in ſe, nec in ſuo effectu, cum ſci-
licet gratia, quæ eſt effectus aliorum ſacra-
mentorum, facile amitti poſſit, ſæpeque amit-
tatur; quod ſi aliquando non amittatur, ta-
men augeri poſſit, vt patet; ſicque poſſe repeti
ſacramentum, vt gratia augeatur, ſicut quotidie
contingit in ſacramentis, ſacræ Vnctionis, Eu-
charistiæ, & Pœnitentiæ † Hoc enim in chara- 15
ctere non contingit; eo quod nequit augeri per
repetitionem eiuſdem ſacramenti, ex hac inquam
ratione colligit Beccanus *dict.cap.4.q.2. in fine*,
recte oſtendi cur tria dicta ſacramenta Baptiſmi,
Confirmationis, & Ordinis non repetantur, & alia
repetantur, vt Concilium Trid. docet addens,
quod ſi hæc non admittantur, nulla alia poſſit red-
di ſufficiens, vt prolixe oſtendit Bellarm, *dicto
lib.2.cap.22.* & ego cum eo: ſiquidem non diſcre-
pat ab expoſitione Cardinalis Lugo, & Viualdi
iam adducta in hoc modo exponendi per illa,
quæ ante dixi *in principio dicti cap.4.*

Iam ergo non obſtant adductæ obiectiones 16
contra communem exponendi modum *ſupra* in
verſ. *communis inquam*: quia ad vltimum de
matrimonio reſpondeo, vt quamuis matrimo-
nium reiterari eodem coniuge non poſſit, adhuc
non imprimat characterem ex defectu alterius
conditionis: quia ſcilicet non conſtituit hominem
in aliquo officio ſpirituali, ſeu miniſterio perti-
nente ad Chriſtum, ratione cuius oporteat homi-
nem peculiari nota inſignire: ita Cardinal Lugo
dict.diſp.4.de ſacram.in genere ſect.1.ſub n. 12.
in verſ. *quamuis* † vbi addit matrimonium non 17
ſolum de facto poſſe iterari cum alio coniuge,
mortuo primo, ſed etiam cum eodem, v. g. ſi mo-
reretur vir, & poſtea miraculosè reſurgeret: nam
cum iſto caſu vterque coniux maneat ſolutus; &
liber à primo matrimonio, cuius vinculum dura-
bat vſque ad mortem iuxta illud Paul. 1. ad Co-
rinth. 7. *Mulier alligata eſt legi quanto tem-
pore vir eius viuit; quod ſi dormierit vir eius, li-
bera eſt, cui vult nubat*, vt obſeruat cum aliis
Henriquez *lib.1. de ſacram. in genere cap. 13. in
margine litt. F*: inde inferentes, & alij commu-
niter, quod reſurgens vir, non poſſet iam priori
vxori licite copulari abſque nouo contractu ma-
trimonij; & ſic vt poſſet reiterari inter eoſdem
coniuges ſacramentum matrimonij.

Imo etiam dicit Lugo ſub *dicta n.12.in fine*, 18
hoc idem abſque miraculo accidere poſſe, ſi poſt
matrimonium, ſcilicet ratum, & non conſumma-
tum, alter coniux fieret Religioſus: nam cum in
tali caſu per profeſſionem diſſolueretur prius ma-
trimonium iuxta quæ late dico, & docent DD.
per textum *in cap. verum de conuerſ. coniugato-
rum*, poſtea vero ſi per diſpenſationem Pontificis
ille profeſſus rediret ad ſæculum, & contraheret
matrimonium, poſſet iterum cum priori coniuge
contrahere ſecundum matrimonium Ex quibus
probat matrimonium eſſe iterabile, etiam inter
eoſdem coniuges: & ſic non bene argui, vt poſ-
ſet ex hoc capite imprimere characterem non
iterabilem.

Ex quo non implicat obiectio *ibi* adducta in 19

dict.

dict.vers.*communis* de non reiterandis benedictionibus calicis, ac Ecclesiæ, aut etiam primæ tonsuræ, quia etsi Iuxta Iuris regulas factum sit, vt hæc semel benedicta, acconsecrata, iterum non benedicantur, siue consecrentur, non inde sequi, oon iterantur; ergo imprimunt characterem, sicut à contrario valet, imprimunt characterem prædicta tria sacramenta; ergo sequitur inde quod reiterari non possunt. Etenim in relatis calicis, & Ecclesiæ benedictionibus, ac in in prima tonsura, oon repugnat, vt posset Pontifex calicem consecratum ita reducere ad priorem statum rei profanæ, vt indigeret noua consecratione; nec repugnat, vt posset Clericum aliquem primæ Tonsuræ ita deponere, vt redderet ad primum statum, & fieret laicus; atque adeo indigeret noua ordinatione, vt iterum fieret clericus, sicut etiam de sacerdotibus antiquæ legis dicit Pater Vazquez *de sacram. disp.4.de charactere n.38.* dicens non habuisse sacerdotium omnino indelebile; quia poterat deponi sacerdos; ita vt nec licite, nec valide posset alterius exercere officium sacerdotale absque noua

20 ordinatione, sicque non recipere characterem. † Quod si relatum a Lugo *supra num. 6.* de prima tonsura impugnatum, vt ipse impugnat *n.7.dict. sect.1.* vt libenter admitto, eo quod illa non iteretur ratione characteris semel impressi: tamen procedit explicatio de consecratione, siue benedictione calicis, & Ecclesiæ; quia hæc est instituta Iure positiuo Ecclesiastico, vt *infra* dico *in tit.de consecrat.Ecclesiæ, vel altaris.* Ex quibus vt probat Andreas Valensis *hic §. fin.* in fine patet sacram Vnctionem, quæ in administratione sacramentorum, Baptismi, confirmationis, & ordinis, adhibentur, non esse reiterabilem; eam vero, quæ adhibetur in sacra Vnctione esse iterabilem.

21 Iam ergo pro complemento Rubricæ duxi notare primo, quod potest res aliqua dupliciter signari, primo charactere sensibili, & corporali, vt milites signantur; item vt ouis ferro candenti signata distinguitur à non signatis, sicut & quælibet alteres signo munita distinguitur ab aliis, vt dicunt Beccanus *dict. cap. 4. in princip.* vbi dicit alio modo signari, scilicet charactere spirituali, quo signatur anima hominis Christiani, & hoc agi in dictis tribus sacramentis, in quibus dictum est *Characterem* imprimi, hancque vocem significare formam, figuram, aut signum, quo res tali signo munita dicernitur ab aliis, vt ex communi dici Ægidius Trullench, *dicto dub 5. de sacram.*

22 *in genere n.2.* † Vbi quo *Character* est vox quædam Græca prædicta significans, quam veteres Patres, & scholastici accipiunt pro signo, aut sig-

23 naculo, seu nota distinctionis † Et quod character est qualitas spiritualis realiter ab anima distincta, eique Diuinitus infusa, quâ redditur homo aptus ad sacramenta suscipienda, vel administranda, & ad alia Diuini cultus opera, vt late ad Patres explicant DD. ex D.Thoma *in 3.p. q. 63. art. 2. 4 & 6.* Valentia *tom. 3. disp.3.quæst. 4.* Suarez *in 3.p.disp.12.sect. 2. & 4.* & alij communiter.

24 Notandum est secundo, quod etsi character Baptismi, Confirmationis, & Ordinis differant inter se specie, sicut ipsa sacramenta, & quia ad diuersos fines ordinantur, sed habere inter se quandam connexionem; quia character Confirmationis, & Ordinis, necessario supponi characterem Baptismi; iodeque fieri, vt si confirmatio, vel ordo conferantur, non Baptizato, conferantur inualide *ex capit. Veniens de Presbytere non baptizato*: de quo videndi sunt Ægidius Trullench, *supra dicto dubio 5. num. 7.* Henriquez *lib. 10. cap. 24.* Bonacina *tom. 1. disp.1.q.5.p.3.* Quatenus etiam dicunt quod character ordinis nullam habet connexionem cum charactare confirmationis: & ob id si conferatur ordo non confirmato, teneat, imo, & quod recipiens ordines absque confirmatione oon peccet mortaliter, de quo ao ita sit dixi *supra tit. proximo in tract. de sacramento confirmationis*; item etiam dicunt quod characteres ordinum oon habent necessariam connexiooem inter se, & quod inde teneat ordinatio per psaltum, sufficiatque vt ordines prætermissos suscipiat.

Notandum est tertio characterem habere quin- 25
que præcipuas proprietates, quas referunt Ægidius Trullench, *dicto dubio 5.n.fin.* Filiucius *tom. 1.tract.1.cap.7.q. 8.* primo quod consecrerant animam Deo, veluti templum quoddam, ita vt sicut in templo Dæmones ab ea arcentur, vbi exauditur facilius oratio, excitatur deuotio, sic fiat immunis à vi Dæmonis, nisi adsit peculiaris dispensatio. Secundo quod per illum transit homo in Ius Dei *1.Corinth. 6.vbi non estis vestri &c.* & vt patet ex iam adductis. Tertio quod per illum assimilatur Christo, eiusque membris, & distinguitur ab aliis. Quarto, quod per illum disponimur ad alia sacramenta, vel recipienda, vel ministranda, vt iam *supra* dictum est. Quinto inquam, vt etiam dictum est, sit indelebile signum, quia non habet contrarium, quod est in subiecto incorruptibili, nempe *anima*; & quia est animæ coosecratio, quæ
æterno tempore durat. † Similiter & quod cha- 26
racter, nec amittatur per peccatum, aut per degradationem, vel mortem, vt patet ex Trid. *sess. 3. canon.9.* & Florent. *in instructione Armenorum*, vt docet communis cum D.Thoma *dict.q.63.art. 5.* indeque fieri, prædicta sacramenta Baptismi,
confirmationis, & ordinis, noo esse reiterabilia † 27
imo & sequi etiam mortuum antea Baptizatum, vel confirmatum, vel ordinatum, si Diuinâ potentiâ resurgat, non esse iterum Baptizandum, confirmandum, vel ordinandum, quia prior character semper durat: videndi sunt etiam Bonacina *tom. 1.disp.1.q.5.puncto 3.* Henriquez *lib.1.cap.13.* &
alij communiter sic docentes † & Beccanus *de* 28
sacram.in genere q.2.cap.4.& q. 3. vbi postquam dixit quod character non est relatio, sed absoluta qualitas contra Scotum dicentem esse relationem realem, & Durandum firmantem esse relationem rationis; & quod ille sit in prima specie qualitatis,
vbi explicat. † Concludit *dict.q. 3.* quod Chara- 29
cter sacramentalis est immediate in sola anima, tamquam subiecto, quod sit indelebilis, nec repeti possit, quia character non habet contrarium, à quo corrumpatur, prætereaque existat in subiecto
incorruptibili † addens quod non est sicut habi- 30
tus fidei, & aliarum virtutum, qui per actus contrarios tolluntur, nec sicut gratia Iustificans, & habitualis, quæ per peccatum mortale extinguitur, & quia character est quædam consecratio animæ hominis Christiani, quæ tandiu durat, quandiu res consecrata &c.

Notant quarto Doctores characterem sacra- 31
mentalem non reperiri in Angelis, etsi illios sint capaces, quia noo recipiunt sacramenta, nec in Christo Domino, quia noo recipit sacramenta à se instituta (excepta Eucharistia,) deinde, quia character (vt dictum est) est signum ouium, seruorum,

seruorum, & militum, Christus autem est Pastor, Dux, & Dominus; & quod inde ratione suæ diuinitatis excellentiori quodam modo sit designatus in Ducem, & Principem, vt dicunt Filiucius *tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 7. *numero* 126. Bonacina *tom.* 1. *disp.* 1. *q.* 5. *puncto* 2. *num.* 4.
32 Trullench, *dicto dubio* 5. *n.*6.† vbi cum eodem Filiucio, dicit quod fuit character in Beata virgine, & Apostolis, in illa quidem; quia suscepit Baptismum; & confirmationem; io his autem quia præter illos duos characteres habuerunt illum ordinis.

33 Et quia plura de charactere sacramentali; ad quam speciem qualitatis pertineat, & qualem supernaturalem habeat, & in quo subiecto sit character, est de aliis eius proprietatibus disputent Durandus *in* 4. *dist.* 4. Suarez *dict. disp.* 11. Bellarmin. *lib.* 2. *de effectu sacramentorum cap.* 19. Vasquez *disp.* 134. *cap.* 2. Sotus *in* 4. *dist.* 1. *q.* 4. cum aliis Lugo *de sacram. in genere* longe agens *dicta disp.* 6. *sect.* 2. *&* 3. Becanus, *vbi supra*, & alij supra adducti, & de illis quæstionibus, an character sit aliquid reale, siue relatio realis prædicamentalis, de quibus Vasquez, Suarez, Bellarm; & alij *supra*, Hurtad *de sacram. disp.* 3. *dif.* 11. Granados *tract.* 2. *disp.* 2. Bonacina *supra disp.* 1. *quæst.* 5. Lapus *de sacram. lib.* 4. *cap.* 2. *quæst.* 2. *art.* 1. omnes Theologi cum D. Thoma *dicta quæst.* 63. *art.* 2. Leander cum aliis *p.* 1. *de sacram. tract.* 1. *disp.* 3. *q.* 17. *&* 18. de Castillús cum aliis *tract.* 1. *disp.* 2. *dubio* 15. *& n.* 459. Scotus *in* 4. *dist.* 6. *q.* 10. Maior *ibi*
34 *dif.* 6. *q.* 1. † Item disputant etiam de alia quæstione, an character ad secundam speciem qualitatis, nempe ad potentiam ad egendum, vel recipiendum pertineat; de qua idem Suarez *dicta disp.* 11. *sect.* 3. Vasquez *disp.* 134. *num.* 70. Ægidius *quæst*, 63. Bellarmin. *dicto cap.* 19. Ochogauia *q.* 15. *n.* 9. Hurtado *disp.* 3. *dif.* 12. Lugo *supra n.* 48. Duardus *dist.* 5. *art.* 2. *q.* 1. *ad* 3. Marsilius *dist.* 4. *art.* 1. *ad tertium* Catherinus *in opusculo de charactere*, Layman, Bonacina, Salas, & *alij* negantes prout refert idem Leander *supra quæst.* 19. qui dicit cum omnibus Thomistis, Archangelo, Marchino, Caietano Valentia, Henriquez, vtroque Ledesma, Viguerio, Capreolo D. Antonino, Paludano, & aliis, characterem ad secundam speciem qualitatis pertinere; quia est potentia actiua, vel passiua in ordine ad conficienda, vel recipienda sacramenta quædam iuxta effectus iam adductos characteris Baptismalis, confirmationis, & ordinis, & alias difficultates DD. scolastici tractent, non nostri instituti inuestigandas; ideo de charactere tantum quæstiones sequentes decreui tractare quæ ad summistas, canonistas, Theologosque morales magis adaptantur.

QVÆST. II.

An character ita sit indelebilis, vt etiam post mortem, tam in Beatis, quàm damnatis permaneat? Et an ita in alia vita permaneat, vt maneat cum potestate sibi annexa ad valide recipienda, vel danda alia sacramenta? Et an circumcisio in lege veteri characterem imprimeret? Et an si v. g. matrimonium imprimeret characterem indelebilem, posset iterari, etiam inter diuersos coniuges.

SVMMARIVM

2 *Character sic est indelebilis, vt post mortem resurgens non egeat nouo Baptismo, confirmatione, vel ordine, &* n. 2. *vbi cum qua potestate maneat, &* n. 3.

4 *Veteris legis sacramenta, nec circuncisio characterem imprimebant*, vt numero 5. & 6.

6 *Veteris legis sacramentis non fiebant aliqui ex familia Christi, & si per aliqua daretur gratia, vt* n 6.

7 *Character si imprimeretur in matrimonio, non posset iterari, quoad eosdem coniuges. Quid quoad diuersos Coniuges* numero 8. 9. & 10.

10 *Characteres ordinum non habent necessariam connexionem inter se.*

AD primam quæstionis partem respondeo affirmatiue ex dictis in hac Rub. sub vers. *notandum est tertio*, in vers. *imo & sequi*, cum maneat character, vt *ibi* dixi etiam post mortem subiectatus in anima, quæ semper viuit, alias inquam contra quod *ibi* dictum est, sequeretur, vt christianus, vel sacerdos, qui post mortem miraculosè resurgeret, esset iterum Baptizandus, confirmandus, & ordinandus, quod dici nequit, vt docent relati supra, & DD. cum D. Thoma *dict. quæst.* 63. *art.* 5. *ad tertium*, Suarez, Lugo, Hurtad, Sayrus, & alij proximi in fine Rubricæ adducti 1 alios sequitur Moure *p.* 3. *cap.* 1. §. 9. *n.* 7. inter quos Armilla, Vualdus, cum aliis Castrus Palao *de sacram. tract.* 18. *puncto* 11. *n.* 5. Vasquez, & Bonacina penes ipsum, de Castillo *dicto tract.* 1. *disp.* 2. *dubio* 16. *&* 18. Archangelus *dict.* 4. *pag.* 32. *col.* 1. *&* 2. Leander *de sacram. tract.* 1. *disp.* 3. *q.* 21. Ægidius Conink *dict. q.* 63. *art.* 5. *n.* 16. vbi dicit id esse omnino certum, & verum est, & si negatiuam sententiam esse probabilem insinuent, Lugo *dict. disp.* 6. *sect.* 4. *n.* 69. *pag.* 112. Hurtado *dicta disp.* 3. *dif.* 14. Ochogauia *de sacram. q.* 16. *n.* 8. Suarez *dicta q.* 63. *art.* 5.

Ad secundam quæstionis partem, an character ita in alia vita permaneat, vt maneat cum potestate sibi annexa & Magis distant DD. quia etsi S. Thomas *sup. q.* 64. *art.* 7. *ad* 2. & Suarez *disp.* 13. *sect.* 1. Philibertus *tract.* 1. *de ordine p.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. *pag.* 60. expresse Henriquez *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 4. & probabilius dicat Leander *dict. disp.* 3. *tract.* 1. *q.* 22. ex adductis, fundamentis, dicentes quod si forte per miraculum 2

suscitetur homo, non sit rebaptizandus, nec initiandus confirmatione, & ordine, qui sacerdos abiit, cum retineat indelebiliter suam pristinam potestatem, Dignitatem, virtutem, & officium sacerdotis; ita vt Beatus, resumpto corpore, posset absoluere, aut consecrare eucharistiam, quod non facit de lege; quia vsus potestatis soli viato-
3 ribus commissum est à Christo: sic Henriquez. † Quod tamen negant Vasquez *dicta disp.* 134. *cap.* 3. Ægidius *dicta quæst.* 63. *n.* 18. Hurtado *dict. dis.* 14. & Ochogauia *dict. q.*16. Lugo *de sacram. disp.*8.*n.*1.*&* 2.*pag.*122. Castrus Palaus *dicto tract.* 18. *puncto* 11. *num.* 17. de Castillo *dicta disp.* 2. *dubit.*16.*n.* 478. ex ea ratione; quia frustra maneret post hanc vitam talis potentia, seu potestas, cum nullum sui exercitium habere posset, sed ex iam dictis, vtraque in suo sensu sustinetur sententia.

4 Ad tertiam quæstionis partem, an circumcisio in lege veteri characterem imprimeret? Et quia communis est Doctorum resolutio, vt iam *supra* breuiter dixi in Rubrica, sacramenta legis veteris nullum impressisse characterem; quia nullum illorum deputabat hominem, vel designabat ad aliquem effectum supernaturalem conferendum, vel recipienda, sicut faciunt aliqua nostra sacramenta, scilicet Baptismus, confirmatio, & ordo, vt latissime scripsi sub Rub. & docent DD. cum D. Thoma *q.*63.*art.*1.*ad* 3. Vasquez *dicta disp.*134.*n.* 40. Philibertus *tract.* 1.*de ordine cap.* 4. *p.* 3. *num.* 14. Leander *supra q.* 16. Beccanus *de sacram in genere* cum eodem D.Thoma *cap.*4.*q.* 1. & cum aliis passim ex eo, quia non erant instituta ad conferendum effectum spiritualem ex opere operato, sed tantùm legalem.

5 Et licet Scotus *in* 4. *dist.* 6.*q.*9. loquendo de sacramento circuncisionis, dicat concedi posse de circuncisione, & referat Lugo *de sacram. in genere disp.*6.*sub n.*10. quod idem posset dici de sacramento legis naturæ, quod tollebatur peccatum originale: tamen iam adducti, & idem Cardinal. Lugo veriorem partem negatiuam dicunt videri; quia per illa sacramenta aliquis non fiebat ex familia Christi, nec eius Minister, aut miles; & quod sic non oportebat eum designari
6 charactere Christi, † & quia licet per aliqua sacramenta dictæ legis daretur gratia; sed quia non constituebat hominem in officio, cui annexa esset operatio spiritualis, nec aliter se haberet gratia, quam si data fuisset propter opera meritoria, vel alio modo; ideo optime resolutum esse nulla sacramenta legis antiquæ characterem impresisse.

7 Ad quartam quæstionis partem, an si matrimonium imprimeret characterem indelebilem posset reiterari? Et quatenus ad eosdem coniuges respondetur cum eodem Cardinali Lugo *dicta disp.*6.*de sacram.sect.* 1. *n.*15. non posse reiterari; quia sicut nũ sacerdos mortuus, & resurgens, iterum non indiget noua ordinatione; eo quod retineat characterem sacerdotalem, vt dictum est *hic* in vers. *ad primam*, & vers. *ad secundam*, & sopra in Rub. circa finem sub dicto vers. *notandum est tertio*; sic & tunc coniux retinens characterem matrimonij contracti, non indigeret nouo contractu matrimonij; supponit ergo Lugo characterem illum non fuisse deletum, sed forte talem, qualem conferunt tria relata sacramenti Baptismi, Confirmationis; & Ordinis de facto scilicet *signum spirituale, & indelebile.*

Dubium autem maius facessit, an inter diuer- 8
sos coniuges posset reiterari, scilicet mortuo primo, cum coniuge altero; in quo videtur dici, vt possit iterari; quia sicut qui habet characterem vnius ordinis, potest accipere characterem alterius ordinis: sic qui haberet characterem matrimonij ad vnum coniugem, posset accipere characterem ad alium, cum ergo primum matrimonium dederit suos effectus sorum ad primum coniugem non esset otiosus secundus character, quo conferretur potestas, & Ius in ordine ad alium coniugem. † Adhuc tamen idem Eminent. Car- 9
dinalis Lugo *dict.disp.*6.*n.*14. verius admittit dicendum; quod si matrimonium imprimeret characterem, non esset reiterabile, etiam cum alio coniuge. Et probat primo, nam si post matrimonium ratum, coniux emitteret professionem in Religione, adhuc retineret characterem, & per consequens maneret vere coniux alterius, vt dicit, vt si postea rediret ad sæcolum ex dispensatione, & contraheret cum alio, iam esset simul duorum coniux; ergo ex impressione characteris infert sequi non posse valide contrahi, tunc secundum matrimonium, & exinde etiam sequi, quod mortuo priori coniuge, non posset contrahere: nam si vxor v. g. retineret priorem characterem, adhuc ex vi illius esset vxor prioris viri; ita vt resurgente illo, deberet illo copulari, quod si alteri iam nupsisset, sequeretur vt esset simul vxor duorum, quod repugnat valido matrimonio, concluditque sequi ex retentione characteris, vt non posset matrimonium etiam cum alio reiterari.

Nec obstat fundamentum sententiæ contra- 10
riæ, vt de se patet, quia vt iam sub Rubro dixi, characteres ordinum non habent necessariam connexionem inter se: nam vt quemadmodom *ibi* dixi in vers. *notandum est.secundo*, ordinatio per psaltum tenet, ac sufficit, vt ordines prætermissos suscipiat: ita melius in exemplo posito num. præced. continget de ordinatis in inferioribus ordinibus sacerdotio; quia illis receptis, non sic imprimitur completus character ordinis sacerdotalis, quin accipiendo ordinandus sacerdotalem ordinem illum extendat ad aliquos alios effectus, quos Presbyter exercet in suo ministerio, quales non consequitur Diaconus, vel subdiaconus per characterem iam sibimet impressum: itaque dici debet Iuxta Trident. *sess.* 7. *de sacram. can.* 11. quatenus colligit ex charactere, quod in illis tribus sacramentis, scilicet probetur bene ex impressione characteris illa non posse reiterari, quia dum manet sacerdotij character, ille homo est vere sacerdos, supponit completum characterem per alios etiam ordines inferiores susceptos: ita inquam videtur expendendum ex mente dicti Cardinalis Lugo *sub dict.n.*13. *in fine*, & aliorum, etsi non ita clare exponere videantur.

* * *

QVÆST.

QVÆST. III.

An quia Rubrica nostra inscribitur de sacramentis non iterandis, congrue nihilominus agi possit de cæteris sacramentis reiterabilibus, & de eorum usu, administratione, ac subiecto, cui ministrantur? vbi quid sit sacramentum, quibus nominibus sumatur; & quid sit signum? An Christus Dominus ea instituerit, quo in loco, qua ratione, quæ sit eorum natura? Et quo inquam numero in lege gratiæ fuerint instituta, ac de aliis breuiter?

SVMMARIVM.

1 *Rubrica de sacramentis non iterandis ex communi intellectu scriptorum, extenditur ad tractationem aliorum sacramentorum, quæ possunt iterari.*

2 *Sacramenti plures definitiones, vera* numero 5.

3 *Ens per accidens dicit nonnulli esse sacramentum, & sic definiri non posse; alij verius contra, vt* n. 4.

5 *Sacramenti vera definitio constans ex genere, & differentia* n. 6. & 7.

7 *Sacramentum qua de causa deducitur à sacrando.*

8 *Sacramenti nomen quas acceptiones habeat* n. 9. & 10.

10 *Sacramentum extenditur ad significanda occulta mysteria; licet non sint sacra. Et significat etiam pignus à litigantibus in loco sacro repositum, vt* n. 11.

12 *Sacramentum qua in significatione accipiatur in titulo hoc de sacram. non iterand.*

13 *Sacramenta septem Ecclesiæ dicuntur specialia signa sanctitatis.*

14 *Signum iuxta Dialecticos quid sit, & quotuplex* numero 15. *Et qualiter in sacramentis rem sacram significet* n. 16.

16 *Sacramentum quodlibet est signum rememoratiuum passionis Christi, demonstratiuum gratiæ, & prognosticum Gloriæ.*

17 *Sacra omnia, etsi dispensent ad sanctificationem, non tamen sunt sacramenta; & sic nec crux, nec serpens æneus nec alia, vt hic, &* numero 18. 19. 20. 21. 22. 23.

18 *Matrimonium in lege veteri non fuit sacramentum, sed solum signum rei sacræ in se.*

19 *Martyrium non fuit sacramentum.*

20 *Aqua lustralis, siue benedicta non est sacramentum.*

21 *Sacramentalia non sunt sacramentum.*

22 *Actus virtutum non sunt sacramenta.*

27 *Sacrificium, vt sacrificium qualiter dicatur, vt non sit sacramentum.*

24 *Gratiæ nomine intelligitur gratia sanctificans animam.*

25 *Signum positum in definitione sacramenti, debet esse sensibile, & practicum, & significans, non ad placitum, sed ex institutione Diuina, vt* n. 26.

27 *Christus Dominus instituit omnia sacramenta Ecclesiæ, vt Deus, qui causa est primaria, & authoritatiua omnium sacramentorum.*

28 *Sacramenta certum est immediate à Christo Domino fuisse instituta; & si de nonnullis aliter senserint aliqui* numero 29. 30.

30 *Christi humanitas vt vnita Diuinitati, fuit causa efficiens instrumentalis institutionis omnium sacramentorum, & qualiter* n. 44. & 47.

31 *Sacramenta omnia Ecclesiæ instituta esse à Christo est de fide, &* numero 32. *vbi ex Patribus etiam probatur, & Trid. ac congruentia, & aliis fundamentis* n. 33. 34. 35. 36. 37. *Et in sacra scriptura vt* n. 38. 39. *&* 40.

39 *Sacramenta sunt quasi fundamenta Ecclesiæ.*

40 *Apostoli non fundarunt Ecclesiam, solum quidem fuerunt dispensatores ministeriorum Dei, non institutores, vel authores, & promulgarunt sacramenta suo tempore, vt* n. 42.

41 *Christus Dominus potuit Apostolis communicare potestatem instituendi, sed de facto eam eis non communicauit.*

43 *Moyses veteris legis fuit tantum promulgator, non institutor, cuius solus Deus fuit author, vt* n. 45. 46. & 47.

46 Paul *ad Galat. cap. 3.*

47 *Christus Dominus plus quid fecerit secundùm humanitatem in sacramentis nouæ legis, quàm Moyses in sacramentis veteris legis.*

48 *Sacramenta nouæ legis non eodem tempore à Christo Domino instituta fuerunt.*

49 *Sacramenta nouæ legis tribus de causis fuerunt à Christo instituta, & aliis* num. 50. 51. 52.

51 *Religio vlla discerni valet sine sacramentis.*

53 *Sacramenta Ecclesiæ gratiam, quam conferunt significant.*

54 *Sacramenta nouæ legis sunt septem contra hæreticos negantes aliqua, vt & contra aliquos catholicos* n. 55.

56 *Sacramenta quare septem, & non plura, seu pauciora, &* n. 57. & 60.

57 *Sacramenta instituta sunt, vt medicina ad sanandas nostras infirmitates quæ sunt septem.*

58 *Sacramenta Ecclesiæ non sunt inter se paria, etsi habeant connexionem, & qualiter de Eucharistia, Baptismo, & aliis* n. 59. *vbi quod vnum quodque excellentius est alio suo modo speciali.*

60 *Sacramenta septem à Tridentino definita qualiscumque in species diuidantur non sunt plura.*

1 AD primam difficultatis partem ratio dubitandi est; quia cum *supra titul. praced. & sub tit. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum* tantum sit actum de sacramentis Ordinis, Confirmationis, & Vnctionis; alia inquam sacramenta Gregorius IX. compilator decretalium reseruarit tractanda *sub lib. 3.* vbi de Baptismo, quod est sacramentum irriterabile, in quo imprimitur character, & in dicto lib. egerit de sacramento eucharistiæ; & *in lib. 4.* egerit de matrimonij sacramento, ac *in libro 5.* de sacramento Pœnitentiæ, quæ reiterabilia sunt; imo & *supra dict. tit. praced.* egerit de sacramento sanctæ Vnctionis, quod est etiam reiterabile, & hoc quasi intempeste innectere titulum de sacramentis, scilicet non iterandis, cum valente, vel post integram tractationem omnium sacramentorum, commodius, siue clarius scriberet; ideo & quia ipse Pontifex de omnibus septem sigillatim sacramentis Ecclesiæ tractarit ex proposito, videamque vt ante eam specificam tractationem, tam Theologi scholastici, quam Theologiæ moralis interpretes, & Doctores, quoties assumunt tractatum de sacramentis, scribere incipiant à tractatu de sacramentis in genere; Deindeque descendant ad agendum, de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia, Pœnitentia, sacra Vnctione, Ordine, & Matrimonio; ideo in præsenti Rubrica, etsi in scripta de sacramentis non iterandis, potuit esse mens Pontificis Alex. vt ab scriptoribus ageretur hac occasione generaliter de omnibus sacramentis in genere, vt sic cognita eorum institutione, & quæ illorum propter characterem, quem imprimunt sunt irreiterabilia Iuxta proxime adducta *quæst. 2. præced. & sub Rub. à num. 1.* descenderent scriptores, sicut, & ipse compilator fecit sub Rubro ad tractandum de sacramentis, quæ iterari non debent supplendo caute, quod in eis fuisset prætermissum, vt patet ex *cap. 1. & fin. hic*, & Iuxta hunc modum nouissime Andreas Valensis *hic §. 1. num. 1.* post alios scritores inceperit tractare de sacramentis in genere; quatenus quia in aliis titulis egerit de sacramento ordinis, confirmationis, & Extremæ Vnctionis; & quia inter sacramenta quædam reiterari, seu iterum conferri possint; quædam non; inde despiciendum fore quænam sint iterabilia, quæ non, quo tantùm prætextu agit *ibi per tres §§. de sacramentis in genere*, & Iuxta interrogationes *à n. sequenti* à nobis disquirendas quare iam ad cætera dubia breuiter pergamus.

2 Ad secundam partem quæstionis quid sit sacramentum; quia Bellarminus ex multis Doctoribus *lib. de sacram. cap. 11.* Suarez *tom. 4. in 3. parte quæst. 60. disp. 1. sect. 4.* Coninck *de sacram. quæst. 60. art. 4. dubio 1.* Bonacina *tomo 1. disp. 1. quæst. 1. puncto 1. in initio*, & alij varias adducunt sacramenti difinitiones; & alij plures assignant sacramentorum Ecclesiæ definitiones. Prima illa vulgaris, nempe *sacramentum est signum rei sacra* Iuxta quam, & sequentem Diuus Augustin. *supra, textum in capite sacrificium 32. de consecrat. dist. 2.* & Concil. Florent. *de sacram, in princ.* Trid. *sess. 7.* melius *sess. 13. de sacram. eucharistia cap. 3.* glossa verbo *sacramentum in dicto capite sacrificium*, *glossa 1. in cap. constitutio 3. de consecrat. dist. 2.* & in hac Rubrica, inter Pontificios secundum Nauar. *in man. cap. 22. numero 1.* Chuchum *instit. moral. lib. 5. tit. 1. numero 4.* Sahagun, *de sacram. numero 8.* & inter Theologos, alij ex D. Thoma *quæst. 60. art. 1. & 2. parte 3.* & ita Valens. *hic ex dicto cap. sacrificium numero 2. §. 1.* definit, vbi commendat videndum textum *in cap. multi 84. circa medium 1. q. 1.* in vers. *sunt autem sacramenta*, de quo infra *seu sacramentum est innisibilis gratia, visibilis forma, eiusdem gratia imaginem gerens, & causa existens*, vt tradit Magister sentent. *in 4. dist. 1.* Vasquez *in 3. part. q. 60. art. 4. disp. 128. cap. 3. num. 26.* Grassius *in 2. part. lib. 1. cap. 1. num. 7.* Archangel. *dist. 1. pag. 4.* vel *sacramentum est corporale, vel materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine representans, & ex institutione significans, & ex sanctificatione continens aliquam innisibilem, & spiritualem gratiam* secundùm Vgonem de S. Victore *lib. 1. de sacram. part. 9. cap. 2.* vel quarta *sacramentum est signum rei sacra in quantum est sanctificans homines* Iuxta D. Thom. *supra art. 2.* Quinta nempe *vt sit innisibilis gratia, signum visibile ad nostram sanctificationem diuinitus institutum*, vt apparet ex catechismo Canisij. seu quod sit *signum visibile innisibilis gratia formaliter hominem Iustificantis* Iuxta Diuus Augustin. *lib. 10. de ciuitate Dei*, D. Thom. *dict. quæst. 60. art. 2.* Magistrum *supra*, Molfesium, Pesantium, Carolum, Franciscum de Raconis, Canisium, & alios; quos refert Leander *part. 1. de sacram. disp. 1. quæst. 1.* septima, *vt sit signum sacrum, non solùm significans, verùm etiam infallibiliter efficiens rem sacram sanctificantem homines* Iuxta Bonacinam *de sacram. supra dict. disp. 1. numero 1.* & Gaspar Hurtado *de sacrament. disp. 5.* aliter definit dicendo, *vt signum sensibile sanctitatis*. Et Nona definitio sit, quam ponit Emminentissimus Cardinalis Lugo *de sacram. in communi disp. 1. sect. 1. numero 23.* postquam plures retulerit ibi *à numero 1.* ac improbauerit, dicit, vt sit *caremonia sensibilis, qua suo vsu sanctificande, subiectum, significat gratiam internam, cuius est causa*. Et decima, *vt sit signum sensibile stabili aliqua lege institutum, vt conferat aliquam sanctitatem externam, & significet, & causet internam* secundùm Iacob. Granadum *tomo 4. in 3. p. controuers. 3. de sacram. tract. 1. q. 2. n. 3.*

3 Videamque has omnes definitiones à nonnullis notari, eo quod non recte illis adæquate definiatur sacramentum in genere; indeque possem incidere, & prolabi in dicto eorum, qui radicitus tollunt quæstionem præsentem negantes sacramentum definiri posse; quia est ens per accidens aggregatum ex multis, scilicet ex materia, & forma non vnitis rursus ex rebus, & significatione; & quod ens per accidens non potest habere vnam definitionem, sed sicut continet plura entia; ita debeat habere plures definitiones, vt refert idem Cardinalis Lugo *dicta sess. 1. disp. 1. de sacram. n. 1.* videri traditum ab Aristotele *7. Metaphysicor, cap. 4.* vbi *n. 2.* ait quod hæc sententia tribuitur aliquibus apud Vasquez in præsenti *dicta disp. 128 cap. 1.* qui late examinat, textum Aristolis explicans.

4 Sed quia idem Vasquez *vbi proxime* probat Aristotelem non negasse omnibus modis posse definiri *ens* per accidens, sed solùm primario sicut etiam de accidentibus dicit ibi non posse

primario

primario, & simpliciter definiri, sed solum secundario, & secundum quid; quia non sunt entia simpliciter, sed secundùm quid, cum certum dicat entia per accidens posse aliquomodo definiri; quia possumus exacte declarare quid sit Domus, & quid requiratur ad eius essentiam; & quod de hoc genere definitionis sermo sit; quando petitur sacramenti definitio in communi; ideo ego, etsi non improbem vllam relatarum definitionum, quarum quælibet optimos habet Patrinos, ques referunt adducti, etsi primas quinque carpat Beccanus *de sacram. quæst.* 2. item, & alias idem Cardinalis Lugo *dicta sess.* 1. *à n.* 2. *disp.* 1. aliter cum magna Doctorum turba definiendum existimo.

5 Ergo sacramentum *est res sensibilis subiecta, quæ ex Dei institutione sanctitatis, & Iustitiæ, tum significanda, tum efficienda, vim habet*, & hanc optimam vocant Beccanus *vbi supra de sacrament. dict. quæst.* 2. *numero* 6. & Ægidius Trullench, *de sacram in princ. numero* 6 & ambo post alias definitiones dicentes hanc magis propriam videri; eo quod magis explicat essentiam sacramentorum nouæ legis; & quod ita tradita est in catechismo Romano ad Parochos à Pij V. iussu Tridentini edito; vbi *de sacram. in genere*; & sic Andreas Valensis *hic dict. numero* 2. post primam, & secundam relatas definitiones dicit explicatius sacramentum esse, *vt sit inuisibilis gratiæ, visibile signum ad nostram Iustificationem institutum* ex dicto catechismo *capite* 1. *numero* 3. *in fine*, & prædictæ dicit Trullench, *supra*, vt æquiualeat hæc breuior, nempe *signum, & causa rei sacræ sanctificantis nos*, & quod earum quæuis sit adæquata, & perfecta, cum constet ex genere, & differentia; & quod genus est signum, in quo conuenit cum vocibus, & aliis rebus significantibus; esse autem signum quid essentiale in sacramentis dicit S. Thomas, & cum eo communis *in* 3. *parte dicta quæst.* 60. *art.* 1. indeque in sacra scriptura Genes. 17. *circuncisio*, quæ sacramentum erat dicatur signum fœderis, *& Baptismus* à Paulo *Rom.* 6. vocatur signum sepulturæ; & resurrectionis Christi, & *Eucharistia* sacra dicitur 1. *corinth.* 11. signum passionis Christi Domini.

6 Et quod differentia in prædicta definitione sit signum rei sacræ sanctificantis nos, hoc est vt explicat communis cum Diuo Thoma 3. *parte dict. quæst.* 60. signum gratiæ sanantis, & Iustificantis hominem: sic Trullench, alia addens, & Beccanus *dicta quæst.* 2. *numero* 6. Colligit ex relata definitione catechismi tria, nempe spectare ad essentiam sacramenti, *primo* vt sit signum sensibile. *secundo* vt significet sanctitatem, & Iustitiam ex Dei institutione. *Tertio* vt eandem efficiat; & ob id ait dicere passim Theologos quod sacramentum est signum practicum; quia non tantùm significat, sed etiam efficit quod significat; & ego sic colligo ex sequentibus verbis Gregorij relati *in dicto capite multi* 84. 1. *quæst.* 1. quatenus dicit ibi: *sacramentum vere est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, vt aliquid significare intelligatur, quod sanctè accipiendum est* item & ex sequentibus ibi: *sunt autem sacramenta Baptisma, chrisma corporis, & sanguinis Christi, quæ ob id sacramenta dicuntur; quia sub tegumento corporalium rerum, virtus Diuina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur, vnde & à secretis virtutibus, vel sacris, sacramenta dicuntur, quæ ideo fructuosè penes Ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens spiritus eorunuem sacramentorum latenter operatur effectum &c.*

Vnde dico cum communi, quam sequitur 7 Ægidius Trullench, *cap.* 1. *de sacram. sub dicto numero* 6. quod sacramentum est, non solùm res sacra, & cæremonia religiosa sacra in se, qua ratione dicitur *à sacre*, sed etiam ex parte rei significatæ, quæ est gratia formaliter sanctificans homines effectiue, & instrumentaliter dicitur res sacra; quia sic efficit, & producit rem sacram, & sanctificantem homines, eaque ratione deducatur à sacrando; propter quod præcipuè sacramenta nouæ legis distinguantur à sacramentis veteris legis: nam illa vetera sacramenta significabant quidem gratiam, non vero illam efficiebant, nec causabant; nostra inquam, & illam significent, ac causent, & efficiant ex opere operato, tamquam Diuina instrumenta, & in recipientibus, non ponentibus obicem; proindeque in definitione ponatur *signum, & causa rei sacræ sanctificantis nos.*

Ad tertiam quæstionis partem quibus no- 8 minibus sacramentum sumatur, breuiter dico prædictum nomen magnam semper apud omnes, etiam barbaras acceptionem habuisse: nam olim fuit mos astringendi milites exercitus, sacramento; sic vt propter scelus aliquod, aut nefas miles mulctabatur militia sacramenti iuxta, *l.* 2. *§. miles ff. de his, qui notantur infamia, l. milite* 13. *l. fin. ff. de re milit. l.* 3. *cod. de immunit. concessa in cod. Theodos*, cuius originem, & vestigia refert Alexand. ab Alex. *dierum genialium lib.* 1. *capite* 20. *in fine*, eleganter Carol. Sigon. *de antiquo Iure ciuium Romanorum lib.* 1. *cap.* 6. *de Iure prouinciar. lib.* 1. *cap.* 7.

Vnde recte potuit hoc nomen sacramentum 9 significare iuramentum diuino testimonio, aut in vocatione alicuius rei sacræ confirmatum iuxta quæ dixi, *infra sub Rubric. de Iure Iur*, sicque frequenter vsurpari in iure non modo canonico, sed etiam ciuili, dicit Valensis, *hic §.* 1. *numero* 1. *per textum in dicta l. miles §. ignominiosa ff. de re milit. & per textum in auth. sacramenta puber, cod. si aduersus vendit*, Sicque summa ait apud scriptores, tam gentiles, quàm Christianos, & late Cou[illegible]n *cap. quamuis pactum in princ. numero* 2. [illegible]magun, *vbi supra numero* 5. etiam per textum. *in cap.* 1. *§. item sacramenta de pace Iuramento firmanda in feudis*; Sicque frequentissimum esse in nostro iure Pontificio, vt *in capite sacram. cum pluribus sequentibus* 24. *quæst.* 4. *cap. qui sacramento* 2. *quæst* 4. dicensque Romanos Sacramentum traxisse, etiam ad omnes actiones forenses, & conuentionales, cuius tamen formulas antiquas retulit, atque originem Carolus Siganius, *lib.* 1. *cap.* 11. *de Iudice*; & in hac significatione accipit sacramentum D. Hieronym. *epist.* 1. *ad Eliodor*, *& Tertullian. lib. ad Martyres capite* 13. *capite* 3. *& lib. de corona militis cap.* 11. vt refert Trullenh, *de sacram. cap.* 1. *num.* 1.

10 Tertio significat idem quod sacrum arcanom: sic Paul. 1. *ad Timot.* 3. itaque incarnatio vocatur *magnum pietatis sacramentum* dicit hic Valensis *dict. numero* 1. & Sahaguo *supra de sacram. in genere numero* 6. dixit, vt si quid arcanum, aut mirabile Diuina, maxime numina, respiciens erat, veterum sacramentum appellabant, huiusque rei honorificum testimonium esse Danielis *capite* 4. cui loquens Nabuchodooosor, ait quooiam *ego scio quod spiritum sanctum habes in te, & omne sacramentum non est impossibile, inter visionesque*; indeque Valensis *vbi supra*, ait quod sacramentum extenditur quarto ad significanda occulta mysteria; licet ooo sint sacra vt patet ex Apocalypsi *capite* 17. res illas occultas significans per bestiam, & mulierem vocari *sacramentum bestia, & mulieris*; ad quod videtur illud Tobiæ 12. etiam Regis, sacramentum abscondere bonum *est*, & Paul. *ad ephes. capite* 1. *&* 2. *Tim. cap.* 3. *dict. capite multi ei* 85. 1. *quæst.* 1. *& capite multa* 38. *eadem dist.* ibi *in magnum comptemptum diuinorum sacramentorum incurrunt*, idem Sahagun, & Trullench, *dict. cap.* 1. *de sacram. numero* 2. vbi quod in sacra scriptura significat rem sacratam, occultam, & absconditam ex Paul. *ad ephes.* 1. *ibi*, vt notum faceret sacramentum voluntatis suæ, & ex dicto Thobiæ *capite* 12. ibi *sacramentum Regis*, id est secretum Regis *abscondere bonum est*, Trullench, *supra dict. numero* 2. vbi quod sacramentum idem est, ac latine, quod græce *mysterium*, quod præcipue mysterium rem secretam significat iuxta illud Mathæi 12. *vobis datum nosse mysterium, Regni Dei.*

11 Etiam sacramentum significat pignus à litigaotibus in loco sacro positum, vt dixit Varro *lib.* 1. *de lingua latina*, & cum eo Valensis *hic dict. n.* 1. *qui &* 5. ait vt sacramentum sigoificet rei sacræ sigoum; ita etiam Trullench, *dict. cap.* 1. *probans n.* 3. ex D. Paulo *ad ephes. cap.* 5. qui loquens de matrimonio primorum Parentum dixit, *sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia*; id est quod fuit signum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ, Bellarm. *lib.* 1. *de sacramentis in genere cap.* 8. vbi agit de nomine sacramenti, eius antiquitate; & quod verbum Hebræum, & Græcum ei correspondeat.

12 Etenim, quia ex his sacra, & Pontificia schola sacramentum appellat exteriorem illum cultum, interiorem professionem externis, & visibilibus signis, & ritibus declaratam: sic Bernard. *de cæna Domini*, Ambros. *de sacram. lib.* 4. *cap.* 4. August. *de ciuitate Dei lib.* 10. *cap.* 5. *& ex dicto cap. sacrificium* 32. *de consecrat. dist.* 2. *cap.* 1. *&* 2. *hoc tit. & de sacra Vnctione, & Baptismo*, Concil. Florent. *de sacram. in princ.* Trid. *dicta sess.* 7. in eaque significatione sacramentum varias habere definitiooes, de quibus iam *supra* ex vers. *ad primam* dixerit Sahagun *de sacram. sub n.* 7. pluraque de hac voce adduxerint Bellarmin. *lib.* 1. *de sacram. dict. cap.* 8. Vasquez *in* 3. *p. D. Thoma quæst.* 60. *disp.* 128. *cap.* 1. Suarez *tomo* 4. *in* 3. *p. quæst.* 60. *in præfatione*, & Valensis *hic dict.* §. 1. *sub num.* 1. dixerit, vt quatenus accipitur sacramentum pro signo rei sacræ, in hacque significatione in nostro tit accipi; non quidem ita generaliter, sed provt significat signum rei sacræ perfectè sacrantis, atque initiantis hominem; & sic Ecclesiæ catholicæ vsu, sanctorum Patrum, & Theologorum sacramentum significet, vt dictum est cæremoniam, aut rem sacram, & signum sensibile à Christo institutum res sacræ sanctificantis nos, nempe signum gratiæ, & sanctitatis internæ, qua apud Deum sancti redimimur. † Et 13 sic ab omnibus Theologis in hac materia septem sacramenta specialia, signa sanctitatis dicantur, vt refert etiam Trullench, *dicta cap.* 1. *num.* 4. cum aliis; ideo in hac significatione, suppositis difioitionibus antea adductis, sumendom esse sacramentum quoad nostrum titulum patet.

14 Et quia sacramentum dicitur *signum rei sacræ &c.* ideo oportet intelligere quo pacto sumatur signum, & qualiter in præsenti materia; igitur *signum*, vt Dialectici defioiunt est, *quod præter speciem, quam sensibus ingerit, facit aliquid aliud in cognitionem venire*, imo inter nos sic defioiunt DD. per textum *in cap. signum* 33. *dist.* 2. *de consecrat*, *&* in Trid. *sess.* 7. *canon.* 6. *& sess.* 13. *de sacram. Eucharistiæ cap.* 3. sic ergo, vt ootat Valensis ex vestigio alicuius terræ, aut nauis impresso, cognoscimus aliquem transiisse, vbi *n.* 3. dicit, quod signum est duplex, scilicet naturale, quale est fumus respecto ignis, & ex institutione ea, quæ vel humana, vt hedera vini vel Diuina. In hoc rursus dicit esse duplex, aliud speculatiuum, aliud practicum, & speculatiuum, quod tantum significat, & nihil efficit, hoc pacto scilicet serpens æneus erat signum Christi in crucem erigendi, & multa alia in lege Mosaica erant signa futurorum. Practicum verò dici, quod non solùm significat, sed etiam efficit, & operatur huiusmodi, dicit quod sit ablutio in Baptismo, quæ significat, & efficit ablutionem internam animæ à peccato.

15 Et sic docent D. Thom. *in* 4. *part. quæst.* 6. *art.* 1. *&* 2. Sotus *in* 4. *dist.* 1. *q.* 1. *art.* 1. *&* 2. Cardinalis Ossius *in confessione Polonica, cap. de sacram.* Somnius *de sacram. capit.* 3. *catechism. Rom. vbi supra*, Sahagun *de sacram. à n.* 9. per dictom in Concilio Trid. & Floreot. *sess.* 7. *&* 13. per illas res notas, & visibiles ad ignotarum, & inuisibilium cognitionem facilius deueniri; item & quod sacrameota appellantur signa quoniam externa illa specie, & similitudine id oobis referunt, & declarant, quod per ipsa nobis Deus, cum inuisibiliter, & spiritualiter agit, vt in Baptismo scilicet ablutio exterior, quæ sordes corporis purgat, efficax signum, & symbolum est interioris ablutionis (vt dixi) quæ spiritualiter animam purificat, vt in textu *in dicto capite signum cum sequentibus*: ita Diuus Augustinus *in* 2. *de doctrina Christiana, capite* 1. *signum definiens vt* ad præsens attinet.

16 Ex quibus patet; vt non quælibet signa Ecclesiæ sint sacramenta, sed certa sacrosancta, & ædificacia nobis ex Diuina institutione commendata: quare positum est qood sacramentum sit signum rei sacræ, vt oon quæcumqoe quantumcumque sacro sancta sit, sacramentum dicatur, cum res sacra in præsenti accipiatur certa scilicet; & sacro sancta ex Diuina instituturione, homines sanctificans, gratia gratum faciens, eiusque actio, quæ animas Deo consecrat, vt docuerunt Diuus Thomas, & alij proxime adducti; item & glossa

in

n cap. constitutio, & vt apparet ex Trid & Flotent. *vbi supra*. Iraque notant Theologi cum D. Thoma 3. *p. dict. q.* 60. *art.* 3. quodlibet sacramentum esse signum rememoratiuum passionis Christi, demonstratiuum gratiæ, quam confert, & ptonosticum Gloriæ, ad quam gratia ordinatur, vt exemplificat in sacramento Baptismi, & Eucharistiæ, Trullench. *de sacram. cap.* 1. *n.* 8. ex illo Cantico Ecclesiæ, *O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratiâ, & futura Gloria nobis pignus datur.*

17 • Vnde iam satis liquet non omnia sacra esse sacramentum, quæ licet disponant ad sanctificationem, non tamen perfectè sanctificant, nec sunt signa causa gratiæ, & huius generis sunt crux, quam adoramus, *cap. crucis de consecrat. dist.* 3. & imagines Christi; quia tantùm sunt speculatiua rei sacræ signa, non verò intrinsecè sanctificantis, qualis est gratia sacramentalis, nec serpeos æneus, & Maona, & que aliæ figuræ veteris testamenti non fuerint sactamentum, quia, etsi veram gratiam significarent, nullam tamen
18 sanctitatem in suo vsu conferebant, † nec fuerit matrimonium legis veteris sacramentum, cum solum fuerit signum rei sacræ in se, non autem sanctificantis, nec fuerit demonstratiuum, sed prognosticum. Nec verba illa à Christo dicta Magdalenæ Lucæ 7. ibi *remittuntur tibi peccata tua*, nec linguæ igneæ in adoentu Spiritus sancti, quia non fuerunt signum firmum, & stabile ex Christi institotione ad sanctificandos homines.

19 Nec etiam Martyrium fuerit sacramentum; quia etsi ex priuilegio secundum veriorem opinionem ex opere operato causet gratiam; non tameo à Deo ad hoc institutum fuisse: de quibus, & aliis sunt videndi Egidius Conink *in* 3. *p. dict. q.* 60. *art.* 4. *dubio* 1. Egidius Trullench. *dict. cap.* 1. *ex n.* 9.

20 Item nec sunt sacramentum aqua lustralis, siue benedicta, ex *cap. aquam* 20. *de consecrat. dist.* 3. quia non sanctificat proxime, vt sacramentum; sed tantùm est remota dispositio ad sanctificationem, vt ait D. Thomas *in* 3. *p. dict. q.*
21 60. *art.* 2. *ad* 2. † Nec sacramentalia, quæ sunt in vsu Ecclesiæ, vt benedictio Abbatis, Abbatissæ, prima Tonsura, coosecrationes, quæ fiunt in lege noua, quia, etsi hæc omnia sint signa rerum sacrarum, noo verò sanctificantis nos, nec causant gratiam ex opere operato, vt causaot sacra-
22 menta: ita Trullench. *supra n.* 13. & 14. † Vbi addit ex eadem ratione, nec actus virtutum esse sacramenta, quia tantum sanctificant ex opere operantis: aliquid ex istis docet Sahagun *de sacram. dict. n.* 9. Vbi dicit vt oon sint sacramentum sanctæ Ecclesiæ consecratio, sanctæ imagines, reliquiæ *ex cap.* 1. cum seqoentibus *de consecrat. Ecclesia, vel altaris, & ex cap.* 1. cum aliis *de reliquiis, & veneratione sanctorum*; quia vt dixi licet disponant ad sanctificationem, non tamen perfectè sanctificant, nec sunt signa causa gratiæ.

23 Imo idem esse dicendum de sactificio, vt sacrificium, quod non est sacramentum: nam vt sic non ad sanctificationem sacrificantis, sed vt testimonium Dioinæ excellentiæ, & ad protestandum Deum esse auctorem, & Dominum omniom rerum, institutum est, vt docent D. Thom. *in* 3. *p. q.* 8. *art.* 1. Trulench. *dicto cap.* 1. *de sacram. n.* 11. † Ex hisque magis explicite intelli- 24
gitur Andreas Valensis *hic dict* §. 1. *n.* 6. qui postquam dixit in assignata definitione sacramenti, intelligi signum Diuinitus institutum practicum sensibile aliquo sensu, addit nomine autem *gratia* intelligi gratiam sanctificantem animam, & quidem perfectè, vt excludantur sanctificationes, quæ solùm sunt dispositiones ad perfectam sanctitatem, quales sunt sanctificationes vasorum, consecrationes altarium, aquæ benedictæ, & similium.

Et pro vberiori intelligentia dices cum D. 25
D. Thom. *dict.* 3. *p. q.* 60. *art.* 4. Conink. *in* 3. *p.* Suarez *ibi in dicta q.* 6 & Trullench. *dicta quæst.* 1. *n.* 7. signum, qood ponitur in definitione sacramenti, debere esse sensibile ea ratione, quia Ecclesiæ corpus est visibile; item quia homo est visibilis, & sensibilis; & sic oportuisse, vt sacramenta, quibus homines iustificantur instituerentur in rebus sensibilibus; item debere esse signum practicum, & instrumentale (vt iam dixi) quia nouæ legis sacramenta efficiunt, & causant, tanquam instrumenta diuinæ virtutis, gratiam, quam
significant. † Et tertio quod debet esse signum 26
significans, non ad beneplacitum, sed ex diuina iostitutione (vt etiam dixi.) Vltimo quod debeat esse certum, & permanens, & significare cum aliqua similitudine, vt *supra* iam est explicatum. Et hæc omnia posita sunt; qoia Iuara communem primam relatam definitionem, & plures alias *supra in princ.* scriptas in vers. *ad secundam* sacramentum definitur per id, qood sit signum &c.

Ad quartam quæstionis partem, an Christus 27
Dominus instituerit Sacramenta Ecclesiæ Catholicæ? Supponunt ergo DD. Theologi scholastici, & omnes alij, (vt docet Eminentis. Cardinalis Lugo *de sacram. disp.* 7. *sect.* 1. *sub n.* 1.) Deum esse primariam causam institutionis Sacramentorum; quia cum Deus solus sit primarius, & principalis auctor gratiæ quæ per Sacramenta significatur, & causatur, nemo potest instituere signa practica, & efficacia infallibiliter gratiæ, oisi Deus eam vim, & certitudinem communicet: ita etiam ex D. Thoma *dict. q.* 60. *art.* 2. *in p.* 3. Beccanus *de sacram. cap.* 5. *q.* 1. *n.* 1. & sic ait Lugo Sacramenta nostra instituta fuisse à Christo, vt Deo secundum potestatem authoritatis, & primariam, quæ est propria Dei, & Egidius Trulleoch. *de sacram. cap.* 1. *dubio* 4. cum Suarez *tom.* 4. *in* 3. *p.* S. Thom. *q.* 64. *art.* 1. *disp.* 12. *sect.* 1. *conclus.* 1. & 2. & communiter cum aliis ex eodem D. Thoma docent, vt Deus sit causa principalis, & auctoritatiua omnium sacramentorum, tam legis naturæ scriptæ, quam legis nouæ, & euangelicæ, Bonacina *tom.* 1. *disp.* 1. *q.* 3. *puncto* 1. *n.* 2. & 3. Conink, *de sacram. q.* 64. *art.* 1.

Itaque iam ad dubium propositum responde- 28
tur, vt licet non defuerint qui dixerint Christum instituisse per se, vt homo aliqua Sacramenta, aliqua solum mediate per Apostolos, vel Ecclesiam, quibus eam facultatem concessit, vt videtur sentire Hugo de Sancto Victore. *lib.* 2. *de sacram. p.* 15. *cap.* 1 Magister. *in* 4. *dist.* 23. *cap.* 2 qui dicunt extremam vnctionem fuisse institutam ab Apostolo Iacobo. *cap.* 5. *sua epist. Canonica*, & Alex. Alens. *in* 4. *p.* 4. *q.* 24. *membro* 1. confirmationem dixerit institutam in Concilio Meldensi, nec vtraque sententia videatur displicuisse Bonauenturæ *in* 4. *dist.* 7. *q.* 1. & *dist.* 23. *art.* 1. *q.* 2. Altisiodor *lib.* 4. *summa tit.* 2. *cap.* 3. *ac de sacramento*

pœnitentia negáuerit glossa *in princ. de pœnit.*
dist. 5. dum asserit sacramentum pœnitentiæ
fuisse ab Ecclesia in Niceno Concilio institu-
tum; imò & Æstius innuat *in 4. dist.* 1. §. 16.
vers. *his assentiri* vocans probabilem sententiam
relatam, sacramentum Extremæ Vnctionis insti-
tutum fuisse ab Apostolis.

29 Tamen certum iam esse apud omnes sacra-
menta omnia fuisse instituta à Christo Domino
immediatè, probantque ex Trid Concil. *sess.7.de*
*sacram.can.*1. sequentibus verbis loquente: *si quis*
dixerit sacramenta noua legis, non fuisse omnia
a Christo instituta, anathema sit: Sotus, qui
scripsit paulo ante hanc definitionem *in 4.dist.*1.
*q.*5.*art.*2. dicens oppositam sententiam fore te-
merariam, Suarez *in 3.p.q.*12.*§.dico primo*, qui
ait rem esse omnino certam, non audens dicere
quod sit de fide; eo quod in Concilio non mne-
niantur illæ particulæ *immediate*, aut *per se ip-*
sum, Couar. *lib.*1.*var. cap.* 10. *n.* 3. Henriquez
*lib.*1.*cap.*3.*§.*1. Moure *p.* 3. *sui ex animic. cap.*1.
*§.*1. Raconius *tract.*2.*disp.*1..*q.* 2.*art.*1. Nauarrus
*cap.*12.*n.*2. Leander, *de sacram. disp.*145. cum
Ledesma, Castro, Cano, Perez, Vega, & Vasquez,
quibus addo Bonacinam, *dict.tom.*1.*disp.* 1.*q.* 3.
*p.*1.*n.*4 *&* 5. Belarm. *lib.*1.*cap.*23. Trulench. *di-*
*cto cap.*1.*dubio* 4.*n.* 3. † Dicentes vt humanitas
30 Christi vnita Diuinitati, fuerit efficiens instru-
mentalis causa institutionis omnium Sacramen-
torum per potestatem excellentiæ, quam habet
ratione vnionis cum Diuinitate, & ob quandam
omnipotentiam Iuxta illud Matthæi 28. *Data*
est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, &
docuerunt D Bernardus, D. Ambrosius, & D. Au-
gustinus, vt refert Sahagun. *de sacram.* tenens sic
ex Concilio etiam Florent. *n.*15. dicens, vt sit Ca-
tholica, & receptissima Theologorum sententia
ex D. Thoma, Somnio, Soto, Ossio, Canisio, Na-
uarro, & Chuco.

31 Dubitarunt aliqui num sit de fide septem Sa-
cramenta Ecclesiæ Catholicæ à Christo Domino
instituta esse, inter quos Æstius *vbi supra*, vt re-
fert Leander *supr. q.* 6. *disp.* 1. propterea quod
Trid. non definierit omnia esse instituta à Christo
immediate: tamen Vasquez *in 3.disp.*135.*cap.*1.
dicit esse omnino de fide quia Concilium loqui-
tur plene de institutione immediata, & docent
Albis in manu scripto *de sacram.in genere disp.*
13.*dub.*2. Torreblanca *lib.*1.*pract. cap.* 2. *n.* 17.
Henriquez *lib.*1.*cap.*3.*§.*2. *in glossa litt. K.* Bel-
larm. *supra cap.* 23. Reginald. *lib.* 26. *n.* 7. &
cum Thomistis Leander, *vbi supra dict.q.*6. Car-
dinal. Lugo *dict.sect.*1.*disp.*7.*n.* 3. Vbi quod si
de aliquo sacramento posset dubitari, maxime de
extrema vnctione, & tamen de hac Trid. Concil.
*sess.*14.*can.*1.*de extrema vnctione* (vti de illo
Sacramento, & confirmatione dixi *tit. praced.*)
damnat dicentes ipsam, non esse vere, & proprie
Sacramentum à Christo Domino institutum, & à
B. Iacobo promulgatum, vbi Apostolo sola pro-
mulgatio tribuitur.

32 Et deinde probant Vasquez; & Lugo, tum au-
ctoritatibus, tam rationum, congruentia, & ex
Patribus; quia Ambrosius *lib.*4.*de sacram.cap.*4.
dum inquit Sacramentorum author quis est, nisi
Dominus Iesus ex Augustino *lib.* 3. *de doctrina*
*Christiana cap.*9. & aliis, & authoritate ex Trid.
*sess.*21.*cap.* 2. in illis verbis, *potestatem perpetuo*
in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensa-
tione, salua illorum substantia, ea statueret vel
mutaret qua suscipientium vtilitati, seu ipsorum
sacramentorum venerationi pro rerum, temporum,
& locorum varietate magis expedire iudicaret.
agnoscere Ecclesiam dicunt ex hac decisione
in se potestatem circa ritus, & cæremonias,
non circa substantiam Sacramentorum; item
& ex eodem Trid. *dict. sess.* 23. *can.* 3. & etiam
*ex dict.can.*1.*sess.*7. relatus Vasquez; eo quod ille
editus sit contra hæreticos nostri temporis,
quorum aliqui dixerunt ordinem esse solum
ritum quendam Ecclesiasticum eligendi Mini-
stros &c. † Congruentia propter dictam pote- 33
statis Christi excellentiam, & propter nostram
vtilitatem, ne in alio spem nostram collocare-
mus, si sacramenta in aliorum nomine ministra-
rentur; sicut propter eandem rationem noluit
Deus redemptionem nostram per alium fieri,
quam per se ipsum. † Item & vt esset magis stabi- 34
lis, & firma vnitas, non manente potestate in Ec-
clesia ad mutanda Sacramenta quoad substan-
tiam † Et quia Christus caput Ecclesiæ debebat 35
potissima saltem Ecclesiæ fundamenta per se ip-
sum ponere, quæ sunt Sacramenta, † vltimo 36
propter Sacramentorum Dignitatem, & reueren-
tiam, cum proculdubio non tanti fierent si essent
hominum inuenta, quanti nunc fiunt; eo quod sit
tradita immediate ab ipso Christo, vt indicat Pau-
lus, cum dicit, *ego enim accepi à Domino, quod*
& tradidi vobis. † Additque Cardinalis Lugo, 37
*dicta sect.*1.*disp.*7.*sub n.*7. aliàs tres; & propter
hoc ex nonnullis dictis rationibus, & ne plura
essent capita in Ecclesia, sed vnum, quod est Chri-
stus, & ne multiplicarentur sacramenta, vnde pote-
rant oriri diuisiones, & schisma, dicit Egidius Trul-
len. *dict. dubio* 4.*c.*1.*de sacram.* ex D. August. *c.* 9.
*contra Iuristum c.*11. ex D. Thoma, *dist.quæst.*64.
*art.*4. Filiucio, *tom.*1.*tract.*2.*cap.*2.*q.*2. Vt Chri-
stus non communicauerit suam instituendi pote-
statem Apostolis; vt dico *infra.*

Imo etiam hæc traditio fundatur in Sacra Scri- 38
ptura, in qua sacramenta reperiuntur à Christo
immediate instituta, vt patet de Baptismo Mat-
thæi, *cap.*28. de Encharistia Matthæi 26. de pœni-
tentia, *Ioan.*20. de ordine insinuatur *Matth.* 26.
in illis verbis *hoc facite, &c.* & de aliis sacramen-
tis à paritate rationis, & ex traditione idem cre-
ditum esse in Ecclesia, vt etiam significat Paul.
1.*ad Corinth.* 4. in illis verbis: *sic nos existimat*
homo, vt ministros Christi, & dispensatores mi-
nisteriorum Dei, hoc est eius sacramentorum: ita
Cardinalis Lugo cum communi, *dict.sect.*1. *n.*6.
& insuper Becanus, *de sacram. dict. cap.* 5. *q.* 1.
probat ex eo quia Christus fundauit Ecclesiam.

Et sic instituisse Sacramenta, quæ sunt quasi 39
fundamenta Ecclesiæ, vt recte argumentatur D.
Thomas *dict.*3.*p. q.* 60. *art.* 2. *ad* 3. † Quod si 40
inquam (ait Beccanus) Apostoli instituissent
Sacramenta, dicerentur etiam fundasse Eccle-
siam, quod tamen falsum est; siquidem Apostoli
tantum fuerint dispensatores ministeriorum Dei,
non inquam institutores, vel auctores, vt colligit
ex D. Paul. *cap.*4. vers. 1 *ad Chorinth.*4. *sic nos exi-*
stimat homo &c. iam relato, & ex eodem *Cho-*
*rint.*4. vers. 4. ibi; *quid igitur est Apostolo, quid*
vero Paulus? Ministri eius, cui credidistis.

Quare, etsi Christus Dominus potuerit pote- 41
statem instituendi Sacramenta communicare
Apostolis; quia nullam inuoluit implicantiam de
facto, tamen illam non eis communicauit, vt
colligitur ex Trid. *dicta sess.*7.*canone* 1. sed ipse
Christus

41 Christus omnia instituit Sacramenta † illaque tradidit Apostolis suo tempore promulganda: ita patet ex iam adductis; ob idque DD. aliqui, qui sentire videntur (vt iam est dictum) aliqua Sacramenta fuisse ab Apostolis instituta, sunt intelligendi quantum ad promulgationem eorum, vti de Sacramentis confirmationis, & extremæ vnctionis dictum est *sub tit. præcedenti*: ita ex D. Thoma 3. *p. q.* 64. *art.* 4. Suarez *dicta disp.* 12 *sect.* 2. Henriquez *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 8. Bonacina *dicto tom.* 1. *disp.* 1. *q.* 3. *puncto* 1. *n.* 6. docet Egidius Tru-
42 lench. *dict. quæst.* 1. *de sacram. dub.* 4. *n.* 4. † adducens hoc quidem pacto legem veterem dici Moysis, cum tamen eam Moyses non instituerit, sed tantum promulgauerit: plura alia vt explicet adduut Vasquez, Cardinal. Lugo, & Theologi scho-
43 lastici † Et Beccanus *dicta q.* 1. *n.* 4. dixit, quod Christus instituit Sacramenta nouæ legis secundum humanitatem, non quidem authoritate propria, & principali, sed delegata, siue per commissionem: & explicans Beccanus *dict. q.* 2. *n.* 4. ait illam potestatem delegatam in Christo fuisse potestatem determinandi certas cæremonias externas, quæ haberent vim Iustificandi ex opere operato per merita Christi; & quod potuerit Christus pro suo arbitrio constituere, vt hæc potius cæremonia adhiberetur, quam illa ad homines Iustificandos, quod Apostolis concessum non fuisse ait.

45 Et institutionem Sacramentorum veteris legis conueniunt omnes, fuisse à solo Deo, vt probant iam adducti, Suarez, D. Thoma, Egidius Trulench. & Cardinal. Lugo, *dicta disp.* 7. *de sacram. sect.* 1. *n.* 16. probat de circuncisione & de Sacramento legis naturæ nec ab alio institutum, cum in eo statu nullus posset remittere peccatum, nisi solus Deus; & quod cætera Sacramenta legis scriptæ fuerint à Deo, sicut & ipsa lex, quæ licet appelletur Moysis (vt dictum est) id solum intelligatur de promulgatione facta à Moyse. † Et
46 licet Paul dicat *ad Galat.* 3. legem illam fuisse ordinatam per Angelos, hoc tamen intelligi, tanquam per interpretes, & nuntios Diuinæ ordinationis dicit Lugo, qui abundè probat, satisfaciens obiectionibus ibi *n.* 17. & 18. qui & *sect.* 5. disputat de illa quæstione, an potuerit homini, vel Angelo communicari potestas instituendi Sacramenta, vbi refert modos dicendi Scoti *in* 4. *dist.* 1. *q.* 3. Gabrielis, & Durandi *ibi*, quos affert Pater Vasquez *in* 3. *p. disp.* 135. *n.* 5. D. Thom. *dict. q.* 64. *art.* 4. Suarez *disp.* 12. *sect.* 2. & aliorum.

47 Quod si ex his dubites quid Christus secundum humanitatem plus fecerit circa Sacramenta veteris? Respondeo cum communi, quam sequitur Beccanus *dict. cap.* 5. *de sacram. q.* 1. *n.* 3. quod Moyses nihil aliud fecit, quam quod promulgauerit Diuinam voluntatem in instituendis Sacramentis. Christus autem non solùm promulgauit, sed etiam potestate delegata vsus est institutione Sacramentorum, & per sua merita obtinuit Sacramentis vim conferendi gratiam Iustificantem: qui & *n.* 5. concludit errasse quosdam scholasticos, qui putarunt (vt supra tetuli) quædam Sacramenta immediatè instituta esse ab Apostolis, vel ab Ecclesia, quorum sententiam dicit damnatam per Trid. *dict. sess.* 7. *can.* 1.

Ad quintam quæstionis partem, quo in loco Christus Dominus instituerit Sacramenta Eccle-
48 siæ? qua rationes, & quæ sit eorum natura? Breuiter ad singula respondetur ex doctrina Doctorum *in cap.* 1. §. *vna de summa Trinit. & fide Cathol.* & ex Concilio Florent. & Trid. *dict. sess.* 7. 13. & 14. vt dicit Sahagun. *de sacram. n.* 13. & ex alijs, Sacramenta Ecclesiæ non simul, & in eodem loco instituta fuisse, sed sicut temporis, & necessitatis ratio postulabat, vt constat ex Sacra Euangelij historia, & Apostolorum traditionibus, & sanctorum testimoniis.

De ratione inquam instituendi illa, glossa *in* 49 *dict. cap. constitutio* 31. *de consecrat. dist.* 5. dicit tribus de causis sacramenta fuisse instituta, propter humilitatem, propter eruditionem, propter exercitationem. *Humilitate*, vt sic mereatur, *eruditione*, vt sic doceatur. *exercitatione*, vt sic occupetur Alias assignat Turrecremata *in dict. cap. signum n.* 5. *de consecrat. dist.* 2. Chuchus *lib.* 5. *instit. mor. tit.* 1. *n.* 5. D. Thomas, Sotus, & alij, vbi *supra*; sed illis omissis, Sahagun. vbi *sup. n.* 14. *ex dict. cap.* 1. §. *vna de summa Trinitate cap. ad abolendam de haret.* ex dicto Trid. Concil. *sess.* 6. *de Iustificat. canone* 5. & 7. & *sess.* 7. *can.* 4. & 5. & 13. *de sacram. in genere*, & ex Florentino sub Eugenio, † obseruat, altissimâ Sacramentorum institutionem excellentioribus consistere 50 rationibus. Prima vt habeamus remedium instantis vitæ, & fragilitatis periculis contra peccata, quorum liberatio, si contemnitur, aut differtur æternam parit damnationem. Seconda, vt in Ecclesiæ Sacramentis signa vera, & certa Diuinæ erga nos gratiæ, & voluntatis in perpetuum habeamus iuxta textum *in cap. sacrificium* 32. *de consecrat. dist.* 2. ex dicto Concil. Florent. *in princ.* & Trid. *dict. sess.* 7. *can.* 6. & *sess.* 13 *de sacram* Eucharistiæ. † Tertia vt orthodoxi Christi 51 fideles in vnione, humilitate, & obedientia vnius religionis, necessario quasi nexu; & fœdere inter nos alligati persistemus: namque sine Sacramentis, nec discerni vlla religio potest ex textu *in dicto* §. *vna dict. cap. ad abolendam*, Florent. *in princ.* Trid. *dict. can.* 6. & 14. *de sacram. in genere*, ad quos dicit Sahagun. reducenda esse alias relatas Turrecrematæ, Chuci, D. Thomæ, Soti, Somnij, ac aliorum.

Alias etiam rationes addunt Bellarm. *lib.* 1. *cap.* 52 25. Filiucius *tom.* 1 *tract.* 1. *cap.* 2. *q.* 7. inter quas ponit Egidius Trullench. *de sacram. dict. dubio* 4. *cap.* 1. *n. fin.* fuisse quidem instituta ad sanctificandum homines interna, & vera sanctificatione, & ad finem scilicet distinguendæ religionis, & fuisse congruum dicunt & decens Diuinæ sapientiæ, vt ex rebus sensibilibus, quæ fuerunt causa ægritudinis, medicinam efficeret, & Diuinæ omnipotentiæ, vt rebus corporis vim dederit, rebus corporeis sanctificandi animas spirituales, & Diuinæ misericordiæ, vt homini mutabili iam lapso pararet remedia, quibus denuo, si vellet, recuperaret gratiam, & pœnam debitam aliquo modo compensaret; item quod decuit Diuinam Iustitiam, vt comprimeret hominis elationem, qui sine modo se extulerat, dum cogitur se rebus sensibilibus ad sui sanctificationem subdere, ex quo pietas, & deuotio in eo augetur.

Quæ tamen sit Sacramentorum natura, iam ex 53 proxime præcedentibus liquet & *in q.* 1. ergo gratiam, quam conferunt significant, non per accidens, sed instrumentaliter, suntque gratia gratum faciens cum demonstratione futuræ gloriæ certissimo pignore, & prognostico, vt iam dixi, & tradit Sahagun. *de sacram n.* 16. *ex textu in cap. omnia Sacramenta, cap. multi* 1. *q.* 1. & *dict.*

dict.cap.1.§.vna de summa Trinit. & ex Concil. Florent.& Trid.*sup.dict.sess.7.canon.6.7.& 8.* & prosequuntur latè D.Thom.*in 3.p. q. 62. art. 1.* cum sequent.Sotus *dict.1.q.3.art. 6.in 4.*Ossius *in confessione Poloaica. cap.52.*Somnius *cap. 3.* & alij.

54 Ad sextam quæstionis partem de numero Sacramentum Ecclesiæ Catholicæ breuiter dico,nouæ legis Sacramenta septem esse, *Baptismus, Confirmatio,Eucharistia Pœnitentia* Sacra *Vnctio,Ordo,& Matrimonium*, vt habetur *in dicto cap.omnia Sacramenta,& dict.cap.multi 1. q. 1. dict.cap.ad abolendam de hæreticis*,& in Florent. *doctrina de sacram.*& Trid.*dict.sess.7.can. 1.* Sahagun.*de sacram.n.18.*& docent S.Thom *p.3.q. 65.art.1.*Vbi Nugnos,& Pesantius,Conink,*a. 4.* Vasquez *ibi q.135.art. 2.* Henriquez *in summa lib.1.cap.2.*Valentia *p.3.q 8.puncto 2.* Victoria, *de sacram.cap.7.*Sotus *in 4.dist.1.q.7.art.1.*Philiatcus *de offic.sacerd. p.2.lib.1.cap.6.*Pitigianus *dict.2 q.1.art.2.*Torreblanca *de Iure Spirit. lib. 2.cap.1.n.36.*Campanil.*in diuersorio Iuris Canonici Rub.1.a.4.& 5.*Valerius Regionald.*lib.26.n. 4.*Bonacina *de sacram.disp.1.q.1.puncto, 2.* Sayrus *lib.6.cap.1.q.2.*Bartholomæus ab Angelis *de sacram.dialog. 1.§.6* .cum aliis Barbosa *dict.can. 1.sect.7.n. 3.* Suarez,& cum eo Trullench.*de sacram.dict.cap.1.dub.2.n.1.*Beccanus,& alij recentiores, quos etiam sequitur Leander, *de sacram. disp.1.q.3.*

55 Vbi sic etiam ex Concilio Constantiensi probat *sess.15.* contra hæreticos nostri temporis negantes, ex quibus, vt refert Becanus aliqui solùm cognoscunt Baptismum, alij Baptismum, & Eucharistiam, alij Baptismum, Eucharistiam, & Pœnitentiam, alij Baptismum, Cœnam, & Matrimonium; alij denique Baptismum,Cœnam, & Ordinem; imo & ex catholicis nonnulli, vt refert Nauarrus, *summa cap. 22. n.2.* quatenus asserunt cum glossa,*in in cap.quidquid 1. q.1.*matrimonium non conferre gratiam, & consequenter non est sacramentum, cuius proprium est ex opere operato gratiam conferre, & negauit etiam glossa, *in cap.1. de consecrat.dist.5.* docens Extremam Vnctionem non esse proprie sacramentum; tamen idem Trullench, & relati *supra* alij docent esse definitum, vt sint septem, & non pauciora; imo esse sic de fide.

56 Quare tamen septem, & non plura alia, seu pauciora etiam congruentia probant DD. quia sicut homo in vita corporali, primo generatur, secundo corroboratur, tertio nutritur, & augetur, quarto curatur à morbo,& infirmitate,quinto à morbo conualescit,& si opus est ad prælium armatur; Sexto operam nauat propagationi humanæ ad Rempublicam conseruandam, septimo constituitur in Dignitate ad gubernandos homines;ita etiam in vita spirituali primo generatur spiritualiter per Baptismum, secundo corroboratur per confirmationem,tertio nutritur, & augetur per venerabilem Eucharistiam,quarto curatur à peccati morbo per Pœnitentiam, quinto conualescit à morbo peccati per extremam vnctionem,& armatur ad luctam,mortis sexto licite intendit propagationem per matrimonium,septimo per Ordinem habet potestatem,& honorificum statum.Ita desumunt ex analogia, quam ex institutione Christi ad vitam corporalem habent; item proportione, & similitudine, vt obseruant bene S.Thomas *3.p.q.65. art.1.* & cum eo communis DD.apud Bonacin.*dicto tom.1.disp.1.q.7. punct.2.n.2.*Egidius Trulench.*dicto dubio 2. cap. 1.de sacram.n.2.*

Seu dices cum eodem D.Thom *in 4.dist.2.q. 2.* & Philiberto Marchion *tract.1.de ordine.p.1. cap.10.à n.17.*Viualdo *in Candelabro aur.1.p.de Sacrament.in genere n.5.*Scoto, Durando, & aliis *in 4.dist.2.q.2.*Moura *3 p. examinis theologia cap.1.§.2.*Leander,*de Sacram.dict disp.1.q.4.* & aliis, quia scilicet Sacramenta instituta sunt, vt medicinæ ad sanandas nostras infirmitates,quæ sunt septem,nempe triplex infirmitas culpæ, & quadruplex pœnæ ex culpa ortæ cum Baptismus sit ordinatus contra peccatum originale, Pœnitentia contra mortale, Extrema Vnctio contra veniale,Ordo contra ignorantiam, Confirmatio contra infirmitatem, & matrimonium contra concupiscentiam &c. De Baptismo in quam dicitur quod obtinet primum locum;quia est ianua omnium Sacramentorum,pœnitentia post lapsum in peccatum, respiciendo scilicet ordinem necessitatis;sin autem perfectionis primus locus debetur Eucharistiæ sacræ; quia continet Christum omnis veræ sanctitatis auctorem, vt docent S. Thom. *in 3.p. q. 65. art. 3.* Bonacina *tom. 1. disp.1.q. 1.punct.2.n.3.* Filiucius *tom.1. tract.1. q.4.*& communiter DD.patet ex Trid.*in sess.13. cap.3.de Eucharistia*, vbi cum infinitis Barbosa dicit quod Eucharistia præstat,& excedit reliqua Sacramenta. 57

Et licet (vt probat Egidius Trulench.) omnia dicta Sacramenta habeant inter se connexionem ex proxime dictis:tamen vt patet ex definitione Trid.*dict.sess.7.can.3.*non sunt inter se paria in illis verbis *si quis dixerit hac septem sacramentu ita esse inter se paria, vt nulla ratione sit alio dignius,anathema sit*,non inquam sunt æqualia, vt docent Bellarmin.*lib.2.de sacram.cap.18.* Vasquez *in 3.p.S.Thom tom.3.q.74.disp.177.num. 6.* Sayrus *de sacram.in genere lib.6.cap.3.q.vnica*, Balduin.Iunior super opera controuers. Bellarm. *lib.1.cap.8.prope fin.* Petr. Ledesma *in sum. p. 1.* vbi *de sacram. in communi.cap.7.conclus.5.* Hurtad.*de sacram.disp.5.dif.2.*vers.*de ordine* Homo de Bonis *de exam. Ecclesias.p. 1. tract. 4. q. 4.* Campanil.*in diuers.Iuris canon.dicta Rub. 1.n. 14.* Barbosa *in dict.can.Trid sess. 7.n.5.* explicat præter alios Beccanus *de sacram.cap.5.q. 2.* Vbi adducens ordinem iam adductum inter sacramenta *n. 2.* dicit illa quidem non esse æqualis Dignitatis, sed alia aliis excellere: sic cum D. 58
Thom.*art.3.ad 4* & ex Trid.*dict.can.3.* † vbi *n.* 59
3.probans contra Caluinistas,& alios, quod Eucharistia excellit simpliciter omnibus sacramentis modo dicto *n præced.* tamen *n. 3.* probat ex specialitate vnum alio esse excellentius, dicens quod Baptismus excedit omnibus quoad effectum remittendi peccata; remittit enim originale actuale,& pœnam his debitam; & quod confirmatio excellit aliis quoad effectum gratiæ actualis ad bene operandum, Eucharistia excellit aliis quoad substantiam Sacramenti; quia continet Christum ipsum; licet in aliena specie;pœnitentia inquam excellit omnibus necessitate, solo Baptismo excepto Extrema Vnctio excellit aliquo modo Pœnitentiam quia confert gratiam copiosiorem, quæ non solùm posset delere omnia peccata, si adessent, sed etiam tollit reliquias peccatorum; ordo excellit omnibus ratione Ministri,excepta confirmatione;quia potest

à

à solo Episcopo conferri; imo videatur hac in re excellere Confirmationem, cum vt iam dixi *tract. de confirm. sub tit. praced.* hæc aliquando ex dispensatione confertur à simplici sacerdote, ordo Sacerdotalis præcipue nunquam, nisi ab Episcopo, vt adduxi *supra tit. de temporibus ordinat.* Et præterea in quam ordo cæteris præstat, vt est dictum hic, in eo scilicet quod constituat hominem in gradu sublimiori, quam sint alij Christiani. Matrimonium vero excellit plerisque significatione; quia significat vnionem Christi, & Ecclesiæ; ideoque ab Apostolo vocari magnum Sacramentum ad *Ephes. 5. vers. 32.*, ita Beccanus *dicta quæst. 2.* Videndus ad alia ibi.

60 Pro complemento notabis cum Egidio Coninch. *in 3. p. D. Thomæ dict. q. 65. art. 1.* & cum Egidio Trulench. *dict. cap. 1. de sacram. in genere dubio 2. n. 3.* vt cum Trid. *dict. sess. 7. can. 1.* definit tantùm esse septem Sacramenta; non inquam definiat singula esse species infimas: nam controvertitur apud DD. vtrum in ordine sint septem Sacramenta diversæ speciei; sed tantùm verò velit docere nulla esse sacramenta præter iam dicta; sive singula dicant speciem infimam, sive interiectam, seu aliquod genus, sub quo diversæ species continentur &c.

QVÆST. IV.

An in lege Euangelica fuerint necessaria Sacramenta? Et an constent essentialiter ex rebus & verbis? Est an Christus materiam, & formam Sacramentorum determinaverit pro toto orbe? An detur in omnibus materia proxima, & remota determinata ex Christi institutione? Et an requiratur quod materia, & forma eorum simultate temporis coëxistant?

SVMMARIVM.

1 *Necessarium quot modis dicatur, & qualiter in Sacramentis* n. 2.
2 *Sacramenta ex natura rei non sunt necessaria ad salutem absolute. Et qua necessitate medij, aut præcepti* n. 4.
3 *Incarnatio verbi Divina quo pacto fuit necessaria ad salutem.*
5 *Sacramenta Ecclesiæ essentialiter constant rebus, & verbis, tribusque perficiuntur vt* n. 7. & 10 *Quid de sacramentis legis veteris* n. 8.
6 *Materia, & forma in sacramentis, sunt in quolibet nouæ legis partes intrinsicæ, & essentiales.*
9 *Christus Dominus pro toto orbe instituit eandem materiam, & formam sacramentorum assignavit.*
10 *Sacramenta nouæ legis constant rebus, vt materia; verbis vt forma. Et qualiter exemplificetur hic, &* n. 17.
11 *Materia, & forma Sacramentorum sunt determinata ex Christi institutione* n. 12. *Et num in individuo, aut qualiter in singulis ex numero* 13.
12 *Sacramenta cum futura essent instrumenta gratiæ debuerunt definiri ab auctore gratiæ.*
15 *Materia proxima, & remota, qua sit in Sacramentis singulis, &* n. 16.
17 *Res, verbaque in Sacramentis debent esse simul non physice, sed moraliter saltim, &* n. 18. 19. *& quali distantia temporis* n. 20. 21. & 22.

AD primam difficultatis partem, vt respondeant Theologi, supponunt, necessarium dupliciter posse dici; primo absolute simpliciter ex natura rei illud scilicet, sine quo salus obtineri non potest, neque ea Dei potentia, absoluta, vt sunt fides, spes, & charitas. Secundo ex suppositione; idest supposita Christi institutione, & voluntate. Item dicunt quod necessarium ex suppositione est duplex, primum necessitate medij, quod est illud, sine quo finis nullo modo potest obtineri, etiam si ex ignorantia, vel oblivione prætermittatur. Alterum inquam dici necessarium ratione præcepti, quod etsi simpliciter obligat, tamen sine eo finis haberi possit. Quare si quis ea ignorantia, vel impotentia excusetur, vt potest, habeat necessario ex medio, valeat obtinere finem illum, atque adeo salutem in sacramentis, & dicunt, quod hæ duæ necessitates iunguntur; sic vt quod est necessarium, vt medium, id etiam sit præceptum; non tamen è contra. 1

Hoc supposito, docent sacramenta non esse necessaria ad salutem æternam ex natura rei simpliciter, & absolutè; ex eo quia Dei potentia, & eius infinita virtus in homine saluando, non est alligata sacramentis, cum possit sine illis aliis medijs illum saluare, & ad Gloriam perducere, esse tamen dicunt ad melius esse, & vt rectius, ac convenientius, homines salutem consequantur † enque pacto dixisse Augustinum incarnationem fuisse necessariam ad salutem *lib. 12. de Trinit. cap. 10.* sic ex D. Thoma *in 3. p. q. 60. art. 4.* Egidius Trulench. *de sacram. c. 1. dub. 3. n. 3.* Beccanus *in eodem cap. 2. in princip.* Vbi dicit quod postquam sacramenta instituta sunt ad finem Iustificandi hominum, eorum obseruationem esse necessariam ad salutem, non tamen eodem modo; quod etsi non explicet, nisi post quando agit de quolibet sacramento; Egidius tamen Trulench *supra ex n. 4.* & per Trid. verba *sess. 7. de sacram. in genere. can. 5.* ibi: *si quis dixerit hæc sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, anathema sit.* † Supposita Christi institutione, ait non omnia sacramenta esse necessaria necessitate medij ad salutem, sed aliqua, vt Baptismus, & Pœnitentia, ille quidem saltim in voto pro adultis, & re ipsa pro paruulis. Aliqua necessaria necessitate præcepti, & ad intellectum dicti canonis Trid. leges quæ dicunt Vasquez *in 3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 131. n. 34. & disp. 149. n. 5.* & Sayrus *de sacram. in genere lib. 3. cap. 7. q. vnica art. 2. & 3.* 2 3 4

Ad secundam quæstionis partem, an constent essentialiter rebus, & verbis? Et videtur quod sic Iuxta illud D Augustini 80 *in Ioannem: ibi accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum,* vt probat etiam textus *in cap. venit sacerdos 70. cap. si non sanctificatum 71. de consecrat dist. 4.* Florent. ex doctrina *de sacram. in genere can. 1.* 5

&

& 12.ex D.Thomæ 3.q.64.art. 1. cum ſequenti-
bus,Sotus *diſt.1.q.1.art.* 6. 7. *&* 8. Caniſius *de*
ſacram.§.4.Chuchus *lib.5.inſt.tit.* 1.*n.*17.Saha-
6 gun *de ſacram.n.*57.verſ.*in propoſita.*† Etenim,
vt docent Theologi materia, & forma in Sacra-
mentis ſunt partes intrinſecæ, & eſſentiales in
quolibet Sacramento nouæ legis; ex ea ratione;
quia in quolibet toto,materia,& forma ſunt par-
tes intrinſecæ,& eſſentiales ſed quodlibet ſacra-
mentum eſt quoddam totum artificioſum mora-
le. Deinde quia, ſuppoſita Chriſti inſtitutione,
ſacramenta non poſſunt confici, aut eſſe ſine re-
7 bus,& verbis † Etenim vt decreuit Concil.Flo-
rent.in vnionis decreto, tribus perficiuntur ſa-
cramenta rebus,vt materia,verbis vt forma, cum
intentione Miniſtri eo modo,quo explicant cum
S.Thoma *dict.q.60.art.6.* Suarez *ibidem diſp.* 1.
*ſect.*2.Bonacina *tom.1.diſp.1.q.1.p.2.*Coninch. *in*
*dict.q.60.D.Thom.n.*34.*&* 37.Trullen.plura ad-
dentes, Cardinalis Lugo,*de ſacram.* longè etiam
agens,*diſp.2.de ſacram.ſect.* 1. qui poſtquam *n.*
5. dicit non requiri ad eſſentiam ſacramenti in
genere conſiderati, vt conſtet rebus, & verbis,
cum potuiſſet Deus talia nobis ſacramenta inſti-
tuere,quæ non conſtarent rebus,& verbis:tamen
*n.*2. cum D.Thoma,& communi *dict.art.6.* latè
probat quod in ſacramentis nouæ legis reperiun-
tur res, & verba, cum multis etiam nouiſſimè
Leander *de ſacram.q.8.diſp.*1.contra Durand. *in*
*4.diſt.1.q.3.n.*8.Adrian.*de Baptiſm.q.2.in fine*,&
aliis exiſtimantes ſaltim in matrimonio non ſic
haberi, cum nutibus queat contrahi, ſed longe
probabilius debet procedere,vt dictum eſt,& do-
cent etiam de Caſtillo *de ſacram. tom.1. tract.* 1.
*diſp.1.dubit.*4. Caſtro Palao *tract.*18. *puncto* 3.
Filiucius,Ledeſma,& alij relati à Leandro. Vide
quæ docet Becanus *de ſacram.in comm. q.7.&* 8.
vbi agit de illis, an ſacramenta conſtent rebus,
& verbis,à Deo determinatis, quod mutare non
liceat. Et qualia debent eſſe verba Sacramento-
rum.

8 Notandum verò eſt non ſic factum eſſe in
ſacramentis veteris legis, in quibus non conſtat
fuiſſe aliqua verba præſcripta, vt colligunt DD.
ex D.Thoma *q.68.art.6. ad* 3. tenent Richardus
*in 4.diſt.1.art.*1.Durand.*q.*3. Sotus *q. 5. art.6.*
Suarez *diſp.2.ſect.*1. Vaſquez *tom.2.in 3.p.diſp.*
128.*cap.1.n.*1.Granados *tract.1.diſp.3.n.*2.Ioan-
nes de Cruce *de ſacram.q.1.dubio* 2.Lugo *diſp.2.*
*n.5.pag.*15.Filiucius *tract.1.n.*50. Leander. *dict.*
diſp.1.q.7.

9 Ad tertiam quæſtionis partem: etiam breuiter
reſpondetur, & ſi Innocentius IV. *in cap. 5. de*
Baptiſmo, Felinus,*in cap. qua in Eccleſiarum de*
conſtitutionibus, aliique canoniſtæ aſſerant, va-
rias materias, & formas eſſe à Chriſto Domino
inſtitutas pro Eccleſia Latina, & pro Eccleſia
Græca; ſed quia Chriſtus Dominus vnicam
conſtituit Eccleſiam, ſequitur vt pro tota illa
vnicam debuerit inſtitutionem facere ſacramen-
torum; ſic vt Eccleſia Græca valide ordinaret
Presbyteros per traditionem panis, & vini, &
valide conſecraret in pane azimo, in quo conſe-
crat latina,& valide Baptizaret ſub ea forma, qua
latina,& è contra Eccleſia latina validè ordinaret
Presbyros per manuum impoſitionem &c. Et ſic
Ochogauia *de ſacram. q. 4. n. 3.* Vaſquez *diſp.*
519.*in 3.p.cap.5.n.* 49. Gaſpar. Hurtado *de ſa-*
*cram.diſp.1.diſf.*13. Leander. *eodem tract.diſf.1.q.*
52.& apud illos omnes Theologi dicunt Chri-
ſtum Dominum pro toto orbe terrarum eandem
materiam, & formam Sacramentorum aſſig-
naſſe.

Ad quartam quæſtionis partem,quia cum in- 10
quirunt DD. vtrum ſacramenta nouæ legis con-
ſtent rebus,& verbis,idem ſit,ac quærere,an con-
ſtent materia,& forma, & de primo dictum ſit
in verſ.*ad ſecundam*, & in ſacramentis res ſe ha-
beant,vt materia,& verba, vt forma, vt dicit ex
communi Egidius Trulench. *de ſacram. cap.*2.
dubio 1.n.1.& 4.quatenus ex Concilio Florenti-
no in vnione Armanorum probat definitum ſa-
cramenta nouæ legis conſtare materia,& forma,
rebus ſcilicet vt materia, & verbis vt forma ex
doctrina D.Thomæ,& communi DD. cum eo;
quia in ſacramentis illud dicitur materia, quod
indeterminate ſignificat, illud vero forma, quod
perficit, & determinat, vt bene docent Bellarm.
*lib.10.de ſacram.cap.*18. & cum aliis Bonacina
*tomo 1.diſp.1.q.2.p.1.n.1.*vt v.g.ablutio in Baptiſ-
mo eſt indifferens, & indeterminata ad quam
cumque ſordium ablutionem; ideoque ſit eius
materia; & quia prolatio verborum eam deter-
minat ad abluendas ſordes,& peccata animæ di-
catur forma: alia DD.addentes pro perfecta de-
claratione huius dicti, vbi leges, & apud relatos,
& Suarez, *tom.4. in 3.diſp.2. ſect.*1. Filiucium,
tract.1. cap.4. q 2. late cum multis Eminentiſſ.
Cardinal.Lugo,*de ſacra.diſp.2.ſect.*1. per ſectio-
nes quinque inde oportet iam de propoſito in
quæſtione perquirere.

Igitur eſt dicendum ex communi Theologo- 11
rum ſententia, materiam, & formam Sacra-
mentorum eſſe determinatam ex Chriſti inſtitu-
tione,& abſolute loquendo Egidius dicit eſſe de
fide; quia colligitur ex ſcriptura vna cum tradi-
tione Eccleſiæ,& expoſitione *dict.cap.2. dubio* 2.
de quo Suarez *tom.4 in 3.p.diſp.2. ſect.* 2. ex ea
ratione, quia cum ſacramenta ſint inſtituta à
Chriſto,vt *ſupra q.*3.totum ſuum eſſe, & deter-
minationem materiæ,ac formæ debent habere ab
ipſo Chriſto Domino, vt ſuum indicarent au-
thorem † Item cum futura eſſent inſtrumenta 12
gratiæ,debuerunt definiri ab authore gratiæ, de
quo ſunt videndi adducti iam,& Coninch.*in 3.*
p.D.Thom.q.60.art.5.& 7.Bonacina *tom.1. diſp.*
5.q.2.p.1.n.7. & clare videtur colligi ex Trid.*di-*
*cta ſeſſ.7.can.1.& ſeſſ.2.cap.*2.& docent cum D.
Thoma *in dict.quaſt.60.art.5.ad* 3.Suarez *ſupra*
*diſp.5.ſect.*3. Vaſquez *diſp.*129.Lugo *dict. diſp.*
*2.ſect.5.*Petr.Ledeſma *cap.1.concluſ.6.*Racon. *in*
*3.p.tract.2.diſp.1.ſect.3.pag.*34.& Beccanus *vbi*
ſupra quod eſt verum contra Hæreticos Pauli-
tanos, & alios noſtri temporis, quos referunt
Vaſquez, & Suarez *ſupra*, Beccanus *de ſa-*
cram. cap.1.dict. quaſt. 7, Hurtad.*diſp.* *& diffi-*
*cult.*13.

Itaque ſi dubitetur, numquid Chriſtus deter- 13
minauerit in indiuiduo materiam,& formam om-
nium ſacramentorum, ſeu tantum quoad deter-
minationem ſpecificam, dicendum eſt quod etſi
in indiuiduo firment communiter Doctores: ta-
men probabilius dicit Leander *de ſacram.diſp.* 1.
q. 11. vt Chriſtus Dominus non determinauerit
in indiuiduo materiam, & formam ſacramenti
ordinis materialiter ſumptas, nec materiam Eu-
chariſtiæ; quia pro materia, & forma ordinis in-
ſtituit ſignum ſenſibile ſignificatiuum poteſtatis,
quæ traditur, & verba talem poteſtatem expri-
mentia pro materia Euchariſtiæ panem qui
cumque

cumque eſſet, nec vinum album, vel rubrum, ſed vinum quodcumque, & quod ita in Eccleſia Græca ordinantur Preſbyteri, & Diaconi per ſolam manuum impoſitionem ſub certa forma verborum, vt dixi, *ſupra de temporib. ordin.* in Eccleſia verò Latina per manus impoſitionem, & per traditionem panis, vt *ibi* dixi, vbi quod in Eccleſia Græca conſecratur pane fermentato, in Latina in Azimo; & ita Egidius Trullench, *dict. cap.1.de ſacram.lib.1. dub.2.num.2.* ex ſententia D.Thomæ *in 3.p.dict.q.60.* Vbi Caiet.notans determinationem materiæ in ſacramentis poſſe ſumi primo in ſpecie; videlicet quod in hac ſpecie rei inſtituatur Sacramentum, v. g. vt in Baptiſmo ſumatur aqua, & in Euchariſtia panis triticus, & non alius. Secundo in indiuiduo, vt v. g. hæc hoſtia, & non alia ſumatur à conſecrata, dicit quod dum loquimur, materiam eſſe determinatam in ſacramentis, intelligitur quoad determinationem ſpecificam; non vero indiuidualem: nam ſacerdos poteſt hanc, vel illam hoſtiam adhibere ad conficiendam Euchariſtiam.

14 Et inde etiam quia in Sacramento ordinis, vtraque Eccleſia confert ordinationem per ſignum ſenſibile, & per verba ſignificantia traditionem ſacerdotij, iden dicitur, vt vtraque valide cōficiat & vtraque formaliter loquendo ſeruet materiam, & formam à Chriſto inſtitutam; licet non materialiter, cum ſic vtatur ſignis diuerſis: ita DD. & Innocent. *4. in c. Preſbyt. hoc tit.* Bellarm. *tom.2. lib. vnico. de ſacram. ordinis cap. 9. in fine*, Lugo *ſupra dicta diſp. 2. à num, 85. pag. 28.* Videndi *de Caſtill. tract. 1. diſp. 2. dubio 4.* Diana *p. 10 tract. 11. reſ. 65.* Petr. Archudius, quem ſequitur Lugo, & Philibertus *tract. 2. de ordine p.1.cap.1.& p.7.cap.2. à n.9.* Caſtrus Palao *tom. 4.tract.27. puncto 4.n.11.* cum Bellarm Layman, Bonacina, & aliis, Nicolaus Iſambert, Doctor. & Socius Sorbonicus *in 3. p. D. Thomæ tom, 3. de ſacram. ordinis diſp. 3. art. 6. & 7.* qui reſpondet contrariis frater Martinus de San Ioſeph. *in nouita confeſ. tom. 1. lib. 1. de ſacramento ordinis tract. 2. num.5* Lugo *de ſacram in genere diſp.2.ſect.2. numer.* 85, quorum verba refert Diana *dicta reſ.65.*

15 Et quatenus ad materiam proximam, & remotam reſpondeo, vt in omnibus ſacramentis detur materia remota, & proxima, & dici remotam illam, ſine qua non poteſt eſſe proxima, quæ ſupponitur à proxima, vt ſunt res naturales in omnibus ſacramentis, vt in Baptiſmo aqua naturalis, in Confirmatione Chriſma benedictum, in Euchariſtia panis, & vinum, aqua mixtum, in Pœnitentia peccata, in Extrema Vnctione oleum benedictum, in Ordine v. g. ſacerdotali, Calix cum vino, & Patena cum hoſtia, in matrimonio perſonæ habiles, ſeu ipſi contrahentes.

16 Materia proxima Sacramentorum ſit in Baptiſmo ablutio, ipſa in Confirmatione Vnctio, in Euchariſtia ſpecies Sacramentales, in Pœnitentia dolor, Confeſſio, & Satisfactio, in Sacra Vnctione vnctio quinque ſenſuum, in ordinatione traditio, & porrectio, in matrimonio contrahentium traditio corporum, ſiue fiat per realem traditionem, ſiue per verba: ita docent communiter Doctores legendi apud Henriquez *lib. 1. cap.* 8. de Caſtillum, *de ſacram tom.1. tract. 1. diſp. 1. dubit.4 num.34.* Leander, *de ſacram.diſp.1.q.9.* Egidius Trulench. *dict. lib.1. de ſacram. cap.1. dubit. 11 n. fin.* & alij.

17 Ad quæſtionis partem, an requiratur quod materia, & forma ſimultate temporis coexiſtant? Et dicendum eſt quod licet res ſint quid indeterminatum; verba verò determinent, & perficiant res Sacramentorum, vt dictum eſt; indeque procedat, vt res ſint materia, verbá vero forma; ſed verba dici formam ſacramentorum, non quia per realem, & phyſicam actionem informant, & ad hæreant, vt fit in rebus naturalibus Verùm quia moraliter informant, propoſitione ſeruata, cum forma naturali; id eſt, quia ex Chriſti inſtitutione materiam determinant ad ſignificandam, & cauſandam talem gratiam; hic fieri, vt res, & verba debeant eſſe ſimul, non phyſice; quia ſacramentum non eſt totum phyſicum, ſed moraliter, & conſecutiue, videlicet vt vnum ſit poſt aliud, ſicut contingit in ſacramento Pœnitentiæ, in quo res præcedunt, & verba ſubſequuntur: ita docent DD. cum D.Thoma *dicta q.60 art. 6.* Conich. *ibi n. 40.* Sotus *in 4.diſt.6.q. vnica art.* 8 Victoria *num.* 39. Henriquez *lib.1. cap.9.§.10.* Sa verb. *Baptiſmus num. 4 & 5.* & verb. *ordo num, 5.* Suarez *diſp.2.ſect.1.* Tnlcus *lib. 2. cap. 19.* Villalobos *in ſumma tract. 4. dif. 2. num. 6.* Reginald. *26.n.17. & 18.* de Caſtillus *ſupra diſp. 2. dub.6.* Bonacina *diſp.1. de ſacram. q. 1. puncto 2.* Egidius Truleoch. *lib. 1. de ſacram. diſp. 1. cap.2.n. 3.* & omnes quidem, eo quod Sacramentum morale quoddam compoſitum ex materia ſenſibili, & verbis, indeque ſufficiat ad eius eſſentialem conſtitutionem moralis coniunctio inter illa.

18 Quod verum eſt etſi alij doceant requiri ſimultatem temporis, ſaltim inter aliquam partem materiæ, & inter aliquam partem formæ, taliter quod nullo modo perficiatur forma, quin coexiſtat aliquid materiæ, aut non exiſtat integra materia, quin incipiant formæ verba proferri: ſic Scotus *in 4.diſt.6.q.1,* Gabriel. *q. 1. art. 2. concluſ.8.* Richardus *dict.3.art. 2. q. 2.* Nauarr. *cap.22.n* 8. Caiet. *tom.1. opuſcul. tract.* 26. Vrvald. *de ſacram. cap. 2. n. 15. aliàs* 20, qui pro hac parte refert Armillam, verb. *Baptiſmus, n.* 26 Syluestr. *Baptiſmus 5.§.2.& vnctio.* §. 7. Paludanum, & Maiorem, Trias *in ſumma 1. p. fol.*83. Molfeſius *tract. 4.ſumma cap.1.num.* 48. quos referens Leander, *de ſacram.tract. 1. q. 1. diſp.* 16 dicit cum alius, & cum Nugno in D. Thom. *dict. q.60. difficult. 2.* & Granado *tom. 4. in 3.p.controuerſ.3.tract. 1 diſp.4.n. 4.* probabilius eſſe, vt non requiratur ad valorem ſacramentorum coexiſtentia phyſica materiæ, & formæ, ſed ſufficere moralem ſimultatem, aut coexiſtentiam vtriuſque; & ſic patet ex relato exemplo de ſacramento Pœnitentiæ, cuius praxis ſic ſemper eſt; ſiquidem in eo non aliter proferuntur formæ verba, quàm præſtita, à pœnitente prius peccatorum, & actus materia.

19 Fateor inquam poſſe in aliis cæteris ſacramentis phyſicè practicari, quod melius erit; ſed quia res eſſet ſcrupuloſa reſpectu adminiſtrantium; & ſuſcipientium, ideo pro prima ſententia reſpondeo, & addo quod ſi dubites de diſtantia, & diſtinctione, quæ poteſt

intercedere inter formam, & materiam, est relinquendum Iudicio prudentis viri: ita Bonacina *to. 1. disp. 1. q. 1. puncto 2. n. 1.* Trullench. *dict. cap. 2. dubio 1. n. 5. in fine*, qui etsi ibi *dubit. 3. n. 7. in fine*, dicat, vt debeat esse saltim aliqua pars formæ cum materia firmat adhuc Sacramentum esse, si statim post materiam v. g. post ablutionem proferatur forma Baptismi, videlicet *ego te Baptizo*, quia sic materia, & forma moraliter sunt simul, & manet integra sacramenti significatio: ita resoluit ex communi DD.

20 Quod si iterum dubites, quanta distantia, siue disiunctio applicationis formæ ad materiam interrumpat eius effectum, siue contingat in prolatione propositionis, aut integræ orationis formæ dicit Bonacina, *supra quæst. 7. num. 23.* quod si interpellatio, seu interruptio verborum tanta fit, vt ex modo proferendi non conficiatur vna oratio, & integer sensus irritet Sacramentum, vt si v. g. inter vnum, & aliud verbum præteréat vna hora sic cum aliis. Ego inquam cum Trulench. *supra dicto dubio 3. n. 7. vers. dico 4.* existimo vt sufficiat etiam horæ quadrans, imo & paulo minus, cum talis mora, etiam moraliter interrumpat orationem. Idemque dicendum, & à fortiori si ipsa intercedente mora dicta dividerentur, vt si quis diceret *ego te Bap*, deinde additis aliquibus verbis subiungat *tizo*, eo quod tune nec subsistat significatio, nec adsit integer sensus formæ.

21 Verum si posita interruptione, seu interpellatione, mora sit parua; ita vt iuxta communem sensum verba iungantur in vnam orationem, efficiaturque integer sensus; tunc quia interpellatio videtur accidentalis, fiet vt Sacramentum teneat, vt si v. g. Baptizans dicat *ego te Baptizo*, & immediate dicat *fuge hinc*, vel *Dominus tecum*, aut *veni huc*, vel *illa aqua est nimis frigida*, aut *sternutet*, aut *breuem mentis euagationem patiatur* & deinde subiungat *in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti*; & est ratio, quia inter materiam, & formam necessario requiritur coniunctio, & simultas moralis, vt dictum est: ita idem Trulench. *sub dicto n. 7. dubio 3. lib. 1. cap. 1. de sacram.* cum Bonacina, & communi

22 DD. † addens non esse sacramentum si quis v. g. antequam vinum ex Vua extrahatur, dicat *hic est Sanguis* & postea eo extracto *meus*. Nec esse sacramentum si v. g. Baptizans infunderet aquam, & deinde post horam, vel dimidiam, aut quadrantem proferret formam, cum aliter moralis simultas interpretatur ex dictis *n. præced.* Alia dico *quæst. sequenti*, & hæc omnia clare distinguit Diana *p. 5. tract. 5. de paruitate materia res. 39. 40. 41.* legendus cum Hurtado, Soto, Nogno, Alfonso de Leon, Syluio, Granado, Valentia, Ochogauia, Scoto, Ricardo, Victoria, Suarez, Perez, Basol, Nauarro, Syluestro, Chamacheo, Marchantio, & aliis, & dico *q. sequenti, vers. ad secundam.* Applica alia, quæ dico *sub c. 1. q. 4. à n. 1.*

***

QVÆST. V.

An Ecclesia possit variare materiam sacramentorum à Christo assignatam? Quid de variatione formæ? Quibus modis contingat? Et an in coniunctione materiæ, & formæ sacramentorum detur paruitas materiæ? An detur in verbis formæ Sacramentorum? Et an ea detur in interruptione formæ sacramentorum? An quis peccet mortaliter variando formam, & materiam? Et quid si formam absolutionis variet in sacramento pœnitentiæ; dum tamen verba significent actum iudicialem?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quo pacto mutare valeat, seu variare materiam sacramentorum* n. 2. 3. 4. 5. 6. & n. 16. & 17.

Cap. 1. Trid sess. 24. intelligitur n. 16.

2 *Mutatio materiæ, vel formæ Sacramentorum, quot modis valeat contingere.*

3 *Mutatio potest esse, vel essentialis, vel accidentalis, quæ vtraque* n. 6. & 9.

4 *Subtractio tunc sacramentum vitiat, quando tollit legitimum sensum formæ, non si substantialis non sit, vt* n. 13.

5 *Additio quando vel non variet formam sacramentorum: vbi quid de interpellatione, seu interruptione verborum, &* n. 12.

6 *Mutatio materiæ substantialis; vitiat sacramentum. Et quando talis dicatur* n. 7.

7 *Mutatio substantialis in sacramentis contingit, cum à diuersis ministris, formæ prolatio fieret, excepta sacra vnctione.*

8 *Baptismus non fit, cum vnus minister profert verba* ego te Baptizo, *& alter* in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti.

9 *Mutatio accidentalis in sacramentis est, quæ non tollit substantiam materiæ, & formæ à Christo institutæ, nec sensum ciuilem, & humanum explicatur* n. 10. & 11.

10 *Mutatio idiomatis non vitiat sacramentum, nec verba Synonima intra idem idioma, & exemplificatur in Baptismo, & Pœnitentia.*

11 *Corruptio verborum, si non mutat substantiam, seu sensum formæ, erit mutatio accidentalis, & exemplificatur in forma Baptismi.*

12 *Additio verborum formæ, quæ substantiam sensus non mutat, non irritat sacramentum, etsi addens existimet verba addita esse de essentia, si tamen intendat facere quod Ecclesia facit.*

14 *Sacramentum ministratum per verba æquiuoca, valet, si minister habeat rectam intentionem, & non inducendi nouum ritum* n. 15.

15 *Baptizans in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & Beata Maria, quo pacto intelligatur non deuiare à vera forma.*

16 *Mutatio formæ substantialis in matrimonio non contingit per dispositionem Trid.* in c. 1. sess. 24.

17 *Materia substantialis, quando maneat, vel pereat, à quo desumatur.*

18 *Mulieres baptizantes melius facient si baptizent in lingua materna.*

19 *Prolatio formæ cum interruptione, aut cum defectu applicationis in materia, qualiter sustineatur* n. 20. 21. 22. *vbi exemplificatur.*

20 *Paruitas qualiter consideretur in coniunctione verborum formæ* n. 21. 22. 23.

23 *Paruitas materiæ qualiter contingat in forma sacramentorum interruptione, ac interpellatione, quando magna consideretur.*

24 *Peccatum quale signatur ex mutatione formæ, aut materiæ sacramentorum, sub distinctione* n. 25.

26 *Absolutionis forma facta* absoluat te Deus, *vel* absoluatur Petrus, *num sit defectuosa, & proferens peccet.* n. 27.

28 *Mutatio formæ ex ignorantia non excusat ministrum à peccato. Et qualiter excuset.*

29 *Verba fingi ab aliquo non possint in administratione sacramentorum.*

30 *Materia, vel forma dubia vti in sacramentis, non licet, seclusa necessitate.*

1 AD primam quæstionis partem video Sahagun generaliter respondentem *in tractatu de sacram. in genere n.* 17. vers. *vnde* vbi ex Trid. *sess. 14. de reform. cap.* 1. ait vt possit Ecclesia nouam constituere formam, vel antiquæ formæ aliquid addere, aut detrahere, & refert Leander, *de sacram. disp. 1. q.* 13. eo quod Ecclesia videatur variasse materiam matrimonij, faciendo quod consensus contrahentium absque præsentia Parochi, quæ prius erat materia valida, iam non sit valida; ad quod etiam videbis latè *dicta in cap. fin. q.* 2. vers. *ad quartam.*

2 Sed quia hæc resolutio pendet à modis quibus variatio materiæ, aut formæ contingit; ideo cum communi DD. dico quod hæc mutatio potest contingere vt mutatione idiomatis, quæ semper est accidentalis, aut additione alicuius verbi, siue de tractatione, seu corruptione, aut transpositione verborum, quæ fere semper est mutatio accidentalis, aut interpellatione dictionum, vel partium eiusdem dictionis, vt dixi *supra q. præced.* sub vers. *ad quartam*, & denique verbis Synonymis, verbis æquiuocis, vt expendunt eleganter Sotus *in 4. dist. 7. dict. 1. q. 1. art.* 8. Suarez *disp.* 2. *sect.* 4. de Castillus *disp. 1. dubio* 11. Leander, *dicta disp. 1. q.* 15. Trulench. *de sacram. lib. 1. cap. 1. dubio 3. à n. 1.* qui latius exemplificans, in versu sequenti comprehendit modos dictos.

Nihil formæ demas, nil ponas, nil variabis.
Transmutare caue corrumpere verba morari.

3 Qui notat mutationem posse esse, vel substantialem, & essentialem, vel accidentalem tantùm, & tunc dicit, vt sit substantialis, essentialis, quando scilicet mutatur essentialis, & substantialis significatio formæ, vt si quis diceret *ego Baptizor te*: nam sic mutatur significatio essentialis formæ; & in hoc casu resoluit cum communi ex D. Thoma *q. 60. art.* 4. nullum effici sacramentum; quia mutatur substantialiter significatio, quæ est de essentia sacramenti, & similiter, si diceret *ego te Baptizo in nomine Matris, filij &c.* quia non subsistit legitimus sensus formæ.

Vnde fit quod subtractio tunc vitiet sacramentum quando tollit legitimum sensum formæ, 4
vt si in forma Baptismi v.g. omitteret vnam personam, in Eucharistia in forma panis, subtraheret verbum *meum*, in forma sanguinis *omitteret sanguinis mei.*† Idem esset in additione, si additio 5
tollit sensum formæ; quia tunc tollet eius substantiam, vt si v.g. Baptizaret dicendo *ego te Baptizo in nomine Patris maioris, filij minoris &c.* quia non manet legitimus sensus formæ. Interpellatione inquam, siue interruptione verborum, si tanta inquam esset, vt ex modo proferendi non conficiatur vna oratio, & integer sensus, vt explicaui in *dict. quæst. præced.* sub dicto vers. *ad quartam*, & dico *hic infra*. Et de corruptione verborum idem dicitur quando talis est, vt mutet eius legitimam significationem, vt dictum est; quod non fit v.g. Baptismus, siquis diceret *ego te Baptizor*, & *ego te Baptizo in nomine matris, & filij &c.* quod si mutatio verborum fiat in signa, & nutus (excepto matrimonio) quia hæc est mutatio substantialis, fit vt irritet sacramentum, cum adhibenda sit forma, quam Christus instituit quæ in verbis consistit, vt dixi *supra dict. q.* 4.

Circa mutationem materiæ in substantia, & es- 6
sentia, idem respondeo, vt tunc si talis est, vitiet sacramentum, quæ tunc inquam dicetur substantialis, quando moraliter in materia non manet eadem ratio signi à Christo Domino instituti in ordine ad vsum humanum, ad quem materia fuit à Christo Domino assumpta; & ob id aqua v.g. artificialis tollit Baptismum; quia non est apta ad lauandum, ad quem vsum assumitur in Baptismo; nec v.g. massa cruda fit materia Eucharistiæ; quia non est apta ad comedendum.

Item contingit mutatio substantialis in sacra- 7
mentis, si à diuersis ministris formæ prolatio in quolibet ministrando sacramento fieret, excepto sacramento Extremæ Vnctionis per specialitatem de illo adductam *supra tit. præced.* vbi dixi quod simul, & successiue possit illud Sacramentum perfici, & successiue ministrare à pluribus sacerdotibus: In cæteris inquam sacramentis id nequit contingere cum formæ prolatio diuidi non possit
inter duos ministrantes.† Et sic non fieret v.g. sa- 8
cramentum Baptismi, siquis diceret *ego te Baptizo*, & alius prosequeretur *in nomine Patris*, sicut nec teneret si quis solum diceret *ego te Baptizo in nomine Patris*; quia in vtroque deficit substantialis sensus: ita docent Henriquez *lib. 1. cap. 9. n.* 9. Bonacina *disp. 1. to. 1. q. 2. puncto* 4. Trulench. *dicto dubio 3. n. fin.* & de adductis mutationibus docent alij referendi.

Itaque iam ad accidentalem deueniendo muta- 9
tionem, dico vt sit illa, quæ non tollit substantiam formæ, ac materiæ à Christo institutæ, & assignatæ, nec sensum ciuilem, & humanum formæ clarum, & expressum à Christo Domino pro effectu sacramenti significato, & causato intentum, vt docent, tam de mutatione substantiali, & accidentali D. Thom. *supra q. 60. art.* 7. Suarez, & Egidius *ibidem* Vasquez *disp* 129. *cap* 7. Beccanus *q. 7. de sacram. n.* 3 Reginald. *lib. 26. n. 10. &* 11. Hurtado *disp. 1. dif.* 14. & in prædicta mutatione accidentali, concludunt DD. scholastici, vt maneat ea, non impediente nihilominus

Sacramentum; quia non mutatur eius substantia, & essentialis significatio, vt exemplificatur in mutationibus, seu variationibus sequentibus.

10 Non inquam mutatio idiomatis vitiat sacramentum, cum solùm sit accidentalis; alias itiquam administranda essent omnia sacramenta in lingua Hebræa, non in latina, seu alias materna. Nec verba Synonyma intra idem idioma irritant sacramentum; quia non mutant illius substantialem significationem, sed accidentalem tantùm, cum & Baptismus esset si quis diceret *ego te abluo*, essetque etiam sacramentum Pœnitentiæ, si confessarius absolueret verbis sequentibus *ego remitto, vel Condono tibi peccata tua*, idemque continget in transportatione verborum, si sensum substantialem non mutet, vt si v. g. diceret minister *ego Baptizo te*, etsi conficiens sacramentum Eucharistiæ diceret *meum corpus est hoc*; quod si aliquando communem tolleret sensum, irritum fieri sacramentum, resoluunt Doctores citati, & citandi, vt si ministrans diceret *ego Patris te Baptizo in nomine filij, & Spiritus sancti.*

11 Corruptio autem verborum erit accidentalis, quando non mutat substantialem sensum formæ; & sic tenet Baptismus, si minister diceret *ego te Baptizo in nomine patria, filia. Spiritua Sancta*, vt docet Zacharias Papa *in cap. retulerunt de consecrat. dist.* 4. D. Thom. *in* 3. *p. dict. q.* 60. *art.* 7. *ad* 3. & communiter DD. quia quamuis illæ voces in rigore habeant aliam significationem; dicunt tamen Doctores quod sumuntur communiter ibi pro tribus personis, modo sic Baptizans haberet intentionem, Ecclesiæ, secus si credat in trinitate esse *filiam*, in cuius nomine vult conficere sacramentum, quia tunc exprimit in forma errorem ipsi contrarium: ita Ledesma late, & bene *in summa cap.* 1. *de sacram. conclus.* 10. *in fine*, Truleneh. *dict. dubit.* 3. *n.* 11. qui è contra dicit, vt valeat Baptismus, si quis nomine *Spiritus* præponat, *E*, & dicat *ego te Baptizo in nomine Patris, & filij, & Espiritus sancti*, cum hæc corruptio non sit substantialis, vt dixit Coninch. *in* 3. *p. D. Thoma dict. quæst.* 60. *art.* 8. *n.* 77. & propter eandem causam dicit Bonacina videndus *dict. p.* 1. *q.* 2. *disp.* 1. *p.* 1. *n.* 20. & 21. vt vere consecraret qui diceret *hic est Calix sanguinis mei.*

12 Hinc fit vt si additio verborum formæ, substantiam non mutet sensus, maneat sacramentum, vt si v. g dicendo *ego te Baptizo in nomine Patris, qui te creauit, filij, qui te redemit, & Spiritus sancti*; quia hæc additio non destruit significationem formæ, & hoc quamuis ex ignorantia putet verba, quæ ipse addit esse de essentia, modo habeat legitimam intentionem Ecclesiæ, explicant Suarez *disp.* 2. *sect.* 4. & 5. Coninch. *dicta quæst.* 60. *art.* 8. *dubio* 2. Bonacina *dicta quæst.* 2. *puncto* 1. *num.* 28. 29. & 30. Henriquez *lib.* 1. *cap.* 9. Ledesma *de sacram. in summa cap.* 1. vt dico *infra sub cap.* 1. & aliis hu-

13 ius tituli. † Idemque asserunt relati Doctores, si mutatio contingat in subtractione non substantiali verborum formæ, vt si in consecratione Eucharistica *panis* proferret minister *hoc est corpus meum*, subtracta particula *enim*, & in Baptismo prætermisso pronomine *ego*; eo quod dictæ particulæ non sint de essentia formæ, cum, illis prætermissis, saluetur illius legitimus sensus.

Vnde ex adductis, & aliis docent Doctores 14 esse sacramentum validum ministratum per verba æquiuoca, modo minister habeat rectam intentionem significandi, quod per verba formæ significatur, & non inducendi nouum ritum contra
Catholicam Ecclesiam, † vt patet exemplo Bapti- 15
zantis *in nomine Patris &c. Beata Maria Virginis*, ex ea ratione, quia mutatio hæc non censetur substantialis, cum hic, & nunc verba illa accipiantur ad eum sensum, quem importat verba formæ: tamen si in prædicta forma Baptizandi intenderet, & quaternitatem personarum, vel B. V. Mariam concurrere effectiue ad sacramentum, tunc non confici sacramentum Baptismi; quia error exprimitur in forma qui est contra eius essentiam; & hoc si habuerit Minister legitimam intentionem, explicant Suarez *in* 3. *p. D. Thom. disp.* 2. *sect.* 5. Coninch, Ledesma, Bonacina, Henriquez, & alij apud Bonacinam *supra n.* 25. & Trulench. *dict. dubitatione* 3. *n.* 13. *ante n.* 10. vbi quod Baptismus in forma prædicta conficitur, si solum Minister adducat B. Virginem deprecatiue ad effectum consequendum illius Sacramenti. Alia addunt DD. ad omnimodam explicationem prædictorum.

Quare iam non obstat dictum de mutatione 16 formæ matrimonij *supra n.* 1. quia respondetur Ecclesiam non variasse formaliter loquendo materiam matrimonij, sed solùm materialiter; eo quod materia, quam Christus voluit ad sacramentum matrimonij, non erat qualiscumque consensus contrahentium, sed consensus legitimus, & validus; ob idque Ecclesiam potuisse optime reddere inualidum illum, qui antea validus extitit: etenim vt patet ex Trid. *sess.* 21. *cap.* 2. & docent adducti à Barbosa *ibi*, Nauarr. *de pœnit. dist.* 5. *cap.* 1. *in principio. n.* 15. Ochogauia *q.* 5. Henriquez *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 10. Suarez *dicta disp.* 2. *sect.* 6. Bonacina *dicta disp.* 1. *q.* 2. *puncto* 1. *n.* 11. Reginald. *lib.* 26. *à n.* 15. Molfesius *p.* 1. *summa tract.* 1. *cap.* 7. *n.* 56. Leander *infra* cum Cardinali Lugo, & aliis, & Vasquez videndus *dict. disp.* 129. *c.* 5. *n.* 75. semper in Ecclesia fuit potestas, vt in sacramentorum dispensatione (salua eorum substantia) statuendi, & mutandi ea, quæ magis expedire Iudicaret.

Quando autem substantialis materia maneat, 17 vel pereat, est desumendum ex traditione, praxi, & Doctrina Ecclesiæ, Conciliorum, & Patrum, vt tradit cum Vasquez, Hurtado, Beccano, & aliis, ex adductis Leander *de sacram. disp.* 1. *q.* 13. 14. & 15. & Egidius Trullench. *de sacram. cap.* 1. *dicta dubit.* 3. *n.* 4. ait quod debet seruari modus proferendi in Ecclesia approbatus, sed non inde sequi, vt si Ecclesia præciperet quod hoc, vel illo modo tantùm vtamur, fieri sacramentum,
etsi trangressor peccaret. † Consulunt autem 18
Trulench, *dicta dubit.* 3. *n.* 4. *in fine*, Filiucius *tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 4. *q.* 7. Henriquez *lib.* 1. *cap.* 9. Ledesma *in summa lib.* 2. *cap.* 1. melius facere mulieres si Baptizent in lingua materna, formam proferendo; quia perfecte non proferunt linguam latinam.

Ad secundam quæstionis partem, an in con- 19 iunctione materiæ, & formæ, detur in verbis, aut in interruptione paruitas materiæ? & quia ad quodlibet horum dubiorum poteris respondere ex adductis *supr. q.* 4. *vers. ad quartam*, dum egi de illo, *an requiratur, quod materia, & forma*

simultata

simultate temporis coexistant, & ibi in vers. *quod si iterum dubites*; ideo nunc breuiter repetam
20 de tribus propositis dubiis. † Et licet videatur vt non detur paruitas materiæ; eo quod multi Doctores requirant temporis simultatem inter aliquam saltem formæ, & aliquam partem materiæ, vt Scotus, Richardus, Gabriel, Petez, Nauar. & Syluester, quos refert Diana, *p. 5. tract. 5 res.* 40. tamen ipse cum Victoria, & Soto, & Granados *de sacram. 3. p. disp. 4. tract. 1. n. 4.* non sic in praxi tenendum, quamuis magis ex professo Caietanus contrariam defendat, non solùm in Baptismo, sed potissimum in Sacramento Ordinis; quia etsi verum, vt iste, & illi sentiunt inter materiam, & formam sacramenti requiratur ea coniunctio, quæ necessaria est ad veritatem verborum: tamen ea satis liquet ex morali adducta coniunctione in dicto vers. *quod si iterum*; eo quod ad moralem coniunctionem satis sit, si verba non ita distent à re sensibili, vt desinant actuare, & determinare ad significationem rei sacræ: & sic intelligitur, quando verba parum distant à materia, etsi non simul coëxistant.

21 Vnde fit vt si v. g. in Baptismo, finita ablutione, Baptizans proferat statim formam, vel finita forma ablueret, censeatur simul moraliter: nec sit repetendus Baptismus: ita docent Henriquez *lib. 2. de sacram. in genere dict. cap. 9. num. 10.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 4. dif. 2. num.* 6. Layman. *in theologia morali lib. 5. tract. 2. cap. 7. n. 5.* Hurtad. *de Bapt. disp. 2. dif.* 8. Diana *p. 3. tract. 4. res. 6.* contra Richard, Scotum, Caietanum, Nauar & Zambranum *de casibus occurrent. tempore mortis. cap. 1. dub. 2. dicto* 2. & quia Ferdandez de Heredia *in disp. de sacram. in genere p. 6. dub. 2. n. 8.* dixerit vt explicet morulam quod potest ablui in totum ante inchoatam formam; quin imo interposita breui morula, ea scilicet, in qua possit oratio Dominica recitari, adiici queat forma Baptismi, & vice versa, dicens hanc sententiam communem esse in sacramentis Confirmationis, Ordinis, & Extremæ Vnctionis: tamen hanc morulam nimis laxam dicit Diana *dicta res. 6* & ob id non admittendam ex quibus consequitur, vt in coniunctione, de qua loquimur detur, & admittatur materiæ, & formæ paruitas circa coniunctionem vtriusque.

22 Itemque ex adductis in nostræ quæstionis vers. *ad primam* est danda materiæ paruitas in verbis formæ sacramentorū; dum tamen verba sint accidentalia, nec mutantibus sensum, vt exemplificatur, de particula *enim* in sacramento Eucharistiæ, & particula *ego* in sacramentis Baptismi, & Pœnitentiæ, vt docent Hurtad *de sacram. in genere disp. 1. difficult.* 14. Alfonsus Leo *de officio confes. p. 1. recollect. 7. n. 40.* & sic rectè notauerunt Granados *de sacram. in p. 4 contr. 3. tract. 1. disp. 5. num. 3.* & Diana *dict. p. 5. tract. 5. res. 39.* quam ridiculum esse scrupulum eorum, qui si ad finem verborum consecrationis non proferunt, *in*, valde distinctè, & illud, *quod* in verbo *est* reperitur, putarent se non consecrasse, cum hæc mutatio nullius sere momenti sit.

23 Item etiam ex adductis in dicto vers *ad quartam* datur paruitas materiæ in formæ Sacramentorum interruptione, ac interpellatione, vt si Minister prolatis aliquot verbis, moram faciat, deinde addat reliqua, dum tamen mora sit breuior, & non impediat orationis sensum, & vnitatem, cum tunc mutatio sit accidentalis, in qua non obstante paruula mora, reperitur sacramentum, explicat Granados *in summa Theolog. in 3. p. D. Thom. dict. q. 60. cap.* 4. Vbi dicit standum esse arbitrio probi, ac prudentis viri, numquid distinctio, & mora fuerit diuturnior, sic vt videantur duæ orationes, aut vna tantum, & explicans late loquutus Nugnus *tom. 1. in 3. p. dicta quæst. 60. art.* 8. cuius verba refert Diana *dicta res.* 31. aduertit multò facilius fieri dictam discontinuationem per admixtionem aliorum verborum, quam quando fit sistendo in medio; quoniam qui alia verba admiscet, intendit ad aliam orationem; & sic per se loquendo, omittit præsentem, atque adeo videri quod non possit illam continuare; item etiam quod facilius discontinuetur oratio, quando fit interruptio inter syllabas eiusdem termini, quam si fiat inter terminum, & terminum, vt si quis dicat *ego te Bap.* & ibi sistat, vel admisceat alia verba, & postea subdat *tizo in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti*; quia tunc ait, & si non sit magna distantia, sed mediocris, non confici Sacramentum. In alio autem casu, quando proferens qui Baptizat verba *ego te Baptizo*, & post quadrantem proferat alia formæ verba, *in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti*, non fieri Baptismum ait Marchantius, *de sacram. in quæstion. regul. tract. 1. cap. 2. q. 2. casu 3. fol.* 156. qui exemplis expendit Iuxta quæ tenuli in dicto vers. *quod si iterum, dict. q.* 4.

Ad tertiam quæstionis partem, an quis peccet 24 mortaliter variando formam, & materiam sacramentorum? Et in hoc dubio communis Doctorum resolutio est, vt quæcumque formæ mutatio, si eius legitimam tollit significationem, sit ex genere suo peccatum mortale, sacrilegij; imò & sit tale peccatū, si mutatio reddit dubiam significationem, secundū m viri prudentis arbitrium; quia exponit se periculo faciendi sacramentum inualidum. Vnde fit quod si quis ex industria corrupte profert, aut mutat verba formæ, peccet mortaliter, si corruptio, vel mutatio sit notabilis: sic *infra* referendi. Tamen si verba essentialia formæ mutentur in alio, idem tamen significantia ex genere suo, non esse peccatum mortale, sed tantùm veniale, resoluunt Valentia *tom. 4. disp. 7. quæst. 1. puncto 3.* Sotus *in 4. dist. 14. q. 1. art. 5.* Ochogauia *tract. 1. de sacram. pœnitentia. q. 6. n. 6.* Diana *dicta res. 3. 9. p. 5. tract. 5.* vers. *notandum.*

De mutatione autem accidentali dicendum 25 etiam est, vt sit peccatum mortale, si sit notabilis, quia licet integritas accidentalis, non sit de necessitate sacramenti; est tamen de necessitate præcepti: ita Egidius Trulench. *de sacram. lib. 1. cap. 1. dub. 3. num.* 15. Coninch. *dict. quæst. 60. art. 8. dubio 2.* Filiucius *tom. 1. tract. 1. cap 4. q. 9.* Caietan *in summ. verb. missæ celebratio.* Sylnius 3. *p. D. Thom. dict. q. 60. art. 3. dub. 3. conclus.* 3. Diana *dict. p. 5 tract. 5. res. 39.* vers. *sed non desinam.* Qui omnes limitant hanc conclusionem, quando mutatio accidentalis est parua, nam tunc firmant esse tantum peccatum veniale, vel si facta sit, non scienter, modo absit contemptus interpretatiuus: ita Sylnius *supra* dicens quod materiæ paruitas, communiter excuset à mortali, item si absit plena deliberatio, vel si negligentia fuit leuis, dum præces fuit oblatio;

quamuis nutet sensum, Henriquez *lib. 1. cap. 9. n. 15.* Coninch. & Trulencb. *supra* dicentes quod quoties cumque quis adhibuit debitam diligentiam, qualis ordinariè à viris doctis, prudentibus, & timoratis adhiberi solet, excusetur à peccato mortali.

26 Ad quartam quæstionis partem, an peccet mortaliter, si formam absolutionis variet, vt si v.g. quis diceret, *absoluat te Deus*, vel *absoluaris*, vel *absoluatur Petrus*, vel si confessarius dicat *volo absoluaris*, aut *libet te absolui*; & supposito quod forma absolutionis, debeat conferri modo indicatioo, non autem deprecatiuo, vt docent Scotus *in 4. dist. 14. q. 4.* Gabriel. *q. 1. art. 1.* Vasquez, *in 3. p. tom. 4. q. 84. art. 3. dubio 3.* Suarez, *disp. 19. sect. 1.* Diana, *dict. p. 5. tract. 13. res. 34.* contra Caietanum, & Sotum omnibus prædictis modis indicatiuis, aut imperatiuis, formam absolutionis esse sufficientem, & quoties significent actum Iudicialem, & sententiam decisiuam absolutionis à peccatis; quia in his verbis adductis, saluatur sensus formæ sacramentalis absolutionis, quæ instituta est à Christo; imo dicunt sententiam Iudicis conuenientius adhiberi, non solùm modo imperatiuo, sed indicatiuo.

27 Dubitant verò Doctores, nunquid confessarius absoluens à peccatis in sacramento pœnitentiæ, aliquo ex prædictis modis peccet mortaliter. in quo dubio etsi Diana suum Iudicium non proferat *dict. tract. 3. res. 34.* & Hurtado *complict. disp. 5. de pœnit. dif. 3.* firmet, & dicat absolutionem sic prolatam illicite fieri, sed ministrantem peccare tantùm venialiter; quia ea mutatio non est grauis, sed leuis: tamen reuera videtur aliud dicendum, si sit frequens talis mutatio cum inuertat vsum frequentem Ecclesiæ, nempe *ego te absoluo à peccatis &c.*

28 Pro complemento notandum est ignorantiam Iuris moraliter loquendo non posse excusare ab hoc peccato mutationis; quia omnes ministri huiusmodi Iua scire tenentur ex adductis per Doctores canonicos *in cap. ignorantia de regula, & in cap. 2. de constit. lib. 6.* per ignorantiam verò facti posse quem sæpè excusari, docent Theologi *supra* adducti; quia non est in nostra potestate semper aduertere omnes facti circunstantias; quilibet enim, alioqui diligens ex aliqua distractione, vel perturbatione potest omittere aliquod verbum, vel consecrare in aqua v.g. pro vino, & similia, vt tradunt Caietanus *in summ. verb. missa celebratio* Filiucius *dict. tom. 1. tract. 1. cap. 4. q. 9.* Truleneb. *dict. dub. 3. sub n. 15. in fine*, & alij.

29 Item ex adductis *supra* sub hac quæstione, notandum est cum Suarez *in 3. p. dict. disp. 2. sect. 4.* in explicatione *secundo mutationis*, & Reginald. *tom. 1. lib. 26. cap. 1. n. 23.* ex doctrina D. Thom. *in 3. p. dict. q. 60. art. 7. ad 3.* & ex communi DD. apud Bonacin. *tom. 1. disp. 1. q. 2. puncto 1. à n. 20. & 25.* non posse aliquem valide fingere verba in administratione sacramentorum, illisque vti ad significandum id, quod significant verba formæ; quia verba, quæ assumuntur in sacramentis debent esse humana, publica, & accomodata secundum communem vsum hominum; & ob id dicunt, vt non valeret consecratio corporis Domini, si quis tantum prima nominis elementa H, e, c, e, m, vsurparet.

30 Tertio notandum est, vt numquam liceat, seclusa necessitate vti materia, vel forma dubia, vel probabili, relicta omnino certa; quia quando rationabiliter dubitatur permutationem perijsse sensum formæ, eam iterandam esse sub conditione, maxime in Baptismo, confirmatione, & ordine; quæ iterabilia non sunt, eo quod imprimant Characterem. Quare iam legitime incidimus in explicationem *cap. 1.* & aliorum huius nostri tituli, vbi late de hoc notabili: nec alia de sacramentis in genere repetam, dixerimque præcedentia, vt necessaria ad tractationem nostri tituli at si alia desideres leges præter iam relatos nouissime agentem *de sacram. in genere* P. M. Pradum *in eodem tract. qui abunde per casus speciales explicat commentans quæstion. 60. 61. 62. 63. & 64. & 65. in 3. part.* D. Thomæ *omnino legendus qui & moderationes etiam citat.*

AD TEXT. IN CAP. I. Pastoralis hoc titulo, de Sacramentis non Iterandis.

PRÆMISSVM.

Ex iam adductis *supra à q. 1.* pro Rubricæ enodatione, nonnullis adiectis de sacram. in genere, ac *ibi dict. quæst. 1. & 2.* de ratione quare nonnulla sacramenta, vt sunt Baptismus, Confirmatio, & Ordo reiterari non possunt, & Pontifex Innocent. III. constituerit, vt in ordinato in subdiaconum siue manuum impositione, & confirmato non chrismatis, sed Olei Vnctione, non fiat iteratio, at tantùm prætermissum caute suppleatur; ideo iam incidimus in inquirenda ratione, quam percipies ex proxime dictis hic in quæstionibus sequentibus.

QVÆST. I.

Quare ordinati in subdiaconum, deficiente manus impositione, non iterum ordinentur, sed caute sit supplendum quod incaute fuerat prætermissum? Et quare idem dixerit Pontifex de confirmato non chrismatis, sed Olei Vnctione? Cum reuera, subdiaconus ordinatus cum Calice non consecrato, debeat iterum ordinari & sic iterum confirmari, qui tantum Oleo fuerit confirmatus, cum chrisma necessarium in administratione sacramenti confirmationis videatur?

SVMMARIVM.

1 *Manus impositio est necessaria in ordinandis Episcopis, Presbyteris; & Diaconis Quid in confirmatione* n. 2. & 3.

4 *Manus impositio est materia consecrationis Episcopalis, Presbyteralis, & Diaconalis* n. 5. 6. 7. & n. 10.

5 *Ecclesia Græca ordinat per manus impositionē super caput ordinandi latina etiam per Calicis, & Patenæ porrectionem.* n. 6.

6 *Græco*

6 *Graco ritu per vnicam impositionem manus; vnamque formam, duplex confertur potestas subdiacono, Diacono, & Presbytero. Ritu verò latino non nisi per duplicem materiam.*

7 *Apostoli ordinarunt Diaconos solâ manu impositione.*

8 *Diaconus quâ formâ apud Gracos ordinatur à Pontifice, qua apud latinos.*

9 *Character datur Diacono duplex in sua ordinatione, sicut etiam duplex datur sacerdoti.*

11 *Manus impositio non est materia proxima ordinis subdiaconatus* numero 12.13.14. 15.16.

12 Cap subdiaconus 15.dist.23.& n.13.

14 Cap.quoniam 69.dist.n.15.& 16.

15 *Manus impositio multiplex est vt sigillatim dicitur.*n.19.20.21.22.23.24 25.

16 *Manus impositio in subdiaconatus ordine potius expectat ad caremoniam Ecclesiasticam, & in aliis ordinibus minoribus* n. 17. & 18.

22 *Manus impositio ad quid fiat super Energumenos.*

23 *Exorcitatus qua sit forma.*

25 *Manus impositio accepta pro reconciliatione Pœnitentium, vel expulsione infirmitatis, vel Diaboli, vel simplici benedictione; nihil aliud est quàm oratio supra hominem; non sic si ponatur pro confirmatione, & ordinatione.*

26 Cap.fin.de sacram.non iterandis, hoc tit. & n.30.& 37.

26 *Intelligitur textus noster* n.28.29.30.31.32. *& in secunda eius parte ex* n. 38. *ad* 44. *cum aliis.*

28 *Manus impositio supplenda, quare in confirmatione, & non in subdiaconatu* n. 29. 30. & à n.38.*latissime.*

30 *Actum nihil dicitur, dum aliquid superest ad agendum*

31 *Substantialia quadam sunt in sacramentis, quasi omittantur, nihil agitur. Solemnia quadam, quasi omittantur, supplentur. Dubia quadam in quibus datur totalis iteratio. Quadam leuia, & in quibus singula verificantur* n.32.33.34.35.& 36.

36 *Suppletur omissum, quod pertinet ad solemnia in ordine; iteratur omissum substantiale.*

37 *Manus impositio omissa in Diaconatu, subdiaconatu, ac Presbyteratu, non facit vt sacramentum sit iterandum, sed quod suppleatur caute.*

39 *Pontifex non reputatur respondisse de eo, quod extra controuersiam est.*

40 *Chrisma omissum in confirmatione, num faciat repeti sacramentum, sed tantum sit supplendum,* numeris sequentibus.

41 *Balsamum num sit de necessitate confirmationis.*

42 *Ecclesia nunquam consueuit consecrare chrisma sine balsamo.*

44 Cap.cum itaque de consecratione dist.4.

46 *Materia confirmationis posita non est in vnctione sola Olei, sed chrismatis.*

47 *Balsamum per se solum non vocatur chrisma, nec Oleum per se, sed simul cum Balsamo. Et qualiter habeatur in Confirmatione* n.48.

48 *Aqua emissa in consecratione, post eam, non infunditur calici.*

49 *Balsamum nunquam in Ecclesia deficit.*

50 *Pius IV. in quodam suo priuilegio concessit Episcopis indiarum, vt possent consecrare sanctum chrisma cum Balsamo inuento apud Indos.*

Contra primum nostri textus dictum, facit quod scripsi *supra in tit. de temporib. ordinat.q.*1.*vers.ad vltimam à n.*25.vbi resolui quod subdiaconus ordinatus cum calice non consecrato, debeat iterum ordinari; siquidem in ordinandis, ac consecrandis Episcopis, Presbyteris, & Diaconis sit de necessitate sacramenti manus impositio, qua deficiente, videatur iterum esse istos ordinandos. 1

Et contra secundum facit quæ longe tractaui *supra de sacra Vnctione cap.vnico in §.per frontis*, vbi agens late de sacramento confirmationis *ibi q.*2.*à n.*1. videtur probatum chrisma esse materiam necessariam huius sacramenti confirmationis; & sic deficiente chrismate, iterum confirmandum, qui solo oleo fuerat confirmatus. Econtra pungunt talia, quæ *ibi dixi q.*4.vbi multos adduco dicentes solam impositionem manuum esse materiam proximam sacramenti confirmationis, chrisma autem remotam, vt etiam dictum est *ibi sub dicta quæst.*3.& ibidem. 2

Applicatis ergo quæ in locis proxime citatis adduxi, vt breuiter, & clare in duobus præsentibus dubiis nostri textus me geram, existimo amborum dubiorum sub vnica responsione, ac decisione à Pontifice Innocent. III. comprehensorum expetendam esse resolutionem, tum à necessitate impositionis manuum in ordine subdiaconatus, num in eo procedat, ac requiratur, vt in ordinatione Episcopi, Presbyteri, & Diaconi. Tum in sacramento confirmationis, an chrisma ita sit necessarium, vt eo deficiente, quamuis confirmandus oleo confirmetur tantum, sit repetendum, & iterandum illud sacramentum, vt nulliter primo datum, eo quod chrisma deferit, seu sufficiat, vt Pontifex decidit caute chrisma suppleri, quod incaute fuerat prætermissum. 3

Ad primam verò difficultatis partem, vt respondeam, præmitto cum scholasticis, & aliis Theologiæ moralis scriptoribus, materiam consecrationis Episcopalis, Presbyteralis, ac Diaconalis esse impositionis manuum, vt de consecratione Episcopali docent Petrus Soto *lect.* 5. *de ordine*, Vasquez *disp.*240.*cap.* 5.*n.* 58. Ægidius *disp.*10.*dubio* 7.*conclus.*1.Hurtadus *difficult.* 10. Philibertus *tract.*1.*p.*2.*cap.*11.*n.* 12. Patr à Sancto Ioseph.*tom.*1.*de sacram. disp.* 7.*sect.* 2.*pag.* 316.Sanchez *tom.* 2. *consilior. lib.*7.*cap.*1.*dubio* 15.*n.* 7. Trullench, *lib.*6.*de sacram. dub.*2.*n.*7. Castrus Palaus, *tom.*4.*tract.*27. *puncto* 4.*num.*1. Leander cum aliis *de sacram.ordinis disp.*3.*q.*1. dicentes materiam solam esse impositionem manuum trium Episcoporum super caput consecrandi; & sic dixit Henriquez *lib.*10.*cap.*7.*n.*3.& Armilla verbo *ordo n.* 11. in verbis sequentibus *ordo Episcopatus quoad potestatem eius suscipitur in impositione manuum Episcoporum super caput eius.* Et licet D.Anton *in* 3.*p.tit.*14.*cap.*16. Filiucius *tract.*9.*n.*4 de Castillus *tract.*6.*de ordine disput.*1.*dubit.*9. *n.* 127.& Carolus Bonins *in scholio cap.* 3.*lib* 8.*const. Apostolic.* existiment non solùm impositionem manuum, sed etiam 4

impositionem libri euangeliorum super ceruicem, & scapulas consecrandi esse materiam Episcopatus &c. Tamen quia semper prærequiritur manuum impositio manet, vt in tali consecratione sit ea materia proxima Episcopatus.

5 De materia Presbyteratus, siue in Ecclesia latina, aut Græca, patet; quia etsi differant Ecclesia Græca, & latina; & quod Græca ordinat Presbyteros, non per calicis, & Patenæ porrectionem, sed per manus impositionem super caput ordinandi, dicente Episcopo *Diuina gratia, quæ semper infirma sanat, & quæ desunt supplet, creat, seu promouet N. Venerabilem Diaconum in Presbyterum.* latina inquam vtatur pro materia Presbyteratus, non solùm impositione manuum, sed etiam traditione calicis cum vino, & Patenæ cum Hostia, vt docent, communiter scribentes, etsi aliquis teneat materiam sacerdotij apud Græcos esse etiam sacratissimum panem, & quantitatem sacrorum vasorum, vt dixit Antistes Philadelphiensis *in opusculo de sacram*; vti referunt Petrus à S. Ioseph. *tom. 2. de sacram. disp. 7. sect. 3. pag. 342.* & Leander *disp. 3. de sacram. ordin. q. 5.* Tamen in vtraque Ecclesia pro materia vsus est conformis impositionis manuum Episcopi super caput ordinandi, nec de ritu Græco dubitandum esse, quin illo fiat sacramentum, aut de illius valore, docent Cardinalis Lugo post Archadium *de sacram ordinis cap. 2. disp. 5 sect. 3.* de Castillus *tract. 1. de sacram disp. 1. dubit. 20. & 21.* Diana *p. 8. tract. 1. res. 42.* vbi tractans quæstionem, an summus Pontifex possit permittere, vt Græci administrent sacerdotium sine instrumentorum porrectione. † Et resoluens pro affirmatiua longe loquutus resoluit *ibi* in vers. *deducitur* ritu Græco per vnam impositionem manus, vnicamque formam duplicem conferri potestatem subdiacono quidem contractandi vasa sacra, & legendi epistolas, Diacono, dispensandi corpus, & sanguinem Christi ex commissione sacerdotis, nec non legendi Euangelium; Presbytero consecrandi Corpus, & Sanguinem Christi, & simul à peccatis absoluendi; Ritu inquam Latino non nisi per duplicem materiam, iam dictam, duplicemque formam, vbi ex Patre Amico, & Petro à S. Ioseph, item & Patre Francisco de Lugo Fratre Cardinalis de Lugo, & ex alijs plura congerit, quo pacto hæc sustineantur, vt explicet ex mentis Concilium Nicænum I. *can. 9.* & Cartaginense, *4. cap. 3.* & Trident. *sess. 14. cap. 3. de Extrema Vnctione*, docentes Presbyteratum manuum impositione conferri cum Concilio Florentino docente conferri traditione Calicis cum Vino, & Patenæ cum Hostia, & cum infinitis alijs Leander, *p. 7. de sacram. ordin. disp. 3.* Legendus *q. 5. 6. 7. & 8.* cum Vasquez, Henriquez, Bellarmino, Fornario, Petro Soto, Scoto, Ægidio, Filiucio, Homo de Bonis, Trullench, Castro Palao, Sanchez, Suarez, de Castillo, Præposito, & infinitis alijs explicantibus à quo principio ita procedat, de quo aliqua sub hoc dubio.

6

7 De materia verò Diaconatus communiter dicitur vt in Ecclesia Græca materia totalis, & adæquata Diaconatus, sit manus impositio ab Episcopo facta in caput ordinandi; quia Apostolis sola impositione manuum, non libri Euangeliorum traditione ordinarunt Diaconos, vt optime probant Philibertus *tract. 1. p. 7. cap. 2. à n. 7.* Cornelius à Lapide *in cap 6. actuum* Petr. à S. Ioseph. *disp. 7. dicta sect. 4* de Castillo *tract. 6. disp. 1. dubio 11. n. 174.* & Cardinalis Lugo *disp. 2. de sacram. sect. 5. n. 85. & 91.* Leander *dicta disp. 3. de ordine q. 11.* † referentes vt quando apud Græcos ordinatur Diaconus, Pontifex habens manum impositam capiti illius, sequentem formam clara voce enunciat, *Diuina gratia, quæ semper infirma curat, & imperfecta perficit, promonet talem reuerendum Subdiaconum in Diaconum*, & licet de Ecclesia latina sentiant DD multi, vt sola traditio libri Euangeliorum sit vera, legitima, & adæquata, & totalis materia Diaconatus ex D. Thoma *q. 37. art. 5 ad 5.* Alij ex diametro materiam Diaconatus in sola manuum impositione si tam esse; non verò traditione libri Euangeliorum ex D. Bonauentura *dist. 24. art. 1. q. 4.* Durando *q. 2.* Caietano *tom. 1. opuscul. tract. 11.* Scoto *q. 3. art. 2. in fine*, & alij. Verius tamen est ex ante adductis de Presbyteratu, materiam proximam, & adæquatam, & totalem ordinationis Diaconi latioi, nec consistere in sola traditione libri Euangeliorum, nec in sola impositione manus Episcopi, sed in vtroque simus. † Et vt quemadmodum sacerdotes suâ ordinatione recipiunt duplicem potestatem consecrandi scilicet, & absoluendi, vt dico lata *in c. fin. hoc tit. sub q. 1.* à vers. *ad primam*, & duos realiter distinctos, characteres quorum vnum sine altero consistere potest; ita similiter dici debeat de Diacono, quod videlicet per impositionem manus Episcopi imprimitur vnus character, quo datur Diacono potestas ministrand, sacerdotium, & dispensandi Eucharistiam, salum in necessitate; per traditionem vero libri Euangeliorum alius distinctus imprimitur character, & datur ei potestas legendi Euangelium: ita expresse Leander *dict. tract. 6. de sacram disp. 3. q. 12.* latè agens ex sententia Coninch *disp. 20 dubio 2. conclus. 3.* Adami *disp. 7. q. 2. dubio 3.* Filiucij, Layman, Cardinalis, Ossius *de sacram. ordinis cap. 15.* Fornat. *de ordine cap. 2. B.* Ledesma, Pesantio, Cornelio, Petro à S. Ioseph, & Lugo *de sacram. disp. 32. n. 100.* Granad. *tract. 1. disp. 3. à n. 26.* do Castillo *tract 6. disp. 5. dub. 25.* cum aliis, qui sic conciliant auctorem aliorum.

8

9

10 Etenim in Concilio Toletano *11. cap. 10.* relato *in cap. Presbyter, & in cap. quorundam clericorum dist. 23.* præcipitur quod in ordinatione Presbyterij, & Diaconi, Episcopus manum imponat. Et in Concilio Trid. *sess. 4. cap. 13.* definitur ministrum Extremæ Vnctionis, *soluta esse sacerdotem ab Episcopo per impositionem manuum Presbyteri rite ordinatam.* Et in Chartaginensi *4. cap. 2. ad 5.* statuitur sacerdotem per manuum impositionem esse ordinandum; quæ duo Concilia, etsi nihil de Diacono loquantur, tamen loquitur, Tolet. relatum *in dicto cap. quorundam 23. dist* & de Presbytero, *dicto cap. Presbyter*, de Episcopo, *cap. Episcopus*, de Diacono etiam *ibi dicta dist. 23. cap.* Diaconus X I. & de vtroque scilicet Presbytero, & Diacono dicit Gregor. *9. in cap. fin. nostri tituli.*

11 De subdiacono inquam, an in eius ordinatione manus impositio requiratur pro materia? Pro affirmatiua sententia facit decisio textus nostri, vbi Innocentius III. interrogatus ab Helien. Episc. an permitti debeat ministrare qui sine impositione manuum fuerit ad ordinem subdiaconatus assumptus, respondet vt *in dicto cap. Presbyter 1. & fin.* eiusdem tituli, *non esse aliquatenus iterandum, sed caute supplendum, quod per errorem fuerat praetermissum*; siquidem per eadem similia

ſimilia verba dixit *caute ſupplendum, quod in caute fuerat prætermiſſum*; & ſic ex Diana *dict. p.8. tract.1.reſ.42.* in verſ. *deducitur.*

12 Sed quia ex Concilio Cartagin.4.*cap.5.* relato *in cap. ſubdiaconus 15. dict. diſt.23.* manus impoſitio non exigitur: ſed quod ſic ordinandus accipiat de manu Epiſcopi Patenam vacuam, & calicem vacuum &c. in ſequentibus verbis *ſubdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem, non accepit, Patenam de manu Epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum; de manu vero Archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua manilo, & manu tergium*; & ita, & ſi inter Doctores deſidium ſit, an materia proxima, & totalis ſubdiaconatus ſit ſola traditio Calicis vacui, & Patenæ vacuæ aut ſola traditio libri epiſtolarum, & de hac firment Vigerius *in inſtitut. cap.16. §. 6.* Samuel Lubrinus *p.1. ſumma* verb. *ordo pag. 611.*
Tubellus *tom. 2. p. 5. tract. 7. cap. 2. directorium*
2 *curatorum cap.8. de ordine §.1.* quos refert Leander *de ſacram. ordinis q. 14 diſp. 3.* Et de ſola traditione calicis vacui cum Paterna Iuxta verba *dicti cap. ſubdiaconus*, & Concilij Elorentini loquentis de dubio, per cuius rei traditionem conferatur ſubdiaconus in verbis ſequentibus proferat, *ſubdiaconus verò per calicis vacui cum Patena vacua ſuper ſuppoſita traditionem*, doceat communis Doctorum, inter quos Syluius *in 3. p. D.Thomæ q.37. art.2. q.8.* Ægidius *diſp.20. dubio 6. n.69.* Vaſquez *diſp.238. cap.5.* Molfeſius *tom.1. ſumm. tract.2. cap.8. n. 22.* Valentia *diſp. 9. q.1. puncto 5.* Comitol. *in reſpons. moral. lib. 11 q. 12.* Henriquez *lib.10 cap.8. n.3.* Granados, Bonacina, Peſantius Canedus, & Bieſcas, Villalobos, Lodouicus de S.Ioan, Petrus Ledeſma, quos refert Leander *de ſacram. ordin. dict. diſp. 3. q. 14. in princip.* & cum aliis Machad *de perfecto confeſ. tom.2. lib.4. p. 1. tract. 7. n. 4.* & Caſtrus Palaus *tom.4. tract. 27. puncto 4. n. 13.* & alij inquam concludent vtramque traditionem, ſcilicet calicis vacui, & Patenæ, ac etiam libri epiſtolarum prærequirant, vt ſunt Philibertus (ſibi poſtea contrarius) *tract. 2. p. 3. cap. 3. n. 3.* Medina *lib. 1. de continentia cap. 44.* Fornarios *cap. 2. de ordine n.1.* Adamus *diſp.7. q.2. & 3.* quos ſequitur Hurtadus *diſ.13.* Filiuc. *tract.9. n. 45.* Binsfeldius, & alij, quos ſequitur Leander *ſupra*, de Caſtillus *tract. 6. diſp.1. dubio 12.* tamen (vtcumque ſit) manus impoſitionem noo pertinere ad materiam proximam ordinis ſubdiaconatus.

13 Quare oppreſſus Sebaſtianus Cæſar *in relectione de Eccleſiaſtica Hierarchia p. 1. diſp. 10. §. 1. n. 7.* per verba textus *dicti cap. ſubdiaconus* ibi, *quia manus impoſitio non accipit* multipliciter conatus reſpondere textui noſtro, dixit in primis veram non eſſe communem litteram ibi *ſubdiaconus*, ſed aliam, quæ habet *Diaconus*, ad quod probandum allegat Antonium Auguſtinum *in collect. 3. decret. lib. 1. tit. 11. cap. vnico*, qui teſtatur ita ſcriptum reperiri in duplici exemplari manu ſcripto.

14 Sed quia Pontifex Inoocent. III. expreſsè reſpondens ad interrogatum de ſubdiacono, ſi vt vult Sebaſtianus Cæſar de Diacono loqueretur, videretur interrogatio ſuperflua, cū de Diacono, & Presbytero compilator Decret. Greg. IX. qui etiam ſuperinſcribitur *in dict. cap. Presbyter fin. huius tituli*, idem reſponſum præbuerit, & ſic nihil de ſubdiacono compliaſſet; ideo vt refert Barboſa *hic n.1.* in verſ. *qui ſine* idem Sebaſtian. Cæſar ex Abbate *hic n.2.* potuit in alium ſenſum explicare textum noſtrum, dicens ex doctrina textus *in cap. quoniam 69. diſt.* intelligi quidem
poſſe non de manus impoſitione conſecratoria,
ſed benedictoria † quia multiplex eſt manns impoſitio, 15
vt patet ex ſeptima Synodo *cap. 14.* relata *in dict. cap. quoniam*, vbi loquitur etiam de manus impoſitione facta ab Epiſcopo, Abbatibus, vt ipſi poſſint conſirare alios etiam Monachos.

Vnde quidem poſſumus exiſtimare, qnod etſi 16
textus noſtri diſpoſitio in prima eius parte, non loquens de manus impoſitione in ordine ſubdiaconatus, non obſtet, nec implicet; quia ex dictis *ſupra* hic in verſ. *de ſubdiacono*, & verſ. *ſed quia* materia proxima ſubdiaconatus ſit tantùm traditio calicis vacui cum Patena, aut libri Epiſtolarum, ſeu vtraque ſimul, & ob id impoſitionis manus in textu noſtro omiſſio incauta, cautè ſupplenda ſit, nec iteranda ſubdiaconatus ordinatio; & ſic ibi ea manus impoſitio potius ſpectet ad cæremoniam, vt colligi ex *dict. cap. quoniam 69. diſt.* quatenus loquens de ordinando lectore ab Abbate, verba ſequentia profert: *lectori autem manus impoſitione licentia eſt Abbati, ſolummodo in proprio Monaſterio faciendi, ſi duntaxat eidem Abbati manus impoſitio facta, noſcatur ab. Epiſcopo* (ſecundum morem præficiendorum Abbatum) *dum conſtet illum eſſe Presbyterum, & ſimili modo* (pergit textus) *etiam ſecundum antiquam conſuetudinem Coepiſcopos præceptione oportet Epiſcopi promouere lectores*, quibus
inquam verbis, & ex verbo ibi *oportet* † patet 17
illam manus impoſitionem non pertinere in ſubſtantia ad valorem ordinis lectoratus, cum materia huius ordinis ſit traditio libri Prophetiarum veteris, & noui teſtamenti, ſeu libri Euangeliorum, ſi in eo contineantur Prophetiæ noui, & veteris teſtamenti, Silueſter verbo *ordo 2. verſ. 2.* D. Thomas, Sotus & alij, quos ſequitur Henriquez *lib.10. cap. 9. in margine littera I.* cum aliis, de Caſtill. *tract.6. diſp.1. ſect.13. n.198.* Caſtrus Palaus *tom.4. tract.27. puncto 4. n. 19.* Trullench, *de ſacram. ordinis lib. 6. dubio 2. à n. 11.* & omnes ex Concilio Chartagin.4. *can. 8. & in cap. lector. dicta diſt.23.*

Et cum in *Acolitatu* dubium ſit inter Docto- 18
res, an adæquata materia, & proxima ſit ſola traditio candelabri cum cæreo extincto, aut ſola traditio vrceoli vacui, aut traditio vtriuſque ſimul. In *exorciſtatu* an ſit ſola traditio libri exorciſmorum. In *Hoſtiariatu*, an materia proxima, & adæquata ſit traditio clauium, & ſimul traditio Cymbali, de quibus loquitur dict. Concil. Cartagin. *in cap. Hoſtiarius 19. cap. exorciſta 17. cap. a colutaons 16. diſt. 23.* deſumpti ex dicto Concilio *cap. 6.7. & 9.* ex quo etiam deſinitur *in canone 10. textus in cap pſalmiſta* id eſt *cantor dicta diſt.23.* quibus patet in iſtis ordinibus pro materia proxima non poni manus impoſitionem; quare ſi forte inueniretur locus aliquis, qui deſignaret in collatione iſtorum ordinum, aut in aliquo manus impoſitionem, non quidem id eſſet, vt materia proxima ordinis ſacramenti, ſed vt cæremonialis requiſitio.

Ideo libuit ad faciliorem explicationem huius 19
dubij ſupponere cum Hincmaro Ramenſi *in libro de variis capitulis Eccleſiaſticis cap. 16.* & Baſilio Pontio *de ſacramento confirmationis p. 1. n.7.* & Baronio cum aliis *tom 1. annalium* & Seuerino *in notis ad epiſtolam Melchiadis*, manus impoſitionem

impoſitionem multiplicem eſſe, & Iuxta ſubiectam materiam diuerſimode accipi: nam vt *ſupra* late dixi *tit. de ſacra Vnctione cap. 1. § per frontis*, & ex decreto Clem. Vrban. & Melchiadis, ac ex alius *ibi* adductis accipitur, manus impoſitio aliquando pro ſacramento confirmatiois, vt ibi explicaui *q.* 4. & ex *ibi dictis q.* 2. aliquando etiam pro ordinationis ſacramento Iuxta illud Apoſtoli ad Timoth. ibi *nemini cito manus impoſueris*, vt ex multis canonibus patet, ac ex iam adductis hic.

20 Rurſus inquam dicitur alia manus impoſitio reconciliatrix, per quam pœnitentes, & hæretici, ac excommunicati reconciliantur Sanctæ Eccleſiæ, de qua teſtantur adduct, vt ſæpe in canonibus mentio fit; & quod de illa eſt accipiendum, teſtatum ab Auguſtino, *lib. 3. de Baptiſmo contra Donatiſtas*, & nihil aliud eſſe, quàm orationem ſuper hominem, quæ iterari poſſit.

21 Præterea dicti Doctores dicunt, vt fiat manus impoſitio ſupra infirmos iuxta illud Chriſti, *ſuper agros manus imponent, & bene habebunt*, de quo aliqua in ſacramento de ſacra Vnctione tit.
22 præced. † Item ſupra cathecumenos, & Energumenos pro expulſione Dæmonis, quæ ſpecialiter exorciſtis in ordinatione conceditur, vt habeant poteſtatem imponendi manus ſuper cathecumenos, & Energumenos, & patet ex forma præſcripta ordinis exorciſtatus in dicto Concilio Chatagin. 4. *can.* 7. relato *in dict. cap. Exorciſta diſt.* 23. in verbis ſequentibus: *Exerciſta cum ordinatur accipiat de manu Epiſcopi libellum in quo ſcripti ſunt exorciſmi dicente ſibi Epiſcopo accipe, & commenda memoria, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper Energumenum, ſiue Baptizatum, ſiue cathecumenum*, & habent ita Polytus *lib. 2. tit. 32.* Anſelmus *lib. 7. cap.* 57. Iuo *p. 6. cap. 16.* Pann. *lib. 3. cap. 37.* relati in margine illius
23 capitis. † Ex quibus verbis Pontificale, & cathecilmus Romanus D. Thom *dict. quæſt. 37. art. 4. ad* 8. Paludan; Sotus, Ledeſma, Siluester, quos afferunt, & ſequuntur Henriquez *lib. 10. cap. 9. n. 2.* & etiam Leander *dict. diſp. 3. de ſacram. ordinis q.* 18 cum Granado, Filucio, Hurtado, Philiberto, de Caſtillo, Caſtro Palao in *locis citatis*, & Trullench, *de hoc ſacram. dicto lib. 6. dubio. 2. n.* 11. ponunt exorciſtatus verborum formam ſequentem: *accipe, & commenda memoria, & habe poteſtatem impenendi manus ſuper Energumenos, ſiue Baptizates, ſiue cathecumenos*; iam ergo patet in alio ordine inueniri manus impoſitionem, quæ non eſt, materia proxima, in quo ſola eſt traditio libri exorciſmorum.

24 Item manus ritu antiquo imponuntur, cum ſimpliciter aliquem benedicimus, ſicut Iob Patriarcha cum filiis ſuis benediceret moriturus, manus ei impoſuiſſe legitur *geneſis*, 48. *verſ.* 14. *Moyſes Ioſue deuter.* 34. 6. & Chriſtus in Euangelio oblatos paruulos per impoſitionem manuum benedixiſſe ſcribitur Matthæi *c.* 19. 13. Marc. 10. 16. & 6. 7. & 8. 23. Lucæ 4. 40.

25 Et quidem ex omnibus dictis Baronius, Seuerinus, & Baſilius Pontius, *vbi ſupra* dicunt, ac reſoluunt, quod ſi manus impoſitio accipitur pro reconciliatione Pœnitentium, vel expulſione infirmitatis, vel Diaboli, vel ſimplici benedictione, nihil aliud ſit Iuxta Auguſtinum *ſermone* 13. *de diuerſis*, niſi oratio ſupra hominem, quam dicunt poſſe iterari quoties opus fuerit, ſed cum pro confirmatione, & ordinatione ponitur, dicunt iam non pro ſola oratione, ſed etiam pro ſacramento eam manus impoſitionem habendam, quæ iterari non poſſit concludunt, quos ego intelligo ex proxime adductis reſpectu ſacramenti ordinis; de illo ordine, ſeu ordinibus, in quibus manus impoſitio deſignatur, vt materia proxima, qualiter iam dictum eſt de ordine Epiſcopatus, & Presbyteratus, etſi de Presbyteratua, ac Diaconatus ordine multi teneant non eſſe materiam proximam manus impoſitionem † vt dico ad *cap. fin. hoc tit.* 26
Iuxta quorum ſententiam, illius textus diſpoſitio nos non punget, ſicut nec diſpoſitio textus noſtri in dicta eius parte prima loquente de omiſſione manus impoſitionis in ſubdiaconatus ordine, quatenus iam probauimus materiam proximam illius ordinis eſſe traditionem calicis vacui cum Patena, & ſecundùm alios in traditione ſimul libri Epiſtolarum.

Ex quibus iam liquet, vt accipiendo verba 27
textus noſtri in I. eius parte de Subdiacono ordinato abſque impoſitione manuum, in cuius ordinatione ſupponitur alia requiſita pro materia, & forma ſubſtantiali, & adæquata interueniſſe, poſitaque fuiſſe ab Epiſcopo, vt colligitur ex interrogatione in verbis ibi: *præterea nos conſulere voluiſti, an permitti debeat miniſtrare, qui ſine impoſitione manuum fuerit ad ordinem ſubdiaconatus adſumptus*, ex qua interrogatione dubium non fuit illi Epiſcopo interroganti, num ſic ordinatus nullum recepiſſet ordinem, ac characterem, ſed certus de legitima ſuſceptione in quantum ad ſacramentum, & impreſſionem characteris, ſolum dubitaſſe num permitti deberet miniſtrare, ea cæremonia manus impoſitionis omiſſa in ordinatione ſubdiaconatus; alias enim ſi manuum impoſitio eſſet in illo ordine, materia proxima ſubſtantialis, & adæquata, ſaltim partialis, dubitaret Epiſcopus ille interrogans de validitate illius ſacramenti, & non interrogatione, an permitti deberet miniſtrare ſic ordinatus, ſed num omiſſa impreſſione manuum, & adiecta à collatore ordinis materia traditionis, ſcilicet calicis vacui, & Patenæ, & forte etiam traditionis libri Epiſtolarum: & Iuxta hunc ſenſum exponit Bellamera *hic in princip.* vbi verb. *aſſumptus* exponit, idest *ordinatus*; ita vt excepta manus impoſitione, nihil defuerit. Et ſic patet, vt ſicut in relatis minoribus ordinibus *Lectoratus*, & *Exorciſtatus* inuenitur, ac reperitur deſignata manus impoſitio, quæ à fortiori tantum debet dici cæremonialis conſiſtens in oratione ſupra hominem exorcizandum &c. aut lectoratus ordinandum ab Abbate Iuxta adductum textum *in dicto cap. quoniam diſt.* 69. ſequitur dicendum ac reſpondendum in omiſſa manus impoſitione, de qua interrogatus fuit Innocent. III. *hic* in textu noſtro.

Quod ſi inſtes dicendo de duobus ſubſtantia- 28
libus fuiſſe interrogatum Pontificem hic, & ad vtrumque reſpondiſſe vnico contextu, nempe *quod in talibus non eſt aliquid iterandum, ſed caute ſupplendum, quod caute fuerat prætermiſſum*, & ſic videri, vt quemadmodum infra dicemus *in* 2. *dubio textu noſtri*, Chriſma in confirmationis ſacramento eſſe de neceſſitate illius, nec iterandum in ſolo Oleo confirmato, ſed caute ſupplendum ita. & in impoſitionis manus omiſſione, quę vtique videretur illi Epiſcopo eſſe de ſubſtantialibus & adæquate ſaltim partiali materia illius ordinis, & nihilominus decreuerit Innocentius

cautè

cautè supplendum in ea, quod in cautè fuerat
29 prætermissum. † Tamen respondetur Pontificem hic generalem responsionem tradidisse, quam voluit Pontifex singulis quæstionibus, de quibus erat interrogatus proportionaliter applicari hoc sensu *in talibus*, idest in sacramento confirmationis, & Ordinis, nihil est iterandum, hoc est, nec substantia; quia non sunt iterabilia semel valide collata, neque cæremoniæ, quia sufficit eas esse semel adhibitas: sic Basilius Pontius *de sacram. confirmationis p. 2. cap. 2. n. 21. in fine*, dicens caute supplendo esse, quod incautè in vno substantia; quia in vno omissa est, quando fuit inualide facta (de quo *in 2. parte nostri dubij*) in alio cæremonia impositionis manuum: ita ille.

30 Verùm si iterum vrgeas Pontificem hic non respondisse sufficienter, cum videatur respondisse ad quæsita, & sic nos dimittat in obscuro, vt Abbas *hic* in vers. *oppono* ex glossa *hic*, & ex doctrina textus *in cap. fin. de constit*; ipse tamen Abbas Satis respondisse Pontificem, ait, cum dicit ita suppleri; quia nihil dicitur actum, dum aliquid superest ad agendum *ex cap. illud 7. q. 1. l. pen. ff. ad Sylanian.* vt tenet etiam Innocent. sed recitat Hostiens. quosdam tenere contra; quia *vt* iam late dictum est, manus impositio non est de substantia, præcipue in subdiacono.

31 Ego tamen vt amplius explicem cum Bellamera *in cap. 1. de sacra Vnct. & in cap. fin.* nostri tituli, & Hostiensi, dico quædam esse in sacramentis substantialia, quæ si omittantur, nihil agatur; quia si forma non seruatur, nihil agitur, vt *in cap. cum dilecta de rescript. in* fine. Quædam vero esse solemnia, quæ dum omissa sint supplentur. quædam autem esse dubia, in quibus datur totalis iteratio. Quædam alia esse leuia, & ponentes exempla Hostiensis, Henriquez Ægidius, Bellamera, & alij per eos, tum *in dicto cap. 1. de sacra Vnctione*, vbi Bellarm. *n. 1. & in dicto cap. fin. hic*
32 *n. 12.* loquutus late. † Dicunt de substantialibus, vt ponere scilicet librum super ceruicem consecrandi, & numerum consecrantium, vt *in cap. Episcopus 1. dist. 23. & in cap. porro dist. 66, & in cap. si Archiepiscopus*, vbi dixit de temporibus ordinat. & quod vnus Episcopus totam benedictionem perficiat, vt *in cap. Quorundam 23. dist. & in cap. loquitur 24. q. 1. & in cap. quia de consecrat. dist. 2.* de quibus dixi etiam *in Rub. de sa-*
33 *cra vnct. q. 1. & 3.* † Inter solemnia namque ponunt Vnctionem, tempus, ætatem, *manus impositionem*. de quibus firmant talia suppleri: sic probans Bellamera, tam *in dicto cap. vnico de sacra vnct.* per textum nostrum, & per dictum *cap. fin.*
34 *huius tituli.* † Dubia autem vocant missam dicere in consecratione celebranda, & Ordinatione, & ieiunium seruare ordinans, & ordinandus, in quibus dicunt videri, vt canones, & Magistri discrepant; & tunc dicunt tenendum esse quod est certius, vt scilicet fiat iteratio ex doctrina textus cum suis concordantibus *in cap. 2. de Baptismo, & in cap. 3. de clericis per saltum promotis*, & hæc dicunt esse de illis, de quibus nescitur verum sint de substantia, vel non, inter quæ posse alia nume-
35 rari. † Inter leuia ponunt illa, quæ sunt tantum de honestate, vt si Episcopus non tradit librum, vel calicem, aut vrceolum, aut candelabrum, aut si hostiarius non tangat hostium, vel campanam non pulsaret, & similia, & de istis docent nihil supplendum & minus iterandum; quia talia leuia permitti possunt. argum. textus *in l. 1. in fine ff. de ventre inspiciendo*; maxime cum talia tradantur in signum executionis concessæ: argum. textus *in cap. 2. de consuetud.* & si tutius sit supplere, quod non erit malum, vt notant Innocentius, Host. & Bellarm. *in dicto cap. fin.*

Quibus distinctionibus, vt notant Innocent. 36
Hostiens, Henric. Rayn. & Frater Ioan, relati à Bellamera *in dicto cap. fin. sub dicto n. 12. in fine nostri textus & dict. cap. fin. ac dict. cap. vnic in princip. de sacra vnct.* iam videtur magis aperta dubietas quæ maxima, visa est interpretibus, vt exactum intellectum præstarent textui nostro, & etiam *dict. cap. fin* vbi cum fiat mentio tam in ordinatione subdiaconatus, quàm Diaconatus, & Presbyteratus de impositione manuum, & quod ea omissa, caute suppleatur, quod incaute, vel per errorem fuerit prætermissum, & hanc ponant DD. relati, nec inter substantialia, nec inter dubia, sed inter solemnia, de quibus dicunt, ac de aliis, de quibus certum est non esse de substantia, sed solemnitate tantum, nihil iterandum, sed supplendum tantùm ex doctrina nostri textus, & *dict. cap. fin. hic*: sic Bellamera in vers *his dict. cap. fin.*
n. 12. † Manet ergo ex dictis, vt omissio imposi- 37
tionis manuum in subdiaconatu, Diaconatu, ac Presbyteratu, de quibus textus *hic, & dict. cap. fin.* loquuntur, non faciat, vt sacramentum sit iterandum, sed quod ea suppleri debeat caute, cum incaute, ac per errorem fuerit prætermissa; idemque ex dictis procedere in omissione aliorum solemnium, quoties sacramenta Ordinis, Confirmationis, ac Baptismi peraguntur.

De Secunda parte textus nostri.

Ad secundam quæstionis partem, quæ in se 38
continet maiorem difficultatem ex textu nostro in verbis ibi: *nos consulere voluisti &c. si Confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit, non chrismate, sed oleo delinitus: ad quod breuiter duximus respondendum, quod in talibus, non est aliquid iterandum, sed caute supplendum, quod incaute fuerat prætermissum.* Ex quibus verbis communiter infertur, quod in administratione dicti sacramenti confirmationis, solùm fuerat omissum Balsamum, cuius vnctio tantùm iubetur suppleri, non autem repeti sacramentum confirmationis; ergo quia chrisma non erat de necessitate sacramenti, & eo magis; quia vt dictum est *supra*, & patet ex littera *hic*, eodem modo respondit Pontifex Innocent. III. huic consultationi, & alteri propositæ de ordinato in subdiaconum, in quo fuerat, omissa manus impositione, & tamen manus impositio in ordine subdiaconatus, non est quid essentiale, vt latissime *in 1. parte*, textus nostri probatum est. Ergo sicut in subdiacono tantum reperitur manus impositio, omissa sua alia forma, vel traditione, nec reperitur actio sacramenti: ita etiam dicendum videtur idem sensisse Pontificem in sacramento confirmationis.

Item vrgent considerationes sequentes, prima 39
quia Pontifex non est reputandus respondisse de eo quod extra controuersiam est, scilicet sacramentum non iterari, quando actio sacramentalis reperitur, quia omissum fuit aliquid essentiale, hoc enim sine dubitatione est: non ergo illud respondet Pontifex, sed actionem illam non esse repetendam; quia fuit verum sacramentum, licet Balsamum defuerit. Secunda ex ratione Balsami, quod

quod facile adulterari posset, & ex consequenti materia sacramenti esset incerta. Tertia quia adeo modica est Balsami admixtio, vt ad ad omnes olei partes peruenire non possit, & tandem in Oleum conuertetur: indeque fieri possit, vt Oleum sæpe tantum sit materia confirmationis. Ergo illud solùm, & non Balsamum est materia confirmationis.

40 Longa ex his inquisitio posset hic repeti; sed quia tota hæc difficultas dependet ab his, quæ late dixi *supra de supra vnctione dict. cap. vnico §. per frontis q. 2.* dum egi de dubiis *supra in principio nostræ quæstionis* assignatis, scilicet, *an chrisma sit materia remota sacramenti confirmationis?* & in vers. *ad secundam, an mixtio Balsami in chrismate sit de necessitate sacramenti?* & in dict. vers. *ad primam*, verb. *& quamuis*, plures adduxerim tenentes improbabile non esse, solum Oleum benedictum esse materiam remotam, vt dixerunt Caietanus, Nauar, Diana, Couar, Rubeus. Zenard, Philiarchus, Æstius, Valentia, Angles, Victoria, Viualdus, Fernandez, Petr. Ledesma per textum nostrum, & infiniti alij *ibi* adducti in dicto vers. *ad secundam* negantes Balsamum requiri in confirmatione de necessitate sacramenti; imo firmantes, vt mixtio Balsami in Chrismate non sit de necessitate sacramenti necessaria, nisi tantum ex præcepto Ecclesiæ: sic etiam ex adductis fundamentis, & ex textu nostro; ideo tenendo sic debemus dicere, vt in decisione Pontificia Innocent. textus nostri nulla supersit difficultas, sedanda præsertim si attendas ad distinctionem iactam *supra in dicta p. 1. circa finem* à vers. *ego autem.*

41 Verùm quia *in dicto §. per frontis, cap. vnic de sacra vnctione dict. q. 2. in dicto vers. ad primam*, & vers. *ad secundam* cum infinitis resolutum est, item pluribus Conciliis definitum, à Patribusque sequutum, chrisma scilicet esse materiam remotam sacramenti confirmationis, appellantes hoc sacramentum chrisma, & vnctionem, siue vnguentum, & Fabianus Papa *in epist. 2.* dixerit christum instituisse, vt chrisma ex oleo, & Balsamo conficeretur; idemque dixerit Gregor. *1. in cap. 1. Canticor.* & Innocent. III. *in dicto cap. vnico de sacra vnct.* Concil. Bracarens, Colonens. & Eugen. IV. in Concilio Florentino, *in decreto de sacram* in illis verbis iam ibi adductis, sic profiteatur, dum dicit *secundum sacramentum est confirmatio, cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem conscientiæ bona, & Balsamo, quod odorem bonæ famæ significat per Episcopum benedictio*, & ex multis aliis adductis *ibi*. Et sic Baunyus *tom. 1. tract. 3. q. 5.* Auersa *de sacram. confirmat. q. 72. sect. 2.* Layman *lib. 5. tract. 3. cap. 2. n. 1.* Nugnus *in 3. p. q. 72. art. 3.* Zambranus *de casibus occurrent. tempore mortis cap. 2. n. 1.* Ossius *in confes. fidei art. 38.* Castrus Palaus *tom. 4. tract. 10. disp. vnicu puncto 2. n. 3.* Pitigianus, Bellarmin, Coninch, Petr. Soto, Quintana Dueñax & alij cum D. Thoma *4. contra gentes cap. 60. & in 4. dist. 7. q. 1. art. 2. quæst. 2. & 3. & 3. p. q. 72. art. 1.* Paludan, Gabriel, Adrianus, & alij, quos refert Berricel *de missionib. Apostol. p. 2. tract. de confirm q. 127. ex n. 8.* Suarez *tom. 3. p. 3. disp. 43. sect. 1. dicto 4.* Bellarmin. *lib. 2. de confirm. cap. 8. & 9.* licet asserat neutram partem esse de fide.

42 Et posito in eo quod sit de necessitate sacramenti Balsamum, vt volunt adducti, & acerrime defendit Basilius Pontius *de sacram. dict. p. 2. cap. 2. n. 4.* & alij iam adducti in dicto vers. *ad secundam dict. quæst. 2.* restat nunc expendere qualiter non sit impedimento textus noster, in quo videtur Papam Innocent. III. declarasse validam confirmationem factam per errorem oleo, scilicet vt explicat Berricel *supra n. 9.* in vers. *probatur 2.* quod dicit certe fuisse oleum infirmorum, aut cathecumenorum, quia nunquam Ecclesia consueuit consecrare chrisma sine Balsamo; inde inferens validam esse confirmationem factam oleo infirmorum, aut cathecumenorum, & idem repetens *ibi sub n. 17.* in vers. *ex his*, ait quod licet decernat textus noster validam fuisse confirmationem, facta per errorem vnctione, cum solo oleo absque Balsamo, non fuisse tamen errorem, eo quod Oleum infirmorum loco chrismatis fuerit adhibitum in administratione sacramenti, sed quod potius contigerit error tempore benedictionis, quia per obliuionem non fuit mixtum Balsamum, probabile enim ait ante tempora Innocent. III. in omni Oleo etiam infirmorum, & cathecumenorum mixtum fuisse modicum Balsamum, vt ostendunt Suarez *in dict. 3. p. tom. 4. disp. 40 sect. 1. circa finem*, satisque probabile dicit Castrus Palaus *tom. 4. tract. 26. disp. vnico, puncto 2. n. 1.* nam antiqui Patres, & Concilia confundunt chrisma, & Oleum, vt patet ex Innocent. *epist. 1. ad Decentium* relato *in cap. illud 95. dist.* Fabriano Papa *epist. 3.* Gregor. *1. lib. epist. 9.* S. Dionisio *de Ecclesiastica Hierarch cap. 35.* Cypriano, *epist. 7.* Concilio Aquis granensi *canone 8.*

Itaque ex textu nostro, Barricel *supra* concludit iuxta intellectum adductum, nempe Balsamum esse de necessitate sacramenti, hic non haberi validam fuisse confirmationem factam cum Oleo benedicto, benedictione Olei infirmorum, sed tantum haberi, quod non fuerit admixtum Balsamum. Quare iam nunc debemus incidere in illo intellectu, quem ex Paludano, Adriano, Puteano, & aliis refert, ac videtur sequi Basilius Pontius *dict. p. 2 cap. 2. n. 17.* quatenus dicunt denuo conferendum esse sacramentum confirmationis cum debita materia, scilicet chrismate, & forma, nec dici in eo casu sacramentum iterari, aut repeti, quia nihil sacramenti præcesserat, vt inquit glossa hic: *non dicitur iteratum, quod prius actum non fuit.* & sic cum non fuisset valide collatum sacramentum confirmationis ex defectu materiæ, non dici iterari, sed tunc conferri, cum nihil antea factum esset. & in eodem sensu, quatenus ad hanc secundam partem referendo singula singulis vt iam *in 1. p.* adduxi addidisse Pontificem cautè supplendum scilicet vnctionem chrismatis cum debita forma, quod totum incautè fuerat prætermissum; siquidem nihil de sacramento actum erat. 43

Et licet Valentia hanc rationem duplici modo conetur impugnare tamen cum impugnans Basilius Pontius *numero 18. & 19. in dicto cap. 2.* respondet in similibus casibus sæpe reddi à Pontificibus responsionem similem, ac Pontifex præstitit hic; quia cum Leoni I. proposita esset quæstio, an ille Baptizandus esset, cuius Baptismus ignorabatur, respondet Baptizandum; nec ibi esse crimen iterationis, reddens pro ratione *in c. cum itaque de consecrat. dist. 4. quia non potest interationis crimen venire, quod omnino factum esse nescitur*, & *in cap. si nulla eadem dist.* 44

in

in quibus, quod non ostenditur gestum, ratia non finit, vt videatur iteratum. Ex quibus infert Basilius Innocentium hic respondisse ex eo quod essentiale omissum suppleatur, & denuo conferatur sacramentum confirmationis non iterari; quia inualide administratum fuerat.

45 Vel tertio Basilius cum Suarez Ægidio, Fabro, Heredia, & Cerda *quæst. 9. quodlibet art. 3.* & alijs dicit *in dicto cap. 2. numero 20.* responsum Innocent. hic posse explicari, & quidem recte si dicatur Pontificem dicere nihil esse iterandum, scilicet de solemnitatibus, quibus sacramentum hoc ab Episcopo ministrari solet, sed caute, id est secreto, non adhibita solemnitate, vt desit scandalum, supplendum esse sacramentum quod antea fuerat prætermissum; quia recte omissum dici potest, quod est inualide factum: sic Basilius, qui & *n. 16* miratur valide doctissimos, & grauissimos alioqui viros iuris interpretes, leui textus nostri difficultate superatos destinitæ sententiæ, imo Conciliorum decretis, & sanctorum Patrum doctrinis, & perpetuo Ecclesiæ vsui repugnanti adhæsisse.

46 Et vt sic probat Basilius, ait quod si Innocent. hic adductæ sententiæ repugnaret sensus suæ responsionis esset, nempe supplendam esse Vnctionem solius Balsami; quia hoc solum fuerat prætermissum, quam responsionem appellat absurdam, quia sequeretur supplendam Vnctionem cum solo Balsamo; sed Vnctionem solius Balsami inauditam circa hoc sacramentum in Ecclesia, dicit & contra eius praxim, & multa alia in confirmationem ratiocinatus ibi concludit Pontificem hic aperte distinguere simplex oleum à chrismate; sed secundùm Eugenium IV. relatum *supra*, & Ecclesiæ vsum, materia confirmationis non est oleum, sed chrisma; ergo non fuerat apposita materia sacramenti confirmationis, Vnctione olei; atque adeo non esse supplendam Vnctionem solius Balsami, sed chrismatis; quia Voctio chrismatis defuit; siquidem omissa est Vnctio mixti ex oleo, & Balsamo, quod est chrisma.

47 Nec enim, vt ex littera constat fuit interrogatus Pontifex de quæstione circa linitum Oleo, & non Balsmo, sed de eo dubio, num in sacramento confirmationis debeat iterari quod per errorem fuit, non *chrismate*, sed *Oleo &c.* Ex qua consideratione cum Balsamum per se solùm non vocetur *chrisma*, nec oleum per se, sed oleum simul cum Balsamo, chrisma vocetur, vt patet ex Eugenio *in dicta Concilio Florentino*, & ex his quæ adduxi *in dicto cap. vnita de sacra vnct. dict. §. per frontis dict. quæst. 2.* in vers. *ad primam*, & toto vers. *ad secundum*, sequitur præcise dicendum hic in textu nostro linitum solo Oleo non fuisse confirmatum; & vt licet interrogans à Pontifice, Innocent. III. quæreret, *si confirmationis sacramentum in eo debeat iterari; quia per errorem fuit non chrismate, sed oleo delinitus*, Pontifexque respondisset, quod (in talibus) non est aliquid iterandum, sed caute supplendum, hoc debet sumi, & expendi iuxta relatos proxime intellectus.

48 Et confirmatur, quia si Balsamum esset materia accidentalis huius sacramenti secundùm Innocentium, sequitur vt eodem modo se haberet, atque aqua respectu consecrationis calicis; sed aqua quia est accidentalis materia si omissa fuerit, non infunditur calici post peractam consecrationem, sed omnino omittitur; ergo similiter Balsamum omitti hic omnino deberet, nec responderet Innocentius addendum esse post peractum iam sacramentum confirmationis; itaque Basilius infert ita tenens *dict. numero 20. in fine cap. 1. de confirm.* vt non possit esse sensus responsi Pontificij supplendam esse Vnctionem Balsami solius, sed totius scilicet materiæ confirmationis, nempe chrisma confectum ex Balsamo, & oleo, quod est materia illius sacramenti, & non oleum per se (vt dixi *sub dicta quæst. 5.*) sit principalior, & magis certa Ita etiam pluribus rationibus videtur amplecti Diana *p. 8. tract. 1. res. 11.* in vers. *ad ambiguitatem*, vbi ait vt potius Pontifex dicendo *caute supplendum, quod incaute fuerat prætermissum*, docuerit totum ritum substantialem confirmationis debuisse suppleri, & dum dixit *non esse quidquam iterandum*, bene quidem, quia hæc non erat iterare sacramentum, quod ab initio non fuerat ratum, cum non esset validum, aut quod voluerit non esse iterandas, & repetendas alias solemnitates, & cæremonias consuetas: ita Diana.

Ad fundamenta alia contraria de supplenda manus impositione, & qua differentia cum supplerione chrismatis, responsum præbui hic *in 1. part.* in vers. *quod si instes*, & in vers. sequenti, ad aliud de raritate Balsami, & quod Christus non erat institurus materiam huius sacramenti in ea, quæ, de facili posset adulterari; quia vt respondent Bellarminus, Suarez, & Pontius, *vbi supra* experientia docet, vt nunquam de fuerit in Ecclesia Balsamum, hodieque maiorem eius copiam suppetere, cum ex India Orientali magna eius copia deferatur. Ad aliud obiectum de modica Balsami admixtione respondent sufficere, quod ipsum vnguentum sit compositum, & mixtum, idque satis esse, vt tota materia sit odorifera, quod maxime pertinet ad significationem sacramenti: alia dicit Basilius *dicta quæst. 2. p. 2. de confirm. n. 22. & 23* & benè Diana *p. 8. tract. 2. res. 11.* in vers. *& tandem*. 49

Nec obstat priuilegium Pij IV. de quod loquuntur Emanuel Rodriguez *in quæst. regul. q. 99. art. 2.* Betricclus *tom. 2. de mission. Apostol. dict. dist. 7. quæst. 127. numero 8.* vers. *denique*, quo concessum est Episcopis Indiarum, vt sanctum chrisma possent confectare cum eo, quod in partibus Indiarum reperitur Balsamum; & sic infert Balsamum non esse de necessitate sacramenti: nam si esset de illius necessitate, vel præciso hoc priuilegio, Balsamum Indicum esset sufficiens materia, & tunc hoc priuilegium esset frustratorium; quia quidquid docent Berricelus, & quod nec recte respondeant huic dubio, dicentes Pium IV. non concessisse priuilegium, sed declarasse Balsamum Indicum esse sufficientem materiam chrismatis; quatenus firmat ex toto illius Bullæ contextu videri Pontificem concessionem, ac priuilegium dedisse, non tamen declarasse adhuc ex iam adductis, existimo per relatum verbum Pius IV. *concessit*, non concesserit nouum priuilegium, sed Pontificem declarasse, vt Balsamum illud Indicum, esset materia Balsami sufficiens, ac esset aliud quodcumque bonum sine suspicione ad effectum ex illo Balsamo, & oleo conficiendum sanctum chrisma: & ita intelligendos esse Henriquez *lib. 3. de confirm. capit. 2.* 50

Amicum *tom.7.disp.13.sect.1.n.38.* Dianam *p. 8.tract.1.res.11. in fine*, quatenus dicunt Pium. IV. concessisse, vt Episcopi Indiæ hoc sacramentum conficerent Indico Balsamo, quod est minus perfectum. Ex quibus iam vides illam concessionem fuisse tantum declarationem super Balsamo, de quo forte dubitabatur, num esset materia sufficiens, sicut aliud quodcumque Balsamum bonum.

QVÆST. II.

An Pontifex possit, si Balsalmi copia desset, dispensare, vt sacramentum confirmationis administretur cum solo oleo oliuarum? seu an præcipere, vt in articulo mortis confirmetur aliquis cum solo oleo, si Balsamum non inueniretur, sic vt valeat taliter hoc sacramentum, quod denuo præstandum non sit, seu iterandum saltem sub conditione.

SVMMARIVM

1 *Pontifex dispensare potest secundum quosdam, vt sacramentum confirmationis conferatur in solo oleo sine Balsamo. Aly negant* n.2.3.4.5.

2 *Oleum significat nitorem conscientia, Balsamum odorem bona fama.*

3 *Trid.* sess.de confirm can.1. *expenditur n.4.*

6 *Pontifex potest præcipere, vt in articulo mortis confirmetur aliquis cum solo oleo, & quare?* n.7.8.9.& n. fin. *sed contra fortiter aly, vt* n.13.14.

7 *Confirmationis materia ex oleo, & Balsamo est certa, ex oleo tantum est probabilis.*

9 *Sacramentum, quando cum materia, aut forma minus certa, siue ministro, queat, aut debeat ministari, &* n.10.11.&12.

1 AD primam difficultatis partem, quia complete poteris respondere ex adductis *supra quæst.1.* hic in toto, *vers. ad secundam*, & ex adductis *de sacra Vnctione cap. 1. §. per frontis q. 2.* in *vers. ad primam, & ad secundam*, vbi si admittas, vt dispensare possit, illud procedere, dices quia Balsamum in sacramento confirmationis requiritur ex præcepto Ecclesiæ, & non præcipi, vt materia ex Christi institutione: ita ex decisione textus nostri Doctores tenent, quia si Balsamum esset materia essentialis confirmationis, debuisset totum sacramentum in eo iterari, cum solum oleum etsi sit pars materiæ, non possit componere vnum cum Balsamo, quæ tunc non aderat, vt materia præsens cum eo, sed tantum postea supplenda caute; & quia ex quo Balsamum multis modis adulterari possit, ac solet, vt refert Plinius citatus à Soto *in 4 dist.7.q.vnica art.1.* & Basilius *de hoc sacram.p.5.q.2.* vbi latissimè loquitur, videtur, vt sit si materia dubia; & sic non sufficiens ad materiam confirmationis: indeque fieri posse dispensationem præstari à Pontifice, vt solo oleo conferatur illud sacramentum, quod est materia certa, & non dubia ex dictis in relatis locis.

2 Sed quia *supra ibi* amplissime dictum est ex varijs Concilijs, decisionibus Pontificum, & placitis Patrum, Balsamum esse de necessitate sacramenti; quia hoc expressè docet Concil. Florent. *in decreto de Vnctione Armenorum*, in quo assignans materiam sacramenti confirmationis, ait esse chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & Balsamo, qui odorem significat bonæ famæ, sic vt nec explicari possit, vt dict. Concil. vnum definiat necessarium necessitate sacramenti, Balsamum vero necessarium necessitate præcepti, cum ergo definit materiam confirmationis æque primo in recto assignat oleum, & Balsamum, dum ait esse chrisma ex oleo, & Balsamo confecto; indeque ex doctrina Auersæ, Bauny, ConinK, Pontij, Layman, Toleti, Suarez, Filliucij, & aliorum quos retuli, tam hic sub *dicta. quæst. 1.* quam *in dict. § per frontis q. 2. à n.1. de sacra Vnctione*, dicentium Balsamum esse materiam essentialem dicti sacramenti, probat Diana pluribus fundamentis *p. 8. tract. 1. res. 11.* legendus non posse ex vi modi assignandi ad Concil. Florent. vnum potius, quàm aliud, esse materiam tantùm præcepti. † Et sic Concil. Trident. *sess. 7. de confirmat. canone* 2 supponere materiam huius sacramenti esse chrisma, quod est compositum ex oleo, & Balsamo. 3

Nec obstat dicere in Concilio Trid. nomine *chrismatis*, non intelligi compositum ex oleo, & Balsamo, sed tantum oleum, cum nomen chrismatis commune sit ad vtrumque significandum vnum ex vi nominis, alterum vero ex accommodatiori, pro quo faciunt nonnulli modi dicendi adducti *supra in dicto cap. vnico de sacra Vnctione dicto §. per frontis* dict. *quæst. 2.* & *ibi* sub dict. vers. *ad secundam*; quia respondetur Concilium ibi vsurpasse nomen *chrismatis* cum agit de dicto sacramento in eo sensu, & significatione, in qua receptum est id nomen in Ecclesia, cum de eo sacramento sermo est, sed chrisma in eo casu nunquam receptum est pro solo oleo, nec solius vnctio vnquam fuit in vsu in Ecclesia, ergo Concil. nomine *chrismatis* intellexit id quod in Ecclesia sacramento confirmationis consueuit chrisma nominare, & ex consequenti compositum ex oleo, & Balsamo: ita Diana loquitur ex communi adducta sententia firmante Balsamum esse de substantia sacramenti, dicens quod chisma confirmationis nunquam est consecratum in Ecclesia sine Balsamo; & ob id *chrismatis* nomine vtrumque comprehendi; ita vt dictum Concilium definiat vtrique inesse virtutem Diuinam productiuam gratiæ sanctificantis; atque adeo esse vtrumque materiam essentialem. Et iuxta hoc debet dici cum Doctoribus huius sententiæ, vt non possit Pontifex dispensare, cum Balsamum sit de necessitate sacramenti; nec vt queat Pontifex eius materiam mutare. 4

Sed quia Franciscus de Lugo *opuscule de sacram.c.1.n.51.* & Diana cum eo *dicta res. 11. circa finem* sub vers. *hic duabus* dicunt nunc melius esse probabile sacramentum ministrare, quàm nullum, qui etsi rationem non reddant existimari potest desumendam; eo quod iuxta vnam sententiam, quam retuli *in princip. nostra quæstionis, & in dicta q. 1. vers. ad secundam*, & late *in dicto cap. vnico de sacra Vnctione §. per frontis*, in solo oleo benedicto consistere potest materia integra huius sacramenti confirmationis, siquidem quæstio hæc est opinabilis ex tot locis, & Doctoribus adductis in relatis locis, in rigore enim sequendo secundam sententiam, videtur negandum, 5

Ad

6 Ad secundam quæstionis partem, an Pontifex præcipere possit, vt in articulo mortis confirmetur aliquis cum solo oleo, si Balsamum non inueniretur? facile poteris respondere ex iam adductis; quia si teneas Balsamum non esse de necessitate sacramenti; vt tradunt Sotus *in 4. dist. 7. quæst. 1. art. 2.* Æstios *ibidem*, Caietan. *in 3. part. quæst. 72. art. 1.* Zambran. *in direct. part. 1. de hoc sacram. cap. 2.* Berricel. cum aliis *dist. quæst. 127.* & alij iam adducti, poterit Pontifex præcipere, vt in articulo mortis confirmetur aliquis cum solo oleo, & hoc iuxta doctrinam textus nostri, quo tot DD. probant hoc sacramentum oleo conferri solo, & de sacramento confirmationis loquuti Lugo *in opusculo de sacram. cap. 1. n. 52.* Diana *dicta p. 8. tract. 1. res. 49.* sub vers. *quinto*, vbi ex doctrina Sancij *in selectis disp. 44. n. 1. 2.* Salas *in p. 2. tract. 8. disp. 98. num. 285.* & Perez *certamine 10.* Scholastic. *c. 10.* &

7 13. † dicentium quod etsi materia huius sacramenti certa sit chrisma ex oleo, & Balsamo consecratum per Episcopum: tamen fatentur vt oleum simplex ab Episcopo benedictum sit materia probabilis; indeque fieri, vt si Episcopus non possit inuenire Balsamum, queat nihilominus oleum consecratum adhibere, cum tunc non tam sponte subeat periculum, quam inuitus permittat illud, vt sacramentum conficiat, saltim probabile, cum minus malum sit hoc inquam omnino carere sacramento, cui nulla sit irreuerentia; siquidem ministratur certiori modo, quo tunc potest moraliter fieri.

8 Et requirentes rationem rationis DD. & præcipue Lugo, ac Diana *vbi supra*, eam assumunt ex alia doctrina Suarez *tom. 3. disp. 16. sect. 1.* tradentes regulam sequentem *quoties* (scilicet) *sacramentum est omittendum omnino, vel dispensandum isto probabili modo*, nempe *necessitatis*, licitum erit vti tali materia, vel forma probabili; *tunc enim non tam exponimur periculo, quàm illud permittimus, vt maius euitemus, & alioquin habemus humanam cognitionem, quæ potest esse principium operationis rectæ*: addunt que DD. quod in casu extremæ necessitatis, non solùm posse adhiberi sacramentum cum materia dubia, sed etiam adesse obligationem charitatis sic ministrandi (qui loquuntur, seclusio omni præcepto particulari Pontificio.)

9 Et ita Diana *supra* ex Patre Lugo *dict. cap. 1. numero 42.* ait in necessitate si non adsit materia certa, vel qui nouerit certam formam, sed vtraque sit dubia, nec detur minister certam habens potestatem, posse cum dubia ministrari sacramentum duplici ratione posita. *Prima*, vt detur euidens necessitas, tam ex parte ministri, nimirum, vt non occurrat alius certiorem habens potestatem, vel qui certiorem materiam, & formam adhibeat, quàm ex parte recipientis qui scilicet indigeat specialiter receptione sacramenti, quam necessitatem prudenter esse pensandam iuxta circunstantias occurrentes, nec semper extremam requirendam dixit Pater Lugo *dict. numero 52.* *Secunda*, vt sacramentum sub con-

10 ditione conferatur; † imo addunt Salas, non solùm posse, sed etiam teneri Ministrum vti dubia potestate, materia, vel forma, quoties administratio sacramenti requiritur ad vitandum scandalum, vel periculum damnationis, vel aliud grauissimum inconueniens, & ponentes DD. exemplum in administratione sacramenti Baptismi, & Pœnitentiæ: sic etiam de sacramento hoc Confirmationis profitentur; siquidem, vt ait Ioannes Sanchez *in selectis dicta disp. 44. numero 31. & 32.* Minister in supra dictis casibus, & similibus tenetur iuxta sententiam minus probabilem ministrare sacramentum, propter fauorem recipientis, qui forsan tali sacramento saluabitur, vel euitabit magnum scandalum, aut nocumentum.

Et confirmant Lugo, & Diana, *vbi supra* 11 item & Præpositus *in 3. p. quæst. 66. art. 8. dubio 3. numero 90.* quia cum ob necessitatem licet administratio sacramenti dubij, tenemur vtique per tale sacramentum indigenti prouidere; siquidem quoties possumus sine dispendio indigenti succurrere, tenemur saltim ex charitate, seu misericordia. † Quare Pater Amicus *in Theologia morali tom. 7. disp. 11. sect. 2. numero* 12 *32.* dixit posse Pontificem, stante probabilitate alicuius opinionis, præcipere, vt sacramentum in articulo mortis in dubia materia ministretur; imo & quod ad hoc omnes teneantur. Ait tamen quod si recipiens superuixerit, tenetur ad illud denuo sub conditione recipiendum (loquitur tamen Amicus *de sacramento Baptismi*) sed in terminis de confirmatione loquitur Castrus Palaus *tom. 1. tract. 1. disp. 2. puncto 5. numero 4.* ibi item licet confirmationem ministrare ex oleo benedicto, non mixto Balsamo, cum nullatenus Balsamum inueniri potest, & vrget occasio.

Pro contraria inquam sententia faciunt acerrime tradita in principio nostræ quæstionis, 13 & quæstionis præcedentis in toto vers. *ad secundam*, & *in dicto capit. vnico de sacra vnct. §. per frontis*, vbi ex Conciliis, Patribus, ac aliis grauissimis decisionibus, & fundamentis probatum relinquitur, oleum benedictum ab Episcopo per se solùm, non esse materiam sufficientem sacramenti confirmationis; & sic videri, vt nec sit materia dubia, cum reuera materia illius adæquata sit insimul oleum, & Balsamum, quibus fit chrisma; qui secundum omnes est vera, & certe materia huius sacramenti; & licet prima sententia admitti possit, aut debeat sic amplecti respectu sacramenti Baptismi, & Pœnitentiæ, quæ sunt necessaria in re, vel in voto ad saluandos homines, & admittatur respectu sacramenti Extremæ Vnctionis, cum hoc itidem sacramentum fuerit institutum ad extergendas peccatorum sordes, & ad alios effectus, quos longe posui *in dicto capit. vnico de sacra vnct.* vbi latissime loquutus fui de illo sacramento Vnctionis; quia ex prædicta administratione dictorum sacramentorum, prouidetur animarum saluti, nec vllum subsit reiterationis periculum, cum illud prorsus excludat apposita conditio v. g. *si non es Baptizatus ego te Baptizo*, de qua loquuntur Alex. III. *in cap. 2. de Baptismo*, & Leo Magnus *epist. 35.* alias *37.* tollit ergo conditio periculum irritandi sacramentum, vt tradunt adducti DD. Lugo, Zambran, Præposit, Suarez *tom. 3. disp. 22. sect. 1.* Vasquez *3. parte disp. 146. capite 4. numero 19.* Henriquez *lib. 2. capite 31. numero 2.* Sa verb. *Baptismus numero 3.* & verbo *sacramentum num. 10.* Canonistæ. & Barbosa cum infinitis *in dict. cap. 2.* & Concilium Carthaginense *5. cap. 6* & sexta Synodus *cap. 84.* reddentes rationem, ne noster scrupulus, seu trepidatio

pueros faciat sacramentum purgatione priuari.

14 Tamen quia hoc sacramentum confirmationis non sit tantæ necessitatis ad saluandas animas, ac sacramenta prædicta, & ex alio capite, vt longissime dictu.. est in præcitatis locis, videtur dicendum, vt in solo oleo etiam in casu necessitatis adductæ, non possit Episcopus illud ministrare sine chrismate confecto ex oleo, & Balsamo; ac difficulter à Romano Pontifice in id dispensandum, quamtumuis si de facto solo oleo benedicto collatum, sit repetendum sub conditione *si non est confirmatus &c.* ne detur iteratio sacramenti contra dicta in principio nostræ Rubricæ; vbi de ratione, quare sacramenta Baptismi, confirmationis, & ordinis non iterantur; item ex *dictis q. sequenti.*

15 Fateor tamen vt licet regulariter loquendo sacramentum confirmationis, necessitatis non sit, vt *supra* retuli, & docet etiam Barbosa *in pastorali part. 1. alleg. 30. à n. 7. & 8.* quia tamen vt dicunt Vrban. Pontifex in princ. *de consecrat. dist. 5.* & alij sancti Patres, quos refert Henriquez, *lib. 3. cap. 1. §. 2. iuncta littera H.* dicentes esse complementum Baptismi, & per illud Baptizatos plene fieri Christianos, eo quod illo Baptismatis gratia roboratur, & confirmatur ad bene operandum constanterque credendum, & fidem Christianam firmiter confitendum; dicatque Concil. Aurelianense *can. 3. & cap. omnes fideles de consecrat. dist. 5.* certo modo non esse perfecte Christianum, qui non est confirmatus, non quod Baptismus ante confirmationem, culpam originalem non remittat qui est peruersus error Raymundi Lulli, quem refutat Suarez *tom. 3. disp. 34. sect. 1.* & ideo posse pro contraria sententia responderi; & sumes iuxta adducta, & quæ dixi *in dict. §. per frontis.*

QVÆST. III.

An quoties probabilis opinio fert aliquod sacramentum, non fuisse validum, possit quis illud sub conditione repetere? Et quid posita conditione, saltim inmente? Et an sit peccatum mortale reiterare sacramenta Baptismi, Confirmationis, & Ordinis, si adsit tantum scrupulus de eorum validitate seu reiterare formam sacramentorum sine causa super eandem materiam? An possit præcipere Pontifex, vt in articulo mortis, deficiente materia certa, ministrentur sacramenta in materia dubia.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentorum administratio non licet in materia, seu forma dubia, vel probabili, relicta certa, omnino exemplificatur in Baptismo; nisi in necessitate,* vt numero 2.

3 *Forma dubia adhiberi ex graui metu, non videtur illicitum, nisi metus incutiatur in contemptum.*

4 *Forma sensus, si dubitatur periisse, repetitur sub conditione, maxime in Baptismo confirmatione, & ordine.*

5 *Sacramentum iterum administratur sub conditione, quando dubitatur de ipsius validitate.*

6 *Sacramentum à Ministro debet repeti, quoties est probabilis opinio, num collatum validè; sed sub conditione, si est valde necessarium. Et num æqualiter in ordinibus, & confirmatione* vt n. 7.

8 Cap. 1. de baptismo n. 9.

9 *Conditio sub qua repetitur sacramentum semel collatum, de cuius validitate dubitatur, melius est, vt exprimatur.*

10 *Iterantes sacramenta sub conditione extra verum dubium, & tantum scrupulosi, peccant mortaliter, & tantum venialiter si penduli sunt; vel quia non recordantur de susceptione*, numero 11. 12. & 13.

14 *Forma reiteratio supra eandem materiam sine causa, est peccatum mortale, secus si Minister esset dubius, an verba forma pronunciaret.*

15 *Materia dubia facilius potest adhiberi, quàm forma dubia, exemplificatur in Baptismo.*

16 *Baptismus quando liceat ministrari sub nomine genitoris geniti, & procedentis ab vtroque.*

17 *Pontifex potest præcipere, vt deficiente materia certa, ministrentur sacramenta in materia dubia.*

18 *Sacramenta ministrandi modus potest præscribi à summo Pontifice.*

19 *Periculum graue facit vt formido præponderet opinioni; præcipue pro saluanda Dignissima persona in Republica* n. 20.

21 *Opinio fauens animabus est præferenda in administratione sacramentorum.*

AD primam quæstionis partem, & ad sequentes, vt respondeam præmitto doctrinam generalem sequentem, & quæ infertur ex iam adductis ad textum nostrum, & ex littera *cap. fin.* huius tituli, nempe quod numquam liceat vti materia, seu forma dubia, vel probabili, relicta omnino certa vt v. g. Baptizare in Brodio, relicta aqua naturali clara, & certa, vel *in nomine genitoris geniti, & procedentis ab vtroque*, quia se exponeret periculo nihil agendi, cum possit illud vitare, adhibendo certam formam, & materiam. † 1 Quod si necessitas adsit, & non sit possibilis forma, & materia certa, tunc posse adhiberi dubiam, aut probabilem, sicut in articulo mortis possit in aqua dubia Baptizari; imo & etiam sic procedere in forma dubia, quando non adest qui nouerit formam certam, vt patet ex adductis *quæst. præcedenti* in toto vers. *ad secundam* vsque ad finem: ita docent etiam Bonacina *de sacram. tom. 1. disp. 1. q. 2. puncto 1. n. 32. qui n. 33.* cum Henriquez *lib. 1. cap. 9. littera B.* Conink *q. 60. art. 8. n. 81.* † tenet non videri illicitum ex graui metu 3 formam dubiam adhiberi, præsertim si adhibeatur sub conditione *si forma valeat*, modo metus non incutiatur ob contemptum Ecclesiæ qui præsumitur adesse, si metus ab hæretico, vel infideli incuteretur, optimo ConinK supra, & Trullench, *de sacram. lib. 1. cap. 2. dubio 3. n. 16* & Filioc. *tom. 2. tract. 1. cap. 4. quæst. 10.*

Item

5 Item docent *D. Thom. in 3. p. q.66. art.9. ad 4.* Bonacina cum aliis *tom. 1. diſp. 1. q. 2. puncto 2. numero 35. & 36* Trullench, *vbi ſupra numero* 17. & alij, quod qoando rationabiliter dubitatur formæ periiſſe ſeoſum, per mutationem eam iterandam eſſe, & quidem ſub conditione, maxime in Baptiſmo, Coofirmatione, & Ordine, quæ iterabilia non ſunt; eo quod imprimant characterem. † Colligentes etiam ſacramentum iterum adminiſtrari ſub conditione, quando dubitatur de ipſius validitate, vt quando adhibita eſt forma dubia, ſeu quando ſunt opiniones vtrinque probabiles de validitate ſacramenti, vel quando adhibita ſufficienti diligentia, remanet dubium v. g. an quis ſit Baptizatus, vel quando mens manet dubia, & neutra pars poteſt determinare, an ſacramentum ſit validum; tunc enim dicunt dari ſufficientem, & rationabilem cauſam, gerique vtiliter negotium ſuſcipientis, cum fieri poſſet, vt iterata ſacramenti adminiſtratione, ſaluetur.

6 Vnde iam ad primam, & ad alias partes quæſtionis facile erit reſponſum, non ſolum quoties probabilis opinio fert aliqood ſacramentum, non fuiſſe validum, poſſe quem illud ſub conditione repetere, verum & ad id teneri, ſi ſacramentum eſt valde neceſſarium ex iam dictis, & docent Angelus in verbo *Baptiſmus* 4. & verbo *ſacramentum* 12. Suarez *in 3. p. diſp.* 12. *ſect. 2. §. eſt autem*, Valentia *q. 1. puncto* 4. Granados *tom. 4. de ſacram in genere tract. 1. diſp. 4. n. 7.* in ſequentibus verbis *illud generale principium mihi verum videtur, ſcilicet quoties probabilis opinio eſt, ſacramentum non fuiſſe validum, licere illud repetere, ſub conditione, ſcilicet ſi illud prius non fuit ratum,* & infra pergit; *imo crediderim, quod quando ſacramentum eſt valde neceſſarium, & non iterabile, vt Baptiſmus, & ordo ſacerdotalis eſſe grauem obligationem illud iterandi ſub conditione, alioqui orientur grauia incommoda, ſi enim homo non ſit Baptizatus, nullum aliud ſacramentum recipit valide, & eſt in non leui periculo damnationis &c. ſimiliter ſi non eſt verus ſacerdos, non conſecrat, nec miniſtrat eucharistiam à ſe conſecratam, nec vere abſoluit pœnitentes, ex quo preuenire poteſt multorum damnatio &c.* Ita ille, & repetit, ac ſequitur Leander *de ſacram. tract. 1. diſp. fin. q.* 16. Applica dicta *infra q. 4.* verſ. *ad ſecundam.*

7 Dubium autem eſt, numquid prædicta doctrina procedat æqualiter in cæteris ordinibus, & in ſacramento confirmationis, quæ reiterabilia non ſunt; & in hoc puncto, quod pendet à reſolutione eorum, quæ dixi *dicta quæſt. præcedenti* in dicto verſ. *ad ſecundam* verb. *pro contraria,* video in terminis loqui eoſdem Granados *dicta diſp. 4. n. 7. & tom. 5. controuerſ. 4. tract. 1. diſp. 8. n. 7.* & Leand. cum *dicta quæſt.* 16. in fine reſpondentes, quod ſi ſacramentum non foret ita neceſſarium, vt confirmatio non videatur grauis obligatio illud iterandi, idemque dicendum de ordinibus minoribus de ſubdiaconatu, & Diaconatu. Ex quo modo dicendi videtur aliom petere intellectum Pontificis Innocent. III. in textu noſtro, dum interrogatus de ſobdiacono ordinato, omiſſa manus impoſitione, & delinito, omiſſo chriſmate ſolo oleo & optime reſpondiſſe, quod in talibus non eſt aliquid iterandum, ſed caute ſupplendum, quod incaute fuerat prætermiſſum; qui etiam obſcurus eſt, ſi attendas ad dictum *capite fin.* hic, vbi non ſolum dicitur de Diacono, ſed & de Presbytero; ſolum ergo manet ſacramentum confirmationis non eſſe taotæ neceſſitatis, ac eſt ſacramentum Baptiſmi, & ordinis ſacerdotalis, vt ſic poſſimus ſubſiſtere in reſolutione adducta in fine *dicta quæſt.* 1.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſufficiet, dum repetitur ſacramentum ſub conditione, quod ſit tacita, ac in mente retenta, aot requiratur eius expreſſa prolatio ab adminiſtrante, & pro parte affirmatiua facit deciſio textus *in cap. 1. de Baptiſmo* in ſequentibus verbis: *de quibus dubium eſt, an Baptizati fuerint, Baptizantur his verbis præmiſſis ſi Baptizatus es, non te Baptizo, ſed ſi nondum Baptizatus es, ego te Baptizo* vbi DD. & gloſſa alia Iura refert præter adducta *quæſt. præced.* & ita Angelus *in propoſito noſtro dubio* expreſſam verborum dictæ conditionis in aliis etiam ſacramentis videtur expoſcere in dicto verb. *Baptiſmus* 4 ibi ſi dubium eſt Iuris, vt pote quia Doctores diuerſa opinantur, vel ſi dubium eſt facti probabile, vt pote quia inuenitur puer proiectus, nec apparet, quod fuerit Baptizatus, tunc Baptizandus eſt iſto modo *ſi non es Baptizatus, ego te Baptizo in nomine Patris & filij, & ſpiritus ſancti &c.* 8

Tamen Granados vbi ſupra *dicto tom. 4. & tom. 5.* Leander *dicta diſp fin. tract. 1. de ſacram;* & Sanctius *in ſelectis dicta diſp. 44. num.* 32. in verbis Sequentibus ibi: *quando communiter inquiunt Theologi miniſtrandum eſſe ſacramentum ſub conditione, quando dubitatur de valore ſacramenti id intelligendum eſt in dubio proprio, non in opinionibus,* qui docuerat ſequenti opinionem probabilem non opus eſſe miniſtrare ſacramenta ſub conditiooe abſolute abſque illa. Ego inquam ſaltim ex præcepto exiſtimarem exprimendam eſſe verbis externis illam conditionem ad obuiandum ſcandalum, ac id implendam formam *dicti capitis* 2. & aliorum; & ob id idem Granad ait tutius eſſe illam conditionem apponere; & in caſu dubij, in quo loqui videtur Angelus, idem dicit Leander, qui quamuis probabiliorem ſententiam appellet, hanc ſecundam dicit, vt tunc debeat miniſter conditionem apponere. Ex quibus iam poſſemus hic innectere alias difficultares, de quibus dico *quæſt. ſequenti.* 9

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit peccatum mortale reiterare ſub conditione ſacramenta Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis, ſi adſit tantum ſcrupulus de eorum validitate? etſi aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Villalobos *de ſacram. diſ. 4. numero 2. quos* videtur ſequi Granados *tom. 5. tract. 1. de Baptiſmo diſ. 8. num. 6.* ſic teneant tamen idem Villalobos, & Leander *tract. 1. de ſacram. diſp. 5. q.* 13. æque probabiliter reſpondent non eſſe, niſi veniale; quia in tali caſu ſolum videtur interuenire quædam leuis irreuerentia; & ob id dicunt etiam eſſe veniale repetere ob ſcrupulum ſub conditione formam ſacramenti ſupra eandem materiam. 10

Adhuc tamen pugnant pro prima ſententia Valentia, *tom. 4. diſp. 4. quæſt. 1. p. 4.* Bonacina cum aliis, *tom. 1. diſp. 1. quæſt. 1 p. 2. num. 35. & 36.* 11

Ægidius Trullench, *de sacram. lib. 1. cap. 2. dicto dubio 3. num. 17. in fino*, ex communi Doctorum; quia quando dubium est leue, aut scrupulus, iteratio sacramenti videretur quædam ipsius irrisio, & graue peccatum ex genere suo; & videtur hoc confirmari ex generali doctrina, quam pro scrupulosis notat Diana, *p. 5. tract. 13. dif. 45.* vers. *&*
12 *tandem.* † Vbi loquens in illa resolutione de opinione probabili circa validitatem ordinis, &c. distinguit inter scrupulum, & nimium timorem à vero dubio, aut opinione, resoluens, vt non enim, quod quis timet non ordinatus sit, aut præcisè, quia non recordatur tetigisse Vasa Sacra, aut non tetigisse imaginatur, illico ordo iterandus est; nam sola obliuio, aut solus timor, non est sufficiens ad verum dubium, aut probabilitatem, multa enim (ait) obliuiscimur, quæ vere fecimus, & timor ipse, ac nimia solicitudo tangendi instrumenta, in quorum porrectione imprimitur character, faciunt videri obliuioni traditum, quod reuera memoramur: ita ille.

13 Ex qua doctrina iterationem dictam esse videri quandam ipsius irrisionem, & graue peccatum ex genere suo, cum sine causa, tunc iteretur sacramentum; at quia ex hoc rigore prouogerentur nimis corda timoratorum, eorumque conscientiæ valde comprimerentur, si ipsi non discernentes scrupulum, existentes penduli, an dubium illud sit non leue crediderim pro sententia, quæ tantum signat peccatum veniale; sin autem scientes fuisse in eis tantum leue dubium, aut scrupulum, non excusarem, sic iterantes à temeritate iuxta aliam dictam sententiam.

14 Ad quartam quæstionis partem, an sit peccatum mortale reiterare formam sacramentorum sine causa supra eandem materiam? Ex dictis respondeo cum communi, quam sequitur Leander, *de sacram. tract. 1. dicta disp. 5. quæst. 12.* vt peccet mortaliter reiterans; quia grauis iniuria irrogaretur sacramentis; secus dicendum esse, si Minister esset dubius an verba formæ pronunciauerit: nam tunc debet ille repetere, & respectu formæ patet ex adductis *in supra in hac*
15 *quæstione numero 1.* † Et quia vt docent *ibi* DD. adducti, & Trullench, *dicto dubio 3. numero 16. in fine*, facilius potest adhiberi materia dubia, quàm forma dubia; ex eo quod forma vera sit magis in nostra facultate, quàm materia; & ob id Castrus Palaus *tract. 1. tom. 1. disp. 2. puncto 5. numero 4.* dicens posse Baptismum in digito paruulo ministrari, quando timetur, vt
16 paruulus ex vtero aggrediens moriatur † addit etiam, vt liceat ministrare Baptismum sub nomine *Genitoris Geniti, & Precedentis ab vtroque*, si exploratione formæ certæ *Patris scilicet Filij, & Spiritus sancti.* mors ministri immineret, sequitur Diana *dicta parte 8. tract. 1. resolut. 49.* sub vers. *quinto*, qui tamen cum Lugo, Suarez, Sanchez, & aliis ponit repetendum postea sub conditione, vt dixi *quæst. præced.*

17 Ad vltimam quæstionis partem, an possit Pontifex præcipere, vt deficiente materia certa in articulo mortis, ministrentur sacramenta in materia dubia? vt respondeas, repetes quæ adduxi *supra quæst. præced.* vers. *ad secundam*, & quia sine dispensatione hac in casu necessitatis, de qua ibi ministrandi hoc licet, non est cur negari queat summo Pontifici, vt elargiatur hanc facultatem; quia, vt obseruant Præpositus *in 3. p. quæst. 33. art. 4. dubio 1. num. 185.* Pater Franc de Lugo, *in opusculo de sacram. cap. num. 54.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 1. disp. 2. puncto 5. num. 6.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 1. dif. 13. n. 1.* Antonius Perez Benedictinus *certamino 10. cap. 10. & 13.* de dubio Layman *lib. 2. tract. 5. cap. 5. n. 13.* Salas *in p. 2. tract. 8.*
disp. 1. n. 98. & 285. † præscribere modum mi- 18
nistrandi sacramenta, pertinet ad summum Pontificem, & quod licite fiat, probantur ex doctrina P. Lugo *supra num. 51.* & Palai *numero 4.* dicentium etiam in his, quæ pendent ab institutione Christi, licitum esse interueniente necessitate ministrare sacramentum iuxta sententiam probabilem; quia periculum irritandi sacramentum sufficienter honestatur ratione necessitatis, & adhibita conditione; imo idem Lugo cum Sanchez, & Soto, quos sequitur Diana *dicta p. 8. tract. 1. resol. 49.* in principio asserunt hoc procedere; licet opinio sit parum probabilis, quam seclusa necessitate, non liceret amplecti, dum vrget necessitas reddi practice probabilem.

Et consonant Nauarru, *in cap. inter verba co-* 19
rolar. 53. num. 135. Sotus *de secrete memb. 3. q. 3. conclus. 2.* & Villalobos *de conscientia p. 1. tract. 1. dif. 8.* dicentes, vt periculum graue faciat quod formido præponderet opinioni, ponentes exemplum, vt si Iudex te interrogat super dignissima persona in Republica, & tu quidem putas, quod Iudex legitime interrogat, sed habes timorem probabilem nihilominus de contraria Iustificatione interrogati: & hac difficultate probant adducti, Sanchez cum aliis *lib. 2. de*
matrimonio disp. 39. num. 8. † Quod si timor, 20
sine formido sit probabilis, tunc quoties graue stat inconueniens, si sequatur probabilior opinio, & si pars magis secura non habeat pro se, nisi timorem, formidinem, vulgò *recelo*, cum apparente probabilitate; etsi pars contraria habeat opinionem pro se, debeat sequi pro persona dignissima, circa quam interrogauit Iudex, cuius vita prætiosior in Republica, & hoc propter adductam doctrinam, quam protulit Sotus *supra*; & sequuntur relati in verbis sequentibus ibi: *nam periculum graue, ne dignissima persona præter Ius occidatur, facit vt in moralibus*
formido præponderet opinioni. † Et circa opi- 21
niones in sacramentis adducit Diana, *vbi supra dicta res. 49.* ex doctrina etiam Iasonis *in l. 1. numero 77. cod. de summa trinit.* dicentis in dubiis præferendam esse opinionem animabus fauentem: ex quibus cum infinitis difficultatem hanc exemplificat in Baptismo, Pœnitentia, & confirmatione, & Amicus *in cursu Theolog. tom. 7. disp. 11. sect. 2. n. 32.* Henriquez, Toletus, Vasquez, & alij *in dicta q. præcedenti* adducti, qui tunc dicunt repetendum esse sacramentum sub conditione, vt *ibi* posui, & patet *ex quæstio seq.*

QVÆST.

QVÆST. IV.

An si Episcopus proferat forma verba, antequam applicetur materia, vel è contra orde sit iterandus? An si adsint opiniones probabiles pro validitate, vel nullitate alicuius ordinis, teneatur quis in hoc casu ordinem denuo suscipere? An Pontifex suppleat defectum iurisdictionis ministrantibus sacramentum cum opinione probabili? Vel suppleat illam in ministratione sacramentorum, stante errore communi absque titulo colorato? Et an qui bis Sacramentum Confirmationis contulerit, vel susceperit, irregularitatem incurrat? Idemque interrogatur de suscipiente bis ordinem aliquem, aut Baptismum?

SVMMARIVM.

1 *Forma verba singulis sacerdotibus dicuntur, cum ordinantur.*

2 *Forma verba ita proferri debent, vt simul concurrere possint cum materia.*

3 *Ordo non iteratur eo quod ante dicantur verba, quam applicetur materia sine magna mora, vt* n.4.& 5.

6 *Iteratio ordinis fit cum dubitatur, an ordo sit collatus.*

7 *Iteratur ordo Episcopatus, & Presbyteratus collatus sub opinione, non sic cæteri ordines* n.8.

9 *Pontifex potest supplere defectum ministrantibus sacramentum cum opinione probabili* n. 10.

10 *Minister non se exponit periculo irritum efficiendi sacramentum, quando adest probabilis opinio absoluendi à peccatis, à censuris assistendi matrimonio, & quare?* numero 11.12.13.14.15.

15 *Valor quoties dependet à voluntate Pontificia poterit sacramentum ministrari cum opinione probabili* n. 16.

17 *Opinio probabilis Doctorum facit, vt Ecclesia impendat confessario Iurisdictionem.*

18 *Attentantes titulo colorato vsurpare Iurisdictionem, & si generatim peccent, non tamen faciunt inde sententiam nullam, &* num.39.

19 *Error communis in administratione sacramentorum, num sine titulo colorato sustineatur* n.20.21.22. 38.39. ad 46. & à n. 25. *Vbi quod requiratur titulus* n. 26. 27. & à n. 47.

21 *Existimatus sacerdos qui non est, non absoluit valide ex communi errore, secus si sacerdos existimetur Parochus, &* n.23.

23 *Parochus existimatus à Populo communi errore, qualiter in administratione sacramentorum sustineatur, &* n.29.

24 *Electionis confirmatio à superiore aliàs nulla præstat ex titulo colorato valorem, dum latet eius vitium.*

28 *Sacerdos communiter habitus pro confessore, exercens, stante illo communi errore, sustinetur, & gesta per eum non iterantur, comperto errore.*

29 *Parochi putatiui gesta titulo legitimo, tenent, nec egent confirmatione, etiam si postea adueniat sui muneris causa impeditiua.*

30 *Errore communi gesta sustinentur, etsi pro certo tempore titulus coloratus datus sit, dum ignoratur.*

31 *Error communis, dum durat facit gesta Iudicialia, interim facta valeant.*

32 *Episcopus excommunicatus occulte, valide confert ordines.*

33 *Possides Iuste, qui triennio possedit beneficium titulo colorato; sic vt non egeat alia collatione.*

34 *Laicus existimatus sacerdos, cui Parochus concessit assistere matrimonio, non inualidat actum, etsi contrahentes sciant tantùm illum esse laicum.*

35 *Pontifex potest supplere Iurisdictionem in administratione sacramentorum, stante communi errore, &* n. 48. *nisi adsit defectus naturalis Iuris, vel Diuini, ve si pertinet ad substantiam sacramentorum, &* numer.36.

37 *Gesta per fœminam electam Papam communi errore nunquam valent.*

40 *Errore communi gesta valere exemplificantur in nonnullis casibus* num.41.

47 *Error communis sine titulo colorato quare sustineatur circa nonnulla gesta, & circa alia requirat titulum saltim coloratum. Vide hic, & ex dictis* à n.19.

49 *Confirmationis sacramentum bis conferens non contrahit irregularitatem.*

50 Cap.dictum de consecrat.dist. 5.

51 *Baptismum iterans, fit irregularis quare* n.52.

52 *Ordinem iterant num irregularitatem incurrat?*

53 Cap.Salubertimum 1. q. 7. cum glossa ibi n.51.

AD primam quæstionis partem, quia facilis est responsio ex dictis *supr. in Rub. q.*4.*verſ. ad quartam*, & *q.* 5.& quia in prima parte textus nostri agitur de iterando, seu supplendo in ordine defectus; ideo nunc ad præsens dubium respondent Caietanus *tom.*1.*opuscul. tract.*26.Nauar. *in manuali cap.*22.*n.*17. affirmatiuè & hoc ex decis. Gregorij. IX. *in c.fin.* nostri tituli; eo quod debet forma simul cum materia existere, saltim quoad aliquam partem, & quia impositio manuum ex illo textu debet fieri super caput ordinandi, cum effunditur ab ordinatore oratio super illis, sicque cauetur in Pontificali, vt scilicet à singulis sacerdotibus dicantur verba formæ, cum ordinantur. 1

2 Et facit doctrina Iacob. Granados, *in* 3.*p. de sacram.contr.*9.*tract.*1.*disp.*6.*n.*16.qui postquam loquutus fuit de subdiaconatus ordine, de quo textus noster supponit, secundo in Presbyteratu, & Subdiaconatu, esse sufficientem probabilitatem, vt possit, vel debeat aliquis prædictorum ordinum iterari, quando scilicet ordinantur aliqui sine reali coëxistentia materiæ, & formæ, & hoc sub conditione; tum quia Caietanus, & Nauarrus (vt dictum est) sentiunt ordinem aliter esse nullum;

nullum ; tum quia isti ordines sunt multò sacra-
tiones, magisque necessarij ; siquidem in istis pe-
culiariter notat Pontificiale ita proferri verba for-
mæ, vt simul concurrere possint cum materia :
leges Hurtadum, *de sacram. disp. 1. dif.* 11.

3 Vtcumque tamen cum Granado, & Caietano,
sentias respectu ordinis Presbyteratus, & Diaco-
natus, de quibus loquitur, *dict. cap. fin. huius titu-
li*, adhuc existimo respectu subdiaconatus, in
quo loquitur textus noster ; item, & aliorum
ordinum minorum nullo modo esse iterandum
sacramentum ; quia, & varij DD. existimant, vt
ait *supra* Granados ordinem esse legitimè colla-
tum, nec esse credibile Pontificiale Romanum
sequutum esse opinionem secundã, qua non mane-
ret tutus qui ordinatur ; & quia minor necessitas,
& perfectio horum ordinum facit vt minori cer-
titudine debeamus esse contenti ; indeque ait
Granados se non vidisse in praxi sufficientem pro-
babilitatem, vt possit, vel debeat aliquis prædi-
ctorum ordinum iterari, nec de his agi, *in dict.
cap. fin.* ait.

4 Et sic cum Diana *p. 5. tract. 13. miscel. 1. res.*
48. & Iuxta quæ dixi *in dict. Rub. q.* 4. dict. vers.
ad quartam, & *ibi dicta quæst.* 5. respondeo in
puncto difficultatis quod differt à dubio primæ
partis textus nostri, item & *dict. cap. fin.* vt ex lit-
tera vtriusque constat, cum in illis dicatur de sup-
plendo quod incaute fuerat prætermissum. Hic
verò in dubio præsenti de concurrentia, & simul-
tate materiæ cum forma, vel è contra, resol-
uendum esse præsens dubium Iuxta dicta in re-
lata *q. 4. vers. ad quartam*, & idem cum eodem
Diana ; quia specialiter in sacramento ordinis ca-
netur, vt non petatur physica simultas : nam cum
forma sit modi imperatiui, sufficientissime verifi-
catur quod Episcopus dicit, nempe *accipe* &c. si
finitis verbis sine magna mora accipiat, seu tangat
librum, vel calicem.

5 Et ad probandum hoc, adducit Diana ipsum
Pontificale, in quo cum ordinantur subdiaconi,
dicitur omnes debere successiue tangere Cali-
cem, & Patenam, & (ait) tamen verba ibi dici
simul omnibus ; ita vt sit certum, cum plures ac-
cedunt ad tangendum, iam esse finitam prola-
tionem formæ : idemque ibi notari ait in minori-
bus ordinibus.

6 Ad secundam quæstionis partem, an si adsint
opiniones probabiles pro validitate, vel nullitate
alicuius ordinis teneatur quis denuo ordinem
suscipere in hoc casu ? Et quia sufficienter ex di-
ctis *supra quæst.* 3. proxime præcedenti sub di-
stinctione inter opinionem, dubium, & scrupu-
lum, dictum sit ; & ita Diana *dicta p. 5. tract.
3. res.* 47. in dubitanter firmat, vt quoties dubium
occurrit, an ordo sit verè collatus, siue quia
materia est dubia, siue quia sunt rationes suffi-
cientes dubitandi, posse tunc, & deberi iterari sub
conditione.

7 Tota ergo difficultas potest esse quando adsunt
opiniones probabiles, & in hoc puncto Granados
tract. 1. de sacram. in genere disp. 4. distinguendo
respondet, nempe, vt in ordine Episcopali, &
Presbyterali sine dubio sit ordo iterandus ; quia
alioqui exponitur periculo non ordinandi, cum
alioqui probabile sit illum non habere potesta-
tem ordinis ad id requisitam, & de sacerdotali
ordine etiam idem dicit, cum exponatur peri-
culo non sacrificandi, vt iam sub *dicta quæst.* 5.
Rub. dixi, in reliquis ordinibus inferioribus Dia-
conatus, Subdiaconatus, & minoribus dicit, vt
non obligaret illum, qui Iuxta probabilem opi-
nionem fuit ordinatus, vt illos ordines iteraret,
etiam sub conditione ; eo quod isti ordines non
sunt ita necessarij, vt per sacerdotalem potestatem
suppleri non possint munera propter quæ sunt
instituta ; propterea, quod etiam non habent an-
nexum aliquem actum absolute necessarium ad
salutem fidelium, aut defectu cuius proueniat
Ecclesiæ notabile detrimentum, & videntur
amplecti idem Diana *à res.* 47. & Hurtad. *de or-
dine dif.* 15. nam cum homo sit ordinatus Iuxta
probabilem opinionem, ac proinde prudenter
possit ibi persuadere ordinem, fuisse validum, non
erit cur ad illius iterationem obligetur, vt sentit D.
Iacob. Granados.

Verùm quia aliter ex dictis in ordine Episco- 8
patus ordere possit in maximum detrimentum
fidelium propter adductum periculum, tenea-
turque ordinatus vitare huiusmodi incommo-
dum recipiendo prædictum ordinem secundùm
certam doctrinam, & non Iuxta opiniones, in
quibus potest esse deceptio ; ideo ipse Iacobus
Granad. & Diana *dicta, res.* 47. in vers. *vnde* dis-
putant de alio dubio, *num teneantur sacer-
dos, & Episcopus, si non tetigit vasa sacra, aut
illud instrumentum, in cuius porrectione im-
primitur Character iterare ordinem sub condi-
tione*, de qua quæstione ; quia pertinet ad dictum
cap. fin. huius tituli, dico late, & per alia ad-
iuncta *ibi*, vbi quid de subdiacono, & Dia-
cono.

Ad tertiam quæstionis partem, an Pontifex 9
suppleat defectum Iurisdictionis ministranti-
bus sacramentum cum opinione probabili ? Quia
Lessius *de Iust. & Iure lib. 2. cap. 19. dubio 2. n.*
69. cum Henriquez *lib. 2. de pœnit. cap. 14. n. 3.
& 4.* dicit non solum errorem communem, sed
etiam probabilem Doctorum opinionem ; effice-
re, vt Ecclesia det Iurisdictionem, etiam si opinio
forte illa sit falsa, sæpiusque indicet Henriquez,
quod valent acta etiam si populus dubitet, an su-
perior sit officio priuatus, quia cum ante fuerit
habitus superior, non debent propter dubium su-
perueniens eum reijcere quominus in officio per-
seueret, cum in dubio nemo sit Iure suo priuan-
dus, eo quod in dubio melior sit conditio possi-
dentis, Iuxta quæ docent Doctores *in c. significa-
sti de homicidio*, & ego sub tit. *infra de restit.
spoliator.*

Et probatur quia quando v. g. ad est probabilis 10
opinio absoluendi à reseruatis, à censuris assisten-
di matrimonio, nullo morali periculo se ex-
ponit Minister irritum efficiendi sacramentum ;
quia etsi ex priuilegio Iurisdictionem non ha-
beat, habet tamen ex tacito consensu Ecclesiæ, &
ratihabitione de præsenti supplente Iurisdictio-
nem, ne tot actus irriti sint sicuti habet qui ex
errore vulgi, & titulo præsumpto operetur, ac
proinde nullo periculo morali irritandi sacramen-
tum, exponi : aliis multis probant Diana *p.* 8.
tract. 1. res. 93. Pater Franc. de Lugo *opusculo de
sacram. cap. 1. q. 4. n. 49. & 50.* † qui ait vt quoties 11
opinio probabilis versatur circa illa, quæ sum-
mus Pontifex in sacramentorum administratio-
ne determinat, vt in matrimonio, quod sic, & non
aliter celebratum maneat in sacramento pœni-
tentiæ circa Iurisdictionem sacerdotum ad ab-
soluendum, licite possit Minister quamlibet opi-
nionem probabilem sequi, cum in qualibet, Iuris-
dictio

dictio detur, & matrimonium validetur ex præſumpta, vel iuridica voluntate Pontificis, qui ſicut Iuriſdictionem ſupplet habentis titulum coloratum, & Iuriſdictionem dum taxat exiſtimatam errore communi Iuxta *leg. Barbarius ff. de offic. Prætor.* vt docent *ibi* communiter DD. & in terminis Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. diſp. 25. n. 49.* cum infinitis Solorzanus *de Iure Indiarum tom. 2. lib. 2. cap. 4. n. 75.* Vbameſius *de Iure Pontificio tomo 1. q. 97.* Boſius *de matrimonio cap. 4. §. 35. n. 96.* Gonzalez *in reg. 8. cancel. gloſſ. 15. §. 1. n. 196.* Gutierrez *de matrim. cap. 62. n. 56.* Leſſius *lib. 2. cap. 59. lib. 2. num. 7.* Ludouicus à Cruce *in Bulla cruciata diſp. 1. cap. 5. dubio 8. n. 3.* Egidius Trulench. *ibi lib. 1. cap. 1. §. 7. dubio 13. n. 7.* Theſaurus *in praxi de pœnit. p. 1. cap. 6.* Filiucius *tom. 1. tract. 10. 6. cap. n. 195.* Fagundez
12 *præcept. 2. Eccleſiaſt. lib. 7. cap. 2. n. 26.* & alij, † ſic etiam operantibus Iuxta opinionem probabilem, confert certam Iuriſdictionem, vt certum reddatur ſacramentum, non enim dicit Lugo minor potens eſt ſapientum opinio, quàm vulgi error ad inducendam Iuriſdictionem, & validum actum.

13 Nec obſtat Ioannes Santius *in ſelectis diſp. 44. à n. 10.* vbi affirmat miniſtrum peccare mortaliter contra charitatem, & Iuſtitiam, quoties habens Iuriſdictionem ſub opinione probabili ſacramentum miniſtrat, quin ſuſcipientem maneat de incertitudine ſacramenti, vt poſſit alium miniſtrum habentem Iuriſdictionem certam adire; quia videtur eſſe contra charitatem ſuſcipientis miniſtrare ſacramentum dubium, cum poſſit habere certum, & pluribus exemplificat, ſolumque excipit in ſacramento pœnitentiæ excuſans miniſtrum, ſi ſuſcipiens Sacramentum confiteatur aliqua venialia ſimul cum mortalibus; quia cum circa venialia ſit omnino, & ſine dubio certũ quemlibet ſacerdotem iuriſdictionem habere infert, vt abſoluens de venialibus, gratiam conferat, & conſequenter remittat mortalia, & hoc meo videri, ne detur dimidiata venia, quæ implicat dari poſſe.

14 Sed ipſe Santius, *dicta diſp. 44 n. 65.* dicit probabile eſſe talem miniſtrum abſoluere poſſe à reſeruatis, vel cenſuris abſtere, matrimonio excommunicare, eligere confeſſorem, priuilegium non eſſe reuocatum, & ſimilia & illa ex ea opinione operando, valide faciat, Eccleſia ſupplente defectum, ſi fortè ſubſit; cum enim licitum ſit operari ex opinione probabili: nam ſi omnia illa eſſent irrita, grauiſſima incommoda ſequerentur; ideo dicendum eſt in puncto noſtri dubij, vt Pontifex ſuppleat defectum iuriſdictionis miniſtrantibus Sacramentum cum opinione pro-
15 babili. † Ex eo inquam principio duplici: nam quoties dependet valor, ac diſpoſitio à voluntate Pontificia, eiuſque diſpenſatione efficientia, ſiue valor etiam in materia ſacramentorum, cenſurarum votorum, aliarumve materiarum, in quibus forte ſit opinionum varietas, quas non præſumitur Pontifex ignorare, ſi diſſimulet, nec contra dicat, iuſte præſumatur, vt habeat voluntatem, ac intentionem ſupplendi in illis iuriſdictionem, valorem, & efficientiam neceſſariam ſi forte à parte
16 rei defeciſſent. † Item quia, & ſi daretur quod Pontifex ignoraret illas diuerſas opiniones, adhuc pro certo præſumitur, vt communicet circa illas Iuriſdictionem, eo quod alias eſſet admodum Iuriſdictio Pontificia defectuoſa, non adiuuans remedio in re ita neceſſaria, ſupplendo Iuriſdictionem, vt factum teneret: ſic cum aliis probat Machadus *de perfecto confeſſore in diſcurſ. pract. de probabili opinione art. 5. n. 7. ante tom. 1.* cum Patre Luis de la Cruz.

Et itidem confirmatur ex doctrina Hurtad. *de* 17
pœnit. diſp. 10. diſ. 6. dicti Machad. *dict. tom. 1. lib. 1. p. 5. tract. 1. documento 9.* Diana *dict. tract. 1. dicta reſ. 95. p. 8* verba vtriuſque referens, quibus probat quod quando quis Iuxta opinionem probabilem abſoluit v. g à peccatis reſeruatis, vel quando approbatus in alio Epiſcopatu eligitur in confeſſarium, validè abſoluit: quare Pater Antonius de Eſcobar *in Theologia morali tract. 7. examin. 4. cap. 7. n. 37.* ait vt valeat abſolutio, ſi pœnitens vnum tantùm peccatum confitetur, quod reſeruatum eſſe videtur, & confeſſarius probabiliter credit non eſſe reſeruatum: ita cum Leſſio; ex eo, nam probabilis Doctorum opinio facit vt Eccleſia impendat Confeſſario Iuriſdictionem.

Nec tunc poteſt eſſe contra hoc Doctrina 18
Ioan. Sancij *vbi ſupra*; quia reſpondeo cum eodem Leſſio *ſupra*, Sanchez *dicto lib. 3. de matrim. diſp. 10. n. 5.* & Solorzano *de Iure Indiar. to. 1. lib. 5. cap. 2. n. 34.* quod et ſi ſolum habentes titulum coloratum poſſint generatim dici peccare, vſurpatione Iudicij ex doctrina, quam retuli ſub *Rub. de foro comp. q. fin.* quia quantum in ipſis eſt, vſurpant poteſtatem, quam non habent; ſed non inde illorum ſententiam eſſe irritam; quia dum hoc attentant, Eccleſia Iuriſdictionem extraordinarie propter bonum commune in ipſo actu ſuppeditat, & facit doctrina Abbatis *in c. nihil 44. de elect.* quem refert Roſella. verbo *confeſſor. 3.* in fine, Silueſter *in eodem verbo 5. q. 19.* Santius *ſupra n. 56.* dicente valere acta, etiam ſi populus dubitet, vt iam retuli.

Ad quartam quæſtionis partem, an ſtante er- 19
rore communi abſque titulo colorato, Pontifex ſuppleat? Et quia iam ſub præcedenti verſ. *ad tertiam*, ſine controuerſia probatum apparet, vt ſtante opinione communi cum titulo colorato, recte adminiſtretur ſacramentum; nunc difficultatis anſa, quæ ſolum eſt, num valeat, ſi ſolum adeſt communis error abſque titulo colorato, maior videtur eſſe, quam præcedens. Et adiunctis his, quæ dixi *in Rub. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* de titulo præſumpto acquiſito virtute triennalis poſſeſſionis in beneficiis, quæ videtur præſtare titulum coloratum ad tuendum poſſeſſorem triennalem in ſua poſſeſſione; vt ibi ſcripſi ſub *quæſt. 1. à n. 19. verſ. ad tertiam*, iam ad punctum difficultatis leges quæ ſubſequentur.

Igitur video Baſilium Pontium *de matrimonio* 20
lib. 3. cap. 51. n. 46. & poſt illum Ioannes Santius *in ſelectis diſp. 44. num. 3.* Caſpenſis *in curſu theolog. tom. 5. tract. 24. cap. 5 ſect. 6 n. 51.* Molfeſius *in ſumma tom. 1. tract. 7. cap. 13. n. 11.* Curellum. *in addit ad pract. 4.* Mancini *dubitatione 19.* & cum Diana Bordonum, *in conſiliis Regalibus tom. 1. reſ. 36. q. 14. n. 50.* Thomam del Bene *de parlam, & Comitiis dubio 4 ſect. 35. corol. 5 n. 1. & 3.* Leander *de ſacram. tom. 1. tract. 5. diſp. 11. q. 101.* docentes vt geſta valeant tam in foro externo, quàm interno, ſatis ſit haberi communem errorem, nec eſſe neceſſarium titulum coloratum à ſuperiore legitimum. Primo, quia negari non poteſt Iuriſdictionem acquiri præſcriptione, vt colligitur ex *cap. cum contingat*, & *ibi* gloſſa cum aliis

alijs *de foro comp.* vbi glossa, Panormit. alij, &c. ego,
item, & *in cap. duo simul, cap. cum contingat. de
præscription.* & ego *ibi sub cap. de quarta 4. eo-
dem,* aliquid *in cap. 8. de Iudic.* & docet Rota
decis. 1. in nouis de præscript. item quia etiam
acquiritur consuetudine, vt in prædictis locis ad-
duxi, & *in cap. 7. de appelat. sub quæst. fin.* cum
21 multis Sayrus *lib. 1. de censuris cap. 6.* † qui in-
fert vt quamuis non sacerdos existimatus sacer-
dos, inualide absoluat tamen sacerdos existimatus
Parochus, & intrusus vere absoluat, & conferat
reliqua sacramenta, cum alias enim multa per-
turbatio sequeretur, si omnia sacramenta matri-
monij, & confessionis ab his ministrata, fuissent
inualida.

22 Quare Diana *p. 2. tract. 2. miscelan.* alias 16.
res. 45. dicit satis probabilem esse dictam senten-
tiam, quam à confessariis commendat notandam;
quia est opinio noua, quæ magis communi bono
consulitur, quàm si præter communem errorem
titulus quoque foret necessarius, & vt probabi-
lem admittunt Caspensis, adductus Machadus
tom. 1. lib. 1. p. 2. tract. 1. docum. 8. n. 2. nec audet
damnare Basilij sententiam. DD. Ioannes de
Escobar *in addition. ad tract. de vtroque foro
art. 5. n. 51.* etsi adhæreat contrariæ, & Iuuant
Basilij considerationes sequentes qui, *dicto lib.*
23 *5. cap. 20.* † inter alia ponit quod si quis in Pa-
rochia constitutus ab oppidi Concilio, & com-
muni omnium errore existimaretur verus Paro-
chus, omnia sacramanta ab illo administrata va-
lerent, modo sit sacerdos, qui postea inquit ma-
trimonium coram Parocho existimato, etiam si
sit intrusus, & non constitutus à superiore legi-
timo valere, & contra Sanchez, ac alios *lib. 5. de*
24 *matrim. disp. 21. n. 53.* † Dicentem quod si v. g.
peccetur in electionis forma, eo quod solemnitas
Iure præscripta omittatur in electione, vel colla-
tione, gesta per electum non valeant, nisi accedat
legitimi superioris confirmatio, quæ titulum co-
loratum confert, dum electionis vitium commu-
niter latet: tamen idem Basilius *dicto lib. 5. cap.
20* resoluit, vt licet non haberet Prouincialis ele-
ctus titulum, sed tantùm esset habitus communi
errore pro vero, ac legitimo Prouinciali, proba-
bile esse, quod gesta valeant, quia titulus non re-
quiritur, quando est error communis; ita vt pas-
sim, & communiter reputatur esse verus su-
perior.

25 Ad huc inquam scilicet, quod vt gesta valeant,
non satis sit communis error, sed necessarius sit
titulus collatus à superiore, quamuis inualidum
sit ob aliquod vitium latens: indeque quoties ali-
quis sine authoritate superioris, & sine titulo
in officium Iudicis, Parochi, aut confessoris se
intrusit licet communis error facti accedat gesta
per eum ad vtrumque forum pertinentia non va-
lere; imo prorsus inualida esse docent Doctores
vtriusque Iuris prudentiæ per regulam textus
in c. infamis. vers. *verum tamen 3. q. 7.* & per tex-
tum *in dicta l. Barbarius ff. de officio Prætor,* &
cum infinitis Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 21.
n. 41.* præter quos tenent etiam Lessius *lib. 2. cap.
29. de Iust. n. 68.* Fagundez *in præcept. decalog.
lib. 7. cap. 2. n. 73.* Filiucius *tom. 1. tract. 7. cap. 9.
n. 229.* Ioannes. Valer, *in different. fori vtriusque*
verb. *nullitas different. 7. n. 2.* Villalobos *in summa
tom. 2. tract. 1. dif. 13. n. 5.* Gaspar. Hurtad. *de pæ-
nit. disp. 10. dif. 6.* Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 26. sect.
6. num. 7.* Reginald. *in praxi tom. 1. lib. 1. n. 102. &
103.* Egid Conink. *de sacram. disp. 8. dubit. 3. n.
22. & dubit. 6. n. 44.*

Et sic Cardinalis Lugo *de Iust. tom. 2. disp. 37.* 26
sect. 3. n. 23. dixit ab hac communi sententia rece-
dendum non esse in re tanti ponderis, maxime
cum ex opposita sequantur multa inconuenien-
tia, & fortasse maiora, & in praxi durissima:
nam sequi potest ex ea (ait,) quod si aliquis v.
g. malitiosè se legatum Papæ fingat, & osten-
dat Bullas falsas in testimonium suæ potesta-
tis, eo ipso istius acta futura sint valida in vtro-
que foro, sicut si esset verus legatus. Item quia
si hæretici qui se Episcopi fingunt, & potestate
illa ficta decipiunt rudes, & rusticos, non mino-
rem habebunt potestatem Iurisdictionis circa il-
los, quàm si veri essent Episcopi; dum adesset
error communis, sed hæc non admittens, imo
potius dicens durissima esse, & conducere ad
fouendos nequissimos simulatores in suis frau-
dibus, concludit firmando merito ad valorem re-
quiri gestorum per Iudicem falso existimatum,
quod habeat titulum coloratum, hoc est saltem
apparentem, qui sit à legitimo superiore.

Et sic Franciscus Syluius, *in p. 1. resolut. var.* 27
verb. *matrimonium num. 12.* Videtur respondere
ad dubium sibi propositum de sacerdote com-
muni æstimatione, & errore existimato, Paro-
cho putatiuo assumpto à Collonello, vel Capi-
taneo militum, dum ex doctrina Henriquez,
Sanchez, Bonacinæ, & Barbosæ, ac aliorum
præmittendo, vt non sit necessarium eum ha-
bere titulum verum, sed sufficere, quod habeat
coloratum, & putatiuum.

Vnde inferunt Doctores ad plures casus se- 28
quentes. *Primo* vt si sacerdos communiter ha-
bitus fuit pro confessore approbato, quia titu-
lum à legitimo superiore habuit, nulliter tamen
propter aliquem occultum defectum, si absoluat
à peccatis ita valida maneat absolutio, vt dete-
cto postea defectu, & errore communi non sit
necesse confessiones ei factas cum alio legitimo
confessore reiterare. † Secundo idem dici debere 29
de omnibus gestis per Parochum putatiuum cum
titulo legitimo: nam ea omnia tenent, nec egent
confirmatione: ita Lessius, *dicto lib. 2. de Iust.
c. 29 dub. 8. n. 66.* qui loquitur de primo, Gutier-
rez, *de matrim. c. 62. n. 26. & 28.* cum multis San-
chez, *d. lib. 3. de matrim. c. 22. nu. 41* & Diana, *dict.
p. 8 tract. 1. res. fin.* dicētes hæc omnia procedere,
etiam si post titulum legitimum, & veram pos-
sessionem adueniat defectus, seu causa impedi-
tiua illius muneris, vt est excommunicatio, sus-
pensio, & similes occultæ, tamen, nam tunc rata
manebit absolutio, & quælibet sacramentorum
administratio.

Tertio porrigunt cum aliis Henriquez, *lib. 6.* 30
c. 6. à n. 2. & Diana *supra* ad casum, quando sci-
licet titulus verus adfuit, sed defuit, vel quia
concessus fuit pro certo tempore, quod fuit elap-
sum; vel quia reuocatus, vel inhibitione, aut
priuatione, aut similibus, quasi communiter id
ignoratur, & adhuc durare credatur, acta eius
virtute valent, & tenent. † Et inde quarto va- 31
lere ait idem Diana cum Valero, *in different.
vtriusque fori* verb. *nullitas different. 3.* omnia
acta iudicialia, vel extra facta per iudicem oc-
culte excommunicatum, suspensum, vel inter-
dictum, dum communis error; & ignorantia ad-
derat ex reddita ratione. † Et inde sequi etiam 32
dicunt vt Episcopus excommunicatus occultè,
validè

validè conferat ordines, de quo dixi, *supra sub tit. de temporib. ordinat.*

33 Quinto etiam iuxta quæ adduxi sub dicta, *Rub. de causa possess. & propriet. q. 1. in vers. ad tertiam à num. 19.* de titulo acquisito per triennalem possessionem alicuius beneficij, dico cum Lessio *dicto dubio 8. n. 66.* Auila *de censuris 2. p. cap. 6. disp. 6. dub. 7.* Diana *dicta ref. fin. circa finem*, vt habens possessionem beneficij collati per putatiuum Iudicem cum legitimo titulo, Iurisdictionis recte, atque inte possideat; sic vt necesse non habeat alia collatione, nec institutione: sic resoluitur contra nonnullos putantes *dict. leg. Barbarius* locum habere in beneficialibus.

34 Et licet dubium posset esse, an etiam procederet in casu, quo Parochus laico pro sacerdote, communiter reputato, facultatem præbuit assistendi matrimonio celebrando; nihilominus Syluester verb. *excommunicatio 3. §. 5.* Diana *dicta p. 8. ref. fin. tract. vers. tertio* dicunt valide coram eo contrahi, cum habeat, error communis interueniat, & laici incapacitas, queat suppleri per Ecclesiam, quæ sicut potest statuere, quod non sit necesse matrimonium coram Parocho celebrare, possit etiam statuere quod sufficiat celebrari coram laico, etiam si pro sacerdote non habeatur, quod verum esse dicunt, quamuis contrahentes matrimonium sciant defectum Parochi, dummodo cæteri communiter illum ignorent: nam communi errori, non particulari scientiæ attenditur: & sic Henriquez, Sanchez, Bonacina, Barbosa, quos referunt Sylmus, & Diana *vbi supra*, validum affirmant futurum matrimonium contractum coram laico, cui Parochus concessit facultatem assistendi matrimonio, si communi errore habetur sacerdos, eo quod in proposito sacerdos, qui assumitur, habet titulum, saltem coloratum, quatenus communi hominum æstimatione putatur.

35 His omnibus præmissis vtcumque sequaris ad difficultatem propositam in nostro *vers. ad quartam*, respondeo vt possit Pontifex supplere Iurisdictionem in administratione sacramentorum, stante errore communi, etiam absque titulo colorato; quia etsi reuera ex proxime dictis pro secunda sententia, solus error communis absque titulo non sufficeret, non implicat in casu, quo accederet Pontificis dispensatio, vt facta solo communi errore tenerent in iurisdictionalibus, ac Sacramentalibus; dum tamen inhabilitas Iudicis putatiui talis sit, quod suppleri valeat per superiorem, vel potestatem humanam, vt de votis, censuris, & de materia sacramentorum, a quorum efficientia, & valor pendeat à voluntate, & dispensatione Pontificia, vt dixi in hac
36 quæst. sub *vers. ad tertiam.* † Secus tamen aliter, vt si sit defectus naturalis Iuris, vel Diuini, quod nec tollere, nec supplere potest potestas humana, nec quidem dispensare, vt pertineret ad substantiam materiæ, ac formæ sacramentorum iuxta quę dixi *supra sub Rub. huius tituli*: ita Diana *dicta p. 8. ref. fin. in fine*, Machado, *de perfecto confessore in discurs. de opin. prob. art. 5. num. 7. ante tom. 1.*

37 Itaque idem Diana, & Lessius *lib. 2. de Iustitia cap. 29. n. 66.* sub *vers. tertio* inferunt falsum esse dictum Iasonis, qui *in dicta l. Barbarius n. 64. ff. de offic. Prætoris* dixit, quod si in Pontificem eligeretur fœmina communi circa sexum concurrente errore, valere per eam, veluti Pontificem facta; quod inquam falsum est, cum defectus fœminæ ad summum Pontificatum ex natura proueniat, qui suppleri per potestatem humanam non potest, quæ nec ad ordines ascendere, vt dixi, sub *tit. de temporibus ordin. & de ætate ordin. sub Rubrica*, item perdicta *supra de elect. in dub. & sub Rubr.* vbi quod eligi nequit, & in terminis, Del Bene *supra, & infra sub casu 3. sect. 32.*

Quod si dicas pro prima sententia absque ti- 38
tulo colorato ex solo communi errore, & vulgi opinione facta tenere, vt sic exemplificans Thomas del Bene *de Parlamento dubio 4. sect. 32.* per vndecim casus, vbi *corollario 1. n. 2.* ait quod non solum error communis, sed etiam probabilis opinio Doctorum Iurisdictionem tribuit, etiam si opinio illa forte sit falsa: sic Henriquez *lib. 2. de pœnit. cap. 14. n. 3. & 4.* Sanchez *dicto lib. 3. de matrim. disp. 30. n. 65.* ex iam adductis rationibus. † Additque Del Bene *n. 3.* quod, etsi illi, qui
habent titulum coloratum, & multo magis, qui 39
illum non habent peccent vsurpatione Iudicij; quia quantum in ipsis est, vsurpant potestatem, quam non habent; sed eorum sententia (ait) si adsit communis error, non est irrita, tuncquidem facilius poterit Papa, etiam quando adest titulus coloratus, Iurisdictionem supplere.

Et quod ex solo communi errore, facta va- 40
leant, exemplificant del Bene *dict. corolar. 2.* in casibus vndecim, vt in Prælato, qui accepit Prælaturam in excommunicatione, irregularitate, vel alio impedimento occulto, ratione cuius collatio sit irrita (vel interuentu simoniæ realis completæ, aut confidentialis) si communi errore facti habeatur pro communi Prælato, dicit enim vt valida sit sententia excommunicationis, vel absolutionis ab eo lata, & collatio beneficij, &
delegatio Iurisdictionis. † Idemque dicit de eo, cui 41
collata est potestas delegata, siue ad vniuersitatem causarum, vt patet in commissariis, vicariis, foraneis, pœnitentiariis &c. quia eorum Iurisdictio, non minus, quàm ordinaria spectat ad communem causam, cum plures causæ ad ipsos deferan-
tur. † Idem probat de delegato particulari, cum 42
plurimum inter sit Reipublicæ, vt horum acta
valeant, si adsit error communis. † Tertio idem 43
probat, etiam si superior conferens officium, vel Iurisdictionem, sciat impedimentum alterius, aut collationem esse inualidam, modo adsit commu-
nis error populi. † Et quarto addit etiam si liti- 44
gatores, vel quorum causa agitur, impedimentum nouerint, quia hæc Iurisdictio concessa est gene-
ratim (vt dixi) propter errorem communem, † 45
Idemque dicit, quando alicui Iurisdictio occulte est sublata, & ille nihilominus pro superiore per communem errorem habetur, (vt iam etiam dixi) & late comprobat dict. del Bene *dict. corol. 2. can. 5.* Legendus cum multis, & dicta procedere ait in foro contentioso, & sacramentorum, & in his, quæ geruntur ex officio publico; quamuis non sint actus Iurisdictionis, vt in instrumentis Tabellionis, in electione, & præsentatione ad beneficia, & officia in actu Parochi assistentia contractui matrimonij, qui non est Iurisdictionis, sed exhibitionis tantum præsentiæ suæ tanquam testis Iure requisiti, vt fatentur omnes ad *cap. 1.*
Trid. sess. 24. de reformat. † Et præter dictos, sep- 46
tem casus, exemplificat in alis quatuor, loquens de

de Parocho excommunicato tolerato, si depositus aut irregularis non sit, vbi late expendit cum infinitis.

47 Hæc ioquam sunt, quæ in comprobationem vtriusque sententiæ adducunt DD. sed quia pro secunda sententia relati dicunt ad valorem actuum gestorum à Iudice, siue Parocho putatiuo, non sufficere communem errorem, & vulgi opinionem, sed etiam requiri titulum, saltem coloratum, libuit hic apponere rationem differentiæ, quam ponunt Doctores inter vtrumque casum, à quibus Cardinalis Lugo *de Iustitia tom. 2. disp. 37. sect. 3. sub n. 23.* verbis sequentibus illam sic scribit. *Ratio autem differentiæ inter vtrumque casum ea videtur esse, quod in nostro casu, Respublica, seu Ecclesia, aut potestas superior est, quæ proponit populo illum Iudicem, vel ministrum, & eo ipso tacite hortatur populum ad illum recipiendum, ideirco superior quicumque ille sit, ne videatur cooperari deceptioni, & detrimento populi supplet defectus occultos, quantum fieri est, vt populus non patiatur ex illo vitio occulto, quando autem aliquis ex sua malitia est intrusus sine titulo superioris, tunc superior nullo modo illum proponit populo, nec cooperatur detrimento, quod sequitur, sed ipse intrusus est causa adæquata illius deceptionis;* non ergo mirum (ait) quod tunc superior non suppleat defectus maxime cum ex illa benignitate nascerentur maiora fortasse inconuenientia *supra* retuli ex eodem Lugo *dicto n. 23.* & refert Diana *dicta p. 3. tract. 1. res. fin. in princ.* sub versi. *sed difficultas.*

48 † Quæ tamen supplerio respectu Papæ in adductis casibus, etiam ex solo communi errore, deficiente titulo colorato, suppletur, si eius voluntas adsit ex dictis in his scilicet, quæ dependent ab eius voluntate.

49 Ad vltimam quæstionis partem, an qui bis sacramentum confirmationis contulerit, vel susceperit, irregularitatem incurrat? Respondeo breuiter cum Cobar *in clem. si furiosus. p. 1. in princ. n. 8.* Valent. *tom. 4. disp. 5. q. 1. puncto 4. vers. fin. & disp. 7. q. 19. puncto 3. ad finem*, Henriquez *in summa lib. 14. cap. 46. in med* Suarez *de cens. disp. 41. sect. 4. n. 6.* Abila *eodem tract. p. 7. disp. 7. dubio 5* Bonacin. *de cens. disp. 7. q. 3. puncto 3. n. 8.* Salced, ad Bernard. Diaz. *cap. 15. litt. B.* Zambra *de casibus occurrentibus tempore mort. cap. 2. dub. 3. n. 4.* nec conferentem, nec suscipientem contrahere irregularitatem, & addit Zambrana *dicto n. 4.* procedere etiam si ex malitia iteraret confirmationem, vt non incurrat aliquam censuram, vel irregularitatem.

50 Et licet Nauarrus *in manuali cap. 27. n. 147.* D. Antonin *p. 3. tit. 28. cap. 6.* Albert. Ityt. *de vero & perfecto clerico. lib. 2. cap. 14. requisit. 9. in princ.* Maiolus *de irregularitate lib. 3. cap. 15.* per glossam & textum *in cap. dictum, de consecrat. dist. 5.* censeant irregularitatem incurrere, eo quod in illo textu æqualiter prohibeatur iteratio sacramenti confirmationis, ac Baptismi, & de iterante isto, quod incurrat irregularitatem, probat Couar, Nauar. Maiol, Bernard. Bonacina, & alij, iam adducti; item Vinald. *in Candelabro aureo tit. de Baptismo à n. 45.* Victoria *de Baptismo n. 31. & 36* Zerola *in praxi Episcop. p. 1.* verbo *irregularitas §. 11.* Egidius Coninch *de sacram. & censur. tom. 2. disp. 18. dub. 5. à n. 54.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit lib. 30. n. 175. & sequent.* Chamerota *tract. 2. de Baptismo dub. 8. pag. 71.* sic probantes per textum *in c. confirmandum 60. dist. cap. qui in qualibet 1. q. 7. c. ex litterarum de Apostatis.*

Tamen etsi Doctores relati tenentes irregularitatem incurrere à ratione æquiparationis deducent, sed non ideo quod in *dicto cap.* prohibeatur sacramentum Baptismi, & confirmationis iterari, sed non inde sequi dicendum est, quod eadem pœna irregularitatis, quæ Baptismum repetenti infligitur, imponatur quidem Confirmationem iteranti, cum argumentum à simili non valeat in pœnis, præsertim in irregularitate, quæ non contrahitur, nisi in casibus à Iure expressis, vt alibi dixi, & fatentur omnes per textum, *in cap. is qui de sent. excommunicat. lib. 6.* in terminis, sic expendit Barbosa *in pastorali alleg. 30. n. 28. 29. & 30.* Et addo cum multis ad vtramque partem Leander *de irregularit. tract. 2. disp. 18. q. 15.* Sic tenentem cum Philiberto Graf. Hurtado, Præposito, Giballino. 51

De iterante bis ordinem actiuè aut passiuè, & si DD. primæ sententiæ loquentes de confirmatione idem teneant, & alij ex Vgolino *, cap. 35. §. 5. per tex. in cap. saluberrimum 1. quæst. 7.* & Glossam, *ibi* verbo *maculati*; Tamen verius est, vt non incurratur talis irregularitas, non enim Pontifex Leo loquitur *ibi* de ordinatione Clericorum ab hæreticis, sed de rebaptizatione, vt explicat *ibi* Glossa, & docent omnes fere adducti de bis confirmato & confirmante, inter quos Suarez, *de censur. disp. 45. sect. 4. num. 6.* Auila, Henriq. & Sayrus, & cum illis Leand. *sup. quæst. 16.* vbi *q. 17* dicit ideo ab Ecclesia impositam esse irregularitatem rebaptizatis, & non istis quia in illis sic factum fuit ad detestandam hæresim Donatistarum sustinentium quod baptizati ab Hæreticis, iterum essent baptizandi, & quod hæc ratio non adfuit in iteratione aliorum sacramentorum, & commendat legendos Couarruu. Sayrum, & Auilam, qui aliam addit causam *vbi supra.* 52

AD TEXT. IN CAP. II. à nobis hoc Titulo. De Sacramentis non Iterandis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Exhumatio corporum schismaticorum* remissiuè & n. 3.

2 *Polluitur Ecclesia, si excommunicatus in ea sepeliatur.*

Q VATENVS Honor III. scribens Archiepiscopo Laudonen. & eius suffraganeis respondet duobus, de quibus intertogabatur, primum scilicet, vt non deberent exhumari corpora mortuorum, qui tempore schismatico, & reprobi, Vualdemarij à schismaticis erant sepulti. Secundum iterum benedici non debere indumenta sacerdotalia, cum quibus degradati Presbyteri celebrarunt, nec te consecrari altaria, in quibus idem Presbyteri celebrarunt. 1

celebrarunt. Er hæc ir quam in primo dubio de exhumatione abur de agendum ſit infra *in cap. ſacris ante penult. de ſepulturis.* † item *in cap. propoſuiſti, & in cap. conſuluiſti de conſecrat. Eccleſia, vel altaris*, agendum etiam ſit, vbi quod polluitur Eccleſia, ſi excommunicatus in ea ſepelitur, ibique agam de reconciliatione, ſiue reconſecratione, aur benedictione; ideo ad *ibi* dicta te remitto. Quæ Iura, etſi de alus caſibus diſſimulibus loquantur: nam textus *in dict. c. ſacris de ſepulturis.* Loquitur de exhumandis Oſſibus excommunicatorum, ſi diſceroi poſſunt, & *in dicto cap. propoſuiſti de ſepulturis* deciſio ſir de reconcilianda quæ polluta fuir per homicidia, & vulnera ibi perpetrata, & *in dicto cap conſuluiſti.* tantum quod polluitur Eccleſia, vel cæmeterium, ſi excommunicatus in ea ſepelitur, quorum occaſione DD. in relatis dubiis, etiam de puncto textus noſtri loquantur.

3 Tamen quia hic primum dubium fuit de exhumatione corporum, quæ à ſchiſmaticis erant ſepulta; itemmet de reconſectandis altaribus, ſeu benedicendis indumentis ſacerdotalibus, cum quibus, & in quibus degradati Preſbyteri celebrarunt, quod eſt multo minus; quid mirum. vt hic denegetur corporum exhumatio, & benedictio ſacerdotalium indumentorum, ac reconſecratio altarium? quia nulla ex his actibus videtur contrahi Eccleſiæ pollutio. Quare omiſſis, quæ pro materia textus noſtri antiqui, referunt Abbas, Bellamera, & alij, videtur mihi vt à quæſtione proxima ſubſequenti prouenjat noſtri textus intelligentia, à qua deſcendam ad alias, quæ poſſunt hic innecti pro materia ſacramentali circa malos miniſtros ſacramenta miniſtrantes.

QVÆST. I.

Quare corpora mortuorum Sepulta à ſchiſmaticis, non ſunt exhumanda? cum è contra inquam ſi ſepeliatur excommunicatus, denunciatus, eius corpus ſit proiiciendum extra Eccleſiam ſi ab alius diſcerni poſsit? Et num idem contingat ſi ſepeliatur paganus, & infidelis, ſic vt egeat noua benedictione, ſeu conſecratione, Eccleſia eo quod ſit polluta? Et num polluatur Eccleſia ex ſepultura hominis interdicti? Seu an reiteretur Epiſcopi conſecratio? Siue ſuppleatur aliquid in ea deficiente?

SVMMARIVM.

1 *Exhumatur corpus publici excommunicati, & denunciati, ſed contra,* n. 5. 6. & 7. *verius* ibi, & n. 8.

2 *Eccleſia violatur ſi conſecretur ab Epiſcopo excommunicato: tamen manet benedicta, & conſecrata, vt* n. 3.

4 *Excommunicatus qui ordinatur, & ſi maneat ordinatus, & tamen ſuſpenſus.*

5 *Argumentum à ſimili ſemper eſt inefficax, &* n 7.

6 Cap. conſuluiſtis de conſecratione Eccleſiæ. Cap ſacris de ſepulturis.

7 *Eccleſia non polluitur ex eo quod ſacerdos excommunicatus aliquem ſpeliat in Eccleſia.*

8 *Eccleſia vel altare non polluitur ex eo, quod excommunicatus in ea celebret aut degradatus cum indumentis ſacerdotalibus.*

9 *Eccleſia violatur ſi in ea ſepeliatur Paganus, vel infidelis, vel ſi aliquis ſepultus maneat.*

10 *Infidelium nomine comprehenduntur omnes non Baptizati.*

11 *Fœtus ſepultus in vtero matris, non violat Eccleſiam, niſi ex homicidio, vt* n. 13.

12 *Fœtus ſi viuat in vtero matris mortuæ, extrahendum eſt, aperto vtero matris, vt infans Baptizetur.*

13 *Fœtus viuum ſepultum in vtero matris, facit vt Eccleſia polluatur propter homicidium,*

14 *Eccleſia verius eſt vt non polluatur propter ſepultum hominem interdictum, vt* num. 15.

15 Clem. 1. de ſepult. Cap. is cui §. 1. de ſent. excomm. lib. 6.

16 *Conſecratio Epiſcopi num reiteratur, aliquo in ea deficiente,* remiſſiuè.

AD primam difficultatis partem, communiter ſolent DD. canonici, & Theologi reſpondere ex doctrina textus *in dicto cap. conſuluiſti de conſecratione Eccleſiæ*, vt ſi excommunicatus ſepeliatur, ſeu maneat ſepultus in Eccleſia, ea maneat violata, & corpus proiiciendum eſſe, ſi ab alius corporibus diſceroi poſſit ex *cap. Eccleſiam de conſecrat. diſt. 1. cum aliis*, quod intelligunt Victoria *in ſumma dubio 99.* Suarez *3. p. q. 83. art. 3. diſp. 81. ſect. 4.* vt procedat poſt decretum Concilij Conſtantienſis, quando nominatim excommunicatus eſt, vel publicus clerici percurſor, quos ſolùm vitare tenemur Iuxta quæ dixi *in c. intelleximus de Iudiciis, cap. ad probandum de ſententia, & re Iudic. cap. Paſtoralis §. verum de appellat.* & ſupra in tractatione huius libri, & conſequenter eos ſolos in Eccleſia non ſepelire. 1

Ob quod inferunt Panormitanus, & Hoſtienſis *in dicto cap. propoſuiſti.* Siluester verb. *conſecratio ol. 2. q. 4.* Paludanus, & alij Eccleſiam violari, ſi ab Epiſcopo excommunicato conſecretur, vel benedicatur: argum à ſimili ex *dicto cap. conſuluiſti*, nam ſi ſepultura excommunicati polluit ipſum locum, multo magis conſecratio ipſa ex ore ipſius excommunicati procedens. † Dicunt enim conſecrationem, & benedictionem Eccleſiæ factam ab ipſo excommunicato, validam, & ratam eſſe; quia ex natura rei non exigit Iuriſdictionem, ſed ordinis poteſtatem, quæ per excommunicationem non aufertur; indeque fatentur talem Eccleſiam conſecratam, vel benedictam eſſe, etſi dicaor ſimul eſſe pollutam, aur quaſi ſuſpenſam; ita vt munus loci ſacri impediri non poſſit. † Sicut qui excommunicatus ordinatur, manet ordinatus, relinquitur tamen ſuſpenſus ad ordinum exercitium Iuxta quæ dixi *in cap. non eſt compoſ. de temp. ordinat.* Et ſic Iuxta determinationem textus noſtri, videri dicendum, & vt quamuis non debeant veſtimenta benedici, nec altaria conſecrari, cum quibus, & in quibus Presbyteri miniſtrarunt, debeant ad minus corpora exhumari, ſe ab illis ſchiſmaticis, & Eccleſia 2 3 4

vbi diuina officia celebrata fuerunt reconciliari, vt pollutio illius loci sacri aboleatur.

5 Adhuc video in casu propositi dubij doctrina Suarez, *dict. sect.*4. & aliorum dicentium tali casu veriùs esse nollam contrahi Ecclesiæ pollutionem eo quod in legibus pœnalibus, vt dixi *suprà in quæst fin. vers. ad vltimam cap*: 1. argumentum à simili semper est inefficacissimum, vt de irregularitate in iure dictum est, nunquam incurri, nisi in casibus à Iure expressis; idemque putant DD. de quacumque censura incurrenda ipso Iure, à qua non esse inferendum, vt quæ Iure lata non est, ipso incurratur Iure; ergo cùm in Iure nostro non sit expresse lata hæc Ecclesiæ censura, non poterit ipso Iure incurri; & sic à fortiori ex textu nostro infertur, nec corpora exhumanda esse propter rationem textus *in dicto cap. sacris*, nec bene dicenda indumenta sacerdotalia, nec altaria consecranda; eo qood à schismaticis visa sunt, modo in littera textus nostri contenta.

6 Nec ex adductis Iuribus *in dicto cap. consuluisti, & dicto cap. sacris* efficaciter aliquid contra probatur à simili argumento, cum loquantur in dissimuli specie, nec constat ex textu hic corpora fidelium exhumari; eo quod excommunicata sepulta fuerint, vt ibi agitur, tantum enim dubium erat num exhumanda essent; eo quod ab schismaticis, hoc est à malis, & separatis ab Ecclesiæ ministris fuerunt sepulta; indeque, nec exhumanda respondit optime Honor. 3 *hic*, qui ab eodem principio, etiam optime respondit secundo sibi proposito dubio, non esse scilicet indumenta sacerdotalia benedicenda iterum, nec altaria consecranda; eo quod cum illis, & in illis degradati Presbyteri celebrarunt.

7 Non enim aliquid, vt dixi, probat argumentum à contrario sensu, dato quod esset in vtroque eadem ratio, quia in vtroque casu potuit Ecclesia decernere vno modo in vno, aliter inquam in alio, ne scilicet casus violationis multiplicaret, aut omnes relinqueret impunitos Addunt enim DD. quod si argumentum à simili valeret, sequeretur quod sicut Ecclesia polluitur per sepulturam excommunicati, pollueretur etiam si sacerdos excommunicatus, aliquem solemniter in Ecclesia
8 sepelliret, quod falsissimum dicunt, † & probant ex littera textus nostri, vbi dicitur Ecclesia, vel altare nō pollui ex eo, quod schismaticus, aut excommunicatus in ea celebret; ergo pari ratione non polluatur, ex eo quod excommunicatus consecret Ecclesiam, aut degradatus, cum indumentio, sacerdotalibus celebrando, requiratur illorum secunda benedictio, aut reconsecratio, si celebraret in altari illius ex Doctrina textus nostri, qui iam videtur clare intellectus.

9 Ad secundam quæstionis partem, an violetur, si in Ecclesia sepeliatur Paganus, vel infidelis, vel aliquis sepultus maneat? Et ex dictis respondetur affirmatiue ex *cap. Ecclesiam* 1. *& 2. de consecrat.*
10 *dist.* 1. vbi DD. † Dubitant ergo qui nomine infidelis comprehendantur, & dicunt comprehendi omnes non Baptizatos, veluti pueri ante Baptismum mortui. quod declarant, & Syluester *supra*,
11 vt procedat quando puer in se ipso sepelitur † non quando in alio. vt si mulier prægnans sepeliatur in Ecclesia: nam tunc fœtus, nondum natus, non reputatur persona à matre distincta, & ita quasi sola matre sepulta, non pollui Ecclesiam dicunt. † Sed hoc intelligunt procedere si 12
fœtus mortuum sepeliatur in vtero matris; quia si matre mortua, adhuc viuat fœtus, mater est aperienda, vt infans Baptizetur. Quod si mater mortua sepeliatur, habens fœtum viuum, tunc dicunt DD. ex alio capite pollutionem contingere; videlicet ex homicidio in Ecclesia facto, veluti ex abortu, vt asserit Syluester verbo *consecratio el.* 2 *q.* 5. quod si extra Ecclesiam puer in vtero moriatur, postea matre sepulta, non pollui Ecclesiam dicunt ex eo quod infans nondum Baptizatus sepultus est? tunc enim ipse non per se sepelitur, sed per accidens fertur cum matre.

Ad tertiam quæstionis partem, an per sepulturam hominis personaliter interdicti, polluatur 13
etiam Ecclesia? Et pro affirmatiua sententia facit, quia idem videtur dicendum de interdicto, ac de excommunicato Iuxta doctrinam glossæ *in cap.* 1. *vers. obseruari. de sent. excommunic. lib.* 6. & quia certum est; vt sicut excommunicati priuantur Ecclesiastica sepultura; sic etiam, & omnes personaliter interdicti, vt *in clem.* 1. *de sepulturis, & in cap. Episcoporum de priuileg. lib.* 6. ita Turrecremata *in cap. nullus* 12. *q.* 1. Suarez *de cens. disp* 35. *sect.* 3. dicens quod in omnibus casibus, in quibus corpus excommunicati est exhumandum, idem dicendum sit de corpore interdicti.

Sed quia non video expressum in Iure quod 14
polluatur Ecclesia propter sepulturam hominis interdicti, existimo idem resoluendum, ac de casu præcedenti resoluto sub vers. *ad primum*, non enim quidquam facit æquiparationis ratio de excommunicato ad interdictum, cum hæc dependeant à dispositione Iuris tantùm, nec obstat dicere exhumandum cadauer hominis interdicti, sicut excommunicati per æquiparationem factam in textu *in clem.* 1. *de sepulturis, cap. is cui* §. 1. *de sent. excommunic.* vbi cum multis Barbosa Legendus & Abbas *in dicto cap. sacris de sepulturis n.* 1. *notab.* 1. vbi verb. *præcisi* illius textus intelligit non solùm de excommunicato publico exhumando, sed etiam de interdicto, & suspenso, quia præterquam quod illa exhumatio circa interdictos tantum, vel suspensos, non inueniatur expressa, nec ea infertur ex *dicta clem.* 1 *& dict. cap. is cui*, adhuc nihil obest decisioni textus nostri, quæ longe est aliena, vt ex comparatione omnium illorum Iurium percipere poteris.

Ad quartam quæstionis partem, an reiteretur 15
Episcopi consecratio, seu suppleatur, aliqoo in ea deficiente? vt respondeas, repetes quæ dixi *sup. in Rub. de sacra vnctione q.* 1. vbi egi de tribus dubiis, quæ pro ampliori disputatione textus nostri poterant hic addi, quæ libenter omitto, cum ibi sint resoluta.

* * *

QVÆST.

QVÆST. II.

An ad valorem Sacramentorum sit necessaria fides Ministri? vel saltem requiratur probitas, seu sanctitas Ministri; ita vt alias debeant repeti sacramenta, vel tantum dicatur necessaria vt licitè administret? An sit licitum petere sacramentum extra mortis articulum à Ministro non tolerato, seu à Ministro malo tolerato, & parato etiam extra casum necessitatis, seu non parato? Et an liceat petere à malo Ministro existente tantum in peccato mortali.

SVMMARIVM.

2 *Minister sacramentorum potest esse indignus, etiam præcisus ab Ecclesia.*

3 *Ministri sacramentorum soli homines sunt ex lege ordinaria, si rite in Ecclesia ordinati sint, vt* o. 4. *excepto Baptismo, vt* o. 5.

6 *Minister ad sacramenta peragenda debet habere vsum rationis.*

7 *Sacerdos si resurgeret potest ministrare sacramenta.*

8 *Angeli absque dispensatione Diuina, non possunt esse Ministri sacramentorum.*

9 *Diabolus nequit aliquod administrare sacramentum.*

10 *Minister sacramentorum est duplex, vnus ex officio, alter per accidens, seu necessitatis.*

11 *Fides in Ministro ad valorem sacramenti, non est necessaria, nisi ad licite, & rite administrandum* n. 12. 13 14. 15.

12 *Sanctitas, seu probitas in Ministro non requiritur ad valorem sacramenti contraria nonnulles hæreticos, vt* n. 13. *sed requiritur ad licite* n. 13. 14. 15.

15 *Minister sacramentorum non operatur virtute propria, sed Diuina.*

16 *Minister malus ministrans sacramenta, peccat in re graui.*

17 *Sanctitas in Ministro requirebatur in sacramentis veteris legis, & sic à fortiori in nouis vt* n. 18.

19 *Minister deputatus ad sacramenta peccat, & incurrit irregularitatem, ministrans in peccato mortali.*

20 *Episcopus ministrans confirmationem in mortali, peccat mortaliter.*

21 *Ministrans in peccato sacramenta, non facit duplex peccatum, sed tantum vnum sacrilegij.*

22 *Ministraturus non tenetur præmittere confessionem, si existimet se esse in gratia.*

23 *Sacramenta petere extra mortis articulum, non licet à ministro non tollerato.*

24 *Minister non tolleratus dicitur nominatim denunciatus, aut publicus clerici percussor, siue degradatus, aut intellectus, siue suspensus, & irregularis publicè.*

25 *Sacramenta licet petere à ministro tollerato, & sic excommunicato parato illa ministrare; imo ita non parato, vt* nu-

mer. 26. 27. *&* *amplius patet* n. 28. & 29.

29 *Sacramenta sibi ministrari potest quis petere ab alio ministro parato, siue non parato ministrare, quando commode alius inueniri nequit de facili, vt* o. 30. *vel si non adsit scandalum, vt* n. 31.

32 *Sacramenta, sibi ministrari petiturus ab aliquo ministro, qualiter se gerere debeat remissiue.*

QVia vt iam *supra in Rubrica*, dixi, DD. 1
antiqui occasione nostræ Rubricæ, & tituli etiam plura tractent de sacramentis in genere, vt Abbas, Egidius, Bellamera, ac alij scripserunt; & ideo nunc quia ex littera textus nostri potest fieri gradus ad has quæstiones, cum ex littera pateat de malis ministris sepelientibus, ac consecrantibus; ideo nunc de istis ago, vt quæ de sacramentis in genere solent alij Doctores complere. Ego non fugiendo à littera cuiuslibet textus illi adiungam ea, quæ aptiora videntur pro eius accommodatiori explanatione, ac enodatione.

Igitur, vt commodius, ac clarius explicem 2
breuiter præmitto, vt minister sacramentorum possit esse indignus, vel quia est hæreticus, schismaticus, ac præcisus ab Ecclesia excommunicatus, suspensus, interdictus, vel irregularis, &c. vel & si nec Apostata sit à fide, nec censura inodatus est tamen in peccato mortali publico, vel occulto, vt de primo aguot Henriquez, *lib.* 1. *cap.* 29. *&* 30. Suarez, *tom.* 3. *in* 3. *p. disput.* 18. *& tom.* 5. *de censur. disp.* 11. *sect.* 4. Egidius Coninch, *in* 3. *p. q.* 64. *art.* 6. *dub.* 2. & alij referendi hoc in vers. *ad tertiam*, & *quartam*, & de secundo dico hic etiam ad vers. *ad primam*.

Item præmitto ex Christi institutione de lege 3
ordinaria solos homines esse ministros sacramentorum: nam cum sacramenta sint à Christo instituta, ille erit eorum minister, quem Christua instituit, sed Christus instituit homines illorum ministros, ergo: DD. cum DD. Thoma, *q.* 64. *art.* 7. qui & Suarez, *supra disp.* 13. *sect.* 1. præstant eam rationem congruentiæ; qoia cum iustificandus sit homo visibilis, & viator, sic & minister debeat esse homo visibilis. † Sed non in- 4
quam omnis erit legitimus sacramenti minister; sed his tantùm, qui rite in Ecclesia ordinatus; vt patet de Sacramentis Pœnitentiæ, Ordinis, Confirmationis, & Sacræ Vnctionis; imo & Eucharistiæ iuxta quæ dixi in tit. nostro, *in tit. de temporib. ordinat. de Sacra Vnctione.* † Excepto 5
tamen Sacramento Baptismi, in quo & laicus solet esse minister in casu necessitatis rite, & in sacramento matrimonij, in quo ipsi contrahentes sunt ministri, vt omnes cognoscunt infra ad titulum, *de Sponsalibus, & matrim.* & per Trid. *ses.* 240. *cap.* 1.

Item præmittitur quod homo minister ad sa- 6
cramenta peragenda, debet habere vsum rationis; quia ad sacramentorum administrationem; requiritur intentio, quam vsu rationis carentes nequeunt habere; & sic nec infantes, nec amentes poterunt esse ministri. Nec enim requiri dicunt 7
Doctores, quod minister sit viator quia si sacerdos resurgeret, & fructum teneret, vt docent S Thom. *dist. art.* 1. *ad* 2. Syluester verb. *Baptismus dub.* 3. Egidius Trullenh, *de sacram. lib.* 1. *dub.* 1. *n.* 2 quod prouenit à charactere, qui nec morte deletur, vt dixi *supra Rubrica huius tituli.*

8 Item supponitur quod Angelus in corpore assumptus, nequeat esse minister, quia nec habet characterem, nec potest proferre voces vitales, Et ob id dicunt Doctores quod absque dispensatione Diuina non possint Angeli administrare sacramenta, cum non possint formare sermonem sensibilem, & vitalem, videantur expositores super D. Thoma, & ipse, *in 3.p.q.64.art.7.* Conink *ibi n. 5.* & alij apud Bonacinam *tom.disp.1. q.3.p. 1. proposit.3.* Trullench.*lib.1.de sacram.c.3.dub. 1.*
9 *n.3.& 4.*† Dicentes etiam quod si aliquod sacramentum de potentia ordinaria administraretur à Diabolo, sit censendum inualidum, quia non est credibile Deum vnquam daturum (etsi possit) Diabolo facultatem conferendi vera sacramenta, cum Dæmon potius perditionem, quàm salutem hominis intendat. Et quia de his duobus dubiis plene ac nouissime disputat ex D.Thoma & aliis per conclusiones P.Mag Prado *de sacram.in genere in 3.p.*D.Thom.*q.64.dubio 6.§.1.& §.2.* vbi etiam agit de illo dubio an de facto Angeli fuerint ministri sacramentorum ideo illum leges plures alios deferentem.

10 Supponitur etiam duplicem esse ministrum sacramentorum, qui dicitur per se, & ex officio, quia scilicet est consecratus ad administranda sacramenta, qui dicitur minister consecrationis, vt sunt Episcopi, sacerdotes, Diaconi, & subdiaconi. Alterum verò dici per accidens, seu necessitatis, vt est quilibet homo respectu Baptismi, & ipsi contrahentes in matrimonio, qui non sunt consecrati ad tale ministerium: qui ob id dicuntur per accidens, necessitatis ratione, vt ex dicẽdis hic apparet.

11 Ad primam difficultatis partem his suppositis, & ad alias respondebitur; igitur quamuis olim Aggripinis Episcopus Cartaginens affirmet, & D.Cyprianus *in epist.70.71.& 73.* testetur id statutum fuisse à septuaginta & vno Episcopis in Concilio Africano Congregatis, adhuc tamen communiter respondent Theologi non esse essentialiter necessariam fidem in ministro ad valorem sacramenti, sed solum ad licitam sacramenti administrationem, cum ad validam sacramenti administrationem, vt supra *in Rub.* dictum est, solum requiranır materia, forma, & intentio: ita Egidius Trullench, *dicto lib.1.de sacram.dub.3. n.fin.c.3.* Scholastici cum Magistro *in 4.dist.5.* & Theologi, cum D.Thoma *q.64.* Bellarmin.*lib.1.c. 26.* Vazquez *disp.135.* Suarez *disp.13.sect.4.* Becan.*c.5.q.5.* Granados *tr.5.disp.3.* Layman.*tr.5.q. 5.n.6.* Baconius *tract.2.disp.1.q.2.art. 2.pag.26.* Leander.*tr.1.de sacram.disp.4.q.2.* affirmantes D. Cyprianum se retractasse, & probantes sic definitum in Coocilio Niceno 1. *can.19.* alias 17. in concilio Charthaginens.1.*canone* 1. in Constantiensi *sess.8.* & Trident.*sess.7.canon.4.& can. 12. de sacram.in genere.* Vbi plures referunt Barbosa & alij scribentes super Trid. Et nouissimè P. Mag.Prado *de sacram.in genere ad 3.p.*D.Thom. *q.64.dub. 9. quem leges alios citantem & respondentem contrariis cum* Suarez Vbaldense, Soto Bellarmino, Vasquez, Cabressa Thauso, Grattin. Serra & aliis.

12 Ad secundam quæstionis partem etiam affirmatiue respondent Theologi de fide esse, non requiri ad valorem sacramentorum probitatem, seu sanctitatem in ministro, vt definitur in Trid.*dict. sess.7.de sacram.in genere* in verbis sequentibus *Canone 12. si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem modo omnia essentialia, quæ ad sacramentum conficiendum, aut conferendum seruanerit, non conficere, aut conferre sacramentum, anathema sit,* & ita etiam patet ex Arelatensi 1. *c. 8* Charthag.1.*c.1.* ex D.August.*lib.3.contra Donatistas c.10.* vers.*Baptismus,* & *lib.4.c.4.* vers. *si per vim,* Isidorus Hispalens. *lib.6.Ethymologiar. c.18.* vers.*Sacramenta,* & de Diuinis officiis *lib.2. c.24.* Petr.Damian.15.*c.4.* vers.*Syncera,* & *c.9.* de Baptismo, & Eucharistia, Hugo Victorino.*in 1.ad Corinthios q.102.* Magist.*in 4.sentent.dist. 5.* Vbi Bonacina *q.1.* Scotus etiam *q.1.* D.Thomas *lib. 4. contra Gentiles c.77.& p.3.q.64.art.3.* Durand. *in ration.Diuinar.lib.4.cap.1.* vers.*in sacramento,* Cathario.Senens.*tract.3.cap. 115.* Thom. Vbaldens.*tom.2. de sacram. cap. 1.* Turrecremata *in summa Ecclesiast.lib.1.cap.99.* Chamerot. *de sacram. cap. 2. dubio 4.* Bartholom. ab Angelis *de sacram.dialogo 1. §. 38.* Henriquez *in summa lib.1.cap. 19.* Iodoc Cocc. *in Thesauro Catholico tom.2.lib.5. art.2.* Sayrus, *de sacram. in genere lib 5. cap.4.& lib.2.cap.6. art.2. quæst. vnica* Suarez, *tom.3.disp.13.sect.4.* Vasquez, *in 3.p.D.Thoma tom.2. disp.137. n. 18.* Egid. Coninch, *de sacram.q.64.art.5.& q.82. n. 24.* Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit. lib. 16. num. 34.* Bonacina *de sacram.disp.1.q.3. puncto 2.§. 1. num. 1.* Molfesius, *in summa theologia moralis tract.1.cap.7.n.15. 17.19. & 22.* Paulus Layman, *in theologia morali lib.5. tract. 1. cap. 5. num. 6.* Valentia, *tom. 4. disp. 4.q.5.puncto 4.* Cardinalis Bellarmin. *lib. 1. de sacram. cap. 26.* Torreblanca, *de iure spirituali lib. 2. cap. 4. num.47.* cum aliis Barbosa, *in dicto canone 12.* Trid.*n.14* & cum aliis Zenedus, *ad decretum collect.39.num. 3.* quibus addo videndos Becan. *dict. cap.5. q.5.* de Castillum, *tract. 1. de sacram. disp.3.dubio 11.* Leandrum, *dicta disp. 4. q. 3.*
& Bauni, *de sacram. in genere q. 12.*† qui re- 13
ferunt olim Donatistas, Albigenses, Vbaldenses, Luteranos, & alios hæreticos affirmasse non esse valida sacramenta collata à ministro existente in peccato Videndus nouissimè P. Prado *de sacram.in genere d.q.64. in* D. Thom. *dubio 4.* quatenus agit de quæstione illa *verum per malos ministros, sacramenta conferri possint* & ibi *in §.1.2.3.4.& 5.* ibi satisfacit tribus difficultatibus quem leges.

Et ita ex aliis docet Gaspar.Hurtad.*de sacram. disp.4.diff.4.* vbi *difficult.9.* quærit verum in ministro requisita sit sanctitas, vt licitè administret sacramenta; Etenim dicendum est absolutè, & simpliciter loquendo illicitum esse, & peccatum administrare Sacramenta in peccato mortali; debet inquam Minister esse in gratia. vt licite administret, seu contritione saltim existimata. Et sic concludunt Doctores adducti, & cum aliis Bonacina, & Ægid. Trulench. ad licite sacramenta administranda requiri fidem; non verò ad valide Iuxta dicta in vers.*ad primam.* 14

Hæc conclusio probatur vltra dicta etiam ex dict.Trid. *dict.sess.7.can. 6. & 7.* & *ex dict. canone 4* Vbi cum infinitis Barbosa, & in terminis Egid.Trulench.*dict.dub.3.c. 3.n.3.* qui loquens ex doctrina communi cũ D.Thom. *3.p.q.64.art. 5.& 6.* Suarez *ibi disp.13.sect 4.* adducens illud D.Math.23.*super cathedram. Moysi* &c. nã alias maxima perturbatio esset in Ecclesia, cum sanctitas Ministri persæpe desit; & quia Minister non operatur authoritate, & virture propria, sed virtute, & authoritate Diuina, & tamquam Christi 15

sti minister;quare euenit vt *possit* dare gratiam, quam non habet, & validè conficere sacramentum,vt tenet communis Theologorum, & cum multis etiam Bonacina *dict.tom.1.disp.1.q.3.puncto 2.§.1.n.1*.Filiuc.*tom.1.tract.1.cap.5.q.8*.qui omnes loquuntur de Ministro etiam ex officio consecrato,& deputato,de quo dicunt, vt si est in peccato mortali teneatur se ad gratiam disponere, ne ministrando peccet.

16 Sed num sic ministrans peccet mortaliter,aut tantùm venialiter?& respondent peccare mortaliter; quia minister deputatus, & consecratus ad sacramenta ministranda recipit speciale auxilium, & gratiam ad illud munus obeundum; indeque euenire vt indignè ministrando inferat iniuriam huic gratiæ, committatque irriuerentiam contra sacramentum, imò & contra ipsum Christum, quem repræsentat,eiusque merita,& sanguinem distribuens; facit enim in re graui contra id, ad quod est specialiter deputatus: ita docent communiter Doctores cum D. Thoma *dict.q. 64. art. 6*.Vbi Caiet.Suarez *disp. 16. sect. 3*.cum pluribus Bonacina *tom.1.disp. 1.q. 3.*
17 *punct.2.§.1.n.2*.† Et ea eo,quia si in sacramentis veteris legis requirebatur sanctitas à fortiori, in nostris,quæ perfectiora sunt, vt probatum fuit, *supra in Rub.*

18 Et probatur ex Sacra Scriptura *Leuit.21*.ibi: *sacerdotes incensum, & panes offerunt Deo, & ideo sancti erunt*,& *cap.22. omnis, qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt,in quo est immunditia peribit coram Domino*, & Isaiæ 52.dicitur *mundi estote, qui fertis vasa Domini*,loquebatur enim de dictis veteris legis Sacramentis;ergo in nostris sacramentis amplius id requiri patet, vt probatur ex S. Gregorio in cap. *necesse est vt munda sit manus,quæ diluere sordes curat & lib. 2.in epistolam Parm*.ex D.Augustino *in cap omnia 1.q.1*.ibi,*omnia sacramenta cum obsint indignè tractantibus prosunt tamen per eos dignè sumentibus* & ex Nicolao Papa *in c.fin.15.q 8*.ibi *mali bona ministrando se tantummodo lædant.*

19 Inde sequitur,vt Minister deputatus,& consecratus conficiens, aut ministrans sacramentum existens in peccato mortali, peccet, non tantùm mortaliter,imo vt & fiat irregularis, & quod sic peccet mortaliter Baptizans solemniter,item conficiens sacramentum eucharistiæ,ministrans pœnitentiam,aut extremam vnctionem occultè, vel in extrema necessitate:ita Egidius Trullench. *dicto dub.3.n.5.& 9*.cum aliis & Henriquez *lib. 1.*
20 *cap.29 a.4*.† qui etiam dicunt vt peccet mortaliter Episcopus si in mortali existens,conferat confirmationem,& ordines,& Torreblanca *supra de Iure spirituali lib.2.cap.4.n.48*.sic tenet, vt peccet mortaliter,siue se ingerat, siue administret ex officij necessitate,vt refert etiam Barbosa *dict.7. de sacram.in genere n.14.in fine.*

21 Pro complemento notabis quod quando peccat mortaliter qui indignè sacramenta administrat;non committit duplex peccatum, alterum de non conferendo, & alterum indignè ministrando,sed tantum vnum peccatum sacrilegij:sic vocant illud S.Thom.*1.2.q.99.art.1*.Sotus *dist. 17.q.1.art.1*.Nauarr.*c.21.n.5*.Henriquez *lib.1.c. 19.n.3*.Trullench. *dicto dub.1.c.3 n.10*.quia Pœnitentia,seu contritio non obligat tunc per se,nisi ratione sacramenti ministrandi; & ob id dicunt quod illa indigna ministratio sit tantùm simplex sacrilegium

Notabis secundo quod sic ministraturus non 22
tenetur præmittere confessionem, si bona fide existimet si esse in gratia per contritionem, vt docent Sotus, *in 4 dist.17.q.2. art.6. conclus.4*. Nauarr.*cap.22.num.5*.Suarez,*dict. disp.16. sect. 3*.Henriquez, *lib.1.cap.39* Bonacina cum aliis, *p.1.disp.1 q 3.part.2.§.1.n.3*. Vbi tenet quod si talis existans in peccato mortali,aduertat se non posse actum contritionis elicere, debeat sacramentum pœnitentiæ recipere, cum debeat assumere media quibus ad gratiam Iustificantem disponatur,ne sacramentum indignè pertractet; sed Egid.Trulench *dict.dub.3.cap.3.de sacram.lib.1. n.5.in fine*,intelligit id si commodè fieri potest, aliter existimat,vt Deo adiuuante,conetur quantũ in se est ad eliciendam contritionem.Etenim Suarez *dict.disp.16.sect. 3*. vers. *sed quæret aliquis* Vazquez *disp.136.c.1*.Hurtad.*disp 4.dif.9*.Lugo *disp 8.n.145*.Philibertus, & alij quos sequitur Leander *disp.4.q 10* & de Castillus *tract.1.disp.3. dub.10*.multò probabilius dicunt nõ teneri præmittere confessionem ad conficiendum quodlil et sacramentum,præter eucharistiam;sed vt sufficiat elicere contritionem in re,vel saltem putarã,quod verum in praxi videtur,etsi Marsilius *in 4. q 12. art.1.p.3*.Adrianus,& Paludan.*dist.5.q.2*.Molfesius *1.p.summa tract.7.c.10.n. 10*. confessionem exposcant, qui sunt intelligendi,modo possit sine difficultate conferri.

Ad tertiam quæstionis partem, an sit licitum 23
petere extra mortis articulum à ministro,non tolerato?In quo ex dictis breuiter respondeo, vt non liceat; quia extrictissime Ecclesia id prohibet ita docent Sustus *in 3.dist.22.q.1*. Suarez,Henriq. Sayrus,& alij,quos affert,& sequitur Granad.*tr. 5.disp.vl .n.1*.Hurtad *disp.4.dif.12*.Beccan.*c. 5. q.13*.Leander,*de sacram.disp.5.q.8*.& communis
DD. † qui dicunt ministrum non toleratum,dici 24
nominatim excommunicatum,aut manifestũ clerici percursorem,de quo dixi *supra sub c. intelleximus.6.de Iudiciis,c.ad proband. de sent. & re Iudic.c.pastoralis §.verum de appellat.*&alibi;& etiam degradatus,de quo *in c.cum non ab homine de Iudiciis*, Suspensus de quo *in dictis locis, & supra*,interdictus,de quo *in c.9.de Iure Iur. q.fin.* & irregularis publicè,& nominatim denunciatus. Et,licet per aliqua Iura videatur probari, vt sacramentum ordinis receptum ab excommunicato,seu hæretico,sit irritum,ac nullum vt *q.1.& c. 3*.Vbi glossa plura ponit,sed illa Iura sunt intelligenda de ordinatione illegitima,vt declarat Vgolinus *Tabula 1.de consecrat.c.16.§.16.n.1*.vel non de ordinibus,sed tantùm de honore illorum, aut ipsius sacerdotij,vt dicunt Suarez *tom.5. de censur.disp.11.sect.2.n.5*.Villalobos *de sacram.in genere tr 4.dif.13.sub n.1.*

Ad quartam quæstionis partem,an sit licitum 25
petere à ministro malo tolerato,& parato, etiam extra casum necessitatis,si ille illa administrando, peccatum sit & licet negent Sotus *dict.1.q.5.art. 5.n.4*.Reginald *lib.1.n.165*.Suarez *disp.18.sect.1*. Bonacina *disp.1.q.6.puncto 5.n.2*.Granad.*supra*, probabilius alij respondent licitum esse, etiam extra casum necessitatis,vel maioris vtilitatis petere,& accipere sacramenta à ministro malo tolerato (idest excommunicato non denunciato, nec notorie excommunicato ob percussionem manuum,) dummodo paratus sit illa administrare, quia tunc petens non inducit Ministrum ad illa administrandum, cum ad id paratus

sit:sic cum D.Thoma dicta quest.64.art.6.ad 2. Theolog.Viuald.cap.3.de sacram.in genere n.13. Valentia,Sa,& Sotus,quos refert Granad. supra n.5.Hurtad.dist.disp.4.dif.12 Leander,dicta disp. 5.quaest.9.Beccan.c. 5 q.13.n.4.Ioannes de Cruce quaest.4.dub.4.conclusione 1.& alij.

26 Quod si paratus non sit, vt ad aliam partem difficultatis respondeam,probabiliter respondent DD.multi,vt illa petitio liceat, non solùm quando adest necessitas, vt admittunt contrarij iam adducti,vel quando adest maior vtilitas petentis, sed etiam alias ex eo probantes cum D. Thoma 2.2.q.78.art.1.Caiet.ibi Nauarr.cap.14.n.39.& cap.17.n.162.Ioannes de Cruce conclus. 2. Beccan.supra,Sotus lib.6.de Iust.q. 1. art. 3. Sa in editione Romana verb.peccatum n. 12. in addit. Leander,dict.disp.5.q.10.primo quia petens vtitur Iure suo,& petit,quod sibi vtile est. Secundo quia minister facilè potest administrare sacramentum sine peccato,si velit, vt dixi sub vers. ad secundam, & ibi notabis secundo,potest enim facile separari administratio illa à malitia, & ob id petens talem administrationem, non petet tem ex se malam, aut necessario coniunctam cum

27 malitia, † Sed contra dicta ponens in illo, qui existit in peccato mortali, si non adest necessitas vel rationabilis vtilitas, modo tamen non possit aliquis minister suscepturo inueniri commode: nam quilibet tenetur ruinam proximi euitare, probat ex alijs Ægidius Trulench.de sacram.dict. c.3.dub.4.ex n.1.dicens sic procedere,siue minister sit paratus,siue non.

28 Ad quintam quæstionis partem, quæ ex dictis sufficienter intelligi valet, respondeo, vt quando minister est impeditus, seu indignus, eo solum,quia est in peccato mortali, possum ab eo petere sacramentum etiam si sciam ministraturum in peccato mortali, siue sit paratus ad illa ministranda,siue non,siue sit meus Parochus, siue non,quod admittunt ex D.Thom.q.64.p.3.art.6. Conink.ibi dict.2.Suarez dict. disp. 18.sect. 2. Henriquez lib.1.c.30.n.1.cum alijs Bonacina to. 1.disp.1.q.6.puncto 5.n.6.si ad sit scilicet necessitas,vel iusta, & rationabilis mea vtilitas v.g. impletio præcepti,vel mihi vtile sit non multùm differre vsum illorum sacramentorum, modo etiam non possim aliquem mihi vtilem inuenire ex ea inquam ratione,quia vtimur Iure nostro petendo sic sacramenta, & ex alio capite minister potest sanctè,& religiosè ea ministrare, sibique imputandum,si indignè ministrat;qui enim vtitur Iure suo,nemini facit iniuriam ex l.si iniuriarum ff.de iniurijs;& hoc ita sicut licet petere Iuramentum ab eo,quem scio per falsos Deos Iuraturum;vt dixit Trullench.supra dubio 4.n.2.ipse in Decalogi lib.2.c.1.dub.14.n.4.& ego in cap. etsi Christus de Iureiurando quest.1.& 5.

29 Quæ omnia vera sunt meo videri, & dicta etiam ex vers. ad tertiam hic quoties de facili non occurrit alius minister,qui mihi licitè administret sacramenta, vt tenent relati:nam aliàs debeo saltim ex charitate abstinere ab exigendo sacramenta à malo ministro parato,aut non parato sacramenta administrare,eo quod tunc nulla causa rationabilis adest petendi sacramentum à malo ministro,cum æque vtiliter(vt supponitur)ab alio bono ministro petere possit,ac accipere, & peccauit mortaliter, cum sit causa, quod alius peccatum committat, aliàs non commissurus, vt docent citati DD. relati à Granados, supra n. 4. & 7.Suarez;Saytus, & alij, Nauarr.cap.21.n.26. Sanchez,lib.1.summ.cap.7.num.15. Vasquez, de scandalo art.8.dub.3. Valentia,2.2.disp.5. q.21. punct. 4. & alij quos citat, & sequitur Castrus Palao,tom.1.tract.6. disp. 6. puncto 1. qui loquuntur de ministro malo, hoc est excommunicato tolerato.

Et licet ex iam dictis vers. ad tertiam & quartam peccare mortaliter negent,nisi aliàs magnum esset scandalum, Sotus, dict. dist.1. q.5. art. 6. concl.1. Ioannes de la Cruz, dict. conclus.2. nec displicet Henriquo Henriquez,lib.1.cap.30.n.2. lite.F. vt refert Leander, dict.disp.5. q. 12. ipse tamen ex verbis Raconis,tract.2.in 3.p. disp.2. q.2.art.2. relatam sententiam acriter defendit in sequentibus verbis: petere sacramentum à ministro, quem scis in peccato mortali existere, est mortale peccatum, casu, quo possum commode ab alio sacerdote accipere, secus verò, si non possum ab alio commodè accipere; quia tunc optime possum, & ab eo ministro in peccato mortali existente remissi explorata, sacramentorum petere, non enim teneor defraudare me, & me meo iure priuare, nec periculo obiicere præ timore, ne, is qui ius illud habet administrandum mihi sacramentum, hoc faciendo, mortaliter peccat, cum hoc per eum se teneat, non per me. videndi Vasquez, de pœnis. q.93.art.1.dub.2.n. 24. Bonacina, sup. à n.4. Regin.lib.1.n.165. Sotus,in 4.dist.1.dict. q.5.art.1.& 6.Trullench,dicto dubio 4.n.3.4.& 5.Qui loquentes in existente tantùm in peccato mortali,admittunt vt non peccet petens à parato, iusta existente causa,si adsit necessitas,vel rationabilis causa,vt dictum est; modo tamen non possim aliquem ministrum mihi vtilem inuenire commodè; quod si vtilem commodè inuenire possim,quia tunc cessat causa etiam,si ministrans sit meus Parochus, & eius peccatum ex lege charitatis teneat vitare sub peccato mortali peccatum proximi; quia inducendo illum ad sacramenta ministranda, cooperor peccato mortali illius, & dicit Bonacina,n.3.sic procedere, etiam si Parochus,seu alius minister expositus sit, siue paratus. 30

Seclusso tamen scandalo, solum esse peccatum veniale eligere aliquem paratum, seu expositum, etiam si non sit Parochus, & adsint aliæ æque vtiles, dixit Trullench.in expositione Bullæ lib.1. §.7.cap.1.dub.11.nu.7. cum Soto, Rodriguez, Henriquez, Reginaldo; quia cum sit expositus, non videor cooperari illius malitiæ. † Ex dictis liquet qualiter se gerere possit sibi sacramenta ministrari,ab aliquo ministro petiturus.† Et quia longius disputat cum Crousers in regula sancti Francisci cap.7. lect. 21. & Mario Viualdo in aurea theologia moralis,tit.de ministro sacram. inquis. vnica n.69.& 75 Leander.disp.4.q.9. & Turriano,& Diana p.10.tract.10.res.27. ideo recurres ad illos,qui sunt intelligendi Iuxta dicta in vers. ad quintam, hic legendus idem Leander cum Hieronymo Lamas,Ludouic.de San Ioan.& alijs plerisque dicta disp.4.de sacram.q.8.Videndi de Castillo.dict.dub.10.Torreblanca, Ochogauia, Filiucius,Villalobos,Binsfeldius,Moure, Pitigianus,& alij,quos ibi refert Leander, sub vers. sed ego nouissimè. Applicabis quæ dixi in cap.fin. de temporib.ordin. Et his omnibus dictis à vers. ad tertiam adiunges quę nouissime scribit P.M.Prado de sacram.in genere in q.6. D. Thomæ dubio 5.§.1.& 5. 31 32

QVÆST.

QVÆST. III.

An Minister per accidens, ministrando sacramenta, peccet mortaliter, aut venialiter? An qui vult suscipere sacramenta ab aliquo Ministro, teneatur inquirere, num sit improbus, aut probus? An exercentes præcisè sine sacramentorum confectione functiones, & actiones ordinum existentes in peccato mortali, peccent mortaliter? Et quid de Episcopo benedicente sacras vestes? Conficiente chrisma? consecrante Ecclesias? Aut habente concionem ad populum? Et de Parocho benedicendo aquam, aut assistendo matrimonio, aut de exercente sacramentalia?

SVMMARIVM.

1 *Minister per accidens necessitatis, ministrande sacramenta non peccat mortaliter, non existens in gratia. Et de ratione* n. 3.

2 *Minister ex officio tenetur esse in gratia ad administrandum sacramenta.*

3 *Laicus existens in peccato mortali, & Baptizans in necessitate, non peccat mortaliter,* & n. 7.

5 *Sacerdos Baptizans in casu necessitatis, etsi non existat in gratia, non peccat, aliter, si ministrat solemniter, vt* n. 6.

8 *Sacramenta suscepturus, non tenetur inquirere de probitate Ministri. Et de ratione* n. 9.

10 *Exercentes functiones ordinum sine sacramentorum confectione in peccato mortali, non peccant mortaliter contra aliquos de clericis in minoribus loquentes, nisi adsit scandalum* n. 11. 12. 13.

12 *Exercens minores ordines in peccato mortali, non peccat mortaliter.*

13 *Diaconi, & subdiaconi exercentes suos ordines in peccato mortali, non peccant mortaliter.*

14 *Episcopus ministrans tonsuram in peccato mortali, & benedicens vestes sacras, aut si consecret Ecclesias in peccato mortale, non peccat lethaliter.*

15 *Sacerdos in peccato existens, si benedicat aquam, non peccat mortaliter contra aliquos* n. 17.

16 *Parochus existens in peccato mortali, assistens matrimonio non peccat lethaliter.*

17 *Sacerdos benedicens aquam, aut populum in peccato, non peccat lethaliter.*

18 *Ministrans sacramentalia in peccato mortali non peccat lethaliter.*

19 *Peccator existens in mortali exercens Iurisdictionem spiritualem in foro exteriori, non peccat lethaliter.*

20 *Reiterari non debent benedictiones, nec sacramenta collata à Ministro peccatore, etiam excommunicato, habente intentionem faciendi, quod facit Ecclesia.*

HÆ omnes difficultates pro exornanda lit- 1
tera textus nostri, non minus aptæ sunt,
quam adductæ *in quæst.* 1. *&* 2. hic Quibus præ-
habitis iam ad primam difficultatis partem de
ministro per accidens, seu necessitatis, & non ex
officio, vt est quilibet homo respectu Baptismi, &
ipsi contrahentes in matrimonio, qui non sunt
consecrati ad talem ministerium; qui ob id ratio-
ne necessitatis dicuntur tales: Etsi de matrimonij
ministris communis alia Doctorum sentiat, vt
Basilius, Nauar, Vasquez, Ledesma, quos sequitur
Lugo, & Hurtado *de matrimonio disp.* 3. *diff.* 21.
& Castrus Palaus relati à Leandro *de sacram.
disp.* 4. *q.* 7. quia censent grauem irreuerentiam
Christo fieri si ab eius hoste, & inimico assumun-
tur dispensenda, Trullench, *de sacram. lib.* 1 *cap.
3. dub.* 3. *sub n.* 7. respondetur, vt talis minister non
peccet mortaliter ministrando sacramenta, nec vt
teneatur esse in gratia; quia hæc obligatio præ- 2
cipue oritur ex eo, quod minister se gerit vt per-
sona ex officio deputata, & consecrata ad illud
munus (vt dictum est *quæst. præced.*): sed per- 3
sonæ priuatæ non tam censetur commissa admi-
nistratio, quam consuli necessitati patientis; ergo
non debuit tantùm onus imponi, cum satis sit
quod sine contemptu, & cum debita fide, & de-
bita reuerentia exteriori, sacramentum admini-
stret, vt docent communiter DD. cum B. Thoma
3. *p. q.* 64 *art.* 6. *ad* 3. Suarez *ibi disp.* 16 *sect.* 3. &
alij iam adducti, & de ministris matrimonij, quia
non sunt consecrati, docet Leander supra cum
Sanchez, Suarez, Sayrus, & aliis, & Diana cum
multis *p.* 3. *tract.* 4. *res.* 49.

Et sic fatentur communiter laicum existentem 4
in peccato mortali, & Baptizantem in necessita-
te, non peccare mortaliter; quia, etsi sit Minister
Christi, non tamen ad id munus est deputatus, &
consecratus, sed solum est ei permissa administra-
tio Baptismi ex accidenti, vt subueniatur necessi-
tati indigentis: sic ex D. Thoma Suarez, & Theo-
logi, Syluester verbo *Baptismus n.* 4. Trullench,
de sacram lib. 1. *cap.* 3. *dubio* 3. *n.* 4. & alij com-
muniter, qui etiam admittunt non peccare mor-
taliter. † Sacerdotem sic Baptizantem ob eandem 5
rationem, modo tamen in necessitate non mini-
stret solemniter Baptismum, vt dicunt citati, &
Ægidius Coninck 3. *p. q.* 64. *art.* 6. *dub.* 1. *n.* 36.
Bonacina *tom.* 1. *disp.* 1. *q.* 3. *p.* 2. §. 1. *n.* 11. *&* 12.
videndus, quia Baptismum in necessitate absque
solemnitate administrans sacerdos agit, vt laicus.

Quod si ministret solemniter iam tunc gere-
tur tanquam minister consecratus; ob idque si 6
in peccato mortali ministret peccabit morta-
liter; quia ex dicta consecratione euenit, vt
talis minister peccet; eo quod aduersus mu-
nus, ad quod est deputatus delinquat; & licet
videatur admittere in ministro solemniter depu-
tato, Leander, quando occurrit necessitas susci-
pientis Baptismum, seu Pœnitentiam *de sacram.
disp.* 4. *q.* 8. sub vers. *sed ego*, videtur admittendum
modo dicto, & *quæst. præced.* in dicto vers. *ad
quintam.* † Et ad hæc dubia, de laico, seu Clerico 7
Baptizante pro vtraque parte infinitos congeri
Leander *dicta disp.* 4. *lib.* 1. *de sacram. q.* 5. *&* 6.
refert peccare ex Durando, Gabriel, Capreolo,
Lugo, Hurtado, Basilio Pontio, & Baunyo: &
quod non peccent sequitur cum Filucio, San-
chez, Beccano, Bonacina, Layman, & Diana 3. *p.
tract.* 4 *res.* 10. omnino videndus, de Castill. *tract.*
1. *de sacram. disp.* 3. *dub.* 10. *assert.* 4. *&* 5. vbi hanc

probabiliorem dicit & his adiunges quæ nouissime congerit P. M. Prad. de sacram.in genere *in 3.p.* D.Thomæ *q.64.dubio 4.§.6.* vbi de Ministris non consecratis agit.

8 Ad secundam quæstionis partem, an qui vult suscipere sacramenta, teneatur inquirere de probitate, seu improbitate ministri:breuiter ex adductis *quæst.præced.* respondetur ad id non teneri;eo quod præsumere debet bene administraturum, cum non sit de aliquo temere iudicandum ex his, quæ dixi latissime, *in cap. penult. & fin. de præsumpt* & faciunt dicta, *supra in cap. penult. & fin.de ætate, & qualit.ordinand.*

9 Quare inferunt affirmandum Suarez *in 3.p. D.Thomæ disp.18.sect. 1. versus finem,* ConinK *ibi dict quæst.80.art.6.* alij apud Bonacinam *tom. 1.disp.1.q 6.p.5.n.5.& 6.* Ægidius Trullench; *de sacram in genere lib.1.cap.5.dub.4.n.6.* & alij communiter, vt si videtim ministrum paulo ante peccasse, possim petere ab eo sacramenta, quia credere possum illum sine peccato administraturum; eo quod facile possit ipse per contritionem (vt dixi *dict.quæst. 2.* hic *vers.nota secundo*) se præparare,modo tamen, alias non constet moraliter ipsi petenti sacerdotem indigne ministraturum, vt si certus sit de concubina tu vel alio vitioso statu illius; tunc enim præcisa necessitate, vel rationabili causa, non poterit ab eo sacramenta petere aliquis, cum vnicuique mandauerit Deus de proximo suo, hoc tamen iuxta dicta *sub relatā q.5.*

10 Ad tertiam quæstionis partem, an exercentes præcisè sine sacramentorum confectione functiones,& actiones ordinum existentes in peccato mortali,peccent mortaliter? Et suppositis quæ dixi sub *cap.1.de sacra Vnctione* & *alibi* respondeo,vt nec peccent mortaliter,seclusō scandalo, quia non extat aliqua specialis prohibitio; & quia hæ functiones non sunt ordinum immediate sanctificatrices; qua propter sic docent Sotus *in 4.dist 24.q.1.art.4.* Suarez,*disp.16.sect.3.in 3.p.D.Thomæ*,cum alis Bonacina,*tom.1.disp.1. q.3.p.2.§.1.n.4.* Trullench, *de sacram.lib.1.cap.3. dub.3.n.6.*quia ea indigna tractatio, non videtur

11 esse materia grauis. † Et licet quod Clerici in minoribus sua munera exercentes in peccato mortali,peccent mortaliter,dicant Syluester, Armilla, Angelus in verbo *Clericus*, Nauarrus *cap. 27. n. 16. & de horis canon.cap.6.n.4.* Faber *in 4,dist. 24.q.1.cap. 3. n. 80.* Biescas *in Apologia pro doctrina S. Thomæ q.11 art.4.dub.5 propos.6.pag.* 776.*vers.si autem*,probabilius dicitur,vt non peccent mortaliter, quia de hoc nullum extat præceptum:ita Valentia,Nugnus,Cabrera,Granadus, Lugo,& alij,quos sequitur Leander,*de sacram.p. 2.lib.6.disp.2.quæst. 17.* non tamen excusabuntur à peccato veniali, si ordines minores solemniter exerceant; eo quod aliquam irreuerentiam committunt:ita idem Leander *ibi quæst.18.*Suarez, *in 3.p.disp.16.sect.3.*Filiucius *tract. 1. cap. 6. n. 87.* Ludouicus de S.Ioan,Lublino, Nugnus, & alij contra Sotum *dist.1. q. 5. art. 6.* Vasquez *disp.* 136.Hurtadus Albiz,& alij dicentes nec venialiter peccare.

12 Indeque inferunt, vt non peccet mortaliter exercens ordines minores, sed tantum venialiter, vt existimat Suarez *dicta sect. 3.* quia alias reperitur irreuerentia Sotus tamen *dict.1.q.5.art.6.*eos

13 à culpa veniali excusare nititur † imo inferunt Bonacina cum Suarez Valentia,Soto,& alij contra Syluestrum,& Angelum, verbo *Clericus*, vt nec mortaliter peccent Diaconi, & subdiaconi suos ordines exercentes in mortali; quia eorum actus,non sunt consecrati eo modo speciali, quo sacramentorum actus, quod & procedere existimant Vasquez *tom.3.de sacram.disp. 136. n. 41.* Ægidius Conink *3.p. q. 64. art. 6.dub.1.n.40.* Bonacina *supra*, & alij, etiam si hos actus in mortali exercentes frequentent, modo absit scandalum,quia isti actus videntur separati, & simul non coalescere ad constituendam vnam materiam sufficientem ad peccatum mortale & his etiam adiunges quæ nouissime scribit P, M. Prado supra *in dict. q. 64. in 3.* D. Thomæ *dubio 4. de sacram.in genere §. 5.* vbi scribit de alijs actionibus sacris ministratis ab existente in peccato, quæ sacramenta non sunt.

Ad quartam quæstionis partem de Episcopo 14 conferente primam tonsuram,suppositis quæ dixi *supra in cap. fin. de temporib. ordinat. quæst. 5.* vbi egit de illa, *an Episcopus conferendo ordines minores in peccato, vel consecrando peccet*, nunc de tonsura breuiter respondeo vt non peccet mortaliter nec vt etiam peccet, si benedicat sacras vestes, aut consecret Ecclesias, sine conficiat chrisma (de quo *in cap. 1.de sacra Vnctione §. per crucis q. 9. in fine*) aut habeat concionem ad populum in peccato mortali; eo quod hæc materia non videatur grauis;siquidem actiones dictæ,nec sunt sacramenta, nec sunt ordinatæ immediate ad sanctificationem animæ,ita docent *vbi supra* Suarez, Vasquez, ConinK, Soto,& alij, item mer Bonac. *dict.tom.1.de sacram. disp.1.q.3.p.2.§.1.n.8.* Trullench, *dicto dubio 3. n.7.*& de Episcopo conficiente chrisma, seu sacramento oleum infirmorum,vt non peccet mortaliter,post multos Leander *tract.6.disp.5.q. 35. & 36.* & Cardinalis Lugo *de sacram. in genere disp.8.sect.9. n. 156.* Latè defendens, vt peccet Episcopus lethaliter conficiens chrisma, sed non sic consecrans Ecclesias, Calices mappas,ac benedicens corporalia, & vestes, quia istæ actiones non sunt vere sacramentales.

Qui & etiam dicunt, quod si sacerdos in mor- 15 tali existens,benedicat aquam,non peccet mortaliter † nec Parochus existens in peccato morta- 16 li,assistendo matrimonio, aut benedicendo sponsos nam Parochus non est minister sacramenti matrimonij, sed ipsi contrahentes, vt fatentur. DD.*à dict.cap.1. Trid. sess. 24.* & in materia de matrimonio docent Henriquez,*lib.1.cap.19.*cum multis Sanchez *lib. 5.disp.6.*alij apud Bonacinam *supra n. 10.* † Et licet de sacerdote aquam beue- 17 dicente vt peccet mortaliter affirmant Nauar. *de horis canon.cap.6.n.4.*Saytus, *lib. 2. cap. tract.*'r. Angelus verb. *Clericus 8.n.1.*Syluest.*n.2.*& probabile reputet Layman *tract.1. de sacram. cap.5. n.10.*adhuc probabilius dicitur,vt non peccet mortaliter,quia non agit contra præceptum aliquod: ita Henriquez *lib.10.cap.13.n. 5.*Bonacina *disp. 1.quæst.1.puncto 5. n. 9.* Filiucius *tract. 1. num.* 87.& alij & Leander,*de sacram tract.6.disp. 2. q. 12.* dicentes idem tenendum de alijs benedictionibus salis, & populi,etiam si cum venerabili sacramento fiat.

Dicunt etiam DD.inter quos Suarez, Caieta- 18 nus *in 3.p.D.Thomæ*, & Sotus *supra*, Filiucius *tom.1.tract.1..cap.5.n.87.vers.4.*quod ministrans, aut exercens sacramentalia in peccato mortali, non peccat mortaliter ob rationem addoctam in

vers.

19 verſ. *ad tertiam* & *ad quartam*, † Et ob eandem dicunt ipſi, & Ledeſma *in ſumma lib. 1. cap. 6. concluſ. 8. dub.* 10. & Ægid Trullench, *dicto dub. 3. n. 7. in fine*, vt peccator exiſtens in mortali, non peccet mortaliter exercendo iuriſdictionem ſpiritualem in foro exteriori, quia non eſt ſacramenti miniſtratio, & in praxi, quotidie contingit, etiam à timoratis Iudicibus.

20 Alia inquam de intentione, tam miniſtrantis, quam ſuſcipientis ſacramenta poſſent hic adiici, ſed quia dicta in relatis tribus quæſtionibus ex littera textus noſtri congruè poſſunt hic tractari; nec alius locus congruus inoeniatur in Decretalibus; ideo de illis actum eſt, ſicut de aliis *in Rub. & ſub dict. cap.* 1. Ex quibus iam vides iuſte non reiterari benedictiones, & conſecrationes præſtitas; imo nec ſacramenta collata à Miniſtro peccatore, ſeu etiam excommunicato cum intentione faciendi quod facit Eccleſia.

AD TEXT. IN CAP FIN. hoc titulo. De ſacramentis non iterandis.

PRÆMISVM.

1 TExtvs iſte etſi loquatur de Presbyteris, & Diaconibus, tamen eius deciſio, quatenus loquitur, de ſupplendo quod incaute fuerat prætermiſſum, adimpleri valet ex dictis *ſupra in cap.* 1. ſed quia poteſt eſſe differentia inter ſubiectos ſcilicet Presbyteros, & Diaconos, ideo inquam expoſcit littera tractationem ſeparatam; diximus ergo *in dicto cap.* 1. defectum impoſitionis manuum ſuppleri caute, dum prætermiſſus fuit incaute, nec ibi iterari ſacramentum; ſed ſi hæc impoſitio manuum reſpectu Presbyteratus, & Diaconatus eſſet neceſſaria neceſſitate ſacramenti; item & in ordine Epiſcopatus, tunc videtur iterandom eſſe ſacramentum, nec ſufficere illam ſupplerionem; quare iam deſcendemus ad quæſtiones.

2 Ad verſ. ibi: *ſed ſtatuto tempore ad ordines conferendos*, adiunges dicta *in tit. de temporibus ordinat.* & *ibi cap. 3.* vbi de interſtitiis.

QVÆST. I.

An manus in ordine Presbyteratus, aut Diaconatus, ita ſit de eſſentia illorum ordinum, vt ea omiſſa, etſi alia materia neceſſaria poſita ſint, ſacramentum ordinis iteretur, aut ſufficiat ſola ſuppletio manuum? Et quot manus impoſitiones inueniantur vſitatæ? vbi de ritu ordinis Presbyteratus, latinæ, & Græcæ Eccleſiæ, item, & Armeniæ?

SVMMARIVM.

1 *Ordinis Epiſcopalis, Presbyteralis, &* Diaco*nalis materia, eſt manus impoſitio, ſolemnis tantùm, non ſubſtantialis in ſubdiaconatu,* vt n. 10.

2 *Manus impoſitio in ordinibus Prebyteratus, & Diaconatus probatur Iuribus, Conciliis, & ex Patribus, vt ſit materia adæquata, & partialis* n. 3.

4 *Græca Eccleſia ſola manus impoſitione Presbyteros ordinat, & Diacones, vt* n. 6. 7. 8. 9. 19. 11.

11 *Armena Eccleſia ordinat manus impoſitione.*

12 *Manus impoſitionis ritus in ordinibus antiquus.*

14 *Sacerdos in ordinatione ſua accepit duplicem poteſtatem.*

15 *Chriſtus Dominus diuerſis temporibus dedit Apoſtolis poteſtatem remittendi peccatum, & conficiendi Euchariſtiam, &* numero *26. vbi qualem in manuus impoſitione, qualem in porrectione inſtrumentorum.*

16 *Florent. Concilium ſub Eugenio, quatenus de manus impoſitione in ordinibus mentionem non facit.*

17 *Manus impoſitio eſt de eſſentia Presbyteratus, & Diaconatus, & expendes, vt* infra n. 24. & 25.

18 *Græca Eccleſia, num vtatur porrectione in ordinando panis Euchariſtici. Et quare non publicet formas ſacramentorum* n. 19.

20 *Manus impoſitione in ſacerdotio vtramque poteſtatem dari, grauiſſimi authores teſtantur, & offerendi, & dimittendi peccata.*

21 *Catum Syritus improbatur relatus* numero 18.

22 *Grauina refellitur, dum dixit Chriſtum inſtituiſſe ordinis ſacramentum, vel per impoſitionem manuum, vel traditionem inſtrumentorum.*

23 *Verba formæ Græcæ* Diuina gratia promouet N. in Presbyterum, *qualiter iungantur cum aliis Dionyſ.* Diuina vocatione &c.

25 *Textus noſter expenditur, &* n. 26.

27 *Impoſitiones manus quot reperiantur* remiſſiuè.

28 *Ritus Presbyteratus, qualis in Eccleſia Græca, & latina* remiſſiuè.

29 *Armeniæ Eccleſiæ ritus in ordinatione Presbyteri. Et qualiter Concilietur cum ritu Eccleſiæ Romanæ* n. 30.

39 *Armeni gloriantur accepiſſe ex S. Gregorio Magno ritum conferendi ordinis ſacramentum.*

31 *Armenus ritus in conferendo ſacramentum Pœnitentiæ.*

32 *Græcis, & Armenis, vt non errent, Conſuli debet quod ſequantur ritum Eccleſiæ Romanæ in ſacramentorum adminiſtratione; præſertim Presbyteri.*

AD primam quæſtionis partem de neceſſaria manus impoſitione in ordine Presbyteratus, & Diaconatus, videtur reſpondendum ex 3
dictis *ſupra in dicto cap. 1. q. 1.* in verſ. *ad primam*, vbi dictum eſt materiam conſecrationis Epiſcopalis, Presbyteralis, ac Diaconalis ordinis eſſe manus impoſitionem; quod ſi, vt ibi diſtinxit circa finem verſ. *ego tamen* manuum impoſitio tantum ſit de ſolemnibus, non inquam de ſubſtantialibus, deciſio textus noſtri non difficulter intelligetur iuxta doctrinam relatam *ibi in dicto cap. 1.* ideo hic nulla repetitione opus eſſet, cum iuxta

iuxta distinctionem positam ibi, tota difficultas aliàs interpretibus magna, maneat clara; sed quia, vt *ibi* dictum est, ad vers. *ad primam* manus impositio sit necessaria, in dictis ordinibus materia, euenit quidem tunc, vt quemadmodum in secunda parte illius textus resolutum est de iteratione sacramenti confirmationis respectu illius, qui non chrismate, sed solo oleo fuerat confirmatus; & sic quemadmodum ibi dictum est illud sacramentum oleo, ac Balsamo simul conferri quod chrisma vocatur Iuxta quæ *ibi* adduxi, ita similiter debeat textus noster explicari respectu Presbyteri, & Diaconi ordinatorum absque manus impositione.

a Quapropter quia vrgent sequentia maxime quibus probatur materiam adæquatam ordinum Presbyteratus, & Diaconatus esse manus impositionem. Et de Ecclesia latina sic patet, nempe quod primo Episcopus imponit manus supra caput ordinandi, nihil dicens, & etiam alij adstantes Presbyteri manus imponunt. Secundo Episcopus tradit calicem cum vino, & Patenam cum Pane, dicens *accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuis, & mortuis*, item quod post missam iterum Episcopus imponit manus dicens: *accipe spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Quare Scotus *in 4. dist. 24. art. 3.* Paludan. *q. 6. art. 4.* Bellarmin *tomo 2. de sacramento ordinis cap. 9.* vers. *tertio nota*, Vasquez *in 3. p. disp. 139. cap. 3.* Henriquez *lib. 1. cap. 6. & cap. 11. n. 10.* Coninch *disp. 20. dub. 7. conclus. 2.* Castrus Palaus, *tom. 4. tract. 27. disp. vnica puncto 4. n. 7.* dixerunt posterioris ordinationis materiam esse impositionem manuum factam ab Episcopo; formam verò *accipe spiritum sanctum, quorum*
3 *remiseritis peccata &c.* † Et quod dicta prior manuum impositio sit materia partialis, quæ moraliter coniungitur cum forma *accipe potestatem offerendi sacrificium, missasque celebrandi, tam pro viuis, & defunctis*, docent Cardinalis Lugo *de sacram. in communi disp. 1. sect. 5. n. 98. & 99.* Bellarmin *de sacram. ordinis cap. 9.* Petrus Arcudius *lib. 6. cap. 3.* Amicus *in cursu Theologico tom. 2. disp. 2. sect. 4.* Fornarius *de sacram. ordinis cap. 2. n. 2* vi multis mediis comprobat Angelus, Berticelus *de mission. Apostolicis tit. 11. de ordine q. 68. sect. 3. & 4.*

4 Quod si in Ecclesia latina manus impositio non esset adæquata, & necessaria Presbyteratus materia, eueniret vtique quod Ecclesia Græca non constituerit eius solam materiam in impositione manus, sed ea Ecclesia hac sola Presbyteros ordinat Ergo Patet minor ex euchologio Græco, vbi sic dicitur: *quia vere ordinatur fronte incumbens sacra Ara vtrumque genu flectit, Diacono vere clara voce dicente; attendamus: statim Pontifex, imposita manu vna cum Pallio clara voce enunciat, Diuina gratia promouet N. venerabilem Diaconum in Presbyterum.* Et sic Dionysius Areopagita *de Ecclesiastica Hierarchia cap. 5. p. 2.* probans, ait; *sacerdos coram sacro altari procumbens vtrumque genu in capite, habet Pontificis dextram, & in hunc modum à sacrante Præsule,*
5 *sanctissimis inuocationibus consecratur.* † Idemque expressius videtur docere Clemens Romanus *lib. 8. const. cap. 16.* in sequentibus verbis: *cum Presbyterum ordinas Episcope, impone ipse manum capiti Presbyteri, astantibus tibi Presbyteris, & Diaconibus, & faciendo precationem, dic Domine omnipotens Deus noster imple hunc spiritu gratia tua, vt seruiat tibi sincerè, & mente pura, ac pro populo tuo sacra ritè, sine vitio operetur.* Quæ verba videntur congruere ritui expostulato in textu nostro ibi: *suspensio autem manuum debet fieri, cum oratio super caput effunditur ordinandi*, & Concilium Trid. *sess. 14. cap. 3. de Extrema Vnctione* ibi: *Ministrum Extremæ Vnctionis esse Episcopum, aut Presbyterum ritè ordinatum per manus impositionem.*

Quod idem de Diacono contingat in Ecclesia Græca, vt sola manus impositione ordinetur, videtur admissum per Patres, & Concilia, quatenus significant per impositionem manus conferri ordines, præsertim sacerdotium, & Diaconatum: sic Concil. Nicen *canon. 9.* Antiochenum *can. 10. & 17.* Mogunt sub Sebastiano *canone 35.* Concilium Carthaginens IV. *can. 3.* ibi: *Presbyter cum ordinatur Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præsentes sunt manus suas iuxta manus Episcopi super caput illius teneant: Diaconus cum ordinatur solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.* 6

Patres, & DD. sic etiam docent, S. Ambrosius *in epist. 1. ad thimotcum cap. 4.* in sequent. verbis: *manus impositionis verba sunt mystica, quibus confirmatur ad opus electum accipiens authoritatem, teste conscientia sua, vt audeat vice Domini sacrificium Deo offerre*, qui, etsi de Solo, sacerdote Presbytero loquatur: tamen porrigunt manus impositionem ad Diaconum; alij Pontifices, ac Patres, vt sunt S. Damassus Papa *epist. 4.* Innocent. I. *epistola 22. ad Episcopos Macedonia cap. 3.* Leo I. *epistol. 87. ad Episcopos Africa* Alex. II. relatus *in cap. ex multis 7. q. 3.* Vrban. II. *in cap. Daibertus 1. q. 7.* ex Patribus S. Augustin. *lib. 5. de Baptismo contra Donatistas*, Theodoratus *de vitis sanctorum cap. 5.* Thimoteus Archiepic. Cyrenens apud Cantum Syritum *in concordia vtriusque Ecclesiæ tract. 1. accusat. 64. fol. 157.* 7

Et quod per solam manus impositionem cum forma *Diuina gratia &c.* ordinentur apud Græcos, testantur non solum latini Doctores, sed & Græci, vt dicunt Arcudius *de concordia Ecclesiæ Occidentalis in sacramentorum administratione lib. 6. cap. 4.* Archiepisc. Cyrenens. Vbi proxime, Cardinalis Lugo *de sacram. in communi disp. 1. sect. 5. n. 85.* Vbi de Presbyteris loquutus, & de Diaconis dicit quod hodie Episcopi Græci Catholici Romæ, dum Presbyteros ordinant, sciente, & consentiente Summo Pontifice (se præsente) non per Calicis, & Patenæ porrectionem id faciunt, sed per manus impositionem, super caput ordinandi, dicente Episcopo, *Diuina gratia promouet N. Venerabilem Diaconum in Presbyterum.* 8

Addens ibi quod apud Græcos, etiam catholicos, Diaconus ordinatur per solam manuum impositionem, vt etiam testantur Amicus *in cursu Theolog. tomo 7. disp. 2. sect. 4. à n. 3.* Franciscus de Lugo *de sacram in genere cap. 1. quæst. 7. n. 70. & 73.* Petr. à S. Ioseph *in idea Theolog. sacrament. quæst. 5. resol. 3.* Berticel. *dicta sect. 3. sub num. 22.* & amplius addit idem Cardinalis Lugo *dicta sect. 5. n. 90.* quod vtraque potestas consecrandi scilicet, & absoluendi, traditur apud Græcos vnica materia per vnicam manuum impositionem, & 9

per

per vnicam formam, illam ſcilicet *Diuina gratia promouet N. in Presbyterum &c.*

10 Quare ſi opponas ex doctrina D.Thom. *in 4. diſt. 24.q. 2.art. 3. q. 3.* Richardo *art. 5. q. 3.* Durando *quæſt. 3.art. 1.* Patres,& Concilia agere de impoſitione manuum tanquam de accidentali cæremonia iuxta quod expreſſa fuit deciſio textus *in 1.p.in dicto cap. 1.hoc tit.* vbi in ſubdiaconatus ordine illa manus impoſitio, dicitur cæremonia ſolemnis, quæ ſuppletur, nec ideo ſacramentum iteratur, ſed contra pungunt admodum authoritates adductæ Conciliorum,Patrum,Pontificum, & Doctorum, reſpectu Presbyteratus, & Diaconatus ordinum;quia vltra reſponſionem Bellarmini,& Cardinalis de Lugo,*vbi ſupra*, quos ſequitur Berricel.*dict.ſect.3.ſub n.25.* dicentes alias non recte dictum fuiſſe à Concilhis,Patribus, & Pontificibus ordinari Sacerdotes par manuum impoſitionem, ſi hæc cæremonia eſſet accidentalis,& non autem eſſet eſſentialis materia ſacramenti ordinis;indeque firmant,non ſolum in Eccleſia Græca, ſed etiam latina manus impoſitionem præcedentem panis, & vini traditionem eſſe de eſſentia ordinis ſacerdotalis; & etiam additur ex adductis eam manus impoſitionem in ordine Diaconatus eſſe etiam,& ſimiliter de eſſentia ordinis Diaconatu,

11 Ego iterum corroboro in dictis duobus Eccleſiis,& in Armeni Eccleſia ex ſacræ ſcripturæ locis:nam *Actor cap. 13.* dicitur, quod cum Apoſtoli crearent Paulum,& Barnabam Presbyteros, tunc inquit textus *ieiunantes, & orantes, imponentesque eis manus dimiſerunt illos*, 1. ad Timoth. 5. *manus*, inquit Paulus Timoth.Epiſcopo *cito nemini impoſueris*,& 2. ad Timoth.*admoneo te,vt reſuſcites gratiam Dei,quæ eſt in te per impoſitionem manuum*,& *cap. 4.* ibi: *noli negligere gratiam, quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum Presbyterii.*

12 Cum ergo loca hæc accipiat Trid,*ſeſſ.23.cap. 3.de ordinationis ritu*, & Baronius *anno* 44.verſ. *quibus autem ritibus*,qui obſeruat ex S. Hieronimo *epiſt.*85.ritus imponendi manus ſuper eos, qui ſacerdotio initiantur Apoſtolos ex veteri teſtamento ſumpſiſſe, vt patet *exodi cap. 29.* vbi Aaron, & filij eius manus imponebant ſuper eos, qui ſacerdotio leuitæ initiarentur. Ergo ex prædictis ſatis colligi videtur manus impoſitionem ſupplendam in textu noſtro in ordine Presbyteratus, & Diaconatus iuxta mentem Greg. IX. hic reſpicere ad collationem nouam ordinis talis ſuſcepti ſine impoſitione manus à collatore.

13 Et ita quamuis ex verbis textus noſtri ſoleant Doctores idem reſpondere, ac de prima parte *dicti cap.1.vt ſupra* dictum eſt,eo quod Concilium Florentinum non meminerit impoſitionis manuum,ſed ſolùm porrectionis panis, & vinis item & ex doctrina textus noſtri, vbi dicit Nugnus relatus à Leandro *de ſacram. ordinis. diſp. 3.q.7.* illo textu probari manuum impoſitionem, non eſſe de eſſentia Presbyteratus, & ex aliis fundamentis ab eo adductis:tamen ipſe Leander,ex dicto Concilio Carthagin. IV. *cap.2.&* 5. & ex Concilio Toletano X.I. relato *in can. Presbyter, & canon. quorundam clericorum diſt. 23* vbi, præcipitur quod in ordinatione Presbyterij, & Diaconi Epiſcopus manum imponat;& quia qui caret poteſtate remittendi peccata, non poteſt dici plenè ſacerdos; ſed hanc poteſtatem accipit ordinandus per impoſitionem manuum, & formam remiſſionis peccati;ergo impoſitio manuum eſſentialis,eſt materia Presbyteratus.

14 Accipit enim ſacerdos in ordinatione ſua, duplicem poteſtatem, vnam præcipuam, & primariam in conſecratione panis, & vini Alteram poteſtatem ſecundariam ſupra corpus Chriſti myſticum,ideſt ſupra fideles dimittendi peccata, indeque procedere, vt in Eccleſia latina in Presbyteri ordinatione, adhibeatur duplex materia, & forma, poſteriorisque ordinationis materia ſit impoſitio manuum, facta ab Epiſcopo; forma verò: *accipe ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c.* vt docuerunt iam adducti,Scotus,Vaſquez,Bellarminus,& alij, Berricelus *dicta quæſt.168 de miſſionib. Apoſtol. tit. 11. de ordine ſect 3.ſub n.20.* Ergo,

15 Et confirmatur, quia Chriſtus Dominus diuerſo tempore dedit ſuis Apoſtolis poteſtatem remittendi peccata, ac dedit conficiendi Euchariſtiam: nam hanc dedit in vltima cœna, illam vero poſt reſurrectionem *Ioan. 20.* quando in ſufflauit,vt dicit hic Bellamera *n.3.* cum Ioanne Andrea,& Abbas cum aliis *ſub n. 2.* Ergo etiam Epiſcopus diuerſis temporibus has duas poteſtates ſacerdotibus tribuit, conficiendi videlicet Euchariſtiam per porrectionem panis,& vini,per verba relata: *accipe poteſtatem offerendi ſacrificium &c.* remittendi verò peccata poſtea per impoſitionem manuum,ibi:*accipe poteſtatem remittendi peccata &c.* Ergo cum non credatur aliter Chriſtum inſtituiſſe ſacerdotes, quàm inſtituit Eccleſia: ſequitur, vt cum hæc ſequatur inſtitutionem plenè à Chriſto factam, vt non valeat immutari, indeque manus impoſitio in Presbyteratu, & Diaconatu, ſit de eſſentia ordinis.

16 Nec obſtare dicunt Doctores, quod Florent. ſub Eugenio nullam fecerit mentionem de manus impoſitione; quia non inde ſequitur,vt in ritu latino, manus impoſitio non ſit de eſſentia; eo quod non ſit efficax argumentum ab authoritate negatiua, nec voluerit Eugenius in decreto pro inſtructione Armenorum §. *Sextum* ſacramentum tradere totum ritum latinum ordinis, ſed quod ſe remittat ad Pontificale Romanum:ita expendit Berricellus *dicta tit.11. de ordine q. 188. ſect. 4. ſub n. 27.* in verſ. *nec prædictis*, Leander *dicta quæſt.7.* in verſ.*ad primam*,dum dicit nullo modo meminiſſe impoſitionis manuum; quia (vt dictum eſt) notiſſimum erat ex ſcriptura, Conciliis,& Patribus eam eſſentialiter requiri ad ordinationem ſacerdotis, vt meminere relata iam Concilia,quæ tamen,vt videtur ex adductis, nec minimam mentionem inſtrumentorum,calicis,& Patenæ fecerunt (quia tunc illa in controuerſiam non veniebant.) Et ſic concludit Leander non eſſe de ſumendam adæquatam, & totalem materiam Presbyteratus ex ſolo Concilio Florentino, nec ex ſolo Chartagin. & Toletano,ſed ex omnibus ſimul collectis: itaque dicendum adæquatam materiam ſacerdotij eſſe, & porrectionem panis,& vini in ſuis vaſis, & manus impoſitionem.

17 Vnde idem Leander *dicta quæſt. 7.* verſ. *ad confirmationem* acerrimè probat non probari ex textu noſtro contrariam ſententiam; nempe, vt in ordine Presbyteratus, & Diaconatus, manus impoſitio ſit ritus cæremonialis, ſed potius ex

illo

illo definiatur oppofitum fcilicet, vt fit de effen-
tia illorum ordinum, & probat primo ex titulo
huius capitis, hoc eft ex epigraphe ibi: *fi in ordi-
natione Presbyteri, vel Diaconi, manus impofitio
fuerit prætermiffa, ftatutis temporibus fupplebi-
tur*, explicat *fupplebitur* neceffario, quia eft de
neceffitate facramenti ordinis, & fecundo dicit
fic conftare ex contexturæ littera, quam refert,
vbi pro hac totam illam inducens, ait, non obfta-
re quod Pontifex Greg. IX. dicat *manuum im-
pofitionem effe ritum ab Apoftolis introductum*;
quia refpondet, vt non ob id intendat Pontifex
docere Apoftolos inftituiffe talem ritum, fed à
Chrifto inftitutum primos, vfurpaffe, feu ad pra-
xim homines ordinando reduxiffe: ità Lean-
der.

18 Sed quia dixit Ioannes Baptifta Cautum: Sy-
ritus *in tractatu de concordia vtriufque Eccle-
fiæ*, vbi *tract. 1. accus. 61. & accufat. 90. elencho
15.* in Ecclefia Græca materiam ordinis facerdo-
talis, effe traditionem panis Euchariftici in manu
ordinandi, ac vini confecrati, cum hoc forma:
*accipe panem hunc, & effice corpus Chrifti; vinum
autem, quod eft in hoc calice effice fanguinem
Chrifti*, addens: ideo hanc materiam, & formam
non inueniri in Euchologiis Græcis typis im-
preffis; quia Ecclefia Græca adhuc feruat morem
primitiuæ Ecclefiæ temporis S. Dionyfij Areo-
19 pagitæ. † Et fic formas facramentorum non pu-
blicat, ne irrideantur ab infidelibus, nec ponit in
publicis fcripturis, fed dat manu fcriptas Epifco-
pis, & Parochis, atque aliis Presbyteris: hæc ille,
vt refert Bericellus *dicto tract. 11. de ordine q.
168. fect. 4. n. 18.* Inde videtur fi hoc verum eft, vt
quemadmodum in Concilio Florentino omiffa
eft manus impofitio apud Ecclefiam latinam, hic
ex caufa vrgentiori in Ecclefia Græca manus im-
pofitio in publico practicetur, in fecreto autem
cum prædicta materia, & forma, quæ vera videtur
effe, ne implicentur ritus fubftãtiales Ecclefiæ la-
tinæ, & Græcæ Indeque iam dicendũ fore manus
impofitionem, de qua in textu noftro fuiffe tan-
tum cæremonialem; & fic ea omiffa, fupplendam
tantùm, vt dictum eft de manus impofitione
omiffa *in dicto cap. 1. in eius 1. p. q. 1.* cum non ap-
pareat in decifione horum Iurium aliquam diffe-
rentiæ rationem inueniri, nifi tantum quod In-
nocentius III. ibi loquatur de fubdiacono; hic
autem Gregorius IX. de Presbytero, & Dia-
cono.

20 Adhuc tamen, quia grauiffimi authores teftan-
tur vtramque poteftatem, fcilicet offerendi facri-
ficia, & dimittendi peccata dari fimul per impofi-
tionem manuum, cum relata forma *Diuina gra-
tia promouet N. in Presbyterum &c.* inter quos
Cardinalis Lugo *de facram. in communi difp. 5.
n. 90.* Pater Amicus *in curfu Theologico tom. 7.
difp. 1. fect. 4. n. 31.* Angelus Maria, Berricellus *de
miffionib. Apoftol. de ordine*, Legendus omnino
tit. 11. q. 168. fect. 4. & *ibi à n. 35.* vbi poftquam
à n. 29. monens lectorem Catum Syriti doctri-
nam fibi valde fufpectam, illum improbans, multis
fundamentis dicit in verf. *tertio dicto n. 35.* quod
prædicta forma *Diuina gratia promouet N. in
Presbyterum &c.* fufficienter probat vtramque
poteftatem: nam cum vtraque poteftas fit penes
Ecclefiæ Presbyteros hac voce *Presbyteri* fuffi-
21 cienter vtraque exprimitur. † Et ibi *dicto n. 32.
verf. i fertur tertio*, dicat falfum effe, quod ait Ca-
tum Syritus *in concordia vtriufque Ecclefiæ tr. 1.
accufat. 64.* nempe apud Græcos bis ordinari fa-
cerdotes; quia in priori ordinatione, confertur il-
lis poteftas confecrandi corpus Chrifti, in pofte-
riori longa poft tempora confertur poteftas di-
mittendi peccata per impofitionem manuum cum
forma, *accipe fpiritum fanctum, quorum remife-
ritis peccata &c.* & ex eo falfum appelet etiam,
quia in nuperis Græcorum Euchologiis, in qui-
bus habentur omnes ritus omnium ordinum,
non habetur ritus ifte duplicis ordinationis fa-
cerdotis, quem ipfe folum Cautum Syritus fcit;
ac vniuerfus orbis hactenus ignoret, nec ille in-
ueniatur in Dionyfio Areopagita *de Ecclefiaft.
Hierarch. cap. 5 p. 2* nec in fancto clemente Ro-
mano *lib. 8. conftit. cap. 16.* nec in Concilio Car-
tagin. IV. *canone 4.* nec alibi extet veftigium ali-
quod duplicis ordinationis duplici, & diuerfo
tempore collatæ, nec aliquis auctor adhuc memi-
nerit; præfertim in Ecclefia Græca, ideo fubfiften-
do in adducta fententia, quod manus impofitio
in ordine Presbyterij, fit de fubftantia illius ordi-
nis, vidatur, vt adhuc fit fub lite verus noftri tex-
tus intellectus.

Vnde videtur etiam, vt potuiffet Grauina *in 22
epafcale de facram. ordinis contra Spalatenfem
difp. 2. dubit. 3. §. 3. n. 17.* excogitare alium di-
cendi modum, nempe Chriftum ita inftituiffe fa-
cramentum ordinis, vt vel per impofitionem ma-
nuum, vel traditionem inftrumentorum confer-
retur; fed enim referens, & impugnans D. Berri-
cel. *in relata quaft. 168. de ordine tit. 11. fub n.
37.* in verf. *infertur fexto*, & poftquam, etiam *à n.
33.* plura fundamenta adduxerit. † Et *n. 36.* ele- 23
ganter expendat pro fua fententia verba, quæ re-
fert ipfius D. Dionyfij *dict. cap. 5. p. 2. de Eccle-
fiaft. Hierarchia*, adunans ea, ac confortans cum
verbis prædictæ formæ Græcæ: *Diuina promouet
N. in Presbyterum*, cum illis Dionyfij: *Diaina
becatione ad facerdotalis officij confummationem
peruenerit*, dicens *Diuinam vocationem* manifo-
ftare nihil aliud effe, quàm dicere Græcum Epif-
copum: *Diuina gratia promouet N. in Presbyte-
rum*, ficque explicet S. Maximus Matyr *in fcholiis
ad fanctum Dionys ad cap. 5. p. 3. §. 5.* qui floruit
circa annum Domini 640. vt Petrus Lanfelius
etiam fcribit *in difputatione Apologetica de S.
Dionyfio Areopagita, eiufque fcriptis*, vt habetur
*tom. 2. operum Dionyfij editionis Antuerpiæ an-
no 1634. fol. 489.* teftatus de fide maxima præftan-
da Maximo Martyri tanto, explicanti in *dicto §.
2.* ea verba *recitationem*, vbi vocat *recitationem*,
quando in ipfa ordinatione pronunciat. *Diuina
gratia hunc, qui ordinatur ad hunc ordinem pro-
mouet.* De fancto Maximo Martyre fcribit Car-
dinalis Bellarminus *de fcriptorib. Ecclef. ad an-
num 650.* Legendus idem Berricel. *n. 35.* qui ma-
ximopere conatus eft defendere in Ecclefia Græca
folo manus impofitione Presbyterum ordinari
fub prædicta forma; nihilominus fuam doctri-
nam vult, non vt certam, fed vt probabilem.

Cumque referat ipfe Berricel. *fub dicto n. 35.* 24
diutiffimè de hac grauiffima controuerfia difpu-
tatum effe à grauiffimis, & doctiffimis Theologis
in facra congregatione Cardinalium deputatis
pro Euchologio Græco, & an fit fufficiens hæc
forma: *Diaina gratia promouet N. in Diaconum,
Presbyterum. Epifcopum*, difputatumque à con-
gregatione trigefima octaua, vfque ad quinqua-
gefimam actorum Eucologij, & quod varij varia
dixerint, fibique apprimè placeat fapientiffimum
votum

votum ſapientiſſimi Abbatis Hilarionis, ſcilicet: *diligenter inueſtigandum, an antiqui Patres fuerint ordinati ritu, qui in euchologio Proſcribitur*, nihil audens idem Aerricel. vt certum tradere aſſerens tantùm probabilia, quæ ſcripſit commendans ibi videndum Comitol. *lib.* 1. *q.* 48. qui Græcorum ſacerdotum in dubium reuocat, & problematicè diſputat.

25 Ideo ego in tam ingenti difficultate, quæ propria eſt cultorum Theologiæ ſcholaſticæ meliori eorum Iudicio non ſubmitto, ſpectans, vt Berricel. Apoſtolicæ ſedis Iudicium, & ad propoſitum textus noſtri, ſi teneas manus impoſitionem eſſe de eſſentia ordinis Presbyteratus, & Diaconatus, ac Epiſcopatus, intelligendum eſſe Greg. IX. hic, etſi ſimilem reſponſionem præterierit per verba ſequentia ibi: *non eſt aliquatenus iterandum, ſed ſtatuto tempore ad huiuſmodi ordines conferendos cautè ſupplendum, quod per errorem extitit prætermiſſum*, ac Innocent III. *in dicto cap.* 1. ibi: *ad quod breuiter duximus reſpondendum, quod in talibus non eſt aliquid iterandum, ſed cautè ſupplendum, quod incautè fuerat prætermiſſum*. Tamen in reſponſione Greg. IX. ſacramentum ordinis Presbyteratus, ac Diaconatus non fuiſſe collatum, quia, vt Pontifex dicit in primis verbis textus noſtri ibi: *Presbyter, & Diaconus, cum ordinantur, manus impoſitionem tactu corporali* (ritu ab Apoſtolis introducto) recipiunt, quod ſi omiſſum fuerit (reſpondit) *non eſt aliquatenus iterandum &c* Hic enim Pontifex videtur decernere manus impoſitionem in ordinatione dictorum ordinum, (qua omiſſa) ſupplendum eſſe in alia ordinatione, ſtatutis temporibus, quod per errorem fuerat præſtermiſſum; id eſt quia nullus ordo Presbyteratus, ac Diaconatus fuerat collatus, ſupplendam eſſe manus impoſitionem, vt valide ſacramentum in collatione illorum ordinum celebraretur, Iuxta quæ dixi *in cap.* 1. *in prima eius parte, & in p.* 2. verſ. *ad ſecundam*, explicans aliam difficultatem de confirmato ſolo oleo, & non chriſmate, ex cuius doctrina hic ad reſpondendum applicanda, videtur ſatis huic difficili dubio ſatisfieri cum etſi ibi Pontifex ſimul interrogatus de duobus ſub vnica deciſione in verbis proximè adductis reſponſum præſtiterit: tamen vt ibi expendi accomodando ſingula ſingulis, ac dicens in dicta prima parte, vt omiſſa manus impoſitio, de qua ibi, non fuerit de eſſentia ſubdiaconatus ordinis; eo quod illius ordinis alia ſit materia.

26 Vel dices cum Abbate *hic dicto n.* 2. verſ. *quæro qui actus*, & D. Bellarmera ſub *dicto n.* 3. & ex dictis *ſupra* in verſ. *& confirmatur*, vt quia in ordinatione ſacerdotalis confertur duplex illa poteſtas, prima principalior ad conficiendum ſacramentum Euchariſtiæ ſimul cum porrectione calicis, & Patenæ, & in hac ordinatione imprimi characterem, nec poſtea iterandam hanc materiam, & formam, eo quod defecerit ſecunda ordinatio per manus impoſitionem ad ſecundum illum effectum dimittendi ſcilicet peccata ſub certa forma verborum, *Ioan.* 20 *& Matth.* 16. *&* 18 dicentibus, quod Dominus has poteſtates diuiſim contulerit Apoſtolis; eo quod ante paſſionem contulerit illis primam, ſecundam verò poſt reſurrectionem, quando inſufflauit *Ioan* 20. & quod per iſtam ſecundam deſignatur quædam gratiæ plenitudo; quæ ſi omiſſa ſit, manente ſacramento, in prima datione ordinis ſacerdotalis, quoad conficiendum Chriſti corpus, ſecundam ſuppleri per impoſitionem manus, quæ omiſſa fuerit; & ſic intelligunt textum noſtrum; ècontra verò ſi ordinatio facta eſſet, quo ad dimittenda peccata per manus impoſitionem, & non eſſet facta alia illa principalior, qua confertur principalis poteſtas ad actum confectionis Euchariſtiæ, non ſit valida ſecunda ordinatio, quia à prima ſcilicet ſacerdotali conficiendi Euchariſtiam dependet ſecunda dimittendi, ſcilicet peccata, quod clarius patefit ex dictis *q.* 2. *&* 3. Quod ſi dicas hæc benedicta, ſed non applicari ad Diaconum, de quo in textu noſtro; reſpondeo ex dictis *ſupra in dicto cap.* 1. *ſub dicta q.* 1. verſ. *ad primam*, verſ. *de materia vero Diaconatus*.

Ad ſecundam partem quæſtionis, quot manus impoſitiones reperiantur vſitatæ in ſacramentis, ſacramentalibus ac in aliis ritibus Eccleſiaſticis; quia iam *in dicto cap.* 1. *hoc tit. q.* 1. in verſ. *& ob id*, verſ. *item*, & verſ. *& quidem*, & *in cap. vnica de ſacra vnctione* verſ. *per frontis q.* 2. & Vberius *q.* 4. *& q.* 9. ideo ad *ibi* dicta te remitto vt intelligas, & ad dicta *hic*. 27

Ad tertiam quæſtionis partem de ritu Presbyteratus in latina, & Græca Eccleſia, quia iam abunde hic in verſ. *ad primam* actum eſt; item, & *in dicto cap.* 1. *de ſacra vnctione in §. per frontis ſub q.* 9. plura dixerim de conſuetudine Eccleſiæ Græcæ, vt Presbyter ſit miniſter ſacramenti confirmationis, ideo etiam ad dicta in relatis locis, ac in aliis, vt quæ dixi *in cap. cum ſecundum* 9. *de temporibus ordinat*, vbi de Græcis à latinis non ordinandis, nec èconstra ſi in ritu diuerſi ſint te remitto. 28

Ad quartam de ritu Eccleſiæ Armeniæ, reſpondent interpretes materiam, & formam ordinationis Presbyteri quoad poteſtatem conſecrandi corpus Chriſti, materiam eſſe impoſitionem manuum formam verò illa verba, quæ Epiſcopus imponens manus dicit *Domine Deus concede huic famulo tuo, vt ordinem Presbyterij per hanc vocationem, manus impoſitionem ſuſcipiat*, & probant, quia in toto ritu Armeno nulla verba ſunt apta ad ſignificandum tunc conferri poteſtatem conſecrandi corpus Chriſti præter iſta: *concede huic famulo tuo, vt ordinem Presbyteratus per hanc manus impoſitionem ſuſcipiat*, quia illa verba, quæ Epiſcopus dicit porrigens calicem cum Patena, non ſunt apta ad ſignificandum tunc in illa porrectione conferri poteſtatem; dicunt enim, vt apertiſſimè ſignificent antea fuiſſe collatam: nam dicit Epiſcopus *accipe, ſuſcipe; accepiſti enim poteſtatem conſecrandi, ac conficiendi ſanctum ſacrificium*; arguunt, ergo, ſi accipit, nunc de præſenti non accipit; ergo cum porrigitur calix cum Patena, non confertur tunc in Armeno ritu poteſtas conſecrandi, nec quod ea porrectio ſit materia ſacramenti, ſicut eſt in noſtro ritu latino. 29

Sed quia Angelus Maria Berricel. *de Apoſtolicis miſſionib. tit.* 11. *d. q.* 168. *ſect.* 5. longe agit de dicto ritu Armeno in ordine Presbyteratus, & referat ex Galano *in conciliatione Eccleſiæ Armenæ cum Romana c.* 11. item, & ritus, ac cæremonias, quibus Presbyter ordinatur in Eccleſia Armena; & referat etiam (quod dictus Galenus *d. c.* 11. *n.* 1. ex Gregorio Cæſarienſi Doctore) Armenos ſcilicet gloriari ex S. Greg. Magno ſummo Pontifice, accepiſſe ritum conferendi ordinis ſacramentum, aſſeratque Galan. *d. cap.* 11. *n.* 14. ſe ex mandato ſacræ cõgregationis diligentiſſimè, dum Conſtantinopoli ageret, ſcripſiſſe præcipuas ordinum formas, ac materias ex vetuſtiſſimo Rituali Armeno, quo eorum Epiſ- 30

copos in conferendis ordinibus vsos, esse & ipse prius viderat in Armeno, quæ ibi extat Ecclesia Patriarchali, & ad Eminentissimos cum translatione latina misisse: ideo nō plus scribendum duxi.

32 Et quia idem Betricel. *n.43.* refert *dict. sect. 5. ù n.43.* materiam, & formam in ritu Armeno conferendi potestatem, ministrandi sacramentum Pœnitentiæ, dicens ex Rituali illorum materiam esse cinguli ligationem, *ligat cum cingulo* & dicens *accipe potestatem à spiritu sancto ligandi, atque soluendi*, hæc verba esse formam quoadunans cum illis, quæ Dominus per Matth *cap.* 18. dixit Apostolis, *quod cumque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cælis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis*, quibus proprie ex Conciliis, & Patribus significatur proprie potestas absoluendi in sacramento Pœnitentiæ, vt latissime scriptores pertractant de hoc sacramento agentes, & canonistæ in tit. *infra pænit. & remis.* quibus te remitto.

35 Vnum tamen cum D. Berricel. *dict. sect. 5. in fine* vers. *semper* consulenddm esse Iudico omnibus Græcis, & Armenis, & quibus cumque, vt Romanæ Ecclesiæ, quæ errate nequit ritum sequantur in sacramentorum administratione, præsertim in administratione Presbyteri & cum in illa ordinatione agatur de æterna salute tot populorum non est cur in re tanti sit committenda disputationi doctorum; præsto enim sit via tutissima, ait etiam hanc fuisse intentionem Concilij Florentini, & Eugenij IV. in decreto de vnione, tradit ritum administrandi sacramenta præsertim conferendi ordinem Presbyteratus.

QVÆST. II.

An si in aliqua ordinatione non fuit applicata debita materia, possit die sequenti adhiberi, non expectando aliam ordinationem? An si sacerdos, ac Episcopus non tetigit vasa sacra, aut illud instrumentum sine cuius porrectione imprimitur character, teneatur iterum ordinem, tam in Presbyteratu, quàm Diaconatu, & subdiaconatu? Et an qui tetigit tantùm calicem, & non Patenum valide sit ordinatus? & de aliis remissiue? an Episcopus possit ordinare extra tempora subdiaconum, qui susceperat ordinem subdiaconatus, aut Diconetus aut Presbyteratus cum actuali intentione, & protestatione illud non suscipiendi? Et an habuerit Ecclesia authoritatem, & potestatem determinandi matrias, & formos specificas, ordinationum; eo quod Christus Dominus in hoc sacramento in genere tantum, vt in aliquibus instituerit prucipiens rebus, & verbis aptis ad significandum practice gratiam, & effectum sacramentorum, ea confici.

SVMMARIVM.

1 *Ordinis defectus, qui contigit in ordinatione, potest suppleri quacumque alia die extra tempore ordinum, cum distinctione* n. 2. & 3. *& qualiter* n. 4. *& à quocumque Episcopo* n. 5.

3 *Iteratio ordinum, etsi eodem licet fieri maiorum, & minorum ex Concilio, tamen minores cum subdiaconatu vno Die, altera verò Diaconatus, & Presbyteratus* numero 4.

4 *Solemnitates ordinum, qui supplentur, non iterantur in conditionata iteratione, sed tantùm substantialia sub conditione* numero 5.

6 *Iterare tenetur Episcopus, aut ordinatus in ordinatione, si non tetegit vasa, & instrumentu necessaria ad characterem sub conditione* n. 7. 8.

7 *Contactus instrumentorum in ordinatione, qualis debeat esse, ne ex eius defectu iteratio fiat* num. 8. *vbi de traditione necessaria in Baptismo, confirmatione, & vnctione.*

9 Accipere *verbum quo facte accipiuntur in traditione rerum temporalium, aut spiritualium sacramentorum.*

10 *Tactus physicus quid operetur in ministrandis ordinibus.*

11 *Sacerdotij ordo num iteretur, si ordinandus non tetigit Patenam, & Hostiam, aut solum calicem* n. 12. 13. & 14.

14 *Presbyteratus num iteratur, si in Patena non ponatur Hostia, & in calice vinum, etsi eorum tactus non sit necessarius* n. 15.

16 *Episcopus num queat ordinare extra tempora Diaconum, qui acceperat subdiaconatus, aut Diaconatus, siue Presbyteratus ordinem cum actuali intentione, & protestatione illud non recipiendi.*

17 *Trid.* cap. 1. sess. 21. & sess. 7. can n. 18. 19. 20. 21. 22. & 23. *circa mutandas sacramentorum formas, & materias ab Ecclesia.*

19 *Materia, & forma sacramentorum à Christo instituta fuerunt.*

20 *Christus Dominus immediatè instituit omnia sacramenta, Ecclesia tantùm promulgauit.*

23 *Sacramentum legis natura à solo Deo fuit institutum.*

24 *Ecclesia errare non potest in assignandis mediis ad salutem necessariis.*

26 *Materiam ordinum solum in genere probabile est à Christo institutam, ab Ecclesia in particulari* n. 26.

27 *Sacerdotium, & Diaconatus olim conferebantur per solam manus impositionem.*

28 *Ecclesia potest præcipere communionem sub vna tantùm specie.*

29 *Græcus ritus qualiter cum latino in sacramentis contingat.*

30 *Latitudo quadam admittitur in administratione sacramentorum.*

31 *Ritus Ecclesiæ latinæ, & Græcæ discrepant in administratione, & collatione ordinum.*

AD primam quæstionis partem, quæ pro textu nostro est non parum congrua, existimo respondendum ex doctrina Thomæ Sanchez *lib. 7. Concil. cap. 1. dub. 13. n. 7.* & ex Granado *controuers. 9. de ordine tract. 3. disp. 3.* Quintana Dueñas in *Theologia morali tom. 1. tr. 6. singulari 1.* Diana *p. 9. tract. 8. miscel.* & aliis sub aliqua distinctione: 1

distinctione: etenim idem Quintana Dueñas firmat ex multorum recentiorum sententia eos, qui statutis temporibus à Iure, & cæremoniis ordinati sunt, si postea cognoscant aliquem defectum substantialem ad valorem ordinis, in sua ordinatione interfuisse v. g. quia debita materia non fuit, vel non fuit debite applicata, aut calicem, librumve non tetigerunt, aut abfuit in sacerdotio manus impositio, posse quolibet tempore eiusmodi defectus supplere, hoc enim ait non est ordinem celebrare, sed perficere, quod imperfecte præstitum est tempore ordinationis.

2 Et licet quando quid substantiale omissum esset, deberet suppleri statutis temporibus, vt docent aliqui apud Thom. Sanchez, *vbi supra*, ac refert Quintana Dueñas, sed cum iterantur ordines ex dubio primi Baptismi, vt non deberent suppleri his temporibus, docet, cum in his ordinibus nihil defuerit, quod debito tempore, non sit collatum, hocque statutum esse pro vera, & absoluta ordinum collatione, non pro conditionata, ac similiter necessum non esse, vt in Ecclesia, aut alio publico loco conferantur, & firmat sat esse in secretiori conferri.

3 Vnde inferunt idem, & Granados, ac Diana *vbi supra* licere eodem die omnes ordines, tam minores, quàm maiores simul iterari, consilium tamen minores cum subdiaconatu vno die, & duobus sequentibus, diaconatum, & sacerdotium in duobus sequentibus suscipere, nisi aliquod scandalum, aut incommodum notabile ex hoc oriretur, quod est vitandum, maximumque esse dicunt in publicitate, & interstitiis videre, nempe quem sacerdotem cognouerunt homines modo sacris initiari.

4 Addunt deinde solemnitates omnes, quibus sacerdotium Diaconatus, & subdiaconatus, vel alij minores ordines conferuntur, non esse necessario adhibendas in hac conditionali ordinum repetitione, sed solùm præcisè sub conditione iteranda esse, ea quæ requiruntur ad valorem sacramenti, asseruntque ex aliis recentioribus in defectu substantiali, iteranda solùm esse ea, quæ omissa sunt, vel de quibus dubitatur v. g. contractus instrumentorum, vel manuum impositio simul cum prolatione formæ, quod præcipuè obseruari sufficere dicunt in dicto dubio, & in iterando conditionaliter ordine, cuius cæremonias omnes certo scitur esse factas.

5 Imo addit Quintana Dueñas scitu dignum hæc suppleri posse à quocumque Episcopo; ita refert etiam Diana.

6 Ad secundam quæstionis partem, suppositis quæ dixi *supra in cap. 1. q. 3. & 4.* & quæ dico hic in vers. *ad tertiam* Respondeo quod si sacerdos, & Episcopus non tetigit vasa sacra, aut illud instrumentum, in cuius porrectione imprimitur character, teneatur iterare sub conditione. Et est ratio, quia adsunt opiniones probabiles hinc inde an contactus vasorum sacrorum, aut instrumenti, v. g. calicis cum Patena, & Hostia in sacerdotio, sit de essentia sacramenti, ita vt sine illo non sit verus ordo.

7 Inter Doctores, vt teneantur tangere sunt Armilla verb. *ordo n. 4* Sotus *in 4 dist. 44 q. 1. art. 2.* Victoria *in summa q. 211.* Emanuel Sa verbo *ordo n. 3.* Tabiena *eodem verbo n. 1.* & huic sententiæ adhærent acerrimè Leander nouissimè *tract. 6. de sacram. disp. 6. q. 2* ex D. Thom *in 4. dist. 24. q. 1. q. 1. ad 1. & in addit. q. 34. art. 5. ad 3.* Caietano *in* Fermosin. de Offic. & sacris Eccles. *Tom. II.* *opusculo tom. 1 tract. 16.* Paludan. *dist. 15. q. 1. art. 1.* Raynerio verb. *ordo cap. 15* Nugnus *q. 34. art. 5.* Siluester verb *ordo 1. q. 5.* Valentia *disp. 9. q. 1. puncto 5.* Ægidio *disp. 20. dub. 7. n. 7.* Fornario *de ordine cap. 1. n. 4* & alij multi, ex eo quia vt in omnibus aliis sacramentis habentibus materiam tangibilem, necessum est, quod recipiens physice, & realiter attingat illam, vt in Baptismo aquam, in confirmatione chrisma, in Vnctione oleum &c. sic & in hoc sacramento ordinis vt tangatur calix, Patena, liber, Vrceolus, Candelabrum, & clauis ab ordinando, videndi sunt Castrus Palaus *tract. 27. puncto 4. n. 22.* Trullench. *de sacram. lib. 6. dub. 2. n. 5. & 6.* Gesuald. *1. p. summa tract. 31. cap. 5.* & hanc vocat multo probabiliorem Sanchez *tom. 2. Concil. cap. 1. dub. 2.* & de Castillus *tract. 6. disp. 1. dubio 14. n. 205* vbi ait in praxi tenendum, sic vt si sacerdos eo modo, quo exigit hæc opinio, non tangeret materiam, non esset certò ordinatus, & consequenter peccaret si eo defectu audiret confessiones, nisi in Extrema necessitate, aut accepto stipendio, missas celebraret, & probabilem vocat contrariam *num. 203.* Fabet *de sacram. ordinis in 4. dist. 24. q. 1. disp. 1. cap. 4. à n. 121.* & alij.

8 Quod iste contactus physicus necessarius non sit, sed sufficere tantum manus extensionem, vel acceptationem, com multis Diana *p. 2. tract. 2. miscel. res. 1.* Hurtadus *de ordine disp. 15.* Sotus *in 4 dist. 24* Reginald. *in praxi tom. 2. lib. 30. tract. 1. cap. 2. n. 8.* Molfesius *in summa tom. 1. tract. 2. cap. 1. n. 41.* cum Vasquez, Raguxius *de ordine q. 5. n. 5.* Henriquez *lib. 10. cap. 10. lib. 1. littera D.* Nauar. *cap. 22. n. 17.* Albertus Magnus *in 4. sent. dist. 24. art. 38. ad 2.* Zambran *de casibus tempore mortis occurrent. cap. 6. dubio vnico n. 6.* Layman *in Theologia morali*, ex ea ratione, quia Concilium Florentinum nihil meminit de contactu, sed tantùm de traditione cum tamen diligentissimè egerit de necessariis pertinentibus ad essentiam sacramentorum, item quia traditio instrumentorum tantùm deseruit ad determinandam potestatem, quæ datur, sed ad hoc non requiritur contactus, sed ostensio præsens cum signo acceptationis, quia non est eadem ratio, quæ in Baptismo, confirmatione, & Vnctione; non enim dicitur quis lauari, vel vngi, nisi aqua, vel oleum attingat eius corpus. † 9 Et probant deinde à simili Iuris traditione; quia vere quis dicitur accipere equum, vel nummos in suos, licet illos non tangat, modo sit ostensio præsens, qua nadantur, & ab ipso acceptentur, vt patet ex infinitis *in cap. 2. de consuetudine*, & infra *in Rub. de causa possess. & prop.* cum possit inquam aliquando acquiri possessio, sitque vera traditio absque reali apprehensione, modo sit aliquod signum exterius loco illius apprehensionis realis, vt patet & hanc iterum docuit idem Diana *part. 5. tract. 13. sub res. 47.* & contraria fundamenta explodit idem *dict. 5. p. res. 185.* dicens quod verbum accipe solum significat potestatem spiritualem ordinando conferendam per exhibitionem symboli externi, quo collatio talis potestatis significatur; & sic negandum tale verbum ex necessitate sacra referri ad eum, quiordinandus est, vt capiat, seu manu tangat externum symbolum, nec ex praxi Ecclesiæ, non plus colligi, quàm quod talis cæremonia tangendi materiam ab Ecclesia præcipiatur: ita etiam Layman *supra* alia plura dicens pro responsione, &

licet Abbas *hic* contrarium sequatur *n.* 2. in fine vers. *quaro an monns* probans ex verbo *impositionem*, loquitur vero in ordinatore, vt *ibi* patet.

10 Et resoluunt Doctores, & idem Diana *dicta res.* 43. & Granados *in 3. p. D. Thoma de sacram. controuers. 9. tract. 1. disp. 6. n.* 24. vt quia respectu Episcopi, & sacerdotis sunt opiniones diuersæ, debet iterari ordo sub conditione iuxta quæ dixi *in cap. 5. hoc tit. q. 3. & 4.* sed non inquam sit reiterandus, si tactus deficiat physicus, quando quis sumit ordinem Diaconatus, & subdiaconatus, quibus supposita opinione probabili, quod in omnibus ordinibus tactus materiæ tangibilis physicus, sit necessarius, videtur impugnandum, nisi respondeas, vt iam sub hoc *cap. & dicto cap.* 1. dixi in ordine sacerdotali esse aliam rationem superiorem sacrificandi scilicet, & absoluendi à peccatis: nam si forte in sententia tactus physicus ille fuisset omnino necessarius, posset euenire, quod non sacerdos sacrificando, & absoluendo nullitet in re maximi ponderis faceret, quod in aliis ordinibus non militat, in quibus non adest tantùm periculum.

11 Notabis pro complemento quod etsi aliqui apud Sotum *dict. 24. quæst. 1. art. 2.* apud Ægidium *disp. 20. dubit. 7. numero 7.* teneant, vt ad sacerdotium promouendus debeat de necessitate sacramenti simul cum calice, & Patena Hostiam illi super impositam contingere; & in id videatur inclinare Henriquez *lib. 10. cap. 10. numero 1.* sed Iacobus Granados *supra numero 10.* dicit posse tutà conscientià sacerdotem exercere ordinem sacerdotalem, nec teneri illum iterare, si immediate tetigit Patenam, licet non tetigerit Hostiam, videtur sequi Diana *dicta parte 5. tract. 3. disp. 47.* vers. *vnde* in fine; imo idem *dicta 3. parte tract. 4. res.* 185. ante finem in vers. *notandum*, dicit idem etiam procedere in sententia Doctorum tenentium contactum

12 physicum esse necessarium. † Imo & Sotus, & Syluester, quos citat, & sequitur Villalobos *tom. 1. in sum. tract. 11. dif. 4. numero 3.* Conink *dicta disp. 20. dub. 7. numero 71.* Ioannes de la Cruz *in directorio conscientia parte 2. de sacramento ordinis dub. 2. conclus. 1.* Ledesma *in summa tom. 1. de sacram. ordinis cap. 5. conclus. 2. circa finem*, asserunt satis esse, vt quis in tali casu tangat solùm calicem, aduertunt tamen, & cum illis Diana *dicta res.* 185. *in fine*, vt debeant ipsi diligenter curare, quod in ordinatione subdiaconatus tangatur Calix cum Patena, in Diaconatu liber Euangeliorum, in Presbyteratu Calix cum vino, & Patena cum Hostia, seu pane; quia ita Ecclesia præcipit. Et de his omnibus inquirens etiam Leander, & ex multis diuersas sententias referens *dicta disp. 4. à quæst.* 24. resoluit esse tamen de præcepto Ecclesiæ quod ordinandus in sacerdotem debet adminus tangere calicem, & Patenam, non amplius; quia hæc est illius praxis; & sic colligi ex titulo, videndus iterum Diana *parte 10. tract. 13. res.* 50. Vasquez *disp.* 146 *cap. 2. num.* 19. & 20. Ægid. *n.* 71 Hurtado *dif.* 15 & alij dicentes credibile non esse, vt non tangens Hostiam, mortaliter peccet; eo quod ordinandus habeat tunc manus linteo colligatas sitque difficile tangere tunc cum Calice ipsam Hostiam, præsertim si habeat digitos breuiores.

13 Et confirmatur amplius ex doctrina Lublini in vers. *ordo n.* 7. quem sequitur Leander *supra res.* 24. *in fine*, & cum eo Diana *dicta p. 10. tract.* 13. *res.* 50. dict. vers. *imo plus* dicentes in susceptione ordinis sacerdotalis non esse tangendam Hostiam ex eo probant, quia sicut tradendo calicem cum vino, non est opus tangi vinum, seu vasculum vino ita tradendo Patenam cum Hostia, non sit necessarium tangi Hostiam sed Patenam, in qua est Hostia. Dicunt verò quod esset error, si in Patena Hostia non esset de dictis in hoc dubio dixi plura *supra in Rub. de temporibus ordin.* cum egi de materia, & forma sacramenti ordinis.

Et quia si vinum non fuit appositum in calice, 14
quando aliquis suscepit Presbyteratus ordinem, dubium sese offerat num sacramentum sit inualidum, & sic denuo ordinandum, video in terminis disputantem Dianam *dicta p. 3. tract. 12. res.* 186. vbi refert affirmantes Ledesm. *de sacram. ordin. cap. 3. dif.* 3. Gasp. Hurt. *de ordine dif.* 13. Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. p. 2. de sacram. ordin. dub. 1. conclus.* 2. dicit enim Cruz *materia sacerdotis est traditio patena cum Hostia, & calicis cum vino: ita vt si in Patena non sit Hostia, & in calice vinum vitis, non manet ordinatus.* † Econtra tamen negatiuam sententiam 15
docent Filiucius *tom. 1. tr. 9. c. 2. n.* 4. Homobon. *de examine Ecclesiast. p. 1. tr. 4. c. 9. q.* 75. Bonacina *de sacram. disp. 8. q. vnic. punct. 3. n.* 3. Henriquez *lib. 10 cap. 6. n.* 1. fundamenta tacentes. Qua de causa extante relata doctrina dici debet, sub conditione esse iterandum, sacramentum, vt resolutum dicit Villalobos excommuni placito Scholæ salmanticinæ super hoc consultæ: ita *dict. tract. 11. dif. 4. n.* 1. & quod sic senserunt in illa Academia Doctores.

Ad tertiam quæstionis partem, an Episcopus possit ordinare extra tempora subdiaconum, qui 16
susceperat ordinem subdiaconatus, aut Diaconatus, siue Presbyteratus cum actuali intentione, & protestatione illud non suscipiendi. Hæc difficultas expectat ad verba textus nostri: *sed statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos.* vbi posset tractari materia de temporibus ordinationum, de qua latissime *supra sub tit.* dixi, & *ibi in cap. de eo* 3. vbi de interstitiis.

Ad quartam quæstionis partem, an Ecclesia ha- 17
buerit potestatem determinandi materias, & formas à Christo generice signatas &c. qui ergo tenuerint sacramentorum materias, & formas fuisse immediate à Christo Domino quoad speciem determinatas, cum per quadraginta dies post resurrectionem loquutus est cum Apostolis de Regno Dei sicque vt Apostoli fuerint promulgatores, non institutores sacramentorum, eorumque materiæ, & formæ ad nos deuenerint per Apostolicam traditionem, forte dicent non esse in Ecclesia potestatem determinandi in materias, & formas; quia vt habetur in Concilio Trid. *sess. 21. cap. 1.* quamuis possit statuere circa sacramentorum dispensationem, sed hoc est, saluâ illorum substantia, ergo nec poterit determinare, nec variare materias; & idem Trid. *sess. 7. can. 1.* ita videtur definire in verbis sequentibus: *si quis dixerit sacramenta noua legis non fuisse omnia à Christo instituta, anathema sit.* Quæ verba de immediata Christi institutione intelligunt Doctores proxime citandi, non de mediata, in qua nulla erat difficultas; & sic inferunt quod Ecclesia non determinauerit quoad speciem sacramentorum materias, & formas. Etenim Apostol. *1. ad Corinthios vers.* 1. dixit Apostolos esse tantum *dispensatores*, non *auctores mysteriorum Dei*, siue sacramentorum.

Itera

18 Item etiam probant, quia solus Christus est caput Ecclesiæ, ergo solus debebat ante suam gloriosam ascensionem ponere fundamenta Ecclesiæ, quæ sunt septem sacramenta, & relinquere fundatam Ecclesiam, ob quam venerat: addunt Theologi pertinere ad potestatem vocatam ab illis *excellentia*, quam habuit sola humanitas Christi, vt institueret immediate sacramenta, nedum in genere, sed in specie, determinatis signis, quibus ea conficerentur, his, & aliis sic docent D. Thom. *in 3. p. q. 60. art. 5. ad 1. art. 7. ad 2. & art. 8. & in 4. contra gentes cap. 74. & in 4. sentent. dist.* 23. Vbi Scotus, & alij, Altisiodorensis *in 4. p. summa tract. de Extrema Vnctione*, Valentia *tom. 4. disp. 3. q. 1. puncto* 3. Suarez *in 3. p. tom. 3. disp. 2. sect. 1. & disp. 12. sect. 2.* vers. *quares*, vbi ait *Ecclesia sicuti nunquam in se agnouit potestatem mutandi formas, aut materias sacramentorum; ita nec augendi, aut minuendi eorum numerum*: doctissime Magister Grauina, *tract. de sacrament. ordinis contra Spalatensem disp. 2. cap. 2. dub. 1. 2. & 3.* Candidus, *disquisit. moral. tom. 3. disquisit. 1. art. 4. dubio 2.* Reginald. *lib. 28. n. 4.* Filiucius *tr. 1. cap. 4. num.* 39. Saytus *lib. 2. de sacram. cap. 1. q. 7. art. 1.* Vasquez *in 3. p. disp. 135. c. 2.* & alij plures.

19 Sed quod materiæ, & formæ sacramentorum sint à Christo institutæ, non tamen singulæ quoad speciem, sed aliquæ quoad genus, tantùm determinandæ quoad speciem ab Ecclesia; & ita exceptis sacramentis Baptismi, & Eucharistiæ in cæteris sacramentis contingere, octo fundamentis acerrimè defendunt Innocent. IV. in textu nostro; & sic loquens de materia ordinum, dicit quod nisi fuissent aliæ formæ postea statutæ, sufficeret quod ordinator diceret ordinandos, sis Presbyter, vel Diaconus, vel subdiaconus, & hoc dicit pro illo tempore, in quo inuenitur *in epist. ad Titum*, quòd Apostoli manus imponebant ordinandis, & orationes fundebant: & prosequens Abbas *hic n. 3.* ait, vt hodie postea formæ sint per Ecclesiam inuentæ & statutæ, & de necessitate seruandæ; adeo quod si eis omissis fuerit aliquis ordinatus, suppleri debent, vt hic, & *in dict. cap.* sequitur etiam ex Innocentio Ægidius Bellamera *hic n. 9. & 10* & omnes dicunt, quod si formæ prædictæ seruantur, character imprimitur, ac infligitur animæ, & figura intellectualis, & indeficibilis ostendens ordinem collatum in Episcopi consecratione, per quam ordinatus à non ordinato, in die Iudicij discernetur.

20 Et probant amplius scolastici dicendo propterea Christum instituisse immediate omnia sacramenta, Ecclesiam verò tantùm promulgasse per hoc, quod Christus, vt dixi supra *in Rub.* immediate instituit singula sacramenta confici per res, & verba tamquam per materiam, & formam instituendo materiam, & formam in genere, quatenus voluit ea debere aliquo modo conuenienter, & apte significare practicè gratiam, & effectum cuiusque sacramenti, relinquendo Ecclesiæ determinationem, quoad speciem; nec enim dicunt Theologi, vt per hoc, quod Ecclesiæ determinet signa, quoad speciem tribuit illis producendi gratiam, cum solum ponat Minister Conditionem, sine qua non ea voctio haberet vim significandi gratiam, virtus verò practicè significatiua habeatur, à Deo tantum immediatè, item quia quod nec per hoc, quod Ecclesia determinet materias, & formas quoad speciem, desinit esse alligata institutioni Christi, non ergo potest dici quod Ecclesia immediate instituerit sacramenta, sed tantùm promulgarit, & executrix sit Diuinæ voluntatis, quæ per signa non determinata quoad speciem à Deo dat sacramentum.

21 Item etiam inter alia fundamenta ad id probandum dicunt, quia Christus voluerit materiam matrimonij esse contractum legitimum, & ita dicitur instituisse contractum matrimonij, sed per hoc, quod reliquit determinari ab Ecclesia legitimationem, contractus non tollitur, quod Christus immediate instituerit, & Ecclesia tantùm promulgarit; ergo à pari in cæteris sacramentis, v. g. in ordine, per hoc dicitur immediatè instituisse; quia voluit materiam debere esse aliquomodo expressiuam potestatis, quæ traditur per ordinem, quamuis reliquerit eam ab Ecclesia determinari quoad speciem; nec per hoc tolli dicunt, quin Ecclesia sit tantùm promulgatrix sacramenti ordinis, & faciunt quæ dixi *supra in tit. de sacra Vnctione, de sacramento Vnctionis, & de sacramento confirmationis*, vbi probaui Christum non determinasse quoad speciem preces horum sacramentorum.

22 Hanc sententiam tenet communis Doctorum schola, pluribus aliis fundamentis inter quos S. Bonauentura *in 4. dist. 13. art. 1. ad 2. & dist. 24. art. 9. ad 5.* vbi Gabriel Paludan. *in 4. dist. 7. q. 1.* Alensis *3 p. q. 9. art. 2. §. 3.* Ruardus Tapperus *in contron. art.* 17. Petr. Soto *de sacram. ordin. lect. 7.* Francisc. Victoria *de Extrema Vnctione n.* 220. Cardinal. Bellarm. *tom. 2. de sacram. ordinis cap. 9. fin.* Cardin. Lugo *de sacr. in communi disp. 2. sect. 5 n. 86. & 98.* Petr. Arcudius *de concordia Occidentalis, & Orientalis Ecclesia in sacram. administr. lib. 6. c. 4. § est autem duplex*, Amicus *in cursu Theolog. tom. 7. disp. 2. sect. 4. n.* 31. Franciscus de Lugo, Frater D. Cardin. *de sacramentis in genere c. 1. q. 7. n.* 78. Fornarius *de sacram. ordinis c. 2. n. 2.* Præpositus *in 3. p. q. vnica de sacram. ordinis dub. 10. n.* 109. Martinon. *de sacram. tomo 5. disp. 66. sect. 4. & 5.* Nugnus *in 3. p. q. 37. art. 2. in fine:* vers. *ad quartam*, Camerota *de sacram. tr. 3. cap. 1. dub. 2.* vbi ait formam sacramenti confirmationis esse determinatam ab Ecclesia, Conink *de sacram. disp. 20. dub. 7. n.* 65. Layman *lib. 5. tr. 9. c. 5. assere. 3* Bonacina *de sacram. disp. 8. q. vnica punct. 3. n. 4.* Castro Palaus *tom. 4. tract. 27. disp. vnica punct. 4. n. 11.* de Castillus *tom. 1. de sacram. tract. 1. disp. 1. dub. 2. n. 363. & tract. 6. disp. 1. dub. 10. n. 165. & dub. 11. n.* 174. Martin. de S. Ioseph: *in monita confess. tom. 1. lib. 1. de sacram. ordinis tract. 2. n. 5.* Nicolaus Isambert. *in 3. p. tom. 3. de sacram. ordinis disp. 1. art. 6. & 7.* Bernal. *de sacram. tract. 1. disp. 3. n 41. & disp. 47. sect.* Mendoza, *tom. 1. Theolog. moral. lib. 8. sect. 2. problema* 15. Marchinus *de ordine tract. 1. p. 7. cap. 5. n. 9.* Franc. Hallier *de sacris ordinibus cap. 2. art. 1. §.* 21. Æstius in *4. dist. 7. §. 10. & 11.* Auers. *de sacris ordinibus q. 2. sect. 1.* & cum aliis Leander *de sacram. tract. 1. tom. 1. disp. 1. q. 11. & tom 2. tract. 6. disp. 3. q. 3.* Angelus Maria, Berricel. *de miss. in Apostol. tit. 2. de ordine q.* 168. videndus. 23 † Vbi inter alia fundamenta probat illo etiam *ibi n.* 10 quia Doctores contrariæ sententiæ fatentur sacramentum legis naturæ fuisse institutum immediate à solo Deo, vt docet Cartagena *de sacram. disp. 6. cap. 2. in fine*, & tamen, omnes docere ait quod poterant Parentes pro libito hoc, vel illo signo externo vti in remedium peccati originalis paruulorum; infert ergo inde Berricel. quod determinatio talis signi quoad speciem non tribuit immediatam sacramenti institutionem.

24 Pluribus etiam adductis hanc probat Diana *p.8.tract.1.res.42.*vbi à vers *primum* probans non posse Ecclesiam in materiis,& formis substantialibus sacramentorum errare, dicens de varietate formæ, & materiæ, quibus diuersis temporibus vsa est Ecclesia ad sacramentum ordinis conferendum, concludit dicendum esse nullam materiam, vel formam in specie fuisse à Christo Domino determinatam ad hoc sacramentum conficiendum, sed tantùm in genere sub aliquo signo sensibili expressiui illius potestatis, quæ per ordinem traditur, non enim potest errare Ecclesia in assignandis mediis ad salutem necessariis, ad quod sunt datæ illi claues cum infallibili Christi promissione, & quod sacramentum ordinis sit maxime necessarium ibi probat, cum ex eo pendeant duo sacramenta ad salutem necessaria aprime, cuiusmodi sunt Pœnitentia, & Eucharistia, & insuper alia plura dicendo probat in vers. *& tandem* cum Patre Amico potuisse Ecclesiam pro variis temporibus, varias adhibere materias huius sacramenti, irritando priorem, & nouam statuendo à paritate sacramenti matrimonij,in quo antea adhibebat quemcumque contractum, etiam clandestinum; post Concilium verò Tridentinum *sess. 24. capite 1.* non adhibet, nisi publicum clandestino irritato, & ex aliis pluribus fundamentis videndus est etiam ipse Diana *parte* 10. *tract. 11. res.65.* vbi bene loquitur, & iterum *parte 6. tract. 8. res.18.*

25 Vltimo probatur ex diuersitate Ecclesiæ Romanæ,& Græcæ, vt abundè probatum est *supra quæst.* 1. vers. *ad primam*, ex qua Præpositus *in 3. parte D. Thomæ quæst. vnica de sacramento ordinis dub.* 10. *numero* 109. Diana *dicta parte 6. res.* 18. dicunt patere quam sit probabile ex prædicta differentia Christum non instituisse ordinum materiam, & formam in particulari, sed solùm in genere, monendo scilicet, vt ordines conferrentur per aliquod Symbolum sensibile, quo significaretur eorum potestas, atque adeo relictum esse Ecclesiæ determinare materiam, & formam, dummodo per illam significetur potestas, quæ ordine confertur, vt censent Ruard,Arcudius,Fornarius, & Bellarminus iam citati.

26 Et ad propositum probat Diana ex textu nostro *dict. parte* 8. *res.* 42. *tract.* 1. in vers. *probatur* in fine, vbi docuit Innocentius IV. iam adductus ab Abbate,& Bellamera hic, qui communiter receptus est tempore Apostolorum formam ordinationis fuisse solam manuum impositionem, & sic credi, quod sufficeret,nisi essent formæ postea inuentæ ordinatori dicere *sis sacerdos*, vel alia æquipollentia verba, sed sub diuersis temporibus, formas, quæ seruantur Ecclesia ordinauit, ergo sicut Ecclesia pro diuersis temporibus diuersa signa particularia determinauit in ordinatione;sic eam potuisse pro Græcis, & latinis determinare diuersa; ita tamen, vt vtraque Ecclesia Græca, & latina conferat ordinationem per sensibile signum, & verba rectè significantia traditionem potestatis, ac per consequens vtraque valide sacramentum efficiat; quia seruat formaliter loquendo materiam, & formam à Christo Domino institutam, licet materialiter vtatur signis diuersis,quatenus Græci magis confusè significant potestatem Diaconi, vel sacerdotis, latini magis explicitè, quatenus in Diacono duplicem exprimunt potestatem legendi Euangelium, & ministrandi solemni sacrificio in sacerdote pariter potestatem sacrificandi, & absoluendi, distinctè significant.

Hæc, & alia congerit Diana, vbi proxime, 27
& ante P. Franc. de Lugo *de sacramentis in genere*, vbi postquam *in capit. 1. quæst. 7. numero* 70. *&* 73. plura ex iam dictis approbarit, ait posse vrgeri magis relatam doctrinam ex ordinatione scilicet sacerdotum, & Diaconorum; quia sacerdotium, & Diaconatus conferebantur olim per solam manuum impositionem, vt habetur in dicto Concil. Chartag. IV. *canone* 3. *&* 4. & vt tradunt Clemens, Dionysius,Damasius, Augustinus *supra* adducti, quos refert Bellarminus *tom. 3. lib. vnico de ordine capit.* 9. de quo videndi Arcudius *de concordia Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis in sacram. administratione lib. 6. capit.* 3. Vasquez *tom.3. disp.* 239. Cardinalis Lugo *de sacram. in genere disp. 2. sect.* 5. & tamen nunc dicunt vt in Ecclesia Græca, non solùm Episcopi schismatici, sed etiam Catholici, & qui Romæ degunt, dum Græcos Presbyteros ordinant, sciente atque consentiente summo Pontifice, faciendo id non per Calicis, & Patenæ porrectionem, sicut latini, sed per manus impositionem super caput ordinandi, dicente Episcopo *Diuina gratia, quæ semper infirma sanat, & quæ desunt supplet, creat, seu promouet N. venerabilem Diaconum in Presbyterum; oremus igitur pro eo &c.* Et quod similiter ordinant suos Diaconos sine traditione libri, vel Calicis per solam manuum impositionem, cum his verbis: *Diuina gratia promouet hunc Diaconum &c.* Concludunt ergo vt non sufficiat pro vniuersa Ecclesia eadem materia, & forma sacramenti ordinis; & quod Ecclesia (vt iam est dictum *supra*) vtens hac potestate sibi concessa pro diuersis temporibus, aut Ecclesiis, diuersa signa determinauerit, siue diuersam materiam, & formam ordinationis materialiter sumptam.

Itaque Angelus,Maria,Berricel. *de miss. Apo-* 28
stolicis dicto tit. 11. de ordine quæst. 157. postquam dixit *à numero* 10. vers. *ex dictis* fundamenta contrariæ sententiæ ex adductis pro hac nostra doctrina, esse iam sine difficultate, & vt *capit. 1. dict. Trid. sess.* 21. quod magis vrget, vt nihil aliud intendat, nisi ostendere, quod potest Ecclesia præcipere communionem sub vna tantùm specie; quia id non tollit substantiam sacramenti: vt etiam expendunt Diana *parte 6. tract. miscel. 8. res. 18. in fine*, Præpositus *in 3. part. D. Thomæ quæst. vnica de sacram. ordinis dubio 10. numero* 109. Nec de alia mutatione agere *ibi sect. 4. numero* 34. vers. *hinc* ait etiam in sententia aduersariorum, si
Ecclesia non haberet authoritatem, aliquot † 29
sacramentorum formas, & materias determinandi quoad speciem, in ea in quam difficulter ipsos posse saluare quomodo ritus Græcus sit validus, & quomodo non sit variatio substantialis in vtroque ritu, dicit enim, si non est potestas in Ecclesia determinandi materiam quoad speciem, quomodo æquipollet Græca manus impositio supra caput latinæ traditioni instrumentorum? Concludit ergo difficiliter posse saluari; sed in nostra sententia faciliter saluari; quia quamuis istæ res substantialiter differant

differant *in ratione entis*, *& materialiter considerata*.impositio manus super caput, & traditio instrumentorum: tameo res istæ consideratæ formaliter, *quatenus materia sacramentales*, non differret substantialiter, sed accidentaliter tantùm; qnia istæ res, nempe impositio manus, & traditio instrumentorum non differunt *in ratione signi sacramentalis*; quia ex institutione Ecclesiæ prorsus significant, *nempe potestatem consecrandi corpus, & sanguinem Christi* essèque differentiam accidentalem: nam ex institutione Ecclesiæ significatur idem per diuersas res, sicuti laurus, & mirthua in ratione signi vini venialis. †

30 Et Iuxta hæc loquuntur Præpositus *in dictum. 3. p. de sacram. ordin. dub.* 10. n. 109. Arcudius *in concord. dict. lib. 6. cap.* 4. Flornar. *de sacram. ordin. c.* 3. & duo Cardinales Bellarmin. *de sacram. ordin. c.* 7. dicens *credibile non esse Dominum instituisse istas ordinum materias, neu in particulari, sed generatim, monendo Apostoles, vt ordines conferrent per caremonias instrumentorum, quibus significaretur eorum potestas*: Late Cardin. Lugo *tom. 1. de sacram. in genere disp. 2. sect.* 2. Petr. à S. Ioseph *in iden Theolog. sacram.* 35. *res.* 3. late deferens, vt refert Diana *dicta res. 4 a. lib. 8. tract.* 1. dicentes per se loquendo io materia ordinationis ex institutione Christi esse quandam latitudinem; ita vt per se loquendo, ea consistat in porrectione Calicis, & Patenæ cum pane, & vino, ex concessione tamen sedis Apostolicæ sufficiat ex parte materiæ manuum impositio, sine illa instrumentorum porrectione; quemadmodum ex eadem Christi institutione, in Ministro confirmationis est aliqua latitudo: nam per se loquendo Episcopus potest valide tale sacramentum conferre, vt late dixi *tit. de sacra Vnctione* §. *per frontis* à quæst. 7. quod si accedat consensus sedis Apostolicæ, simplex sacerdos illud valide administrare possit; nec mirum dicunt, vt in sacramentum administrasse admittatur quædam latitudo quoad partes ipsorum essentiales: nam cum non sint partes physicæ, sed morales ex voluntate Christi pendeotes, vt dixi *in cap.* 1. *q.* 3. *&* 4. & in textu nostro noo erit opus, vt consistat in indiuisibili.

31 Et *in dicto n. 10. vers. probatur*. Confirmat nostram sententiam; quia præsertim in sacramento ordinis, & confirmationis adeo discrepant ritus Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ, vt supposito quod solus Christus determinauerit, etiam quoad speciem materias, & formas omnium sacramentorum, impossibile (ait) omnino esse eos ritus conciliare; ob quod concludit dicendum Eccclesiam determinasse materias, & formas aliquorum sacramentorum quoad speciem (vt dictum est) & Diana *in dicta res. 42. dict. p. 8. tr. 1. in fine*. post multa, quæ recollegit: ita expendit dicendo quæstionem hanc satis difficilem, sed ex prædicta resolutione plures difficultates facilius resolui Sin antem aliter discerentur, vbique vepres, & spinas inueniri. Et Abbas *hic n. 4. vers. potest*, & non dissentit Bellamera *n. 30.* dicentes quod valet Papa in talibus formis constituere, & constitutiones facere, non constitutiones Deo contrarias; quia animæ, & ad eas pertinentia sunt de Iurisdictione eius, & Sanctorum Patrum, adducens textum *in cap. suscipitis dist.* 10. *& cap. cum aduersum dist.* 16. *& cap. selita de maiorit. & obed.* Videbis quæ dixi *supra in Rub. q.* 5. *à n.* 1. Et quia post hæc vidi late agentem P. M. Prado *in 3. D. Thom. q. 6. de sacramentis in genere* ideo illum leges *toto dubio* 13. *&* 14. *cum suis* §§. ibi bene resoluit contrarias DD. sententias explanans.

QVÆST. III.

An character per constitutionem Ecclesiæ circa materiam, & formam ordinum, imprimi valeat, & qualiter? Et an cum quis ordinando vngit, debeat simul rationes dicere? Et quid sit si aliquid deficiat, seu orationes mediet? An alius Episcopus possit supplere defectus ordinis collati ab illo, qui contulit? An manus impositio Presbyterorum adstantium cum Episcopo, sit tantùm caremonialis, & supplenda? Et quando sit locus suppletioni, & non iterationi iuxta speciem textus nostri.

SVMMARIVM.

1 *Character imprimi valet per constitutionem Ecclesiæ circa materiam, & formam ordinum.*
2 *Characteris impressio reducitur ad congruentiam eorum, quæ accidunt in Bello, vel familia Principis.*
3 *Presbyteri, & Diaconi vnguntur olei liquore, Episcopi chrismate.*
4 *Orationes signata ad collationes ordinum debent dici.*
5 *Orationes, & vnctiones sacramentales non sunt mediandæ.*
6 *Oratio ordinationis mediata ab Episcopo, est repetenda integrè, si substantialis est; aliter repetetur solùm quod deficit oratione, vel vnctione, vt* n. 7.
8 *Benedictiones, & ritus diuersi, quibus vtitur Pontificale Romanum* n. 9. 10. 11. 12.
10 *Dextera ponitur super caput ordinandi.*
11 *Cingulo ordinatur vngitur certis orationibus.*
12 *Calix traditur ordinando cum vino, & Patena.*
13 *Episcopus qui defecit in ordinatione, si adest, debet supplere; sin autem alius eiusdem ordinis, &* n. 14. *vbi qualiter.*
15 *Presbyteri duo sacerdotalibus vestibus induti, debent adstare Episcopo ordinatori, qui manus etiam imponunt super caput ordinandi secundùm aliquos* n. 16. *quod in desuetudinem abiit* n. 17.
17 *Manus impositio Presbyterorum adstantium cum ordinatore non inferunt aliquid substantiale, sed caremonialia quid* numer. 18. 19.

AD hæc omnes difficultates respondent in præsenti Abbas, Panormitanus, Egidius Bellamera, & alij omnes. Et ad primam suppositis quæ dixi *q. 1. & hic q* 2. *à n.* 1. & in vers. *ad quartam*, vbi latè dictum est materias, & formas sacramentorum plurium, & si in genere assignatas à Christo Domino, in specie autem designatas esse ab Ecclesia; iam nunc breuiter dicendum est, vt 1

per constitutionem Ecclesiæ circa materiam, &
formam ordinum, valeat imprimi character, tum
ea dictis in *Rub. q. 1. & 2.* Vbi de charactere,
tum quia ex quo diximus in fine quæstionis pro-
ximæ præcedentis, quod potest Papa in talibus
formis constituere, & constitutiones facere, non
constitutiones Deo contrarias, quia animæ, &
a ad eas pertinentia sunt de Iurisdictione eius † in-
de eueniat, vt quemadmodum dixi *supra in di-
cta Rub. in princ.* vers. *quare* posui characteris
impressionem reduci ad congruentiam desum-
ptam ex his, quæ fiunt in exercitu, vel familia
Principis; siquidem olim milites notabantur cha-
ractere impresso, vt ab aliis discernerentur, sicut
etiam aliis stigma, vel nota in brachio imprime-
batur *ex cap. si Iudex de sent. excommunic. lib. 6.*
quod non animæ contingebat, sed tantùm cor-
pori, eodem modo hic imprimatur non corpori,
sed animæ, & sic indelebile, vt *ibi* dixi: etenim
concludunt relati Abbas, & Ægidius, si Prin-
ceps hoc inducit, quid mirum, vt hoc Ius pos-
sit, & Ecclesia inducere argum. textus *in cap. 1.
30. q. 3.*

3 Ad secundam quæstionis partem, an cum or-
dinans vngit, debeat, & orationes dicere? Et sup-
positis quæ dixi *supra hoc tit.* in Rub. q. 4. *an re-
quiratur, quod materia, & forma simultate tem-
poris coalescant;* & alibi: etenim Abbas *hic sub n.
1. vers. quare an Presbyteri*, & Bellamera *sub n.
2.* cum glossa *hic* aduertunt quod Presbyteri, &
Diaconi Vnguntur olei liquore, sed Episcopi vn-
guntur Chrismate, vt *supra de sacra vnctione c.
4 vnico*, vers. *hoc vnguento.* † Et quod debeant ora-
tiones dici, videntur omnes probare, ac patet ex
adductis *supra* de applicatione verborum mate-
riæ huius sacramenti, vt dictum est, tam in Rub.
ac hic tractu nostro.

5 Quod si aliquid deficiat, seu orationes me-
diet ordinans, respondent Abbas, & Bellamera
hic sub dicto n. 5. ille *sub 2. in fine*, quod si est
facta vnctio, & non oratio, suppleatur oratio;
quod si dicta sit oratio, & non vnctio facta, vtra-
que sit supplenda; quia oratio adhæret vnctioni.
Innocentius verò dicit vtramque esse iterandam,
quacumque deficiente; quia isti sunt duo actus
non separati, sed coniuncti; quomodo enim dice-
ret Episcopus *sacrificare, consecrare, benedicere,
dignare Domine manus istas.* Per hanc vnctio-
nem si nulla fieret vnctio, vt *supra tit. proximo
dicto cap. vnico*, dicunt expressius apparere in
Baptismo; quia quomodo diceret *ego te Baptı-
zo*, nisi immergeret; licet prius esset immersurus:
argum. *in cap. 1. de Baptismo*, Hostiensis, & Ioan.
Andreas *hic*, quod tamen intelliges, si vnum tan-
tum esset positum.

6 Item si Episcopus diceret mediam partem
orationis, dicendum est cum Abbate, Bellamera,
& Innocent. vt sit tota integre repetenda, nec suf-
ficiat supplere aliam mediam, si oratio sit sub-
stantialis, seu dubitetur, quod sit talis, vel etiam so-
lemnis.

7 Et addit Abbas quod si vna manus sit vncta
adimpletur, si sola altera in vngatur; ita etiam In-
nocent. & Bellamera *n. 4 & 5.* & tunc vbi dicitur
manus in plurali, sit dicenda oratio manus in sin-
gulari, Abbas *supra*; qui addit quod in ordinibus,
conferendis possunt dici quæ non sunt de sub-
stantia ordinis, nec de solemnitatibus secundùm
Hostiens. quæ non sunt de necessitate iterandæ;
sic vt si aliter ordo legitimè fuerit collatus,
non sit propter hoc reiterandus.

Et hæc omnia confirmantur ea his, quæ ap- 8
parent ex Rituali Romano Pontificiali, *fol. 1.* Cæ-
næ Domini in benedictionibus Chrismatis ad sa-
cramentum confirmationis, ac fit de Balsamo,
cum primo fiat benedictio olei infirmorum, po-
stea olei, & Balsami ad chrisma; siquidem in pri-
ma oratione Balsamum benedicetur odoriferi
corticis lachrima vt sit acceptabilis Diuinis mi-
steriis. In secundo postulat à Deo, vt vnguente,
quod radix produxit stirpeam spiritualem gratiam
largiendo, plenitudinem sanctificationis infun-
dat, sit fidei Regalitate conditum, sacerdotalis vn-
guenti chrismatis perpetui ad cœlestis vexilli im-
pressionem dignissimam, vt Baptizati eo peruncti
corporum, & animorum, benedictionem plenissi-
mam consequantur, & beatæ fidei, collato mune-
re peremniter amplientur. † In tertio verò cum 9
oleum, & Balsamum commixta sunt, postulat
adeo Ecclesia, vt illius diuersarum specierum li-
quores creatos Sanctæ Trinitatis perfectione
benedicat, & benedicendo sanctificet, concedat-
que, vt simul permixti vnum fiant, & quicumque
exterius eis perunctus fuerit; ita interius liniatur.
Alia tradit Basilius Pontius *in tract. de confirma-
tione*, circa significationem, & applicationem ha-
rum, & aliarum orationum in illo sacramento
conficiendo *p. 2. cap. 1. n. 1.* Et etiam patent aliæ
multæ in celebratione sacramenti ordinis in eo-
dem Pontificali destinatæ ad quemlibet ordinem,
sicut expressit Ioannes Maria Berricel. *de missio-
nibus Apostol q. 168 sect. 5.* Vbi de ritu Armeno
in ordinibus conferendis *à n. 41.* ponit cuilibet or-
dini, ac cæremoniis aptas.

Igitur expletis quibusdam cæremoniis, & testi- 10
ficationibus de aptitudine, & Dignitate oblati,
nec non aliis fusis precibus, Pontifex ponens
dextram super caput ordinandi, dicit vnam ora-
tionem, & secundo, & tertio ponit iterum dex-
tram super caput eiusdem, alias orationes dicen-
do; post hæc reflectit stolam ab humero sinistro
illius, & imponit super dexteram dicens: *accipe
iugum Domini nostri Iesu Christi; iugum enim
eius suaue est, & onus eius leue.* Et deinde eo-
dem ritu Armeno post diuersas epistolarum, &
euangeliorum lectiones, aliasque preces, & cære-
monias, imponit Mytram incuruam super caput
eius dicens: *accipe Galeam salutis de manu Do-
mini nostri Iesu Christi*; itē & amictum super hu-
meros illius dicens: *Dominus noster Iesus Chri-
stus induit te vestimento salutis, & indumento
letitia renouatum in decore noua, & spiritualis
vita.*

Præterea ligat eum cingulo dicens: accipe po- 11
testatem à Spiritu Sancto ligandi, atque soluendi,
quam & Dominus noster Iesu Christus dedit
Sancti Apostolis dicens: *quodcumque ligaueris
super terram, erit ligatum, & in cœlis, & quod-
cumque solueris super terram, èrit solutum & in
cœlis.* Post hæc clero hymnum canente, vngit
cum oleo sancto in manibus, & in fronte dicens:
*Domine Deus noster, qui manus hasce sanctita-
te, & benedictione vnxisti quacumque ista bene-
dixerint, tu benedic, & quidquid manus ista con-
secrauerint in nomine tuo, tu confirma, & per-
fice, vt sint roborata per gratiam Domini nostri
Iesu Christi, quem decet gloria, imperium, honor
nunc &c.*

Deinde tradit illi calicem cum vino, & Pate- 12
nam superpositam cum Hostia, dicens: *accipe,
suscipe;*

suscipe accepisti enim potestatem consecrandi, & conficiendi sanctum sacrificium in nomine Domini nostri Iesu Christi, tam pro viuis, quàm pro defunctis. Et den que Pontifex benedicit nouum Presbyterum dicens: *benedictio Patris, & filij, & Spiritus sancti descendat super te; qui iam perfectus es in ordine sacerdotali ad offerendum propositionem corporis, & sanguinis Christi pro pace, & remissione peccatorum, amen.* Hæc ponit ad ordinem Presbyteratus conficiendum Iuxta illum Ritualem Berricelus *supra*, & ex Sancto Gregorio Doctore Armeno refert Clemens Galanus *in conciliatione Ecclesiæ Armenæ cum Romana cap. 31. ex n. 11.*

13 Ad quartã partẽ an alius Episcopus possit supplere defectus ordinis collati ab aliquo alio Episcopo? Dico quod vbi adest copia Episcopi illius, qui cũ defectu ordinauit aliquem, debet ipse supplere defectum suæ ordinationis, quod si mortuus sit, vel haberi non potest. de facili tunc possit suppleri per alium, scilicet eiusdem ordinis, &
14 ad hoc potestatem habentem. † Quod si v. g. postquam Episcopus super manus ordinandi oleum comparsisset, inuasit infirmitas antequam eum vnxisset: tunc aut alius Episcopus supplebis, seu ipse idem, infirmitate cessante, fundendo alia vice oleum incipiens accipite, quia licet, vbi actu diuersi sunt, non sunt reiterandi; si tamen vnus actus non perficiatur, à capite incipiatur: vita Bellameta *hic num. 6.* ex doctrina Innocent. absolute tamen in casu quando, (vt *supra* dixi *quæst. 2. à num.* 1. in aliqua ordinatione non fuit applicata debita materia, an possit die sequenti suppleri? Concludunt post *ibi* dicta Quintana Dueñas, *in theologia morali lib. 1. tract. 6. singu. 1. 1.* Diana, *p. 9. tract. 8. res. 1.* quod *ibi* dicta, & quæ non sunt dissimilia; imo, vt *ibi* videtur difficiliora suppleri possunt à quocumque Episcopo, nec vllam distinctionem faciunt.

15 Ad quintam quæstionis partem; an manus impositio Presbyterorum adstantium cum Episcopo, sit tantùm cæremonialis? Aliqua dixi *supra* sub hoc textu de tali manus impositione; & nunc ex Abbate *hic sub num. 1.* vers. *oppon.* & Hostiensi, *in cap. nec Episcop. de temporib. ordin.* dico quod quando Episcopus ordinat Presbyterum, saltem duo Presbyteri Sacerdotalibus induti debent adstare iuxta textum, *in cap. Presbyter. 23. dist.*

16 Et quod multi seruant vt omnes præsentes manus imponant per *dict. cap.* sed Hostiens dicit vt illud cap. debeat intelligi de indutis, alias impossibile videri, vt alij non induti etiam imponerent commode; & quod manus à dictis Presbyteris tunc sint imponendæ ex glossa fin. & quando Episcopus incipit orationem ad benedicendum sacerdotem; tunc illas debeant eleuare; ita quod non tangant caput ordinati, aliqua alia addunt ex eadem glossa Hostiensis, & Abbas hic *ibi* videnda.

17 Sed quia idem Abbas, & Hostiensis proxime adducti dicunt inualere consuetudinem multarum Ecclesiarum, quod nec duo induti Presbyteri assistant; ideo existimo in his cæremoniis standum esse consuetudini receptæ in prouincia, seu Episcopatu. non enim refert aliquid substantiale hæc Presbyterorum manus impositio, cum ipsi nequeat conferre ordinem sacerdotij, eo quod careant charactere Episcopali, quia sola manus impositio est de essentia Presbyterorum; est tantùm cæremonia accidentalis, vt dixi *supra*, & probat Angelus Maria Berricel. *dict. lib. de missionib. Apostol. tit. 11. de ordine q. 168. sect. 3. num. 26* †. Et hæc sufficiant dicta etiam pro in- 18
tellectu vers. textus nostri ibi: *Suspensio autem manuum debet fieri, cum oratio super caput effunditur ordinandi*, & Hostiens relatus ab Abbate, *hic num. 1. in fine*, exponit sic quod quandocumque veniat super hunc famulum, vel emitte spiritum, vel da ei dignitatem, vel in talem ordinem dedicamus, vel his simile semper manus imponant in aliis, vel retrahant manus ad se, vel super caput, teneant suspenso.

Ad vltimam quæstionis partem quando sit 19
locus suppletioni, & non iteratum in iuxta speciem textus nostri ex proxime dictis, *in hac quæst. & quæst. 1. & in cap. 1.* hic patet abundè.

QVÆST. IV.

An qui administrauit Sacramentum ordinis, vel Baptismi, inualidè teneatur cum periculo honoris, & vitæ manifestare hunc defectum:

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus validè Præsbyter, potest functiones Diaconatus, & subdiaconatus exercere, etsi illos recepisset in validè.*

2 *Sacerdotalis ordo, seu Episcopatus receptus inualidè non suppletur per alios ritus susceptos.*

Libuit hanc quæstionem hic apponere, quia 1
non multùm distat à tractatione nostri tituli, nec alibi congruè apponi valeat. Igitur quoad sacramentum ordinis contra Ochogauiam *de sacram. tract. 2. de confessione sacram. qu. 41. nu. 6.* dico quod quando videlicet quis inualidè fuisset ordinatus Subdiaconus, vel Diaconus, & postea valide suscepisset Præsbyteratum, possit validè cæteras ordinum aliorum functiones exercere; quia in eo virtute continentur; indeque inferri, vt cum aliquis inualidè ordinauit Subdiaconum, vel Diaconum; postea verò ordinauit validè Sacerdotem, non teneatur cum periculo vitæ, aut famæ manifestare talem defectum, quia supposito charactere sacerdotali, valide exercebit functiones dictorũ ordinum: sic ex doctrina Soti *in 4. d. 24. q. 1. art. 4. in fine* Sanch. *in opusculo mor. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 14. n. 3.* cũ aliis, & Diana in terminis *p. 5. tr. 13. miscel res. 55.* vbi dicit hanc sententiam summopere placuisse Patribus societatis Iesu
pluribus † Et confirmatur ex doctrina Iacob. 2
Granados *in 1. 2. D. Thomæ contr. 9. tract. 1. disp. 6. n. 2.* dicentis dictos ordines non esse ita necessarios, vt per sacerdotalem potestatem suppleri non possint munera propter quæ instituta sunt, & propterea non habeant annexum aliquem actum absolutè necessarium ad fidelium salutem, aut defectu eius proueniat Ecclesiæ notabile damnum; secus enim ait Diana *supra*, si inualide fuisset collatus ordo sacerdotalis, aut Episcopalis, putans tunc cum periculo vitæ, aut famæ manifestandum esse defectum; quia alioqui sic ordinati exponerentur periculo non consecrandi, non absoluendi pœnitentes, non ordinandi, cum deci-

deres

deret in detrimentum maximum fidelium; & hoc idem contingeret quoad sacramentum Baptismi; & in veram dicit, Ochogauiæ sententiam.

AD TITVLVM ET Rubricam de filiis Præsbyterorum, & aliis illegitimè natis.

1 *Ordinari prohibiti censentur.*
2 *Illegitimi generaliter fieri clerici non possunt.*
3 *Spurij, & illegitimi sunt inhabiles ad Ecclesiastica beneficia.*
4 *Illegitimorum plures species signantur, & aly inter eos sunt naturales, vt* n. 5.
5 *Naturales fily vocantur; quia generauit eos natura, &* n. 16.
6 *Spuri vox generaliter comprehendit omnes sed specialiter quis dicatur* nu. 7. 8. 9. 10. & 11.
8 *Spurij ex diuerso semine orti, patrem non habens certum.*
9 *Spurij etiam* bastardi *vocantur.*
10 *Fily noti vocantur vulgo ex meretricibus orti.*
11 *Spurius quare sic dictus, nec hæres esse potest* n. 12.
12 *Fily clericorum dicuntur sacrilegi, & nefandi, qui hæredes parentum non sunt, cum sint incapaces successionis paternæ hæreditatis,* n. 13. *& propinquiorum parentis, vt* nu. 14.
13 *Spuriorum parentes, filijs non succedunt.*
14 *Spuriis propinqui non succedunt ipsis.*
15 *Spurius illegitimus, ac fily clericorum, ordinari, & beneficiari prohibentur, nisi legitimentur vt* n. 16.
16 *Naturalis filius quis propriè dicatur.*
17 *Filij status Iudicandus est ex tempore conceptionis.*
18 *Legitimitatis, & illegitimitatis filiorum, duo genera ex antiquitate Romana.* nu. 19. & n. 20.
20 *Valentiniani, & Valentis constitutio de illegitimis, vnde orta.*
21 *Illegitimatis aliqui effectus spirituales.*
22 *Legitimus filius quibus signis reputetur talis.*

1 QVia sunt multi, qui nec ordinari, nec beneficiari possunt, vt illiterati, de quibus supra *in tit. de ætate ordinand.* vt *in cap. cum sit ars.* 14. *& in cap. fin.* item & infideles, & hæretici ab ordinibus repellantur, *cap. Arrianos* 1. *q.* 1. & Neophiti, qui noui ad christianam fidem venerunt, difficulter ordinari valeant, nisi præhabito diligenti examine, nec homicida, *cap.* 1. *de homicidio*, de quo plura *in cap. fin. de temporibus ordinat.* nec excommunicati, suspensi, aut interdicti *dist.* 81. *per totam.* ad quod applicabis aliqua dicta *in cap cum bona supra de ætate ordin.* nec infames infamiâ Iuris, quorum scilicet status, vita, & moribus est reprobatus, aut qui de crimine fuerint accusati, *cap. laici* 31. *dist. cap. qui in aliquo* 51. *dist. cap. tantis, cap. Daniel.* 81. *dist. cap. fin. de testibus, cap. omnipotens Deus de accusat.* regula infamis *de reg. Iuris*, & qualiter infames infamia facti Nicolaus Garcia *de beneficiis, p.* 7. *cap.* 8. *n.* 5. Bellet *disquisit. cleric.* §. 10. Camp. Rub. 11. *cap.* 18 *a n.* 1. Iulius Labor *lubric. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 16. *n.* 99. nec criminosus, & qui notoriè permanet in peccato mortali, vt supra dictum est *in cap. ex tenore, cap. ad aures de temporib. ordin.* vt vsurarij, *cap. maritum* 33. *dist.* Simoniaci, *cap. sancitum* 1. *q.* 1. falsificatores litterarum Apostolicarum Labor *dict. cap.* 16. *n.* 110 Campan. *dict. Rub.* 11. *n.* 19. Tamburin, *de Iure Abbat. q.* 21. *n.* 1. ad quod applicabis quæ dixi *infra in cap. cum non ab homine de Iudiciis a quæst.* 26. *&* 30. nec accusatus, vel denunciatus de aliquo delicto graui, pendente accusatione, seu denunciatione, *cap. omnipotens* 4. *de accusat.* nisi esset accusatus per maleuolos, neque qui aliquando in furiam insaniunt. *dict. cap. maritum*, nec pœnitentes solemniter; qui publicam pœnitentiam pro graui, & publico delicto egerunt propter ordinis Dignitatem, *dict. cap. maritum, cap. ex pœnit. cap. illud* 33. *dist.* de quibus, & de pœnitentiato in sancto officio dixi supra Valensis *in Rub. de clericis peregrin.* §. 1. nec Bigami, vt *infra* de Bigamis dicn, nec coniugati per tot. *dist.* 31. 32. 33. *&* 34. *cap. coniugatus de conuersione coniugator, cap. fin. de temporib. ordin. lib.* 6. nec serui, & mancipij, de quibus *infra suo tit.* nec curiales, id est qui propter aliquod officium curiæ sunt addicti, vt dico *infra tit. sequenti de obligatis ad ratiocinia*, nec corpore vitiati; vt *infra tit.* 20. nec arreptitij, siue à Dæmone obsessi, & Energumeni, qui ex Dæmonis agitatione ad terram alliduntur, vel eos spiritus malignus corporaliter aliquomodo vexet *dict. cap. maritum, & cap. communiter cum sequent.* 33. *dist.* nec Peregrini, & ignoti, nisi bonum habeant plurium Episcoporum testimonium vt 96 *dist. per totam*, de quibus dico *infra* de clericis peregrinis. Et titulus noster inscribitur *de filiis Presbyterorum ordinandis, vel non*; & in super Rubrica huius tituli idem scribat de filiis illegitimis, quorum impedimenta quoad alios effectus Iuris prosequantur *in tit. infra qui fily sint legitimi*, & alibi.

2 Ideo iam nunc postquam *à titulo de temporibus ordinationum ibi, cap.* 11. dictum sit non posse ordinari, nisi qui legitimum beneficij, seu patrimonij habuerint iuxta *ibi* dicta, oportune inquirendum est, tam de filiis Presbyterorum, seu de aliis illegitimis non ordinandis, seu beneficiandis, & qualiter possint ordinari, & beneficiari. Generaliter enim illegitimi non possunt fieri clerici, cum ad clericatum promouendi debeant esse de legitimo matrimonio nati, ac de legitimis natalibus orti, *cap. Presbyterum, & cap. sequenti* 56. *dist. cap. cum in cunctis de elect. cap. per venerabilem in fine qui filij sint legitimi, cap.* 1. *de hoc titulo*, vbi Abbas *n.* 1. Concil Trid. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 5. Bellet. *tit. de disciplina clericali* §. 3. *à princ.* Campanil. *in diuersorio Iuris canonici dict. Rub.* 11. *cap.* 13 Laurent. de Perinis *tom.* 2. *de Prælato q.* 2. *cap.* 5. §. 9. Petr. de Bollo *in œconomia canon. class.* 1. *cap.* 2. §. 3. *pag.* 47. *&* 48. Torreblanca *lib.* 2. *de Iure spirituali cap.* 13. *n.* 42. cum aliis Barbosa *de Iure Ecclesiast. cap.* 33 *p.* 1. *n.* 149. Garcia *de benef.* 7. *n. cap.* 2. *per totum.* † 3
Vbi dicit quod spurij, & alij illegitimi sunt inhabiles ad Ecclesiastica beneficia, cum nec ad ordines, nec ad clericatum admittantur ex *dicta cap.*

cap. innotuit de elect. cap. fin. hic, & in cap. 1. *eodem lib.* 6. ex Trid. *sess.* 22. *cap.* 20. ibi: *de ipsorum ordinandorum natalibus*, & *cap.* 7. ibi *ordinandorum genus* cum multis Barbosa, qui & *hic sub Rub. num.* 1. referens infinitos agentes de materia huius tituli, quos sub Rubro offendes. Et alios infinitos congerit idem Garcia *dicto cap.* 2. *num.* 5.

4 Solùm inquam notandum existimaui illegitimorum plures esse species, eo quod concubitus, quibus filij procreantur varius esse possit; siquidem illecebræ multiplices esse solent, quæ parentes ad eam illicitam coniunctionem ineundam deducere potuerunt. Horum enim quidam dicuntur spurij, alij vulgò concepti, varij alij, aut manceres, aut incestuosi, seu nefarij, adulterini, sacrilegi, nothi, Hybridæ, & Bastardi, quorum omnium differentias explicarunt late Palæotus *lib. de nothis cap.* 16. *cum sequentib.* Roxas. *de success. ab intestato cap.* 1. *& cap.* 19 Canon. *lib.* 2. *comment. cap.* 16 *ex n.* 2. Plaxa *lib.* 1. *de delictis. cap.* 41. *ex n.* 1 qui omnes solent frequenter appellari spurij, vt *dict. cap.* 16. *n.* 4. resoluit Palent, & cum aliis Matienc. *in l.* 6. *glossa.* 3. *n.* 2. *& in l.* 9. *glossa* 2. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop.* Ceruantes *in l.* 9. *Tauri num.* 23.

5 Inter hos in quam illegitimos, alij etiam appellantur filij naturales, qui sic dicuntur de Iure Ciuili *in l penult. & fin. cod. de concubinis, iuncta l. si quis off. ff. de rita nupt.* quando erant habiti de vnica concubina Domi habita; de Iure autem Canonico *in dicto cap. innotuit de elect. & in dicto cap. tanta qui filij sint legitimi*, necessum est tantùm quod nascantur de parentibus sic solutis, inter quos posset matrimonium contrahi tempore conceptionis, aut natiuitatis, vt hodie etiam *lege Regia Tauri.* 11. *quæst.* 9. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil.* cauetur in verbis sequentibus: *porque no se pueda duder quales son hijos naturales, ordenamos, y mandamos que en tonçes se digan ser hijos naturales, quando al tiempo que nacieron, o fueren concebidos, sus padres podian casar con sus madres Iustamente sin dispensacion, contanto que el Padre lo reconosca por su hijo, puesto que no aya tenido la muger de quien lo vbo en su casa.* Ob idque naturales vocantur; quia generauit eos natura, non honestas; è contra quidem in illis, qui legitimi vocantur ex legitimo matrimonio nati ex *cap. quod nobis, cap. causam quæ el* 2. *qui filij sint legitimi, princ. instit. de patria potest, & in l.* 1. *tit.* 15. *p.* 4. quæ legitimitas obseruatur inter filios infidelium, etsi de Iure canonico non valeat, si tamen conuertantur ad fidem, vt *in cap. fin. qui filij sint legitimi*, quia illud matrimonium non dirimitur, etsi conuertantur ad fidem, cum illi legibus Ecclesiæ, quando matrimonia inierunt non tenerentur, & de istis filij legitimi vocati *in l.* 1. *tit.* 12. *p.* 14. referuntur sequentia verba: *sonansi como sa grados, pues que son fechos sin malaestanca, é sin peccado, é sin todo aquesto son tenidos por mas nobles, por que son ciertos, y conocidos* &c.

6 Generaliter verò spurius omnes in vniuersorum comprehendit quoscumque non Iustè natos, nihilque ab illegitimi significatione differt, cum ad omnes illos pertineat qui ex illicito quocumque congressu orti fuere; & Iuxta hunc modum nomen *spurius* sumitur latissimè, Bartol. *in l. fin. ff. de his quibus vt indignis*, Caccialupus *in l. si qua illustris col.* 1. *cod. ad Orphitian.* Palæotus Ceruantes, & Matienco *vbi supra*, † Pro- 7
prie tamen dicitur is, qui ex muliere ad quam omnibus patet additus procreatus fuit, vt docent adducti, Anton Richard. *in Rub. de hæredit. quæ ab intest. deferuntur* §. 7. *ex n.* 6. *ad* 8. Vbi generalem regulam constituit, vt vbicumque Patrum coniunctio; aut vxoria; aut concubinaria non fuit, semper filios illegitimos oriri quocumque alio modo sint concepti.

8 Spurij inquam ex diuerso semine orti, Patrem non habent certum vnde prouenerint, sed quasi ex hominum collutione geniti; idcirco spurij dicti sunt, vt Iustinianus ait *in* §. *si aduersus inst. de nuptiis*. Conan. & Palæot. *supra*, vel quod olim (vt Plutarcus existimat) his duabus litteris notarentur. S. P. id est sine Patre, quas vulgus de nomine spurij interpretatus est, cui videtur assentire Caius in inst dum ait, spurios sine patre filios, notat Cobar, *in* 4. *p.* 2. *cap.* 8. §. 5. *in principio*: plura adducit Gom. *in cap.* 1. *n.* 47. *de const. lib.* 6. Conauus, Palæotus, & Ceruantes iam relati, imo.

9 Hi inquam spurij vocantur etiam *Bastardi*, vt in glossa Rubricæ *ff. de concubinis*, quod nomen etiam est generale; item spurios comprehendens, aut econtra, † & filij inquam qui nascuntur ex 10
meretricibus vulgo *Rameras*, quæ in custodia non sunt *nothi* appellantur; qui Iuxta *dict. leg. Tauri* 9. debent à patre recognosci, vt proprij filij, qui & etiam *Manceres* appellentur Iuxta iam adductos *deuteron. cap.* 4. & tradit Villalobos *in summa p.* 1. *tract.* 3. *dif.* 57. *n.* 2. *circa finem*, Vbi addit illegitimorum spurios vocari eos, qui orti sunt à parentibus, inter quos nec tempore conceptionis, nec natiuitatis, matrimonium legitimum contrahi non poterat, etsi possent monstrare suum patrem, vt *in l. vulgo ff. de stata homin. & in dicto cap. tanta qui filij sint legitimi*, & *nothus* filius idem dicitur, ac Bastardus spurius, vt notha genitura, Basilius *lib.* 5. *contra Eunomium*, quo verbo vsus est Paulus Græcæ Hebræor. 12. incestuosi habiti, excognatio, nefarij & adulterini, siue sacrilegi habiti ex damnato coitu, etiam per leges politicas; qui ergo ex coniugato, & soluta nascitur, dicitur nothus, qui ex coitu Iure ciuili damnato, veluti ex raptu, incestu, stupro, aut sacrilegio. † Dicitur spurius à spurci- 11
tia in Iure reprobata, vt dicunt etiam Bonacina *de irregular. q.* 2. *puncto* 3. *n.* 5. & penes illum Cobar, Sayrus, Suarez, Vaxquez. Molina, Lessius, & Filiucius, Philibertus *cap.* 1. *de ordine, p.* 10. *n.* 3. Castrus Palao. *tract.* 13. *de benef. disp.* 4. *puncto* 1. §. 1. & Leander *de irregul tract.* 2. *disp.* 5. *q.* 5. explicat etiam Barbosa *in pastorali p.* 2. *allegat.* 45. *n.* 18 vers. *illegitimorum*, quos omnes prohibitos esse ordinati probat ex *cap.* 1. *& per totum.* 56. *dist. dict. cap. innotuit de elect. cap. fin. hoc tit.* ex Trid. *sess.* 22. *de reformat. cap* 20. ibi *natalibus.*, & *sess.* 23. *cap.* 5. ibi: *de ipsorum ordinandorum natalibus*, & *cap.* 7. ibi: *ordinandorum genus.*

12 Ex his prouenit quanto nefarij, ac sacrilegi dicantur clericorum filij, tam quoad successiones testamentarias, quàm ad ordines, ac beneficia, & Dignitates Ecclesiæ. Quoad primum patet quod etsi generaliter omnibus spuriis filiis prohibita sit successio bonorum, parentum ex testamento, & ab intestato, cum nec sui hæredes, nec agnati parentibus esse possint, nec aliquos consanguineos habere *dict. l. vulgo concepti ff. de statu homo* iuncta

cta l. si spurius ff. vnde cognati, indeque sint suc-
cessionis incapaces, vt probat l. qui contra 4. l.
qui incesti. 6. auth. ex complexu cod. de incestis
nuptiis, l. 2. iuncta glossa ibi verbo conditionem
cod. de haredibus instit. l. non intelligitur 3. ff. de
Iure fisci, auth. quibus modis naturales efficiantur
legitimi. § fin. l. 4. ad fin. tit. 3. l. 10. tit. 13. p. 6. l.
57. tit. 6. lib. 3. fori, l. 50. tit. 5. lib. 3. eiusdem fori,
l. 51. tit. 20. in foro cantabriæ Caccialupus,
Gualdens. de arte testandi tit. 5. caut. 14.
Afflict. decis. 99. Boër. decis. 227. Gras. cum
aliis de succes. ab intest. §. successio ab inte-
stato q. 20. Petrus Gregor. 3. p. syntagm. lib. 45.
cap. 9. Couarruu. in 4. p. cap. 8. §. 5. n. 4. Suarez in
l. 1. sodo home n. 21. & sequent. tit. 6. lib. 3. fori,
vbi in addition. plures congerit Baldus §. prædi-
cta naturalium lit. A. & cum ampliationibus, &
limit. Dueñas reg. 366. Rexas vbi supra cap. 20.
Matienc in l. 6 glossa 3. tit. 8 lib. 5. recopil. & ibi
Azeued & in Iallius tituli Spino in speculo te-
stam. glossa 16 in princ. de filio spurio cum infi-
13 nitis sub n. 1. Iuristæ, & Anton. Gomez in dicta
l. 9. Tauri, Gutierrez lib. 1. pract. cap. 35. & alij. †
Tamen efficacius filij clericorum incapaces sunt
hæreditatum paternarum, vt expresse cauetur in
l. 6. tit. 8. lib. 5. recopil. Iuxta quam illud obseruant
interpretes; quod etsi ea lege solum filiis clerico-
rum in bonis parentum successio prohibita vi-
deatur, eadem quidem ratione, quod ipsis paren-
tibus in bonis filiorum prohibita sit successio,
vt docuit Azor in summa, cod. de legitimis haere-
dib. Couar in epitome succes. ab in test. n. 13. Go-
mez in dicta l. 9. Tauri, & alij, quos refert Ro-
xas dicto cap. 10. n. 135. & cap. 30. n. 26. Dueñas
14 supra reg. 7.

Vnde inferunt interpretes vt quemadmodum
Spurius clerici, nec patris propinquis succedere
possit; quia nempe illis, nec agnatus, nec consan-
guineus est dict. l. si spurius, l. fin. Cod. de na-
tural. liber §. filium l. fin. tit. 13. p. 6. l. 6.
dicto tit. 8 lib. 5. recopilat. ibi: ni pueden haccer, in
heredar los bienes de sus Padres clerigos, ni de
otros parientes de parte de padre, vbi glossa 4.
n. 1. plures retulit Matienc. & nec propinqui, si-
ue consanguinei patris clerici succedere spurio
filio possint, vt resoluunt Gregor. in l. 51. tit. 13.
p. 6 glossa magna ad finem, contra Zifuentes Ri-
chardus in dicta Rub. de heredit. qua ab intesta-
15 to deferuntur §. 7. ex n. 10. 13. & 14. cum Ma-
tienco, & Paleo vbi supra pulchre explanantibus
ex textu §. filium. † ita etiam, vt apparebit ex di-
cendis in cap. 1. & sequentibus huius tituli fi-
lius illegitimus, seu spurius, filiusve clerici, non
poterunt ad ordines ascendere, nec ad beneficia
Ecclesiastica admitti; imo nec succedere in be-
neficiis patris, aut beneficiati in Ecclesia, vbi pa-
ter est beneficiatus, nec è contra pater succedere
filio, aut beneficiati in Ecclesia, vbi filius benefi-
16 ciatus existat ex cap. 5. cap. 3. cap. 4. 10. 11. 12. 13.
14. 15. 16. & 17. huius tituli, vbi agitur.

Alia inquam quibus legitimentur ad succes-
siones filij clericorum; item & ad beneficia obti-
nenda, dico infra sub c. 1. & aliis huius tituli, plu-
raque etiam cum infinitis congerit Barbosa in di-
cto cap. tanta qui filij sint legitimi. vbi ex n. 30.
aduertit non omnes filios ex eisdem parentibus
natos per subsequens matrimonium legitimari,
sed solùm naturales, ad cuius effectum dicit vt
ille naturalis reputetur, qui licet conceptus sit ex
iis parentibus, inter quos tempore conceptionis
erat impedimentum dirimens matrimonium,
quod tempore natiuitatis iam cessauerat, veluti
si soluta concepit ex coniugato, at vero tempore
natiuitatis filij, mortua erat vxor illius coniugati,
vel si soluta concepit ex consanguineo, & affine,
& tempore natiuitatis filij obtenta erat dispensa-
tio, vt contrahere possent, tunc tali casu, filium
natum, esse naturalem, & non spurium; eo quod, 17
vt dictum est, † filij status sit iudicandus ex tem-
pore conceptionis, aut natiuitatis; pro vt magis
filio expediat, Couar. in 4. decr. disp. 8. §. 2. n.
5. cum pluribus Zenod. collect. 68. in decretal. n.
6. Pereg. de fideicommiss. art. 24. n. 50. Thomas
Sanchez de matrim. lib 8. disp. 7. n. 19. Basilius
Pontius eodem tractatu lib. 11. c. 3. Octauian. Ba-
notmar. in c. naturales q. 19. num. 572. Facard.
tract. de legitim. per subsequens matrimonium,
membro n. 32. Faqnineus, lib. 3. controuers. cap. 50.
alia cum Azor, & Molina refert Barbosa viden-
da, vbi proximè, vbi num. 32. cum Baldo, & Hy-
polito, cons. 25. num. 30. & cons. 99. n. 11. at me-
moriæ tenendum illud notabile, nempe, vt licet
Tyrannus rem habeat cum aliqua muliere per
vim filius inde natus non sit spurius quoad ma-
trem. 18

Alia hic vtilissima adiici poterant, sed pro
complemento Rubricæ existimauit opportunius
magis quàm alibi aliqua innectere de legitimita-
te, & illegitimitate filiorum, & quæ differentia
apud Romanos extitisset; vt vberius, ac proprius
tractatio, de qua hic, siue radicitus maneat in-
tellecta. Ergo ex variis coniunctionibus, quæ
olim inter homines erant quasdam, lex Roma-
na approbauit vnde legitimi filij orti, & appella-
ti sunt, quasdam nec recipit, nec damnauit vnde
naturales prodicere, quasdam eo odio est prose-
quuta, vt quod inde peruenisset, nec filiorum
nomine dignum censuerit, sed omnem illam pro-
lem, illegitimam appellauit, vt ex nomine ipso
quisque intelligeret contra legum præscripta ta-
lem omnino coitum extitisse; & qui pertinent
ad multiplicem filiorum illegitimitatem, de qua
in hac Rubrica dictum est; siquidem erat illegi-
timorum genus, qui de Romanis ciuibus nati;
parentes tamen eorum secundùm legum præce-
pta nō coierant, de qua lege conubiorū scripserunt
Quintilianus lib. 5. c. 10. Plutarchus, in Problem.
Vlpian tit. 9 22. & 23. Gellius, lib. 4. cap. 4. &
lib. 18. cap. 6. Cælius Rhodiginius, lib. 15. antiq.
lect. Volateran. lib. 30. commun. vrbis, Budæus,
in annot. ad Pandect. Alex. lib. 2. genial. cap. 5.
Garinus, in catulo in epitolamio Iulij & Malij
Perionius in concione 147. Lucij Alciat. in annot.
ad Tacitum lib. 4. Cuiacius, lib. 7. obseruat. cap. 7.
Hotoman. in parath. Iuris Ciuilis tit. 7. de Iure
vxorum, & ad leg. 12. tabular. 3. p. cap. 4. Sigonius
lib. 1. de Iure antiq. Ciu. Roman. cap. 9. Brisonius,
lib. de ritu nupt. & lib. de Iure Conub. Palæot. lib.
de nothis ex cap. 3. Connanus, lib. 8. ex cap. 2.
Petr. Gregor. 2. p. Syntagmat. lib. 8. ex cap. 1.
cum multis quales videntur filij spurij, no-
thi, adulterini, nefarij, & sacrilegi, vt clericorum
filij. 19

Genus verò aliud erat eorum, qui Patrem, ma-
tremve alienigenas habuissent, id est non ciues
Romanos: nam cum inter exteros, & ciues Ro-
manos iustum Conubij ius non esset, si qui inde
nascebantur liberi, sub potestate patris non erant,
sed illegitimi censebantur, vt Iustinianus demon-
strat in §. 1. instit. de nuptiis, Caio lib. 1. inst tit. 4.
de

de matrim.in princip. Cicero , *in Topicis* , vbi Boëcius, Vlpian.*in fragm.tit.5*.Seneca,*lib.de beneficiis:promisi tibi(ait)filiam in matrimonium , postea peregrinus apparuisti , non est mihi cum extraneo connubium*,Macrobius,*lib.6.Saturn.cap.6* Liuius,*lib.37*.& de iure Conubial.*pag. 6*. Conan.*lib.2.c.16.n.2*.Paleot.*lib.de nothis,& spuriis cap.3.n.5.& cap.16.n.1*.

20 Et ex hoc genere refert Antoo. Pichard. ex adductis,*imprime.insti.de heredit.qua ab intestato deferuntur, dicto §.7.ex n.1. ad 6*. habuisse originem constitutionem Valentiniani , & Valentis Imperatorum, quæ extat,*in l.vnica de nuptiis Gentilium tit.4.lib.3.in Cod.Theodosiano*,qua iubebatur, vt nullus Romanorum Barbaram cu iuslibet gentis habere præsumeret vxorem , nec Barbarorum coniugiis mulieres Romanæ in matrimonio coniungerentur; quod si fecissent capitaliter vt expiaretur.

21 Et huic similitudinariæ ad alios verò effectus spirituales sunt latæ lege canonica aliæ constitutiones , quibus patet ooo valere matrimonia Christiani, id est, Baptizati cum infideli non baptizata, & è contra, vt habetur inter impedimenta dirimentia matrimonij, quòd vocatur , *cultus disparitas*,ac apparet ex *cap.caae 28.q.1*. in illis verbis: *si christiana sis,non est satis , nisi ambo initiati sitis sacramento Baptismatis*, & profitentur communiter scriptores cum D. Thoma, *in 4.dist.39.quæst.vnica art.1*.Henriquez,*lib.12. de matrim.cap.13* Syluester.*verb.matrim.8.c.10. dicto 3*.Vgolinus,*de sacram.*vbi *de matrim. cap. 19.n.6*.de quo suo loco dicetur,*infra sub tit. de diuortiis in cap.quanto , & in cap. gaudemus de diuortiis*,& scripsi aliqua sub,*cap.litteras de rest. spolias*.sufficiat tamen ad præsentem Rubricam hæc insinuaſſe.Cætera, quæ huic Rubricæ possunt conuenire,*inuenies* sub Rubro.

22 Pro complemento Rubricæ notabis cum Castro Palao,*tract.1.de conscientia dubia disp. 3.p. 5.ex n.8*.& Trullench,*in opere morali lib.7. cap. 9.dubio 6.in fin.*quod signa ad cognoscendum , quando filius sit reputandus legitimus , & primùm, si nascatur ex vxore domo mariti commorante, etiam si tempore conceptionis vxor adulteret. Secundùm quando parentes ita filium tractant , vt proprium , & legitimum , ipseque vt tales reuereatur. Tertium nominatio ex proposito , vt si facta sit coram notario, aut in iudicio, & testamento. Quartum fama, & communis populi opinio. Quintùm si filius à Patre hæres instituatur : ita relati ex Syluestro,Couar,& Menochio, de quo ego Latè dixi sub *cap.per tuas de probation.n. quæst.1.ad 3*.vbi leges.

AD TEXT. IN CAP. I. Cap litteras. XIV.& Cap. fin. hoc Titulo Et Cap. I.& II. eodem lib.6.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Tituli de filiis Presbyterorum distributio in duas partes n.2.*

3 *Illegitimus non ordinatur , nisi fiat Monachus.*

4 *Illegitime natus etiam de vxore sine dispensatione ad ordines.vel beneficia nequit promoueri;quia est repellenda paterna incontinentia modis omnibus.*

5 *Illegitimus ad Dignitatem,personatum , vel beneficium curatum promoueri nequit absque dispensatione Papæ.*

6 *Dispensat cum illegitime natis in minoribus ordinibus , & beneficio sine cura Episcopus,in aliis Papa.*

7 *Pluralitas beneficiorum prohibetur in illegitime natis dispensatis ad beneficia.*

Omnia iura,ac capita huius tituli existimaui, vt breuius explanentur,ad duas classes vnire. 1 In hac prima explanabo tria proposita huius tituli cum duobus *eod. tit. in 6*. quatenus agunt de non ordinandis filiis Presbyterorum, & nec beneficiandis absolutè sine dispensatione , aliove indulto † In secunda inquam de illo assumpto , 2 qui reperitur in reliquis capitibus , nempe de filiis Presbyterorum non beneficiandis in Ecclesia, seu beneficiis parentum , aut è contra,Parentibus in Ecclesiis filiorum, quibus distinctionibus integra tituli materia sic lius complectatur,quæ aliàs fortè lata posset inscribi.

Probant ergo hæc Iura vnquam quasi com- 3 munem conclusionem,cum *in cap.1*.illa sit vt illegitimus non ordinetur , nisi , vt religiosus fiat,qui nec tunc præficitur ad Prælaturam ; addit amplius,vt nec & serui , nisi à Dominis suis liberati donentur,de quo *infra late in tit.sequenti.de seruis non ordinandis.* † *Dict.cap. litteras.* 4 *14*.ait vt illegitime natus etiam de vxore , sine dispensatione ad ordines,vel beneficia promoueri oon potest, addens vt modis omnibus sit repellenda à filiis paterna incontinentia † Et *dict. cap. fin.* docet illegitimum absque dispensatione 5 Papæ ad Dignitatem , vel personatum , vel beneficium curatum promoueri noo posse, cum nimis deformetur honestas , ex eo quod filij sacerdotum , & alij oon legitime nati ad Dignitates prædictas non promoueantur , addens ea beneficia esse conferenda aliis personis idoneis per illos ; ad quos collatio illorum de iure pertinet , de quo vltimo dico *infra de Prabend & Dignit.*† item *de instit.& de concessione Prabenda in dicto cap.1. & 2. de filiis Presbyter.lib.6*.cauetur, quod cum illegitime natis dis- 6 pensant Episcopi in minoribus ordinibus,& beneficio sine cura,& in aliis Papa.

Et in illis prohibetur pluralitas,beneficiorum, 7 etiam dispensatis, si ad illam non porrigetur dispensatio.De quo vltimo abundè dico *in c. de multa 27.de prabend.* aliquid insinuaui *in cap.eam te 4 de aetate, & qualitate ord.* vnde iam per quæstionis eorum materiam complectemur.

Q QVÆST.

QVÆST. I.

Filij Presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati, quare ad ordines non promoueantur, cum alias expositi vt filij legitimi reputentur ad prædictos effectus, item & ad officia? An Bastardi, ac spurij possint officia Reipublicæ obtinere? An filij Presbyterorum ante Presbyteratum concepti valeant ordinari, & beneficiari? Et an hæc irregularitas imponatur etiam parentibus?

SVMMARIVM.

1 *Expositi reputantur habiles ad ordines, beneficia, & officia. Spurij non sic. Et quare de vtrisque* n. 2.

2 *Expositus non ex eo quod exponatur, illico præsumitur natus extra matrimonium, contra aliquos* n. 3. & 4.

5 *Filij illegitimi Presbyterorum, aut ex fornicatione orti, nec ordinari, nec beneficiari possunt sine dispensatione tribus de causis* n. 7. & 8.

6 *Infamia causa priuatur quis, non solùm officiis, & beneficiis obtinendis, sed etiam obtentis.*

8 *Filij præsumuntur imitatores futuri incontinentiæ paternæ, &* n. 18.

9 *Illegitimi pleni sunt vitiis.*

10 *Illegitimus nequit sine dispensatione, prima tonsura initiari.*

11 *Bastardi filij non comprehenduntur appellatione filiorum, & quare* n. 12.

12 *Bastardi etiam legitimati sunt similes Alchimia.*

13 *Bastardi sunt infames infamia facti, qui excluduntur à Iudicando, & quare* n. 14. & 15. *sed contra* n. 16.

15 *Spurius non succedit in Regno.*

17 *Filij Presbyterorum difficilius dispensantur ad ordines, & beneficia, quam alij illegitimi.*

18 *Parentes exempla metuuntur in filiis.*

19 *Filij hæreticorum naturales, siue illegitimi inhabiles ad beneficia, & officia publica.*

20 *Filij Presbyterorum concepti ante Presbyteratum possunt ordinari, si sint nati ex legitimo matrimonio, &* n. 21.

21 *Clericus beneficiatus, qui in minoribus existens contrahendo matrimonium amittit propria beneficia, ac legitimat filios ante natos ad ordines, & beneficia.*

22 *Filius conceptus ex aliquo tempore, quos parentes eius liberi extiterunt ad contrahendum, legitimantur per subsequens matrimonium.*

23 *Pater ex illegitimitate sui filij, nullam irregularitatem incurrit.*

1 AD primam quæstionis partem, præmittes quæ latè tractaui *infra in cap. cum deputati* 16. *de iudiciis q. fin.* dum agens de illa quæstione, an expositi, & quorum origo incerta est, sint irregulares, vel sint habiles ad officia publica, vbi *num.* 1. 3. 7. & 10. cum alis dixi quod expositi sine dispensatione admittuntur ad ordines, præsumuntur nati ex fidelibus parentibus, ac quod admittuntur in Ecclesiis, vbi Neophiti excluduntur, & quod habentur ex Bulla Gregorij XIV. vt legitimi; imo quod gaudeant pluribus fauoribus legum, & canonum, & quod nec inhabiles ad officia publica censeantur; quia sunt legitimi, & tamquam nobiles, cum ergo isti expositi, nec certos parentes habeant, ac ex nefario admodum coitu, ac punibili; possint oriri, ac procreari; cur inquam istis tot prærogatiuæ? Cur autem illegitimi, & cæteri ex fornicatione geniti non admittantur ad sacros ordines, & ad Dignitates, seu beneficia Ecclesiastica; præcipuè si consideremus dicta *supra in cap. penult. & fin. de ætate ordinand.* vbi additus non denegatur illis, qui moribus, & scientia pollent ad Ecclesiam Dei Suarez longe disputans *de censuris disp.* 50. *sect.* 4. *ex n.* 2. pressus difficultate, hanc, & sequentem sententiam dixit esse veram, legendus *ibi* de huius dubij tractatione; cum infinitis Barbosa *in pastorali alleg.* 51. *p.* 2. *ex n.* 148. vbi leges.

2 Nihilominus quia ratio de expositis in iure diuersa ponitur ab ea, quæ, & à natura etiam dignoscitur in filijs Presbyterorum, ac aliis illegitimis, & ex fornicario coitu genitis iuxta modos positos *supra in Rubrica*, ideo dicendum est illegitimos hos nec ad ordines, nec ad beneficia promoueri posse, quia prohibiti reperiuntur, eo quod sint irregulares, vt illico probatur. Expositi vero admittuntur; non enim quod aliquis exponatur, & sufficiens signum, vt sit extra matrimonium susceptus ex dicta Bulla Gregorij; contingit ergo sæpius à parentibus legitimis nimia paupertate pressis, filios exponi, vt supponitur, *in cap.* 1. *de infantibus expressis*. Et legimus de Moyse, quod fuerit expositus, licet legitimus, *exodi cap.* 2.

3 In tali ergo dubio, & si non negem, fortissime hanc sententiam impugnari, vt *in dicta quæst.* 8. recensui ex *num.* 8. quam cum infinitis tuetur Nicolaus Garcia, *de beneficiis, p.* 7. *cap.* 2. qui vt tractationem de filiis Presbyterorum ageret *ibi cap.* 3. illam incipiendo, *in dicto cap.* 2. agens de legitimitate necessaria ad ordines, & beneficia, *ibi à n.* 6. de quæstione adducta: *an expositi, quorum parentes ignorantur, sint pro legitimis, aut pro illegitimis habendi, & absque dispensatione possint promoueri?* nostramque addocens, probatam à multis per textum, *in cap. ex tenore qui filij sint legitimi* ibi: *in fauorem pro his potius declinamus*, & contrarium sequatur cum aliis pluribus ex *num.* 8. eo quod filij legitimi, non soleant exponi, sed potius qui nascuntur ex furtiuis, & fornicariis congressibus, verisimiliusque esse eos nasci contra matrimonium, qui sic à parentibus contemnuntur, certumque esse, vt ex centum expositis, plusquam nonaginta sint illegitimi, vt experientia docet, ex aliis fundamentis. † Tamen quia iste est fa- 4
uor impertitus à iure, & à dicto Gregor. XIV. in prædicta sua Bulla edita anno 1591. in fauorem confraternitatum, vbi isti expositi educantur. Ideo existimo ad ordines, & beneficia, ac dignitates esse admittendos, nisi specialiter in aliqua Ecclesia, seu loco, vt in Ecclesiis Tolatana, legionen. & aliis; item in Collegiis, ac in Sancto Inquisitionis officio, &c. exigatur qualitas probandi

probandi poſitiuè pareotes,& maiores ſuos, vt in
dicta quæſt.breuiter inſinuaui *n. fin.* & Late *in cap.fin.de præſumpt.q.12.& fin.*& docent in terminis Diana *p.1.tract.15.reſ.22 & p. 4.reſ.* 58.
cum Anania,Felino , Cardinali Paleſt. Gratian.
diſcept.forenſ.p 1.cap.135. n.1. Molfeſ.*in p. 2. q. 19. art.5.diſp.87.in fine* , Salas *in 1. 2. tom. 1. tract. 8.diſp vnica* Sanctarel.*variar.reſol. q. 44.*
Egid.*de ſacram.diſp.18 dubio 12.n. 205.* Iaſon.
in pragmat.de Antifat.verſ.13.obſeruat.1.n. 78.
Schilante *de priuileg. clericorum cap. 4. dubio 2. n.39.*Præpoſitus *quæſt.5.de irregularit. dubio 16, n.127.*Caſtrus Palao *de cenſ.diſp.6.puncto 9.n.3. & tract.3.de benefic.diſp.4.puncto 1.§.1.n.*8. Baſilius Pontius *de matrimonio lib.11.cap.6. n. 4.*
Baunij *de cenſur.tract.11.q.14. de irregul.* Gibahous *c.3.q.1.n.5.*Leander *de irregul.*plures alios
referens:& pro contraria ſententia *tract.2.de matrim.diſp.3.q.6.*

5 Iam ergo ex dictis in Rub.& proxime referendis apparet ratio,quare filij illegitimi,atque Preſbyterorum; item & omnes alij orti ex fornicatione,nec ordinari,nec beneficiari valent ſine diſpenſatione,tribus potiſſimum de cauſis.Primo ob excellentiam huius ſacramenti , Dignitatiſque Clericalis , quæ non ſolùm perſonæ meritum , ſed
etiam originis honeſtatem expoſcit, nec infamibus, aut turpibus committi debet, *cap.inter dilectes de exceſſibus Prælatorum* ; non enim infames ad beneficia poterunt promoueri vt Azor,
inſt.moral. p. 2. lib.6. cap 7.q1. Valer. Reginald.
*in praxi fori pænit.lib.10.num.199.*Latè Nicol.
6 Garcia , *p.7.cap.8. de benefic.* † Etenim propter
infamiam iuris , non ſolùm priuatur infamis officiis, vel beneficiis obtinendis, ſed etiam obtentis, vt per Azeued.*in l.7. à num. 4. recopil.* Petr.
Barboſa, *in l.cum Prætor.§.fin.n.182.ff.de Iudic.*
Garcia,*ſupra dicto c.8.n.33.*Auguſtinus Barboſa,
in dict.cap.inter dilectes num. 7. & alij communiter.

7 Secundò in deteſtationem criminis paterni per *cap. propoſuiſti 82. diſt.* per illud dictum Pauli
ibi relatum, *qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt*, ſicut intelligunt, Cardinalis Bellarmin. *tom. 2. lib.1. de matrim.cap.6.& 7.*Valquez,*in opuſcul.tract.de matrim.diſp.2.cap.8. n. 87.*Ægidius Conink.*de matrim.diſp.24.n.18.dubio 2.*Valenſis *in Rub.hic ſub n.2.*Vbi quod Ius in
filiis plerumque deteſtatur.*argum.textus* , & per
ibi dicti *in cap.vergentis de hæreticis.*

8 Tertio ob timorem incontinentiæ paternæ ,
cuius ſumri imitatores præſumuntur vt *in cap. priuſquam diſt. 28 in cap.ſi gens,Anglorum diſt. 56.*Iuxta tritum illud: *ſæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri*,quam citat gloſſa *in l. quod ſi nolit. §. qui mancipia ff.de ædilitio edicto , & in l. quiſquis* verb.*in quibus ff.ad leg. Iul. Maieſtatis in filiis*,ait, *paterni criminis exempla metiuntur* ,
& gloſſa,*in auth.de reſec.ſac. Pal. ad fin.* & *in dicto cap per venerabilem* verſ. *progenitores de elect* ibi Panorm.*col.4.& in c.1.56.diſt.*Vbi dicit
hanc vnam cauſam quare filij Preſbyterorum nō
promouentur gloſſa,*in c.item ſi quis cum militibus 6.q.1.& in c.vlt.de conſecrat.diſt.vltima, & in c. 2.ſuper* verb.*defectu* hoc tit.*lib 6* Cinus,*in l.bonæ fidei in 7.q.cod de In e Iur.*Bald *in l. 1. ad finem cod.locati,& in l.ſi quos in fine* & *ibi* Ang lus ,
Cod de capt uis idem Bald.*conſ.95.* Albericus loquens in filio calumniatoris,*in l.ſi cui §.1. n. 2. ff.de accuſat.*Franc de Aretin. *in l.iubemus in fi-*

ne Cod. de adnecat. diuerſ.Iudic. ex locis Sacræ
Scripturæ , & ex bonis authoribus congerit infinita videnda, Tiraquel. *de leg.connub. gloſſa 1. p. 7.in l.7.ex num.3 vſque ad finem*,Valenſis, *ſupra.*

Et quarta cauſa eſt, illegitimi pleni ſunt vitiis, 9
vt tradunt Cardinalis Paleot.*in tract.de nothis,ac ſpuriis*,& Anton. Fonſeca, *in addition. ā Caiet. 23.Deuteron.*cum multis Leander, *de irregular. tract.2. diſp.3.q.1.* cum Bonacina;Caſtro Palao,
Henriquez; Quintana Dueñas, *tom.1.ſing.tract. 16.ſingul.5. n.4.* † Vbi docet contra Zerdam, 10
minime poſſe illegitimum ſine diſpenſatione primâ tonſura initiari;non enim dignitas clericatus
debet ſordeſcere ex iis,quæ obſcuro generati ſunt,
nec detur pari vitioſa eorum origine.

Ad ſecundam quæſtionis partem,an Baſtardi , 11
ac Spurij poſſint officia Reipublicæ obtinere? Et
quia vbicumque agitur de honore filiorum , non
comprehenduntur filij Baſtardi appellatione filiorum,vt dixerunt Molina *de primog.lib.3.cap.3. n.fin.* vbi additionatores, Azeuedus *in l.7.n. 14. tit.9.lib.9.recopil* hancque opinionem ſine controuerſia proferant Melch. *in quæſt. polit p. 1. q. 16* Laudenſ.*de officialibus q.170.* Mandell.*conſ. 6.& 85.vel 4.*D. Carolus de Tapia , *de conſtit. Princip.cap.1.n.46.& 48.*Mynſing. *obſeruat. 31. n.5.*Vbi ampliat etiam quod eſſent legitimati. † 12
Quia iſti tales ſunt ſimiles Alchimiæ , quæ facit
apparere,quod non eſt, vt dixit Baldus,*in cap. 1. col.5. de conſtit.* Caſſaneus , *in chatalogo Gloriæ mundi p.11 conſiderat.15.*

Ideo iuxta iuris regulas , cum Baſtardi filij 13
infames infamia facti reputentur , vt voluerunt
Capicius *deciſ.31.num. 7.* Auendañus , *cap. 19. Prætor num.19. & 24.*verſ. *ſunt autem lib. 1.* &
cum honor , & dignitas ſi eſſe iudicem , ab
illis excludi , docent Alex. maximè ſufficienter
couſiliarius Principis , *in l. 2. Cod. de Dignit. lib. 12. & in leg. 4. in princip. ff. de liberis , & poſthum.* vbi Baldus ipſe , *in l. cum legitime ff. de ſtatu hominum* , Boër. *deciſ. 222.num. 12.& 13.* † vnde Plato , *lib. 6. de legibus* , do- 14
cet vt candidati Magiſtratus alicuius eo tempore , quo comitia habentur in ara Dei , nomen
ſuum , & patris , & gentis , & tribus in tabula
ſcriptum deponant , atque ita quaſi in teſtimonium.Deo vocato, profiteantur , ſe legitimè natos eſſe.

Imo Ariſtoteles , *lib. 3. politicor. cap.* 11. non 15
vult, vt ſpiritus in Regno ſuccedat , & Melius ,
lib.4 cap 6. dum ait quod Magiſtratus infamia ,
& macula inſigni notantur , cum tales ad ſubſellia conſilia, atque honores admittuntur , nec
poſſunt non timidè , demiſſeque tales rem gerere ; quia animi ſpiritum deprimit genus ſubdititium , & adulterinum , maximè cum quis
meminit ſcelerum parentum ſuorum ſecundùm
Plutarchum , *de educatione liberor.* & in Hypolito, Maſtrillus, *de Magiſtr.lib.2.cap. 12.ex num.37.*

Hæc inquam ſic debent procedere , licet 16
male ſeruetur ex relatis per Couar. *in pract. cap.19.num.6.* Vbi ſpurius , quamuis infamis ſit
facti , ad dignitatem promoueri poſſe dicitur.
Ergo infert Azeued. *vbi ſupra* , & vt refert Maſtrill. *ſupra numer. 48* ad officium iuſtitiæ eligi
poterit , cum expreſsè non reperiatur prohibitum, & fortè ſic per text.*in l.generaliter §. Spurij,& in l.ſpurij ff.de decurionibus.*

17 Ad tertiam quæstionis partem, an filij Presbyterorum ante Presbyteratum concepti valeant ordinari, & beneficiari? Et videtur quod non, quia vt patet ex titulo hoc, certum est filios Presbyterorum esse inhabiles ad ordines suscipiendos, multoque difficilius cum eis dispensari, quàm cum cæteris, vt docent Panormit. *in cap per venerabilem qui filij sint legitimi, cap Presbyterorum 56. dist. cap. vt filij* hic *& cap. 1. & 2. lib. 6 cap. cum in cunctis, cap. innotuit. de elect. cap. accedens. de purg. canonica, cap. nisi cum pridem de renunciat.* & merito vt docent Hostiensis *in summa hoc tit. § qua est causa* Rebuffus *in praxi benef. p. 2. de dispens. super defectu natal. n. 3.* Azor.
18 *tom. 1. lib. 6. instit. moral. cap. 3. q. 19.* † quod in eis paterni, & hæreditarij criminis exempla metuantur; solent (vt dictum est) filij tales esse, quales fuerunt parentes ex Tiraquello *supra de leg. connub. dicta l. 7. p. 7. glossa 1.* Casaneo *de Gloria mundi p. 11. considerat. 25.* Fabro *instit. de nupt. in Rub. n. 2* Fulgos. *cons. 159. n. 1.* Castro *lib. 2. de Iusta heret. punit.* vt colligitur ex *dicta l. quod si nolit. § mancipia ff. de edilitio edicto,* & ex Aristotele *lib. 1. polit. cap. 4.* vbi dicit: *ex hominibus hominem, & ex bestiis bestiam; sic ex bonis bonum generari, & naturam quidem hoc velle; attamen plerumque non posse* Ex Horatio, *nec imbellem pro generant aquilæ columbam, & Theognide nec ab Ancilla ingenuus, probam prolem haud pater gignet improbus,* & patet ex aliis bonarum litterarum, genitore, à Tiraquello longe vbi *supra* adducti, dicta glossa 1. per totam, Scottia *in constit. Pontif. epitome 59 ad const. clem. 7. Theorema 162.* Vbi concludit cum Nicetas *in oratione 42.* Naazianzeni, vt paternæ naturæ, compendiosa demonstratio sit filius.

19 Et confirmatur, quia sic de Iure in pœnam delicti hæresis paternæ filij hæreticorum, non solùm legitimi, sed etiam naturales, aut spurij, siue ex adultero, & incestu, aut sacrilegio nati, sunt inhabiles ad beneficia, & officia publica, vt decernitur etiam in Bulla 1. Innocentij IV. quæ incipit *cum aduersus* § 9. & Bulla 19. quæ incipit *cum negotium* §. 1. *&* 3. & in Bulla 16. §. 3. in Bulla 23. clem. 4 §. 31. *& in cap. quicunque de her. lib.* 9. ex glossa Ancharran. Archidiac Ioanne Andrea, & Franco *in cap. statutum de her. lib. 6.* Simanchas *tit. 29. n. 16.* Couar. *lib. 2. variar. resolut. cap. 8.* Azor *tit. 1 lib. 8. mor. cap. 13. q. 8. tom. 2. lib. 6. cap. 4.* Sanchez *lib. 1.* cum infinitis. *cap. 27.* Menochius *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 33.* Suarez *tom. 1. disp. 43. sect. 5. n. 2.* Scottia *de constit. Pontif epitom. 9 theoremo. 13. in princip.* Barbosa cum infinitis in relatis Iuribus, & hoc ne plus habeat luxuria, quàm castitas ergo.

20 Nihilominus in dubio, de quo loquimur, dicendum est filios Presbyterorum ante Presbyteratum conceptos posse ordinari, & beneficiari; si tamen sint de legitimo matrimonio nati, quod ponit esse contractum, antequam, mortua matre, pater Presbyter factus esset.

21 Et sic è contra facit, vt filius clerici in minoribus beneficia obtinentis, qui postea cum matre matrimonium ad hæc legitimetur, sicut ad alia ex regular. textus, *in cap. tanta qui filij sint legitimi:* nam licet huiusmodi clerici in minoribus, contrahendo matrimonia, amittant beneficia; faciunt tamen ipsum matrimonium validum, ac per consequens reddunt filios legitimos, & habiles ad ordines, & beneficia, cum ipsum non prohibeantur contrahere per textum *in cap. 1. & per totam de clericis coniugatis,* quod est verum quidquid contrarium teneant Ozascus, *in pedemont. decis. 134.* Sarmient. *select. lib. 1. cap. 5. num. 7. & 8.* Henriquez, *in summa lib. 11. cap. 20. §. 2.* & tenent præter Præposit. *n. 12.* Cardinal. *n. 14 in dicto cap. tanta,* & alios ordinarios, Couar. *in 4. cap. 8. §. 2. n. 5.* Dueñas *reg. 350 limit. 7.* Mozz. *de contractib. tract. de matrim. tit. de natal. matrim. n. 16.* vers. *tertio ampliatur,* Rojas *de success. cap. 27. n. 20.* Auendan. *in l. 9. Tauri glossa 10. a num. 10.* Spino *de testam. glossa 16. in princip. à num. 93.* Sayrus *de cons. lib. 6. cap. 10. num. 17.* Lara *in l. qui à liberis in princip. à n. 89. ff. de liberis agnoscend.* Gutierrez *pract. lib. 2. q. 104. n. 2.* Faquin. *lib. 3. controuers. c. 52.* Zenedus *in collect. 68. ad decretal. n. 3.* Sanctarel *variar. resolut. q. 21. n. 4.* Basilius Pontius *de matrim. lib. 11. cap. 2. n. 3.* Barbosa *in dicto c. tanta* cum Azorio, Vincent. de Franch. Menochio, & Campanillo *n. 33.*

Et confirmatur, quia secundùm probabiliorem 22
sententiam, quam tuentur Ferdinandus, Castrus Palao *tom 2. tract. 13. de benefic. disp. 4. punct. 1. n. 7* Basilius Legion. *lib. 11. de matrim. cap. 3. n. 9.* Leand. *de irregularit. tract. 2. disp. 3. q. 19.* filius conceptus, & natus tempore, quo parentes eius inhabiles ad contrahendum extiterunt, sed aliquo intermedio tempore, quo in ventre extitit, habiles fuerunt, legitimatur per subsequens matrimonium, qui sic mouentur per verba *leg. qui in vtero ff. de Statu hom* ibi: *qui in vtero est, perinde est, ac si in rebus humanis esset constitutus,* quando de commodis eius agitur, & ex Iustiniano, *in §. 1. inst. de ingenuis,* vbi filius Ancillæ libertatem obtinet, si eius mater tempore conceptionis, vel partus, vel dum illum in ventre habuit libertatem obtinuit; quæ quidem non male applicantur ad corroborandum quod est propositum in quæstione posita *hic* in dicto vers. *ad tertiam.*

Ad quartam quæstionis partem, an hæc irre- 23
gularitas imponatur etiam parentibus? Et videtur affirmandum, quia cum in patre fuerit culpa, & in eo sit maior turpitudo, & indecentia, plus debeat ei propria obesse culpa, quàm culpa aliena filio. Adhuc verò dicendum est patrem irregularem non esse; tum quia titulus noster tantùm loquitur de filiis Presbyterorum; tum quia hic non agitur de pœna culpæ, sed de indecentia; & de præcauenda simili turpidine in futurum, est enim ratio dispar, quia pater non accipit, esse per turpem generationem, sed dat filio, actio inquam non est in agente, sed in passo, indeque defectus, seu indecentia, quæ ex eo nascitur, non manet in parenti, sed redundat in filium, excepta culpa, quæ est, quasi imminens in ipso parente; non enim in eo consideratur indecentia vlla, præter delictum, de cuius punitione, quatenus ad suspensionem, & irregularitatem alibi dixit Suarez, & ego *supra in tit. de tempor. ordin.* sic Suarez *de censuris disp. 50. section. 3. num. 2.*

* * *

QVÆST.

QVÆST. II.

An sit legitimus reputandus ille filius, qui etsi expositus non sit, eius verò parentes, non reperiuntur? vel quando natus est ex matre habente virum, à quo creditur genitus, sed reuera est genitus ab alio? vel teneatur credere matri dicenti cuius viri sit filius; An filius genitus à coniugatis post matrimonium ratum, & non consummatum, & vtriusque coniugis, aut alterius in religione professionem, sit illegitimus, & irregularis? vbi quid si vir ordinetur, & de expressione, vt dispensetur? An professione filij illegitimis tollatur irregularitas quoad ordines, & beneficia?

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus reputatur, qui patrem ostendere nequit, si præcisè requiratur talis probatio, aliter non sic, vt* n.2.

3 *Legitimus reputatur quia creditur ortus ex matre habente virum, & si genitus sit ab alio viro, si non credat quod est adulterinus, vt* n.6.

4 *Filius, qui certo scit genitus esse à viro alieno, nequit ascendere ad ordines sine dispensatione.*

5 *Irregularis dicitur in vtroque foro, qui ob adulterium coniugata, talis reputatur, aut ob aliam causam.*

6 *Filius publicè habitus pro legitimo, & si sit adulterinus erga se, potest ordinari, quando Ecclesia illum obliget ad ordines suscipiendos; vel in casu grauis damni vitandi, vt* n.7.

8 *Filius non tenetur credere se illegitimum ex sola declaratione matris, etiam facta in extremis, vt priuetur à iure successionis,* n.9.10.11.12. *& etiam si mater iuraret sic, vt* n.16.

9 *Mulieres solent alios præter modum amare, alios odisse, vt* n.11.12.

10 *Confessarius num tenetur dicere pœnitenti, ne credat matri asserenti se esse illegitimum. Et vide* n.20.

12 *Filius non tenetur fidem adhibere matri asserenti se esse adulterinum, nisi sufficienter probetur conceptionis tempore non fuisse cognitam à marito vt hic, & melius* numer.17.

23 *Filius licet credat eius matrem esse adulteram non inde se habere debet pro illegitimo, & potest deponere dubium, vt* nu.14. & 15.

14 *Filius in dubio an sit spurius, vel naturalis, reputatus naturalis.*

15 *Filius qui in dubio se reputat legitimum, potest retinere semel habitam hæreditatem.*

16 *Confessarius debet vti magna prudentia, ne in articulo mortis detegat suum adulterium; cum nec ob id filius debeat credere se illegitimum, & ipsa si viuat possit à marito occidi.*

18 *Filius vtcumque existimet se esse illegitimum, bene faciet si vt ordinetur, dispensationem exigat, qui si melius instructus existimet se legitimum, rectè deponet scrupulum, vt* num.19.

20 *Confessarius nequit consulere filio ne credat matri, si ipse filius credat se illegitimum.*

21 *Filius genitus à coniugatis post vtriusque, aut alterius professionem, reputatur Spurius quoad ordines, vt* n.22. *Sic vt vir ad sacros ordines promoueatur, vt* n.22.23.24.25.26.& 27.

23 Cap. litteras hoc tit. de filiis Presbyterorum n.24.& 25.

27 *Illegitimus quia procreatus post professionem, debet, vt dispensetur narrare, se ortum ex matrimonio, cuius coniuges, aut vnus iam erat professus, &* n.28.

28 *Spuritatis, seu illegimitatis qualiscumque debet fieri mentio, vt dispensatio rectè impetretur, &* numer. 29. *& de ratione,* num.30.

29 *Dispensandus illegitimus debet exponere qualitatem suæ illegimitatis, vt quod sit naturalis, spurius sacrilegus, incestuosus, adulterinus, &c.*

31 *Professio filij illegitimi tollit eius irregularitatem ad ordines, etiam si esset spurius, vt* n.32.

31 *Illegitimus factus religiosus potest ordinari in sacris, & beneficia manualia obtinere.*

AD primam quæstionis partem, suppositis 1
quæ dixi *supra*, de expositis in vers. *ad primam quæst.* 1. potest dici, quod cum ratio, quare expositi legitimi censentur, est ob indultum confraternitatibus expositorum concessum à Greg. XIV. quod non militat in hoc casu; ideo illegitimum reputari natum, qui parentes suos ostendere nequit; & sic Philibertus *tract. 1. de ordine part. 10. cap. 1. difficult. 1. num. 5.* docet per *cap. 1. de infantibus expositis*, quo probat illos illegitimos dici, qui nequeunt parentes ostendere; & quamuis Auila *p.6. de irregul. disp. 3. dubio 10.* & Cornejo, *eodem tractatu disp. 15. dubio 1. q. 2.* Leander, *de irregularit. tract. 1. disp. 1. quæst. 18. & tr. 2. disp. 3. q. 7.* dicant censendum, & reputandum esse legitimum, & consequenter, non irregularem, & quod casu dictus fuerit infamatus de illegetimitate, teneatur se purgare. † Ego inquam 2
primam sententiam amplector, quoties requiritur positiuè quod quis probet se ortum à legitimis parentibus, vt contingit in communitatibus exigentibus sanguinis puritatem, seu nobilitatem, vt breuiter dixi *infra in cap. cum deputati q. 8. n. fin. de iudiciis*, & sub tit. *de præsumpt.* Late *in cap. fin. q. 1. & 2.* Secundam hanc amplector, vbi prædicta positiua probatio non requiritur præcisè. Sed vt hanc difficultatem vberius apprehendas, ac resoluas, leges quæ adduxi *infra in cap. per tuas de probat. à quæst. 1. & ibi q. 3. à num. 1.* Vbi de filiatione probanda ad honores, & beneficia.

Ad secundam quæstionis partem, quæ satis 3
clarescit ex dictis *hic* in vers. *ad tertiam*, breuiter

uiter respondeo,vt quando quis ortus est ex ma-
tre habente virum à quo creditur genitus,sed re-
uera est genitus ab alio,talis filius,sit vt legitimus
habendus, nisi certo sciat filius, aut crediderit
informatus se filium esse alterius viri. Et
hoc pacto existimo componendas esse dicas sen-
tentias contrarias Alfonsi à Castro *lib.2. de le-
ge pœnali cap.vlt.conclus.3.*existimantis illegiti-
mum occultum posse absque vlla dispensatione
ad ordines promoueri;quia si illegitimus reputa-
tus legitimus irregularis censeretur, cogeretur
suum vitium occultum manifestare saltem Epis-
copo,vel Pontifici, à quod impetranda est dis-
pensatio, cum esset iniquum obligare quemlibet
vt seipsum infamet Iuxta quæ latè scripsi infra
*in cap. nouit 13. de Iudicijs q.37.*dum egi de il-
la quæstione. *an quis se ipsum teneatur denun-
ciare?*

4 Hanc proxime latam admittu,dum filius non
credit se illegitimum,quod si sciat, aut credat,
iam tunc in casu, de quo loquimur quantum-
uis. vt puniatur delinquens, non teneatur se ma-
nifestare ? tamen vt consequatur ordines, &
beneficia, ex quo scit erga se,illegitimum esset,
etsi vulgo existimetur legitimus, cum adhuc
dicatur irregularis, qui occultus, & commu-
niter legitimus reputatus sit; quia textus hic, &
*in cap.fin.hoc tit.& in cap.1. & fin.eodem, cap.
per venerabilem qui filij sint legitimi, & in dist.
36.Trid. sess.21.de reformat.c.20. & sess. 23.c.
3.& 7.*& Pius V. in Bulla *quæ ordinis* Sixtus V.
in Bulla *sanctum, & salutare* absolute exclu-
dunt ab ordinibus illegitimum, nulla facta di-
stinctione de publico,vel occulto,Nauar.*in cap.
27.summ. n.*201.Couarruu *in clem.si furiosus 2.
p.§.3.n.4.*vers.*hinc illud* Auila *de cens. p. 7.disp.
3.dub.6.conclus.*1.Azor. *2.p. lib. 6. cap.3.q. 23.*
Egidius *disp.18. dubio 12.* Bonacina *de irre-
gularit.q. 2.puncto 3. num. 2.* Hurtad. *de ir-
regul. dif.16.* Villalobos *p. 2. tract. 21. summ.
dif. 32. n. 3.* Philibertus *de ordine p. 10. cap.
1 .n. 1.*dicens non carere errore opinionem Ca-
5 stri.† Henriquez *lib.14 summ.cap.8.n.10.*vbi di-
cit irregularem esse in vtroque foro etiam
illum, qui ob adulterium coniugatæ occul
tum, aut ob aliam causam, reputatur in
foro exteriori legitimus, de quo ait quod
facile obtinebit dispensationem occultam,
Papæ.

6 Et ita admitto in dubio posito hanc resolotio-
nem,& cōtrariam Castri solùm quando filius est
reputatus legitimus,nec ipse credit, vt sit adul-
terinus vel si erga se crederet illegitimum,publi-
cè habitus pro legitimo,Ecclesia illu m obligaret
ad ordines suscipiendos:sic Cornejo *tract. 3. de
irregularit.disp.15. dubio 1. in princip.* Castrus
Palaus *de censur. disp.6. puncto 9.* imò addunt
Layman.*in summa de irregul.cap.3.n. 1.* Reloz-
zarius *tom.1.tract.7.cap.5.sect.2.à n.69.*Gibalin.
de irregularit.c.3.q.1.n. 4. Leander *eodem tract.
2.disp.3.q.4.*

7 Quod si in aliquo caso graue damnum illegi-
timus vitare non posset,nisi ordines suscipiendo,
cessaret obligatio irregularitatis,alia maiori obli-
gatione superuenientis;sed non inde probari non
fore irregularem.

8 Ad tertiam quæstionis partem,an filius tenea-
tur credere matri asserenti cum Iuramento ip-
sum esse illegitimum? Et suppositis quæ dixi *in-
fra in dicto cap.per tuas de probat.à quæst.1.2.&*
3.& ex proximè adductis, dico vt filius propter
solùm testimonium matris,non teneatur se crede-
re illegitimum,etiam si mater in fine vitæ,ac mor-
tis articulo sic asseueraret:nam alias facilè pos-
sent matres filios exhæredaret; ob idque etsi di-
ctum matris aliquam præsumptionem faciat,non
se debet per hanc filius priuari Iure legitimita-
tis,nec per Iudicem sit priuandus:ita docent post
Hostiensem in textu nostro,& alios Nauarrus, *in
manuali cap.27.n.201.*Maiol.*de irreg.lib.1.c.7.
n.9.*Castro *lib.2.de lege pœnali cap. vltimo con-
clus.3.*Salced.*in pract.cap.14.litera,*C.Suarez *de
cens.disp.50.sect.4.n.5.*Filiucius *tract.19. cap. 5.
q.5.n. 144.* Castrus Palaus *tract. 13. de benefic.
disp.4.puncto 1.§.1.n.7.*Basilius Pontius *lib. 11.
de matrim.cap.9.n.3.*Bonacina *puncto 3.q. 2. de
irregul.n.5.*Diana *p.4.tract.2.res.59.*vers. *notan-
dum* Pellizzarius *tomo 2.tract.7.c.5.sect.2. q. 21.
n.72.*Ægidius Trullench.*in opere morali lib.7.c.
9.§ 6.*

Et Panormitan. *in dicto cap. per tuas,* (vbi 9
dixi)ait vt non teneatur credere,etiam si vterque
parens id asseueret,& Bartholom. de Medina *in
summa lib.1.cap.18.§.8.*audacter affirmat filium
illum validè esse stultum si postquam natus est in
Domo Patris sui,velit matri suæ assensum præbe-
re;indeque docet confessarios debere consuluere
filio,ne matri assentiatur.† Adduntque Doctores 10
nec matri credendum,etiam si sciat ipsam adulte-
ram fuisse; quia alleganti suam turpitudinem,
præsertim cum præiudicio tertij, nulla adhibetur
fides;& quia cum ipse,& sua,& publica opinione
sit legitimus,non tenetur suo incommodo repu-
tare se illegitimum, nisi conuincatur. † Et quia 11
in genium mulierum est alios præter modum
amare,& alios odisse, Lessius *lib.2.de Iust. c. 10.
dub.7.n.51.*Bonacina cum alijs *q. 4. de matrim.
puncto 15.n.20.& 21.*

Et in materia de Iustitia in ordine ad obtinen- 12
dam hæreditatem, est etiam hæc sententia com-
munis,vt probat idem Abbas *in dicto cap. per
tuas.n.4.*Canonistæ, alij *in cap. officij de pœnit.*
quo id probari videtur,vbi dicitur, quod huius-
modi adultera non tenetur suum facinus detege-
re, ne hæreditas mariti ad alium filium deueniat,
quod regulariter, & vt plurimum intelligit Sua-
rez *dicta disp.5.sect.4. sub dicto num. 3.* quia
filius non tenetur adhibere fidem dicto ma-
tris Iuxta *leg. filius ff. qui sunt sui, vel alie-
ni Iuris*, nisi sufficienter probetur tempore con-
ceptionis non fuisse cognitam à marito, qui,
& Couar.*in reg.peccatum 1.p.n.3.& 6.*Soto, *in
4.de Iustitia q 7.art.2.ad 1.* & Theologi *in 4.
dist.15.*

Sic tenent ex eo,quia licet filius credat matrem 13
fuisse adulteram,non ideo cogitur credere se esse
illegitimum, cum vtrumque possit æque con-
tingere; in casu ergo dubio de illegitimitate re-
putandum esse filium legitimum. † Et in du- 14
bio, an sit spurius, vel naturalis, reputandum
naturalem, docent idem Trulench. *dicto du-
bio.6.n.5.*Iuxta ea, quæ dixit *dict.lib.7.cap.18.
dubio 7.n. 1.* Castro Palao *tract. 1.* vbi de con-
scientia *dubia disp.3.p.5.n.1.* † Et in casu,quo 15
filius esset dubius poterit deponere scrupulum,
seu dubium,& se reputare legitimum, & semel
habitam hæreditatem retinere, & nihil resti-
tuere; quia in dubio melior est conditio possi-
dentis: sic Trullench. *dicto dubio, 6. num. 2.
in fine* cum Medina *quæst. 6.* quod verum
est,

est, ne obstent in hac quæstione adducta, Quando filius nascitur ex vero titulo matrimonij, cui fauendum est, vt dixit Suarez *dicta disp.50. sect. 4. n.6.* in fine, firmans, qood filius debet deponere dubium speculatiuum, & practicè se filium legitimum reputare.

16 Ex his patet vt non teneatur filius credere matri in proposito casu, etiam si Iurans, & in articulo mortis asseueret, ita iam relati, & consequenter confessarium debere vti magna prudentia, ne vltra modum compellat adulteram in articulo mortis detegere suum adulterium; quia, vt diximus, filius ei non tenetur credere; tum quia fieri potest, vt ipsa liberetur ab infirmitate, & occidatur à marito; & quia raro prodest detectio, & manifestatio adulterij, nec vllo modo erit consuleodum, vt adultera detegatur post eius mortem per confessarium; quia periculum est, vt proles adultera, vel confessarius ipse occidatur, tenent *vbi supra* Bonacina *dicto puncto 15. n. 22. & 23.* Trullench, *dicto dub.6. n.4.* & alij.

17 Verùm si ita vehemens sit matris persuasio, vt filius intus in mente credere coouincatur, & in eo casu existimet se in conscientia obligari, veluti si mater testibus probet toto illo tempore maritum absfuisse, vel alias similiter, & moraliter certas probationes offerat, quibus filius necessario conuincatur tuoc, vt teneatur filius credere matri, docent Petr. Nauarra *lib.3. de rest. cap.1. n.* 184. Lessius *dicto lib.2. de Inst. cap.* 10. *dubio 7. n.* 51. & Riccius *in praxi aurea resol. 346. n.* 1. præsertim si sit bonæ famæ, timoratæ conscientiæ, nec solita mentiri, vel si, vt testatur Suarez *supra dict. sect. 4. dub. n.7* in medio, maritus etiam haberet perspectum matris adulterium, & testificaretur, reputato filio, se non cognouisse vxorem eo tempore, quo concepit, cum tunc profecto videatur sufficere duorum testimonium ad obligandum filium, vt credat se esse illegitimnm, vt à simili probat *ex cap. transmissa, qui filij sint legitimi* ibi: *in tali casu standum est verbo viri, & mulieris, nisi certis indicijs, & testibus constiterit esse filium,* de quo dices, vt dixi *in dicto cap. perpetuas de probation.*

18 Sed ad propositum distinguens factum Suarez à necessitate, vel dubio, dicit, & ego cum eo, & Soto *vbi supra*, vt quacumque ratione filius credat se esse illegitimum, siue ex leuitate animi, siue ex ignorantia, siue ex nimia coniectura teneatur in conscieotia se gerere vt irregularem, & non ordinari absque dispensatione; quia alioqui ageret contra conscientiam, vt Nauarrus etiam notauit *dict. cap. 27.* & Maiol. & Salcedus citati, addunt si scrupulis filius angatur, & interius magis inclinet in matris assertionem, debere dispensatiooem petere, quod Suarez vocat vtile Concilium ad maiorem quietem; non tamen absolutè necessarium, cum possit deponere scrupolum, etiam si interius vrgeat.

19 Imo si prius leuius credidit, potest postea melius instructus mutare credulitatem, & consequenter etiam deponere conscientiam: alia ponit Suarez videnda *dicto n.* ad causam de partu supposito *a n.* 8 de quo latissime dico *in dicto cap. officij de Pœnitent.* vbi D.

20 Vnum tamen notandum est cum Sayro *lib 8. de conf. cap. 4. n. 16. in fine*, Bonacina cum alijs *de matrimon. dict. quæstion. 4. punct.* 5 *num.* 19. Bartholom à Fausto, *disp. 3. quæst 6.* Trullenh, *dict. cap. 9. lib. 7. in opere morali sub n.* 2. quod in casu, quo filius debeat matri credere, seu de facto credat modo dicto, non possit confessarius consulere ne credat filius matri.

Ad quartam quæstionis partem, an filius genitus à coniugatis post matrimonium ratum, & non consummatum, & vtriusque coniugis, aut alterius in religione professionem, sit illegitimus, & irregularis, & quod sit irregularis videtur amplecti Cornejo *de irregularitate disp.15. dub. 1. q.4.* quia quamuis ciuiliter, & materialiter sit legitimus quoad hæreditatem, eo quod ille ex vero matrimonio procreatus, cum matrimonium præcedens, dissolutum non fuerit quoad vinculum per sacros ordines, nec per professionem solemnem stat enim bene (ait ipse) quod ciuiliter sit legitimus quantùm ad hæreditatem; irregularis inquam, & illegitime genitus, canonice quantùm ad ordines, & refert sic ex Abbate Suarez *de cens. disp. 50. sect. 2. sub n.* 4. & ad sic probandum vterque adducit textum hic *in dicto cap. litteras.* 21

Verùm probabilius in casu professionis tenent Sanchez, *lib.9. de matrim* Maiolus *de irregularitate lib 1. cap. 4. n. 14.* Leander cum aliis *de irregularitate tract. 2. disp. 3. q.* 8. quatenus dicunt quod si proles sit genita post professionem alterius tantùm, aut vtriusque coniugis, sit illegitima; nec idem dicendum esse, si vir ad sacros ordines promoueatur, quia cum de Iure non dissoluatur ex hac susceptione matrimonium *extrau. antique* Ioan. 22. *de voto*, sequitur, vt ex professione sequuta, sic natus irregularis dicatur: nam vt dicunt adducti, & Suarez *supra*, Bonacina *de irregul. q. 2. puncto 3. n. 9.* Azor, *2. p. moral cap. 6. q.* 8. Castrus Palao *de benefic. tract. 13. puncto 1. §. 1. n. 4.* & alij, si professiooe facta, filius concipiatur ex priori coniuge, soboles est spuria, cum nequeat inter parentes validum consistere matrimonium, impediente professione vtriusqoe, vel alterius. 22

Nec obstat textus *in dicto cap. litteras*, vbi consultus Pontifex de quodam sic progenito respondeat, *si aliter dignus inuentus fuerit permittimus ipsum ordinari in clericum, & ad Ecclesiasticum beneficium promoueri*; quasi supponat illud non fuisse impedimentum. Quia respondetur verba illa *permittimus ordinari* significare relaxationem, indeque supponere impedimentum, vt tenet glossa ibi, Innocent, Adrian, Hostiens. Panormit, & communis, qui sic intelligunt, etiam glossa, *in dicto cap. 1. hoc tit. lib. 6.* & teouit glossa *in cap. ministri 81. dist.* Hostiensis *in summa hoc tit. §. qui possit* vers. *quid si sacerdos generat filium ex vxore legitima?* Innncent, Ioan. Andreas, & alij, quos refert Panormit. Anton *in 5. p. tit. 29. cap. 4.* Maiol. *lib. 1. cap. 4. n. 7.* 23

Tamen si ex vi litteræ dicti capituli, litteras adhuc instes dicendo ibi per verba *permittimus* Pontificem cum illo non dispensasse, sed tantùm declarasse illum sic natum posse ordinari, si aliud non obstat impedimentum per alia similia verba, quæ habentur *in cap. tua nos, & vlt. de homicidio*, & nihilominus Suarez *dicta disp. 50 de cens. sect. 2. sub n.* 5. referat ex integra illius textus, quam ex Antonio Augustino *in collect. 2. decretalium cap. 5. de filijs Præbyter*, ponit, imo firmet dispensatione Pontificia ac difficulter indulta, filium illum ordinari permitti, ne alijs spem daret, similia petendi. Tamen ego adhærens, tam illius textus integre, quàm litteræ positæ in titulo nostro, existimo non ibi dispensationem dari? quia 24

filius progenitus, de quo *ibi* fuerit ex professo, sed tantùm ex ordinato in sacris post matrimonium ratum.

25 Quare Sanchez *de matrim dicto lib. 9. n. 7. conclus. fin.* respondit textum *in dicto cap. litteras*, non dicere prolem hanc esse illegitimam, sed ex permissione posse ad ordines promoueri, dicens hæc verba tantùm euincere subolem hanc esse irregularem admodum illegitimæ prolis ob paternam incontinentiam quoad ordines scilicet, & beneficia, quoad successionem verò, & alios honores debeat legitima censeri, cum deficiat prohibitionis ratio, ait enim quod si vir, constante matrimonio, siue rato tantum, siue consummato, ad ordines sactos, ignorante vxore, vel contradicente, ascendat, & post illos sic susceptos ex sua vxore prolem suscipiat, sit censenda legitima, quia etsi ordines validè suscepti sint, ex eo; quia illegitime contra Iuris dispositionem, non possunt matrimonio, & soboli officere ex Msiolo *de irregul. dist. cap. 4. n. 7. & 9.* nam, vt Cardinalis *in dicto cap. litteras q. 1. in fine*, Abbas *n. 4. in fine*, Barbosa *n. 2. & 3.* Bellarmin, *de matrimonio n. 3. q. 3.* Rayner. *in summa huius tituli §. sed pone*, proles suscepta post legitimam promotionem ad ordines, vere legitima sit, hoc est vxore consentiente, aut certe sciente, nec contradicente; ergo ea ignara, aut contradicente, illegitimam esse; patet ex dictis, & in hoc casu Iudico admittendos esse Ancarran. *ibi notab. 1.* Henriq. *ibi*, Alex de Neuo *in cap. tua, el 2. n. 9. de Iureiur.* Hostiens. *in summa huius tit. §. qui filij n. 5.* Siluester verb. *illegitimus q. 4.* Psleot. *de nothis, & spuriis cap. 10. n. 4.* Henricus *in summa lib. 11. cap. 20. n. 1.* prope finem, qui etsi dixerint adhuc illeginimam esse, sciente vxore, nec contradicente non bene.

26 Etenim relatus Suarez *dicta disp. 50. de cens. sect. 2. n. 7.* colligit ex *dicto cap. litteras*, illegitimitatem solùm considerari à Iure, quod huiusmodi filij Presbyterorum propter parentum incontinentiam ab Ecclesia specialiter damnatam, & reprobatam procreantur, nec sufficere vinculum matrimonij, si eius executio fuerit dicto modo ablata, & interdicta, & addit textum illum porrigi non solùm ad filios Presbyterorum, sed ad inferiores, & religiosos; quia de his omnibus est idem; Iudicium, sic vt valeat argumentum à ratione formali talis prohibitionis, quæ non est ordo sacerdotalis, sed solemne votum continentiæ, ratione cuius in foro Ecclesiæ propria vxor, non reputatur vxor quoad debitum reddendum, vt notauit glossa *in dicto cap. ministri 81. dist.* ponderans verbum *inuadere cubile tamquam alienum*, additio ad Abbat, *in dict. cap. litteras*, citans Roman. *sing. 522. & 523.* tu verò accipies, seu intelliges iuxta relata de differentia procreati à professo, vel ab ordinato in sacris ex coniugata rite.

27 Vnùm tamen notabis quod si ante matrimonij consummationem vterque coniux, aut alter transeat ad religionem, & professione facta, filium concipiat ex priori coniuge, tunc soboles sit spuria, vt dixi, indeque si dispensationem velit obtinere, debeat tunc in impetratione exprimere, quod sit genitus, & procreatus ex legitimo matrimonio, sed quod pater, & mater ingressi fuerant religionem, & postea ex congressu fuerit genitus: ita Barbosa *in dict. cap. litteras numero 3. in fine*, Rebuffus *in praxi benefic. tit. de dispens. super defectu natalium numero 40.* Sanchez *dicto lib. 9. de matrim. disp. 31. numero 4.*

Et confirmatur, nam etiam in impetranda le- 28
gitimatione spurij, est necessario facienda mentio
qualitatis, & spuritatis; & adulterij vtriusque pa-
rentis, quia omne tacitum per id, quod Papa, vel
Princeps non ita de facili concessisset, si illud
sciuisset, facit rescriptum subreptitium, & vitiat
iuxta, ea quæ dixi *in cap. super litteris 20. supra*
de rescriptis, & in terminis docent Angel. in sum-
ma verbo *legitimatio n. 5.* ex Ioanne Andrea, &
Panormit. Siluester verbo *legitimus q. 3. dicto 2.*
Couuarru. *in 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 9. n. 2. & 3.*
Sanchez *lib. 8. de matrim.* cum infinitis *disp. 24. n.*
5. † Secundo facit, quia ad dispensandum cum 29
illegitimo requiritur quod illegitimus exponat
qualitatem illegitimitatis; sit, ne spurius, an natu-
ralis, an sacrilegus, an incestuosus, an adulterinus
&c. sic docent, & colligunt *ex cap. postulasti de*
rescriptis, Abbas, Cornejo, Iason, Decius, & alij,
quos citat, & sequitur Couar. *in 4. cap. 8. §. 9. à n.*
1. latè loquens, & docte Pelizzarius *tom. 2. regu-*
lar. tract. 9. cap. 3. sect. 4. q. 16. n. 132. Miranda *tom.*
2. regul. q. 2. art. 13. Portel *de dub. regular.* verbo
illegitimus n. 11. Leander *de vtraque confirma-*
tione dict. tract. 2. de irregular. q. 61. & 62. † & 30
omnes per id: nam qualitates cum aliquibus
circunstantiis maxime duplicatis possunt deterrere, aut mouere ad dispensandum. Hic applicabis notata *infra q. 4. vers. ad vltimam.*

31 Ad quintam quæstionis partem, an professione filij illegitimi tollatur irregularitas quoad ordines, & beneficia: vt respondeas leges quæ dixi *infra in cap. cum deputati 16. de Iudiciis q. 4. & ibi à n. 27. ad finem*, occasione quæstionis, de qua ibi, *an religionis ingressus auferat præsumptionem infamia?* Et quia inter modos tollendi irragularitatem ex illegitimitate præter illum matrimonij subsequentis, de quo latissimè dico *in cap. tanta qui filij sunt legitimi*, sit alius dispensationis scilicet Pontificis, aut Episcopi, de quo aliquid hic in vers. *ad quartam*, & late infra per quæstiones, & alius sit, de quo textus noster loquitur in vers. *nisi autem Monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes &c.* Ideo nunc de hoc modo auferendi irregularitatem, accipies quæ subsequuntur.

32 Ea licet neget Anton. de Rosellis *in tract. de legitimit lib. 3.* existimans tolli solum in filiis naturalibus, non in spuriis, sed reuera in omnibus etiam spuriis, ac in filiis Presbyterorum dicendum est tolli per textum nostrum, cuius obseruantia & nunc pollet per constitutionem Gregorij 13. quatenus anno 1588. reduxit ad terminos Iuris communis illam Sixti V. qua ita, illegitimos fecit inhabiles ad religionem, vt consequenter reddiderit irritum hoc Ius ad hunc effectum: sic docent antiqui ordinarij, *hic* Abbas, Zabarela Collect. Ioan. Andr. Bellarm, Innocent. Anchar. Hostiens, Butrius, Panormitanus, Imola, Anania, Viuian, Anton. Augustin. *tit. 9. lib. 1. cap. 1* Salced. *ad Bernard Diez in pract. cap. 14. litt. B.* vers. *si tamen illegitimus*, Riccius *in decis. Curia Archiepiscop. Neapol. p. 1. decis. 82.* Latè Campanil. *in diuers. Iuris Canon. Rub. 11. cap. 13. à n. 115.* Sanchez *in præcepta decalogi* videndus *tom. 2. lib. 5. cap. 5. à n. 9.* Barbosa *hic* cum Azor, Valerio Reginaldo, Ludouico Miranda, Eman. Rodriguez, Bellet. Bartholom à Bechis, Hieronimo Rodriguez, D. Hieronimo à Cugna, & aliis, quibus addo Suarez

de

de censf.disp.50.sect.5.à n.12. Filiuc.*tract.* 29.*cap.* 5.*q.*19.*cap.*5.*q.*9. Henriquez *lib.*14.*cap.* 8. *n.* 10. Nauar.*in cap.non dicatis n.*22.*& tit.de regularibus lib.*3.*Consil.* & in hoc *tit.lib.*1.*in summa cap.* 27.*n.*207. Castrum Palaum *de censf.disp.*6.*puncto* 9.*n.*12. Peyrinis *in constit.*2.*Iuly* 11.§.29. *n.* 89. Gibalin *cap.*6 *q.*3.*à n.* 2. Pellozarium *tom.*2.*tract.* 7.*cap.*5.*sect.*1 *q.*21.*a.*34. Sanchez *de matrim.lib.* 7.*disp.*86. *n.* 4. aliis multis tenet Zenedus ad decretales *collect.*61.*a.*1.

33 Addo cum Riccio *in collect.* 906 *ad cap.* 1. *hoc tit.in* 6 quod filius illegitimus factus religiosus, non solùm potest sumere ordines sacros; imo & beneficia manualia obtinere, vt dixit decisum Sayrus *in decis.*4.*hoc tit.* in casu, de quo *ibi*, & hoc per rationem iam adductam.

Q V Æ S T. III.

An ingressus solus religionis absque professione, auferat irregularitatem illegitimitatis quoad ordines, & beneficia? An quoad Prælaturas ingressus sine professio tollat sine dispensatione Papæ illegitimitatem? Et quid respectu Monialium, vt Abbatissæ, seu Priorissæ fiant? Et an omnis illegitimus reddatur per professionem solemnem legitimatus, & aptus ad omnes Prælaturas, & Dignitates, seu officia intra religionem obtinendam, aut ad Episcopi vicariatum, vel Monalium, siue Prioratum alicuius Conuentus.

S V M M A R I V M.

1 Cap.etiam 1.dist.36.n.6.& 7.
2 *Priuilegia clericatus clericis concessa, extenduntur etiam ad constitutos in minoribus, & ad Religiosos, etiam Nouitios.*
3 *Nouitius quare appelletur vere Religiosus & sub* n.4. fallit.
4 *Ingressus religionis solus absque professione non aufert illegitimitatem ad ordines, & beneficia* n. 5.
4 *Verba summary cuiusque textus non habent authoritatem, vt* n.6.
7 *Nouitius ordinatus si retrocedat, num incidat irregularitatem?*
8 *Iesuita qui ordinatus post vota sua Religionis, exiit ab ea, seu dimittitur, non incidit irregularitatem.*
9 *Professio in religione omnem tollit irregularitatem, reddendo illegitimum legitimum, etiam vt possit hæres esse Monasterium, tollitque matrimonium ratum, vt* n12.
10 *Professio non tollit illegitimi irregularitatem quoad Prælaturas, & quoad dignitates beneficiales,* & n.11.
11 *Professus illegitimus fit capax ad beneficia manualia.*
13 Glossa in cap deputati 16.de Iudiciis adducta sub n.9.intelligitur.
14 *Moniales illegitima verius est, vt professione non fiant legitime quoad Prælaturas, & sine dispensatione,* & num. 15. *nisi aliter cautum sit priuilegiis, vt* n.16.17.
15 *Sixti V. Constitutio.*
16 *Masculinum concipit fœminum sexum.*
17 *Abbatissæ electio illius quæ, & si professa erat illegitima, est ipso Iure nulla.*
18 *Professio vt tollat illegitimi irregularitatem quoad Prælaturas, eget dispensatione Pontificia, nec sufficit Episcopi* n. 19.
19 *Illegitimus nullus queit promoueri ad Dignitates, & beneficia Parochialia absque dispensatione Pontificis.*
20 *Religiosus illegitimus nequit ad officia continentia prælationem in eius religione promoueri, nec ad alia extra, nec potest esse vicarius Episcopi absque dispensatione Papæ.*
21 *Religiosus nequit creari vicarius Episcopi, aut virtute suorum priuilegiorum, aut consensu Prælati, vt* n.22.
23 *Vicarius Guardiani, nec subprior Priori nequit fieri professus illegitimus.*
24 *Professi illegitimi excluduntur ab officiis ministrorum generalium, & prouincialium* n.30. *ac conuentualium, item & definitorum sine dispensatione, vt* n. 25. *& discretorum, ac procuratorum cum voce in capitulo vt* n.27.
25 *Definitorum religiosorum officium est dignitatis superius Guardianis.*
26 *Personatus est quædam dignitas, seu prærogatiua in Ecclesia, quæ includit officia discretorum, & procuratorum cum voce in capitulo, vt* n.27.
28 *Professus illegitimus, potest esse vicarius, seu confessor Monialium absque alia dispensatione.*
29 *Professi illegitimi possunt habere in religione officia honoraria aliqua, vt Prædicatoris, & lectoris &c.*

AD primam quæstionis partem videtur respondendum quod solus ingressus sufficiat, 1
vt illegitimus reddatur ad ordines, & beneficia legitimus, cum ex textu nostro appareat, vt non solum ingressus religionis auferat illam illegitimitatem; imo & educatio religionis irregularitatem auferat ad ordines suscipiendos; dummodo non ordinentur, nisi vt religiosi fiant, vt insinuant verba hic, vel in congregatione canonica regulariter viuentes, sicque appareat ex summario ibi: *illegitimus non ordinetur, nisi vt religiosus fiat, in cap. etiam dist.* 36. vbi sic alloquitur Vrbanus Papa: *Presbyterorum filios à sacris altaris ministeriis remouemus, nisi in cœnobiis, aut in canonicis religiose probati, fuerint conuersati.* † Videmus enim in Iure, vt priuilegia immunitatis clericis con- 2
cessa extendantur ad clericos in minoribus; item, & ad Religiosos, etiam nouitios, nondum professos, vt dixi *supra in cap. Ecclesia sancta Mariæ de constit. quæst.* 9. & infra *de foro comp. cap.* 2. *q.* 14. 15. *&* 16. † Quia Nouitius vere 3
appellatur Monachus, aut Religiosus, cum vere participet aliquo modo religionis statum, vt docent Rodriguez *tom.1.quæst.regul.*13.*art.* 4. vbi ait sensisse sic viros Doctissimos; quia dicta Iura id concedentia non loquuntur de professione Hieronim Rodriguez *in compendio quæst. regul. ref.*76.*n.*7. Ioannes Bobadilla *in enchiridion. M. S. apud Mirandam tom.*1.*q* 25. *art.* 10. & consequenter dicentes sufficere receptionem habitus, maxime si educatio aliqua in religione antecessit,

vel

vel probatio aliqua post receptionem subsequuta sit, etiam si ad professionem nondum sit peruentum, vt refert Suarez *de censf. disp. 50. sect. 5. n. 13.*

4 Tamen in casu posito dicendum est, vt verba textus nostri non intelligantur, nisi de Monacho, ac Religioso professo cum effectu; quia etsi nouitius ad alios effectus Iuris, vt in relatis locis, soleat Religiosus appellari, quia iam est in via, & participat aliqua priuilegia religionis; non est tamen verisimile Pontificem velle comprehendere illos sub istis verbis *Monachi fiant*, cum altera sit horum verborum magis significatio propria; non inquam Nouitius est vere Monachus, aut Religiosus cum effectu, donec professionem emittat; alias vero hæc illegitimitatis prohibitio ad ordines, & beneficia de facili illuderetur, etiam in filiis Presbyterorum, qui ob speciales causas debent esse inhabiliores, quam cæteri illegitimi, vt *dixi in Rub. hic*: ita docent ex aliis etiam rationibus Felinus *in cap. cum deputati 16. de Iudic. n. 2.* Franch. *in cap. 1. n. 16. hoc tit. lib. 6.* S. Anton *p. 3. tit. 1. cap. 17. §. 3.* & Iuris periti, quos late refert, & sequitur Gregor. Lopez *in l. 12. tit. 6. p. 1.* & communiter scribentes hic, & *in cap. fin.* non inquam dicunt quispiam fit religiosus vere, & cum effectu; donec professionem, seu vota emittat: nam quamquam vulgari modo nouitius soleat etiam religiosus appellari ex dictis, sed cum legitimatio ad ordines sit, ad rem quandam perpetuam, non expediebat concedi; donec status religiosus de se perpetuus assumptus sit: sic enim solet etiam summi in Iure illa loquutio *fieri Monachum*, aut *ingredi religionem*, quando materia id postulat, vt patet *in cap. fin. 19. q. 32. & in cap. ex publico, de conuers. coniugator.*

5 Et amplectendo etiam hanc sententiam Sotus *in 4. dist. 25. q. 1. art. 3.* Pichard, *ibi art. 4. q. 3.* Paludan, *dist 41. q. 3. n. 14. in fine*, Maiolus *lib. 1. de irregularit. cap. 10.* Philiarchus *tom. 1. p. 1. lib. 4. cap. 8.* Valentia *tom. 4. disp. 7. q. 19. puncto 3. §. 2.* Iacobus de Graff. *in aureis decision. p. 1. lib. 4. cap. 27. n. 54.* Nauarr. *in comment. de regular n. 60. & in manuali cap. 27. n. 101.* Azor *inst. moral. p. 1. lib. 12. cap. 5. q. 12.* Sayrus *de censur. lib. 6. cap. 11. n. 3.* Bartholom. à Belchis *in praxi obseruanda in admittendis ad religionis statum nouitiis disp. 14. dub. 6. n. 2.* Sanctarelus *variar. resolut. q. 39. n. 2.* Barbosa *hic sub n. 2.* Viualdus *de irregul. n. 125.* Henriquez *lib. 14. cap. 8. n. 10.* Azor *lib. 12. inst. moral. cap. 5. q. 12.* Sanchez *lib. 5. summa cap. 5. n. 22.* Filliucius *tract. 19. cap. 5. q. 9. n. 153.* Villalobos *lib. 1 summe tract. 13. dif. 60. n. 6.* Castrus Palao *tract. 16. disp. 2. p 8. n. 20.* Gibalin *cap. 6. q. 3. consect. 1.* cum Barbosa, Leander cum aliis *de irregul. tract. 2. disp. 3. q. 66.* Suarez, & alij supra dicta *disp. 50. sect. 5. n. 12. & 14.* Vbi ex doctrina omnium, obiectis in principio adductis respondet, dicens doctrinam contrariam nullum antiquum habere authorem, nec verba nostri textus recte applicari: nam illorum sensus est, quem Vrbanus ibi citatus expressit, scilicet non solum Monachos sed etiam Clericos, seu canonicos Regulares frui illo priuilegio; in vtrisque enim ait requiri aliquam professionem, quæ constituat hominem re-
6 ligiosum. † Et quod nec verba summarij habent authoritatem, nec verba Vrbani Papæ in dicto cap. etiam dist. 36. aliquid contra probare, quia non requirit tantum, vt sint educati in religione, vel vt sint in probatione, sed vt sint *religiosi probati* huiusmodi autem eos esse dicunt, qui post sufficientem probationem sunt admissi hoc est per admissionem, qua approbantur, & per professionem, qua religiosi fiunt.

Vnde quamuis Doctores contrariæ sententiæ 7
dixerint quod si tantum nouitius, & nec professus sit ordinatus, & maneat immunis ab irregularitate, etiamsi postea religionis propositum relinquat, seu dicant reincidere in eandem irregularitatem; ita vt impediatur vti susceptis ordinibus, & ad superiores ascendere, sicut nouitij absoluti virtute priuilegiorum à censuris reseruatis dimittentes habitum ante professionem, in easdem incidunt, iuxta quoddam priuilegium *clem. 4.* vt refert idem Suarez dicta sect. 5. disp. 50 n. 13. in fine, sed re vera in sententia, quam meminit hoc non
procedit, vt patet † imo nec procedet in Societa- 8
te Iesu circa eius Religiosos per vota simplicia iuxta institutum illius magnæ religionis, cum iam dixerim *sub dicto cap. cum deputati in fine de Iudiciis* deleri in ea irregularitatem ex natalium defectu consurgentem, taliter, quod retrocedens, seu dimissus à religione, à votisque absolutus, non reincidat in ipsam; indeque venire, vt si promotus iam sit, possit ordinibus susceptis vti, nondum vero promotus promoueri non prohibeatur: ita docent Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 5. n. 13.* Barbosa *hic sub dict. num. 2.* & Suarez *de censur dicta disp. 5. sect. 5.* idem docent de professo in alia religione, & ab ea expulso in perpetuum.

Ad secundam quæstionis partem, si velis dicere 9
per solum ingressum religionis auferri irregularitatem quoad Prælaturas, poteris arguere ea adductis *hic n. 1.* si etiam quod professio illam auferat, & quoad Prælaturas, & Dignitates fortius argues ex resolutis ibi, & ex eo, quia Iure Diuino professio religionis dissoluit matrimonium ratum, & sic, vt melius tollat omnem irregularitatem, deinde quia glossa *in dicto cap. cum deputati 16. de Iudiciis in fine*, ait religionis professionem auferre omnem irregularitatem, & Iustinianus Imperator *in auth. de Monachis collat. 1. in principio*, dixit *detergere omnem maculam*, Iuxta quæ dixi *in dicto cap. 16. ex n. 1. q. 4.* deinde quia multi Iuris periti censent hanc religiosi legitimationem ita esse absolutam, vt reddat filium, vel Monasterium loco illius hæredem patris, etiam ab intestato, vt late refert Couar. *in 2. p. in 4 cap. 8. §. 7. n. 4.* per illa quæ dico *infra in cap. in præsentia 8. de probationib* ergo. Nec desunt Doctores sic tenentes, inter quos nonnulli affirmarunt apud Mirandam *in manuali prælator. tom. 2. q. 2. art. 1.* & ipse, & Eman. Rodriguez *tom. 1. quest. regular.* innuunt eorum sententiam esse probabilem, existimantes per professionem comparari Iure Diuino, integram, ac perfectam legitimationem, qua illegitimi quicumque redduntur omnino idonei ad omnes Prælationes, & Dignitates Ecclesiasticas, etiam Episcopatus, ac si legitimo matrimonio nati essent, quia difficilius est tolli vinculum matrimonij rati, vt pote quod Iuris naturalis est Diuini, quàm huius irregularitatis, quæ est Iuris humani vinculum.

Nihilominus in puncto, de quo loquimur, 10
cum sit aperta limitatio textus nostri ibi: *prælationes verò nullatenus habeant*, dicendum est per professionem quoad eas non tolli illegitimi irregularitatem, & *in dicto cap. fin. hoc tit.* & Vtrobique glossa, Panormitanus *in cap. ex litterarum*

de

de apostat. Anton. *3. p. tit. 28. cap. 4. §. 2.* Gregor. Lopez *in dicta l. 52. tit. 4. p. 1.* Nauarr. *in manuali dicto n. 201.* Vbi hoc etiam extendit ad fœminas, Paludanus *in 4 dist. 41. q. 3. n. 14.* Pichard, & Soto *vbi supra*, Maiolus, qui alios refert *de irregularit. lib. 1. cap. 1.* qui omnes hoc extendunt, non solùm ad prælationem in religione, sed etiam extra illam, & ad omnem dignitatem, & beneficia; præsertim curam animarum habentia, quos sequitur Suarez nonnullis fundamentis *de cens. dicta disp. 50. sect. 5. n. 15.* vbi cum illis addit in fine, nec ex dispensatione Episcopi posse Religiosum habilem reddi ad Prælationem; quia nullo Iure ei conceditur, probans ex textu nostro, & clarius ex *dict. cap. fin.*

11 Docent etiam hanc sententiam Butrius *hic in fine*, Abbas etiam, Zabarella *q. 7.* Barbosa *n. 3.* cum multis, inter quos Fuscus *de visitatione lib. 2. cap. 15. n. 36.* Paleot. *de nothis, & spuriis cap. 57. n. 4.* Iacobus de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 3. cap. 5. n. 8* Sanctatel *variar. resolut. q. 40. n. 1.* cum Nauar. *cons. 6. n. 2* vbi quod professus sit capax beneficiorum manualium, quæ ad nutum Prælati reuocari possunt; dummodo talia beneficia non fuerint curata, nec Prælatura Monasterij, Iulius labor, *variar. lucubration. tom. 1. tit. 1 cap. 16. n. 26.* Sigismund. à Bononia *de elect. dub. 72. n. 1.* Tamburin. *de Iure Abbat tom. 1. disp. 5. q. 14. n. 1* Sanchez, Azor, Sayrus, Ludouicus Miranda, Campanil, & alij *supra* adducti, Mandos. *de signatura gratiæ tit. de dispensa. super de effectu natal §. pen.* Henriquez, *lib. 14. cap. 8. n. 10.* cum Paludao. Corduba, Tabiena, Rebuffo, Ledesma, & aliis *ibi litt. Z.* Felicianus Sanchez *lib. 5. summ. cap. 5. n. 6.* Auila *de cens. p. 7. disp. 3. dubio 6. vers. sexto notandum*, Diana *p. 4. tract. 2. res. 65. & p. 10. tract. 13. res. 39* Vbi latè ad plura Peyrinus *in const. 2. Iulij 2. §. 29. n. 29.* Pelizzarius *tom. 2. tract. 7. cap. 5. sect. 21. n. 14.* Leander *de irregularit. tract. 2. disp. 3. q. 64.* & alij penes ipsos.

12 Nec obstant fundamenta contrariæ sententiæ: nam quidquid sit de antecedente, negatur consequentia, quia professio, seu status religionis, non habet eam repugnantiam cum irregularitate, seu illegitimitate, quam habet cum matrimonio, vt explicant Suarez *supra n. 16. in fine dict. sect. 5.* & ex aliis Leander *de cens.* Satis probabile esse, quod matrimonium ratum, solo Iure humano per professionem dissoluatur; imo etsi probabilius dicatur, vt voluit contrarij Iure Diuino positiuo, idest Christi priuilegio id factum: tamen probandum restare idem priuilegium professioni fuisse concessum quoad auferendum omne vitium illegitimitatis, quod non præstant, resistente decisione textus nostri, & *dicti cap. fin.* expreßè.

13 Nec obstant confirmationes adductæ, quia glossa illa, vel non est vniuersaliter vera, vel acommodare, intelligendam esse quod tollat omnes irregularitates, sed non eodem modo: nam quasdam tollit ipso facto, alias verò præbendo facultatem in earum dispensatione: ita Suarez *supra*, qui ait idem dici posse ad relatam authenticam, quamuis ibi potius sit sermo de malo culpæ, seu morali; & quod secunda confirmatio sumitur ex re valde extrinseca, & fortasse falsa, vt latius dicit Gregorius Lopez *in loco citato*, Salced. *in pract. cap. 14.* Couar, & alij *supra*. Hæc inquam ita se habent de iure communi, vt adnotarunt Suarez, & alij adducti, Diana *dicta p. 10. res. 39. tract. 13. in princip.* & ipse *de facultate regularium dispensandi cum illegitimis*, Sanchez *in summa tom. 2. lib. 5. cap. 1. n. 16* cum multis, bene tamen ex priuilegio, vt *infra* dico hic.

Ad tertiam quæstionis partem, an relata doctrina habeatur respectu Monialium professarum, ac habetur respectu Monachorum ex textu nostro, & pro sententia, nempe quod Moniales professæ non prohibeantur, etsi sint illegitimæ absque vlla dispensatione eligi in Abbatissas, & Priorissas, probant Tabiena, verb. *virginum consecratio n. penult.* Paludan. *in 4. dist. 41. q. 3. art. 2. n. 14.* Rodriguez *tomo 1. regular. q. 13. art. 21.* Miranda *in manuali Prælator tom. 1. tract. 1. de Monialib. q. 6. art. 3.* vbi dicunt ita sensisse Ioan. Andr. Geminian Felin. Ancharran. & Cynum Portel, *in dubiis regula*, verb. *Abbatissa n. 6.* Hieronym Rodriguez *in compendio regul. res. 2. n. 21.* quos citat Diana *p. 3. tract. 2. res. 101.* vbi addit Iulium Laborium *in variis lucubrat. tit. 4 cap. 24.* adnotantem sacram Cardinalium Congregationem declarasse, quod fœminæ ex illegitimo thoro natæ non comprehenduntur sub constitutione V. lata contra regulares illegitimos, quominus ad officium, vel Dignitatem Abbatissæ, seu Priorissæ eligi possint, siquidem Pontifex ille, quamuis illos illegitimos in sua constitutione edita anno 1588. duodecimo Kalend. Nouemb. maxime exosos habuerit, faciens illos inhabiles ad omnes dignitates, & honores, solùm cum viris religiosis loquatur, nihil de fœminarum præiudicio, quas potius non comprehendi in ipsa constitutione, dixit, nec ad eas talem constitutionem extendi, & probant amplius relati Doctores, & Ioannes Maria Nouar. Verbo *Monialis n. 15.* in voa Cordub. de anno 1581. Gibalinus *cap. 6. de irregularit. q. 3. consect. 6. pag. 423.* quia decisio textus nostri, & *dicti cap. fin. hoc tit.* tantum loquitur de Monachis masculis illegitimis, quæ cum odiosa, & Pœnalis sit, non est extendenda ad fœminas, & quia ex doctrina D. Thom. *in 4. dist. 25 q. 2. art. 1. quæstiuncula 1. ad 2.* esse Abbatissas, & Priorissas, non est habere prælationem, aut Dignitatem Ecclesiasticam, cum fœminæ nequeant esse propriæ Prælatæ, sed quasi, ex commissione eo munere fungantur ob periculum habitationis Prælati cum Monialibus, & notat sic Barbosa *in decis. Apostolicis*, declaratum verb *Monialis n. 18.* & quamuis Eman. Rodriguez, *in summma tom. 2. cap. 29. n. 12.* sub distinctione loquatur, nempe Abbatissas perpetuas, quibus benedictio impertiri solet (vt dixi *sub Rub. de elect.*) non posse esse illegitimas, secus de temporalibus; postea verò *dict. quæst. 13.* tenuit *num. 21.* nullam illegitimam indigere dispensatione, vt sit Abbatissa temporalis, ac perpetuæ, & benedicta. 14

Adhuc probabilius loquuntur alij Doctores, de Iure communi, sic prædictas Moniales ad prælaturas ascendere non posse absque dispensatione, vt contingit in Monachis professis, seclusis Religionum priuilegiis, quia multo tempore probabilius est, textum nostrum; & *dict. cap. fin. infra*, vbi filij illegitimi professi excluduntur ab omni Prælatura, & Dignitate, extendi ad fœminas illegitimas professas, quia quando volunt Pontifices suas leges non extendi ad fœminas, expreßè notant, vt fecit Sixtus V. *in dict. const.* & sic iater de Iure verius, cum nomine *filij* veniant etiam *fœminæ*, seu *filiæ*, vt late probat Barbosa cum multis *de appell. verbor. Iuris signif.* verb. *filius n. 48.* 15

† ex illo principio generaliter recepto, nempe 16

masculinum

masculinum concipere fœmininum ex *l. quis duos 60. in fine ff. de legat. 3. l. inter stuprum 101. ff. de verb. signif.* & *ibi in l.* 1. ita & ad casum præsentem respondendum; eo quod ratio, propter quam in textu nostro sit illegitimorum prohibitio, sit incontinentia paterna, quæ militat æque in filiabus, ac in filiis; & quia vt multis probat Sanchez referendus, officium Abbatissæ, & Priorissæ est vera Dignitas, & prælatio in fœminis sic constitutis, vt patet ex his, quæ scripsi *supra in Rub. de elect. à quæst. 4. & 6. & infra in cap. nouit de Iudic. q. 9.* ita hanc sententiam docent in textu nostro Barbosa *n.* 7. cum Mandosio, Viualdo, Suarez, Sanctarelo, Flaminio, Nauarro, Maiolo, Sacro, Belletto, & aliis, quibus addo glossam *in cap. indemnitatibus §. sane,* verbo *canonica, & ibi* Monach, Archidiacon, Ioan. Andr. Dominic. Anchartan, Francum, & Abbatem, etiam *in cap. cum inennctis de elect.* Decium, & Bellameram *ibi* Castellin. *de elect. cap. 17. n. 5.* Homobonum *de statu p. 1. cap. 24.* Naldum verbo *Abbatissa n. 1.* Barbosam *de potest. Episcopi* cum multis *p. 3. alleg. 100. n. 13. & in summa Apostolicar. decision,* verbo *Abbatissa,* quam notat *in dicto* verb. *Monialis n.*

17 18. *in fine.* † Vbi dicit quod Abbatissa eligi non potest Monialis, quæ est illegitima absque dispensatione Apostolica, & quod alias electio de illa facta est attento Iure communi irrita, circuoscriptis religionum priuilegiis ex sacra Congregatione regular; & Episcopor. in Saracen. 15. Iulij 1616. S. Congreg. Concilij 27. Aprilis 1630. cuius meminit Ioan. Maria, Nauar. *in lucerna regul.* verbo *Abbatissa n.* 10. qui recedi videtur à contraria decisione antiquiori, quam retulit *supra*, de qua Gauantus in verbo *Monialium officiales, n.* 7. Iulius Laborius *variar. lucubrat. tit. 4. cap. 24. n. 10. & 36.* Lezana *tom. 1. cap. 26. n.* 6. Castelin. *de elect. cap. 17. n. 14.* Tamburin. *de Iure Abbatissarum disp. 18. q. 12. n.* 1. *vers. quod intellige*, Leander *de irregular. tom. 2. disp. 3. q. 67.* & Sanchez *in præcepta decalogi tom. 2. lib. 5. n. 16.* vbi *n. 20.* cum multis, etiam adducti asserunt solum Papam dispensare in hoc cum Monialibus, sicut cum viris religiosis, Religiosorum, seclusis priuilegiis.

18 Ad quartam quæstionis partem, quæ includit sequelas dictarum conclusionum suppositis iam dictis, breuiter, & sigillatim respondendum est de Iure communi professionem factam in religione à religiosis, siue Monialibus non tollere irregularitatem quoad prælaturas, nisi modo assignato, hoc est dispensatione sola Pontificis, quia dictio *nullatenus* in textu nostro negat Episcopo facultatem dispensandi, vt ex glossa *in clem.* 2. verbo *nullo modo, de ætate & qualitate ordinand.* Imola, Cardinalis, & aliis probat Sanchez *dicto cap.*

19 5. *n.* 17. † Sicut constat ex *cap. fin.* vbi statuitur nullum illegitimum posse ad Dignitates, & beneficia Parochialia promoueri absque Pontificis dispensatione, sed Prælatum esse in religione, est dignitas, vt *supra* probaui sub *cap.* 1. *de ætate ordin.* ergo; & sic tenendum est cum relatis, & cum Suarez *dicta disp. 50 de cens. sub num. 15. sect.* 5. Richardo, Paludan, Rebuf. D. Antonin. Nauarro, Maiolo, & aliis, quos referunt Leander *supra q. 65.* & Suarez *dict. cap. 5. n. 17.* & hoc quidquid neget Archidiacon. *ad cap. quam sit 18. q. 1. n. 5.* vt docet sufficere dispensationem Episcopi.

20 Vnde dicendum est vt religiosus illegitimus nequeat absque dispensatione ad officia intra religionem promoueri, si Prælaturam, aut Dignitatem contineant, sicut & extra religionem, vt dixit Suarez sub vers. *ad secundum* adductis cum multis *n. 15. dicta sect. 5.* & quod inde non possit esse vicarius Episcopi; eo quod tale officium sit Dignitas; ita DD. extendunt verba textus *in dicto cap. fin. hoc tit* & Maiol. *lib. 1. cap. 10. de irregul. n. 4.* Sayrus *lib. 6. cap. 1. n. 2.* Rodrig. *tom. 1. q. regul. 13. art. 13.* † Sanchez *in summa dicto lib.* 21
5. *cap. 5. tom. 2. n. 16.* bene subdens, vt nec possit virtute priuilegiorum dispensari quoad hoc in professis illegitimis; quippe virtute illorum solùm possunt dispensari, seu legitimati quoad Prælationes in religione, Leander *de irregularit. tom. 2. disp. 3. q. 68.* Gibalinus *cap. 6. de irregul. quæst. 2. sectiu. 5. in fine* Barbosa cum aliis *de Iure Eccles. cap. 51. n. 197.* † qui & in textu nostro *n. 8.* ait, vt 22
nec Monachus legitimatus per professionem possit creari talis vicarius, etiam de consensus sui Prælati cum Campanillo *in diuers. Iuris, can. Rub. 11. cap. 15. n. 118.* quem ipse refert *de potestate Episcopi p. 3. alleg. 54 n. 14.* & cum eodem Barbosa, Hieronim. Rodrig. *in compend. reg. resolut. 52. n. 48.* & alij.

Item attento eodem Iure communi verius est 23
ex doctrina textus nostri, & *dicti cap fin.* vt professus minime queat habere officium vicarij, aut sub Prioris in religione, seu conuentu; quia illegitimi nequeunt habere ea officia, quibus de possibili Iurisdictio ordinaria, & cura animarum sit annexa, vt patet ex *dicto cap. fin. hoc tit.* vbi illi nec personatus, aut curam habere possunt sine dispensatione, cum ergo constet quod in aliquo casu sint ordinarij, vicarius, aut sub Prior conuentus Iure speciali, quando scilicet Prior, seu Guardianos est absens, aut amotus ab officiis, seu mortuus. Ergo nec ita officia poterunt sola professione, sine dispensatione, seclusis priuilegiis obtinere, vt docent in specie Nauarrus *lib. 1. edit. cons. 3. n. 2. cons. 6. n. 23. & 5.* Sanchez *dict. lib. 5. summa tom. 2. cap. 5. n. 16* Leander *dict. disp. 3. q. 71.* cum Paludan, *in 4. dist. 41.* Siluestro, verbo *Prelatus q.* 5. Miranda *supra art.* 8. *vers. primo quod supra dicti*, & verum est ex dictis quidquid contra teneant Rodriguez *tom. 1. regul. q. 13. art. 10.* Hinojosa *in director. decis. regul.* verbo *illegitimus* dicentes posse vicarium, seu Priorem fieri sub Guardiano, vel Priori, cum talis non habeat Iurisdictionem ordinariam, sed delegatam. Verum quia ipse Hinojosa sequitur primam in casu, quo Prior, aut Guardianus moriatur, si Vicarius, aut subprior remanet in suo officio; eo quod tunc retinet Iurisdictionem ordinariam; ideo non est cur recedatur à prima sententia.

Vnde infero à fortiori ex eodem Iure commu- 24
ni professos illegitimos sine dispensatione excludi ab officiis ministrorum, Generalium, & Prouincialium, ac conuentualium, quia, vt abunde probaui *in dicto cap. 1. de ætate ordinandor,* hæc officia, Dignitates, personatus, & Prælationes important, cum omnes gaudentes prædictis officiis, habeant Iurisdictionem ordinariam: ita omnes, & præcipue Siluester verb. *Prælatus q.* 2. loquendo de prælatis sui ordinis Prædicatorum, & aliorum mendicantium, Miranda *tom. 2. director. Prælator q. 1. art.* 8.

Et quamuis vt non excludantur ab officiis De- 25
finitorum, posset quis firmare ex Nauarro *lib. 1. cons.*

cenſ. hec tit. d ℓto conſ. 6. num. 3. quatenus docet quod illegitimi poſſunt habere in religione omnia officia, quæ ſunt manualia, & quod ſunt manualia omnia officia, quæ non ſunt capita conuentuum, inter quæ videntur computari definitoria. Tamen verius eſt illegitimos profeſſos ab his officiis, non habita diſpenſatione Pontificia expelli; quia vt patet communiter tale definitorij officium eſt dignius Guardianis, ac Prioribus, habentque Iuriſdictionem, & dignitatem: ita Miranda Franciſcanus loquens de Difinitore ſui ordinis *ſupra dicto art. 8. concluſ. 1.* verſ. *ſecundo inferior* ſui ordinis, & Prædicatorum, & quia Definitorius eſt perſonatus Dignitas, vti contendit Rodriguez *dicta quæſt. 13. art. 8.* Latè Peyrio. *in conſt. 2. Iulij 2. dict. §. 29. numer. 91.* Sanchez *dicto lib. 5. Decalogi tom. 2. cap. 5. n. 16.* Leander *de dictis duobus caſibus de irregul. dict. tract. 2. diſp. 3. q. 69. & 70.* vbi cum Silueſtro ver-
26 bo *Dignitas n. 2. & 5.* † Explicat *perſonatum* eſſe quandam Dignitatem, ſeu prærogatiuam in Eccleſia ſine Iuris dictione, vt habere ſtallum honorificum in choro, in proceſſionibus, in vocibus dandis, & ſimilibus, pluſquam alij ſui ordinis canonici, de quo dico *infra in Rub. de prebendis, & Dignit.*

27 Imo & Miranda *dicto tom. 2. direct. prælator. quæſt. 2. art. 8. dicta concluſ. 1.* addit idem dicendum eſſe de officiis diſcretorum, aut Procuratorum, qui cum voce actiua, & paſſiua mittuntur ad capitula generalia, ſiue prouincialia, eo quod talia officia nomine perſonatus, & Dignitatis veniunt, Gibalinus *de irregul. cap. 6. quæſt. 3. conſect. 5.* verſ. *ex his* Leander *vbi ſupra.*

28 De vicario, ſeu confeſſario Monialium aliud credo eſſe dicendum; quia horum munus & officium, non eſt prælatio, perſonatus, aut Dignitas, cum dictus vicarius nec habeat curam, aut Iuriſdictionem ordinariam annexam, ſed ſolùm forſan in aliquo caſu delegatam: ita in terminis docent Silueſter, & Miranda *vbi ſupra*, Leander *dicto tract. 2. de irregularit. diſp. 3. q.*
29 *72.* † qui addunt poſſe prædictos illegitimos profeſſos habere alia officia honorifica in religione, vt Prædicatoris, Lectoris, & ſimilia, de quo videndi ſunt Nauar. *dicto conſ. 6. hoc tit.* Gibalinus *dict. cap. 6. q. 3. ſectar. 5.* verſ. *ex his*, Caſtrus Palao *de cenſuris diſp 6. puncto 9. n. 12.* item & Magiſtri Nouitiorum.

30 Verùm ex adductis *hic* à verſ. *ad quartam*, non obſtantibus his duabus limitationibus exiſtimo non poſſe prædictos illegitimos profeſſos eſſe vicarios Miniſtri Generalis, aut Prouincialis; imo nec viſitatores prouinciarum, vt *præter* adductos docent Hinojoſa *in director. deciſ. regul.* verb. *illegitimus*, & verbo *adde*, Rodrig. *d. q. 13. art. 10.* Leander *ſub dict. q. 72.* & alij.

* * *

QVÆST. IV.

An ſi illegitimus abſque diſpenſatione ordinatus eſt deinde ingreditur religionem, & in ea profiteatur, vt poſſit non ſolùm promoueri ad alios ordines, verum in ſuſceptis miniſtrare abſque diſpenſatione? An hodie per priuilegia conceſſa Religiosibus, poſſint abſque diſpenſatione Pontificia, & ex ſola electione facta ab habentibus poteſtatem eligendi, profeſſi obtinere Prælaturas, & Dignitates in ſuis Religionibus, ſeu fiat diſpenſatio per Generales, & Prouinciales ſeorſum? Etſi filius naſcatur ex parentibus profeſſis, ſiue adſtrictis caſtitatis voto, cum ſine profeſſione cenſeatur legitimus ad ordines, & beneficia abſque vlla diſpenſatione?

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio eſt ſtricte interpretanda.*

2 *Profeſſio in religione reddit habilem illegitimum ad adminiſtrandum in ſuſceptis ordinibus ante illam, & ingreſſum.*

3 *Profeſſi illegitimi ſi conſtat per priuilegia religionis, quod habilitentur ad prælaturas, poterunt illas obtinere abſque alia diſpenſatione, etſi non non ſint in vſu, vt* n. 4.

4 *Charthuſiani habent priuilegium à Nicolao Papa gaudendi priuilegiis ſibi conceſſis, etſi in vſu non ſint, ſimplicitate, aut ignorantia Iuris. Et quid de aliis religionibus.*

5 *Illegitimus electus ab habente poteſtatem diſpenſandi, & ſi electus vita videatur eo ſolùm, vt alij dicunt, vt debeat fieri cum exexpreſſa diſpenſatione vt* n. 6. *Et quid in foro anima* n. 7. *ſed de veritate Iuris* num. 8. 9. 10.

9 *Voluntas tacita tantùm valet, quantùm expreſſa in his, quæ certam non requirunt formam.*

9 *Pontifex ſcienter admittens irregularem ad ordines, vel beneficia, cenſetur cum illo diſpenſare.*

10 *Regulares Prælati, Generales, aut Prouinciales, nunquid poſſint diſpenſare cum ſuis ſubditis illegitimis, vel ſoli per ſe, aut in capitulo, aut neutro modo* n. 11. & 12. *vbi referuntur Bullæ aliquorum Pontificum. Et de veritate* n. 13. & 14. *vbi quod ſoli ſine capitulo.*

12 *Bulla Gregorij XIV. expenditur circa poteſtatem diſpenſandi Regulares Prælatos honores cum ſuis ſubditis illegitimis, &* n. 13.

15 *Filius habitus ex parentibus poſt matrimonium conſummatum profeſſus, cenſetur legitimus quoad ordines, ſicut quoad hæreditatem, vbi referuntur de aliis filiis, &* n. 16.

AD primam quæſtionis partē videtur negandum; eo quod ſic diſpenſatio eſt ſtricte interpretanda iuxta ea, quæ dixi ſub *tit. de reſcript. in*

R dioerſis

diuersis capitibus, & *ibi in cap. super litteris* 20. ita & in casu præsenti irregularitas, quæ aufertur per professionem emissam ex late adductis *hic q.* 2. *&* 3. non porrigatur ad administrandum in ordinibus susceptos ante professionem, & *infra* dicendis pro completa declaratione nostri textus, & aliorum.

2 Nihilominus in puncto hoc, vt iam *supra* dictum est, professio in religione, talis efficaciæ est, vt non solùm auferat irregularitatem quoad ordines suscipiendos ab illegitime natis, verùm, & reddat illos habiles ad administrandum in susceptis ordinibus, etiam sacris ante ingressum religionis, eo quod textus noster ample in hoc casu interpretatur dispositione Iuris quam interpretari debet extra professionem respectu dispensationis Pontificiæ, aut Episcopalis ex *infra* dicendis, docent in terminis Henriquez *in summa lib. 7. cap.* 12. §. 1. *& c.* 24. *n.* 4. *in fine*, Oldradus *cons.* 300. *n.* 4. *vers. considerandum est*, Sanchez *de matrim. lib.* 8 *disp.* 1. *n.* 13. Sanctarellus *variar. resol. q.* 39. *n.* 8. Barbosa *hic sub n.* 2. *vers. deinde*, quatenus dicunt quod quando dispositio, seu dispensatio emanat in fauorem religionis, debet extendi, ampleque interpretari; secus quando conceditur vni, vel alteri.

3 Ad secundam quæstionis partem iam *supra q. præced.* dictum est latè de Iure communi ex textu nostro, & *cap. fin. hoc tit.* professum, etsi ad ordines sacros admittatur non tamen ascendere posse ad Prælaturas, se clusis priuilegiis religionis sed quia iam *ibi* insinuatum est, esse quædam priuilegia à Pontificibus concessa, quibus ipso facto professionis habilis, reddatur religiosus ad Prælaturas; ideo hic qualiter contingat, disputandum est; igitur si constet de aliquibus priuilegiis, ita concessis, tenendum est competere dictam habilitatem ad Prælaturas, ipsis illegitimis professis, vt in terminis referendo quoddam priuilegium Eugenij IV. Concessum conuentui S. Georgij in Alga, quod Patres Congregationis S. Ioannis Euangelistæ in Portugalia habent, vt referunt Portel. *in compendio fol. 9. pag. 2. in princ.* Doctus Pater Mureia *in cap. 4. super 2. reg. 9* Francisci §. 2. *n.* 17. Rodrig. *tom. 3. regular. q.* 51. *art.* 5 Suarez *in cap.* 35. *n.* 6. quorum verba refert Diana *p.* 10. *tr.* 13. *res.* 39. Villalob. *in summa tr.* 13. *dif.* 60. *n.* 10. Leand. *de irregul. tr.* 2. *disp.* 3. *q.* 73. cui contradicit Mag. Lezena *in summar. q. regular. tom.* 3. verbo *illegitimi n.* 4. vbi loquens de dicto priuilegio, ait sibi non constare, an sit viuæ vocis oraculo concessum, ac per consequens reuocatum his temporibus; vel quia esto sit concessum, videatur reuocatum per generalem reuocationem similium priuilegiorum, factam per Sixtum V. in duabus Constitutionibus, *tom. 1. cap.* 18. *n.* 69. præsertim *in* 2. vbi expressè etiam nominantur illi, qui eo ipso per ingressum religionis legitimati erant, & moderatis per Gregorium XIV. in Bulla circunspecta.

4 Quidquid autem sit vnum tamen notabis quod si pateat de talibus priuilegiis, quæ in vsu non sint; quia per ignorantiam fratres illo non vterentur, dicunt nihilominus hunc non vsum nihil obstare, Manuel Rodrig, Suarez, Portel, Villalobos, & alij *vbi supra* eo quod Nicolaus Papa IV. Concessit religiosis Carthusianis posse gaudere priuilegiis sibi concessis, etsi simplicitate, aut ignorantia Iuris, illis vsi non sint; dum tamen præscriptum non sit contra illa, nec sint derogata, & hoc tenent extendi ad alias Religiones, præsupposita communicatione priuilegiorum inter omnes religiones, de quo alibi; siquidem idem Sixtus V. Clem. VIII. & Paul. V. (vt referunt frater Emanuel *in Bullario fol.* 158. Villalobos *supra*, Diana *p.* 4 *tr.* 2. *res.* 65. Leander, & alij) in confirmationibus, quasi ipsi fecerunt priuilegiorum ordinis S. Francisci, non posuerunt clausulam, *quatenus sunt in vsu*, videndi sunt etiam Machado *tom. 1. summa lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 2. n.* 6. Gibalinus *cap. 6. q. 3. de irregul. consectario* 4. & alij.

Vnde dubium est, an sola electio facta illegitimi professi per illum, qui potest eligere habeat vicem dispensationis, vel requiratur expressa dispensatio superioris? Et relatus Lezana *in summa q. regul.* verbo *illegitimi n.* 17. & alij ex doctrina Nauarri, & Siluestri, verb. *irregul. n.* 14. *q.* 58 *in fine*, & Archidiaconi, dicunt solam electionem sufficere, vt dictus illegitimus censeatur dispensatus, non solùm quoad forum conscientiæ, sed etiam quoad forum externum, & posset hæc pars Iuridicis fundamentis comprobari 5

6 † Tamen verius est, vt requiratur expressa dispensatio cum causa, & expressa cognitione causæ, notant Portel. *supr. n.* 7. Rodrig. Miranda, Diana, & Pelizarius *in manuali regular. tom. 1. tr. 9. cap.* 8 *sect. 3. n.* 101. Hinojosa in verbo *illegitimus in director. decis. regular.* in sequentibus verbis: *illegitimus canonicè electus à patribus, qui eius nouerant inhabilitatem in prælatum, si ipsi electores, aliàs poterant dispensare iuxta priuilegium Sixti IV super inhabilitate illius, censebitur esse dispensatus in conscientia; in foro autem exteriori minime, nisi actualiter; & expresse cum illo dispensetur.* Leander sic etiam *de irregul. tr. 2. disp. 1. q.* 78. ex eodem Nauarro *c.* 25. *n.* 74. Siluestr. vers. *dispensatio* citato dict. Rodrig. *tom. 1. q. regul.* 3. *art.* 6 Miranda *tom. 2. q. 2. art.* 14. *conclus. 1. &* 2.

7 † Dicentes in foro animæ electum securum esse per ipsam electionem sine expressa dispensatione electoris scientis eius inhabilitatem, non sic in foro externo.

8 Sed distinctio fortis quidem non est etsi in praxi admittatur, quia & prædicti Doctores addunt quod si Prior Prouincialis electionem confirmet, sciens inhabilitatem, tollat quidem ipsam, eo ipso quod confirmat; quia vult, & potest tale electionis impedimentũ tollere: etenim voluntas tacita tantùm valet, quantùm expressa in his, quæ certam non requirunt formam *ex l. qui ad certum ff. locati, l. de quibus ad finem ff. de leg.* & ex his, quæ dixi *in cap. 1. de foro comp. q. 4. de* Episcopo tacitè consentiente

9 † Et omnes dicunt quod si Pontifex scientia admitteret ad ordines, aut beneficia irregularem aliquem, eo ipso cum illo dispensare dicatur, vt nullo contradictore firmat Villalob. *1. p. de dispens. tr. 1. dif.* 50. solùm enim ex Felino *in c. præterea n. 9. de testibus cogend.* quoad forum exterius debet probari scientia dispensantis cum inhabili, sed qualiter probanda illa scientia docet Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt.* 20 & Sanchez *lib. 8 de matrim.* cum infinitis *disp. 4. n.* 17. Fr. Eman. Rodrig. *tom. 1. q. regul.* 13. *art.* 16. Henriq. *lib. 4. de irregul. c. 17. n.* 5. Suarez *de cens. disp.* 41. *sect.* 3. & alij dicunt, quod quando inferior suis legibus inhabilem, aut superioris legibus prohibitum admittit in casibus, quibus ipse potest dispensare cum causa legitima: tunc si re vera adsit legitima causa, quamuis non præcesserit illius cognitio, est visum dispensare eo ipso, de quo dico *infr.*

10 Quod si teneas dispensationem expressam requiri, vti & requiritur, si nondum electio facta sit, posset dubitari an Prælati regulares, Generales,

aut

aut Prouinciales queaot ex priuilegijs Pontifi-
cum diſpenſare ad quaſcumque prælaturas, &
Dignitates ordinis habendas cum illegitimis ſibi
ſubditis,ſeorſum per ſe ipſos,& eatra capitulum,
quoad primum negant Rodrig. *dict. q.* 13 *regul.*
art. 11. Miranda *tom.* 2. *q.* 2. *art.* 2. Hinojoſa *in di-*
*rector.deciſ.regular.*verbo *illegitimus*,& alij,quia
licet ea conſ.Sixti IV.olim conceſſa fuerit Gene-
rali, & Prouincialibus, & eorum vicarijs ordinis
minorum facultas diſpenſandi, idemque con-
ceſſum fuerit ab eodem Papa Generali, Magi-
ſtro;ac Prioribus,Prouincialibus, & conuentuali-
bus, & eorum vicarijs in prædictis mortuis, vel
amotis;quia tunc illorum loco ſubrogantur,vt re-
ferunt adducti, & Collector priuilegior mendi-
11 cantium verbo *diſpenſatio* §. 12. & 13. † Tamen
quia huiuſmodi facultas poſtea eis ſublata fuerit à
Sixto V.in duabus adductis *ſupra* Conſtitutioni-
bus edictis I. anoo 1587.Sexto Kalend. Decem-
bris,alia 1588.12.Kalend.Nouemb.anno IV. ſui
Pontificatus;ideo videtur, vt nec in Capitulo,nec
ſeorſum per ſeipſos poſſint diſpenſare ad Prælatu-
ras,& honores cum illegitimis ſibi ſubditis.& pro
vberiori tractatione leges quæ de his etiam dixit
Diana ex textu noſtro,& *cap.nimis huius tituli p.*
10.*tract.*9.*reſ.vnica*, vbi referens Bullas Sixti V.
& verba Bullæ Gregorij XIV.ex Peytino Moſo-
no,Baſſæo,Manuel.Rodrig.Tamburino,& Bullam
Pij V.poſita in Bullario *tom.* 2.incip.*etſi mendican-*
tium, qua Pontifex conceſſit Congregationibus
Canonicorum Regularium Lateranenſium S.Sal-
uatori,& S.Crucis Colimbricenſis Caſſinenſium
montis Oliueti,Vallis Vmbriſſæ &c.omnia men-
dicantium priuilegia;& ſic etiam per participatio-
nem non mendicantium,vt eaplicat Tamburin *de*
*Iure Abbat.tom.*1.*diſp.*300.Butr.149.*lib.*Patiſio
22.*n.*5.*lib.*5.ait dictam Bullam Pij V. fuiſſe po-
ſtea reuocatam à Gregorio XIII.tantùm in ordi-
ne ad priuilegia contraria Concilio Tridentino,
vt ſubdunt etiam Garcias *in Politica regul. tom.*
5.*tract.*8.*dif.*1.*aub*4.*n.*1.Rodrig.*tom.*1.*q.*8.*art.*
9.Miranda *in man.tom.*2.*q.*48 *art.*7. Sanchex *in*
*ſumma tom.*2 *lib.*5.*cap.*4 *n.*16.Perin.*de priuileg.*
*minim.tom.*3.*conſt.*7.*Pij* 5.§. 1.*n.*1.*p.* 2. & §. 29.
*n.*25 adducens declarationem Concilij.

12 Nihilominus quia Greg.XIV. per ſuam con-
ſtitutionem latam anno 1590.idibus Martij,Pon-
tificatus anno 1.quæ incipit *circumſpectâ Romani*
Pontificis declarauit, ac moderauerit prædictas
Sixti V. conſtitutiones, ac decreuerit licere Ge-
nerali, ac Prouinciali ſingulorum ordinum, &
congregationum cum ſuis ſubditis illegitimis,
quos aliàs dicti Generales,aut Prouinciales cum
Generali,ſeu Prouinciali, ſeu intermedio capitu-
lo,& non aliàs ſuffragantibus meritis dignos iu-
dicauerint,ad honores,gradus,Dignitateſque ob-
tinendas diſpenſare; ex qua contextura videtur
probari vt ſint priuilegia, quibos ea diſpenſatio
competat relatis miniſtris religionum; item &
quod ea facoltas certe competat, ſi diſpeoſent in
ſuis capitulis generalibus,prouincialibus, aot in-
termedijs, vt notantet docent Rodriguez,& Hi-
oojoſa,*vbi ſupra*,Miranda *art* 2.& 3.latè eaplicat
Baſſæus verb. *irregul.*4.*n.*7.verſ.*ex varijs autem*,
& *alij*,quare potuerunt firmare idẽ Miranda *tom.*
2.*de regul.q.*2.*art.*2.*in fine*,Hieronim.Rodrig.*in*
*compend regul.reſ.*42.*n* 10.Villalob.*ſupr.tr.*13.*p.*
1 *ſumma diſ.*60 *n.*6.nullo modo per ſeipſos ſeor-
ſum poſſe cum dictis illegitimis diſpenſare ad Præ-
lationes, & Dignitates obtinendas intra ordinem.

Et quamuis virtute Gregorij Bullæ relatæ, te- 13
neant Laurent.Portel.*in dubijs regular.*verb.*ille-*
*gitimi n.*10.& relati à Diana *p.*3.*tr.*2.*reſ.*102. vt
poſſit ſeorſum quilibet diſpenſare dictorum mini-
ſtrorum, vt modo dicetur, ſed reuera falluntur
cum ſint verba dictæ Bullæ clara; at ex alia Bulla
eiuſdem Pontificis,qua conceſſit clericis Regula-
ribus miniſtrantibus infirmis *in tom.* 2. *Bull. in*
*Greg.*14.*conſt.* 17. apparet poſſe Generales ordi-
num,& vt eius licentia Priores locales,atque Pro-
uinciales cum illegitimis diſpenſare ad Dignita-
tes,& officia ordinis abſque capitulo generali,&
prouinciali,& ex alijs Bullis confirmatorijs priui-
legiorum regularium latis poſt relatam Gregoria-
nam à Clem.VIII. facta Patribus de obſeruantia
incipiente *ratio paſtoralis* 20.Decemb.1597. alia
Pauli V. eiſdem Patribus incipiente *iuncti nobis*
1. Decemb. 1609. in quibus quia appoſitæ ſunt
clauſulæ *ex certa ſcientia*,& de plenitudine pote-
ſtatis &c. *in motu proprio* (de quarum virtute
dicam infra ſub *tit.de confirm vtili,vel inutili*) Do-
ctores teneant, vt poſſint Prælati Regulares ſine
vlla reſtrictione,hoc eſt generalis,vel prouincialis,
& conuentualis,Prælatus, aut eorum vicarij eiſ-
dem mortuis, vel amotis per ſe abſque conſenſu
capituli ſeu definitorij diſpenſare cum ſibi ſubditis
illegitimis ad quaſcumque Dignitates, & officia
ordinis,quia hæ clauſulæ operantur, vt reſtituan-
tur, & reualidentur priuilegia reuocata, vt com-
muniter docent Doctores,& præcipue Suarez *de*
*leg.lib.*8.*cap.*19.Rodrig.*tom.*1.*quaſt.regul.art.* 3.
& *tom.*2.*quaſt.*34.*art.*4. Sigiſmundus à Bononia
*de elect.num.*67.Diana *d.p.*3.*tr.*2.*reſ.*102.Portel.
verbo *illegitimus n.*10. Baſſæus verb.*irreg.*3.*n.*7.
verſ.*ex varijs.*† ideo ego cum illis affirmo,conſti- 14
to expreſſe de illo antiquiori Sixti IV.Pontificis,ac
poſterioris Greg XIV. iam adductis,cũ Aſcanio,
Tambur. *de Iure Abbat. tom.*1.*diſp.*5.*q.*14.*n.*10.
Laurent.de Peyrinis *in priuil.minimor.tom.*1.*conſt.*
2.*Iulij* 2.§.29.*n* 96.Pelizario *tom.*2.*tr.* 9.*c.* 3.*ſect.*
4.*q.*16.*n.*131.poſſe Generales,vel Prouinciales,vel
etiam ſuperiores locales,etiam extra capitulom ge-
nerale,aut prouinciale diſpenſare cum ſubditis pa-
tientibus defectum nataliũ ad Dignitates, & offi-
cia ordinum,quod non ſic licebit vicarijs eorum,
cum dict Bull vltima Greg. de illis non loquatur.

Ad vltimam quæſtionis partem, adiunctis quæ 15
dixi hic ſub.*q.*2.à verſ.*ad ſecundam* breuiter exiſti-
mo reſpondendum,vt filius habitus ex parentibus
poſt matrimonium conſummatum profeſſis, cen-
ſeatur legitimus quoad ordines,quia cum tale ma-
trimonium profeſſione ſolutum non fuerit, cum
eſſet conſummatum; ideo debet dici legitimus
quoad ordines,ſicut quoad hæreditatem:ita Lean-
der *de irregul.tr.*1.*diſp.*3.*q.* 9. Contra Sanchex,
Maiolum dicentes eſſe legitimum quoad ſucceſſio-
nem irregularem,non quoad ordines propter pa-
ternam incontinentiam, & ſic egere diſpenſatio-
ne per *c.litteras* 14.*hic*, quem eapendi *ibi* ſub *d.*
q 1. vbi leges de filio procreato à parentibus voto
ſimplici caſtitatis,mutuo conſenſu adſtrictis, vel
ex coniugibus,quorum alter poſt conſummatum
matrimonium,altero ignaro aut ſciente,& contra-
dicente,profeſſionem emiſit,vel de filio concepto
ex coniuge iam profeſſo, aut ad ſacros ordines
promoto,altero coniuge ſciente,& conſentiente,
aut non contradicente,ſed tacente,non ſic certum
apparet, cum negent Sanchez *de matrim. lib.* 9.
diſp. 18.cum Anchartano,Abbate,Angelo, Sup-
plem.Gabriel,Brunel,Gregorio Lopex, Stunica,

Rodrig, Vega, & aliis, alij inquam, vt Suarez *de cens. disp. 50. sect. 2. n. 4.* Sayro *lib. 4.* Cornejo *de*
16 *irregular. disp. 15. dubio 1.* † affirment vero in singulis adductis casibus penes Sanchez, Cardin. Alex de Neuo, Mayron, Maiol. Castrus Palao *de benefic. tract. 15. puncto 1 §. 2. n. 5.* dicentes praxi receptum esse hos filios hæredes relinqui, & absque vlla dispensatione ad beneficia, & ordinea promoueri, Azor, *lib. 2. instit. moral. c. 6. q. 6.* Villalobos *p. 1. tract. 13. dif. 57. n. 10.* Pelizar. *in decis. reg. c. 5. sect. 2. q. 22. n. 74.* & Ægidio *de cens. disp. 18. n. 104* Suarez, & Layman, & in 2. casu docent etiam Maiol. *lib. 1. de irregul. cap. 4. n. 5.* idem Sanchez *d. q. 58. n. 5.* Villalobos *n. 5.* per textum *in c. quidam, & cap. places de conuers. coniugat.* vbi latè dico, & omnes disputant per *d. cap. litteras 14. hoc tit.* sed quia *supra* expositus est; ideo ad ibi dicta in relata quæst. 2. recurres pro vero intellectu horum dubiorum. & à dict. Suarez *dict. disp. 50. de cens. sect. 1.* vbi de omnibus his casibus disputat, & Leander cum infinitis *de irregul. tr. 2. disp. 3. q. 9. 10 11. & 12.* vbi leges quare non amplius insisto.

QVÆST. V.

An illegitimus occultus incurrat irregularitatem? An Pontifex legitimando illegitimum, habilitet illum quoad spiritualia, & temporalia sicut habilitaretur legitimatus per subsequens matrimonium? Et an si illegitimus dispensetur à Papa quoad ordines, intelligatur dispensatus ad omnes ordines sacros? Et beneficia simplicia, ad personatus? ad curata, Dignitates, & Episcopatus? Et an facultas concessa superioribus Religionum ad dispensandum cum suis subditis illegitimis, ad omnes Prælaturas porrigatur, etiam ad obtinendam Dignitatem Generalem.

SVMMARIVM

1 *Illegitimus quamtumuis occultus, & inhabilis ad ordines, & beneficia, etsi contra aliqui ex* num. 3. ad num. 6.

2 Cap. congruente. Cap. tua. Cap. quoniam de filiis Presbyteror.

3 Cap. innotuit de electione n. 5.

4 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

7 *Illegitimus redditur legitimus ad ordines per per subsequens matrimonium,* & n. 8.

8 *Matrimonium retrotrabitur ex benignitate Iuris ad tempus conceptionis filij, alias illegitimi.*

9 *Illegitimus redditur legitimus ad ordines, & beneficia dispensatione Pontificia vicumque vt* n. 10.

11 *Legitimatio à Iure videtur, vt non differat à legitimatione illegitimorum ab homine vt* n. 12.

13 *Legitimatio canonica, est quoad omnes effectus, ciuilis vero non sic operatur* n. 14. 15. 16.

14 *Pontifex legitimando illegitimum, tollit omnem infamiam illegitimitatis.*

15 *Legitimatio à Papa facta, est non solum quoad ordines, sed quoad beneficia; quia est quædam dispensatio totalis.*

16 *Pontifex potest auferre impedimenta illegitimitatis quoad ordines, & beneficia, ac dignitates omnes* n. 17.

17 *Legitimati à Papa ipso iure fiunt habiles ad ordines, beneficia, & dignitates, excepto Cardinalatu.*

18 *Pontifex potest habilitare illegitimum sibi subditum, non solum quoad ordines, sed etiam ad temporalia in terris suis. Et quare* n. 19. & 20.

19 *Papa habet spiritualem, & temporalem potestatem in sibi subditum.*

20 *Legitimatus à Papa, sic legitimatur ad ordines, beneficia, & honores, sicut qui legitimatur per subsequens matrimonium, etiam quoad temporalia in sibi subditos.*

21 *Papa solus potest auferre omnem irregularitatem, & illegitimitatem.*

22 *Dispensatio, & legitimatio, in quo differant, &* n. 23.

24 *Legitimatus à Papa, quoad ordines, quando sic intelligatur quoad sacros, & beneficia quando quoad solos minores* n. 26. & 27.

25 *Dispensatio strictè interpretatur, quia est relaxatio Iuris communis.*

27 *Permissio in genere, mediocritatem significat.*

28 *Dispensatio Pontificia ad omnes ordines, claudit etiam sacros.* n. 19.

29 *Clausula* omnes *in dispensatione posita, est extensiua.*

30 *Dispensatus ad ordines, verius, est vt non eo ipso intelligatur dispensatus ad beneficia* n. 31.

32 *Dispensatus etiam ad omnes ordines, non inde intelligitur dispensatus ad obtinenda maiora beneficia.*

33 *Dispensatio cum illegitimo facta à Prælato Religionis cum illegitimis, non intelligitur quoad Generalatum, &* n. 55. *vbi de stylo Romæ, sed contra* n. 38. 39. 40. & 42.

34 *Dispensatus ad omnes Dignitates, non censetur dispensatus ad Episcopatum, &* n. 35. *Et quare?* n. 4´.

35 Generalatus *ex stylla secretaria breuium, & Pœnitentiaria, censetur exclusus in dispensatione illegitimitatis quoad officia inter regulares* n. 36 & 37. *contra* n. 38. *Explicatur stylus infra* n. 58. 49. & 50.

36 *Priuilegia contraria Iuri cōmuni, sunt strictè interpretāda, nisi concessa Religionis, vt n. 32.*

37 *Legitimatus in infantia per declarationem sacræ Congregationis Concilij, quare non intelligatur dispensatus quoad Generalatum, & à* n. 58.

58 *Potestas dispensandi longè interpretanda est, etsi dispensatio ipsa strictè. Et de ratione* n. 47.

39 *Pij V. priuilegium in praxi cum illegitimis, est quoad Prælaturas omnes Religionis.*

40 *Gregorij XIII. Bulla de dispensandis illegitimis, quoad Prælaturas Religionis.*

41 *Clausula* prorsus *in dispensatione, abolet omnem inhabilitatem. Deinde clausula* penitus.

42 *Priuilegia toti Religioni concessa, sunt extendenda, quia æquantur iuri. vt* n. 44.

53 *Ratio, quæ pro Religione facit, est summa.*

43 *Priuilegia dubia regularium ex dubietate orta, ex ambiguitate verborum, & Iuristarum interpretatione, sunt intelligenda in fauorem Regularium.*

46 *Dispensatio*

46 *Dispensatio ad Generalatum, seu Episcopatum differt, vt* n.47.

49 *Stylus secretariæ Romanæ, & Pœnitentiariæ, quare excludit* Generalatum, *quando dispensatur cum Religiosis illegitimis quoad Dignitates, & honores ad petitionem partis; & non sic, si dispensandi facultas concedatur Religioni* n.50.

51 *Diuersitas rationis, inducit diuersitatem Iuris.*

53 *Priuilegia regularibus absolute concessa, pro vtroque foro intelliguntur concessa* n.54.

54 *Priuilegium sine restrictione concessum, non est limitandum, sed explicandum pro vtroque foro.*

55 *Regulares virtute priuilegiorum, quando possint absoluto absoluere ab excommunicatione deducti ad forum quoad culpam.*

56 *Priuilegium Pauli. III. concessum Generali, & Abbatibus S. Benedicti Vallisoleti circa dispensationem super irregularitate, bigamia, & homicidio in vtroque fore, &* n.57.

50 *Declaratio Cardinalium circa dispensandum cum quibusdam illegitimis, intelligitur tantum quoad successionem bonorum, & quare* n.61.

59 *Facultas concessa per Bullam Dominis de Campeng legitimandi quoad bona, porrigitur ad personas Ecclesiasticas, Quare* n.60.

60 *Supplicatio quoties discordat à breui, potius ea extenditur, quam breue.*

1 AD primam partem difficultatis ex nonnullis supra adductis liquet responsum. Sed quia aliqua dicta possunt applicari *in cap. fin. supra de temporibus ordinatin.* quatenus ad imped mentum occultum ex homicidio, pro vberiori tractatione, ideo nunc respondeo, vt illegitimus, quantumuis occultus, & communiter legitimus reputatus, vere sit irregularis; quia vt dixi sub q 2 *supra*, textus hic, & in *cap. fin. hoc tit.* & aliis, absolute illegitimum abordinibus excludunt, nulla distinctione facta de publico, vel occulto, vt adnotatunt Nauar. *in manuali cap. 27. n.* 101. Couarruu *in clem si furiosus* 2. *p.* §. 2. *n.* 4. Vgolinus *de irregularitate cap.* 44. §. 1. Gutierrez *lib.* 1. *canonic q. cap.* 13. *n.* 20. Sayrus *lib.* 6. *c.* 10. *n.* 16. Azotius 2. *p. instit. moral. lib.* 6. *cap.* 3. *q.* 23. Aula *p.* 7. *de cens. disp.* 18. *dub.* 6. *conclus.* 1. Conink *disp.* 18. *dub.* 12. *in princ.* Layman *lib.* 1. *summatr.* 5. *p.* 5. *c.* 5. *n.* 1. Bonacina *tom.* 1. *disp.* 7. *q.* 2. *p.* 3. *n.* 2. Hurtado *de irregul. dis* 16. Diana *p.* 10. *tr* 13. *miscel.* 3. *res.* 30. & alij, passim.

2 Nec obstant Iura *in cap. congruente, in cap. quoniam, in cap. ex tua nobis hoc tit.* quatenus ad irregularitatem, de qua in singulis casibus dictorum Iurium, videtur expossi notorietas, & publicitas, vt illegitimi repellantur ab obtentione beneficiorum, de quibus ibi; indeque gradum faciendum ad casum, de quo hic, vt scilicet illegitimus occultus, nec sit irregularis quoad ordines, nec quoad officia, & beneficia, aliasque Dignitates, & Prælaturas, de quibus dico hic x vers. *ad secundam*; quia respondeo ex iam adductis Doctoribus, vt cum irregularitas hæc sit imposita illegitimè natis propter causas incontinentiæ, de quibus dixi *in Rub. & in q* 1 cum aliis, & sic natus certus sit de sua illegitimitate, quantumuis alij eam ignorent, adhuc sine dispensatione nequeat ordinari, & beneficiari.

His obest textus *in cap. innotuit de elect.* vbi, 3
vt glossa animaduertit, non ex sola secreta confessione natalium illegitimorum habita ab Archidiacono Eboracensi electo in Episcopum, sed ex notitia, quam Pontifex comparauit ex quibusdam suffraganeis, illud condidit decretum. Cum ergo in relatis proxime Iuribus lex canonica considerauerit solum publicos natales illegitimos, quos punit, non autem alios † & exceptio firmet regulam in contrarium in casibus non exceptis, *l. nam cum liquide ff. de pænn legata. l. quæsitum* 22. *paulo ante* §. *si puis fundum* vers. *idem respondit ff. de fundo instructo cum vulg. ergo.* † Sed adhuc 4 5
respondetur prædictum cap. & alia relata ex tit. nostro, intelligenda tantum fore quoad forum externum, nempe vt ille illegitimus, dum publicè, & notoriè non constat, non habeatur, vt irregularis at quoad se, vt valeat ordinari, & beneficiari nihil et iubet occultum, siquidem sciens se illegitimum, sine occulta saltem dispensatione, habilis non reddetur, vt diximus iam *in dicta quæst.* 2. † 6
Quare non sunt audiendi Alphonsus de Castro *lib.* 2. *de lege pœnali c. vlt. conclus.* 5 contrariam fouens sententiam, & Pater Gerunda *de Episcopat tom.* 1 *lib.* 2. *disp.* 2. *n.* 3. existimans non esse improbabile, vt per defectum natalium occulte illegitimorum non contrahatur irregularitas.

Ad secundam quæstionis partem, & eius dependentes casus, vt respondeam præmitto ex iam adductis *in Rub. & in quæst.* 2. & aliis, non solum professione irregularitatem ex illegitimitate tolli ad ordines; item & per matrimonium sub sequens contractum à parentibus filij illegitimi, de quo latissime agunt Doctores *in cap. tanta qui filij sint legitimi* per textum *ibi*, & concordantes, & *in l.* 1 3. *tit.* 1. *p* 4. de quo præter Doctores; quos *ibi* refert Barbosa, leges Henriquez *lib.* 11. & 1. *de matrim. cap.* 10. *n.* 2. & 2. & *cap.* 21. *n.* 2. & *lib.* 14. *cap.* 8 *n.* 10. Suarez *de cens. disp.* 50. *sect.* 1. Bonac. *q.* 2. *de irregularitate puncto* 5. *n.* 6. Castrum Palaum *tract.* 13. *de beneficiis disp.* 4. *puncto* 1. §. 2. *n.* 18. † qui notant dictum matrimonium hanc vim habere, vt retrotrahatur ex quadam benignitate Iuris canonici *in dicto cap. tanta*, vbi glossa aduertit ad tempus conceptionis talium filiorum, & sic beneficio Papæ, Principisve, illos reddi legitimos, etiam quoad ordines quia matrimonium subsequens omnino purgat præcedentem turpitudinem, & in id consentiunt Basilius Pontius *de matrim. lib* 11. *cap.* 1 *n.* 7. & 8. Pelizzarius *tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *sect.* 1. *q.* 14. *n.* 76. Bannij *de irregularitate q.* 14. *dicto* 1. Couarruu. 2. *p. de sponsal. c.* 8 §. 2. *n.* 18 & ad propositum per plures quæstiones, Leander *de irregul. tr.* 2. *disp.* 5. *ex q.* 17. *vsque ad* 2, de quibus dico *in d. c. tanta.* 8

Præmitto secundo, & propriissimad materiam, de 9
qua in titulo nostro per dispensationem Pontificiam factam, legitimando tales illegitimos, legitimari ad ordines, beneficia, & Dignitates, sicut vt ex sequentibus apparebit disquisitionibus. Vnde etsi distinguant DD. inter casus habilitandi illegitimos, dispensationem Pontificiam ab ea, quæ habetur per absolutam legitimationem Papæ (de cuius effectibus latè etiam dico *infra in d. c. tanta qui filij sint legitimi* † Tamen in effectu ait Suarez de his duabus sigillatim scribens *de cens. dict. disp.* 50. *sect.* 5 *art.* 1. & 2. Vtrumque modum re ipsa non esse diuersum, nisi fortasse in nomine, & modo dispensationis; & quod differentia in eo nempe consistere possit, vt legitimatio propriè 10

sumpta, seu totalis, differat à dispensatione strictè sumpta, quod legitimatio dicit integram dispensationem in defectu natalium, & quoad omnes effectus eius, dispensatio autem vocetur, quando solùm fit quoad aliquem, vel aliquos effectus, vt tradunt Panormit, cum aliis *in c. per venerabilem qui filij sint legitimi*, Couar. *d. 1. p. 4. c. 8. in princ.*

11 Tertio præmitto ex Silucstro verbo *illegitimus n. 4.* ex Paludano *in 4. dist. 41. q. 3. n. 7.* & aliis communiter *in dicto cap. tanta*, distingui legitimationem à Iure, & ab homine; eo quod Iuris legitimatio, quando Ius v. g. reputat legitimum aliquem, licet natus non sit ex matrimonio vero, vel propter bonam fidem parentum, vel propter matrimonium subsequutum, de quibus casibus iam aliquos posui, *supra hic sub quæst. 2.*

12 quos ad propositum applicabis, cum *ibi* pateat † imo & dicit Suarez *dicto art. 2. n. 7.* cum communi quoad præsentem irregularitatem vitandam, legitimos censeri omnes, qui beneficio Iuris canonici, legitimi effecti sunt; etsi naturaliter (vt sic dicamus) non sint legitimi; inde inferens, manifeste sequi, vt idem dici debeat de legitimatis ab homine, quia eundem effectum habet talis legitimatio circa particularem personam, ad quam factum hominis dirigitur, quem habet vniuersaliter legitimatio Iuris ad personas, de quibus tale Ius loquitur, cum actus idem sit, proportione seruata.

13 Quarto præmitto, vt distinguatur legitimatio canonica, de qua in præsenti titulo loquimur à legitimatione ciuili; eo quod illa fiat tantùm per potestatem Ecclesiasticam; at verò hæc per Regem, Principem seu potestatem sæcularem, quæ tantùm potest tollere omnes effectus quos lex ciuilis, vel temporalis potestas potuit introducere; non tamen auferre irregularitatem ad ordines, & beneficia, quam non potuit introducere: argum. eorum, quæ late dixi *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ supra de constit. & in tit. de Iudiciis, & foro compet.* illa autem aufert omnes defectus illegitimitatis; sic vt inhabilis alias ad omnia canonica reddatur habilis, & legitimus; etenim vt Panormit. *in dicto cap. per venerabilem*, ait *n. 2 1. & 22.* Couar. *dicto §. 4. n. 4.* Suarez *dicto art. 2. sub n. 9.* quoad præsens institutum quidquid alij dicere intendant, legitimatio canonica habilitat quoscumque illegitimos; quia potest Pontifex auferre omnes effectus Iure humano introductos, præsertim canonicos qualis est irregularitas, de qua in nostro titulo.

14 Et licet iuxta quæ latissime assigno *in cap. 1. de except.* & scripsi *in cap. testimonium de testibus*, Pontifex nequeat auferre illam maculam, siue notam infamiæ, quæ de facto oritur ex hominum mentibus, & receptione, quæ maior est semper in magis illegitimis, hoc est spuriis, adulterinis, siue sacrilegis &c. hoc inquam non obstat quominus legitimatio eis restituat quidquid Ius canonicum abstulit, & consequenter eos reddat habiles ad ordines consequendos, vt communiter ex Panormitano *in dicto cap. per venerabilem*, docent Doctores, & per textum *in cap. ad hæc hoc tit.* Couar. *dicto §. 8.* Maiol. *lib. 1. de irregularit. cap. 8.* Paul Bulgesius *de irregul. p. 5. hoc tit. n. 10.* Siluester verbo *legitimus*, Suarez *supra*.

15 Euincimus ergo ex dictis legitimationem canonicam factam à Pontifice de his illegitimis adeo esse efficacem, quod non solum auferat irregularitatem vt impedit ordines, sed etiam vt impedit promotionem ad beneficia, seu Dignitates, quia illa legitimatio est quædam dispensatio totalis, quæ extenditur ad habilitandum illegitimum quoad omnes effectus, ordines, officia beneficia, & & Dignitates canonicas, nisi specialiter aliquid prohibeatur; de quo non fiat mentio specialis in ea vniuersali, seu indefinita dispensatione iuxta quæ dixi *supra in cap. 1. cap. 3. 7. 17. 20.* cum aliis de rescriptis. † Patet ergo ex dictis, vt possit Pontifex eximere quos voluerit à tali impedimento Iuris, quoad ordines, & beneficia, vt docent præter antiquos Castrus Palao *tom. 2. dicto tract. 3. de beneficiis disp. 4. punct. 1. §. 5. n. 4.* Philibertus *tr. 1. de ordine p. 10. cap. 1. n. 18.* † Imo quod legitimati à Papa sint eo ipso legitimati ad omnes ordines, beneficia, & Dignitates Ecclesiasticas, excepto Cardinalatu ex proprio motu Sixti V. anni 1595. nonas Decemb. incipiente *postquam*, ita omnes, & Philibertus *supra*, Couar. *in 4. dist. 2. p. cap. 8. §. 8.* Auila *de cens. p. 7. disp. 3. dubio 6.* Filiuc. *tract. 19 cap. 5 q. 7. &* 8. Leander *de irregul. tract. 2. disp. 3. q. 28. &* 29. & alij communiter, quod si illa legitimatio sit tantùm partialis iam ex dictis erit tantùm dispensatio, quæ an extendatur, seu restringatur, accipies ex proximè dicendis hic, & in aliis sequentibus quæstionibus. 16 17

Iam ergo his suppositis, quæ necessarissima sunt pro vero intellectu materiæ, de qua loquimus ad intelligendas dispensationes, quæ solent obtineri à summo Pontifice quoad prædictos effectus, vel ab Episcopis, seu aliis Prælatis sæcularibus, Ecclesiasticis, vel regularibus, dicendum est posse, Pontificem habilitare illegitimum sibi subditum solùm quoad spiritualia, sed etiam quoad temporalia in terris suis † eo quod certum est in sibi subditum habere vtramque potestatem, nempe spiritualem, & temporalem, vt docent omnes *in dict. cap. per venerabilem, & dict. cap. tanta qui filij sint legitimi*, vbi dico qualiter contingat dispensando in radice matrimonij, Leander *vbi supra q. 30.* ex communi omnium sententia, quam abundantissime confirmo ex his, quæ dixi *sub c. nouit de Iudiciis* vbi de potestate Pontificia, & Regia, de differentia vtriusque, de Iurisdictione spirituali, quam habet Pontifex in omnes orbis Christianos, & temporalé in habitu, quoad temporalia in subiectos laicos Principum laicorum, item de Iurisdictione actuali, & temporali in sibi subiectos, & vasallos ibi ex *q. 3.* per alias sequentes, quibus lectis, & applicatis, huius puncti difficultas liquet. 18 19

Ex quibus infero sic à Papa legitimatum habilitari ad ordines, beneficia, & honores, sicut qui legitimatur per subsequens matrimonium, etiam quoad temporalia in subditis, ac vasallis Papæ; quia tunc dicitur legitimatio plenissima, respectu verò aliorum non sibi subditis in temporalibus, habilitari integre quoad spiritualia ordinum, beneficiorum, ac Dignitatum Ecclesiasticarum, sine Doctorum controuersia, quoad temporalia qualiter contigere possit, directè, vel indirectè, leges DD. *in d. c. per venerabilem §. rationibus qui filij sint legitimi*, Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 7. n. 1.* Couar. *in 4. decretal. 2. p. c. 8 §. 8. n. 18.* Molina *lib. 3. de primogenitis*, & *ibi* additionatores *cap. 2. n. 1.* Molina Theolog. *de Iustitia tom. 1. disp. 1. in initio* Peregrin *de fideicommiss. art. 23. n. 11.* Basilius Pont. *lib. 11. de matrim. cap. 6. 1. n. 6.* Corduba *in sua q. lib. 9. disp. 2.* Castrus Palao *tom. 2. tr. 13. de benef. disp. 4. punct. 1. §. 4. n. 4.* Barbosa *de potestate Episcopi p. 1. tom. 3. c. 2. n. 102.* & alij communiter. 20

Infero

21 Infero secundo ex iam dictis posse per dis-
pensationem Pontificis, nullo contradicente scrip-
tore auferri irregularitatem, vt docuit Suarez
dicta disp.50.de cens.sect.5.in princ. art. 1. Bo-
nacina *q.2.de irregularit.puncto 3.n.14.* Castrus
Palao *tom.6.de censur.disp.6. puncto 9.* vbi bene
supponit non posse esse quæstionem de Pontifice,
cum ab ipso irregularitas, de quo agimus emana-
uerit, quia solius Pontificis est infirmare canones,
cum ergo ex *cap.nimis hoc tit.infra*, & aliis, filij
non legitimi nati, sacerdotium, dignitates, perso-
natus, & alia beneficia curam animarum habentia
sine dispensatione sedis Apostolicæ obtinere non
valeant; imo & promoti ab eis amoueantur; se-
quitur, vt solius Papæ sit cum prædictis dispen-
sare, non Episcopi, aut aliorum inferiorum Præla-
torum, de quibus *infra*; nunc præter relatos à
Barbosa *in dicto cap.* & aliis videndi sunt Peliz-
zarius *tom.2.tract.7.q.10.n.70.* Philibertus *tract.
2.de ordine p.10.cap.1.n.13.* Bonacina *de irregul.
q.2.puncto 3.n.14* Baunij *tract.11.de cens. q.15.*
Castrus Palao *disp.6.puncto 9.n.7.* & alij moder-
niores.

22 Infero tertio, etiam ex dictis, vt quia dispensa-
tio differt à legitimatione modo adducto in
toto hoc vers. *ad secundam* quod non eo ipso
Pontifex dispensat cum aliquo in irregularitate
illegitimitatis legitimet consequenter illum, tam
23 quoad spiritualia, quam quoad temporalia † quia
vt ibi dixi dispensatio valde differt à legitimatio-
ne; dispensatio enim est ad aliquem casum, &
actum, certis quibusdam legibus, aliquem legi-
timum faciens, vt docent *ibi* adducti Couarruu.
in 4.decret.p.2.cap.8.§.8.n.1. ex Antonio Butrio,
Abbate, Paulo Iason. & aliis, Suarez, *dicta disp.
50.num.8.de cens.* Castrus Palao, *tom. 6. de cens.
disp.6.p.9 num.6.* Leander, *dicto tract. de irregu-
larit.disp.3. q. 39. & 40.* colligentes hinc quod
legitimatus à Pontifice, sit habilis ad ordines,
beneficia, & dignitates æque, ac legitimus; non
verò sic dispensatus; eo quod dispensanda sint,
& attendenda verba dispensationis, & stricte
interpretanda; & quod sit etiam iuris commu-
nis relaxatio, vt etiam ex multis amplissime
dicit, & exornat Thomas Sanchez, *toto lib.8.de
matrimonio.* legendus Ex quibus suppositis fit
gradus facilis ad dubia, quæ ab hinc subsequun-
tur.

Ad tertiam quæstionis partem, an si illegiti-
24 mus dispensetur à Papa quoad ordines, intelliga-
tur dispensatus quoad ordines sacros, beneficia
omnia, etiam curata, & dignitates? In qua dif-
ficultate, quæ plures casus continet, supposita vi
dispensationis, dico ad omnes respondendum esse
iuxta verba declarantia voluntatem dispensantis
Papæ, quia si dispensatio esset tantum illegitimi
ad ordines simpliciter, vel ad clericatum, tunc
probabilius esse, vt ea dispensatio non extendatur
ad ordines sacros, nisi alias illegitimus esset iam
in minoribus constitutus, & id nosset Pontifex:
sic probant conclusionem Doctores per glossam
in dicto cap.litteras 14.verb. *ordinari* hoc titulo
glossa, *in dicto cap.fin.* verb *ad omnes* Rebuffus,
tit.de dispens.ex defectu natal. num.47. Suarez,
de cens.dict.disp.50 sect.3.a n.3. Azor, *instit mo-
ral.p.1.lib.2.cap.3.q 6.* Campanil. *in diuers.Iuris
Canon.lib.11.cap.13.n.95.* Sanchez, *de matrim.
dicto lib. 8.disp.1.n.26.* cum multis, & cum aliis
Barbosa *in pastorali alleg.45.n. 4* quibus addo
ex antiquis, Archidian. Abbat. Hostiens. Felinum.
Iason. Syluestrum, Angel Armillam, Tabien &
alios Canonistas, quos citat vsque ad 17. idem
Sanchez, Henriquez, *lib.7.cap.30.n.2.& lib.14.
cap.8.n.10.* Sayrum, *tom.1.lib.6.cap.11.n.19.* Re-
ginald. *lib.30.tract.1.num.75.* Molfes. *in summa
tract.7.n.8 cap.16.* Bonacinam, *tom. 2. disp. 1. de
priuileg.q 3.puncto 7 §.1.n.10.* Castr. Palao, *de
censuris disp.6.puncto 9.n.6.* Leander, *de irregu-
larit.tract.2.disp.3 q.41.* Aulam, *de cens.p.7.disp.
3.dubio 6.* vers. *Maiolus lib.* idem Maiol. *de ir-
regularitate lib.1.cap 8.n.6.* Salas, *disp.17.sect. 8.
n.49.* † quorum ratio est quia cum dispensatio 25
sit relaxatio iuris communis, est stricte interpre-
tanda, reducendo eam ad ordines minores: idem
dicit Diana cum aliis, *p.10.tract.13.miscel.3. res.
30 vers. sed quia.*

Nec huic receptæ sententiæ obstant Philipustius, 19
& Anton. *in dicto cap.lite at nu. 0.* quibus ad-
hæret Philibert. *de ordine tract.1.p.9 cap.4.n.10.*
imo & videtur assentire Suarez, *disp 41. sect.3.
numer.3.* quatenus ait de facile esse vniuersaliter
acceptare hanc regulam, vt dicta dispensa-
tio intelligatur ad solos ordines minores, quia
in his rebus indefinita æquipollet vniuersali; & vt
ait Philibertus, nam qui petit illam dispensatio-
nem à Pontifice, intendit eam impetrare pro om-
nibus sacris ordinibus, & ex aliis fundamentis re-
latis à Leandro. *dicta quæst.41.* quia respondetur
eam quidem esse naturam dispensationis, vt re-
stringetur ad rigorosam, & practicam significa-
tionem, quæ in minoribus ordinibus satis verifi-
catur, nondum susceptis; quod si suscepti essent
extenderetur ad ordines sacros, ne esset illa fru-
stranea, & vt verba aliquid operarentur † Sed in
puncto nostro non adeo est restringenda, vt in 27
sola prima tonsura verificetur; eo quod cum
permissio in genere mediocritatem significet,
& respiciat ea *l. fin. §. 1. Cod. communia de
legat. l. legata generaliter ff. de legat.* 1.
sequitur, vt ad omnes minores ordines por-
rigatur, quia ista sunt medij inter sacros, &
primam tonsuram, vt fatentur adducti Docto-
res.

Vnde potest esse dubium, num si Pontifex di-
ceret *dispenso ad omnes ordines tecum.* an ea vni- 28
uersalis clausula porrigat dispensationem, etiam
ad ordines sacros? Respondeo ex his, quæ dixi *in
cap.cum omnes supra de constit.* vbi de indefinita,
& vniuersali clausula, illam dispensationem cum
tali clausula porrigi etiam ad ordines sacros, vt
docent adducti, inter quos Sanchez, *dicto lib.8.
de matrim.disp.6.n.26.in fine,* Philibertus *de or-
dine dicto tract 1.p 9.cap.4.n.10.in fine,* Suarez
vbi supra, Leander *dicta disp. 3.q.42.* † Nec ob-
stant Mayol, Sayrus, & Henriquez, & Philibertus 26
contrarium tenētes, nisi extensio clare sumeretur
ex Pontificis mente, cum adiecta illa clausula *ad
omnes* iam tunc satis per eam dare includuntur
omnes ordines, etiam sacri; eo quod hæc clausula
amplius debet operari, quàm dispensatio simplex
ad ordines, quæ extenditur ad omnes minores, vt
dictum est.

Ad quartam quæstionis partem, an ita dispen-
satus ad ordines, scilicet minores, seu ad omnes 30
intelligatur dispensatus ad beneficia simplicia so-
lita dari similibus ordinatis? Et licet in vtro-
que casu existiment nonnulli, eo ipso intel-
ligi dispensatum ad beneficia, vt affirmant Say-
rus, Sa, verb. *dispensatio. num. 13.& 14* Bellet.
disquisit.clerical.p.1.tit de disciplina regular.§.3.

*n.*29.& alij, & de secundo casu Sanchez *vbi su-*
pra n. 27. quia inquit ordinibus sacris insepara-
biliter est annexum aliquod simplex beneficium,
cum ex Trid.*sess.*21.*de reform. cap.* 2.*&* ex his,
quæ latissime dixi *supra in cap.* 11. *de temporib.*
ordin. vbi de titulo ad ordines, nullus possit ab-
sque titulo beneficij ad ordines sacros promo-
ueri.

31 Tamen in neutro existimo illam dispensatio-
nem ad ordines porrigendam, nec ad simplex be-
neficium: nam hæc duo adhuc sunt separabilia, vt
executio vnius queat stare sine executione alte-
rius. Et est ratio, quia dispensatio non trahitur ad
consecutiua eius, super quo dispensatur, quando
ea imprimit effectum validum super actu, in quo
dispensetur absque eo, quod extendatur ad illud
consecutiuum, docent in terminis Nauar. *lib.*1.
cons. de ætate ord. ad 5.*quæstionem*, Auila *de cen-*
*sur.p.*7. *disp.* 3. *dubio.* 5.vers. *quarto* notandum,
cum Siluestro, Tabiena, Couartuu. Bonacina *de*
*irregularit.q.*2.*puncto.*3.*n.*14.vers. *aduertendum*
est, Castrus Palaus *de censur.disp.*6.*puncto* 9.*n.*6.
Barbosa cum alijs *de officio Episcopi alleg.* 45.
*n.*6.& Philibert *cap.*4.*n.*11.supra glossa *in cap.*2.
hoc tit lib. 6. Gemin. & Barbosa *ibi*.Leander de
de irregularit. q. 43. *&* 44.*dicto tract.*2.*disp* 3.
Panormit *in dict.cap.litteras n.*6.*in fine*.& Dia-
na *dicta p.*10.*tract.* 13.*miscel* 3.*res.*30.sub dicto
vers.*sed quia*.

32 Itaque infero dicendum, vt ille dispensatus,
etiam ad omnes ordines nullo modo censeatur
dispensatus ad obtinenda alia beneficia maiora,
vt personatus, curata, Canonicatus, seu dignitates,
& multo minus ad Episcopatus ex necessaria
consequentia, quia si nec intelligitur dispensatus,
nec ad beneficium simplex, à fortiori, nec ad
personatus, aliaque beneficia maiora absque eo,
quod obstet ex Tridentino requiri ad ordines
titulum beneficij, qui potest verificari in simpli-
ci, in curato, personatu, Canonicatu, & Dignitate
Ecclesiæ: nam ex eodem concilio patet etiam, vt
possit quis ordinari in sacris cum Patrimonio
sufficienti, aut alia de causa Iuxta quæ latissimè
subiunxi *in dicto cap.* 11. *de temporibus ordin.*
ibi videnda & hæc clarius confirmantur ex dicen-
dis *infra quæst.sequenti*, vbi an dispensatus ad be-
neficia, intelligatur etiam ad Curata, cæterasque
Dignitates.

33 Ad quintam quæstionis partem an facultas
concessa superioribus Religionum ad dispensan-
dum cum suis subditis illegitimis, ad omnes
Prælaturas porrigatur, etiam ad generalatum
suæ Religionis. Et applicabis hic pro lata respon-
sione quæ dixi *supra sub quæst.* 3. *&* 4.*de priui-*
legiis concessis ad hæc religionum superioribus,
iam nunc ad punctum difficultatis, conabor ad
breuem responsionem reducere omnia, quæ absu-
munt longe in hoc puncto alij Doctores; ex na-
tura ergo dispensationis strictè interpretandæ,
modo in relatis casibus, & ponendis *q.*2.videtur,
vt talis dispensatio cum illegitimo, non extenda-
tur ad Prælaturam generalatus, quæ est mul-
34 tùm superior cæteris. † Et confirmatur, quia
vt *in dicta quæst.seq.* dico dispensatus ad omnes,
seu quascumque dignitates, non censetur dispen-
satus ad Episcopatum, vt tradunt præter ordina-
rios ibi referendos Faguodez *de præceptis Eccles.*
præcepto 5. *lib* 3. *cap.* 3.*n.* 5. Sayrus, *de censuris*
*lib.*6.*c.*11.*n.*27 glosa *in cap.*21.*de præbend lib.*6.
Panormit. *in cap. dilectus de concess. Præbenda*
*n.*1.*&* in *cap. cum Vuitonienses*, *n.*8.*de elect.* Ol-
drad. *cons.* 14. Roman. *cons.* 338.Tabiena verbo
beneficium 2.§.20.*n.*24.Siluester verbo *legitimus.*
*q.*7.Maiolus *de irregularit.lib.*1.*c.*9.*n.*4.Astensis
*p.*2.*lib.*8.*tit.*38.*art.*4 *q.* 3. Pax Iordanus in *var.*
lucubrat tom. 2.*lib.* 10.*tit.*19.*n.*70.Peregrin.*de*
*fideicommis.art.*23.*n.*8. Oleda *de incompatibilit.*
*benef.p.*1.*cap.fin.n.*77.Marcellus Vulpei *in pra-*
*xi cap.*47.*n.*19.

Et vlterius videtur confirmari ex stylo secre- 35
tariæ breuium S.D.N. necnon ex styllo sacræ
pœnitentiariæ in quibus, quando summus Pon-
tifex dispensat cum regularibus illegitimis ad
Prælaturas, & dignitates ordinis, apponitur
clausula non autem *Generalatum*, vt refert Diana
illico citandus in vers. *nec obstat secundo dict. p.*
10.*tract.*9. *de dispensatione cum regularibus il-*
legitimis.

Item quia priuilegia contraria Iuri communi, 36
sunt strictè interpretanda, Miranda *tom.* 2.*regul.*
q. 4.*art.*6.Siluester. verbo.*priuilegium q.*3.Iuxta
quæ latè dixi *sub tit. de rescript.* sed priuilegia,
de quibus hic quæstio fit, vulnerant ius com-
mune, vt probant Doctores per textum nostrum,
quos plena manu adducit Barbosa *de Iure Ec-*
*clesiast. lib.*1.*cap.*42.*n.* 193. item quia defectus
illegitimitatis non est occultus, sed ab ipsis Re-
ligiosis, & ab alijs scitur. † Quinto quia ex sacra 37
congregatione concilij sub die 12. Martij 1629.
quam affert idem Barbosa *de iure Ecclesiast.dict.*
cap. 42. *numero* 199. *Legitimatus ante in infun-*
tia ad instantiam patris per legitimationem am-
plissimam vigore facultatum Dominorum de Ca-
pegnis, non potest eligi generalis in sua religione
Et est ratio *supra* posita: nam priuilegia vulne-
rantia ius commune, non sunt latè interpretanda,
sed strictè *ex cap.dilectos, de consuetudine, cap.di-*
lectos de fide instrument. Præpositus *in* 3.*p. D.*
*Thoma q.*97.*dubio* 3.*n.*34.Amicus *in cursu theo-*
logico tom 5.*disp.* 9.*sect.* 3.*numer.*49.Fabius Ga-
leota. *respons. fiscal.* 12. *n.* 193. Castrus Palaus
tract. 3.*disp.*4.*puncto* 10. *n.*5.Suarez *de legibus*
*lib.*8. *cap.* 17. & cum multis Barbosa *in pastorali*
*alleg.*45.*num.*19. dicentes esse contra dispositum
hic, & *in cap.*1.*hoc titul.lib.*6.eandem declaratio-
nem refert Diana *dicta p.* 10. *tract.* 9.*de dispens.*
cum regular. in additione, vbi in vers. cum hæc
dicit accepisse à D.Francisco Palucio sacræ con-
gregationis concilij secretario dictam declaratio-
nem fuisse firmatam 11.Mai, non Martij, vt refert
idem Barbosa.

Nihilominus in puncto, de quo loquimur di- 38
cendum est dispensationem factam à superioribus
regularium cum illegitimis sibi subditis virtute
priuilegiorum Pontificis, de quibus dixi sub *dicta*
quæst. 3. & quæ iterum referunt idem Diana *di-*
*cto tract.*9.*in princ.* Motonus *respons.*99.*nu.*7.
Lezana *in summa quæst.regul.tom.* 1. *cap.*3.*n.*17.
Pelizzar. *in man.regular.tom.*2.*tract.*8.*cap.*1.*sect.*
3.*n.* 41. Basæus *in floribus theolog.* 4. *pract.verb.*
priuilegium. 4.*n.*6. Laurent. Peyrin.*de priuileg.*
minimor.const. 1. *Iulij.* 2.§. 29.*à n.*97.& alij *ibi*
adducti, extendi etiam ad hoc vt dispensatus, ille-
gitimus possit in sua religione obtinere officia, &
dignitates, verùm, & Generalatum; eo quod licet
dispensatio sit strictè interpretanda ex iam di-
ctis, & dicendis *quæst.sequenti*, sed potestas dis-
pensandi debet latè interpretari, vt docet Sanchez
beneloquutus cum 57. Doctoribus *de matrim.*
*lib.*8.*disp* 2.*n.*2.quibus accedunt Salas *de legi-*
bus

*bus disp.*20 *sect.*11.*n.*10 Merola *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.*6.*dubio* 2.*n.*83.Sa verb.*dispensatio* n.7. Comitol.*in respons.mor lib.*1.*q.*104. *n.* 1. Suarez *de legib.lib.*6.*c.*17.*n.*14.Bonacina *de legib. disp.* 1. *q.*3.*puncto* 7.§.1.*n.*14.

39. Itaque in terminis tradunt Sigismundus à Bonacina *de elect p.*1.*cap.* 3. *dub.* 73. *iuncto dubio* 77.*n.*7 Bordon.*in miscellaneis decis.*381. Portel. *in dubiis regular.*verb.*illegitimus n.*19 Martinus de S.Ioseph *in mān.confessar.tom.* 1.*lib.* 1. *tract.* 56.*de matrimonio n.* 7. Peytinus *in formulario Prælator.Regul.lit.*1.*cap.vnico,* in quo ponit formam dispensandi illegitimos,etiam quoad Generalatum,Pasqualigius *in quæstionib.canonic. cent.* 2.*q.*184.*iuncta quæst.*183.*n.* 5. qui ex quodam priuilegio Pij V.Februarij anno 1567. concesso Religioni Theatinorum probat posse hodie superiores regulares dispensare cum illegitimis,non solùm ad Prælaturas inferiores,sed etiam ad Generalatum,& Diana *dicta p.*10.*tract.*9. *res. vnica* ex vers.*remanet*,idem tenens longe loquens,probat etiam ex alio priuilegio Pij V.concesso Benedictinis sub idibus Iunij.1571,per verba ibi, *ac in pristinum,& cum,in quo præmissa quomodolibet erant,& fuerant statum redintegrandi, omnem inhabilitatis, & infamia maculam, sine notam,inde quomodolibet insurgentem ab eis,& eorũ quolibet prorsus abolẽdi secum,quod præmissis non obstantibus,non promoti ad omnes etiam sacros,& Presbyteratus ordinem promoueri, atque Monasterijs eiusdem congregationis in Abbates, Priores,& Prælatos præfici,nec non ad quascumque alias dicta cõgregationis prælaturas eligi,&*
40 *assumi,*† imò & patet ex tenore Bullę Greg.XIII. ax verbis Sixti V.appositis in sua Bulla à Boudono in *conf regular.tom* 1.*res.*12.*n.* 36. ibi:*appellatione Dignitatum,honorum,graduum,debere intelligi Præpositatus,& Abbatiatus,Prioratus, Guardionatus,Prouincialium,ac Generalium, superiorum officia,& alia his similia cum onere, & superioritate coniuncta;*& quod verbis, quibus vsi sunt alij Pontifices, nempe, *dispensandi cum suis subditis illegitimis ad quascunque Dignitates,* ait Lezana *in summa tomo* 1, *cap.*18.*num.* 61.*& tom* 1.*cap* 14.*num.*142.includuntur, non solùm Prælaturæ inferiores, sed etiam Generalatus.

41 Quod si adhuc instes prædictas Bullas loqui in expressa, & omnimoda facultate dispensandi *ad quascumque Dignitates,*per particulam *prorsus*,quæ abolet omnem inhabilitatem, & maculam, excludens omnia,& singula,quæ in contrarium possunt excogitari,vt patet *ex cap statutum de rescript.lib.* 6.§. *prouisuros* denotans idem, quod *penitus*,quæ nullam limitationem admittit, vt cum infinitis probant Zened.*in centuria singularium Iuris,sing.*73.*n.*1. Barbosa *in diction. vsu frequent.*verb. *penitus dict.*199.Stephan.Gratian. *decis.*188. *Marchia n.*8 qua vsus etiam fuit Pius V.in alia Bulla *tom.*2 *Bullar.posita incip.etsi mendicantium*,non verò quando facultas dispensandi data est superioribus Regularium simpliciter; & sic quoties Bullæ Pontificum non exprimunt in facultate particulas, quibus vsus est Pius V. in concessione facta benedictionis per supra dicta *hic & quæst. sequenti,* non deberi extensiones fieri ad Generalatum Iuxta principia Iuris pro contraria sententia adducta,

42 Nihilominus in puncto nostri dubij adhuc tenendum Iudico, vt si priuilegia concessa regularibus superioribus ad dispensandum cum illegitimis ad Prælaturas,vtantur dictione indefinita, siue vniuersali,qualis est *ad omnes penitus, prorsus* &c.ac alijs similibus facultatem sic concessam, esse extendendam ad omnes Prælaturas, etiam Generalatus; primo quia priuilegia toti
Religioni concessa,sunt extendenda † Cũ summa 43
sit ratio, quæ pro religione facit,*l.sunt personæ ff.*
de relig.& sumpt funer. † Item quia ex quo hu- 44
iusmodi priuilegia conceduntur toti religioni,aut communitati,in perpetuum æquantur legi,& habentur,ac si inserta essent in corpore Iuris, cum sint constitutiones perpetuæ;indeque debeant late interpretari, & ad instar Iuris communis: sic in terminis docent præter antiquos, quos citat, & sequitur Sanchez,*dict.lib.*8 *de matrim.disp.*1.*n.* 3.Suarez *dicto lib.*8.*de legib.cap.*27.*n.*7.Merolla *tom.*1.*disp.*4.*cap.*6.*dubio* 1.*n.* 17.Henriquez *lib.* 7.*de indulgent.cap.*22.*n* 3.*& cap.*24.*n.*4.Castrus Palao *tom.*1.*tract.*3 *disp.*4.*puncto* 10.*n.*5.Pellizzarius *in manual regular.tom.*1 *tract.* 8. *cap.* 1. *sect.*6.*n.*142. D.Ioannes de Solorzano *de Iure indiar.tom.*2.*lib.*3.*cap.* 26.*n.*110 Cum Barbosa, Tiraquello,& Rodriguez Viuald. *in arca theolog.moral.tit.de casibus reseruatis in quæst.* 1.*n.* 97.*&* 127.Peytinus *in priuileg.minimor. tom.* 2. *const.*10.*clem.*8.§.1.*n.* 11.*&* 12.P. Lezana *in summa tom* 4.verb. *priuilegia regularium n.* 9. Portel *in respons.tom.*3.*casu* 49. *in fine*, Hieronim.Rodriguez *in compend.res.*62. *n.* 6.§. *quod tandem*,Peregrinus *in compend priuilegior.Theatinor.introduct.*§.15.*&* 16.Bordon. *vbi supra in conf.regular.tom.*1.*res.*52.*n.*10.Oldrad.*cons.*300. *n.*4.Decius *in cap.etsi clericis*§.*de adulterijs*:vers. *similiter gratiosa videns de Iudiciis*, Diana *vbi supra*, sic etiam cum communi colligens *ex cap. quia circa,c.in his de priuileg.& c. per exemptionem etiam de priuileg.lib.*6.Ibi DD.& cum multis idem Barbosa.

Et confirmatur ex ea regula, nempe priuilegia 45
dubia regularium dubietate, orta ex ambiguitate verborum, & ex Iuristarum interpretatione esse intelligenda in fauorem regularium,vti concesserunt Pontifex Leo,X & Iulius II. congregationi montis Oliueti,vt habetur in compendio societatis verb *priuilegia* §. 4 & Alex. VI. Benedictinis Cassinensibus, vt habetur in istorum compendio,*concess.*49.& notant Tamburin. *de Iure Abbat.tom.*1. *disp.*18.*q.*6 *n.* 78. Rodriguez *supr. res.*90.*n.*40.§.*decima* Bordon cit. *n.* 40. Ioannes de la Crux *de statu Relig.lib.*2.*c.*2.*conclus.*3.*reg.* 1 & sic præter *supra* adductos tenent nostram sententiam Samuelius *de elect.tract.* 2. *contr.* 18. *conclus.*4.*&* 5.& alij.

Iam ergo, alijs omissis pro extensione huius 46
dubij nun obstant pro contraria sententia adducta princ. nostri vers. *ad quintam.* Non primum de dispensatione interpretanda strictè, quia vt dictum est dispensatio ipsa interpretatur strictè; facultas inquam dispensandi latè, & latissimè, quando competit toti Religioni,aut communita-
ti ex proxime dictis † Et quod dispensatus ad 47
omnes Dignitates, non censeatur dispensatus ad Episcopatum; non inde sumitur quod particula *ad omnes*,non extendatur etiam ad Episcopatum ex vi illius;sed quia expresse prohibetur in Iure, vt dico *quæstione sequenti* 6.*&* 7. quæ prohibitio non habetur sic in Iure quoad Generalatum, vt notant Gerunda *de Episcopatu lib.*2.*disp.*2. *cap.* 1.*n* 15.Marhnta *tom.*4.*respons.*4.*n.*65.Diana *dicto tract.*9.

tract.9.p.10.ref.vnica sub verf. *sed melius*, cum multis Becanus, *de sacram.cap.18.q.8.* quatenus dicunt, vt non liceat argumentari de vno casu ad alium, quando vnus est expressus in iure, alter verò non est expressus; & quidem ait Diana nullus, nisi *Bardus* negaret maximam distantiam, & differentiam, quæ extat inter vtrumque gradum, & dignitatem, vt dico *infra q.6.*

48 Non secundum ex styllo curiæ, ac secretariæ breuium, seu sacræ pœnitentiariæ, &c nam hoc fundamentum magis probat nostram sententiam: nam ex quo excludit per clausulam illam *non autem Generalatum*, videtur in generali facultate à Pontifice concessa Prælatis Regularium dispensandi cum illegitimis sibi subditis ad Dignitates, & Prælaturas includi *Generalatum*; eo quod sub nomine dignitatis, debeat ille etiam includi, dum non fecerit aliter, sicut stylus secretariæ solet practicari: nam tunc vult illum officium excludere, iuxta illud axioma iuris, quod si lex voluisset, expressisset *ex l vnica §. si autem deficientis Cod. de caducis tollend. l. si seruus §. Prætor ait* verf. *non dixit ff. de acquirenda hæred. cap. ad*
49 *audientiam 2. de decimis, cap. 2. de transact.* † Deinde quia stylus secretariæ, & pœnitentiariæ ideo excludit Generalatum, cum dispensatio conceditur ad petitionem partis inhabilis, scilicet, & illegitimæ, quod facit sic: nam cum Generalatus Dignitas sit suprema omnium intra religionem in ordine ad gubernationem illius, debeatque in tali dignitate constituendus pluribus meritis ac virtutibus pollere, de quibus Pontifex pro tunc nequit esse bene informatus; rectè inquam facit vt non aliter in secretaria, & pœnitentiaria breuia habilitandi illegitimum, exten-
50 dentur ad Generalatum. † Secus autem dicendum esse iuxta à nobis tradita, quando scilicet Pontifex concedit priuilegia ipsis Prælatis Regularibus, vt queant dispensare cum sibi subditis illegitimis; quia superiores Religionis dispensando cum illegitimo sibi subdito, cognoscunt radicitus eius merita, virtutes, & alia necessaria requisita ad Generalatum. Ex qua diuersitate apparet relatum fundamentum non esse impedimento ex regula, *leg. si ita ff. de manumiss. testam. l. seruus ff. de statu lib. 6. inter stipulantē §. sacr. ff.*
51 *de verb. obligat. l. fin. ff. de ritu nuptier.* † Vbi DD. plena manu firmant diuersitatem rationis, inducere quoque diuersitatem iuris: nam vbi non militat eadem ratio, non debet militare eiusdem dispositio.

52 Tertium inquam fundamentum minus obstat de illo axioma, quod priuilegia iuri contraria, sint strictè interpretanda, cum elidatur ex alio iam adducto principio *hic* verf. *nihilominus* cum sequenti, vbi dictum est priuilegia Regularibus concessa, esse latè explicanda, & in dubio pro illis interpretanda iuxta alia iuris fundamenta ibi tradita.

53 Non quartum quod scilicet defectus illegitimitatis non sit occultus, sed scitus ab ipsis religionis, & ab aliis; nam respondetur id verum fore si priuilegia essent solùm concessa pro foro interiori, quod non accidit in casu, de quo hic, eo quod priuilegia Regularibus concessa, absolutè pro vtroque foro concessa intelliguntur.
54 † Non enim dicunt Marcus Vidal. *in arca theologia moralis. tit. de casibus reseruat. inquisit. 1. num. 14* Diana *vbi supra*, verf. *& tandem*, limitandum est priuilegium sine restrictione concessum, imo ampliandum, & explicandum pro vtroque foro, cum fauores sint ampliandi, *ex cap. de reg. iuris cum vulgatis*: vnde Sanchez, *lib. 6. cap. 17. n. 43.* Peyrinus, *de priuileg. tom. 1. in dict. const. 6. Iulij 2. §. 3. num. 21.* † Dixerunt quod re- 55
gulares virtute priuilegiorum possunt absoluere ab excommunicatione deducta ad forum contentiosum quoad culpam, quando gaudent priuilegio absolutè concesso sine restrictione, aut limitatione.

Et hæc responsio videtur apertè confirmari ex 56
concessione Pauli III. facta Generali, Abbatibus, &c. S. Benedicti Vallisoletani, vt pro prima die Lunæ quadragesimæ cum eorum subditis dispenset super quibusuis irregularitatibus, non apponendo clausulam, quam alij Pontifices apposuerunt, vt Eugen. IV. Sixtus IV. & Pius V. *excepta*, nempe *irregularitate, homicidij, Bigamia, & mutilationis membrorum*, de quibus Pat. Lezana, *in summ. quæst. regul. tom. 1. cap. 18. nu. 40.* † inde 57
illud priuilegium Benedictinum operari, vt virtute eius adhuc possint Superiores Regularium in feria 2. post Dominicam primam Quadragesimæ dispensare cum suis subditis super irregularitate orta ex homicidio voluntario, Bigamia, & membrorum mutilatione: nam ex quo alij Pontifices relati posuerunt dictam clausulam exceptiuam, quam Paulus III. non apposuerit, signum est concessisse dict. Pontificem Paul. dispensationem dictarum irregularitatum: ita sustinent, ac docent Portel. *de dubiis regul.* verb. *dispensat. in addit.* Hieronymus Rodrig. *in compendio quæst. regul resol. 52. num. 25.* Bordonus, *in consiliis regul. tom. 1. ref. 14. num. 14. 16. & 24.* Tamburin. de Iurre Abbat. *tom. 1. disp. 4. q. 12. num. 10.* & sic potuerunt benedicere, Pasqualigus, *supr. dict. q. 164. num. 8.* & Diana, *dict. tr. 9. p. 10. resol. vnica dicto* verf. *& tandem*, in fine priuilegium Pij V. concessum anno dicto 1571. pro Benedictinis, non solùm concessum fuisse pro foro conscientiæ, sed etiam pro foro externo. Videbis quæ dixi, *in cap. fin. de constit. q. 1. in fine.*

Vltimum fundamentum adductum, *supra sub* 58
princip. dicti verf. *ad quintam n. 36.* verf. *quinto*, ex ibi adducta declaratione de legitimato in infantia, qui non videtur dispensatus *ad Generalatum*; quia vltra quod dixi *quæst. præced.* de differentia inter legitimationem, & dispensationem, quod illa ad omnia habilitet, hæc non inquam, nisi exprimat. verus intellectus est, eam declarationem Cardinalium intelligi tantùm de priuilegio concesso Dominis de Compegiis, quod non extenditur ad Dignitates Ecclesiasticas, qua Leo X. concedens priuilegium dictis comitibus legitimandi, videtur loqui, vt patet ex contextura Bullæ tantùm quoad successionem bonorum, in cuius etiam supplicatione nihil etiam de alio inueniri, docent Maluas. *volum. 1. cons. 109. num. 71. & 72.* Giouagnonius, *lib. 2. responso. 16. n. 50. & 51.* Sacra Rota in Bonon. de Bologniois sub die 27. Iunij 1566. coram Seraphino, *tom. 1. decis. 5. num. 7.* † Vbi quod fa- 59
cultas concessa Dominis de Campegiis per dict. priuilegium, ad bona simpliciter, tribuatur, etiam circa legitimandas personas Ecclesiasticas, vt explicant idem Seraphin. *decis. 467. & decis. 764.* cum multis Diana, *in add. ad ref. vn. dict. tr. 9. p. 10.* † eo quod quoties supplicatio discordat à breui potius ad eā attenditur, quàm ad breue, cum

in

in dubio ex supplicatione, & præcibus petentis priuilegia, interpretationem accipiant, vt probant Doctores communiter per *leg. sine § quis ff. de interregat. in Iure faciend.* Ial. & glossa *in l. si libello Cod. de diners. rescript.* Bald. & Felin. *in cap. inter dilectos de fide instrum* Bassæus, *in cursu theolog.* verb. *priuilegium 6. n. 7.* Pater Gobat *in thesauro de indulgent. p. 2. cap. 35. q. 93. n. 63.* Gio-
61 bagnionius *dicto lib. 2. respons.* † Quare ex iam dictis cum istud priuilegium vulneret Ius commune, non latè, sed strictè debuit interpretari. Et sic pro nostra sententia, aliis omissis, subscripserunt Dianæ multi patres docti, admodum consulti de hoc dubio, inter quos Ioan. Baptista de Lezana, Raphaël Auersa Clericor. minimor. Martinus Sparza societatis Iesu, R. Clemens Aluarez, M. Mineruæ torquatus Cuppis eiusdem Societatis anno 1651. &c.

QVÆST. IV.

An dispensatus quoad omnes ordines, beneficia, & Dignitates, censeatur dispensatus quoque ad Episcopatum, & cardinalatum? An dispensatus ad beneficium, possit obtinere, non solùm simplex, verùm, & curatum canonicatum, Dignitatem, etiam primam post Pontificalem in Cathedralibus, & collegiatis, & ad duo in simul beneficia; & sic vt vno dimisso, posit aliud obtinere? vbi de aliis remissiuè? Et num hæc dicta de dispensato procedant quoque in legitimato à Pontifice?

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus illegitimus ad omnia beneficia, etiam curata, & Dignitates, non censetur dispensatus ad Episcopatus &* n. 2. 3. 4. & 5.

2 *Episcopatus propter eius excellentiam, videtur specialis nota dignus; sic vt non veniat nomine tantùm Dignitatis.*

3 *Episcopatus maior Dignitas, quàm Religionis Generalatus.*

5 *Episcopi nullam incurrunt sententiam interdicti, vel suspensionis, nisi in ea sint expressi.*

6 *Cardinales creari nequeunt, nisi nati de legitimo matrimonio; sic vt legitimati per subsequens matrimonium non admittuntur, &* n. 7.

7 *Cardinales creari non valent habentes filios filiasvè.*

8 *Dispensatus ad beneficium, solùm potest obtinere simplex, nisi cum clausula* ad omnes, vt n. 9. & 10.

10 *Papa solus dispensat cum illegitimis ad Dignitates, & personatus, etiam sine cura.*

11 *Dispensatus pro beneficio curato, non dicitur dispensatus pro canonicatibus, vel Dignitatibus Ecclesiæ cathedralis, contra aliquos* n. 12. 13.

13 *Dispensatus ad beneficium curatum, non censetur dispensatus ad obtinendam Dignitatem, etiam si exuberans esset dispensatio, nisi expressè de illa rescriptum meminerit* n. 15.

16 *Dispensatus ad beneficia, vel etiam Dignitates, non potest promoueri ad Dignitates cum cura.*

17 l. 6 ff. de officio Proconsulis.

18 *Amans ostendit virtutis signum, impletque christi præceptum.*

19 *Dispensatus ad Dignitates in cathedrali, non censetur dispensatus ad primam post Pontificalem maiorem. Sed quid de praxi, Roma* n. 20.

20 *Clausula* omnes, & quæcumque *est vniuersalis, & extensiua faciens venire, quæ alias non venirent.*

21 *Clausula* exceptis maioribus Dignitatibus, *restringitur ad vnam tantùm maiorem post Pontificalem in qualibet cathedrali, seu in qualibet collegiata* n. 22. *nisi vt* n. 23.

24 *Dispensatus in ætate, vt possit esse canonicus, vel Dignitas, non censetur dispensatus, vt possit esse delegatus Papæ ante à* n. 20.

25 *Dispensatus ad beneficium non censetur dispensatus, vt si vnum obtineat, illo dimisso, aliud valeat obtinere*, vt n. 26. & 27. *vbi distinguitur, &* num. 28. & num. 33. *vbi de differentia legitimationis, & dispensationis.*

29 *Spurius dispensatus per Papam ad vnum beneficium, si velit aliud obtinere, debet originis spuriæ mentionem facere.*

40 *Dispensatio vna, ac altera pro eadem re, si dissonent, debet secunda mentionem facere de prima.*

31 *Dispensatus ad beneficia quocumque recipienda, non censetur ad plura retinenda simul nisi dispensatus sit ad plura, cum tunc possit retinere duo simplicia* n. 32.

33 *Dispensatus ad sacerdotium, non inde videtur ad beneficium curatum contra Henriquez.*

34 *Legitimatio aufert omnes inhabilitates, non sic dispensatio.*

35 *Pontifex vtendo verbo* legitimo *aufert omnes inhabilitates; non sic vtatur verbo* dispenso.

36 *Legitimatus à Romano Pontifice, potest vno dimisso beneficio, aliud obtinere*

37 *Legitimatus à Papa verius est, vt possit Episcopatum obtinere, sicut si per subsequens matrimonium* n. 38. & n. 40.

39 *Legitimatio à Iure, vel ab homine, reddit, personam habilem, quoad omnes actus lege prohibitos.*

40 Cap cum in cunctis de electione.

41 Cap. innotuit de electione.

AD primam, & alias difficultates, quæ fluunt ex proximè adductis *quæst.* 5. facilis erit explanatio, supposita locutione *ibi* tradita, quod dispensatio est strictè interpretanda, & sic è contra faculas dispensandi latè sumatur, vt *ibi* dictum. 1
Dicendum ergo est quod dispensatus per Pontificem ad omnia beneficia, etiam curata, & Dignitates, non sit dispensatus ad Episcopatum; quia sicut, vt *dicta quæst.* 5 dixi, dispensatus simpliciter ad ordines, intelligitur tantùm ad minores; ita & dispensatus ad Dignitates sit ad minores dumtaxat Dignitates obtinendas; eo quod dispensatio est

est exorbitās à Iure; indeque restringenda: ita Bonacina, *de irregularitate q. 2. puncto 3. n.* 14. vers. *aduertendum est*. Cum Sayro, Couatuu. & alus, cuius sententiæ ratio potius à Iure sic statuente sumitur, quàm à natura stricta dispensationis, cum appareat ex *cap. cum vicitoniensis. Ecclesia, & cap. innotuit de elect.* quod illegitimi aliqui erant ordinati, & beneficia, ac Dignitates possidebant, qui tamen inhabiles ad Episcopatum habebantur. 2 † Deinde facit dictum glossæ *in cap. 1. hoc tit. in 6* & Panormit. *in cap. dilectus*: nam Episcopatus propter eius excellentiam, & præeminentiam, videtur speciali nota dignus; & quod non veniat nomine Dignitatis, cum sit culmen omnium Dignitatum: ita in terminis etiam docent Panormit. *in dicto cap. dilectus de concess. preb. n. 1. in dict. cap. cum vicitoniens. n. 8. de elect.* Oldradus *cons.* 14. Iordanus, Hoieda, Sayrus, Marcel. Vulpei. Maiol. Astenus, Peregrin & alij, quos retuli *quast. 5. præcedenti* sub vers. *ad quintam*, Diana *p. 10. tract. 9 res. vnica* in vers. *sed vt magis*, Leander, *de irregularit. tract. 5. disp. 3. q. 45.* & alij communiter.

3 Nec obstant dicta *supra quast. praced.* de illegitimo dispensato ad Prælaturas religionis per Prælaturam iuxta priuilegia, de quibus *ibi* vt fit etiam dispensatus ad Generalatus, quæ est suprema Dignitas religionis; quia satis fit ex differentia *ibi* posita sub toto vers. *ad quintam*, & ibi in vers. *iam ergo aliis omissis*, & sic non sunt audiendi Henriquez *lib. 14. summa cap.* 8. *n.* 10. *lit. O.* vbi citat Siluestrum verb. *beneficium* 3. §. 16. Angelum, & alios Iurisperitos Salmanticæ consultos, quos omnes sequitur, Auila *p. 7. disp. 3. dubio* 6. 6. vers. *quarto notandum* in fine Genimianus ante illos *in cap. is qui hoc tit. lib. 6.* dicentes in dicto casu vitium ex toto tolli, cum aliud sit dispensatio, aliud inquam legitimatio, vt dixi in dicto vers. *ad quintam*, & dico hic in vers. *ad vltimam*.

4 Quare minus sunt audiendi alij asserentes, vt dispensatus ad omnes Dignitates, censeatur dispensatus ad Episcopatum, quia legitimatus per subsequens matrimonium, censetur, & est legitimatus ad Dignitatem Episcopalem absque alia expressa mentione, & declaratione, inferentes inde quod legitimatus à Papa, ad omnes honores, & Dignitates censeatur etiam legitimatus ad Episcopatum, cum eadem responsionis distinctione satisfiat, & iuxta quæ dico *infra* hoc in vers. *ad* 5 *vltimam*. † Et quod in tali dispensatione non includantur Dignitas Episcopalis, arguitur à contrario sensu de pœnalibus *in cap. quia periculosum de sent. excommunic. lib. 6.* vbi quod Episcopi nullam interdicti, vel suspensionis incurrunt sententiam, nisi in sententia sint expressi; cumque non solùm ob rationes excellentiæ præ cæteris Prælatis adductas, corroboretur resolutio, de qua hic dispositione canonica; non est mirum, vt sub prædicta dispensatione non includantur Episcopi.

6 Ad secundam de cardinalatu; quia est expressa Pontificia constitutio, vt non nisi de legitimo matrimonio natu creentur cardinales, iuxta quæ dixi *supra in cap. cum in cunctis de elect.* sic enim disponit Sixtus V. *in sua const.* 50. incipit *postquam*, vt nec legitimatus per subsequens matrimonium, possit ascendere ad hanc cardinalatus Dignitatem, Sayrus *de censuris lib. 6. cap. 10. n.* 13. & 14. Bellet. *dict. tit. de disciplina clericor.* §. 3. *n.* 25. Barbosa *in dicto cap. cum in cunctis. num.* 19. *in fine*, idem Barbosa *in Bullario*, & *in compendio decis.* ac alibi verbo *filius*. † quatenus ex 7 constit. edita 3. Nouembr. 1586 ait filios, filiasvè habentes, non posse cardinales creari, & obseruant Marchinus *de sacramento ordinis tract. 1. c. 1. p. 10. n.* 18. Diana *p. 10. tract. 9. resolut. vnica de dispensatione cum regularibus illegitimis in addit.* sub vers. & *tandem*. ex Bulla dicti Sixti V. nonas Decemb. anni 1593 quod licet legitimati à Papa fiant habiles ad omnes Dignitates Ecclesiasticas, & ordines, sed non ad Cardinalatum, qui in dicta Bulla excipitur.

Ad tertiam quæstionis partem, an dispensatus 8 ad beneficium, possit obtinere, non solùm simplex, verùm, & curatum, aliavè digniora &c. & quod non censeatur dispensatus, nisi tantùm ad simplex, docet communis Doctorum sententia per glossam *in cap. litteras. 14. hoc tit.* vers. & *ad Ecclesiasticum beneficium*; quia non dicitur habilitatus ad aliud, nisi exprimatur in dispensatione, vti appatet *ex cap. fin. eodem*, præter ordinarios docent Campanil. *in diuersorio Iuris Canonici Rub. 11. cap. 13. n.* 97. cum Borgano, & Campanilo, Barbosa *in pastorali alleg. 45. p. 7. n. 7* Sanctarel. *variar. resolut.* 137. *n.* 17. Sayrus *de censuris lib. 5. cap. 11. n.* 151. & confirmauit ex dictis *quast. precedenti*, cum & dispensatus simpliciter ad ordines, intelligatur dumtaxat ad minores dispensatus per glossa *ordinari in dicto cap. litteras*, & glos. *ad omnes in dicto cap. fin.* Vbi Barbosa cum Rebuffo, Suarez, Azor, Campanil. & aliis, Diana *dict. p. 10. tract. 13. misc. 13. res. 30.* vers. *sed quia*, idem *dicta p. 10. tract. 9. res. vnica* vers. & *tandem* † Vbi cum Marchino, Merolla, Dominico, Archi- 9 diacono, Gironda, Sanchez, Coninch, & Castro, Palao dicentibus non esse ad alias maiores dispensatus, nisi in dispensatione ponatur clausula *ad omnes ordines*, nec ad beneficia curata, nisi tali clausula adiecta.

Et sic quod nec possint obtinere alias Digni- 10 tates, & personatus, ac alia beneficia curam animarum habenda sine dispensatione expressa Pontificis, docent Ordinarij *in dicto cap. fin. hoc tit.* Henriquez *in summa dicto lib. 14. cap* 8. §. 10. *prope finem.* vers. & *vt Episcopus*, Azor, *instit. mor. p. 1. lib. 6. cap. 3. q. 3.* Nicolaus Garzia latè *de benefic. p. 7. cap. 5. a n.* 52. & 53. Vbi quod solus Papa dispensat cum illegitimis ad Dignitates, & personatus, etiam sine cura, probant sic cum infinitis (sed an Episcopus dispenset, latè dico ex quæstione sequenti) Ludouicus Miranda *in manuali prælator. tom. 1. q. 2. art. 8. conclus.* 2. Camillus Borel. *in summa omnium decis. tit.* 20. *num.* 77. Lessius *de Iust. lib* 2. *cap. 34. n.* 86. & Bonacina *q. 2. de irregularit. punct. 3. n.* 14. in fine cum aliis, & Leander *infra q. 48. in fine*, dicentes, vt dispensatus ad beneficium simplex, non ideo censeatur dispensatus ad curatum.

Imo & amplius confirmatur, quia licet quis 11 sit dispensatus ad beneficium curatum, quod est de maioribus in Ecclesia ex *dict. cap. fin. hoc tit.* non inde censetur dispensatio facta pro canonicatibus, vel Dignitatibus Ecclesiæ cathedralis; eo quod sunt omnino diuersa, quæ propter eorum qualificationem debent necessariò exprimi, vt dicunt, verius esse, Barbosa *in pastor. p. 5. alleg. 45. n. 10.* & 11. ex Rota *decis. 54. aliàs 1. hoc tit. in antiquis*, Campanil *in diuers. Iuris. can. dicta Rub. 11. cap. 13. n. 99* Diana *dict. p. 10. tract. 13 res.* 10.

circa

12 *circa finem*, † quidquid contra tenuerit Selua *de beneficiis p.2.q.61.num.* 6. dum dixit dispensatum ad curata, multo magis censeri dispensatum ad Canonicatus Ecclesia cathedralis. Sayrus *lib.*
13 *6 cap.10.n. 26. & 27.* † Etenim canonicatus, Dignitas, vel quasi Dignitas, non venit nomine beneficij curati, Gemin *in dict. cap.* 1. Siluester, Armilla, & alij, quos cum Barbosa sequitur etiam Leander, *de irregul. tract.* 2. *disp.* 3. *q.* 46. vbi & cum Philiberto, Castro Palao, & Sayro in locis relatis, & referendis.

14 Ex quo à fortiori infertur quod dispensatus ad beneficium curatum, non censeatur dispensatus ad obtinendam Dignitatem, vt resoluunt Petrus Gregor. *in syntagm. lib.* 17 *cap.6.n.36.* Azor. *instit. moral. p.1. cap.* 3. *q.*7. Beller. *p.1. de disciplina cleric* §.3.*n.*38. Diana *vbi supra*, etiam si exuberans esset dispensatio, nempe ad quæcumque beneficia, quia adhuc dignitates non comprehenderet nisi apertis verbis illarum memoetir rescriptum, vt post Rebuffum resoluuot Campanil. *di-*
15 *cto cap.*13.*n.*101. Diana, & Barbosa *supr. n.* 12. nam vt dicit Beller *supra* §.2.*n.* 38. appellatione beneficiorum non veniunt Dignitates: sic etiam DD. per *clem.* 1. *de sequestr. possess.* cum similibus.

16 Infertur secundo, vt dispensatus ad beneficia, vel etiam ad Dignitates, non possit promoueri ad Dignitates, quibus cura animarum inest, vt docent Azor, *dict. cap.*3. *q* 9. *&* 10. Barbosa *dict. alleg.*45.*n.*13.

17 Maius dubium habet, num sub dispensatione ad Dignitates, comprehendatur Dignitas maior post Pontificalem in Ecclesia cathedrali, seu collegiali. Et pro affirmatiua sententia facit multum textus. *in l.6. ff. de officio proconsul.* vbi dicit Vlpianus si ad aliquam celebrem ciuitatem, vel Prouinciæ caput Proconsul aduenerit, pati debet commendari sibi ciuitatem, laudesque suas non grauatè audire, cum honori suo prouinciales id vendicent. † Et ex illo Ioan. Delignano *de*
18 *amicitia.* cum agit de amato, & amante. *n.* 2. *honorare melius est, quam honorari, sicut amare, quam amari: nam qui honorat, & amat, ostendit signum virtutis; deinde amando, & honorando, quis adimplet praeceptum christi, qui iussit nos, vt diligeremus proximum nostrum* ex Apost. *ad Rom.*12. *vt nos inuicem honore afficeremur*: hac occasione, & ex aliis principus possunt nonnulli sumere rationem defendendi hanc partem; & quia, vt diximus *supra q.*5. sub vers. *ad quintam*, dispensatus à Prælato religioois virtute priuilegiorum, ad omnes Prælaturas, censetur etiam dispensatus ad Generalatum; imo & dispensatus ad omnes Dignitates Ecclesiæ, secundùm plures est dispensatus ad Dignitatem Episcopalem, quæ (vt diximus) est in Iure excepta. ergo cum expressa exceptio non fiat de Dignitate prima Ecclesiæ cathedralis, aut collegialis, sequitur dicendum vt sic dispensatus possit illas etiam obtinere, sicut & alias Ecclesiæ Dignitates.

19 Nihilominus video scribentes de hoc dubio firmiter profiteri, vt sic dispensatus ad Dignitates, non dicantur dispensatus ad maiorem Dignitatem post Pontificalem: sic Bellamera *decis.* 698. *post med.* Rebuffus *in concordata in forma mandati Apostolici*, in glossa verb *aut Dignitate*, & in praxi, *tit. de dispensatione super defectu natal. num.*86. sequuntur eos Beller. *tit. de disciplina Fermosin. de Offic. & sacris Eccles.* Tom.II. *clerical. dicto* §.2.*n.*39. Azor *dict. cap.*3.*q* 8. Marcellus Vulpeis *in praxi cap.*47.*n.*10. Diana *dicta p.*10.*tract.* 3.*res.*30.*in fine*, & amb o cum Barbosa *in dicta alleg.* 45. Castrus Palaus *tom.* 6. *disp.*6.*puncto* 9 *n.* 5. dicentes non comprehendi sub dispensatione ad Dignitates, Dignitatem maiorem Ecclesiæ cathedralis, nec principalem Ecclesiæ collegiatæ Vide *quæst sequenti vers. ad tertiam.*

Sed quia mihi adhuc videtur res dubia ex rela- 20 tis pro contraria sententia, & ex eo etiam, quia quoties in dispensatione apponitur clausula *ad quaecumque beneficia*, comprehendit etiam curata, & Dignitates; eo quod, vt dixi *supra dicta quæst.* 5. vers. *ad quintam* particula *omnes*, sit vniuersalis; imò & particula, *quaecumque*, sit tantæ efficaciæ, vt faciat venire, quæ alias non venirent, vt docent Felious, *in cap. postulasti de rescript. n.* 4. Miles *in repert.* verb. *dispensatio*, vers. *dispensatio Papalis*, Garcia *tom.1. de benefic. cap.6.p.1. n.* 65. Crescent. *decis.1. de priuileg. n.*5. Sarnens *regul. de triennali. q.* 2. vers *hinc est* Mandosius *de signatura gratia tit. de dispens. super natali*, vers. *limitant*, Diana *p.*10. *tract.*9. *res. vnica*, sub vers. *& tandem*, & alij, ideo approbo nimis praxim Romanæ curiæ, quæ est in stylo ponendi ad maiorem cautelam in dictis dispensationibus, quæ conceduntur clausulam sequentem, *exceptis maioribus Dignitatibus in Cathedralibus, & Principalibus in collegiatis*, vt refert idem Barbosa *in pastorali p.* 2. *dict. alleg.* 45. *sub numer.*14.

Quod si ex prædicta clausula exceptiua velis 21 arguere, vt aliqui legalis scientię Tyrones, vel potius alieni honoris inuidos, & detractores, non solùm in cathedrali primam post Pontificalem excipi, & similiter in collegiatis, sed etiam alias etiam Dignitates, quæ vocantur maiores, & principaliores, cum talis clausula in numero plurali respectu Dignitatum cuiuslibet Ecclesiæ loquatur.

Tamen ego cum Barbosa de hoc casu consul- 22 to *in dicta alleg.*43.*ex n.*15. respondeo prædicta verba illa, *& principalibus Dignitatibus in collegiatis*, intelligi solùm de vnaquaque Dignitate principali in qualibet collegiata, quia pluralitas illa resoluitur in singularitates, & respicit solùm pluralitatem Ecclesiarum, vt probatur è simili ex *reg.*3. *Cancellaria.* vbi circa reseruationem beneficiorum, habentur hæc verba *principales in collegiatis Ecclesiis*; ex quibus resoluunt DD. reseruari tantùm vnam principalem in qualibet collegiata; pro vt tenent Mandos *in dicta reg.* 3. *q.* 3. Menochius *cons.*190. *à n.*5. Gonzalez *ad regul.* 8. *cancel. gloss.* 21. *num.* 7. Nicolaus Garzia *de beneficiis, p.* 5. *cap.* 2. *num.* 262. qui *num.* 164. & Riccius, *in collect. decis. p.* 5. *collect.*1670.

Respondent Mandosio, qui visus est aliud sua- 23 dere *in fine dict. quæst.* 3. aliquibus decisionibus eas, ac Iura, quæ ibi affert loqui tantùm de duabus Dignitatibus æquè principalibus; & quod tunc tantùm duæ sub eadem regula comprehenderentur.

Infero tertio, quod dispensatus in ætate ad 24 obtinendum canonicatum vel Dignitatem in Ecclesia cathedrali, non censeatur dispensatus ad hoc vt possit esse delegatus Papæ ante 30. annum, vt probant Nauar. *cons.* 22. *à n.*1. *sub tit. de celebr. miss.* Carolus de Graff. *de effectibus*

clerical. effectu 4. *n.*60. Petr. Barbosa *in l. cum Prætor* §. *fin. n.*60. *ff. de Iudic.* Masobi *de synodo Diœcesana cap* 4. *dubio* 13. *n.*31. Stephanus Gratianus *discept. forens. cap.* 270. *n.*7. & alij, quotum ratio potest esse, quia ante illam ætatem sic dispensati, non recte poterunt iudicare ex delegatione Papæ tusi dispensatio ad id etiam porrigeretur.

25 Ad quartam quæstionis partem, an sic dispensatus ad beneficium, censeatur dispensatus ad plura, vel vt quod, vno dimisso, queat aliud obtinere? Et quamuis aliqui possint affirmare per doctrinam Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disp.* 31. quia quando absolutè dispensatur cum illegitimo ad beneficium, ea dispensatio queat extendi ad aliud; eo quod ea reddens illegitimum capacem, non respicit beneficium, sed personam; tum quia obtentio duorum simplicium beneficiorum in simul, nullam habet incompatibilitatem illius, de qua latissimè DD. agunt *in cap. de multa* 28. *de præb.* vbi & ego.

26 At de primo dicto absolutè tenendum est, vt quemadmodum dispensatus ad beneficium simpliciter obtinendum de vnico simplici, & non curato intelligitur ex dictis *hic ex cap. fin. hoc tit.* & expressius ex *cap.* 1. *eodem num.*6. §. *ille verò*, vbi habetur illegitimum, cum quo dispensatur ad beneficium, non posse nisi vnicum obtinere, vbi Barbosa, & Canonistæ, quorum, & aliquos refert, & sequitur idem Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disp.* 31. *n.*6. & 8. Bonacina *de irregularitate q* 2. *puncto* 3. *num.* 14. Castrus Palaus *de cens. disp.*6. *puncto.*9. *n.*6. *in fine*, Barbosa *de offic. Episcopi p.* 2. *dicta alleg.* 45. *num.* 6. qui in hoc non videtur ibi dicere, sed *num.*7. Vbi dispensatus ad beneficium, non censetur ad aliud quàm ad simplex, vt dixerunt Bargas *de irregularit. p.* 2. *Rubr. interpret. de dispens. n.*2. Campanil. *in dicta Rub.* 11. *cap.*13. *n.* 97. ita Leander *de irregularit. tract.* 2. *disp.*3. *qu.*46. Diana *dicta p.* 10. *tract.*13. *res.*30. sub vers. *sed quia* cum Sayro, & alus *numer.* 22. & 23.

27 De secundo verò dicto non æquæ DD. concordant: nam quidam negant, vt obtento vno simplici beneficio, aut curato dispensatus; eo relicto non possit aliud simile obtinere sine alia dispensatione; quia vt iam est dictum *hic* & quæstione *præced.* dispensatio est stricti Iuris, & stricte intelligenda; indeque, vt non includat, nisi primum actum subsequentem, quo completo, extinguatur: ita Couarruu. *de sponsalib. in* 4. *decret.* 2. *p. cap.* 8. §. 8. *n.*5. vers. *sexto infertur*, qui distinguens inter legitimatum à Romano Pontifice, & dispensatum de isto inquam concludit, vt dispensatus in natalium defectu ad beneficium, possit tantùm primum beneficium obtinere, non tamen secundum primo dimisso, sic cum Lapo, & Dominico *in dicto cap.*1 § *fin. col.*2. *hoc tit. lib.*6. Sayrus *cap.* 11. *lib.*6. Castrus Palao *de censur. disp.*6. *n.*6. Angelus, Siluester, & Armilla citati à Sanchez *supra*, Leander *dict. disp.*3. *quæst.* 47. Henriquez *lib.*14. *cap.*8. *n.*10. Auila *p.*7. *disp.*3. *dubia.* 6. vers. *præterea*, qui & clarius sic tenent, quando dispensatus illegitimus fuit ad certum beneficium, quo obtento, ac dimisso, non censetur dispensatus ad aliud. Et sic potuerunt dicere Caualcanus *decis.* 29. *sub n* 35. *p.*1. Campanilus *in diuers. iuris can. Rub.*11. *cap.*13. *numero* 98. Barbosa *dicta allegat.* 45. *de officio Episcopi, p.*2. *numero* 8. *in princ.* vt si aliquis obtinens dispensationem ad aliquod beneficium simplex consequendum, ad illud præsentetur, dicatur habilitatus ad cætera beneficia simplicia, quod verum erit si beneficium, cuius præsentationem habuerit, nondum possederit, vel si possedisset, esset cum litigio aut victus esset, siue hac de causa dimitteret.

28 Contrariam verò sententiam tuentur Ioan. Andreas *in dicto cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. & *in cap. non potest. numer.*5. Tabiena verb. *beneficium.* 2. *q.*17. *numer.* 19. Sanchez *supra* citatus hic in vers. *ad quartam* cum multis per fundamenta *ibi* adducta, & aliis citatis, Philibertus *tract.* 1. *de ordine p.*9. *c. p.*4. *nn.*13. nec dissentit Dianà *dicta p.*10. *tract.*13. *res.*30. sub dicto vers. *sed quia*, cum quilibet possit plura obtinere simplicia beneficia, quorum quodlibet congruæ sustentioni, non sufficit absque dispensatione. Verùm quia *ibi* dicit quod illegitimus secundùm communiorem sententiam, hac potestate priuatur, ac proinde, & si sit dispensatus ad beneficium, non censebitur dispensatus, nisi ad vnicum tantùm, vt explicant Sanchez, & multi ab eo relati *dicto lib.*8. *de matrim. disp.*51. *num.* 6. & 11. Barbosa *dicta alleg.* 45. *num.* 18. *in fine*; idem *in dicto* §. 1. *cap.*1. *hoc tit. lib.*6. *num.*11. cum Garcia *dicta* 7. *p. beneficiis cap.*2. *n.*50. & *p.* 8. *cap.*3. *num.*4. ideo videtur, vt vno beneficio dimisso, aliud sine alia dispensatione obtinere nequeat.

29 Et confirmatur, quia spurius, cui authoritate Romani Pontificis concessum est, vt habeat beneficium, cui cura animarum inhæret, non potest eo dimisso, secundum obtinere, nisi prius originis spuriæ facta mentione: sic Azor *instit. moral p.*2. *lib.*6. *cap.*3. *quæst.* 16. Barbosa *in cap. si is fin. hoc tit. in* 6. *numer.* 2. quoties enim dicunt Molina *de primogen. lib.*2. *cap.*4. *ex numer.*50. vbi additionatores cum noua dispensatio priori additur necessum est, vt posterior valeat quod in ea fiat mentio prioris per ea, quæ dixi *supra in cap.* 1. *cap.* 37. & aliis de rescriptis; imo & Sanchez *de matrim. dicto lib.* 8. *disp.*22. *ex num.*2. *in* 6. *subdit textus dict. cap. fin.* esse hunc sensum germanum, † quod quando scilicet prior, & 30 posterior dispensatio sunt circa eandem rem, ac inter vtramque est dissonantia, & partialis quædam contrarietas, nempe quia prior cum moderatione quadam concessa sit; posterior autem absolutè, & absque illa, sit posterior sub reptitia, nisi prioris Principi fiat mentio: videbis *dicta quæst.*7. vers. *ad vltimam*: applicabis etiam dicta *infra q.*9 *in fine* vers. *item.*

31 Ex his infero quod dispensatus ad beneficia recipienda, non censetur dispensatus ad illa retinenda, etiam si verba dispensationis sint vniuersalia, videlicet *nec non quæcumque, & qualiacumque beneficia* & quia illa solùm debent referri ad facultatem recipiendi; ita vt possit quidem quæcumque beneficia recipere etiam vltra duo siue simplicia, siue curata, vel etiam si dignitates fuerint; non autem plura simul retinere, Rota apud Farinacium *decis.* 528. *numero* 213. *in princ. p.* 1. *recent.* in pac. Parrochial. Eccles. de Talauera. 10. Nouemb. 1613. coram Cardinali Pamphilio, Rota *decis.* 233. *num.*26. *p.* 1. *diuers.* & *dict. decis.* 528. *num.* 1. *p.* 1. Barbosa *dicta alleg.* 45. *de officio Episcopi. p.* 2. *numer.* 9. cum Rebuffo *in praxi dispens. rat. ætat.* verb. *et in simul retinere hoc secundum*, quia tangeret in prohibita

incom

incompatibilitate plurium beneficiorum, ex *dict. cap. de multa de preb.* cum vulgatis; id ob vitium
32 præhabitæ dispensationis nequit sustineri. † Bene tamen poterit, si dispẽsatus fuerit simpliciter ad plura beneficia, obtinere duo tantùm sine cura ex *dicto cap. fin. hoc tit. lib. 6.* Felin. *cons. 4. n. 7.* Rota, & Barbosa, *supra* non enim est incompatibile duo hæc retinere, si nihil dispensatio dicat de recipiendo tantùm.

33 Vnde patet etiam longè scriptis non bene Henriquez loquuntur fuisse, *dict. lib. 14. summa cap. 8. §. 10.* dum dicit quod illegitimus dispensatus ad sacerdotium, non manet inhabilis ad beneficium Curatum, & Episcopatum, ac Dignitates; siquidem patet ex dictis hic *à n. 1. & in quæst. 5.* hæc omnia esse falsa, & sine fundamento prout docent Saytus, *dict. lib. 6. cap. 11. n. 17. &* 28. Nicolaus Garcia, *dicto cap. 6. à n. 67. p. 1. de benefic.* Marchinus, *tract. 1. p. 9. cap. 4. n. 14.* Campanil. *dict. cap. 13. in diuers. Iuris n. 101.* Barbosa, *dicta alleg. 45. sub n. 8.*

34 Ad vltimam quæstionis partem, num dicta de dispensato, sint eodem modo de illegitimo, intelligenda legitimato à Pontifice in quo dubio, quia iam *supra q. 5.* hic, & in aliis dictum est differri legitimationem à Pontifice factam de illegitimis irregularibus; eo quod hæc omnes inhabilitates auferat ad dispensatione, quæ strictè sit interpretanda ex reg. *dict. cap. 1. in fine huius tit. lib. 6.* Hojeda, *de incompet. benef. p. 2. cap. fin. à n. 67.* Azor, *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 43. q. 6.* Saytus, *de censuris lib. 6. cap. 11. à n. 16.* Nicolaus Garcia, *dict. 1. p. cap. 6. de benef. n. 58.* Mantien. *lib. 5. recopil. glossa 1. n. 7. l. 10. tit. 8.* Gironda, *de priuilegiis, seu exemp. explic. n. 4* Marc. Anton. *variar. resolut. lib. 1. res. 19. n. 14. & lib. 3. resol. 2. n. 18. & 21.* Carolus Tapia, *ad Rubric ff. de const. Princip. cap. §. à n. 1.* Moneta, *de distribut. quotid. p. 2. q. 14. à n. 5.* Suarez, *de legib. lib. 11. cap. 11. n. 10. & cap. 17. à n. 2.* Campanil. *in diuers. Iuris canon. dicta Rub. 11. cap. 13. n. 90.*

35 Vnde videtur sine disputatione, vt si Pontifex non vtatur cum illegitimo irregulari verbo *dispenso*, sed verbo *legitimo*; eo ipso quilibet legitimari fiant habiles ad omnes ordines, beneficia, & Dignitates Ecclesiasticas, excepto Cardinalatu per dicta *supra dict. q. 5. & hic vers. ad secundum*, quia sic ex proprio motu Sixti V. *ibi* adducto cauetur: ita docent Philibertus *tract. 1. de ordine. p. 10. cap. 1. n. 8.* Auila *p. 7. disp. 3. dub. 6.* Filiucius *tract. 19. p. 5. q. 7. & 8* Leander, *de irregularit. tract. 1. disp. 3. q. 29.* Couarruu. *in 4. decretal. p. 1. cap. 8. §. 8.* qui *ibi n. 5. vers. sexto infertur*, ad com-
36 probat, † inquiens legitimatum à Romano Pontifice, posse, primo beneficio dimisso, secundum obtinere, nec indigere alia dispensatione, qua indiget, si tantùm esset dispensatus, vt iam *hic* dixi sub vers. *ad quartam.*

37 Tota ergo difficultas est, an legitimatus sic à Pontifice, possit obtinere Dignitatem Episcopatus, sicut & alias Ecclesiæ, pars negatiua suadetur ex dictis supra hic in vers. *ad primam* propter excellentiam talis Dignitatis; & sic tenuit Maiolus *lib. 1. cap. 4. n. 13* vt ex vi generalis legitimationis sine speciali dispensatione, talis legitimatus non reddatur habilis quoad Episcopatum. Hæc inquam sententia fuit etiam Raymundi, quem refert Abbas *in cap. ad extirpandas hoc tit.* & licet Maiol. referat pro hac sententia Siluestrum, & Abbat. non bene cum contrarium teneant, vt aduertit Suarez *de cens. disp. 50. sect. 5. art. 2. ex n. 10.*
† vera ergo, & tenenda sententia est, vt sic legi- 38
timatus possit Episcopatum obtinere, sicut si legitimatus esset per subsequens matrimonium iuxta aliqua dicta *in Rub. hic & in quæst.* & dicenda latè *in cap. tanta qui filij sint legitimi*: ita Hostiensis & Goffredus, quos sequitur ipse Abbas, Syluester verbo *illegitimus q. 3.* & in verb. *legitimus n. 4* sine restitutione ait hoc filios fieri legitimos quoad omnia. glossa *in cap. innotuit.* verbo *coniugata de elect.* Suarez bene, *vbi supra*,

Et probant quidem ex eo fundamento, quia 39
legitimatio, siue à iure, siue ab homine, reddit personam habilem, quoad omnes actus lege prohibitos, sed illa facit, vt legitimatus per subsequens matrimonium possit promoueri absque dispensatione ad ordines, beneficia, honores, ac etiam Episcopatum, Couarrun. *in 4. de sponsal. p. 2. c. 8. §. 2. n. 24.* Dueñas *reg. 350. ampliat. 5.* Surd. *de alimentis tit. 8. priuileg. 67. n. 7.* glossa coniugata, *in dicto cap. innotuit*, vbi Barbosa, *n. 19. & in eodem in cap. cum inter* 7. cum Viuiano, Campagio, Menochio, Suarez, Belletus, *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali §. 1. n. 18.* Azor, *instit moral. p. 3 lib. 2. cap. 14. q. 14.* Campanil. *in diuers Iuris canonici dict. Rub. 11. cap. 13. n. 127.* Iulius Laborius, *variar. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 16 n. 61.* idem Barbosa cum aliis infinitis, sub *dict. cap. tanta.*

Et licet pro prima sententia vrgeat textus, *in* 40
dicto cap. cum in cunctis, Vbi specialiter cautum est, vt nullus in Episcopum eligatur, nisi qui de legitimo matrimonio natus sit, hoc non vrget; quia facta legitimatione, seu declaratione iuris censetur quis ex legitimo matrimonio natus; vt patet ex *dicto cap. tanta qui filij sint legitimi.* vbi glossa verbo *legitimus*, aduertit hos esse legitimos quoad omnia tam quoad ordines, quàm quoad honores, nullam adhibens limitationem, vt cum infinitis in eadem glossa scribit Barbosa *ibi*, de qua iam aliqua dixi *supra* & glossa *in dicto cap. cum in cunctis*, verb. *matrimonium*, aduertit non magis requiri illam conditionem natiuitatis ex legitimo matrimonio in Episcopo, quam in quolibet alio; qui promouetur ad honorem; vel ad regimen animarum Iuxta textum nostrum *in cap. 1. & fin. hic*, & sic concludunt DD. iam adducti, vt sicut legitimatus per subsequens matrimonium consequitur prædictos honores, sicut natus ex legitimo matrimonio, sequitur, vt etiam Episcopatum sine dispensatione, cum non requiratur exceptus, sicut qui creandus est Cardinalis, expressè excipitur in dicta const. Sixti V.

Adhuc obstat maximè huic resolutioni textus 41
in dicto cap. innotuit, Iuxta antiquam, seu integram lectionem, in qua præcipuè fundabatur Raymundus, quia ibi post legitimationem per matrimonium postulatur dispensatio. Verum idem Suarez admodũ laborans in addiscenda vera littera illius textus, *n. 11.* vltra quos Panormitanus dixit, quod hodie illam non habemus.

* * *

QVÆST. VII.

An illegitimus dispensatus ad ordines intelligatur, & eo ipso ad pensionem? An dispensatus illegitimus, vt clericus fiat, intelligatur tantùm ad primam tonsuram? An dispensatus ad Dignitatem, inferiorem, vt talis dispensationis, eligi possit ad Dignitatem superiorem, aut è contra? An illegitimus in sæculo dispensatus ad omnia, & quæcumque beneficia, hoc ipso possit ad Prælaturas, ac Dignitates Regulares eligi? Et an illegitimus cui dispensatum est à Papa vt possit obtinere beneficium curatum, si postea efficiatur religiosus, egeat noua dispensatione, vt Prælatus fiat irregularis? Et an irregularis illegitimus, qui suscepit in sæculo sine dispensatione ordines sacros, possit post religionis ingressum, non solùm promoueri ad alios ordines, verùm & in susceptis ministrare absque alia dispensatione? An Religiosus dispẽsatus ad gradus, honores, & Dignitates ordinis, necesse sit vt exprimat qualitatem illegitimitatis, num spurius sit naturalis, sacrilegus, aut incestuosus.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus ad ordines non intelligitur dispensatus ad pensionem Ecclesiasticam, vel mixtam, secus ad pensionem temporalem,* vt n.3.& 4.

2 *Incapax beneficij, est incapax pensionis Ecclesiasticæ ex styllo curiæ.*

4 *Homicida voluntarius, aut alius irregularis non est incapax pensionis, scilicet temporalis.*

5 *Dispensatus, vt clericus fiat, etsi tantùm possit tonsurari vt sentiunt multi, verius est vt possit ordinari in minoribus vt* n.7.

6 *Clericus quis fit per tonsuram, & per eam gaudet canonis, & fori priuilegio.*

8 *Spurius dispensatus, vt clericus fiat, & beneficium habeat; etiam vt habeat pensionem censetur.*

9 *Dispensatus ad maiorem Dignitatem, censetur ad minorem, contentam sub maiori, &* n.12.*non è contra, vel quando minor non includitur sub maiori, vt* n.13.

10 *Dispensatio non extenditur ad casum maiorem, & habentem in se maiorem rationem.*

11 *Dispensatio Papæ ad Prioratum, vel Prouincialatum, præposita clausula* omnes *alias, non extenditur ad Generalatum; secus si dispensaretur à Prælato virtute priuilegij.*

12 *Dispensatus ad vnum, censetur dispensatus ad omnia consequntiaa.*

13 *Argumentum de maiori ad minus non valet, nec extenditur ad casum habentem in se maiorem, siue diuersam rationem.*

14 *Dispensatus in sæculo ad omnes Dignitates, censetur, si ingrediatur religionem dispensatus ad omnes Religionis, vt* n.15.*alij contra, vt hic* n.14.& 16.

17 *Dispensatus à Papa, vt possit obtinere beneficium curatum, videtur dispensatus in Religione ad Prioratum, vt* n.18.

19 *Illegitimus ordines suscipiens sacros ante ingressum Religionis, post ingressum, professione sequuta, & non aliter, potest in susceptis ministrare, & ad alios ascendere, vt* n.20.

21 *Sacros ordines suscipiens post professionem, si illa nulla reddatur, aut exeat illegitimus qui professus erat, redditur irregularis.*

22 *Illegitimus non dispensatus audens celebrare in susceptis, non incurrit de nouo irregularitatem. Et quare?* n.23.

24 *Religiosus dispensatus ad gradus, & honores &c. tenetur narrare qualitatem suæ illegitimitatis, &* n.25.*alij contra, vt* n.26.*sed verius, vt* n.27.

25 *Dispensatio super illegitimitate, tanto difficilius conceditur, quanto turpius dispensatus fuit genitus.*

HÆ omnes difficultates adhærent nimis proximè adductis à *quæst.1.huc*, quorum suppo- 1
sita doctrina laconicè ab omnibus expedie-
mur; igitur ad primam difficultatis partem fa-
ciens pro negatiua sententia resoluta *supra q.* sub
vers *ad tertiam*, Vbi quod dispensatus ad omnes
ordines, non censetur dispensatus ad beneficia,
etiam minora; eo quod sint res diuersæ. Aliqua
dixi sub *quæst.6. præced.* & ratio huius sententiæ
est; quia quemadmodum irregularis est incapax
beneficij ex textu nostro, *cap. litteras 14. cap. fin.
hoc tit. cap. 1. &* 2. etiam eodem *lib.6.* & ex iam
supra adductis; & eodem modo sit incapax pen-
sionis; sic vt sicut dispensatus ad ordines, non sit
habilis ad beneficium, ita nec ad pensionem: præ-
ter Ordinarios docent Castrus Palaus *tom. 2.
tract. de benef. disp. 1. puncto 11.§.3.n.3.* Rebuffus
in praxi, tit. de dispens. ad plura n. 85. Lessius
lib. 12. cap. 34. n. 203. Sanchez *de matrim.* cum
aliis *lib. 7. disp. 44. n. 9.* Garcia *de beneficiis p. 1.
cap. 5. à n. 119.* Paulsius *de resignat. lib. 4. q. 3. n.*
37. Vgolinus *tract. de irregularit. cap. 65.§.1. n. 3.*
Saytus *de censuris cap. 2. n. 22.* Molina *de Iust. tr.
3. disp. 78. n. 2.* Zechius *de benefic. cap. 11. n. 7.* &
alij, † qui etiam dicunt esse secundum stylum cu- 2
riæ, obseruatum in Dataria, & Cancellaria, vbi qui
est incapax beneficij, est etiam incapax pensionis
Ecclesiasticæ (nempe vt debet intelligi nostra
quæstio.) Applica *infra in cap. 2. cum aliis q. 3.
à n. 1.*

Sed multi aliter sentiunt, & non quidem im- 3
probabiliter, eo quod pensio est quoddam Ius
temporale separatum, & per se distinctum ab ip-
so beneficio; sic vt priuatus Iure, & inhabilis fa-
ctus ad obtinenda beneficia, non sit priuatus Iure
ad obtinendas pensiones. Quare Gonzalez *in re-
gula 8. cancel. glossa 5.§.5. à n. 24.* mordicus pro-
bat illegitimum, saltim prima, tonsura initia-
tum, posse sine dispensatione obtinere pensio-
nem, testatus sic seruare sacram Rotam ad
id plures decisiones adducens, Thesaurus, *in
praxi p. 2. cap. 2. n.* . & Seraphinus *decis. 1624.
num. 2.* cum pluribus docens, quod illegitimus,
cui

cui est dispensatum, vt clericatum suscipiat, non indiget alia dispensatione pro pensione, vt docuit etiam Putsatus, *decis.* 53. *num.* 2. nisi pensio super beneficio pareorum imponatur ex dicendis, *in cap.* 1. *& sequent.* Et tertia opinione Gigantis, & Rebuffi, sic etiam testantur plures decisiones, quas refert Nicolaus Garcia, *in addit. ad p.* 1. *cap.* 5. *num.* 117. Marchesan. *de commission. tom.* 1. *pag.* 527. Vbi quod perpetuo Rota seruat; alias refert, & sequitur Barbosa, *in c.* 4. *hoc tit. sub n.* 4. Videndus cum Gambara, & aliis.

4 Et confirmatur ex Sacra Congregatione Concilij Cardinal. teste Castro Palao, *supra* declarante homicidam voluntarium, & à fortiori quemlibet irregularem non esse pensionis incapacem, tametsi beneficij sit de quo etiam sunt videndi Suarez, *de cens. disp.* 44. *sect.* 4. *num.* 39. Sa verbo *homicidium* n. 10. & Diana, *p.* 7. *tr.* 10. *miscelan. resol.* 6. ex vers. *verum cum quo* iuxta stylum adductum Datariæ, primam probabiliorem dico sententiam, si pensio sit Ecclesiastica, aut mixta, & secundam admitto, si sit temporalibus, vt solet concedi ex fructibus beneficiorum, aliquibus laicis è Republica bene meritis iuxta dicenda infra, *in tit. de præbend. & in tit. vt vt Eccles. benef. sine diminutione confer.*

5 Ad secundam quæstionis partem, an illegitimus dispensatus, vt clericus fiat intelligatur tantùm dispensatus ad primam tonsuram? In quo dubio potest dici non improbabiliter, quod sic dispensatus nequeat ascendere ad alios ordines minores sine alia dispensatione, qui cum collatio primæ tonsuræ secundùm communem vsum loquendi Canonum, & Trid. *sess.* 23. *cap. nullus* 6. dicatur ordo, & natura dispensationis ex longè dictis *quæst.* 4. ... *&* 5. strictè sit interpretanda, sequitur talem dispensationem esse ad primam

6 tantùm tonsuram restringendam. † Cum tonsuratus clericus fiat per tonsuram, fruaturque canonis, & fori priuilegio iuxta quæ dixi latè, *sub tit. de Iudic. & foro comp. & ibi sub cap.* 2. *item sub cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.* non enim dispensatio, ex quo aliquid operatur est extendenda, vt multis etiam probat Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 1. *n.* 3. & in terminis docet ex aliis etiam Merola, *tom.* 1. *disp.* 4. *c.* 6. *n.* 43. quia acceptione primæ tonsuræ, efficitur vere quis clericus

7 Nihilominus censeo vi talis dispensationis illegitimum ita dispensatum, vt clericus fiat, censeri etiam dispensatum ad ordines minores; quia quamuis prima tonsura intra ordinem clericalem hominé constituat, & secundùm aliquos non sit ordo, sed præuia dispositio ad ordines iuxta quæ dixi, *sup. Rub. & tit. de temporib. ordin. & de ætate ordinand* ideo recte illo modo dispensatus absque alia dispensatione, intelligetur dispensatus ad ordines minores per dicta *sup. q.* 5. & in terminis docent Sanch *lib.* 8. *de matrim.* com aliis *disp.* 1. *n.* 16. Fagund. *in præcepta Eccles. præcept.* 5. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 4 Diana, *p.* 9. *tr.* 8. *miscel. res.* 22. *in princ.*

8 Quod si spurius sit dispensatus, vt clericus fiat, & beneficium habeat, dico vt eo ipso sit capax pensionis per resoluta, quoquo modo accipias in vers. *ad primam*; quia ex quo hic dispensatur ad beneficium, non est mirum, vt dispensetur ad pensionem, quæ minus est, & eandem causam habet ex dictis *infra* in vers. *ad tertiam.* de quo videbis Azor. *institut. moral. p.* 2. *l. b.* 8. *cap.* 7. Sairi *in regula de annali quæst.* 2. Paleo-Fermosin. de Offic. & sacris Eccles. *Tom. II.* to, & Gonzalez relati à Barbosa.

Ad tertiam quæstionis partem, an dispensatus ad dignitatem inferiorem, possit vi talis dispensationis eligi ad dignitatem superiorem, vel è contra? Et quia hæc difficultas satis diluitur ex dictis *q.* 6 *præced* in vers. *ad tertiam* verbo *maius dubium*; ideo breuiter respondeo non posse, quia eo quod permisso minoris non est permissio maioris (quamuis alius dispensatus ad maiorem dignitatem, censeri possit, item dispensatus ad minorem, si minor contineatur sub maiori, vt Prioratus sub Prouincialatu, & Prouincialatus sub Generalatu) docent in terminis Pellizarius, *in manuali regular. tom.* 1. *tract* 9. *cap.* 2. *sect.* 3. *n.* 143 Peyrinus, *to* 1 *priuileg con st. Iulij* 2. *n.* 94. Diana, *p.* 10. *tract.* 13 *miscel.* 3. *res.* 39. vers. *sed an dispensatus.* † & probant Doctores, & Barbosa per textum, *in cap. fin. hoc tit lib* 6. *n.* 4. cum Bernardo, *reg.* 95. dum notat ex eo textu, quod dispensatio non extenditur ad casum maiorem, & habentem in esse maiorem rationem, quam habeat casus concessus. 9 10

Et confirmatur quia dispensatus ad Prioratum, Prouincialatum, & omnes alias Dignitates quæ in Religione habentur, non ideo potest esse Generalis sine noua dispensatione cum clausula illa generalis proposita post specialia expressa, non includit minora, sed tantùm consimilia, vt docent proximè relati, quod ego intelligo de dispensatione facta à Papa, qui censetur non bene informatus de habilitate illegitimi dispensati; secus si dispensaretur à Prælato vi tute alicuius priuilegij iuxta quæ dixi *sup. q.* 5. vers. *ad quintam*, vbi de ratione differentiæ per particulam *omnes.* 11

E contra verò ex dictis dispensatus ad maiorem dignitatem, intelligatur dispensatus ad minorem, si minor contineatur sub maiori, iam patet ex adductis hic in vers. *ad tertiam*, & docent multi, quos refert, & sequitur Garcia, *de benefic. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 39. Campanilus, *in diuersif. Iuris Canonici Rub.* 11 *cap.* 23. *n.* 1. Vbi restringit, quando minus illud comprehensiue, & necessario includeretur sub maiori, aut esset necessarium consequutiuum, ac dependens ab eo, super quo fuit dispensatum; quia dispensatus ad vnum, censetur dispensatus ad omnia consequotiua, vt plane probat Sanchez cum multis *de matrim. lib.* 8. *cap.* 1. *n.* 19. † Quod si minus non dependeat à maiori, non includi dicendum est, quia non valet argumentum de maiori ad minus, nec extenditur ad casum habentem in se maiorem, siue diuersam rationem, vt probant Couarruu. *in* 4. *de sponsal. cap* 8 §. 8. *n.* 11. Nauarr. *de redditib. Eccles. q.* 1. *monita* 10. *n.* 2. Molina, *de primogen. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 48 vbi additionat. Brutior. à Sole *in locu communibus* verb. *dispensationes sunt odiosæ*, Salas, *de legib. disp.* 10 Barbosa, *in pastorali p.* 2. *alleg.* 45 *num.* 2. cum Sanchez, *dicto lib.* 8 *de matrim. disp.* 1 *num.* 51 *& disp.* 14. *n.* 17. Garcia, *vbi supra*, Surdus, *decis.* 168. *n.* 20. *&* 21 Caldas Pereyra, *de nomin emphyteus. q.* 21 *n.* 5. Gutierrez, *canonicar. lib.* 1 *cap.* 15. *num.* 124. Rendina, *in promptuario receptarum sentent. tom.* 1. *tit.* 19. *n.* 12. Molina, *de Iustitia tom.* 3. *tr.* 2. *disp* 591. *n.* 2. 12 13

Ad quartam quæstionis partem, an illegitimus in sæculo dispensatus ad omnia, & quæcumque beneficia, hoc ipso possit eligi ad Prælaturas, & dignitates regulares? Et videtur quod non; quia è contra dispensatus ad dignitates regulares, 14

S 3 non

non censetur dispensatus ad Dignitates sæculares, vt docent Lezana *tom.1.quæst.regul. cap. 18. n. 61.* Rodriguez *eodem tract. tom.1.quæst. 13. art. 13.* Sanchez *lib.5.moral.cap.5.n. 16.* cum aliis, quia priuilegia vi quorum conceditur talis dispensatio inducta sunt in fauorem solius Religionis & faciunt dicta *hic* in vers. *ad tertiam.*

15 Nihilominus in casu proposito dicendum est, vt dispensatus in sæculo ad omnia, & qualiacumque beneficia, hoc ipso possit religionem ingressus eligi ad prælaturas, & Dignitates regulares, cum ea dispensatio ita per verba vniuersalia fuerit, quasi quædam legitimatio, quæ ad omnes Dignitates, & Prælaturas extenditur; (imò ad Episcopatum per dicta *supra quæst. præced.* vers. *ad vltimam*) & sic debet extendi, vt docent Pelizzarius, *vbi supra cap. 2. sect. 3. n. 144.* Lezana *dicto tom. 1. cap. 18. n. 61.* Diana *p. 10. tract. 13. misc. di-*
16 *cta res. 39.* vers. *vtrum autem.* † Fateor tamen non improbabiliter loqui Bordonium *in cons. regular. tom. 1. res. 12. n. 58.* absolutè tenentem dispensatum ad Dignitates sæculares, non censeri dispensatum ad Dignitates Regulares, sicut nec è contra (vt dictum est) dispensatus ad Dignitates regulares, non censetur dispensatus ad Dignitates sæculares, nisi fieret absolute per verbum *legitimo*, quod ample accipitur, non per verbum *dispenso*, quod strictè, vt sæpius diximus.

17 Ad quintam quæstionis partem, an illegitimus, cui dispensatum est à Papa, vt possit obtinere beneficium curatum, si postea efficiatur Religiosus, egeat noua dispensatione, vt Prælatus fiat regularis? Resolutio huius dubij pendet à proxime scripto in vers. *ad quartam*, & in hoc puncto absolutè, vt egeat noua dispensatione docent Nauar. *cons. 1. qui filij sint legitimi in nouis*, quam sequitur Ludouic. Miranda *tom. 1. q. 2. in manuali Prælator. art. 5. in fine*, Sayrus *in floribus decis. sub dicto tit. qui filij sint legitimi. decis. 1. in fine*, Barbosa *in cap. fin. hoc tit. n. 4.* Diana *p. 7. tract. 10. miscel. res. 6. in fine. vers. nota.*

18 Sed quia video, vt Rebuffus *in praxi beneficiali tit. de dispens. super defectu natal. n. 75. & 76.* dicat quod illegitimus dispensatus, dum est sæcularis ad quæcumque, & qualiacumque beneficia obtinenda, si religionem ingrediatur, possit in ea habere Prioratū regularem. Et hanc quæstionem Barbosa vocet difficilem; ideo ego existimo terminandam per resoluta in proxime simili quæstione relata hic in dicto *ad quartam*, & per dicta hic vers. *ad sextam.*

19 Ad sextam quæstionis partem, an si illegitimus ante ingressum religionis suscipiat ordines sacros, & postea ingrediatur, possit non solùm ascendere ad non susceptos, verum & ministrare in susceptis in sæculo absque dispensatione; & quamuis pro parte negatiua faciant proximè adducta *hic*, & in aliis quæstionibus, quia dispensatio est strictè interpretanda, vt resoluunt Iura *hic* in sexto nostro, *in cap. fin. infra, cap. 1. eodem lib. 6.* vbi communiter DD. & cum infinitis Barbosa *in pastorali dicta alleg. 45. n. 1. & alleg. 53. n. 7.* quoniam *supra* retuli *sub dict. quæst. 5.* Nihilominus, quia vt iam *supra* dixi, hæc intelliguntur, quando vni, vel alteri dispensatio conceditur; non verò quando in fauorem religionis emanauit, cum tunc sit ample interpretandum, vt docent Henriquez *in summa lib. 7. cap. 12. §. 3. & cap. 14. n. 4. in fine*, Oldrad. *cons. 300. n. 4.* vers. *considerandum est*, Sanchez cum aliis *dict. lib. 8. de matrim. disp. 1. n. 13.* ideo respondeo affirmandum cum Barbosa *hic n. 2.* vers. *deinde*, & Sanctarelo *variar. resol.*
q. 39. n. 8. † eo quod diximus ex textu nostro *su-* 20
pra q. 1. tanta sit vis ingressus religionis, professione sequuta, per *ibi* dicta, & quæ ex infinitis idem colligit Barbosa *hic dict. n. 2. in princ. & dict. cap. fin. n. 5.* Vbi quatenus glossa ibi: *potest dici, quod postquam intrauerint religionem, possunt promoueri ad ordines sine aliqua dispensatione.* intelligit de ingressu, qui fit per solemnem professionem; non verò de ingressu, qui dicitur educationis, seu probationis, cum alias posset esse fraus intrando quispiam quamlibet religionem, & suscipiendo sacros ordines, & postea exeundo ante professionem, vt dicunt Soto *in 4. sentent. dist. 25. art. 3.* Angelus *in summa* verb. *nouitius n. 20.* Siluester verb. *religio, n. 10.* quos refert, & sequitur Ludouic. Miranda *in manuali prælator. tom. 1. q. 5. art. 10. conclus. 1.* quod verum est semper, quantumuis Eman. Rodrig. *tomo 2. quæst. regul. 13. art. 4.* & Hieronimus Rodriguez *in compendio quæst. regul. res. 76. n. 7.* conentur defendere huius irregularitatem etiam tolli per receptionem habitus religiosi, & per educationem, quæ fit in religione.

Et tantùm est verum, quod si quis post profes- 21
sionem amissam in religionem ordines sacros suscepit, vel dicat de nullitate contra professionem, & probato cum effectu exeat, vel sit eius professio annullata per superiorem; tum pridem reuiuiscant illegitimitas, & irregularitas, qua ante in sæculo erat irretitus, vt post disputationē sectatur Riccius legendus *in praxi aurea res. 311. per totum*, Barbosa *hic.*

Vnum tamen notabis, quod si illegitimus non 22
dispensatus ausus fuerit celebrare in ordinibus susceptis; etsi grauissime peccet, nullam tamen de nouo irregularitatem incurrat; quia nullibi est statuta, sicuti non est statuta seruis, & corpore vitiatis; eo quod absque dispensatione ordinati
in susceptis ordinibus ministrent † non enim 23
ob violationem irregularitatis, irregularitas contrahitur, vt tradunt Innocent. *in cap. si celebrat. num. 3. de clerico excomm. ministr.* Nauarr. *in manuali cap. 27. n. 163. & 194.* Gregor. de Valentia *tom. 4. disp. 7. q. 19. p. 2.* Diana *dict. p. 10. tr. 13. res. 30. in fine*, Castrus Palaus *to. 6. disp. 6. puncto 9. n. 19.*

Ad vltimam quæstionis partem, an religiosus 24
dispensatus ad gradus, honores, & Dignitates ordinis necesse sit, vt exprimat qualitatem illegitimitatis, num spurius sit, naturalis, sacrilegus, aut incestuosus. Et repetitis quæ dixi *supr. q. 6.* vers. *ad quartam*, verbo & *confirmatur*, nunc dicendum est, vt teneatur exprimere qualitatem irregularitatis per ea, quæ latè dixi *in cap. 1. cap. 3. 7. 17. 20.* & aliis *de rescript. & per reg. 81. de regul. Iuris*, vbi quod in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus: ita Miranda *tom. 2. in man. quæst. regul. 2. art. 13.* Portel. *de dubiis regular.* verb. *illegitimus n. 11.* Peyrinus *de relig. Prælat. q. 9. c. 9. n. 145.* Lezana, *in summa quæst. regul. tom. 3.* verb. *illegitimi reg. n. 17.* Auila *p. 7. de cens. disp. 3. du-*
bio 6. conclus. 2. notat. 1. ex ea ratione, † nam tanto 25
difficilius debet concedi dispensatio super illegitimitate, quando turpius dispensatus fuit genitus, & modus illegitimitatis est fœdior, Leander *p. 2. de irregul. disp. 3. q. fin.*

Non

26 Non desunt contrariæ sententiæ defensores: nam Pelizzarius *in manual. regul. tom. 1. tract. 9. cap. 8. sect. 3. n. 100.* & Diana *dict. p. 10. tr. 13. miscel. 3. res. 34.* sub vers. *notandum*, qui nec dissentire videtur & Rodriguez *tom. 1. d. q. regul. art. 6.* eo quod verè similiter credi possit, vt Prælatus regularis intendat dispensare cum Religioso illegitimo quocumque modo sit illegitimus, & alio, qui facilius concedi debeat talis dispensatio viris Religiosis, quàm clericis sæcularibus, stante quod ius canonicum hic in textu nostro Religiosos illegitimos hoc ipso, quod solemnem faciunt professionem, reddit habiles ad recipiendos ordines etiam sacros, de quo dixi latè, & *sub quæst. 5. &*
27 *sequentibus*. † Tamen quia *ibi* Pontifex excepit Monachos tantùm quoad ordines, & non quoad Prælaturas, & honores, ideo existimo pro prima sententia resoluendum in hoc puncto: nam ex quo talis illegitimus eget dispensatione, siue à Prælato concedenda virtute priuilegiorum iuxta quæ dixi *supra dict. quæst. 5. vers. ad quintam* debet non alio modo dispensari, nisi præcedat narratiua qualitatis, quæ dispensatorem difficiliorem redderet redderet iuxta plura, quæ dixi *in dicto cap. super litteris 20. de rescript.* & alibi sæpe in eo tit.

QVÆST. VIII.

An Episcopus possit etiam cum illegitimis quibuslibet dispensare in sua Diæcesi quoad ordines, & beneficia, sicut Papa in vniuerso orbe? Et qualiter? An Capitulum sede vacante hoc idem possit? An ad Canonicatum, & dimidiam portionem? An vt ordinatus illegitimus possit ad sacros ordines ascendere, & in receptis ministrare? Et quid cum irregulari ex occulta illegitimitate? Et nam cum proprio filio? Quid de Commissario Cruciatæ, ac delegato Papæ, vel Regе?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus solùm electus, & confirmatus potest dispensare cum illegitimis omnibus ad ordines minores, & beneficia simplicia, vt n. 3. & 4.*
2 *Episcopus nondum consecratus potest exercere iurisdictionem Episcopalem.*
3 *Episcopus non dispensat cum illegitimis ad beneficium simplex, si requirat ordinem sacrum.*
5 Cap. litteras de filiis Presbyterorum n. 8. 9. & 10.
6 *Episcopus, vt dispenset cum illegitimo, requiritur causa.*
7 *Episcopus cum illegitimis solùm potest dispensare ex causa quoad ordines, & beneficia simplicia.*
8 *Dispensatio indefinitè concessa, est odiosa, & restringitur.*
11 *Episcopus, & si possit ordinare suum triennalem famulum, non tamen cum eo illegitimo dispensare ad ordines minores, & beneficium simplex, nisi sit subditus, & n. 12.*
12 *Impedimento vno sublato de duobus impedimentis, non censetur sublatum aliud.*
13 *Episcopus num possit cum illegitimo dispensare ad beneficium simplex, cui inest cura animarum n. 14. & 15.*
16 *Episcopus potest dispensare, vt illegitimus valeat obtinere canonicatum, dimidiam portionem, aut inferiora beneficia Ecclesiæ, cui est annexum curatum in cathedrali, vel collegiata. Sed resolue de cathedralibus, vt à n. 22.*
17 *Tonsura sufficit ad obtinendos canonicatus in cathedrali, & collegiata.*
18 *Capitulum sede vacante valet cum illegitimo dispensare ad ordines minores, & beneficia simplicia n. 19. & 20.*
19 Glossa in clem. 1. §. 1. de hæreticis, *verb.* capituli.
21 *Capitulum sede vacante succedit in omnibus, quæ sunt Iurisdictionis contentiosa, & voluntaria.*
22 Cap. 1. de filiis Presbyteror lib. 6. n. 23. 24. 25. 26. & 28.
24 *Canonicatus in cathedralibus persæpe requirunt ordinem sacrum.* n. 25. Trid. sess. 24. cap. 2.
25 *Cura solet accedere Prabenda Ecclesiæ cathedralis per annexionem, non è conuerso.*
26 *Dispensatio Pontificia iam ex Trid. requiritur, vt illegitimus possit habere canonicatus.*
27 *Episcopus, etsi de iure communi valeret dispensare cum illegitimo ad obtinendam canonicatum, dimidiam portionem, & alia minora beneficia fallit si ex statuto requireretur ordo sacer.*
28 *Episcopus nequit dispensare cum illegitimis ad Dignitates, nec ad curata.*
29 *Episcopus non dispensat cum ordinato illegitimo vt in susceptis ordinibus ministret, etiam si bona fide ordinaretur, contra aliquos, vt* num. 30. 31. & 32. *sed solus Papa, vt* numero 33.
32 *Ordinatus ab Episcopo non suo, potest dispensari per proprium Episcopum, vt in susceptis ministret.*
34 Cap. liceat Episcopis, Trid. sess. 24. n. 35. ad 38.
35 *Episcopus nequit dispensare cum illegitimo occulto virtute Tridentini* sess. 24. in cap. liceat Episcopis.
36 *Relictum parentum non est infantis,*
37 *Natalium defectus, quantumuis occultus, solum à Papa dispensatur ad ordines sacros, non ab Episcopo contra aliquos* supra n. 14 & infra n. 38.
39 *Episcopus dispensare potest cum suo filio illegitimo ad ordines minores, & beneficium simplex, etsi non doceat.*
40 *Commissarius Bullæ Cruciatæ verius est, vt non dispenset cum illegitimo ad ordines, vt* numero *contra aliquos*, numero 41. & 42.
42 *Bulla Cruciata verba pro dispensationibus competentibus commissario eius,*
44 *Legatus Papæ poterit dispensare cum illegitimo quoad ordines minores, & beneficium simplex, non quoad maiores, & curatum. Quid de dimidiis portionibus, & canonicatibus* n. 45.

46 *Rex quoad munera spiritualia non dispensat cum illegitimo, etsi possit quoad temporalia* n. 47.

47 *Rex nequit inducere irregularitatem, nec eam auferre.*

1 VT ad omnes has difficultates respondeamus, aduerto dicendum, quod cum actus dispensandi sit Iurisdictionis, & non ordinis, possit non solùm Episcopus consecratus, verùm, & solùm electus, & confirmatus dispensare cum illegitimo ad ordines, & beneficium iuxta proxime
2 dicenda. † Potest enim Episcopus nondum consecratus exercere Iurisdictionem Episcopalem per illa, quæ dixi *supra de electione*, & DD. per textum *in cap. transmissam*, Suarez *de censur. disp.* 50. *n.* 6. Barbosa *de offic. Episcopi alleg.* 45. *p.* 2. *n.* 15. Castrus Palaus *ad censur. disp.* 6. *puncto* 9. *n.* 11. Leander *de irregul. tract.* 1. *disp.* 3. *quæst.* 39 quidem dicunt de capitulo sede vacante, & de alijs Prælatis habentibus quasi Episcopalem Iurisdictionem.

3 Ad primam ergo difficultatis partem video per decisionem canonicam *in cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. communiter ab antiquis, & modernis firmari quod possit Episcopus cum illegitimis dispensare quoad ordines minores, & beneficia simplicia, hoc est sine cura, nisi aliud canonicum non obstat, & dummodo sit tale, in quo aliàs dispensare possit; idest immediatè non fuerit patris iuxta quæ dico *in cap. sequenti*, vel si habeat Ecclesiam curatam annexam, quod an sit verum, infra disputo, vel si ex consuetudine, priuilegio, aut statuto requirat ordinem sacrum, vt colligunt ordinarij *ibi* Archid. Gemin. Franc. & alij, Gigas *de pens. q.* 17. *in principio*, cum multis Nicolaus Garcia, *p.* 7. *de beneficia, cap.* 2. *ex n.* 48. Barbosa *ibi* cum Lessio, Suarez, Henriquez, Auila, Acugna, Azor, & Campanilo *n.* 1. & 2. Coninch. *de sacram. disp.* 18. *dubio* 14. *n.* 112. & *disp.* 33. *n.* 29. *dubio* 2. Hieronim. Venero *in examine Episcop. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 28. Vgolinus *de cens. & irregul. cap.* 14. §. 2. *n.* 3. Sayrus *de cens. lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 8. Gigas *de pension. q.* 17. *in princ.* Rebuffus *in praxi de forma lit. conf. n.* 1. & *tit. de dispens. super defectum natal. n.* 8. Carolus de Graff. *de effectibus clericor. effectu* 1. *n.* 530. Cardosus *in praxi Iudicum* verb. *dispensatio n.* 38. Alcedus *de praemin. Episcop. Dignit. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 31. Ioan. Mar. Beller. *disquisit. Clerical. p.* 1. *tit. de disciplina clericorum* §. 3. *n.* 55. Torreblanca *in pract. Iuris spiritual. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 33. Molfesius *in Theologia morali tract.* 2. *cap.* 16. *n.* 5. Late Felicianus de Vega *in cap. at si Clerici* §. *de adulteriis à n.* 93. *de Indic.* Alphonsus Leo *de officio cappellan. q.* 4. *praxi* 6. *n.* 74. Marcel. Vulpeius *in praxi Iudic. fori Eccles. cap.* 47. *à n.* 13. cum Barbosa *in pastorali dict. alleg.* 45. *n.* 19 Marchinus *de ordine tract.* 1. *p.* 10. *cap.* 1. *dif.* 2. cum eodem Barbosa, Lotterius, *de re beneficiaria lib.* 1 *q.* 48. *à n.* 140. † Vbi addit ob generalitatem dicti textus
4 extendi facultatem ab Episcopo dispensandi ad omnes cuiuslibet generis illegitimos, vt notant per glossam *defectum in dicto cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. Gemin. *sub* 5. Ioan Monach *n.* 1. & 2. Ancartan. *ante n.* 1. Campanil. *in diuersorio Iuris Canonici R.* 6. 1. *cap.* 13 *n.* 84. Barbosa *in dicto cap.* 1. *n.* 6. & omnes per verba dictæ glossæ ibi: *sine sit spurius, siue adulterinus, siue naturalis*, & quo quomodo ex incestuoso, & prohibito coitu, natus, iuxta quæ dixi *supra in Rub.* & probat etiam Suarez *de cens. dicta disp.* 50. *sect.* 5. *art.* 2. *n.* 2. dicens, quod hæc potestas conceditur Episcopo respectu omnium illegitimorum in quocumque gradu quia in illo texiu in definitè dicitur is, qui defectum patitur natalium.

Tota difficultas est, num possit dispensare quoad superiores, & sacros ordines; item quoad personatus, beneficia curata, canonicatus, & Dignitates &c. Et de ordinibus facit difficultatem *littera, cap. litteras* 14. *hoc tit.* in illis verbis *permittimus ordinari*, quibus nonnulli, vt refert *supra* Suarez existimant, vt illegitimi canonice tantum (licet non naturaliter) possint ab Episcopo dispensari ad sacros ordines: sic interpretantes dicta verba; idest permitti Episcopo, vt possit dispensare, Ioan Andreas *ibi*; & faciunt verba ibi: *si alias dignus inuentus fuerit.* 5

Et confirmatur, quia ad hoc vt Episcopus dispenset cum sit inferior à Papa, requiritur Causa; & quod eorum suffragantibus meritis sit, glossa *in cap. requisitis* §. *nisi rigor.* 1. *q.* 7. Nauar. *conf.* 45. *n.* 2. *de homicid.* Eman. Rodrig. *quæst. regul.* 1 3. *tomo* 1. *art.* 14. & 15. Nicolaus Garcia cum alia *p.* 7. *de benefic. dicto cap.* 2. *n.* 49. Petr. Anton. à Petra *in tract. de potest. Princ. cap.* 32. *dubio* 2. *n.* 50. Carol. de Graff. *de effectibus clericorum praelud. n.* 331. Vasquez *in opusculo de beneficiis cap.* 3. §. 1. *dubio* 3. & 4. Molfes. *in summ. Theolog. mor. tract.* 6. *cap.* 7. *n.* 18. quæ videtur induci ex relatis verbis; *si alias dignus inuentus fuerit*, quæ respectu Pontificis dispensantis non videtur requiri. 6

Vera tamen sententia est, vt solùm possit ex causa dispensare quoad ordines tantùm minores, & beneficia simplicia, vt præter adductos *supra* cum multis ex illis Nauarro, scilicet Lessio, Rebuffo, Sayro, Barbosa, Garcia, & Vgolino, docet nouissimè Leander *de irregular. dicta disp.* 3. *q.* 50. per textum *in dicto cap.* 1. & *fin. hoc tit. lib.* 6. † Nec obstant verba *dict. cap. litteras*, nam glossa *ibi* communiter probata per Abbatem, & alios, intelligit de solis ordinibus minoribus; quia talis dispensatio est odiosa, quæ indefinitè concessa, restringitur; nam cum largiot est additur distributio *ad omnes*, vel *ad sacros ordines* ex *dicto cap.* 1. & *fin.* vbi notatur. Et comprobat nouissimè Franciscus Tonduttus *p.* 1. *q. cap.* 14. *n.* 1. vbi de dispensatione cum illegitimo Riccius *in collect.* 946. *ad d. cap.* 1 cum Sayro & aliis. 7 8

Deinde quia textus *in dicto cap. litteras*, non concedit potestatem dispensandi, nec vllum ibi est verbum, quod hoc significet, sed ipse Papa dispensat, vt colligi videtur ex relatis verbis, *si aliàs dignus inuentus fuerit*, quæ declarat Suarez *dicta disp.* 50. *sect.* 2. vt non dispensationem, sed declarationem contineant, quasi dicat si aliud non est impedimentum (hoc) de quo *ibi*, non est impedimentum iuxta similia verba *cap. tuanos, & cap. fin. de homicid.* de quibus iam *supra* dixi. 9

Imo & quod ex littera *dicti cap. per litteras* potius dispensatio arguatur; sed Pontificia, quæ non facilè debuit concedi, nec ab alio, quam à Papa, & quam verebatur concedere, ne aliis daret spem, similia petendi: vt concludit Suarez *dicta sect.* 5. *n.* 5. *in fine*, vel dicendum esse Pontificem dispensasse etiam quoad ordines sacros, vel certa tunc non potuisse Episcopum, sed Pontificem tantùm dispensare quoad minores ordines, & in his Pontificem dispensasse, vt indicant verba ibi, *vt ex eo desperandum se non debeat*, & illud non 10

plus

plus fuerit, quam potuisset ab Episcopo concedi, vt indicauit glossa, *in dicto c.1.hoc tit. lib.6.* cuius decisio quia posterior, quàm *dict. cap. litteras*, loquitur de potestate Episcopis concessa, de qua nondum erat alia decisio; & sic illam *dicti cap. litteras*, interpretandam de solo Papa, vt explicat idem Suarez, *dicta sect.5.n.2.in fine.*

11 Vnde infero vt licet possit Episcopus ordinare suum triennalem familiarem ex Trid. *sess. 23. de reformat.cap.9.* Iuxta quæ latè scripsi, *in cap.11. de temporib.ordin.q.4.* Sed non inde ex facultate illi concessa per *dict. cap.1. & 2. hoc tit. in 6.* possit cum illo dispensare ad ordines minores, nec ad beneficium simplex, legitimando illum super defectu natalium; si alias non sit ei subditus, Concilium enim solùm præstat, vt queat Episcopus ordinare familiarem triennalem, auferendo per illud triennium impedimentum, quod aliàs oberat subiectioni. Sed cum nihil loquatur de dispensando super defectu natalium, qui illegitimo illi adest, euenit, vt potestas illius Episcopi non porrigatur ad secundum, vt docent Nauarr. *cons.13. alias 27 de temporib. ordin.* & cum eo Auila, *p.7.disp.5.dub.6. concl.5.* Garcia, *de benefic. 2.p.cap.5.n.86.* Zenedus, *pract. quæst. 38. n. 31.* Riccius, *resol. 266. in fine*, Barbosa *de officio Episcopi* cum aliis *alleg. 5. n. 14.* Castrus Palao *tom.4.tract.17.de ordine disp vnica puncto 15.n. 6.& tom 6.de censuris disp.6.puncto 9.n.7.* Lean-

12 der *dict.disp.3 de irregul q.53.*& omnes. † quia sublato vno de duobus impedimentis, non censetur alterum sublatum ex *l. si domus ff. de seruit. vrbanor.prædior.ex cap.ex tuarum de authoritate & vsu pallij argum.cap.dilectus de dolo, & contum.* hic enim prædicto familiari illegitimo duo impediunt, cur non possit ordinari ab alieno Episcopo; defectus nempe natalium, & quod non sit subditus; & sic sequi, vt quantumuis per illam triennalem familiaritatem auferatur, non subiectionis impedimentum; eo quod iam censetur subditus, sed non auferri impedimentum ex defectu natalium, cuius dispensatio solùm debet pertinere ad alium Episcopum, cuius ratione originis, & habitationis erat vere subditus.

13 Dubium autem est, numquid possit Episcopus dispensare cum illegitimo ad beneficium simplex, cui annexum est beneficium curatum? Et video DD. firmare quod possit; eo quod in prædicto casu beneficium curatum est accessorium, & minus principale: ita Gonzalez *irregul.* 8. *cancel. glossa 5.§.7.n.18.* Vazquez *de beneficiis cap.5.§.1.dubio 3.in fine n.7.* Barbosa *de offic. Episcopi dict. alleg. 45.n.14.* qui sic tenens cum Schilante, Alcedo, Azor, Stephano Gratiano, Zerola, Anton. Fabric. Bellet. Rebuffio, & Geminiano, dicit vt nemo de hac veritate dubitauerit per Iura, & rationes alibi ab ipso adducta; vti etiam sequuntur Leander *de irregul.dict.tract.2.disp.3 q.52.* Castrus Palao *de irregularitate disp.6.puncto 9.n.7.* sic ergo in fauorem Episcoporum iuxta dict. regulam *acceso-*

14 *rium* potest dici † sed non improbabiliter valet dici contrarium, cum dispensatio sit strictè interpretanda ex longe adductis *supra*, vt in terminis de beneficio curato annexo simplici, negant per glossam *in dicto cap.1. hoc tit.lib.6.* sub verb. *tale*, Panormitanus *in cap. nimis breuiter n. 2.* Tabiena, verb. *beneficium 2.n.34.in fine*, Sayrus *de cens. lib. 6.cap.11.n. 11.*

15 † nisi pro prima sententia dicamus, quod licet dispensatio sit strictè interpretanda, at facultas dispensandi large, vt diximus *supra*, & inde fieri, vt ex quo *in dicto cap.1. hoc tit.in 6.* datum est, vt possit Episcopus dispensare cum subditis irregularibus ex defectu natalium, ad beneficium simplex extendatur eius facultas ad dispensandum, etiam si tali simplici beneficium sit annexum curatum.

Et hoc in sensu dicendum est cum supra rela- 16
tis, quos sequitur Barbosa *dict. n.15.* idem procedere, si curatum sit annexum canonicatui collegiatæ, vel dimidiis portionibus, aut inferioribus beneficiis Ecclesiæ cathedralis; quia prædicta resolutio, quæ ex *dicto cap. 1.* adducta est, quod Episcopus possit dispensare, vt illegitimè natus obtineat beneficia simplicia, extenditur ad canonicatus collegiatarum Ecclesiarum, cum non habeant annexum aliquem ordinem sacrum, etiamsi sint alicuius insignis collegiatæ. † Cum ad huiusmodi canonicatus obtinendos, sufficiat prima tonsura; eo quod quis attingat 14. annum, vt dixi supra *de ætate ordinand.* idemque procedat in dimidius portionibus, & inferioribus beneficiis cathedralium, quia non requirunt ordinem sacrum, nec illius ætatem, vt cum multis concludunt Barbosa *dicta alleg.45.ex n. 10.* Garcia *de benefic p. 7.cap.4.n 38 & 39.* de quibus paulo infra *hic*, & docent etiam Castrus Palao *supra n. 8.* & Leander *q.55* Henriquez *lib.14.cap.8.n.10.lit.X.* Gonzalez, & Auila iam adducti. 17

Ad secundam partem quæstionis dicendum est, 18
vt capitulum, sede vacante possit cum tali illegitimo dispensare ad ordines, & beneficia simplicia; eo quod succedit, mortuo Episcopo, in omnimoda potestate Iurisdictionis, cuius ratione, vt dictum est *supra n. 1.* Episcopus nondum consecratus dispensat, nisi in casibus specialiter exceptis, inter quos iste casus non reperitur exceptus, docent Suarez *vbi supra dict. sect.5.n.6.in fine*, Diana cum multis *p. 4. tract. 1. res. 64.* Castrus Palao *dicta disp.5.punct. 9. n. 11.* Abila *dicta p. 7.disp.5.dub.6.conclus.2.* vers. *notandum*, Baunius, *tract.31. de cens. quæst.17. art. 1.* ante illos Federicus Senens, *cons.64.* & melius *cons. 30.* Franc. Pauin. *de offic. capituli sede vacante cap.7.p.1. & 2.p.cap.1. num. 5.* Panormit. *in cap.cum olim de maiorit.& obedientia*, Nauarr. *lib. 1. cons.7. hoc tit.*

Et licet contrariam sententiam amplecti vi- 19
videatur glossa, *in clem §. 1.* verbo *capituli de hæret.* cui fauent Ioan. Andreas, Dominic. & Francus, *in dicto cap.1.hoc tit.lib.6.* dicentes hanc decisionem egere alia Papali decisione propter Varias Opiniones, quæ versantur super potestate capituli Sede Vacante, de qua dico latissimè, *in suo tit.ne Sede vacante aliquid innouetur.* † Nihilominus Barbosa, *in dicto cap.1. hoc tit. lib.6. num.5.* cum Zerola, verb. *capitulum*, vers. *tertio* in praxi Quaranta, *in summa Bullar.* verbo *Capitulum Sede Vacante*, vers. *secundo quæro*, Campaoil. *in diuersorio. Iuris Canon. Rub.11 q.13. num.81.* & Leander, *de irregularit. dicta disp. 3. quæst.51.* primam sententiam sequuntur, quam dicunt probabiliorem ab eo talati Gutierez, Sazrus, & Cardosus, Flamin. Rebuffus, Syluester, & alii. quos etiam sequitur Barbosa, *de officio Episcopi dicta alleg.45.num.17.* & Riccius, *in praxi fori Ecclesi.decis.157.num.4 in 1 editione.* † Vbi dicit quod capitulum succedit in omnibus, quæ sunt iurisdictionis, tam contentiosæ, quam voluntariæ: tradit etiam Riccius, *collect.946.ad dict.cap.1. hoc tit. lib.6.* ex Sayro, 20 21

in

in decis.34 de temporib.ordin. aliqua dico *in cap. penult.infra de offic.vict. q.fin.*

22 Ad tertiam quæstionis partem, quia iam hic dictum est, numquid possit dispensare cum illegitimo ad portiones,& inferiora beneficia Ecclesiæ cathedralis, & canonicatum Ecclesiæ Collegiatæ, quia ordinem sacrum non requirunt, ideo nunc dubitatur, an ad canonicatum Ecclesiæ cathedralis; & quia de hoc dubio latius quàm alij disputat Nicolaus Garcia videndus, qui ex multis plures dicendi modos cumulat *de benefic. p. 7. cap. 2. ex num. 36.* & affirmantes sic teneant per glossam *in dicto cap. 1. hoc tit. lib. 6.* verb. *beneficium*, inter quos refert Archidiacono Lapum, Ancharranum, Dominic. Franc. *ibi*, Calderin. Oldradum, Iason, *in cons.* Seluam, Villa Diego, Posinuanum, Gigantem, Petr. Gregor. Nauarr. Tabienam, Armillam, Gambaram, Suarez, & Azor, quibus addo Torreblancam, & Campanilum *vbi supra n.82.* eo quod *in dicto cap. 1.* permittitur Episcopis dispensatio in beneficiis sine cura,& cum canonicatus illam non habeant, etiam si illam haberent annexam, vt iam dictum est, indeque sequi, vt Episcopus valeat dispensare; & quia hæc dispensandi potestas, quæ in alium derivatur,& late interpretenda, vt dictum est *supra*,& refert Garcia *d.cap.1.n.59.* per alia, quæ dixit cum
23 multis *cap.fin.in 1.p.n.73.*† Et sint etiam econtra infiniti negantes, inter quos Ioannes Monachus *in dict.cap.1.* Rota *decis.2. hoc tit.in nouis*, alias 136.*& decis.3.de officio ordinar in antiquis, alias* 408 Bellarmera *decis.* 362. Felinus *in cap. postulasti sub n.4. de rescript.* Cosmas, & Vgolinus, quos refert idem Garcia *supra n.66.* quibus accedunt Zerola *in praxi* verbo *canonica* §.3. Marcellus Vulpeius, Fr. Emanuel, Alcedus, Loterius *de re beneficiaria cap.48.ex n.151.* Latè loquens,& alij. Ideo existimo sub distinctione hoc dubium explanandum.

24 Dicendum ergo est iam hodie iuxta sententiam, quæ negat non posse Episcopum dispensare, quia per Trid. *sess.24.cap.12.* omnes canonicatus Ecclesiæ cathedralis requirunt aliquem ex sacris ordinibus, ad quos cum non possit cum illegitimis dispensare ex multis, quæ adducit D. Lotherius *dict. q. 48. ex n. 147.* sequitur quod non possit dispensare; eo quod secunda opinio procedat de Iure antiquo iuxta fundamenta illorum, qui illam defendunt, cum alia sit communis opinio,& quidem multum Iuridica contraria, quæ roboratur ex dictis iam *supra*, vbi quod dispensatio ad minora beneficia, non porrigatur ad canonicatus, & Dignitates, nec ad beneficia curata; & hoc propter præeminentiam canonicorum Ecclesiæ cathedra-
25 lis super alios Clericos minores. † Et quia cura solet accedere Præbendæ Ecclesiæ cathedralis per annexionem, non autem èconuerso, *cap. extirpanda §. qui vero de præb.* itaque in terminis distinguunt Maiolus *de irregularitate lib.1.cap.8.* Zerola *in praxi Episcop.p.1.* verb *canonici* §.3. Sayrus *de cens.lib.3.c.11.n.13.* Auila *eodem tract.p.7. disp.3.dubio 6.membro 3.* Henriq. *lib.14.cap.8.§.10.ad finem*, Lessius *de Iustitia lib. 2. cap. 34.n.86* idem Garcia *de benef. dicto cap. 2.p. 7.n.65.* Schilante *de priuileg.clericor. c. 4. à n.35.* Lotter. *dict.q.84.n.173.* Barbosa *de officio Episcopi dict. alleg.15.p.1.n.33.& 34* idem *in dict.cap.1.* cum Sayro,& aliis *n.4.* dicens secundum hanc in omnibus Ecclesiæ cathedralibus quod omnes canonicatus,& portiones habere debent annexum ordinem Presbyterij, Diaconatus,& subdiaconatus, Bonacina *de cens.irreg.disp.7. q. 2. p. 3. circa finem*, Philibertus *de ordine tract.1.p.10 cap. 2. n. 23.* Cornejo *in 3.p.tract.de irregul.disp.15. dub. 5.q.1.*& alij.

26 Nec obstat dicere cum Azorio *2.p.instit.moral. lib 6. cap. 3.* quod si adhuc Episcopus dispenset, possit sustineri, etiam si ordinatus non sit canonicatum suscepturus, cum valeat intra annum datum de Iure ad ordines suscipiendos adipisci dispensationem Pontificiam, & ordines sacros recipere; aliàs canonicatus renunciando; quia supposita Concilij Trid. decisione, dicendum est omnino requiri dispensationem Pontificiam ratione requisiti ordinis sacri, qui etsi intra annum possit suscipi, tamen non inde sequi, quod possit aliquo modo dispensari ad prædictam canonicatus obtentionem, nam eo ipso quod ordo sacer requiritur ex Trid. debet canonicatum suscipiens habilis esse ad eum ordinem suscipiendum, qui vt patet absque Pontificis dispensatione præstari valet ex *dicto cap.1.hoc tit.lib.6.* sic respondent prædictæ obiectionis Castrus Palao *d.disp.6.de cens.punct. 9.n.8.* Leander *dict.2.p.de irregul.disp.3 q.54.*

27 Vnde iam est dicendum, quod etsi Episcopus possit dispensare iuxta *supra* relata in beneficio simplici,& in aliis portionibus dimidiis,& beneficiis minoribus Ecclesiæ cathedralis, ac Canoniis Ecclesiæ collegiatæ, limitetur hoc si ex statuto speciali, aut ex institutione sit prædictis beneficiis annexus ordo sacer; quia tunc iam ratione talis ordinis annexi, in quo non dispensat Episcopus iuxta dicta *supra hic à n.2* fit, vt hæc limitatio sustineatur: ita Lotter. *vbi supra dict.q.48* ex *n.147.* Barbosa *de officio Episcopi dict.alleg.45.sub n.34.* glossa *in dicto cap.1.* sub vers. *tale*, quam etiam sequuntur ibidem Ioannes Monachus *n.8.* Franc. *n.8.* Ancharran. *n.2.* Campanil. *dict.Rub.11.cap.23. n.85.* Barbosa *dicta alleg.45.n. 30.* quorum resolutionem dicit Azor *instit.moral.p.2.lib.6 cap. 3. q. 15.* ante legendam de beneficio, quod sacrum ordinem requirit, priuilegio, consuetudine, vel statuto, in quibus Episcopus nihil habet Iuris, & potestatis.

28 Et quantumuis inquam dicta facultas dispensandi ab Episcopo ample accipiatur, nihilominus dispositio *dicti cap. 1.hoc tit.lib.6.* non extenditur ad id, vt possit dispensare Episcopus cum illegitimis in dignitatibus, vel personalibus, etiam sine cura, nec ad beneficia curata ex decisione textus *in cap fin hoc tit.*& Glossa, *in dicto cap. 1.* verb. *beneficium*, Garcia, *supra n.53.* Barbosa, *de officio Episcopi d. alleg.45.n.29.* cum Henriq. P Gregor. Lessio, Molina, Azor, Ledesma, Campan. & aliis, cum aliis idem Barbosa, *in dict.cap.1.n.9.* per gloss. ibi, *quia in personatu, vel Dignitate, etiam sine cura non credo, quod dispensari possit.*

29 Ad quartam quæstionis partem an ordinatus illegitimus possit ad ordines ascendere, & in susceptis ministrare? Et quia solet fieri distinctio inter ordinatum mala, aut bona fide, vt explicent textum, *in dict.cap.fin.hoc tit.lib.6.* Alij vero in vtroque casu affirmant, vt possit dispensare. Alij tamen de ordinato bona fide dicunt, vt possit cum eo dispensare, vt in susceptis ministret, non vt ascendat ad alium. Alij tamen in vtroque casu negant de ordinato mala fide, securior probat sententia, vt nequeat dispensare; quia & de bona fide ordinato ita etiam procedit: nam cum generaliter *in eo cap.* ea potestas negatur.

Episcopo ex dictis *hic à n.* 2. credibile non est vt propter vnum ordinem sacrum male susceptum queat habere Episcopus nouam potestatem dispensandi, vt alius etiam sacer ordo suscipiatur. Et est ratio, quia si, vt 10 *d. n. 1.* late dictum est ea eo *c. 1.* potestas Episcopi solùm extenditur ad minores ordines, & minora beneficia: qua de causa ea iniquo facto illegitimi ordinati in sacris, possit virtute potestatis relatæ Episcopus aufferre irregularitatem ortam ex defectu natalium, vt ordinatus ministret in ordine sacro suscepto bona, aut mala fide, nec vt ad alios queat ascendere.

30 Et quamuis consideretur aliqua ratio congrua, vt Papa concederet Episcopo talem facultatem, verum quia nondum ei concessa sit, nisi tantùm ad prædictos ordines minores, ad quos nec poterat dispensare ante decisionem *dict. cap. 1. hoc tit. lib. 6.* sequitur euidenter, vt in nullo ex dictis casibus valeat Episcopus dispensare, de facili enim hac viá fieret legi fraus, aduersus quæ iam *supra à quæst.* 1. diximus: docent hanc sententiam in terminis post antiquos Filiucius *tract. 19. q. 8. cap. 5. num. 152.* Cornejo *in tract. de irregularit. disp. 15. dubio 2. q. 1. vers. sed quid si illegitimus*, Leander *eodem tract. dicta disp. 3. q. 67. & 68.* abundè respondens contrarijs, Suarez *decens disp. 50. sect. 5. art. 1. n. 3 & 4.*

31 Et sic non obstant Nauarrus, qui *in tit. hoc cons. 4. n. 2.* citans Gratianum. 9. *q. 1. vers. his authoritatibus* sub *cap. non innitati, cum cap. lugdunensi proximè sequenti*, videtur sentire, vt si contingat bona fide subdiaconum illegitimum ordinari, possit Episcopus cum illo dispensare quoad vsum ordinis sic suscepti, vt & notarunt Henriquez *lib. 14. cap. 8. n. 16. lege 10. litt. H*, Auila *p. 7. disp. 3. dubio 6. notab. 6.* & Layman. *lib. 1. tract. 5. p. 5. cap. 5. n. 5.* qui id porrigit ad ordinatum mala fide subtacendo scilicet occultum natalium defectum, colligens sic ex verbis textus *in cap. nisi cum pri-*
32 *dem. §. persona de renunciat.* 10 *vers. licet*: Quia respondetur ea dictis facilè, & quod illud Iuridicè, non potuerit dicere Nauarrus, nec alij, post eum, cum Nauarrus & Iota, quibus fundatur, solùm loquantur de alio casu diuerso, nempe quando quispiam ordinatur ab Episcopo non suo, in quo taliter ordinatus verum est, vt possit dispensari ab Episcopo suo quoad vsum ordinis sic suscepti, nam illa non est dispensatio in irregularitate, sed in suspensione contracta propter indebitam ordinis susceptionem contra subordinationem debitam proprio Episcopo, cui propterea merito talis dispensatio committitur; sed non est verum de impedimento, quod prouenit ex defectu natalium; & sic patet ex quodam scolio addito in fine illius Consilij Nauarri, vbi de alio etiam dubio egit Nauarrus Legendus, & Suarez optime expendens *dict. n. 5. & 6.* Et sic nihil obstant Henriquez, Auila, & Layman proxime adducti.

33 Et minus obstant Sotus *in 4. dist. 21. q. 3. art. 1.* Siluester verbo *suspensus*, & alij recentiores vocantes hanc potius suspensionem ab exercitio ordinis habiti, quàm irregularitatem; quia horum authorum locutio non discrepat ab intellectu Suarez, quem admittimus. quare & si propter bonam fidem acquisitum fuerit ius per ordinationem ad vsum eius, hoc tamen non procedet, Episcopo dispensante, sed Papa, cui de iure incumbit; & inde fit quod licet Diana *p. 4 tract. 1. res. 64. in fine*, & Castrus Palaus *de censuris disp. 6. puncto 9. n. 10. in fine*, videantur sequi opinionem Layman loquentis etiam de ordinato mala fide, non sunt admittendi ex adductis pro nostra sententia.

Ad quintam quæstionis partem, an possit Epis- 34
copus dispensare cum irregulari ex occulta illegitimitate Iuxta *cap liceat Episcopus concil. Trid. sess. 24* quo cautum est, vt ex quacumque irregularitate prouenienti ex delicto occulto, valeat Episcopus dispensare; & quod facultas illius tractus, de qua dixi aliquid *in cap. fin. de temporib. ordin.* & alibi extendatur ad hoc dubium ac docent Barbosa *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 11. nu. 156.* cum alijs, Laurentius de Peyrinis *tom. 2. de relig. Prælat. q. 2. cap. 5. §. 9. n. 145.* & Petr Cornejo *in 3. p. D. Thomæ tract. de irregularit. disp. 15. dubio 2. q. 1.* Layman *lib. 2. theolog. mor. tract. 10. p. 1. cap. 5. n. 2.* Auila *p. 7. disp. 3. dub. 7.* cum Henriquez *lib. 14. cap. 8. n. 10. Port. lit. L. &* post alios viros doctos, Bauny, *tract. 11. decens. qu. 15. assert. 5. vers. quid si defectus*, Diana *p. 1. tract. 15 miscel. res. 21.* Præpositus *in 3. p. q. 5. de irregularit. dubio 16. nu.* 131. qui omnes vocant hanc probabilem sententiam; quia licet hæc prolis irregularitas sit ea defectu, rem tamen moraliter considerando oritur ea delicto, & quod Ecclesia eam inducendo, voluerit punire parentum incontinentiam, possitque sortiri rationem Papæ. Et quia omnia iura inducentia irregularitatem supponunt communiter peccatum in parentibus, ea quo illa oriatur, & alijs de causis, quas ponit Diana ea Præposito *supra p. 4. tract. 2. de irregul. disp. 64.*

Adhuc verò dicendum est potestatem dispo- 35
nendi dari Episcopis in delictis occultis, quoad omnia, quæ ex dict. Trident. colliguntur: tamen non in casu nostro etiam occulto; quia, vt iam *supra* dixi *à quæst.* 1. Tridentinum non loquitur in impedimento natalium, quod non est delictum
illegitimi, sed defectus. † Delictum enim pareo- 36
tum, non est delictum infantis illegitimi. Vnde, quia expresse Trid. loquitur de irregularitate orta ex delicto proprio, qua de causa poterit eius facultas porrigi ad dispensandum Episcopum cum illegitime natis, quoad ordines suscipiendos; & sic dicit Suarez *dicta disp. 50. de cens. sect. 3. n. 5.* vt torqueat sensum qui dixerit, concilium comprehendere irregularitatem ex defectu natalium, cum irregularitas ea delicto non dicatur, nisi ea, quæ contrahitur ex crimine ipsius qui irregularis
est † concludens vt quamuis defectus occultus 37
sit, solus Pontifex possit illum aufferre quoad sacros ordines recipiendos ea dictis *supra à nu.* 2. docent hanc sententiam communiter DD. inter quos etiam Hurtad *q. 2. de irregul. q.* 20. Piasecius *in praxi Episcopali p. 1. cap. 1. n. 56. & 60.* Sayrus *de censur. lib. 6. cap. 11. n. 8.* Vbi citat DD. 20. pro hac sententia, quam docent Bonacina *de censur. disp. 7. puncto. 3. qu. 2. nu. 15.* Reginal. *in praxi tom. 2. lib. 30. tract. 2. cap. 7.* Filiucius *quæst moral. tom. 1. tract. 19. cap. 6. num. 152.* Alcecus *in praxi Episcopali p. 2. cap. 6. n. 30.* Turrianus *de censuris. lib. 9. disp. 71. dubio 2.* Diana mutans sententiam *p. 4. tract. 2. res. 64.* Castrus Palaus *de censur. disp. 6. puncto 9. num. 10.* Leander *de irregularitate*, qui alios adducit *disp. 3. tract. 2. quæst. 56.* & alij

Imo pro contraria sententia adducti non ne- 38
gant hanc esse probabiliorē, quam sequuntur, inter quos ex *ibi* adductis Layman, Baunij, Cornejo sic docent, & Egidius Coninch, & si vt probabilem illā admittat *de sacr. disp. 18 dub. 4 n. 117.* sed adheret huic nostræ, quæ corroboratur etiam,

nam

riam in præsenti casu, qui venit dispensandus non est Pater gignens filium ex damnato, & punibili coitu, aduersus qoem nulla est imposita irregularitas, quominus possit ordinari; sed filius genitus ex tali coitu, qui cum infans, noo potuerit delinquere minime ratione delicti proprij, potuerit irregularis existere, sed ex defectu tantùm legitimmatis, qui delictum non est in ipso, sed tantùm in Patre, aduersùs quem ob illud, nulla est imposita irregularitas. Et Barbosa, *in pastorali 2.p.dict.alleg.* 45. signans hanc quæstionem ex Diana, & Trid. item & ex Machado eius verba referens sub *num.* 20. neutram decidit, ambas referens opiniones.

39 Ad sextam difficultatis partem, an Episcopus possit dispensare cum filio proprio illegitimo ad ad ordines minores, & beneficium simplex? Et licet Maiolus, *lib. 1. de irregularit. cap.* 12. id negget, tamen verius est posse, quia cum textus *in dicto cap.1. hoc tit. lib.6.* absolutè concedat Episcopis hanc facultatem, vt dixi *hic n.* 2. euenit vt quamtumuis non deceat, quod Pater Episcopus per se cum proprio filio illegitimo id faciat; si tamen fecerit tenebit dispensatio. Non enim Maiolus cui opponitur Suarez *dict. disp.* 50. *de censur.* sub verb. *vltimo sect.* 5. *n.* 6. fundat suam sententiam, nisi in quibusdam congruentiis decentiæ: sequitur Leander *supra dict. disp.* 5. *q.* 60. item & Barbosa cum Suarez, & Maiolo citatis *dict. alleg.* 45 *n* 29. *in fine principij* Alced. *de praemin. Episcop. Eigmt. p.1. cap.9. n.*18. Fr Emanuel. *in summ. tom.3. cap.*38. *n.*2.

40 Ad septimam quæstioois partem num Commissarius Cruciatæ aut Papæ delegatus possint dispensare cum illegitimo ad ordines, & beneficium simplex, sicut facit Episcopus, vel capitulum sede vacante, aut alius ordinarius Iurisdictionem Episcopalem habens, de quibus dixi *supra* & breuiter notat Suarez *sub dicto n.6.* Et de Commissario Generali Bullæ cruciatæ videtur quod non; quia obstat nimis dispositio textus *in dicto cap. 1. hoc tit. lib.* 6. Vbi loquitur tantùm de Episcopo, & per extensionem de capitulo, & aliis ordinariis exemptis, Iurisdictionem Episcopalem habentibus.

41 Pro affirmatioa sententia, quam sequuntur Henriquez *lib.7. de indulgent. cap.*13. *n.*5. *in fine*, Rodriguez *in additionib. ad Bullam* §. 13. *n.* 16. Castrus Palao *de irregularit. disp.6 puncto* 9. *n.* 5. Diana *p.* 5. *tract.* 15. *de Bulla cruciata res.*116. 117. & 119. Leander *dict. disp.* 5. *q.* 80. *de irregularit.* & omnes ex doctrina Sanchez *de matrimonio lib.8. disp.6. n.* 25. dicentis posse hunc commissarium dispensare pro solo conscientiæ foro in affinitate consurgeoti ex copula fornicaria io primo, vel secundo gradu, atque prolem susceptam, vel suscipiendam legitimam decernere, concurrentibus quatuor causis. Prima, seruata forma Trid. cum matrimooium est contractum illo impedimento. Secunda vt impedimentum sit occultum. Tertia, si adfuerit bona fides, saltim ex parte alterius contrahentis, qui tempore contracti matrimonij id impedimentum ignorabat: vltima, vt coniux qui cognouit impedimentum, certior fiat de prioris consensus nullitate, quamuis ei non declaretur causa nullitatis.

42 Hæc inquam per se satis non conuincunt obstante decisione *dicti cap.*1 nec ad sit expressa facultas concessa dispensandi ad ordines minores, & beneficium simplex cum tali irregulari ex defectu legitimitatis; solùm enim potest confirmari ex doctrina Auilæ *de censur. p.1. disp.* 10. *dubio* 5. Fernandez, Villalobos, & Rodriguez, quos refert, & sequitur Diaoa vbi proxime *res.*110. qui fundant posse Commissarium Cruciatæ io multis irregularitatibus in verbis Bullæ ibi: *item similiter conceditur facultas dicto commissario dispensandi, & componendi super irregularitate cum his, qui quibuscumque Ecclesiasticis censuris legati, missas & Diuina officia* (non tamen in contemptum Clauium) *celebrauerunt, seu aliàs se immiscuerunt, & super alia qualibet irregularitate, præterquam ratione homicidij voluntarij, aut simonia, vel apostbasia à fide, aut de heresi, vel propter malum ordinum susceptionem contractam cum retentione beneficiorum, & fructuum ex eis perceptorum, & infamia, ac inhabilitatis exinde prouenientis abolitione, & executione ordinum non male susceptorum.* † Ex quibus verbis notant 43 adducti amplam facultatem dicti commissarij in dispensatione super irregularitatibus prouenientibus ex delicto ratione quorum verborum, potuerunt sequi sententiam affirmatiuam porrigere dictam facultatem ei ad dispensandum etiam in hac irregularitate, proueniente, non ex delicto, sed ex defectu natalium; & tunc debemus considerare, vt maior sit facultas concessa Commissario Cruciatæ quam quæ data est Episcopo in iam adducto Trid. *cap liceat Episcopus sess.*24. de qua dixi hic in vers. *ad quintam*, & in hoc standum ast praxi.

De legato autem Papæ quoad dispensationem, 44 de qua hic solent disputare DD. per glossam *in dicto cap.* 1. *hoc tit. lib.6. in glossa* ibi: *sedis Apostolica*, & ibi *nec sufficit dispensatio legati*, ex qua notant ibi antiqui. & Barbosa *n.*15 item, & Parisius *cons.*136. *n.*26. *lib.*4. Rebuffus *in praxi benef. tit. de dispens. super defect. natal. n.* 45. quos refert, & sequitur Mantica *decis.*214. *n.*5. vt legatus Papæ non possit dispensare cum illegitimo ad beneficia curata, nisi hoc ei specialiter à Papa concessum fuerit, & confirmatur ex dictis *à n.*2. item & ex *cap. fin hoc tit.* † Cum ergo respectu curati 45 id prohibeatur legato, videtur, vt quatenus ad ordines minores, & beneficia simplicia possit dispensare legatus; item ad portiones, ac canonicatus in collegiatis non exigentes ordinem sacrum.

De Rege inquam dicendum est ex dictis longo 46 *in Rub. & q.* 1. vt licet dispenset cum illegitimo quoad tẽporalia, auferendo omnes defectus, quos lex ciuilis, vel temporalis potestas potuit introducere, qua de causa possit eos legitimare quoad officia etiam sæcularia, vt iam dixi; sed non in quam quoad munera Ecclesiastica eo † quod non 47 potuerit inducere irregularitatem, & consequenter, nec illam auferre propter eius incapacitatem: argum. eorum, quæ late dixi *in cap. nouit de Iudiciis à q.*1. *ad* 6 & per dicta *in cap.1. cap.3. cap.4.* 8. 17. & aliis eiusdem tit, & *in tit. de foro compet.* & quæ latissime dixi *in cap. Ecclesia sancta Mariæ de constit.* & in terminis post antiquiores *in cap. per venerabilem qui filij sint legitimi*, docent Couarruu. in terminis 2. *p. de sponsalib. cap* 8. §. 8. *à n.*18. Leander *de irregularit. tract.* 1. *disp.* 5. *q.* 81. Auila *de cens. p.7. disp.*5. *dubio 6. in fine*, Bonacina *q.2. de irregularit. puncto* 4 *n.* 14 Suarez, *disp.*50. *de cens. sect.*5. *n.*8. videndus vbi Late expendit, & dixi iam *supra* sub hoc capite.

QVÆST.

QVÆST. IX.

An Episcopus promouendo ad ordines illegitimum, seu aliam, qui de iure communi promoueri non potest; in casibus tamen, in quibus potest dispensare, intelligatur cum eo dispensare? an possit dispensare cum illegitimo ad pluralitatem beneficiorum simplicium? Et an vt dispensetus à Papa ad vnum simplex beneficium, possit ad aliud obtinere Episcopi dispensationem? An possit dispensare cum clerico Coniugato, Et an dispensatio præsumatur, si illegitimus in habitu & tonsura incedat? Et an dispensatus per suum Episcopum, possit beneficiari in diuersa Diœcesi? Et de aliis pro praxi.

SVMMARIVM.

1 *Dispensare intelligitur Episcopus cum illegitimo ad beneficium simplex eo ipso quod ordinet subditum*, & num. 14. & 15. *Vbi quid promouendo, aut dando ei beneficium.*

2 *Consensus pariter ex facto elicitur, atque ex verbis.*

3 *Facta potius exprimunt voluntatem.*

4 *Pupillus non potest sine tutore petere bonorum possessionem.*

5 *Dispensare censetur Prælatus cum subdito in irregularitate; eo quod mittat illum ad ordines suscipiendos* n. 6.

6 *Absoluere nequit Episcopus ab excommunicatione, & irregularitate de facto per actiones contrarias excommunicationi; secus in dispensatione irregularitatis*, numero 7.

8 *Episcopus nequit dispensare cum subdito, vt valeat obtinere pluralitatem beneficiorum simplicium, nisi vt* n 9.

10 *Episcopus num queat dispensare cum illegitimo ad aliud beneficium simplex præter obtentum iam alia dispensatione Pontificia* n. 11. & 12.

13 *Episcopus dispensare nequit cum clerico coniugato, vt obtineat beneficium vllum* numero 14. & 17. *nec administrationem Ecclesiasticam, vt* n 15.

14 *Episcopus non dispensat contra ius, nisi in casibus à iure expressis.*

16 *Coniugatus est incapax pensionis, quæ titulo clericali conferri solet.*

17 *Coniugatus, etsi non possit dispensari ab Episcopo, vt obtineat beneficium in titulum; est tamen capax stipendij illius, vt* n.18.

18 *Coniugatus poterit dispensari à solo Papa, vt obtineat beneficium.*

19 *Illegitimus incedens in habitu, & tonsura, intelligitur dispensatus ad obtinendum beneficium, quod decennio possedit, vel si beneficia plura possederit in præsentia sui superioris*, vt num. 20. 21. & 22.

20 *Beneficia plura incompatibilia possidens per decennium creditur tutari titulo legitimo.*

21 *Rota in vna Hispalens Canon.* decisione 780. libro 3. parte 4. diuers. & numero 22.

22 *Triennalis possessor, etsi tutius sit, vel in possessione clericatus, & beneficij, non quidem in titulo.*

23 *Illegitimus dispensatus per suum Episcopum ad ordines, & beneficium, poterit ab alio quotumque ea obtinere.*

24 *Dispensatio debet fieri cum illegitimo expresse ante promotionem ad beneficium. Quid si de facto det ei beneficium*, vt numero 25.

26 *Dispensatio circa beneficia paterna per Episcopum:* remissiue.

27 *Dispensatio dicitur nulla super pluralitate beneficiorum obtenta à iam dispensato per Episcopum ad minores, & simplex, tacito defectu, &* n. 28.

28 *Impetratio sine expressione dispensationis, vel obtentionis aliorum beneficiorum, nam teneat, & qualiter error emendetur.*

29 *Episcopus dum dispensat cum illegitimo, non tenetur obseruare formam iudicij, sed cum sola informatione extra iudicialí.*

30 *Episcopus faciendo in collatione clericatus mentionem de dispensatione illegitimitatis, releuat illegitimum à probatione se rite ordinatum, aut beneficiatum*, numero 31.

31 *Promotus non tenetur iustificare ennunciationem, quam Episcopus facit in litteris ordinum, vt exemplificatur* numero 32.

32 *Solemnitas intelligitur præcise, quæ requiritur in actu extraiudiciali à superiore exequuto.*

1 AD primam quæstionis partem, quia conducunt quæ dixi *hic sub quæst.* 4. vers. *ad secundam* de electo ad officia religionis per Prælatum, num eo ipso dicatur dispensatus &c. Ideo iam nunc breuiter dicendum est, vt eo ipso quod Episcopus ordinet aliquem subditum illegitimum, intelligatur hoc facto cum illo dispensasse; quia & similiter ex facto eius, quia potest absoluere inducitur absolutio realis † qui 2 pariter consensus ex facto elicitur, ac ex verbis vt docent aliqui per textum *in l. de quibus ff. de legib.* ibi *numquid interest suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis, & factis, l. si Aaia Cod. de Iure deliberandi, l. recusari, & ibi glossa ff. de acquirenda heredit.* † Imo quod facta potius exprimant vo- 3 luntatem hominum, quam verba notat ex prædictis Iuribus Gratian. *discept. forensi. capite* 594. *numero* 10. Videndus Alex. *cons.* 164. *vol.* 7. *numero* 8. & in terminis Videtur sentire Barbosa *de officio Episcopi alleg.* 45. *parte* 2. *numero* 37.

4 Et confirmatur ex *l. fin. cod. qui admitti ad bonorum possess.* dum ibi dicitur quod pupillus non potest sine Tutore bonorum possessionem petere, nec Prætor dando aliquid agit;

agit,sed si Prætor sciuit illum pupillum, dispensare,& defectum supplere videtur ætatis,vt ontant, ac sequuntur Oldrad. *cons.* 329. *num.* 4.& 5. & *cons.* 33n.per totum , præcipuè *n.6.* Natta *cons.* 402.*n.* 29. Roman. *cons.* 216.*n.7* .vbi Apostilla verb.*videtur* , & *cons.* 307.Mainlus *de irregularit. cap.*51.*n.*8.Henriquez *in summa lib.* 14. *cap.* 17 §.4.*litt. P.* Suarez *de cens.tom.*4.*sect.*4. *n.*5. Decius *cons.* 18. *n.*14. *tom.*1.Tyberius Decenen. *responso* 31.*n.* 8.*tom.*4.qui in terminis sic docent de casu nnstrn,& glossa *in cap.vlt. dist.*51.verb. *qui concubinas*, glossa *in cap. si quis sunt dist.*81.
5 Nauarrn *c.* 25.*n.* 74. †Siluester verbo *irregularitas* in vltimis verbis , vbi censet idem de quocumque Prælato habente potestatem dispensandi in irregularitate,& mittente subditum ad nrdines suscipiendos quem scit esse irregularem,vt tenuit etiam Anton. *in tract.de irregularit.cap.* 6.*n.*15. & quia inferior non præsumitur agere cnntra Ius,si potest Iure facere,tum quia in summn Pontifice illud est sufficiens signum,nec aliunde reperiatur prohibitum Iure positiuo Episcopi,dispensatum hoc modo irregularitatet alia adducit videnda D.Suarez *dict. disp.* 41.*num.* 4. & prnprius *n.*5.

6 Vnde nnn nbstat sententia contraria collecta ex dnctrina Abbatis *in cap. diuersis fallaciis de clerico coniug.* Nauarr. *cons.* 4. *de simonia*, Marcelli Vulper *in praxi Iudic. fori Ecclesiast. cap.* 47. *n.*21.qui , etsi cnncedant in Papa,negant tamen in Episcnpo, in quo requiri dicunt , vt expressè dispenset ; quia horum sententiam tantùm ego admitterem in absolutione ab excommunicatione , & ab irregularitate , quod in illa Iure Ecclesiastico declaratum est Episcopum nnn posse absnluere per actiones excommunicationi contrarias, quod nnn est in dispensatione irregularitatis , vt distinguit Suarez *sub dict n.*6.etenim in tali facto creditur ab Episcopo dispensatum,quia cognnscit subditum, & causas,ob quas potest illum ad ordines admittere, non data prius dispensatione expressa.

7 Quo pacto nec obstant alia , quæ possint hic cumulari ex dictis *in relata q.* 4. vers. *ad secundam* , etiam de Papa dispensante cum Monacho illegitimo soln facto.Nec dicta *supra q.à n.*1.de Papa dispensante quoad nrdines, vt non intelligatur dispensare quoad beneficia ex *n.*30., & *quæst.* 7.vt nec dicatur dispensare,vt obtineat pensionem Ecclesiasticam; quia illa procedunt in Papa, qui certo certiorari non potest facile de qualitate subiecti,secus de Episcopo dispensante cum suo subdicto:nam eo ipso quod dispensat ad ordines minores,censetur dispensare quoad simplex ex dictis *quæst.*8.*à n.*1.& patet ex his,quæ dixi de Prælato Religionis dispensante cum subdito illegitimo;ex adductis *ibi dict.quæst.*5. in vers. *ad quartam.*

8 Ad secundam quæstionis partem,an possit Episcopus dispensare cum illegitimo ad pluralitatem beneficiorum simplicium ? Et adiunctis,hic quæ de dispensatione Pontificia supra diximus *à quæstio.* 5. nunc breuiter respondetur , vt non possit Episcopus dispensare super pluralitate beneficiorum simplicium cum illegitimo eoquod textus *in dicto cap.*1.*hoc tit.in* 6. qui loquitur in singulari ti ibi : *& obtinere beneficium,cui cura animarum non imminet* ; & sic cum sumus in materia prohibitiua,non extendatur ad plura per *cap. gaudemus de diuortiis* , docent in terminis Dominicus *n.*8 Franc. *n.* 4. *in cap.fin.dict tit.lib.*6.Siluester verb.*beneficium* 3.*n.*17.Armilla *eodem verb.n.*32. Valentia *tom.*4.*disp.*7.*q.* 9. *puncto* 3.*de secunda specie irregularitatis* , Tnletus *in summa lib.* 1. *cap.*51.*ad finem*,Zerola *in praxi p.*1.verbo *ordo* circa finem,Emanuel Sa , verb. *beneficium n.* 19. Azor.*p.*2.*moral.lib* 6. *cap.* 3. *q.* 12. idem tenens quando vnum non sufficit ad sustentationem , & ait Nauar.*cons.*26.*de prabend.*quod ex dispensatione ordinarij non potest illegitimus obtinere, nisi vnum simplex,& primum , quod sibi conferretur.

9 Egn inquam sequor dictam sententiam,etsi videantur sentire contrarium glossa 2.*in dicto cap. fin.hoc tit.lib.*6. Selua *de benefic.* 3.*p.q.*12.*n.* 19. & cum eis Menochius *de arbitr.lib.*2.*casu* 201. *n.*456.de quo Videndus Garcia *de benefic.p.*8.*cap.* 3.*n.*4.& 5.qui etiam docet *p.*7.*cap.*2. n. 50. nnn admittens dictum Nauarri,quod nec ego admitto, cum verius sit,vt licet nnn possit sic dispensatus , siue à Papa,vt dixi in *dict. q.* 2. & in aliis,siue ab Episcopo multa simplicia beneficia retinere simul tamen,si primum adeptum dimittat , nnn est cur prohibeatur,vt possit semel dispensatus secundum simplex obtinere;imo & forte , vt aliqui sentiunt duo simplicia insimul, quando vnum non est sufficientis congruæ,vt aliqui supra dixerunt de dispensato à Papa.

10 Ad tertiam quæstinnis partem an dispensatus à Papa ad obtinendum vnum beneficium simplex,possit,vt obtineat aliud ab Episcopo dispensari ? Et in hoc dubio videtur respondendum ex proxime adductis,obstante pluralitate : sed video Campanilium *in diuersorio Iuris canon.Rub.*11. *cap.* 13. Barbosam. *de offic. Episcopi dicta alleg.* 45. *p.* 2. *n.*36 Riccium *in praxi aurea res.*64.tenere vt possit Episcnpus sine alia dispensatione illi conferre aliud beneficium simplex : nam ex quo per dispensationem Pontificiam habilitatus fuit ad beneficium simplex , dicetur etiam habilitatus ad cætera simplicia sibi conferenda per Episcopum,dummodo Ius non resistat , vt sunt duo beneficia simplicia.

11 Adhuc ex eo quod sic dispensatus per Papam strictè ad vnum simplex tantùm admittitur, vt *in dicta quæst.*5.diximus *nisi*,vt ibi , videtur defendi posse contrariam sententiam ; quæ certa inquam semper erit in dispensato à Papa, vt possit habere quodcumque beneficium curatum : nam si virtute dispensationis votum fuerit assequutus , non poterit , illo renunciato , virtute eiusdem dispensationis alterum assequi ; ab Episcopo scilicet , vt ego intelligo Barbosam *in dicto numero* 36. *in fine* , Cardosum *in praxi Iudicum* verb. *dispensatio numero* 19.
12 † Etenim vt aduertunt Simon *de reseruat.q.*64. *n.* 6. Masobr. *in praxi habendi concursum prad.*25.*in princ.n.*4. *secundum Romanam impressionem* , Barbosa *in pastor. dicta alleg* 45.*p.*1.*n.*19.sub versu *huiusmodi*, si illegitimus aliquod beneficium simplex obtineret à Papa,nequiret Episcopus cum illo super huiusmodi illegitimitate dispensare , propter appositionem manus Papæ.

13 Ad quartam,an possit Episcopus dispensare cum clerico coniugato?In quo dubio breuiter respondetur, vt non possit ; quia hoc non reperitur expressum in Iure , vt sentiunt Abbas *in cap. Ioannes de clericis coniug.n.*7.Selua *de benefic.*1.*p. q.* 7.*n.*18 Lambertinus *de Iure Patr.p.* 1. *lib.*2. *q.* 7.*art.*5.*n.*8. Probus ad Monachum *in cap.nullus*

de

de temporib. ordinat in 6. n. 14. & 15. & cum Ostiens, Cardinali, & Abbate *in d. cap. Ioannes* Hojeda *de benefic. n. 73.* Flamin. Parif. *de resignat. beneficior. lib. 4. q. 2. n. 19.* Henriquez *in summa lib. 13. cap. 10. §. 1. in textu & gl. ∫∫a littera K.* Goncalez *ad regulam mensium 9. lib. 2. n. 69.* dicentes, vt coniugati, non possint, ex dispensatione
14 Episcopi habere etiam beneficium simplex † quia Episcopus non dispensat contra Ius, nisi in casibus in iure expressis, vt latè probat Nicolaus Garcia cum infinitis *de beneficiis p. 11 cap. 5. n. 344.* sunt inquam coniugati, qui ordinati prohibentur, incapaces beneficiorum, *cap. 2. dict. cap. diuersis fallaciis, & cap. cum decorem, de clericis coniug. cap. vnico. vers. in cæteris autem eodem lib. 6.* de quo DD. Barbosa *ibi* cum infinitis, Lambertin. *supra,* Capra *reg. 97. à n. 23.* Hojeda, & Flamin. *supra* Thomas Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 42. n. 14.* & Gonzalez, ac Garcia *de benefic. p. 7. c. 5.* Lessius *de Iust. lib. 2. cap. 14. dub. 21.* adeo, vt beneficia ante matrimonium obtenta, amittant, Garcia *vbi su-*
15 *pra, & in dicto p. 11. cap. 8.* cum infinitis † imo vt addit Cæsar de Grassis *decis. 91. & 114.* procedit etiam in administratione, quæ personæ Ecclesiasticæ assignatur, cuius etiam incapaces sunt con-
16 iugati, licet non sit beneficium † Et idem Sanchez *dict. lib. 7. disp. 44. n. fin.* asserit clericum coniugatum incapacem esse pensionis, quæ titulo clericali auferri solet, nisi ex Pontificis dispensatione.

17 Vnde rectè Barbosa *in cap. 2. de clericis coniug. n. 2. in fine,* dixit cum eodem Flaminio, Silua, Sanchez *disp. 42. n. 18* Garcia *dicto cap. 5. p. 7. n. 4.* Episcopum minimè posse cum coniugato dispensare, vt habeat beneficium Ecclesiasticum etiam simplex, quibus addo Valerium Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 129.* Molfesium *in Theologia morali tract. 6. cap. 7. n. 27.* eundem Barbosam *de officio Episcopi dicta alleg 45. p. 2.*
18 *n. 35.* † absque eo vt obstet idem Thomas Sanchez *d. lib. 7. disp. 44.* quatenus dicit, vt licet non possit habere beneficium in titulum; possit tamen illud habere ratione stipendij, aut alterius ministerij temporalis, cum hæc obiectio loquatur in casu, cuius est capax laicus, vt alibi dico latè, cumque ex *d. c. 1. hoc tit. lib. 6.* solum permittatur dispensatio cum illegitimo ad ordines minores, & beneficium simplex, vt latè dixi *quæst. præced.* quæ ante de iure erat ei prohibita, sequitur, vt nec in casu nostri dubij queat cum coniugato dispensare; quia talis dispensationis facultas residet tantùm in Papa, qui solus poterit dispensare ad qualecumque beneficium obtinendum, à coniugato, vt dixerunt Flamin. *de resignat. lib. 4. q. 1. num. 28.* cum infinitis Thomas Sanchez *dict. lib. 7. de matrim dict. disp. 42. n. 18* Barbosa *in dict. cap. diuersis de clericis coniug. n. 3.*

19 Ad quintam quæstionis partem, an dispensatio præsumatur, si illegitimus in habitu, & tonsura incedat? Et quia DD. discrepant, & multi affirment per regulam de triennali, de qua dixi *in Rub. de causa possess. & prop. q. . ex n. 25.* vbi ad quid iuuet annalis possessio. Et quia regula de triennali, quâ nititur hæc sententia, nempe, vt non sit verificanda, & probanda. elapso triennio, dispensatio allegata pro illegitimo solùm subsistit, nec opperatur effectum, nisi quoad possessionem, & fructus dumtaxat, vt comprobat Campanilus pluribus decisionibus *in diuersorio Iuris canon Rub 11. c. 13.*
20 *n. 107.* ideo existimo subdistinctione componi, nempe, vt si decennio saltem illegitimus in beneficio steterit, vel beneficia incompatibilia possederit in præsentia sui superioris, credatur illum Iusto titulo intrari, & dispensationem obtinuisse, vt optimè ex Rota *decis. 4.* incipit fuit *conclusum n. 8. p. 2. diuers.* Barbosa, qui id non admittit in alio minori tempore *dict. alleg 45. in pastor. sub n. 34. in fine,* per illa, quæ tradunt Riccius *in praxi fori Eccles. decis. 70. in 1. edit. & resol. 593 in 2. edit.* Flamin. *de resignat. lib. 3. q. 6. n. 74.* cum præsumatur tanto tempore à propriis Episcopis scitum, & quod non annuissent, nisi vidissent dispensationem, & quod alioquin prohibuissent inhabilem ministrare, siue incapacem obtinere beneficia, aut sine titulo.

Quare etsi per Rotam in vna Hispalens. Ca- 21
nonicatus *decis. 780. lib. 3. p. 3.* diuersè fuerit decisum teneri se clericum per litteras probare, & dispensationem remouentem natalium defectum antecessisse; & quia dispensationem allegans eam probare teneatur, cum non præsumatur, vt dicunt in terminis Bellamera *cons. 10. num. 43.* Mascard. *de probat. conclus. 513. sub n. 6.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. q. 132. sub n. 72.* Surdus *cons. 45. n.*
72. † Tamen vt dixit *supra* Campanilus illa deci- 22
sio obtinet tantùm respectu proprietatis, hoc est validitatis, seu inualiditatis beneficij, aut collationis beneficij; non verò respectu possessionis clericatus, seu beneficij, in quo operatur dicta regula de triennali, de qua videtur loquuta alia decisio Rotæ Romanæ, quam memorat additio ad alteram Rotæ decisionem 11. incip. *Voluerunt Domini,* sine 1. 8. *n. 8. hoc tit.* in nouis; quia ex longa possessione beneficij, exoritur præsumptio, & quod dispensatio intercesserit, vt tenent Flores de Mena *variar. lib. 3. q. 23. n. 25.* Gomez *super regula cancel. de triennali q. 10 vers. nec obstat.* vbi quod liceat execrabilem allegare dispensationem, si triennio possedit; eo quod ea regula iubet etiam execrabilem, quod verum credo ad possessionem clericatus, & beneficij, non ad titulum præsumendum, & si videatur aliud à me dictum *in dicta Rub. de causa possess. à n. 29. & 21.* vbi videtur coæquari possessor triennalis cum decennali, quia ibi nihil dictum est de præsumpta dispensatione illegitimitatis ex illo tempore, sed tantùm de præsumendo titulo in triennali pacifico possessore, & in decennali, alias non impedito illegitimitate. quod minus est. Et pro praxi fundatione ad hoc dubium applicabis dicta *infra in hac quæst. vers. Deinde*

Ad sextam quæstionis partem, an illegitimus 23
dispensatus ad ordines, & beneficium per proprium Episcopum, possit virtute illius dispensationis obtinere beneficium à quocumque alio Episcopo? Et Respondeo affirmatiuè quod possit, scilicet in diuersa Diœcesi beneficiari, DD per textum *in cap. cum olim de clericis coniug.* vbi Abbas *n. 1.* Maiolus *de irregularit. lib. 4 cap. 8. sub n. 8. vers. proderit etiam, & n. 9.* Lotterius *de re beneficiaria lib. 2. q. 48. n. 143.* ex quo dicto patent resoluta à *quæst. 8.* præcedenti de dispensatione Episcopi cum illegitimo ad ordines minores, & beneficium simplex.

Pro complemento notant aliqui quod dispensa- 24
tio debet fieri expresse ante promotionem ad beneficium: nam Episcopus promouendo illegitimum, non censetur cum eo dispensare ex communi opinione, de qua testatur Rebuffus *in praxi tit. de dispensatione super defect. natal. n. 9.* Lotter. *de re*

beneficiaria dicto lib.2.q.48.n. 144. sed quid tamen de facto, dando ei beneficium, num dispensasse intelligatur, licet respectu ordinum iam sit explanatum *supra à n.* 1. & non respectu beneficij, si simplex sit, videtur idem dicendum, cum illud factum; quod sufficit ad tollendam illegitimitatem respectu ordinis, idem operetur respectu beneficij, & quia Episcopus non debet excedere à Iure sibi concessæ potestatis limites; ideo eam non porrigat, nisi iuxta propositum *in dicta quæst.*8.*& in hac à n.* 1. vti notanter dicunt Gemmianus *in dicto cap.* 1.*hoc tit lib.*6.*num.*5.Barbosa *dicta alleg.*45.*num.*19. sub vers. *promatoria.*

26 Sed num possit dispensare cum illegitimis quoad beneficia paterna intra limites *dicti cap.* 1.*hoc tit. lib.* 6. expendo *infra* in tractatione sequenti.

27 Item notandum est quod dispensatus ab Episcopo, & promotus ad minores ordines, & simplex beneficium, si post modum, tacito defectu, impetret dispensationem super pluralitate talium beneficiorum, dispensatio sit nulla: sic Barbosa *in cap.fin.hoc tit.lib.*6. ex glossa *ibi*, verbo *sedem* ibi idem credo in Episcopo, vt tradit Sanchez *de matrim.n.*8.*lib.*7.*disp.*21. vbi & *à n.* 6. agit de mentione facienda in secunda dispensatione primæ, & quod aliàs secunda non valeat. † Et notat Franc Tondutus *infra* citatus.*cap.*8.*n.*6.*&* 7. dum agens de simili dispensatione, in secunda dicit quod debet fieri mentio de prima, addens, quod si noua dispensatio non petitur, impetratio sine expressione dispensationis sit valida, vt dicit Rota *in decis.*3. *hoc tit. in antiquis* Garcia *de benefic.p.*7.*cap.* 2. *num.*73. aduertit enim vt non omittatur in impetratione mentio aliorum beneficiorum per impetrantem obtentorum, cum omissio talis expressionis nullam sine dubio redderet illam impetrationem *ex cap.si motu propria de præb. lib.* 6.*clem.* 1. *de officio ordinar.* & si in hoc erratum fuisset (ait Tondutus) adhibendum esse remedium per nouam prouisionem.

28

29 Deinde pro complemento notandum est, vt non teneatur Episcopus, seu ordinarius procedere in dispensationibus cum illegitimo ad ordines, & beneficium simplex in forma Iudicij; sed vt sufficiat sola informatio extraiudicialis, quando nullus ad est contradictor, & in commissione non adest clausula, *vocatis vocandis*: sic Puteus. *decis.*140 *n.*1.*&* 2.*in nouis*,alias *decis.*154. Gonzalez *ad regul.* 8. *cancel.* §. 9. *glossa* 1. *in annot.*

30 *num.*10.Francisc. Tondutus *lib.*1.*quæst. can.c.*8. *num.*3. vbi addit quod si Episcopus in collatione clericatus fecerit mentionem de dispensatione illegitimitatis facta ab ordinario, seu Papa, non sit necesse ei, cui sic collatio facta fuit docere de aliqua processura Iudicialiter, aut extraiudicialiter super dispensatione facta, cum de iure præsumatur collationem ordinum ab Episcopo rite, & rectè & seruatis seruandis factam fuisse & ab ipso dispensationem examinatam. † Nam dum

31 Episcopus in litteris ordinum, seu clericatus nominat promouendum filium naturalem à summo Pontifice dispensatum, non tenetur promotus Iustificare illam enunciatiuam. † quia in extra-

32 iudicialibus semper præsumitur quod interuenerit solemnitas ad talem actum requisita, & quæ spectat ad officium exercentis talem actum, Innocent.*in cap.innotuit sub n.*4. *de ee, qui furtiue ord nes susceperit* Ferretus *cons.* 6 21.& quod ante præcesserit informatio, tamquam necessarium antecedens, Franc. Tondutus *supra n.* 4. *&* 5. qui alia dicens & *n* 6.*&* 7. ibi similiter non esse opus quod in impetratione beneficij fiat aliqua mentio de dispensatione iam sortita effectum, & per ordinarium, dum primam tonsuram contulit executioni demandata, cum omnes actus, qui fiunt in consequentiam siue sacros ordines siue beneficia conferendo, fiant tantùm in executionem ordinis præcedentis: sic cum Rota in antiquis *decis.*3.*hoc tit.*

QVÆST. X.

An filius in dubio præsumendus sit naturalis, hoc est natus ex concubina, an vero spurius, hoc est natus ex coitu damnato & punibili ad effectum narratiuæ pro dispensatione consequenda illegitimitatis & an tollatur irregularitas illegitimitatis, non solùm dispensatione, aut professione, verum per morum probitatem, scientiam, & alias illegitimi detest

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus natus potius intelligitur naturalis, quàm spurius, contra aliques* numero 6. & 7.

2 *Filius genitus in sacerdotio, non præsumitur qui filius sacerdotis existit.*

3 *Filius naturalis natus dicitur ex parentibus, inter quos matrimonium contrahi poterat.*

4 *Delictum non est præsumendum.*

5 *Malum minus, & quod minorem maculam aspergit, est præsumendum.*

6 *Virgo in dubio mulier præsumitur,* & num.8. & 9.

7 *Concubinatus, vt Iustus sit requirit quod mulier non sit vilis conditionis.*

8 *Natus vt quis præsumatur ex stupro, vel adulterio, multa requiruntur.*

9 *Mulieris assertio stupratæ dicentis cum iuramento, se virginem, creditur.*

10 *Dispensatio illegitimitatis cum qua narratione sufficiat.*

11 *Illegitimi ex canonibus antiquis admittebantur ad ordines, si merita eis suffragarentur. Hodie non sic, nisi professione, aut dispensatione, vt n* 12.

13 *Illegitimitatis irregularitas posita & propter vitiosam originem, quæ reputatur quadam vilis conditio, quæ non purgatur per pœnitentiam.*

14 Cap.5.vsque ad 9.dist. 56.

AD primam difficultatis partem, & si Natta *in consil.*421.*nu.* 10. Alciatus *de præsumpt. reg.* 2.*præs.*5.*n.* 4. *& responso* 123,*n.* 10.*&* 268. *num.* 1. *&* 269. *num.*2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumptione* 54. *num.* 2. *& in cons.* 60. *num.*11.*lib.* 1.dicant spurium potius esse præsumendum. Nihilominus existimo vt in dubio talis sic natus præsumatur naturalis, & non spurius

ſpurius,ex eo quia ex regula textus *in cap. 2. hoc*
2 *tit.* † *& cap. veniens, de accuſat* patet non præſumi
quempiam genitum eſſe in ſacerdotio,licet ſacer-
dotis filius exiſtat.

3 Et quia iuxta modum , & vſum loquendi Iuris
canonici receptum quidem eſt ſufficere , vt filius
ſit naturalis eum natum ex iis, inter quos matri-
monium contrahi poterat,vt pater etiam Iure Re-
gio ex adductis *ſupra in Rub.* de quo ſunt viden-
di Couar. *de ſponſalib. in 2. p. cap. 8. §. 4. in prin-
cip.* Sarmient. *ſelect. interpret. lib. 1. cap. 7.
n. 2.*

4 Tertio quia delictum non eſt præſumendum, *l.
meritò ff. pro ſocio*, ſed maius delictum eſt , vt dixi
ſub *dicta Rub.* ex coitu damnato,& punibili naſ-
ci,quàm ex concubitu lege ciuili non prohibito;
ergo, & hanc ſententiam firmiſſimè tenent Bald.
in conſ. 448. num. 4. lib. 1. Craueta *in conſ. 138. n.
1. & 166.* Alciatus *in conſ. 58. lib. 9. num. 13. &
158. n. 3. eodem lib.* Simon Pretis *in conſ. 137.
num. 8.* Zephalus *in conſ. 608. n. 10. lib. 4.* Hypoli-
tus Riminald. *in conſ. 157. num. 109. lib. 2.* Couar.
ſupr. dict. cap. 8. §. 3. in princ. Faquineus *lib. 3. cont.*
5 *cap. 43.* & alij † & ex eo etiam quia minus ma-
lum eſt præſumendum , & quod leuiorem famæ
maculam aſpergit: argum. text. *in l. ſi præſſ. ff. de
pœnis*,& ſic ſequuta eſt Rota Romana vt patet ex
decif. 808. *p.* 1. nouiſſim.

6 Nec obſtant DD. adducti contrarium dicen-
tes;eo quod cum in dubio mulier virgo præſuma-
tur ex traditis per Abbatem *in cap. 1. de adult.*
Clarum *in §. ſtuprum.* verb. *ſed pone* , & conſe-
quenter præſumatur extuprata ; & ſic ex ſtu-
pro natus filius inde in dubio natus ſpurius Iudi-
7 cetur † præcipue ſi conſideremus vt Iuſtus ſit
concubinatus requiri , quod mulier non ſit vilis
conditionis,& vt ſit ſola,nec cum alio rem habue-
rit, & vt proteſtatio præceſſerit,ſicut explicat di-
8 ligenter Grammat. *vot.* 4. † quia reſpondetur ex
ſimili modo multa requiri in facto,vt quis etiam
præſumatur ex ſtupro , vel adulterio , aut alias
damnato coitu , quæ quo grauiora , & turpiora
ſunt , eo minus præſumenda videntur ex funda-
mentis noſtræ ſententiæ. Nec adductum Panor-
mit.& Clari,quia iſti DD. loquuntur in caſu , vbi
mulier ſe virginem fuiſſe aduerſus ſtupratorem
allegat; quo in caſu in odium,& præjudicium de-
9 linquentis , mulier præſumenda eſt virgo. † Et
quia aſſertioni mulieris ſtupratæ cum iuramento
ſe virginem eſſe tempore ſtupri,creditur,quia ta-
lis aſſertio habet præſumptionem naturæ pro ſe:
ſic Faquin. etſi non ita clarè *ſupra*, Barboſa *in di-
cto cap. 1. de adulter.* Farinac. *in crim. q. 147. à n.
135.* cum Tuſcho, Gutierrez Menochio, & aliis ,
Rota apud eundem Farinac. *decif. 74. num. 6. p.
4. ſua praxis crimin.* & ex Regnicol. Salced. ad
Bernard. Diez *in pract. cap. 86.* verſ. *nec ab huiuſ-
modi*, Didac. Perez *ad Rub. tit. 15. lib. 7. ordin. pag.
279. col. 1.* verſ. *dubitatur.*

10 Itaque ad effectum diſpenſationis conſequen-
dæ , ſufficiet dicere diſpenſandum ſe illegitimum
eſſe abſque eo quod addat ſpeciem illegitimitatis
cum eo in caſu non requiritur ea expreſſio illegi-
timitatis,de qua diximus *hic ſub q. 6.* verſ. *ad quar-
tam*, in verſ. *& confirmatur*,& *q. 7.* verſ. *ad vlti-
mam*,& *q. 9.* verſ. *item* in fine,ibi enim non erat in
dubio diſpenſandus de qualitate ſuæ illegitimi-
tatis.

11 Ad ſecundam quæſtionis partem , etſi Inno-
centius III. *in cap. innotuit de electione* ex pro-
feſſo diſputans , videatur affirmare cum aliqui-
bus ex antiquis referens antiquos canones non
prohibere vndecumque genitos ad quoſcumque
ordines promoueri , dummodo merita eis ſuffra-
gentur;id eſt religioſi fiant , vel ſi paternam in-
continentiam non imitentur, & Gratianus ſequa-
tur propter illos canones , qui habentur , præci-
pue *in 56. diſt. à cap. 3. ad 9. & in cap. 12. &
15.* de quo Latè tractat Albertus Tertius *lib. 2.
de vero , & perfecto clerico cap. 5.* † ſed hodie 12
reuera ex *diſt. cap. 1. hic* , & ex aliis adductis
non admittitur hæc irregularitatis ablatio , niſi
profeſſione religionis , aut diſpenſatione Ponti-
ficis , ſeu Epiſcopi,eo modo, quo diximus *ſupra
q. 8. & 9.* & quia oppoſitum eſt contra *dict. cap.
innotuit*, *& cap. litteras hoc tit.* in quibus non ob-
ſtante ſcientia , & morum probitate , adhibetur
diſpenſatio ad obtinendas Dignitates , & ordi-
nes. † Et quia cum irregularitas illegitimitatis 13
fuerit impoſita ſpecialiter propter vitioſam ori-
ginem , quæ moraliter reputatur quædam vilis
conditio,& infamia , quæ non purgatur per pœ-
nitentiam vel quancumque bonam vitam, vt tra-
dunt gloſſa *in cap. de his de accuſat.* Tyraquel *de
moderand. pœnis* , ſequitur , vt contraria ſenten-
tia non ſit practicanda in hac irregularitate , vt
docent communiter DD. moderni , interquos
Suarez omnino videndus *de cenſ. diſp. 50. ſect.
5. in fine* , Filiucius *de irregul. quæſt. fin. cap. 5.*
Palaus *diſp. 6. puncto 9. in fine* , Leander *tract.
1. de irregul. diſp. 3. quæſt. 79.* † Dicentes ca- 14
nones illos antiquos intelligendos eſſe , interce-
dente diſpenſatione, dignos eſſe ordinibus prop-
ter bonos mores.

AD TEXTVM IN CAP. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII XIII. XV. XVI. & XVII. hoc titulo. Et in cap. XV. Trident. ſeſſ. 25. & Clem. conſt.

Secunda pars noſtri tituli pertinet ad prohibitionem , ne filij Clericorum in Eccleſia aut officiis paternis ſuccedant , quæ in his , & aliis Iuribus infra referendis inſinuatur.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Filij Clericorum , ne ſuccedant in Eccleſiis, vel officiis parentum ſub diuerſis temporibus, expenditur,* vt n. 2. 3. 3. 5.
2 *Filij Clericorum Iure Decretalium , etiam legitimi , non poterant ſuccedere in Eccleſiis parentum immediatè , mediatè verò ſic. Quid? Conſt.* Clem. VII. *& poſtea* Trid. Concilio numero 3. 4. & 5. *Et in quo differant* à n. 6. *& in quibus conueniant* numero 11.
3 *Filij Presbyterorum ex fornicatione nati nullo vnquam tempore obtinere poſſunt beneficia parentum, nec mediatè.*

fatis fieri ei, si pater relinqueret, vel permutaret beneficium suum, vt filius retineret suum, quia incontinentiæ paternæ memoria remanet; concludit ergo, vt non sufficiat patrem esse mortuum.

4 Nihilominus tamen contrarium sequuntur Barbosa *in pastorali 3.p.alleg.65. n.* 10. Armendatus, *in addit.ad recopil. legum Nauarra lib. 1. tit.19.lib.1.de filiis Presbytoe.num.* 10. Nicolaus Garcia omnino videndus *dict.p. 7. cap. 5. ex n. 40.ad 53.* vbi plures decisiones, & declarationes referens S.Congreg. *ibi à n. 43.& 44.* sequitur affirmatiuam sententiam ex eo quod decretum Concilij non respicit præterita sed futura ex *l.leges 7.Cod.de legib.cap. 2. & fin. de constit.* vbi DD.& ego late scripsi, & probat ex versiculo dict.Trid *quod si in presenti pater,& filius in eadem Ecclesia obtinere reperiantur &c.* Vbi Concilium solùm cogit filium resignare, quando tempore Concilij pater,& filius in eadem Ecclesia beneficia obtinebant: concludit enim, vt si tunc pater iam erat mortuus, vel resignauerat, filius rectè poterat beneficium retinere, tenent etiam Salcedo in praxi Manuel. Rodriguez & alij nec dissentit Nauarrus dum in fine *dicti n.*12.postquam dixit quod prima sententia grauioribus nitatur fundamentis, & de rigore Iuris sit verior; æquum tamen videri quod S.D.N. dispensaret expressè, vel dissimulando eis ob multitudinem, quæ solet esse causa relaxandi rigorem, *cap.vt constitueretur.50. dict.& cap.commessationes 44. dist.* & refert sic tunc audiuisse cœptum fuisse à Pio IV. erga nonnullos.

5 Et confirmatur hæc vltima sententia ex regula Iuris, qua habetur, vt res, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit, *dict.cap.2.de constit.cap.proposuisti 82. dist.* & ex eo quod casus omissus habetur pro omisso ex *l.commodissime ff. de liberis,& posthum.*& quia durissima res videtur, vt tot viri præstantes, qui magnis impensis per regressus,& coadiutorias, magna beneficia, sunt assequuti, mortuis iam patribus, vel absentibus, Ecclesiis teneantur dimittere illa, à quibus eorum honor,& victus pendet, vt etiam considerauit Nauarrus *supra dicto n.*11.

6 Quare optimo Iure in corroborationem processerunt declarationes quatuor sequentes, quas adducit in proposito idem Garcia *dict.cap.3.p.7. dict.n.43.* in sequentibus verbis. Prima *filij Presbyteri decreto hoc Concilij Trid.non prohibentur retinere beneficium legitime obtentum in eadem Ecclesia, in qua fuit beneficiatus eorum Pater, qui ante publicationem eiusdem Concily è vita migrauit.* Secunda. *Patre ante Concilium mortuo, non tenetur eius filius illegitimus, qui in eadem Ecclesia aliud beneficium obtinet, illud resignare; quia hoc decreto tantùm prohibentur in futurum obtinentes.* Tertia, *caput hoc cuius vigore filij illegitimi arcentur à beneficiis, quæ in Ecclesia sunt, in qua fuit beneficiatus eorum pater, locum non habet, nisi in filiis, qui, mortuo Patre, beneficia in eadem Ecclesia, impetrare volunt,& in illis, qui vna cum Patre in præsenti reperiuntur obtinere in eadem Ecclesia,* Quarta Episcopo Illerden. *Concilium Tridentinum in decreto de filiis Presbyterorum, qui non possunt habere beneficium in Ecclesia, in qua hebuit eorum Pater ad præsens mortuus, non ligat eos, qui obtinuerunt ante publicationem Concilij Trid.beneficium in Ecclesia, in qua habuerat, vel tunc temporis habebat eorum pater,* addit *n.*44.quod sunt aliæ ad idem declarationes, quas consulto omisit; sed tu post Garciam videbis, quas posuit Farinac. *in decis.Trid.p.* 4.Vbi agens de decisionibus, & declarationibus Trid, Concilij, ponit super illud caput multa notatu Digna idem Barbosa *super dict.cap.15. Trid. n.*20.applicabis *infra q. 4.* vers. *ad quartam* ibi *tertio.*

Et prædicta resolutio procedit etiam in eo, cui ante concilium fuit collatum beneficium in Ecclesia in qua pater, etiam si possessionem eius obtinuisset post concilium, dummodo per eum non stetterit, quo minus ante illam obtineret. Et etiam si ante concilium habuisset solum titulum, reseruatis alteri fructibus titulo,& denominatione, & post concilium cessasset huiusmodi reseruatio, & in habente regressum ante concilium reseruatum, qui cum habeat causam de præterito, non subiicitur dispositioni Concilij; quamuis post illud sortiatur effectum, vt in terminis fuit resolutum in vna Compostell. canonicatus 25.Iulij. 1574.alias in vna Virduen.Canonic. de anno 1589.quas ad litteram refert Garcia, *dict p.7.cap. 3 de benef.n.50.& 51.*& alias duas declarationes pro duobus primis casibus hic positis. *ibi n.48,& 49.* vbi leges. 7

Ad secundam quæstionis partem, an filius Presbyteri queat beneficiari in Ecclesia patris, in qua ipse pater olim habuit possessionem beneficij sine legitimo titulo? Et licet videatur pro negatiua sententia standum, eo quod titulus sine possessione non præstet causam finalem Concilij iuxta proxime dicta. Nihilominus in proposito video DD absolutè tenentes, vt non possit filius ibi beneficium obtinere, cum militet etiam memoria paternæ incontinentiæ? † nam prouisione,& titulo, 8
9 imperto, ac possessione iam non erat modus qualiter à concanonicis beneficiatis, ac in Parochiis talis memoria separetur, viso filio cum beneficio, & præbenda in Ecclesia, in qua pater est, aut fiat intitulatus, etiam si possessionem litigiosam adeptus esset, vel nullam. Et huc spectat S.Congregationis declaratio in verbis sequentibus: *filius Presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim pater suus absque legitimo titulo,& minus pacifice, aliquam diu possedit, die 4. Decemb.*1586 eam refert, & sequitur Nicolaus Garcia ex Vgolino *dicta p.7.cap. 3. de beneficio à n.*58.

Vbi addit quod nec poterit quis obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater aliud possederit, licet sine canonico titulo, docent etiam Armendarus *ad leg. Nauarra supra num.* 23. cum Barbosa *in pastorali*, Castrus Palao *in opere morali tom. 2. tract. 13. disp. 4. punct. 2.* iterum idem Barbosa *super can.* 14. cum Armend. *num.*27. 10

Ad tertiam quæstionis partem, an comprehendatur filius Presbyteri in dicto decreto Trid. qui habuit titulum, non tamen possessionem. Et pro affirmatiua, vt comprehendatur videtur probari ex eo, nempe, quod per solam prouisionem,& titulum, seu collationem acceptatam, quis rectè dicitur habere beneficium, cum habeat Ius in re *c.si tibi absenti de præb lib 6.* etiam ante adeptam possessionem, vt per Rebuff. *in praxi super regula de non tollendo Iure quæsito glossa 6.n.*18. Corras. *de benefic.p 4.cap.1.n.*14. Simon. *de resignat.q.*55.& 66. Couarruu. *lib. 3.var.cap.16.n. 3. & 5.* Flaminius *de resignat. benefic.lib.2.q.16.n.2.& lib.*10. *quæst.*6. 11

quæst.6.n.2. & 55.& q.8.n.5. Molina *de Iustitia tom.1.tract.2.disp.5* vers.*dixi superius*,& *disp.3. in fine*, Gonzalez *ad regulam.8.cancel glossa.15. & 33.* Aloisius Riccius *in collect. decis.* 1658.*p* 5.sic vt ex illo textu notant Tyraquellus *de iure primogen.q.17.nu.11.& eppin.12.n. 2.* vterque Barbosa, Augustin *in dicto cap si absens n.4.& 5.*
12 Petr. *p.2.Rubrica ff. soluto matrim.n.*81.† quod in spiritualibus ex solo titulo absque traditione plenum ius transferatur. Deinde quia etiam hic militat innocentiæ causa, quam posuit Trid. sicut quando pater possedisset.

13 Adhuc in præsenti dubio dicunt Doctores, vt non comprehendatur filius eius, qui habuit titulum sine possessione; quia vt non dicitur obtinuisse beneficium adhuc vt comprehendatur sub prædicto decreto ille, qui fuit prouisus & litteris non expeditis, ac possessione nondum habita, cessit alteri, vt docent decisum, ac declaratum Nicolaus Garcia. *dicto cap.3. p. 7. de benefic. sub n.56.* in verbis sequentibus: *illum verò, cuius pater sola Romani Pontificis signatura sibi obtinuit conferri canonicatum eiusdem Ecclesiæ, sed nec Ecclesiæ, sed nec litteras Apostolicas expediuit, nec vnquam habuit possessionem, non comprehendit.* & ibi *non dicitur habuisse adhuc, vt comprehendatur sub hoc capite ille qui fuit prouisus, & litteris non expeditis, & possessione non habita, cessit alteri*: ita etiam sequuntur Armendar *in dicta leg.1.ad leg. Nauarra hoc tit num. 51.* Campanil. *in diuersorio iuris canon.cap.13.n.67.* vers.*si vero*, Barbosa *in dicto cap.15. Trid.sess.25.*
14 *de reform. ann. 36.* ita similiter iuxta subiectam materiam pater non dicatur habuisse beneficium, nisi habita possessione, per quam causatur vitium in persona filij; non enim ante illam inducitur successio, aut paternæ incontinentiæ memoria, vt sentiunt expositores concilij in eo capite, & Barbosa *ibi n.21.*

15 Tamen si pater per se, aut per procuratorem obtinuit possessionem, tunc filius includetur in Trid. cum militent adductæ causæ. Et est ratio, quia qui per procuratorem apprehendit beneficij possessionem, aut canonicatus, etiam si nunquam in Ecclesia ministrauerit, aut fructus perceperit, dicitur beneficium, vel canonicatum obtinere, ad hoc vt filius in eadem Ecclesia alterum canonicatum, aut beneficium obtinere non possit, vt referunt decisum Barbosa *p. 3. de offic Episcopi. dicta alleg. 45. n.7.* Armendar *supra n.20.& 44.* Campanil. *dicto cap 13.nu.67.*& Nicol. Garcia *dicta p. 7. cap. 3. de beneficiis sub dicto n.56.in 2.declarat* ibi: *nec etiam filius eius, qui tantum per procuratorem recepit possessionem, potest habere beneficium in eadem Ecclesia*, Iolius Labor *variar.lucubrat.tit 4.cap.16.num. 15.* & iterum Barbosa *dict.cap.15.Trid.num.15.*

16 Et subdit Armendar *ad leg. Nauarr. in dicta l.1.hoc tit.n.45.*& cum eo Barbosa *dicto num.15.* Trid. *in fine, & 16.* quod in Ecclesiis sororibus aliarum Ecclesiarum (sicut sunt aliquæ in Hispania) in quarum altera residendo, præsupponitur residere in principali, non possit pater residere in vna, & filius in altera, refert decisum Nicol. Garcia *dict.p.7.cap.3. de beneficiis num.75.* vbi & si *sub 4. declaratione* in vers *fuit quandoque adhibitum temperamentum concurrentibus Episcopi, & capituli supplicationibus, nec non iusta causa*, videretur permissum. Tamen alia declaratio *ibi* ab eo relata in sequentibus verbis: *in Ecclesiis sororibus aliarum Ecclesiarum, sicut sunt reliquæ in Hispania in quarum altera residendo, supponatur residere in principali, non posse est pater residere in vna, & filius in altera*: ita ex Vgolino *de officio Episcop.cap.50. §.7.n.1.* vers.*tertio vel in Ecclesia.*

Sed quia perlegi ipsum Garciam *in dicto* 17
n.75.in fine. vbi aliter videtur tenore in hoc puncto, illum leges, qui tantùm dicit, vt non possit filius obtinens beneficium, seu Præbendam in vna Ecclesia residere, in Ecclesia sorore, in qua pater est, vel fuit beneficiatus iuxta quæ dixit *ibi a nu. 16.& 68.*

Hinc infertur vt excludatur filius illegitimus, 18
ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, vt dicit decisum Nicolaus Garcia. *dict.cap.4.n.66.* vt ex ratione Tridentini censuit S. Congregatio in verbis sequentibus: *item fuit quæsitum an filius illegitimus per concil.hoc cap.excludatur, ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione Dignitatis quam in alia Ecclesia obtinebat, & congregatio respondit excludi; quod putat procedere etiam, si nunquam actu sedisset in tali sede*, Barbosa cum eo, & Armendar *in dicta l.1.de filiis Presbyt numero 17.in Trid.nu. 14.* Riccius *in collect.* 1367.*ad dict cap.Trid.* vbi ex congreg. refert declaratum 14. februarij 1585. si pater scilicet stallum habuisset in choro ratione Abbatiæ, quam in alia Ecclesia habebat.

Et in tantum procedit, vt nec quoquomodo 19
possint filij illegitimi ministrare in Ecclesiis iuxta dispositionem dicti Trid. concil. *cap.15.* & sic nec epistolam canere, aut sacristæ officio fungi possint, nec vt simplices cantores musicæ in eadem Ecclesia canere pro vt decisum referunt Nauar.*cons.1.q.17.sub tit.de constitut.* Sayrus *decis. 1.sub eodem tit.* quem refert Aloisios Riccius *in collect.decis.*1367.vers.*in amplius,p.4.* nec missam ibi celebrare, nec antifonam in ea canere ratione oneris beneficij alterius Ecclesiæ oneret, vt ipse Riccius late scripsit *decis. 3.* vt censuit congregatio concilij in vna Leodiens. 3. Septembris 1587. Stephano Gratian.*discept.forens.cap. 397 4 nu.16* Castrus Palao *supra puncto 2.nu.26.* Nicolaus Garcia *dicto cap. 3. p. 7.* probans ex concilij verbis ibi: *nec in dictis Ecclesiis quoquomodo mi-* 20
nistrare. † Sicut censuit sancta congregatio in tribus declarationibus ad litteram referens, vbi quod & si pater beneficium non haberet, nec pensionem, sed inseruiret, vt cantor eius filius ibi ministrare quoquomodo non possit; cum eadem sit ratio, siue ministret in officio, siue in beneficio, vbi vt nec possit canere, vt musicus in Ecclesia, in qua pater obtinuit beneficium. Alia omnino videnda pro declaratione tradit ipse Garcia. *nu. 69.qui n.70.* limitat iuxta quæ dico *infra* in vers. *ad quartam.* † & hæc etiam procedunt, etiam si 21
pater de facto tantùm habuisset beneficium in illa Ecclesia, Grat. *discept cap.347.*& censuit S Congregatio, vt refert Riccius *supra* 4. Septembris 1586. videbis eundem Barbosam *in dict. cap.15. Trid.num 26.* cum Riccio, Belletio, Gratiano, & aliis. Ad alium casum de receptitiis leges *infra sub quæst.4.vers.ad secundam*

Ad quartam quæstionis partem, an filius Præs- 22
byteri prohibeatur obtinere beneficium, vel inseruisse tanquam Capellanus amobilis in Eccle-
sia,

riam in præsenti casu, qui venit dispensandus non est Pater gignens filium ex damnato, & punibili coitu, aduersus quem nulla est imposita irregularitas, quominus possit ordinari; sed filius genitus ex tali coitu, qui cum infans, non potuerit delinquere minime ratione delicti proprij, potuerit irregularis existere, sed ex defectu tantùm legitimitatis, qui delictum non est in ipso, sed tantùm in Patre, aduersùs quem ob illud, nulla est imposita irregularitas. Et Barbosa, *in pastorali 2.p. dict. alleg.* 45. signans hanc quæstionem ex Dianx, & Trid. item & ex Machado eius verba referens sub *num.* 20. neutram decidit, ambas referens opiniones.

39 Ad sextam difficultatis partem, an Episcopus possit dispensare cum filio proprio illegitimo ad ad ordines minores, & beneficium simplex? Et licet Maiolus, *lib 1. de irregularit. cap.* 12. id neget, tamen verius est posse; quia cum textus *in dicto cap. 1. hoc tit. lib. 6.* absolutè concedat Episcopis hanc facultatem, vt dixi *hic n.* 2. euenit vt quamtumuis non deceat, quod Pater Episcopus per se cum proprio filio illegitimo id faciat; si tamen fecerit tenebit dispensatio. Non enim Maiolus cui opponitur Suarez *dict. disp.* 50. *de censur.* sub verb. *vltimo sect.* 5. *n.* 6. fundat suam sententiam, nisi in quibusdam congruentiis decentiæ: sequitur Leander *supra dict. disp.* 3. *q.* 60. item & Barbosa cum Suarez, & Maiolo citatis *dict. alleg.* 45 *n* 29. *in fine principij* Alced. *de praemin. Episcop. Eignit. p. 1. cap. 9. n.* 18. Fr Emanuel. *in summ. tom. 3. cap. 38. n. 2.*

40 Ad septimam quæstionis partem num Commissarius Cruciatæ aut Papæ delegatus possint dispensare cum illegitimo ad ordines, & beneficium simplex, sicut facit Episcopus, vel capitulum sede vacante, aut alius ordinarius Iurisdictionem Episcopalem habens, de quibus dixi *supra* & breuiter notat Suarez *sub dicto n.* 6. Et de Commissario Generali Bullæ cruciatæ videtur quod non; quia obstat nimis dispositio textus *in dicto cap. 1. hoc tit. lib. 6.* Vbi loquitur tantùm de Episcopo, & per extensionem de capitulo, & aliis ordinariis exemptis, Iurisdictionem Episcopalem habentibus.

41 Pro affirmatiua sententia, quam sequuntur Henriquez *lib. 7. de indulgent. cap. 13. n. 5. in fine*, Rodriguez *in additionib. ad Bullam* §. 13. *n.* 16. Castrus Palao *de irregularit. disp. 6 puncto 9. n. 5.* Diana *p. 1. tract. 11. de Bulla cruciata res.* 116. 117. & 119. Leander *dict. disp. 3. q.* 80. *de irregularit.* & omnes ex doctrinx Sanchez *de matrimonio lib 8. disp. 6. n.* 25. dicentis posse hunc commissarium dispensare pro solo conscientiæ foro in affinitate consurgenti ex copula fornicaria in primo, vel secundo gradu, atque prolem susceptam, vel suscipiendam legitimam decernere, concurrentibus quatuor causis. Prima, seruata forma Trid. cum matrimonium est contractum illo impedimento. Secunda vt impedimentum sit occultum. Tertia, si adfuerit bona fides, saltim ex parte alterius contrahentis, qui tempore contracti matrimonij id impedimentum ignorabat: vltima, vt coniux qui cognouit impedimentum, certior fiat de prioris consensus nullitate, quamuis ei non declaretur causa nullitatis.

42 Hæc inquam per se satis non conuincunt obstante decisione *dicti cap.* 1 nec ad sit expressa facultas concessa dispensandi ad ordines minores, & beneficium simplex cum tali irregulari ex defectu legitimitatis; solùm enim potest confirmari ex doctrina Auilæ *de censur. p. 2. disp. 10. dubio 5.* Fernandez, Villalobos, & Rodriguez, quos refert, & sequitur Diana vbi proxime *res.* 110. qui fundant posse Commissarium Cruciatæ in multis irregularitatibus in verbis Bullæ ibi: *item similiter conceditur facultas dicto commissario dispensandi, & componendi super irregularitate cum his, qui quibuscumque Ecclesiasticis censuris ligati, missas & Diuina officia* (non tamen in contemptum Clauium) *celebrauerunt, seu aliàs se immiscuerunt, & super alia qualibet irregularitate, præterquam ratione homicidij voluntarij, aut simonia, vel aposthasia à fide, aut de hæresi, vel propter malum ordinum susceptionem contractam cum retentione beneficiorum, & fructuum ex eis perceptorum, & infamia, ac inhabilitatis exinde prouenientis abolitione, & executione ordinum non male susceptorum.* † Ex quibus verbis notant 43 adducti amplam facultatem dicti commissarij in dispensatione super irregularitatibus prouenientibus ex delicto ratione quorum verborum, potuerunt sequi sententiam affirmatiuam porrigere dictam facultatem ei ad dispensandum etiam in hac irregularitate, proueniente, non ex delicto, sed ex defectu natalium; & tunc debemus considerare, vt maior sit facultas concessa Commissatio Cruciatæ quam quæ data est Episcopo in iam adducto Trid. *cap liceat Episcopus sess.* 24. de qua dixi hic in vers. *ad quintam*, & in hoc standum est praxi.

De legato autem Papæ quoad dispensationem, 44 de qua hic solent disputare DD. per glossam *in dicto cap. 1. hoc tit. lib. 6. in glossa* ibi: *sedis Apostolica*, & ibi *nec sufficit dispensatio legati*, ex qua notant ibi antiqui, & Barbosa *n.* 11 item, & Parisius *cons.* 136. *n.* 26. *lib.* 4. Rebuffus *in praxi benef. tit. de dispens. super defect. natal. n.* 45. quos refert, & sequitur Mantica *decis.* 214. *n.* 3. vt legatus Papæ non possit dispensare cum illegitimo ad beneficia curata, nisi hoc ei specialiter à Papa concessum fuerit, & confirmatur ex dictis *à n.* 2. item & ex *cap. fin hoc tit.* † Cum ergo respectu curati 45 id prohibeatur legato, videtur, vt quatenus ad ordines minores, & beneficia simplicia possit dispensare legatus; item ad portiones, ac canonicatus in collegiatis non exigentes ordinem sacrum.

De Rege inquam dicendum est ex dictis longe 46 *in Rub. & q.* 1. vt licet dispenset cum illegitimo quoad téporalia, auferendo omnes defectus, quos lex ciuilis, vel temporalis potestas potuit introducere, qua de causa possit eos legitimare quoad officia etiam sæcularia, vt iam dixi, sed non in quam quoad munera Ecclesiastica eo † quod non 47 potuerit inducere irregularitatem, & consequenter, nec illam auferre propter eius incapacitatem: argum. eorum, quæ late dixi *in cap. nouit de Iudiciis à q. 1. ad 6* & per dicta *in cap. 2. cap. 3. cap. 4. 8. 17.* & aliis eiusdem tit, & *in tit. de foro compet.* & quæ latissime dixi *in cap. Ecclesia sancta Mariæ de constit.* & in terminis post antiquiores *in cap per venerabilem qui filij sint legitimi*, docent Couarruu. in terminis *2. p. de sponsalib. cap* 8. §. 8. *à n.* 18. Leander *de irregularit. tract. 1. disp. 1. q.* 81. Auila *de cens. p. 7. disp. 1. dubio 6. in fine*, Bonacina *q. 2. de irregularit. puncto 3 n. 1a* Suarez, *disp. 50. de cens. sect. 5. n. 8.* videndus vbi Late expendit, & dixi iam *supra* sub hoc capite.

QVÆST.

QVÆST. IX.

An Episcopus promouendo ad ordines illegitimum, seu alium, qui de iure communi promoueri non potest; in casibus tamen, in quibus pote dispensare, intelligatur cum eo dispensare? An possit dispensare cum illegitimo ad pluralitatem beneficiorum simplicium? Et an vt dispensatus à Papa ad vnum simplex beneficium, posseit ad aliud obtinere Episcopi dispensationem? An possit dispensare cum clerico Coniugato. Et an dispensatio præsumatur, si illegitimus in habitu & tonsura incedat? Et an dispensatus per suum Episcopum, possit beneficiari in diuersa Diœcesi? Et de alijs pro praxi.

SVMMARIVM.

1 *Dispensare intelligitur Episcopus cum illegitimo ad beneficium simplex eo ipso quod ordines subditum, &* num. 24. & 25. *Vbi quid promouendo, aut dando ei beneficium.*

2 *Consensus pariter ex facto elicitur, atque ex verbis.*

3 *Facta potius exprimunt voluntatem.*

4 *Pupillus non potest sine tutore petere bonorum possessionem.*

5 *Dispensare censetur Prælatus cum subdito in irregularitate; eo quod mittat illum ad ordines suscipiendos* n.6.

6 *Absoluere nequit Episcopus ab excommunicatione. & irregularitate de facto per actiones contrarias excommunicationi; secus in dispensatione irregularitatis*, numero 7.

8 *Episcopus nequit dispensare cum subdito, vt valeat obtinere pluralitatem beneficiorum simplicium, nisi vt* n 9.

10 *Episcopus num queat dispensare cum illegitimo ad aliud beneficium simplex præter obtentum iam alia dispensatione Pontificia* n. 11. & 12.

13 *Episcopus dispensare nequit cum clerico coniugato, vt obtineat beneficium vllum* numero 14. & 17: *nec administrationem Ecclesiasticam, vt* n 15.

14 *Episcopus non dispensat contra ius, nisi in casibus a iure expressis.*

16 *Coniugatus est incapax pensionis, quæ titulo clericali conferri solet.*

17 *Coniugatus, etsi non possit dispensari ab Episcopo, vt obtineat beneficium in titulum; est tamen capax stipendij illius, vt* n.18.

18 *Coniugatus poterit dispensari à solo Papa, vt obtineat beneficium.*

19 *Illegitimus incedens in habitu, & tonsura, intelligitur dispensatus ad obtinendum beneficium, quod decennio possedit, vel si beneficia plura possederit in præsentia sui superioris, vt* num. 20. 21. & 22.

20 *Beneficia plura incompatibilia possidens per decennium creditur tuuari titulo legitimo.*

21 *Rota in vna Hispalens Canon.* decisione 780. libro 3. parte 3. diuers, & numero 22.

22 *Triennalis possessor, etsi tutius sit, vel in possessione clericatus, & beneficij, non quidem in titulo.*

23 *Illegitimus dispensatus per suum Episcopum ad ordines, & beneficium, poterit ab alio quocumque ea obtinere.*

24 *Dispensatio debet fieri cum illegitimo expresse ante promotionem ad beneficium. Quid si de facto det ei beneficium, vt* numero 25.

26 *Dispensatio circa beneficia paterna per Episcopum:* remissiuè.

27 *Dispensatio dicitur nulla super pluralitate beneficiorum obtenta à iam dispensato per Episcopum ad minores, & simplex, tacito defectu, &* n. 18.

28 *Impetratio sine expressione dispensationis, vel obtentionis alterum beneficiorum, num teneat, & qualiter error emendetur.*

29 *Episcopus dum dispensat cum illegitimo, non tenetur obseruare formam Iudicij, sed cum sola informatione extra Iudiciali.*

30 *Episcopus faciendo in collatione clericatus mentionem de dispensatione illegitimitatis, releuat illegitimum à probatione se rite ordinatum, aut beneficiatum*, numero 31.

31 *Promotus non tenetur Iustificare enunciatiuam, quam Episcopus facit in litteris ordinum, vt exemplificatur* numero 32.

32 *Solemnitas intelligitur præcise, quæ requiritur in actu extraiudiciali à superiore exequuto.*

AD primam quæstionis partem, quia con- 1
ducunt quæ dixi *hic sub quæst.* 4. vers. *ad*
secundam de electo ad officia religionis per Præ-
latum, num eo ipso dicatur dispensatus &c.
Ideo iam nunc breuiter dicendum est, vt eo ip-
so quod Episcopus ordinet aliquem subditum
illegitimum, intelligatur hoc facto cum illo
dispensasse; quia & similiter ex facto eius, quia
potest absoluere inducitur absolutio realis † qui 2
pariter consensus ex facto elicitur, ac ex ver-
bis vt docent aliqui per textum *in l. de quibus*
ff. de legib. ibi *numquid interest suffragio po-*
pulus voluntatem suam declaret, an rebus ip-
sis. & factis, l. si Auia Cod. de Iure deliberan-
di, l. recusari, & ibi glossa ff. de acquirenda
hæredit. † Imo quod facta potius exprimant vo- 3
luntatem hominum, quam verba notat ex
prædictis Iuribus Gratian. *discept. forens. capite*
594. *numero* 20. Videndus Alex. *cons.* 164. *vol.*
7. *numero* 8. & in terminis Videtur sentire Bar-
bosa *de officio Episcopi alleg.* 45. *parte* 2. *nume-*
ro 37.

Et confirmatur ex *l. fin. cod. qui admitti* 4
ad bonorum possess. dum *ibi* dicitur quod pu-
pillus non potest sine Tutore bonorum posses-
sionem petere, nec Prætor dando aliquid

agit, sed si Prætor sciuit illum pupillum, dispensate, & defectum supplere videtur ætatis, vt notant, ac sequuntur Oldrad. *cons.* 319. *num.* 4. & 5. & *cons.* 330. per totum, præcipuè *n.* 6. Natta *cons.* 401. *n.* 29. Roman. *cons.* 316. *n.* 7. vbi Apostilla verb. *videtur*, & *cons.* 307. Maiolus *de irregula ris. cap.* 51. *n.* 8. Henriquez *in summa lib.* 14. *cap.* 17. §. 4. *litt. P.* Suarez *de cens. tom.* 4. *sect.* 4. *n.* 5. Decius *cons.* 18. *n.* 14. *tom.* 1. Tyberius Decenen. *responso* 31. *n.* 8. *tom.* 4. qui in terminis sic docent de casu nostro, & glossa *in cap. vlt. dist.* 51. verb. *qui concubinas*, glossa *in cap. si quis sunt dist.* 81.

5 Nauarro *c.* 25. *n.* 74. † Siluester verbo *irregularitas* in vltimis verbis, vbi censet idem de quocumque Prælato habente potestatem dispensandi in irregularitate, & mittente subditum ad ordines suscipiendos quem scit esse irregularem, vt tenuit etiam Anton. *in tract. de irregularit. cap.* 6. *n.* 15. & quia inferior non præsumitur agere contra Ius, si potest Iure facere, tum quia in summo Pontifice illud est sufficiens signum, nec aliunde reperiatur prohibitum Iure positiuo Episcopi, dispensatio hoc modo irregularitate alia adducit videnda D. Suarez *dict. disp.* 41. *num.* 4. & proprius *n.* 5.

6 Vnde non obstat sententia contraria collecta ex doctrina Abbatis *in cap. diuersis fallaciis de clerico coniug.* Nauarr. *cons.* 4. *de simonia*, Marcelli Vulpes *in praxi Iudic. fori Ecclesiast. cap.* 47. *n.* 11. qui, etsi concedant in Papa, negant tamen in Episcopo, in quo requiri dicunt, vt expressè dispenset; quia horum sententiam tantùm ego admitterem in absolutione ab excommunicatione, & ab irregularitate, quod in illa Iure Ecclesiastico declaratum est Episcopum non posse absoluere per actiones excommunicationi contrarias, quod non est in dispensatione irregularitatis, vt distinguit Suarez *sub dict. n.* 6. etenim in tali facto creditur ab Episcopo dispensatum, quia cognoscit subditum, & causas, ob quas potest illum ad ordines admittere, non data prius dispensatione expressa.

7 Quo pacto nec obstant alia, quæ possunt hic cumulari ex dictis *in relata q.* 4. *vers. ad secundam*, etiam de Papa dispensante cum Monacho illegitimo solo facto. Nec dicta *supra q. à n.* 1. de Papa dispensante quoad ordines, vt non intelligatur dispensare quoad beneficia ex *n.* 30. & *quæst.* 7. vt nec dicatur dispensare, vt obtineat pensionem Ecclesiasticam; quia illa procedunt in Papa, qui certo certiorari non potest facile de qualitate subiecti, secus de Episcopo dispensante cum suo subdito: nam eo ipso quod dispensat ad ordines minores, censetur dispensare quoad simplex ex dictis *quæst.* 8. *à n.* 1. & patet ex his, quæ dixi de Prælato Religionis dispensante cum subdito illegitimo; ex adductis *ibi dict. quæst.* 5. in *vers. ad quintam.*

8 Ad secundam quæstionis partem, an possit Episcopus dispensare cum illegitimo ad pluralitatem beneficiorum simplicium? Et adiandis, hic quæ de dispensatione Pontificia supra diximus *à quæstio.* 5. nunc breuiter respondetur, vt non possit Episcopus dispensare super pluralitate beneficiorum simplicium cum illegitimo eoquod textus *in dicto cap.* 1. *hoc tit. in* 6. qui loquitur in singulari ibi: *& obtinere beneficium, cui cura animarum non imminet*; & sic cum simus in materia prohibitiua, non extendatur ad plura per *cap. gaudemus de diuortiis*, docent in terminis Dominicus *n.* 8. Franc. *n.* 4. *in cap. fin. dict. tit. lib.* 6. Siluester verb. *beneficium* 3. *n.* 17. Armilla *eodem verb. n.* 32. Valcoña *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 9. *puncto* 3. *de secunda specie irregularitatis*, Toletus *in summa lib.* 1. *cap.* 51. *ad finem*, Zerola *in praxi p.* 1. verbo *ordo* circa finem, Emanuel Sa, verb *beneficium n.* 19. Azor. *p.* 2. *moral. lib.* 6. *cap.* 3. *q.* 12. idem tenens quando vnum non sufficit ad sustentationem, & ait Nauar. *cons.* 16. *de prebend.* quod ex dispensatione ordinarij non potest illegitimus obtinere, nisi vnum simplex, & primum, quod sibi conferretur.

Ego inquam sequor dictam sententiam, etsi videantur sentire contrarium glossa *2. in dicto cap. fin. hoc tit. lib.* 6. Selua *de benefic.* 3. *p. q.* 13. *n.* 19. & cum eis Menochius *de arbitr. lib.* 2. *casu* 501. *n.* 56. de quo Videndus Garcia *de benefic. p.* 8. *cap.* 3. *n.* 4. & 5. qui etiam docet *p.* 7. *cap.* 2. *n.* 50. non aduertens dictum Nauarri, quod nec ego admitto, cum verius sit, vt licet non possit sic dispensatus, siue à Papa, vt dixi in *dict. q.* 2. & in aliis, siue ab Episcopo multa simplicia beneficia retinere simul tamen, si primum adeptum dimittat, non est cur prohibeatur, vt possit semel dispensatus secundum simplex obtinere; imo & forte, vt aliqui sentiunt duo simplicia insimul, quando vnum non est sufficientis congruæ, vt aliqui supra dixerunt de dispensato à Papa. 9

Ad tertiam quæstionis partem an dispensatus à Papa ad obtinendum vnum beneficium simplex, possit, vt obtineat aliud ab Episcopo dispensari? Et in hoc dubio videtur respondendum ex proxime adductis, obstante pluralitate: sed video Campanilium *in diuersorio Iuris canon. Rub.* 11. *cap.* 13. Barbosam *de offic. Episcopi dicta alleg.* 45. *p.* 5. *n.* 36 Riccium *in praxi aurea resol.* 64. tenere vt possit Episcopus sine alia dispensatione illi conferre aliud beneficium simplex: nam ex quo per dispensationem Pontificiam habilitatus fuit ad beneficium simplex, dicetur etiam habilitatus ad cætera simplicia sibi conferenda per Episcopum, dummodo Ius non resistat, vt sunt duo beneficia simplicia. 10

Adhuc ex eo quod sic dispensatus per Papam strictè ad vnum simplex tantùm admittitur, vt *in dicta quæst.* 5. diximus *nisi*, vt ibi, videtur defendi posse contrariam sententiam; vt certa inquam semper erit in dispensato à Papa, vt possit habere quodcumque beneficium curatum: nam si virtute dispensationis vnum fuerit assequutus, non poterit, illo renunciato, virtute eiusdem dispensationis alterum assequi; ab Episcopo scilicet, vt ego intelligo Barbosam *in dicto numero* 36. *in fine*, Cardosum *in praxi Iudicum* verb. *dispensatio numero* 19. † Etenim vt aduertunt Simon *de reseruat. q.* 64. *n.* 6. Mascbr. *in praxi habendi concursum præd.* 25. *in princ. n.* 4. *secundum Romanam impressionem*, Barbosa *in pastor. dicta alleg.* 45. *p.* 2. *n.* 19. sub vers. *in huiusmodi*, si illegitimus aliquod beneficium simplex obtinuerit à Papa, nequiret Episcopus cum illo super huiusmodi illegitimitate dispensare, propter appositionem manus Papæ. 11 12

Ad quartam, an possit Episcopus dispensare cum clerico coniugato? In quo dubio breuiter respondetur, vt non possit; quia hoc non reperitur expressum in Iure, vt sentiunt Abbas *in cap. Ioannes de clericis coniug. n.* 7. Selua *de benefic.* 1. *p. q.* 7. *n.* 18 Lambertinus *de Iure Patr. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 7. *art.* 3. *n.* 8. Probus ad Monachum *in cap. nullus* 13

de

de temporib. ordinat in 6.n. 14. *&* 15. & cum
Oſtiens,Cardinali , & Abbate *in d. cap. Ioannes*
Hojcda *de beneſic.n.*77.Flamin.Pariſ.*de reſignat.*
*beneficior.lib.*4.*q.* 2.*n.* 29. Henriquez *in ſumma*
*lib.*13.*cap.* 10. §. 1. *in textu & gl.ſſa littera K.*
Goncalez *ad regulam menſium* 9.*lib.*2.*n.* 69. di-
centes,vt coniugati,non poſſint,ex diſpenſatione
14 Epiſcopi habere etiam beneficium ſimplex † quia
Epiſcopus non diſpenſat contra Ius,niſi in caſi-
bus in iure expreſſis,vt latè probat Nicolaus Gar-
cia cum infinitis *de beneficiis p.*11 *cap.*5.*n.* 344.
ſunt inquam coniugati,qui ordinati prohibentur,
incapaces beneficiorum , *cap.*2.*dict.cap. diuerſis*
fallaciis,& cap.cum decorem, de clericis coniug.
cap. vnico. verſ. *in cæteris autem eodem lib.* 6. de
quo DD.Barboſa *ibi* cum infinitis,Lambertin.*ſu-*
pra,Capra *reg.*97.*à n.*23.Hojeda,& Flamin.*ſupra*
Thomas Sanchez *de matrim.lib.*7.*diſp.*42.*n.* 14.
& Gonzalez,ac Garcia *de beneſic.p.*7.*c.*5.Leſſius
*de Iuſt.lib.*2.*cap* 34.*dub.*21.adeo,vt beneficia an-
te matrimonium obtenta,amittant,Garcia *vbi ſu-*
15 *pra,& in dicta p.*11.*cap.*8.cum infinitis † imo vt
addit Cæſar de Graſſis *deciſ.*91. *&* 114. procedit
etiam in adminiſtratione , quæ perſonæ Eccleſia-
ſticæ aſſignatur,cuius etiam incapaces ſunt con-
16 iugati , licet non ſit beneficium † Et idem San-
chez *dict.lib* 7.*diſp.*44.*n.fin.*aſſerit clericum con-
iugatum incapacem eſſe penſionis , quæ titulo
clericali auferri ſolet , niſi ex Pontificis diſpenſa-
tione.
17 Vnde rectè Barboſa *in cap* 2.*de clericis coniug.*
*n.*2.*in fine*,dixit cum eodem Flaminio,Silua,San-
chez *diſp.*42.*n.* 18. Garcia *dicto cap.* 5. *p.* 7.*n.*4.
Epiſcopum minimè poſſe cum coniugato diſ-
penſare , vt habeat beneficium Eccleſiaſticum
etiam ſimplex, quibus addo Valerium Reginald.
*in praxi fori pœnit.lib.*30.*num.* 129. Molfeſium
*in Theologia morali tract.*6. *cap.*7. *n.* 27. eundem
Barboſam *de officio Epiſcopi dicta alleg.*45. *p.* 2.
18 *n.*35.†abſque eo vt obſtet idem Thomas Sanchez
*d.lib.*7.*diſ.*44.quatenus dicit,vt licet non poſſit
habere beneficium in titulum ; poſſit tamen illud
habere ratione ſtipendij , aut alterius miniſterij
temporalis , cum hæc obiectio loquatur in caſu,
cuius eſt capax laicus,vt alibi dico latè,cumque ex
*d.c.*1.*hoc tit.l.b.* 6. ſolum permittatur diſpenſatio
cum illegitimo ad ordines minores,& beneficium
ſimplex,vt latè dixi *quæſt.præced.*quæ ante de iure
erat ei prohibita,ſequitur,vt nec in caſu noſtri du-
bij queat cum coniugato diſpenſare ; quia talis
diſpenſationis facultas reſidet tantùm in Papa,qui
ſolus poterit diſpenſare ad qualecumque benefi-
cium obtinendum,à coniugato , vt dixerunt Fla-
min.*de reſignat.lib.*4.*q.*2.*num.* 28. cum infinitis
Thomas Sanchez *dict.lib.*7.*de matrim.dict.diſp.*
42.*n.*18 Barboſa *in dict. cap. diuerſis de clericis*
*coniug.n.*3.
19 Ad quintam quæſtionis partem, an diſpenſatio
præſumatur , ſi illegitimus in habitu , & tonſura
incedat?Et quia DD.diſcrepant,& multi affirment
per regulam de triennali , de qua dixi *in Rub. de*
*cauſa poſſeſſ.& prop.q.*7.*ex n.*25.vbi ad quid iuuet
annalis poſſeſſio.Et quia regula de triennali, quâ
nititur hæc ſententia,nempe, vt non ſit verifican-
da,& probanda. elapſo triennio , diſpenſatio alle-
gata pro illegitimo ſolùm ſubſiſtit,nec opperatur
effectum , niſi quoad poſſeſſionem , & fructus
dumtaxat,vt comprobat Campanilus plutibus de-
ciſionibus *in diuerſorio Iuris canon Rub.*11.*c.*13.
20 *n.*107. ideo exiſtimo ſubdiſtinctione componi ,
nempe,vt ſi decennio ſaltem illegitimus in bene-
ficio ſteterit , vel beneficia incompatibilia poſſe-
derit in præſentia ſui ſuperioris , credatur illum
Iuſto titulo intrari,& diſpenſationem obtinuiſſe ,
vt optime ex Rota *deciſ.*4. incipit fuit *concluſum*
*n.*8. *p.* 2. *diuerſ.* Barboſa , qui id non admittit in
alio minori tempore *dict.alleg* 45.*in paſtor.ſub n.*
34.*in fine*,per illa,quæ tradunt Riccius *in praxi*
*fori Eccleſ.deciſ.*70 *in* 1.*edit.& reſol.* 593.*in* 2.
edit. Flamin.*de reſignat.lib.*3.*q.*6.*n.*74.cum præ-
ſumatur tanto tempore à propriis Epiſcopis ſci-
tum,& quod non annuiſſent,niſi vidiſſent diſpen-
ſationem,& quod alioquin prohibuiſſent inhabi-
lem miniſtrare,ſine incapacem obtinere beneficia,
aut ſine titulo.
Quare etſi per Rotam in vna Hiſpalenſ Ca- 21
nonicatus *deciſ.*780.*lib.*5.*p.*3.diuersè fuerit deci-
ſum teneri ſe clericum per litteras probare,& diſ-
penſationem remouentem natalium defectum an-
teceſſiſſe ; & quia diſpenſationem allegans eam
probare teneatur,cum non præſumatur,vt dicunt
in terminis Bellamera *conſ.*10. *num.*43. Maſcard.
de probat.concluſ 523.*ſub n.*6.Menoch. *de præ-*
*ſumpt.lib.*1.*q.*132.*ſub n.* 72. Surdus *conſ.* 45. *n.*
72.† Tamen vt dixit *ſupra* Campanilus illa deci- 22
ſio obtinet tantùm reſpectu proprietatis , hoc eſt
validitatis,ſeu inualiditatis beneficij, aut collatio-
nis beneficij;non verò reſpectu poſſeſſionis cleri-
catus,ſeu beneficij , in quo operatur dicta regula
de triennali , de qua videtur loquuta alia deciſio
Rotæ Romanæ, quam memorat additio ad alte-
ram Rotæ deciſionem II.incip. *Voluerunt Domi-*
ni,ſiue 18.*n.* 8. *hoc tit.*in nouis ; quia ex longa
poſſeſſione beneficij,exoritur præſumptio,& quod
diſpenſatio interceſſerit,vt tenent Flores de Mena
*variar.lib.*3.*q.*23.*n.*25.Gomez *uper regula can-*
cel. de triennali q 0 verſ.*nec obſtat.*vbi quod li-
ceat execrabilem allegare diſpenſationem,ſi trien-
nio poſſedit;eo quod ea regula iubet etiam execra-
bilem,quod verum credo ad poſſeſſionem clerica-
tus,& beneficij, non ad titulum præſumendum ,
& ſi videatur aliud à me dictum *in dicta Rub.de*
*cauſa poſſeſſ.à n.*29. *&* 21. vbi videtur coæquari
poſſeſſor triennalis cum decennali, quia ibi nihil
dictum eſt de præſumpta diſpenſatione illegiti-
mitatis ex illo tempore,ſed tantùm de præſumen-
do titulo in triennali pacifico poſſeſſore , & in
decennali,alias non impedito illegitimitate. quod
minus eſt. Et pro praxi ſe nodatione ad hoc du-
bium applicabis dicta *infra in hac quæſt.* verſ.
Deinde
Ad ſextam quæſtionis partem , an illegitimus 23
diſpenſatus ad ordines , & beneficium per pro-
prium Epiſcopum , poſſit virtute illius diſpenſa-
tionis obtinere beneficium à quocumque alio
Epiſcopo?Et Reſpondeo affirmatiuè quod poſſit,
ſcilicet in diuerſa Diœceſi beneficiari , DD per
textum *in cap.cum olim de cle ic coniug.*vbi Ab-
bas *n.*1. Maiolus.*de irregularit. lib.*4 *cap.* 8.*ſub*
n. 8. verſ.*proderit etiam, & n.*9.Lotterius *de re*
beneficiaria lib 2.*q.*48.*n.*143.ex quo dicto patent
reſoluta à *quæſt.* 8. præcedenti de diſpenſatione
Eoiſcopi cum illegitimo ad ordines minores, &
beneficium ſimplex.
Pro complemento notant aliqui quod diſpenſa- 24
tio debet fieri expreſſe ante promotionem ad be-
neficium:nam Epiſcopus promouendo illegiti-
mum,non cenſetur cum eo diſpenſare ex commu-
ni opinione,de qua teſtatur Rebuffus *in praxi tit.*
*de diſpẽſatione ſuper defect.natal.n.*9.Lotter.*de re*

beneficiaria dictæ lib.2.q.48.n. 144. sed quid ta-
men de facto, dando ei beneficium, num dispen-
sasse intelligatur, licet respectu ordinum iam sit
explanatum *supra à n.* 1. & non respectu bene-
ficij, si simplex sit, videtur idem dicendum, cum
illud factum; quod sufficit ad tollendam illegiti-
mitatem respectu ordinis, idem operetur respectu
beneficij, & quia Episcopus non debet excedere
à Iure sibi concessæ potestatis limites; ideo eam
non porrigat, nisi iuxta propositum *in dicta
quæst.*8.*& in hac à n.* 1. vti notanter dicunt Ge-
minianus *in dicto cap.* 1.*hoc tit lib.6.num.*5.Bar-
bosa *dicta alleg.45.anm.*19. sub vers. *promate-
ria.*
26 Sed num possit dispensare cum illegitimis
quoad beneficia paterna intra limites *dicti cap.*
1.*hoc tit. lib.* 6. expendo *infra* in tractatione se-
27 quenti.
Item notandum est quod dispensatus ab Epis-
copo, & promotus ad minores ordines, & sim-
plex beneficium, si post modum, tacito defectu,
impetret dispensationem super pluralitate talium
beneficiorum, dispensatio sit nulla: sic Barbosa
in cap.fin.hoc tit.lib.6. ex glossa *ibi*, verbo *sedem*
ibi idem credo in Episcopo, vt traddit Sanchez
de matrim.n.8.lib.7.disp.22. vbi & *à n. 6.* agit de
mentione facienda in secunda dispensatione pri-
28 mæ, & quod aliàs secunda non valeat. † Et no-
tat Franc Tondutus *infra* citatus.*cap.8.n.6.& 7.*
dum agens de simili dispensatione, in secunda di-
cit quod debet fieri mentio de prima, addens,
quod si noua dispensatio non petitur, impetratio
sine expressione dispensationis sit valida, vt di-
cit Rota *in decis.3. hoc tit. in antiquis* Garcia *de
benefic.p.7.cap. 2. num.73.* aduertit enim vt non
omittatur in impetratione mentio aliorum bene-
ficiorum per impetrantem obtentorum, cum
omissio talis expressionis nullam sine dubio red-
deret illam impetrationem *ex cap.si motu proprio
de prab. lib. 6.clem. 2. de officio ordinar.* & si in
hoc erratum fuisset (ait Tondutus) adhiben-
dum esse remedium per nouam prouisionem.
Deinde pro complemento notandum est, vt
29 non teneatur Episcopus, seu ordinarius procedere
in dispensationibus cum illegitimo ad ordines,
& beneficium simplex in forma Iudicij; sed vt
sufficiat sola informatio extraiudicialis, quan-
do nullus adest contradictor, & in commissione
non adest clausula, *vocatis vocandis*: sic Puteus.
decis.140 n.1.& 2.in nouis, alias *decis.*154. Gon-
zalez *ad regul.* 8. *cancel.* §. 9. *glossa* 1. *in annot.*
30 *num.*10. Francisc. Tondutus *lib.1.quæst. can.c.*8.
*num.*3. vbi addit quod si Episcopus in collatione
clericatus fecerit mentionem de dispensatione
illegitimitatis facta ab ordinario, seu Papa, non sit
necesse ei, cui sic collatio facta fuit docere de ali-
qua processura Iudicialiter, aut extraiudicialiter
super dispensatione facta, cum de iure præsuma-
tur collationem ordinum ab Episcopo rite, &
rectè & seruatis seruandis factam fuisse & ab
ipso dispensationem examinatam. † Nam dum
31 Episcopus in litteris ordinum, seu clericatus no-
minat promouendum filium naturalem à summo
Pontifice dispensatum, non tenetur promotus
Iustificare illam enunciatiuam. † quia in extra-
32 iudicialibus semper præsumitur quod interue-
nerit solemnitas ad talem actum requisita, & quæ
spectat ad officium exercentis talem actum, In-
nocent. *in cap.inuenit sub n.4. de eo, qui furtiuo
ord nes suscepit* Ferretus *cons.* 621.& quod ante
præcesserit informatio, tamquam necessarium
antecedens, Franc. Tondutus *supra n. 4. & 5.*
qui alia dicens & *nu 6.& 7.* ibi similiter non esse
opus quod in impetratione beneficij fiat aliqua
mentio de dispensatione iam sortita effectum, &
per ordinarium, dum primam tonsuram contulit
executioni demandata, cum omnes actus, qui
fiunt in consequentiam siue sacros ordines siue
beneficia conferendo, fiant tantùm in executio-
nem ordinis præcedentis: sic enim Rota in anti-
quis *decis.3.hoc tit.*

QVÆST. X.

*An filius in dubio præsumendus sit natura-
lis, hoc est natus ex concubina, an vero
spurius, hoc est natus ex coitu damnato
& punibili ad effectum narratiuæ pro
dispensatione consequenda illegitimita-
tis & an tollatur irregularitas illegiti-
mitatis, non solùm dispensatione, aut pro-
fessione, verum per morum probitatem,
scientiam, & alias illegitimi detest?*

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus natus potius intelligitur naturalis, quàm spurius, contra aliquos* numero 6. & 7.
2 *Filius genitus in sacerdotio, non præsumitur qui filius sacerdotis existit.*
3 *Filius naturalis natus dicitur ex parentibus, inter quos matrimonium contrahi poterat.*
4 *Delictum non est præsumendum.*
5 *Malum minus, & quod minorem maculam aspergit, est præsumendum.*
6 *Virgo in dubio mulier præsumitur, &* num.8. & 9.
7 *Concubinatus, vt Iustus sit requirit quod mulier non sit vilis conditionis.*
8 *Natus vt quis præsumatur ex stupro, vel adulterio, multa requiruntur.*
9 *Mulieris assertio stuprata dicentis cum iuramento, se virginem, creditur.*
10 *Dispensatio illegitimitatis cum qua narratione sufficiat.*
11 *Illegitimi ex canonibus antiquis admittebantur ad ordines, si merita eis suffragarentur. Hodie non sic, nisi professione, aut dispensatione, vt* n.11.
13 *Illegitimitatis irregularitas posita & propter vitiosam originem, qua reputatur quadam vilis conditio, quæ non purgatur per pœnitentiam.*
14 Cap.3.vsque ad 9.dist. 56.

AD primam difficultatis partem, & si Natta *in cons.421.nu.* 10. Alciatus *de præsumpt. reg.2.præs.5.n. 4.& responso* 123.*n.* 10.*&* 268. *num.* 2. *&* 269. *num.*2. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumptione* 54. *num.* 2. *& in cons.* 60. *num.12. lib.* 1. dicant spurium potius esse præsumendum. Nihilominus existimo vt in dubio talis sic natus præsumatur naturalis, & non
spurius

ſpurius,ex eo quia ex regula textus *in cap. 2. hoc*
2 *tit.* † *& cap.veniens,de accuſat* patet non præſumi
quempiam genitum eſſe in ſacerdotio,licet ſacerdotis filius exiſtat.

3 Et quia iuxta modum, & vſum loquendi Iuris
canonici receptum quidem eſt ſufficere, vt filios
ſit naturalis eum natum ex iis, inter quos matrimonium contrahi poterat,vt patet etiam Iure Regio ex addnctis *ſupra in Rub.*de quo ſunt videndi Couar.*de ſponſalib.in* 2. *p. cap.* 8. §.4.*in princip.* Sarmient. *ſelect. interpret. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 2.

4 Tertio quia delictum non eſt præſumendum, *l.
merito ff.pro ſocio,*ſed maius delictum eſt, vt dixi
ſub *dicta Rub.*ex coitu damnato,& punibili naſci,quàm ex concubitu lege ciuili non prohibito; ergo, & hanc ſententiam firmiſſimè teneot Bald. *in conſ.*448.*num.*4.*lib.* 1. Craueta *in conſ.*238. *n.* 2.*&* 166. Alciatus *in conſ.*58.*lib.* 9. *num.* 13. *&* 158. *n.* 3. *eodem lib.* Simon Pretis *in conſ.* 127. *num.*8.Zephalus *in conſ.*608.*n.*10.*lib.*4.Hypolitus Riminald.*in conſ.*157.*num.*109.*lib.*2. Couar. *ſupr.dict.cap.*8.§.3.*in princ.*Faquineus *lib.*3.*cont.*
5 *cap.* 43. & alij † & ex eo etiam quia minus malum eſt præſumendum, & quod leuiorem famæ maculam aſpergit:argum.text.*in l.ſi præſeſſ.ff.de pœnis,*& ſic ſequuta eſt Rota Romana vt patet ex *deciſ.*808.*p.*1.nouiſſim.

6 Nec obſtant DD. adducti contrarium dicentes;eo quod cum in dubio mulier virgo præſumatur ex traditis per Abbatem *in cap.* 1. *de adult.* Clarum *in* §. *ſtuprum.* verb.*ſed pone*, & conſequenter præſumatur extuprata; & ſic ex ſtupro natus filius inde in dubio natus ſpurius Iudi-
7 cetur † præcipue ſi conſideremus vt Iuſtus ſit
concubinatus requiri, quod mulier non ſit vilis
conditionis,& vt ſit ſola,nec cum alio rem habuerit, & vt proteſtatio præceſſerit,ſicut explicat di-
8 ligenter Grammat.*vot.* 4. † quia reſpondetur ex
ſimili modo multa requiri in facto,vt quis etiam
præſumatur ex ſtupro, vel adulterio, aut alias damnato coitu, quæ quo grauiora, & turpiora ſont, eo minus præſumenda videntur ex fundamentis noſtræ ſententiæ. Nec adductum Panormir.& Clari,quia iſti DD. loquuntur in caſu, vbi mulier ſe virginem fuiſſe aduerſus ſtupratorem allegat; quo in caſu in odium,& præjudicium de-
9 linquentis, mulier præſumenda eſt virgo. † Et
quia aſſertioni mulieris ſtupratæ cum iuramento
ſe virginem eſſe tempore ſtupri,creditur,quia talis aſſertio habet præſumptionem naturæ pro ſe: ſic Faquin.etſi non ita clarè *ſupra,* Barboſa *in dicto cap.*1 *de adulter.*Farinac.*in crim. q.* 147. *à n.* 135.cum Tuſcho,Gutierrez Menochio, & aliis, Rota apud eundem Farinac. *deciſ.* 74.*num.*6.*p.* 4.*ſua praxis crimin.* & ex Regnicol. Salced. ad Bernard.Dies *in pract.cap.*86.verſ *nec ab huiuſmodi,*Didac.Peres *ad Rub.tit.*13.*lib.*7.*ordin.pag.* 279.*col.*1.verſ.*dubitatur.*

10 Itaque ad effectum diſpenſationis conſequendæ, ſufficiet dicere diſpenſandum ſe illegitimum eſſe abſque eo qood addat ſpeciem illegitimitatis cum eo in caſu non requiritur ea expreſſio illegitimitatis,de qua diximus *hic ſub q.*6.verſ.*ad quartam,*in verſ.*& confirmatur,*& *q.* 7. verſ. *ad vltimam,*& *q* 9.verſ.*item* in fine,ibi enim non erat in dubio diſpenſandus de qualitate ſuæ illegitimitatis.

11 Ad ſecundam quæſtionis partem, etſi Innocentius III. *in cap. innotuit de electione* ex profeſſo diſputans, videatur affirmare cum aliquibus ex antiquis referens antiquos canones non prohibere vndecumque genitos ad quoſcumque ordines promoueri, dummodo merita eis ſuffragentur;id eſt religioſi fiant, vel ſi paternam incontinentiam non imitentur, & Gratianus ſequatur propter illos canones, qui habentur, præcipue *in* 56. *diſt. à cap.* 3. *ad* 9. *& in cap.*12. *&* 13. de quo Latè tractat Albertus Tertius *lib.* 2.
de vero, & perfecto clerico cap. 2. † ſed hodie 12
reuera ex *diſt. cap.* 1. *hic*, & ex aliis addnctis
non admittitur hæc irregularitatis ablatio, niſi profeſſione religionis, aut diſpenſatione Pontificis, ſeu Epiſcopi,eo modo, quo diximus *ſupra q.*8. *&* 9. & quia oppoſitum eſt contra *dict. cap. innotuit,& cap.litteras hoc tit.*in quibus non obſtante ſcientia, & morum probitate, adhibetur diſpenſatio ad obtinendas Dignitates, & ordi-
nes. † Et quia cum irregularitas illegitimitatis 13
fuerit impoſita ſpecialiter propter vitioſam originem, quæ moraliter reputatur quædam vilis conditio,& infamia, quæ non purgatur per pœnitentiam vel quancumque bonam vitam, vt tradunt gloſſa *in cap.de his de accuſat.*Tyraquel. *de moderand. pœnis*, ſequitur, vt contraria ſententia non ſit practicanda in hac irregularitate, vt docent communiter DD. moderni, interquos Suarez omnino videndus *de cenſ. diſp.* 50. *ſect.* 3.*in fine*, Filiucius *de irregul.quæſt. fin. cap.* 5. Palaus *diſp.* 6. *puncto* 9. *in fine*, Leander *tract.*
1. *de irregul. diſp.* 3. *quæſt.* 79. † Dicentes ca- 14
nones illos antiquos intelligendos eſſe, intercedente diſpenſatione, dignos eſſe ordinibus propter bonos mores.

AD TEXTVM IN CAP. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII XIII. XV. XVI. & XVII. hoc titulo. Et in cap. XV. Trident. ſeſſ. 25. & Clem. conſt.

Secunda pars noſtri tituli pertinet ad prohibitionem, ne filij Clericorum in Eccleſia aut officiis paternis ſuccedant, quæ in his, & aliis Iuribus infra referendis inſinuatur.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Filij Clericorum, ne ſuccedant in Eccleſiis, vel officiis parentum ſub diuerſis temporibus,expenditur,vt* n.2.3.4.5.

2 *Filij Clericorum Iure Decretalium, etiam legitimi, non poterant ſuccedere in Eccleſiis parentum immediatè, mediatè verò ſic. Quid? Conſt.*Clem.VII. *& poſtea* Trid. Concilio numero 3.4. & 5. *Et in quo differant à n.* 6. *& in quibus conueniant* numero 12.

3 *Filij Presbyterorum ex fornicatione nati nullo vnquam tempore obtinere poſſunt beneficia parentum,nec mediatè.*

4 Constitutio Clem. 7. anni 1538. & numero 3.

5 *Filij Clericorum non succedunt in Ecclesiis parentum iam hodie quinque ex causis, vt n. 7. 8 9. 10. & 11.*

1 OMnium Iurium vna, ac eadem debet esse tractatio, licet sub diuersis speciebus casuum eum omnia tendant, vel ad prohibendum, ne filij Presbyterorum possint succedere patribus suis in beneficiis, aut officiis Ecclesiæ, aut è contra parentes filiis, vt etiam mitigatur. Et quia iste prohibitionis modus fuerit diuersus iuxta distincta tempora, scito ergo qualiter in quocumque tempore, facilis erit inquisitio cuiuslibet obiecti, Iudicij, ac intellectus.

2 Igitur dicendum est de tribus temporibus vnum Decretalium, de quo *hic in tit. nostro*, & in hi. tibus proxime adductis, iuxta quod filij Presbyterorum, etiam legitimi, non poterant immediatè succedere in beneficio patris, nisi ex dispensatione Papæ; mediate verò poterant succedere, vt habetur *in cap. ad extirpandas 11.* vbi quod filius etiam legitimus remouetur ab Ecclesia, in qua immediate successit patri, Vicario, vel Rectori, & *in cap. cum dilectus 17.* vbi non dispensat alius, quàm Papa, vt filius in Ecclesia Paterna immediate succedat, & *in capite ex transmissa 7.* vbi quod filius potest præesse Ecclesiæ, cui Pater præfuit mediatè, vbi DD. idem *in capite ex tua 9. cap. quoniam 10. cap. ad hæc 12. capite ad extirpandas 11. cap. Michael 13.*

3 Alterum iuxta constitutionem Clementis VII. de anno 1530. quæ in Bullario est 56. in ordine suarum constitutionum, cuius tenorem ponit Nauar. *in cap. si quando de rescriptis except. 21. in princ.* Gigas *de pensionibus quæst. 86.* de qua scribit Scortia *Theoremata 161. epitome 59.* & in hac statuitur, vt de cætero filij Presbyterorum ex fornicatione nati nullo vnquam tempore quo quomodo obtinere possint beneficia, quæ eorum Patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu vt aliis perpetuo vnita aliquando obtinuerunt; & sic nec immediatè,

4 nec mediatè † & quod illa constitutio habeter locum in Clerico non Presbytero deducunt DD. per illa verba: *& præsertim sacerdotum, & illa alia, quo Presbyteri, & clerici, & religiosi eorum patres &c.* & quod habeat etiam locum in filio nato ante clericatum, quia rationes militant, de quibus per Turrecrematam *in cap. Apostolicæ 8. quæst. 1.* & vt fuit resolutum per Rotam in vna Ariminens. S Pauli 17. Aprilis 1561. vt in decisionibus Orandini, & hoc siue beneficia fuissent cum cura, vel sine cura, secularia, vel regularia quorumcumque ordinum, quæ patres obtinuerunt in commendam, vel titulum, vel administrationem etiam ad tempus.

5 Vltimum, ac tertium tempus est S. Concilij Trid. *in dicto cap. 15. sess. 25.* in quo decernitur, quod vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo sacratis longissime arceatur, non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio in Ecclesiis, vbi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesiis quo quomodo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt habere. Quod si in præsenti scilicet tempore publicationis Concilij Pater, & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra Ecclesiam intra trium mensium spatium, aliàs ipso Iure eo priuatus existat, & super his quæcumque dispensatio subreptitia censeatur.

Videmus enim quantam mutationem hæc inter se tempora constituant, quasque differentias adstruant; & quod hæc conciliaris constitutio à Iure communi differat in quinque, responsum fuit à sancta congregatione, vt referunt Nicolaus Garcia *p. 7. cap. 3. num. 14.* Barbosa *in dict. Trid. decreto cap. 15.* Idem *in pastorali 3. p. alleg. 65. num. 2.* cum aliis. † Primo quod non solum ratione successionis, pro vt de iure communi, sed etiam ob incontinentiæ paternæ memoria inualuit hæc prohibitio. † Secundo quod vt talis memoria longissime arceatur, non solum immediate, sed etiam mediate contra Abbatem *in dicto cap. cum dilectus notab. 2. hoc tit.* † Tertio quod non solum prohibetur successio in eodem beneficio, sed in alio quocumque, vt etiam in dissimili, dummodo sint in eadem Ecclesia contra ius commune, de quo per Abbatem *in cap. ad abolendam post princ.* † Quarto quod nedum prohibetur filius obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinet, sed ministrare contra Ius commune, quod tantùm patri prohibetur ministrare, Abbas, *in cap. cum decorem hoc tit.* † Quinto quod nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ patentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filij contra ius commune; quo attento licebat parentibus renunciare beneficia ad fauorem tertij, imposita pensione soluenda pro filiis, vt multis rationibus resoluit Gigas *de pensionib. q. 86. n. 5. vers. prædictis tamen non obstantibus*, vt referunt etiam Barbosa, & Garcia iam adducti, Riccius *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. 327. p. 4.* Fr. Sigismundus à Bononia *de elect. dubio 75. num. 7. vers. dubitari potest.* 6 7 8 9 10 11

Conueniunt tamen Trid. decisio, & const. Clem. 7. in eo, quod sicut dicta constitutio habet locum in filiis naturalibus procreatis ante clericatum; ita etiam dictum decretum, vt probat Garcia *dicto cap. 5. numero 15.* ex sequentibus verbis, *qui non ex legitimo matrimonio*, & S. Congregatio censuit his verbis *hoc decretum habet locum in filiis naturalibus procreatis tempore, quo parentes eorum nondum erant effecti Clerici.* His breuiter præhabitis iam oportet quod per quæstiones integra harum decisionum disquisitio plus pateat. 12

QVÆST.

QVÆST. I.

An illegitimus (supposita dispensatione) possit habere beneficium, in quo fuit beneficiatus eius pater, qui tempore concilij iam erat mortuus, vel resignauerat? vel obtinere illud beneficium, quod olim pater possedisset, sine legitimo titulo? vel si pater eius habuit tantùm titulum, & prouisionem beneficij, non autem possessionem? seu an filius clerici prohibeatur obtinere beneficium, vel seruire tamquam Capellanus amobilis in Ecclesia, in qua eius pater tamquam Capellanus amobilis, seu vicarius temporalis seruiuit? vbi de multis casibus.

SVMMARIVM.

1 *Trid.* sess.25.cap.15.n.2.3.4. 5. 6. & 7. *& sub Rub.ex* n.5.

4 *Filius illegitimus (supposita dispensatione) poterat habere beneficium, quod pater habuit, si iam erat mortuus, vel renunciauerat, &* n.5. *& adducuntur quatuor declarationes, relata,* n.6. *Extenditur ad plures casus, vt* n.7.

5 *Res, quæ culpâ caret, in damnum venire non debet.*

7 *Filius clerici ante Concilium, in quibus casibus potuerit habere beneficium in Ecclesia patris, non obstante publicatione Tridentini.*

8 *Filius Presbyteri nequit beneficiari in Ecclesia, in qua pater tantum habuit possessionem beneficij sine legitimo titulo, & quare* n.9. *nec vbi aliud pater possederit* n.10.

11 *Ius in beneficio per titulum, & collationem acceptatam, censetur quis habere ante adeptam possessionem, &* n.12. *fallit vt à* n.13.

12 *Ius plenum in spiritualibus ex solo titulo acquiritur.*

13 *Filius non prohibetur beneficiari in Ecclesia, in qua eius pater habuit titulum sine possessione, &* n.14. *fallit quando eius pater per Procuratorem possessionem adeptus sit, nec vnquam in Ecclesia resideat, vt* n.15.

14 *Pater non dicitur habuisse beneficium, nisi habita possessione.*

15 *Beneficium, aut canonicatus dicitur obtinere, qui per Procuratorem illud possedit.*

16 *Filius nequit beneficiari in Ecclesia, quæ soror est alterius, in qua pater habet beneficium, saltim si resideat in paterna, vt* n.17.

18 *Filius nequit beneficiari in Ecclesia, in qua pater habuit stallum in choro, etiam ratione Abbatiæ alibi habita à patre.*

19 *Filij illegitimi nequeunt ministrare, aut canere, ac officio sacristiæ fungi in Ecclesiis parentum, etiam si tantum pater inseruisset, vt cantor, vt* n. 20. *vel si de facto tantum habuisset beneficium, vt* n.21.

22 *Filius Presbyteri non prohibetur inseruire, vt Capellanus amobilis in Ecclesia, in qua pater, vt talis, aut vicarius seruiuit.*

23 *Illegitimus non prohibetur habere canonicatum, qui erat portio tempore, quo Pater illum obtinuit.*

24 *Illegitimus non prohibetur obtinere Ecclesiam filialem, dummodo non teneatur ministrare in Matrice, vt* n.24. *nec si pater in vtraque ministrauit, vt* n.25. *intellige, vt* n.27. *nam fallit vbi sunt separata beneficia.*

26 *Filius non prohibetur obtinere Ecclesiam vnitam, tamquam vicarius, etsi pater habuerit Ecclesiam, aut beneficium principale. Et hæc intelliguntur vt* n.27.28.& 29.

30 *Filius non prohibetur obtinere Episcopatum erectum ex parte Diœcesis, in qua eius pater fuit Archiepiscopus.*

31 *Filius illegitimus non potest obtinere Ecclesiam Cathedralem, nec seruire per substitutum, etsi eius pater fuerit beneficiatus.*

32 *Filius, & pater possunt celebrare in eadem Ecclesia, alter deuotione, alter causa legati.*

33 *Filius, & pater possunt processionaliter concurrere, vnus tamquam beneficiatus, alter vt capellanus diuersarum Ecclesiarum, limitatur* n.34.& 35.

36 *Filius illegitimus non prohibetur cum patre habitare, clerico, etsi aliqui Episcopi, & ordinarij prohibeant, vt* n.37.& 38.

38 *Clerici filius in Episcopatu Pampilonensi, prohibetur habitare cum Patre.*

39 *Filius illegitimus prohibetur succedere in capellania, quæ fundari solet pro parentela.*

40 *Filius Episcopi non prohibetur, habere beneficium in Diœcesi patris nisi in cathedrali.*

AD primam difficultatis partem videtur res- 1
pondendum de rigore Iuris, vt illegitimus
non possit habere beneficium, in quo fuit benefi-
ciatus eius pater, qui tempore Concilij iam erat
mortuus, vel resignauerat; sic vt non posset ea re-
tinere: ita Nauarr. *in cap. si quando de rescriptis in*
alternatiue.n.11.& 12.*ex folio* 59. qui interrogatus
ponens sententiam affirmatiuam *dict.n.*11. *in e-*
*odem n.*12. negatiuam fundat, primo ex causa finali
Concilij iam relata, *vt paterna incontinentiæ me-*
moria à locis consecratis longissime arceatur; quæ
memoria refricari videtur, quoties cernitur filius
esse beneficiatus in illa Ecclesia, vbi pater habuit
beneficium, etiam si iam ille mortem obiisset. † 2
Item ex illis verbis Concilij, *nec in illis Eccle-*
siis, scilicet in quibus Patres eorum fuerunt bene-
ficiarij, *quoquomodo ministrare*; & ita quod vetat
ministrare in habitis iam beneficiis: nam quod
obtinere nequirent prius dixit; & ita quod illa
verba essent superflua, inquit Nauar. nisi hoc sig-
nificarent, quod non esse dicendum ait per *cap. si*
Papa de priuileg. lib.6. l. si quando Cod. de inoffi-
cioso testam. ponderans quod Trid. in illis verbis
non disponit de re præterita, sed de vsu rei præte-
ritæ, qui est futurus; ad quod etiam idem posuit
plura, quæ possunt deseruire pro hoc fundamen-
to, *in dicto cap. si quando de exceptione postrema*
pro parte E. † Tertio quod illegitimus non po- 3
test post dictum Concilium obtinere beneficium
in Ecclesia, in qua Pater habuit etiam post 20. &
30. annos à morte illius elapsos. Quarto quod il-
lius capituli contextus significare videtur, non

fatis fieri ei, si pater relinqueret, vel permutaret beneficium suum, vt filius retineret suum, quia incontinentiæ paternæ memoria remanet; concludit ergo, vt non sufficiat patrem esse mortuum.

4 Nihilominus tamen contrarium sequuntur Barbosa *in pastorali 3.p.alleg.65.n.10.* Armendarus, *in addit.ad recopil. legum Nauarra lib. 1. tit.19.lib.1.de filiis Presbyter.num.* 10. Nicolaus Garcia omnino videndus *dict.p. 7. cap. 5. ex n. 40. ad 53.* vbi plures decisiones, & declarationes referens S.Congreg. *ibi à n. 43. & 44.* sequitur affirmatiuam sententiam ex eo quod decretum Concilij non respicit præterita sed futura ex *l.leges 7.Cod.de legib.cap. 2. & fin. de constit.* vbi DD.& ego late scripsi, & probat ex versiculo dict. Trid *quod si in præsenti pater, & filius in eadem Ecclesia obtinere reperiamur &c.* Vbi Concilium solùm cogit filium resignare, quando tempore Concilij pater, & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinebant: concludit enim, vt si tunc pater iam erat mortuus, vel resignauerat, filius rectè poterat beneficium retinere, tenent etiam Salcedo in praxi Manuel. Rodriguez & alij nec dissentit Nauarrus dum in fine *dicti n.12.* postquam dixit quod prima sententia grauioribus nitatur fundamentis, & de rigore Iuris sit verior; æquum tamen videri quod S.D.N. dispensaret expresè, vel dissimulando eis ob multitudinem, quæ solet esse causa relaxandi rigorem, *cap. vt constitueretur. 50. dict. & cap. commessationes 44. dist.* & refert sic tunc audiuisse cœptum fuisse à Pio IV. erga nonnullos.

5 Et confirmatur hæc vltima sententia ex regula Iuris, qua habetur, vt res, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit, *dict. cap. 2. de constit. cap. proposuisti* 82. *dist.* & ex eo quod casus omissus habetur pro omisso ex *l. commodissime ff. de liberis, & posthum.* & quia durissima res videtur, vt tot viri præstantes, qui magnis impensis per regressus, & coadiutorias, magna beneficia, sunt assequuti, mortuis iam patribus, vel absentibus, Ecclesiis teneantur dimittere illa, à quibus eorum honor, & victus pendet, vt etiam considerauit Nauarrus *supra dicto n.11.*

6 Quare optimo Iure in corroborationem processerunt declarationes quatuor sequentes, quas adducit in proposito idem Garcia *dict. cap. 3. p 7. dict. n. 43.* in sequentibus verbis. Prima *filij Presbyteri decreto hoc Concilij Trid. non prohibentur retinere beneficium legitime obtentum in eadem Ecclesia, in qua fuit beneficiatus eorum Pater, qui ante publicationem eiusdem Concilij è vita migrauit.* Secunda. *Patre ante Concilium mortuo, non tenetur eius filius illegitimus, qui in eadem Ecclesia aliud beneficium obtinet, illud resignare, quia hoc decreto tantùm prohibentur in futurum obtinentes.* Tertia, *caput hoc cuius vigore filij illegitimi arcentur à beneficiis, quæ in Ecclesia sunt, in qua fuit beneficiatus eorum pater, locum non habet, nisi in filiis, qui, mortuo Patre, beneficia in eadem Ecclesia, impetrare volunt, & in illis, qui vna cum Patre in præsenti reperiuntur obtinere in eadem Ecclesia,* Quarta Episcopo Illerdeo. *Concilium Tridentinum in decreto de filiis Presbyterorum, qui non possunt habere beneficium in Ecclesia, in qua habuit eorum Pater ad præsens mortuus, non ligat eos, qui obtinuerunt ante publicationem Concilij Trid. beneficium in Ecclesia, in qua habuerat, vel tunc temporis habebat eorum pater,* addit *n.44.* quod sunt aliæ ad idem declarationes, quas consulto omisit; sed tu post Garciam videbis, quas posuit Farinac. *in decis. Trid. p. 4.* Vbi agens de decisionibus, & declarationibus Trid. Concilij, ponit super illud caput multa notatu Digna idem Barbosa *super dict. cap. 15. Trid. n. 20.* applicabis *infra q. 4.* vers. *ad quartam* ibi *tertio.*

7 Et prædicta resolutio procedit etiam in eo, cui ante concilium fuit collatum beneficium in Ecclesia in qua pater, etiam si possessionem eius obtinuisset post concilium, dummodo per eum non stetерit, quo minus ante illam obtineret. Et etiam si ante concilium habuisset solum titulum, reseruatis alteri fructibus titulo, & denominatione, & post concilium cessasset huiusmodi reseruatio, & in habente regressum ante concilium reseruatum, qui cum habeat causam de præterito, non subiicitur dispositioni Concilij; quamuis post illud sortiatur effectum, vt in terminis fuit resolutum in vna Compostell. canonicatus 25. Iulij. 1574. alias in vna Virduen. Canonic. de anno 1589. quas ad litteram refert Garcia, *dict p. 7. cap. 3 de benef. n. 50. & 51.* & alias duas declarationes pro duobus primis casibus hic positis. *ibi n. 48. & 49.* vbi leges.

8 Ad secundam quæstionis partem, an filius Presbyteri queat beneficiari in Ecclesia patris, in qua ipse pater olim habuit possessionem beneficij sine legitimo titulo? Et licet videatur pro negatiua sententia standum, eo quod titulus sine possessione non præstet causam finalem Concilij iuxta proxime dicta. Nihilominus in proposito video DD absolutè tenentes, vt non possit filius ibi beneficium obtinere, cum militet etiam memoria paternæ incontinentiæ? † nam prouisione, & titulo, 9 imperto, ac possessione iam non erat modus qualiter à concanonicis beneficiatis, ac in Parochiis talis memoria separetur, viso filio cum beneficio, & præbenda in Ecclesia, in qua pater est, aut fiat intitulatus, etiam si possessionem litigiosam adeptus esset, vel nullam. Et huc spectat S.Congregationis declaratio in verbis sequentibus: *filius Presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim pater suus absque legitimo titulo, & minus pacifico, aliquam diu possedit, die 4. Decemb.* 1586 eam refert, & sequitur Nicolaus Garcia ex Vgolino *dicta p. 7. cap. 3. de beneficio à n. 58.*

10 Vbi addit quod nec poterit quis obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater aliud possederit, licet sine canonico titulo, docent etiam Armendarus *ad leg. Nauarra supra num.* 23. cum Barbosa *in pastorali*, Castrus Palao *in opere morali tom. 2. tract. 15. disp. 4. punct.* 2. iterum idem Barbosa *super can.* 14. cum Armend. *num.* 27.

11 Ad tertiam quæstionis partem, an comprehendatur filius Presbyteri in dicto decreto Trid. qui habuit titulum, non tamen possessionem. Et pro affirmatiua, vt comprehendatur videtur probari ex eo, nempe, quod per solam prouisionem, & titulum, seu collationem acceptatam, quis rectè dicitur habere beneficium, cum habeat Ius in re *c. si tibi absenti de præb lib 6.* etiam ante adeptam possessionem, vt per Rebuff. *in praxi super regula de non tollendo Iure quæsito glossa 6. n. 18.* Corras. *de benefic. p. 4. cap. 1. n. 14.* Simon. *de resignat. q. 55. &* 66. Couarrun. *lib. 3. var. cap. 16. n. 3. & 5.* Flaminius *de resignat. benefic. lib. 2. q. 16. n. 2. & lib. 10. quæst. 6.*

quæst.6.n.2. & 55. & 78.n.5. Molina *de Institia tom.1.tract.2.disp.2* vers.*dixi superius*, & *disp.3. in fine*, Gonzalez *ad regulam.8.cancel glossa.15. & 33.* Aloisius Riccius *in collect. decis.* 1658. *p.5.* sic vt ex illo textu notant Tyraquellus *de iure primogen.q.17.nu.11. & oppin.12.n. 2.* vterque Barbosa, Augustin. *in dicto cap si absentis n.4. & 5.*
12 Petr. *p.2. Rubrica ff. soluto matrim. n.85.* † quod in spiritualibus ex solo titulo absque traditione plenum ius transferatur. Deinde quia etiam hic militat innocentiæ causa, quam posuit Trid. sicut quando pater possedisset.

13 Adhuc in præsenti dubio dicunt Doctores, vt non comprehendatur filius eius, qui habuit titulum sine possessione; quia vt non dicitur obtinuisse beneficium adhuc vt comprehendatur sub prædicto decreto ille, qui fuit prouisus & litteris non expeditis, ac possessione nondum habita, cessit alteri, vt docent decisum, ac declaratum Nicolaus Garcia. *dicto cap.3. p. 7. de benefic. sub n.56.* in verbis sequentibus: *illum verò, cuius pater sola Romani Pontificis signatura sibi obtinuit conferri canonicatum eiusdem Ecclesiæ, sed nec Ecclesiæ, sed nec litteras Apostolicas expediuit, nec vnquam habuit possessionem, non comprehendi*s. & ibi *non dicitur habuisse adhuc, vt comprahendatur sub hoc capite ille qui fuit prouisus, & litteris non expeditis, & possessione non habita, cessit alteri:* ita etiam sequuntur Armendar *in dicta leg.1. ad leg. Nauarra hoc tit num. 22.* Campanil. *in diuersorio iuris canon. cap.13. n.67.* vers. *si vero*, Barbosa *in dicto cap.15. Trid. sess.25.*
14 *de reform. num. 36.* ita similiter iuxta subiectam materiam pater non dicatur habuisse beneficium, nisi habita possessione, per quam causatur vitium in persona filij; non enim ante illam inducitur successio, aut paternæ incontinentiæ memoria, vt sentiunt expositores concilij in eo capite, & Barbosa *ibi n.21.*

15 Tamen si pater per se, aut per procuratorem obtinuit possessionem, reuera filius includetur in Trid. cum militent adductæ causæ. Et est ratio, quia qui per procuratorem apprehendit beneficij possessionem, aut canonicatus, etiam si nunquam in Ecclesia ministrauerit, aut fructus perceperit, dicitur beneficium, vel canonicatum obtinere, ad hoc vt filius in eadem Ecclesia alterum canonicatum, aut beneficium obtinere non possit, vt referunt decisum Barbosa *p. 3. de offic Episcopi. dicta alleg 45. n.7.* Armendar *supra n.20. & 44.* Campanil. *dicto cap 13. nn.67.* & Nicol. Garcia *dict. p. 7. cap. 3. de beneficiis sub dicto n.56. in 2. declarat* ibi: *nec etiam filius eius, qui tantum per procuratorem recepit possessionem, potest habere beneficium in eadem Eccclesia*, Inlius Labor *variar. lucubrat. tit 4. cap.16. num. 15.* & iterum Barbosa *dict. cap.15. Trid. num.15.*

16 Et subdit Armendar *ad leg. Nauarr. in dicta l.1. hoc tit. n.45.* & cum eo Barbosa *dicto num.15. Trid. in fine, & 16.* quod in Ecclesiis sororibus aliarum Ecclesiarum (sicut sunt aliquæ in Hispania) in quarum altera residendo, præsupponitur residere in principali, non possit pater residere in vna, & filius in altera, refert decisum Nicol. Garcia *dict. p.7. cap.3. de beneficiis num.75.* vbi & si *sub 4. declaratione* io vers *fuit quandoque adhibitum temperamentum concurrentibus Episcopi, & capituli supplicationibus, nec non iusta causa*, videretur permissum. Tamen alia declaratio *ibi* ab eo relata in sequentibus verbis: *in Ecclesiis sororibus aliarum Ecclesiarum, sicut sunt reliquæ in Hispania in quarum altera residendo, supponitur residere in principali, non potest pater residere in vna, & filius in altera*: ita ex Vgolino *de officio Episcop. cap.50. §.7. n.1.* vers. *tertio vel in Ecclesia.*

Sed quia perlegi ipsum Garciam *in dicto* 17
n.75. in fine. vbi aliter videtur sentire in hoc puncto, illum leges, qui tantùm dicit, vt non possit filius obtinens beneficium, seu Præbendam in vna Ecclesia residere, in Ecclesia sorore, in qua pater est, vel fuit beneficiatus iuxta quæ dixit *ibi a nu. 16. & 68.*

Hinc infertur vt excludatur filius illegitimos, 18
ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, vt dicit decisum Nicolaus Garcia. *dict. cap. 3. n.60.* vt ex ratione Tridentini censuit S. Congregatio in verbis sequentibus: *item fuit quæsitum an filius illegitimus per concil. hoc cap. excludatur, ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione Dignitatis quam in alia Ecclesia obtinebat, & congregatio respondit excludi, quod putat procedere etiam, si nunquam actu sedisset in tali sede*, Barbosa cum eo, & Armendar *in dicta l.1. de filius Presbyt numero 17. in Trid. nu. 14.* Riccius *in collect. 1367. ad dict. cap. Trid.* vbi ex congreg. refert declaratum 24. februarij 1585. si pater scilicet stallum habuisset in choro ratione Abbatiæ, quam in alia Ecclesia habebat.

Et intantum procedit, vt nec quoquomodo 19
possint filij illegitimi ministrare in Ecclesiis iuxta dispositionem dicti Trid. concil. *cap. 15.* & sic nec epistolam canere, aut sacristæ officio fungi possint, nec vt simplices cantores musicæ in eadem Ecclesia canere pro vt decisum referunt Nauar. *cons. 1. q. 17. sub tit. de constitut.* Sayrus *decis. 1. sub eodem tit.* quem refert Aloisius Riccius *in collect. decis. 1367.* vers. *in amplia, p. 4.* nec missam ibi celebrare, nec antifonam in ea canere ratione oneris beneficij alterius Ecclesiæ oneret, vt ipse Riccius late scripsit *decis. 3.* vt censui congregatio concilij in vna Leodiens. 3. Septembris 1587. Stephan Gratian. *discept. forens. cap. 397 a nu.16* Castrus Paleo *supra puncto 2. nu. 26.* Nicolaus Garcia *dicto cap. 3. p. 7.* probans ex concilij
verbis ibi: *nec in dictis Ecclesiis quoquomodo mi-* 20
nistrare. † Sicut censuit sancta congregatio in tribus declarationibus ad litteram referens, vbi quod & si pater beneficium non haberet, nec pensionem, sed inseruiret, vt cantor eius filius ibi ministrare quoquomodo non possit, cum eadem sit ratio, siue ministret in officio, siue in beneficio, vbi vt nec possit canere, vt musicus in Ecclesia, in qua pater ob tinuit beneficium. Alia omnino videnda pro declaratione tradit ipse Garcia. *nu. 69. qui n.70.* limitat iuxta quæ dico *infra* in vers.
ad quartam. † & hæc etiam procedunt, etiam si 21
pater de facto tantùm habuisset beneficium in illa Ecclesia, Grat. *discept cap. 347.* & censuit S Congregatio, vt refert Riccius *supra* 4. Septembris 1586. videbis eundem Barbosam *in dict. cap. 15. Trid. num 26.* cum Riccio, Belletio, Gratiano, & aliis. Ad alium casum de receptitiis leges *infra sub quæst. 4. vers. ad secundam*

Ad quartam quæstionis partem, an filius Præs- 22
byteri prohibeatur obtinere beneficium, vel inseruisse tanquam Capellanus amobilis in Ecclesia,

ci *dicto cap.13.n.67.in fine*,Barboſa *in dicto cap.15.n.28*.cum Armendato *in dicta l.1.leg. Nauar.hoc tit.n.33*.idem *in paſtorali dicta alleg.65.n.23*.Caſtrus Palao cum eo *dicto puncto 2.n.17*. Nicolaus Garcia *dicto cap.3.p.7.de benefic.n.73*. vbi probat deciſum à Sancta Congreg. in duabus ſequentibus declarationibus. Prima: *Concilium Tridentinum non prohibet quin pater,& filius poſſint celebrare miſſam in eadem Eccleſia; dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, ſed id fiat ab altero,deuotionis gratia, ab altero cauſa legati,quod relictum ſit miſſam celebrantibus*.Secunda ad Epiſcopum N.ſcribatur, vt deſinat moleſtiam exhibere illegitimo Presbytero celebrandi miſſam ob quoddam legatum in eadem Eccleſia,in qua pater celebrat ob deuotionem,cum neuter habeat beneficium, & hic caſus non ſit prohibitus à Concilio.

33 Sexto infertur non prohiberi per dict.Trid.decretum,quin pater,& filius poſſint proceſſionaliter incedere, vnus tamquàm Capelanus diuerſarum Eccleſiarum ita Nicol.Garcia *dict.p.7.cap.3.n.68.in 3.declaratione*,vbi in ſequentibus verbis interrogationi reſpondet, S. *Congregatio cenſuit poſſe*,Armendar.*in dicta l.1.hoc tit.n.30*. Barboſa *in concil.n.30.de officio Epiſcop.n.23.dicta alleg.*
34 *65.* † qui limitant quando accederent ad Eccleſiam proceſſionaliter,in qua pater obtinet beneficium, vt tunc non poſſit filius aliquomodo miniſtrare.

35 Item quando ſunt collegiatæ Eccleſiæ,quarum Decani,& canonici vigore ſtatuti ad Cathedralem accedunt ad certas proceſſiones in certis Diebus feſtis anni, & inibi canunt vnum verſiculum,non poterit filius illegitimus canonici cathedralis ad canonicatum, vel Decanatum illarum collegiatarum eligi, quia quoquomodo inſeruire dictæ Cathedrali videtur, vt referunt deciſum Campanil.*ſupra cap 23.n.67.verſ.& quia* Armendar.*n.31.in dicta l.1.* Barboſa *dict. alleg. 65.n.23.in fine*.Garcia *dicto cap.3.n.69*. vbi dicit,hoc ſtante fuiſſe pluries dubitatum & quod Congreg.ter cenſuerit *filium prædictum illegitimum incapacem eſſe talis Decanatus; quia quoquomodo in ſe nire tali cathedrali videtur, & quia ſanctiſſimus mandanit iterum partes audire, & tamen congregatio ſtetit in deciſione 31. Auguſti,& Septemb.1587.*

36 Septimo infertur,vt non prohibeatur filius illegitimus cum patre ſimul habitare, vti alias reſpondit S. Congregatio Epiſcopo Calagurritano id ſequentibus verbis, *filij illegitimi clericorum non prohibentur à Concilio Trid.cum patribus habitare*,quam refert Garcia *de benefic.dicto cap.3.*
37 *p.7.n.74.*† vbi addit quod nec eſt aliqua prohibitio de Iure,quamuis aliqui Epiſcopi, ſeu ordinarij id prohibeant ſine cauſa Armendar.*in dicta l.1.Nauarra hoc tit.n.35* F..Sigiſmund.à Bononia *de elect. dicto dubio 75.n.7. verſ. ſeptimo*, Iulius Labor.*dicto cap.16.tit.4.variar. lucubrat.n.55*. Barboſa *in dicto cap.15.Trid.n.31*.idem *dicta alleg.65.n.24.*

38 Et quamuis in Epiſcopatu Pampiloneñ *lib.1. conſtit.ſynodalium hoc tit.fol.20*.vt Armenda.referet *ſupra dict.n.35*.talis cohabitatio ſit prohibita;imo & Bermond.*de publicis concubinis* verb. *apud patres ſuos*,ſcribat, vt Presbyterorum filij cum patribus ſuis habitare non poſſint addatque Benedict.Ægid.*in tract.de priuileg*.hoc non tam pœnæ,cauſa, quàm fauore honeſtatis inductum fuiſſe:nam ſpuriorum cum Patre Presbytero cohabitatio generat ſcandalum in clero, & præbet malum exemplum in populo,cum ſpurius ſit paternæ turpitudinis teſtis aſſiduus tamen non inde,& ſi hoc ſit honeſtius,procedit prohibitio per dict. *n. procedenti*,vt dicunt adducti, & Barboſa *dicto n. 24* vbi hæc refert.

Octauo non prohibetur illegitimus pro dicti Trid decretum ſuccedere in capellania,quæ fundari ſolet,maxime in Hiſpania abſque aliqua Epiſcopi,vel alterius ſuperioris authoritate, vt in illis ſuccedant clerici de parentela,Gonzalez *in reg. 8.cancel.gloſſa n.33.cum ſequentibus*,Caſtrus Palaus *dicta diſp.4.puncto 2.n.15.in fine* cum Barboſa *in paſtorali dicta alleg 65.p.3.n.13*. iterum ipſe Barboſa *in dict.cap.15.Trid.n.24.* 39

Nono non prohibentur filij Epiſcoporum,etiam illegitimi,habere beneficia in Diœceſibus ſuis,ſed ſolum in ipſa Cathedrali,reſoluit Nicolaus Garcia cum Vgolino *dicto cap. 3. p. 7.de beneficiis dict.n.74.in fine.* 40

QVÆST. II.

An filij Presbyterorum poſſint habere penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes ſui obtinent,vel obtinuerunt? An pater poſſit obtinere beneficium in Eccleſia,in qua filius eius habuerit aliud etiam diſſimile? Et quid ſi de præſenti habeat? An Patres poſſint renunciare beneficia,quæ obtinebant ad fauorem tertij, impoſita penſione,ſoluenda propriis filiis illegitimis? Et quid de patre habente facultatem transferendi penſionem? Et quid quando facta eſt reſignatio alicuius beneficij in fauorem filij clerici,reſeruata penſione reſignanti ſuper beneficio de conſenſu Patris? vbi qualiter probetur? Et an qui ante Concilium obtinuit beneficium in Eccleſia in qua pater eius olim beneficiatus,poſſit poſt concilium ad aliud beneficium aſcendere,ſeu tranſire per optionem,aut alias.

SVMMARIVM.

1 *Filius Presbyteri verius eſt,vt nequeat obtinere penſionem ſuper beneficio paterno, at poſſit habere in Eccleſia, in qua pater beneficium habet*,vt n.2.& 3.

2 *Trid.*in cap.15.ſeſſ.25.de reformatione,& à n.9.12.13.14.15.16 & 17.

4 *Pater non prohibetur, ſuo cedere immediate in beneficio filij,verius* vt n.5.6.7.8.

5 *Titulus de filiis Presbyterorum, & eius prohibitio non extenditur ad patres,& quare* n 6.

6 *Incontinentia paterna memoria potius manet in filio reſpectu patris, quàm in patre.*

7 *Pater nulla indiget diſpenſatione ad obtinendum immediatè beneficium filij legitimi, licet filius quamuis legitimus diſpenſatione*

dispensatione egeat,vt num.8.

9 *Pater,qui post obtentum beneficium ante Trid. à filio,post Trid.intrat in beneficio Ecclesia filij,tenetur ad renunciandam,& non filius. Et quare?* n.10.

11 *Patres nequeant hodie (etsi de Iure antiquo aliter)renunciare beneficia obtenta,reseruata pensione,filiis.*

12 *Pater habens facultatem transferendi pensionem,etsi de Iure posset,ex Trid. non ita vt* n.13.*nisi filius esset legitimus,vt* num.14. *vel nisi haberet facultatem ad transferendum in filium illegitimum,vt* n.15.

14 *Filius illegitimus non prohibetur habere pensionem in beneficio paterno.*

15 *Resignatio beneficij facta de canonicato à legitimo,in fauorem alicuius, reseruata sibi pensione super Parrochiali patris ipsius videtur fraudulenta.*

16 *Resignatio in fauorem filij Clerici, reseruata pensione resignanti,de consensu Patris videtur contra Tridentinum.*

17 *Resignationes reciproca prohibentur à Tridentino. Et qua sint* num.18.10 & 21. *fieri si dempta fraude fiant ; vt in casu* numer.24.

18 *Reciproca resignatio est* resigno in fauorem filij tui vt resignes in fauorem filij mei , & n. 20.

19 *Simonia confidentialis arguitur ex duobus mandatis correspectiuis.*

21 *Reciproca resignatio probatur,si amba supplicationes fuerunt eodem tempore data,& consensus prestiti,& ex mandatis vni,& eidem procuratori.*n.22. *& quando fuerant data modico tempore interiecto.*n.23.

25 *Filius,qui ante Concilium obtinuit,beneficium in Ecclesia,in qua pater , post illud nequit optare aliud.*

26 *Optio in beneficiis,qualis permittatur.*

1 AD primam quæstionis partem pro affirmatiua sententia videtur respondendum ex dictis *supra sub quast.7.cap.1.à n.*1.quia quamuis
ex eo textu illegitimus non possit habere benefi-
cia sine dispensatione,sed non prohibetur habere
pensionem reseruatam super fructibus beneficij,si
alias clericus sit in prima tonsura saltem consti-
tutus,& super Clericatu dispensatus,Rota corã R.
P.D.Robusterio Legion;seu Zamorens.pensionis
10.Octob.1587.quæ est inter decisiones *diuers.*
415.*p.*1. Vbi quod illegitimus non est inhabilis
ad obtinendam pensionem,nisi ratione,clericatus,
cum non possit esse clericus. Quod si sit dispen-
satus super clericatu , quasi pensio sit quoddam
Ius temporale,& per se distinctum ab ipso bene-
ficio,Gratianus *discept.forens.cap.* 397.*ex n.* 11.
ad 18.ex Sarnensi *de annali.q.*11.*in fine* , Rota
coram Cardin.Blanqueto Burgens. pensionis 19.
februarij 1596.& coram R.P.D.Gyptio,Cæsar,
Augustina pensionis 1595. feb. 19. ex dict. de-
cis.415 Rotæ *diuersor.in fine.p.*1.Cæsar de Graf-
fiis *decis.*3.*de prab.n.*8.& ex aliis iam dict *q.*7.ad-
ductis.

2 Vtcumque ibi dictum accipiatur , tamen in
proposito, de quo loquimur est clara dispositio
Trid Concilij,*in cap.*15.*sess.*15. *de reformat.* in
verbis ibi *nec pensiones super fructibus beneficio-
rum,quæ parentes eorum obtinent,vel aliàs obti-
nuerunt,habere*,quam refert D.Gratian *supra n.*
24.Campanil.*in Rub.*11.*diuers.Iuris canon. cap.*
13.*n.* 70. Riccius *in decis. curia Archiepiscop.
Neapolit.*166.*n.*3.*p.*4.Castus Palao *in opere mo-
ro morali tom.*2.*tract.*13.*disp.*4.*puncto* 2. *n.* 10.
Barbosa *in dicto cap.*15.*Trid.n.*32.cum Rota *de-
cis.*549.*n.*4 *p.*2.*recent.*vbi refert,sic fuisse dictum
in Meliten pensionis.14.Mai 1614.coram bonæ
memoriæ Burato inter eius impressas. *decis.* 53.
*n.*3.vbi Ferentil.*in annot.litt.B.*vbi intelligit de
reseruatis post concilium , non ante Concilium
Iuxta Rotam *decis.*12.*n.*2. apud Farin. *in Post-
hum.p.*2.idem Barbosa *in pastorali p.*1. *alleg.*65.
*n.*26.vt post Nauarr.resoluit. Seraphin *dec.*1442.
*n.*15.Buratt.*decis.*53.*n.*3.†Cui non obstant dicta 3
*hic a n.*1.& ex dicendis *infra* , cum Concilium
non prohibeat,vt filius illegitimus obtineat pen-
siones super beneficiis Ecclesiæ paternæ,sed tan-
tum pensiones super beneficio paterno , vt vno
verbo dixit Nicolaus Garcia *de benefic.p.*7.*cap.*3.
*n.*19.*in fine.*

Ad secundam quæstionis partem,an pater pos- 4
sit obtinere beneficium in Ecclesia in qua filius
eius habuerit aliud dissimile?Et videtur quod idem
dicendum sit ac in filio respectu patris , suadetur
ex adductis,tam *in cap.*1.quam in textu nostro ,
cum militet eadem ratio, ne Ecclesiastica benefi-
cia hæreditario Iure possideantur ex regula Iuris
*l.illud ff.ad leg.Aquil.l.illud cod. de sacrosanct.
Eccles.*cum citatis per Farinac.*in fragm.crim.lit.
E.à n.*51.Narbona *de appell.à vicario. ad Epis-
cop.p.*2.*n.*16 cum infinitis , quos citat Barbosa *in
princip.& loci communibus litt. R. n.* 6. quibus
fertur,vt vbi est eadem ratio,eadem debeat esse Iu-
ris dispositio,Hostiensis, cuius opinionem dicit
Gigas.*de pensionibus q* 86.posse forte sustineri,&
Mandosius , quem sequitur Vgolinus *de officio
Episcop.cap.*50.§.7.

Sed reuera dicendum est patrem non prohibe- 5
ri succedere,etiam immediate in beneficio filij ,
siue sit legitimus,siue illegitimus ; quoniam titu-
lus noster de filiis Presbyt.& constitutio addu-
cta hic *sub quast.* 1. *in princip.clem.& decretum
Concilij in dicto cap.* 15. *sess.* 25. *de reformat.*
tantum loquuntur de filiis;& cum simus in odio-
sis , pœnalibus,& exorbitantibus , quæ non sunt
amplianda,vt dicit regula Iuris in pœnis, & reg.
quæ à Iure *de reg. Iuris lib.*6. † Non enim est 6
eadem ratio , (vt supra adduxi sub *cap.*1.)in pa-
tre , ac est in filio , cum non vigeat sic memoria
paternæ incontinentiæ , sicut è contra in filio
respectu patris,vt tenent glossa *in cap. Apostoli-
ca.* 8.*q.* 1. & post antiquos Andreas , Cardinalis
Butrius in *cap. quoniam hoc tit.* Ancharran. &
Abbas *n.* 7.*in cap extransmissa hoc tit.* Rebuffus
*de dispens.super defect.natal.n.*29.Bernard. Diez,
Quinta Dueñas , Emanuel Rodriguez , Vega ,
Sayrus , Lessius , Axor,& alij,quos refert,& se-
quitur Nicolaus Garcia *dicta p.* 7. *de benefic.
cap.* 3.*à n.* 28. quibus addo Campanil. *dict cap.*
13.*n.* 18. Fr. Sigismund. à Bononia *de elect. du-
bio* 75. *n.* 3. Marcel. Vulpeium *in praxi Iudic.
fori Ecclesiast. cap.*47.*n.* 18.Rota cum Seraphi-
no *in decis.* 1442. Armendar. *in legib. Nauarra
hoc tit. l.*1.*n.*1.†Vbi etiam asserit tantum patrem 7
nulla dispensatione indigere ad obtinendum im-
mediatè beneficium filij legitimi , Castrus Palao
cum Barbosa *in pastorali dicta alleg.*65.*n.* 17.
docet *vbi supra in opere morali dict.tom.* 2.*tract.*
13. *dict. quast.* 4.*puncto* 2. *n.* 4 & sacra Cong.
Concilij in vna Macerat. 18 Nouemb. 1618.
dum

dum censuit patrem non probiberi obtinere immediate beneficium sui filij illegetimi, quam etiam refert, & sequitur Barbosa *in dicto cap.* 15. *Trid. n.* 7. & tradit etiam ratioñe cum aliis, Thomas Sanchez *moral. lib.* 2. *cap.* 1. *dubio* 19. sed in selectis canonicis, *c.* 92. *n.* 5. qui refert decisum.

8 Et ante de patre legitimo etiam censuit sancta Cong. concilij. 21. Decemb. 1594. in sequent verbis: *Congregatio concilij censuit, re mature discussa, patrem legitimum nulla indigere dispensatione ad obtinendam immediatè beneficium filij, licet filius, quamuis legitimus, dispensatione egeat ad obtinendam immediatè beneficium patris*, refert Nicolaus Garcia *dict. cap.* 3. *lib.* 7. *de benefic. nu.* 29. vbi addit quod & si in hac declaratione solùm agatur de patre legitimo non negatur idem de illegitimo, quod est iam decisum, vt *supra n. praeced.* dictum est.

9 Ad alteram partem dubij, quid si de præsenti habeat filius beneficiũ, numquid post concilium possit Pater obtinere beneficium in Ecclesia, in qua filius de præsenti est beneficiatus. Et in hoc dubio iuxta concilij mentem docet idem Nicolaus Garcia *ad reg. textus in cap. quemadmodum de Iureiur.* (iuxta quæ *ibi* dixi latè) *d. lib.* 7. *de benef. c.* 3. *nu.* 30. *&* 31. vt non possit tunc pater assequi, ac habere beneficium in Ecclesia filij: sic deducens ex verbis dicti Trid. in vers. *quod si*
10 *in praesenti.* † Nam cum concilium ibi præcipiat filium resignare beneficium, vbi tempore concilij, pater, & filius reperiebantur obtinere beneficia in eadem Ecclesia, satis velle dicit, ne vnquam pater, & filius habeant simul beneficia in eadem Ecclesia, & quod in casu proposito filius non sit cogendus resignare suum beneficium prius habitum, cum nulla culpa ei adscribi possit, & agat de retinendo beneficio quæsito, & sic de damno vitando, sed potius pater, quj de nouo intrat in Ecclesia, in qua filius habet beneficium, & sic cum agat de acquirendo beneficio, & lucro captando, sit impediendus ab ipsius acquisitione.

11 Ad tertiam quæstionis partem, an patres possint renunciare beneficia, quæ obtinebant ad fauorem tertij, imposita pensione soluendo proprijs filijs illegitimis? Et licet de iure antiquo talis renunciatio liceret per dicta de dispensatione *supra q.* 7. *à nu.* 1. *&* *hic ex nu.* 1. Tamen quia per Trid. decretum hoc immutatum apparet iuxta resolutũ in hac quæstione ex *n.* 1. vers. *vt cumque*, ideo vt sicut per dict. Trid non licet filio habere pensionem super beneficio aliàs à patre obtẽto, vt refert, ac sequitur in terminis huius dubij Barbosa *de officio Episcopi dicta alleg.* 65. *n.* 25. & in hoc casu.

12 Ad quartam, quæstionis partem quid de Patre habente facultatem transferendi pensionem, & dicunt posse illam in filium illegitimũ transferre, Gigas *de pensionibus d. q.* 86. *n.* 5. Flamin. *de resignat. lib.* 6. *q.* 4. *n.* 21. *&* 21. Gonzalez *in reg.* 8. *Cancel. glosa* 5. §. 5. *n.* 22. *&* 23. Azor *inst. moral. p.* 2. *lib.* 8. *c.* 8. *q* 7. Gratianus *discept. forensiũ discept.* 397. *n.* 1. *&* 7. Riccius *p.* 4. *collect.* 1367. *in fine*, & Neapoli *dec.* 186. *n.* 1 *&* 7 *p.* 4. & omnes referunt decisũ à Sancta Congreg. Zamorens. 9. Nouemb. 1619 & 15. Septembris 1629 nec enim illi obstat dixit Gratian. Trid. c. prout alias censuit Congreg. eiusdẽ Concilij, & Nicolaus Garcia agens de hoc dubio ex *n.* 33. *d. c.* 3. *p.* 7. *de benefic.* dicit nec per dictam constitutionem Clem. id tolli, ex eo quod pensio non est beneficium, nec in ea militer eadem ratio prohibitionis cum Gigante, qui late probat,
Flamin. & Gonzalez † qui tamen post concilium 13
aliter videtur sentire ex *n.* 34. ex verbis illius in d. vers. *nec pensiones* contra Gigantem, & alios, vsque ad *n.* 38. nam ex quo prohibet Concilium habere pensionem in beneficio, quod pater obtinet vel alias obtinuit, vt paternæ incontinentiæ memoria longissime arceatur; & sic à fortiori nec videri posse habere pensionem, quam pater habuit, & in eum
transtulit, † Aliter inquam dicendum est de filio le- 14
gitimo iuxta dicta *q. seq.* qui non prohibetur habere pensionem super beneficio paterno, vt refert Garcia sibi relatum, à Sacra Congreg. declaratum *ibi n.* 35. imo addit Garcia *n.* 36. adhuc non videri tutam sententiam Gigant, etsi huiusmodi pensio esset constituta super beneficio, quod pater nunquam obtinuit, in terminis dict. const. clem. & in terminis *d. c.* 15. *Trid.* ex quo dicta pensio succedit loco beneficij ex verb. dict. Clem. constit. *& alia quaecumque beneficia*, sub quibus videtur comprehendi pensio Ecclesiastica ex doctrina Felin. Gazialupi, Mandos. *de signatura gratia tit. de translatione pensionis ad finem in notis*: alia tradit videnda idem Garcia *n.* 37. ex Gigante, Flam. Parisio, vbi concludit; secus hodie ex dict. Trid. in filiis illegitimis, ibi leges subobscure loquẽtem. Quare Barbosa *de offic. Episcopi dicta alleg.* 65. *n.* 27. non sine difficultate admittendus videtur, absoluè affirmans posse in puncto nostri dubij, qui intelligitur vt in fine sequent numeri.

Et confirmari videtur ex illo casu, quem ponit 15
idem Barbosa *sub dict. n.* 27. *in fine*, dum adducens quod *potest euenire, vt Antonius scilicet* legitimus obtinens canonicatum, illum resignet in fauorem Nicolai, reseruata pensione super Parochiali, quam obtinet pater ipsius Nicolai, hæc reseruatio (dicit) comprehenditur decreto *dict. cap.* 15. & sic pater in fraudem consentit pensionem, vt refert decisum Garcia *dict. cap.* 7. *n.* 8. Armendar. *in dicta l.* 1 *hoc tit. Nauar. n.* 41. hæc Barbosa etiam *in Trid. n.* 14. & sic ego admitterem sententiam Gigantis, & Gratiani in patre habente facultatem illam transferendi in filium illegitimum; quia tunc iam ad id diceretur filius dispensatus, & habilitatus; secus si illa facultas sit tantùm generalis, cum obstat Trid. *in dicto cap* 13. in vers. *nec pensionis*, & ideo clare sic loqui dict. Ruicium *dict. collect.* 1367 *ad dict. cap.* 15. *Trid. in fine* verbis sequentibus: *nota tamen quod habens facultatem transferendi pensionem, potest illam transferre in filium illegitimum dispensatum simpliciter ad beneficia, & pensiones, nec illi obstet Trid. pro vt alias censuit congregatio eiusdem Concilij*: & per eadem fere verba Gratianus *dicto cap.* 397. *n.* 1. & alij ex citatis à Barbosa *supra.*

Ad quintam quæstionis partem, quid quando 16
facta est resignatio in fauorem filij clerici reseruata pensione resignanti super beneficio de consensu patris, & quod intret decretum *dicti c.* 15. Tridentini *d. sess.* 25. resoluit expresse Nicolaus Garcia *d. p.* 7. *c.* 3. *de benefic. n.* 87. referens ita declaratum à S. Congreg. in verbis sequentib. *Antonius Correa legitimus obtineas canonicatum Ecclesia Alganarens. illud resignauit in fauorem Nicolai Cassada, reseruata pensione super Parochiali, quam Matheus pater Nicolai obtinebat de consensu patris*, quæsitum est, an huic pensioni obstet decretum Concilij? *Congregatio censuit casum propositum comprehendi decreto Concilij sess.* 25. *c.* 15. *in fine, & patrem in fraudem consensisse pensioni.*

17 Et confirmatur ex Trid. decreto dict. vers. *ad hac*, per quod absolutè docent Nauar. *cons. 2. in antiquis*, alias 10. *in nouis de renunciatione*, Sayrus *in floribus decis sub hoc tit. decis.* 6. Fr. Emanuel. *in summo p.* 1. *c.* 56. *n.* 9. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.* 14. *q.* 9. Castro Palao *vbi supra dict. puncto* 2. *n.* 18. Barbosa *in dicto c.* 15. *Trid. n.* 40. quatenus probant quod sub dicto decreto comprehenduntur etiam reciprocæ resignationes iterum Barbosa *in pastor. d. alleg.* 65. *n.* 18. vbi explicat.

18 Se quia potest inquiri quæ istæ hæc dicantur reciprocæ, seu correspectiuæ, vt si fiant modo sequenti *resigno in fauorem filij tui, vt resignes in fauorem filij mei*; & quia fiunt in filiis vtriusque, & sic in fraudem *c.* 2. *hoc tit. lib.* 6. *& d. c.* 15. *Trid. d. sess.* 25. cum data causa probabili, sic simulandi de facili præsumeretur fraus talis, vt dixerunt Rota *in dec.* 1. *de don. in nouis, & diuers.* 234. *p.* 2. Riccius *collect.* 1705. super decis. Crescentij 1. *de simonia*

19 in vers. *tertio*, vbi ex eo adducit quod † ex duobus mandatis correspectiuis arguitur simonia cōfidētialis; & sic factis resignationibus modo dicto, sicut sunt aliæ omnes conuentiones, quæ prohibentur in beneficialibus, vt fuit resolutū per Rotam in vna Austuricens. coram Gypsio 13. Ianuarij

20 1585. † imo Castrus Palao *d. opere morali to.* 2. *tr.* 3. *disp.* 4. *p.* 2. *n.* 18. dicens interdictam esse à Concilio Trid. omnem reciprocam renunciationem, si quæ à parentibus clerici in fauorem filiorum suorum fiat: addit quod illa dicitur talis, in qua pactū, & conuentio de mutua resignatione facienda interuenit; & quod dicta prohibitio loquitur tantùm circa reciprocas resignationes post ipsum concilium in fauorem filiorum faciendas, vt referunt resolutum Garcia, & Armendar, Barbosa *d. n.* 28. *in fine*, iterum, *in d. c. Trid. n. fin.*

21 Et si iterum inquiras qualiter amplius probentur, respondeo, vt si ambæ supplicationes fuerunt eodem tempore datæ, & consensus præstiti, Puteus *in dec.* 490. *lib.* 2. Achiles de Grass. *in dec.* 1. *de simonia*, Peregrin. *in dec.* 83. Rota *diuers. in dec.* 446. *p.* 1.

22 Item ex mandatis vni, & eidem procuratori, Peregrin. *d. dec.* 83. *lib.* 1. Rota diuers. *in dec.* 234. *p.* 1. & hoc quamuis mandata non fuerint data eodem Die, ex quo induceretur correspectiuitas proculdubio, Achiles de Grass. *in decis.* 4. *de renunciat.*

23 Mohedan, *in decis.* 254. Puteus *dec.* 555. *lib.* 2. † & quando fuerunt data modico tempore interiecto; & sic, ex interuallo Caputaq. *dec.* 297. *p.* 2. Rota diuers. *in decis.* 234. *p.* 2. vt fuit resolutum plurius per Rotam, sicut dicit Riccius *dicta collect.* 1705. in vers. *quinto*, & signanter in vna Placentina bonorum 11. Mai 1589. coram Seraphino, & iterum in vna Reatina pensionis 10. Iunij 1588. coram Pamphilio adducens in comprobationem Caputaq. *in decis.* 255. *p.* 2. qui *& in dec.* 299. refert decisum in vna Calagurit. 14. Decemb. 1595. coram Blanqueto, etiam forma probari.

24 Verùm si dempta fraude, Clericus habens filium renuncias proprium beneficium in fauorem filij alterius clerici, qui post aliquod tempus in remunerationem accepti beneficij, reciprocum renunciat beneficium in fauorem filij primi clerici renunciantis, nullam committit simoniam, nec decisioni dicti Concilij Tridentini contrauenit dicunt Fr. Eman, *in summa p.* 2. *d. c.* 56. *n.* 8. *&* 9. Gironda *de priuilegiis & exempt. n.* 1275. Barbosa *de officio Episcopi* 4. *p. d. alleg.* 65. *n.* 29. addens ex d. Gironda idem dicendum; licet præcedat aliqua mentalis intentio reciprocæ renunciationis, quia talis pactio defuit à principio.

Ad sextam, & vltimam quæstionis partem, an qui ante Concilium obtinuit beneficiū in Ecclesia, in qua pater eius olim fuit beneficiatus, possit post concilium ad aliud beneficium ascendere, seu per optionem transire? Et applicatis hic pro enodatione adductis *hic supra q.* 1. *vers. ad primam*, & vers. *ad secundam*, & *ad tertiam*, in hoc puncto sine difficultate resoluit Nicolaus Garcia *d. p.* 7. *de benefic. cap.* 3. *n.* 52 *&* 53. non posse; quia tūc agit de acquirendo beneficio de nouo, subiacere que decreto dicti concilij, & refert declaratum à S. Congreg. ter in verbis sequentibus *habens canonicatum in Ecclesia in qua pater eius similiter obtinuit, non potest in eadem Ecclesia de canonicatibus ad Dignitatem ascendere.* Et ibi: *filius illegitimi Presbyteri dimidius beneficiatus in vna Ecclesia, in qua pater eius olim beneficium habuit, non potest ascendere ad integram portionem*, &c. in seq declar. ibi: *illegitimus beneficiatus in Ecclesia, in qua pater similis, vel dissimilis beneficij, mortuo patre ante Concilij publicationem, non potest ex vigore cuiuscumque eius dispensationis ante concilij publicationem obtenta, obtinere aliud beneficium, dimisso eo, quod obtinebat in eadem Ecclesia, in qua pater reperitur beneficiatus, nec operari ex vi statuti illius Ecclesia aliud beneficium, quod sibi competeret veluti antiquiori, vel ex aliqua causa acquiritur enim de nouo, & dispensationibus per concilium sublatis, remanet indispensatus.* 25

Quod si velis scire ad saturitatem quid dicatur optio circa beneficia, Dignitates, canonicatus, & præbēdas, leges, & applicabis hic quę scripsi *supra in c. cum M.* 9. *de const. q.* 3. *ex n.* 19. *vsque ad fin.* 26

QVÆST. III.

An tridentini decretum in dicto c. 15. sess. 25. de reformat *habeat locum in habentibus pensionem ante concilium super beneficio à patre obtento? An in habente ante concilium coadiutoriam cum futura successione? An regula de triennali iuuet contra dictum decretum? An nepotes legitimi ex filio illegitimis, comprehendantur sub dicto Trid. decreto? Et num extendatur ad fratres? Et an contra Ius commune aliquid innouatum fuerit circa Presbyterorum filios, qui fuerunt nati ex legitimo matrimonio per Trid.* in dicto cap. 15. *& const. clem.* 7.

SVMMARIVM

1 *Trid. Conc.* in c. 15. sess. 25. de reform. *non habet locum in habentibus pensionem ante illud in beneficio à patre obtento. Nec in pensione imposita post in fauorem illegitimi super beneficio, quod nec erat, nec fuit patris; licet postea perueniat ad illum*, vt n. 2. *& in habente Coadiutorium*, vt n. 3.

3 *Coadiutoria cum futura successione in Ecclesia paterna à filio dimittenda, etsi obtenta ante Tridentinū verius videtur*, vt n 4. *vbi quid de ea, qua est in filio legitimo, &* n. 36.

4 Cap.

4 Cap.7.Trid sess.25.

5 *Sacra Congregationis tres declarationes diuersa pro coadiutoria filij in Ecclesia paterna* n.6.7.

8 *Coadiutor pater in Ecclesia filij, non fuit comprehensus in prohibitione Trident.*c.15.sess.25.de reformatione *absolutè.*

9 *Regula de triennali non iuuat illegitimum possessorem in Ecclesia paterna, nec in beneficiis ante Trid.obtentis, nec post, nec suffragatur contra decreta Trid.*in cap.4.sess.7.& in cap.17.sess.24.n.10.& 11.

12 *Regula de triennali, procedit, quando nulla adest abrogatio, seu derogatio.*

13 *Nepotes illegitimi in Ecclesia paterna, nequeunt obtinere beneficia, vt* à n.16.& 17. *etsi contra hic, &* n.14.& 15.

14 *Filius clerici non potest patri succedere, nec ab eo quidquam capere & à consanguineis ex patre.*

15 *Nepos ex patre illegitimo clerici non potest obtinere pensionem super beneficio Aui, & quare* n.21.& 22. *cum obstent dicta* n.16.17.18.19.20

16 *Nepos non comprehenditur in repræsentatione Aui incontinentia, in qua filius.*

18 *Nepos non prohibetur succedere Auo ex testamento, & si sit illegitimus, & etiam si pater eius fuisset illegitimus, vt* n.19.& 21.

19 N*epotes non veniunt appellatione filiorum in materia pœnali, & odiosa.*

20 *Illegitimitas patris non obstat filiis, vt nō possint obtinere Aui canonicatum, aut beneficium.*

23 *Fratres non prohibentur ex Trid.* cap.5.sess.25.*succedere in beneficio alterius.*

24 *Filius legitimus sicut nec Iure prohibeatur habere beneficium in Ecclesia paterna, sic nec post Concil.Trid.vt* num.28.*& expenditur* n.30.

25 Cap.ad extirpandas, & cap. extransmissa hoc tit.& à n.27.

29 *Filius naturalis natus antequam eius pater fieret clericus, prohibetur ex Trid succedere in Ecclesia, in qua pater &* n.35.

27 *Filius legitimè natus, etsi immediatè non possit habere beneficium, quod pater, bene tamen mediatè, &* n.17.

28 Cap.ad hæc *hoc titulo.*

29 *Filij Presbyterorum ex fornicatione nullo tempore possunt obtinere beneficia, quæ parentes habuerunt, etiam in commendam, &* n.31.

32 *Filius legitimus clerici non prohibetur obtinere diuersum beneficium in Ecclesia, in qua pater, sed non idem beneficium absque dispensatione Papæ.*

33 Cap.1.de præbendis.cap.Apostolicæ.8.q.1.

34 Cap.ad Abolendam.

35 *Canonicare præsumentes filios spurios in canoniis, siue beneficiis Ecclesiæ paternæ, suspenduntur, maximè si geniti fuissent à patre Presbytero.*

36 *Constitutio clem.7 quos filios prohibeat succedere in Ecclesia, qua pater.*

38 *Filius legitimus quoad habendum beneficia paterna, in quibus differat à filio illegitimo, spurioue,*n.39.& 40.

AD primam quæstionis partem, adductis hic 1
pro exornatione, quæ dixi *supr. in c.1.hoc tit.*
q.7.ex n.1.& hic q.2.præced.ex n.1. respondeo d.
Trid.decretum non habere locum in habentibus
pensionem ante concilium super beneficio à patre
obtento: sic cum Spino sequitur dicente declaratū
à Sacra Congregatione cardinalium, ac relatū *p.*
7.de benef.c.5.n.45.& 46. responden e Archiepiscopo
Cæsar Aug in verbis sequentibus *decretum*
15.sess.25.nō obstat, quin filius Presbyteri, in cuius
fauorem fecit imposita pensio ante concilium Trid.
super Parochialem, quam tunc temporis pater eius
resignauit, possit prædictam pensionem exigere. Et
Nuncio Apostolico etiam sic respōdit: *c.15.Trid.*
sess.25.quo prohibetur filium illegitimum posse habere
pensionem super beneficio alias à patre obtento,
non habet locum in eis, qui pensionem huiusmodi
ante confirmationem ipsius concilij Trid.legitimè
impetrarunt. Et sic tenuisse Rotā in Cæsar
Aug.pensionis 18.Iunij 1590.corā Domino Gypsio,
& quod ita censuerit S.Congreg Concilij vt
in Aquilegien. fructuum Castri S.Viti, 14 Iunij
1599.coram Litta, quam refert idem Garcia *de beneficiis*
p.1.c.5.n 117 & d p.7.n.46. in fine vbi n.
47.†vt ne prædictum *c.15.Trid.* videatur habere 2
locum in pensione post Concilium imposita in fauorem
illegitimi super beneficio, quod nec erat,
nec fuit patris; liceat postea perueniat ad patrem
post constitutam pensionem, eo quod de ista pensione
non loquitur Trid.*in d.c.15.* quam nec prohibet,
vt à filio possit retineri. Alia conducibilia dico
quæst.sequenti.

Ad secundam quæstionis partem, an prohibitio 3
dict.Trid decreti procedat in habente coadiutoriam
ante illud in Ecclesia paterna cum futura
successione? Et quia ad diuersa de hoc puncto
plures adducit declarationes idem Nicolaus Garcia
omnino legendus *dicta p.7.de benefic.c.5.ex*
n.31. ideo respondeo cum eo, & cum Nauarro *in*
c.si quando de rescript.except.21. & *in actuario*
ex n.5 vt filius non possit succedere vbi latissime
expendens effectum nouæ legis iuxta litterā Bullæ,
& constitutionis Clem.VII.quam refert *ibi d.*
except.21.n.2.& in dicto actuario adducens verba
Trid.*in dicto cap.15.* omnino videndus. Et est
ratio quia per illud decretum vetantur obtinere
aliqua beneficia in illis Ecclesiis, in quibus patres
eorum illa, vel alia obtinent, vel obtinuerunt, cumque
late probat Nauarrus *in dictis locis, & in præludiis*
n.7. vt qui habent accessus, regressus, vel
Coadiutorias non habent beneficia nec ius vllum
in eis, sed solùm ad ea, quod de facili perditur per
inhabilitatem sequentem iuxta quæ ipse Nauarrus
scribit *in d c.si quando except.10.n.10. vsque in*
fin. sequitur vt cum ex vi Coadiutoriæ, solùm videatur
data expectatiua; quid mirum, vt hæc sublata,
censeatur per dict.Trid decretum, vt filij Presbyteri
incontinentia omnino arceretur.

Hæc resolutio, & si nimis dura fuerit visa Na- 4
uarro, ab ipso sequitur, quæ tamen videtur non esse
firma, cōsiderata alia Trid decisione, *in c.7.eiusdem*
sess 25.quatenus prohibens etiam imaginem
hæreditariæ successionis in beneficiis porrigit etiā
ad accessus, & regressus etiam de consensu, & ad
coadiutorias quoque cum futura successione, sed
non ad obtentas ante Tridentinum vt videtur
significare verba ibi: *nec hactenus obtenta suspendantur*;
At non difficulter expenditur, habita
differentia inter Coadiutorem filium legitimum,
aut illegitimum: nam vt *in-*

fra dico hic verſ. *ad vltimam*, prohibitio *in dicto cap. 15.* non militat in filiis legitimis clericorum, ſicut in illegitimis eorum filiis & cum ergo vt *infra dicitur quaſt. ſeq.* filij illegitimi teneantur renunciare illa beneficia antea obtenta, etiam ſi iam ea quæſiuiſſent propter dictum incontinentiæ paternæ ſcandalum; quid mirum, vt Trid. decretum *in dicto cap. 15.* de iſtis intelligat filiis, at *dict. cap. 7.* de legitimis. Alia dicit videnda Nauat. *in dicto actuario ex num. 5. ad 10.* vbi diſputat, & explicat Congius.

Adhuc videtur non eſſe firmam doctrinam
5 Nauarri, cum in puncto coadiutoriæ aliter declaratum inſpiciatur per reſponſum S. Congreg. Epiſcopi Vicens, in ſequentibus verbis: *Decanus Vicens habebat etiam canonicatum in eadem Eccleſia, in qua fecit ſibi coadiutorem cum futura ſucceſſione filium ſuum naturalem, & pariter ſibi eundem fecit coadiutorem in Eccleſia Parochiali eiuſdem beneficij, quem idem Decanus obtinebat. Decretum fuit quod pater de præſenti reſignaret filio, in totum dictam Parrochialem, & poſt mortem patris haberet filius ſpatium ſex menſium ad reſignandum canonicatum, quem ſibi, virtute dicta coadiutoria plene acquiſiuiſſet; dumtamen eo viuente, & mortuo patre, obtineret ab ingreſſu Eccleſia, in qua dictus ca-*
6 *nonicus exiſtit. Idem placuit decernere in aliis caſibus ſimilibus, in quibus filij illegitimi clericorum reperiuntur dati coadiutores cum futura ſucceſſione in Eccleſia, in qua pater, vt ſcilicet cum nunc plane non obtineant beneficia, ſed tantùm officio coadiutoria fungantur, habeant ſpatium ſex menſium poſt mortem eorum, quibus dati ſunt coadiutores ad reſignandum beneficium, quod per eorum mortem plene acquiſuerunt; dum tamen omni tempore obtineant ab ingreſſu ipſius.* Quibus inquam patet latam fuiſſe legem pró futuris temporibus admittendas ſimiles coadiutorias, etiam in beneficiis plene poſſeſſis intra ſex menſes; & ſic vigore coadiutoriæ ſuccedi, & poſſeſſionem acquiri, & ſi cum dicta obligatione reſignandi.

7 Verum quia dicta declaratio alia ſequenti deſtruitur in ſequentibus verbis *aliquando congregatio concilij in caſu, quo filius datus fuerat ante concilium coadiutor patri cum futura ſucceſſione cenſuerat poſt mortem patris dandum eſſe terminum filio ſex menſium ad dimittendum, etiam quod Epiſcopus, & capitulum pro filio ſupplicarent.* ſed *poſtea 12. Mai* 1568. *eadem congregatio cenſuit concedendum, vt filius poſſit retinere canonicatum; quia agitur de ſuccedendo de nouo, & ſic de acquirendo beneficium, in quo pater contra expreſſum concilij decretum,* refert idem Nicolaus Garcia *dicta p. 7. cap. 3. de benef. nu* 85. *&* 86. dicens tempus datum ad reſignandum fuiſſe ex ſpeciali gratia, & conceſſione; & ſi obſtes dicendo primam ex his declarationem, etiam in cæteris pro futuris temporibus latam, reſpondetur per aliam poſteriorem proximè dictam, & latam iuxta iuris regulas, & mentem concilij abrogatam fuiſſe, vt patet ex aliis etiam declarationibus, quas D Garcia *ibi* refert. *nu.* 82. 83 *&* 84. vbi idem refert deciſum in acceſſu, vt in decis. Compoſtell. quam adducit *ibi. n. 51. ſub dubio.* 5. poſito *in dicto cap. 3. nu.* 40 de qua dico *quaſt. ſequenti à n. 1.*

8 Dicta vbi proxime procedunt aliter econtra, quando ſcilicet pater eſſet coadiutor filij, vt in declaratione ſequenti: *pater, qui eſt coadiutor filij in canonicatu cedere tenetur omne ius filio, poſſet tamen ſibi reſeruare fructum aut penſionem.* videbis pro maiori declaratione quæ dixi *ſupra quaſt. præcedenti* in verſ. *ad ſecundam.* & de hoc caſu etiam idem reſoluunt Barboſa *in dicto cap. 15. Trid. nu* 38. Armendar. *in l. 1 hoc tit. in additionibus ad leg. Nauarra lib. 1. n.* 43.

Ad tertiam quæſtionis partem, an regula de 9
triennali iuuet contra dictum decretum Trid. concil. *in cap. 15. ſeſſ. 25.* & quia pars aſſirmatiua ſuadetur ex his, quæ iam dixi de hac regula *ſupra in cap. 1. huius tituli, & in Rubrica de cauſa poſſeſ. & prop. q. 1. ex num. 19* & aliqua *infra ſub tit. de officio Archid.* At verum eſt vt non iuuet dicta regula in caſu, de quo loquimur, ſiue in beneficiis ante concilium poſſeſſis, ſiue poſt, vt ex ſacra congregatione concilij refert deciſum Nicolaus Garcia cũ Vgolino *in p. 11. de benefic.*
cap. 5. ad finem n. 179. vbi poſtquam dicit hanc 10
regulam de triennali poſſeſſore non ſoffragari contra decreta concilij Trid. *in cap. 4 ſeſſ. 7. & in cap. ſeſſ. 24 de reformatione,* vt cenſuit ſacra congregatio concilij in ſequentibus verbis: *an præſumpta diſpenſatio,* in qua fundatur regula de triennali, habeat locum contra proxime relata concilij capita; item & contra *dict. cap. 15. dict. ſeſſ. 25. de reformatione;* ita vt poſſidentes beneficia contra diſpoſitionem dictorum decretorum ex tali præſumpta diſpenſatione ſuam poſſeſſionem tueri valeant. *Sanctiſſimus D. noſter ea ſententia congregationis reſpondebit non habere locum contra tacita concilij Tridentini decreta à Cardinali Carrafo,* vbi refert aliam, & deciſionem Rotæ in cauſa Laudicen. *can. 26.* februarij 1597. coram Gypſio, nouiſſime Farin. 607. *in fine,* de quo ſunt videnda tradita per Sarpenſ. *in regula de triennali qu. 10.* Menoch. *de præſumptionibus lib. 3. præſumpt. 133.* Florez de Mena *q. 23. ex n. 51.* & alibi, Garcia *n. 381.* adducit alias loquentes de incompatibilitate, in qua non iuuat dicta regula de triennali.

Et magis patet ex alia declaratione in cauſa 11
Callagurrit, de qua teſtatur idem Garcia, vbi proxime, *& in dicto cap. 3. p. 7. ex num. 82.* litteram referens *nu.* 8. in ſequentibus verbis *illuſtris, & Reueren. Domini ſupplicatur* eidem dari reſolutionem ſuper dubio ſequenti. Dubitatur an-chi, qui ante, & à tempore publicationis concilij Trid. poſſident beneficia contra diſpoſitionem *cap. 15. ſeſſ. 25 de reform.* ex præſumpta diſpenſatione reſultante ex regula de triennali, & poſſeſſione huiuſmodi diuturna ſe tueri valeant. *Congregatio concilij cenſuit filio illegitimo, qui ante concilium habebat beneficium, in Eccleſia, in qua pater ſimilia, vel diſſimile beneficium obtinebat, & ex decreto concilij cap. 15. ſeſſ. 25. de reform. tenebatur intra tres menſes illud dimittere, non ſuffragari regulam de triennali:* ita Garcia vbi *n. 89.* refert idem Rotam reſoluiſſe in eadem cauſa in dicta deciſione calagurritana, quam adducit ipſe *dicto c. 3. n. 82.* Et idem minus longe tenent Barboſa *in paſtor. dict. cap. 65. p. 3. n 9* & Armendar. *ad leg. Nauarra in l. 1 hoc tit. n. 42.* & iterum *in d. c. 15. Trid. n. 39.*

Nec obſtaot quæ dixi de hac regula *in Rub.* 12
de cauſa poſſeſ. & prop. ſub qu. 1. & *ſupra in dicto c. 1 hoc tit.* quia illa loquuntur, quando nulla adeſt abrogatio ſeu derogatio talis regulæ, ſicut ad eſt in prædictis deciſionibus concilij, &

in

in proxime adductis declarationibus, & deciſio-
nibus.

13 Ad quartam quæſtionis partem, ân nepotes le-
gitimi ex filio, vel filia Presbyterorum illegitimis,
includantur in tit. noſtro, *in dict. conſt. clem. 7. &*
in dicto cap. 15. Trid. ſeſſ. 25. reſpectu beneficij
aui; & quod extendatur dicta prohibitio probant
de Iure communi gloſſa, *in cap. ad extirpandas*
hoc tit. & per gloſſam *in cap. Apoſtolicum 8. q. 1.*
vbi Archidiacon. *n. 1.* Gulielmus Benedictus *in c.*
Raynucin de teſtam. verb *& vxorem n. 693.* Sal-
ced. ad Bernard. Diez *in practica. cap. 48. littera*
A. Rebuff. *de pacificis poſſeſſ. a n. 266.* Leſſius *de*
Iuſt. lib. 2. cap. 34. n. 91. quos, & refert Barboſa *in*
paſtorali dicta alleg. 65. p. 3. n. 18 idem *in dicto c.*
ad extirpandas n. 4. quibus addo Rojas *de ſuc-*
ceſſ. ab inteſtato cap. 20. ex n. 11. eundem Rebuf-
fum *ſupra in n. 225.* Mieres *de Maioratibus p. 2.*
q. 2. n. 25. extendentes abſolutè dictam prohibi-
tionem ad quoſcumque nepotes, quos & refert
Garcia *dicta p. 7. cap. 3. de benefic. n. 23.* vbi etiam
refert Syluestr. cum Hoſtienſe. verbo *beneficium*
q. 6. & Leſſium *de Iuſt. cap. 34. lib. 2. dict. n. 91.* di-
centes nepotem non poſſe obtinere beneficium
Aui, patre mortuo.

14 Et confirmatur hæc pars, quia ſicut filius cle-
rici non poteſt patri ſuccedere, nec ab eo quid-
quam capere; imo nec à conſanguineis ex parte
patris ex *lege Regia 22. tit. 3. lib. 1. ordinum,* hodie
lex 6. tit. 8. lib. 5. recopil. de quo dixi aliquid *ſub*
Rub. huius tituli; ſic & in propoſito nec ne po-
teſt, vt videtur deciſum ex Concilio à S. Congre-
gatione in ſequenti declaratione, quam adducit
Garcia *dicto cap. 3. n. 27.* ſequentibus verbis: *ſa-*
cra congregatio cenſuit procedere non ſolum in fi-
lio reſpectu patris, ſed in nepote reſpectu Aui
propter verbum (longiſſime) *quod excludit omnem*
perſonam mediatam in dicto cap. Trid.

15 Iterum confirmatur ex alia declaratione Sacræ
Congreg. quam, & adducit Nicolaus Garcia *d.*
cap. 3. n. 14 qua dictum eſt nepotem legitimum ex
filio, ſeu filia illegitimis, non poſſe, viuente Auo,
obtinere penſionem ſuper beneficio. quod Auus
poſſidet vt auitæ incontinentiæ memoria arceatur
in ſequentibus verbis: *ſtante declaratione, quod*
concilium non comprehendat nepotem legitimum
ex filio, ſeu filia illegitimis, reſpectu beneficij, quod
Auus obtinuit, (an procedat etiam viuente ipſo
Auo; adeo, vt nepos ex filia illegitima; ſiue illa vi-
uat, ſiue non poſſit obtinere penſionem ſuper be-
neficio Parochiali, quod Auus poſſidet?) *Congre-*
gatio cenſuit negatiuè, vt arceatur memoria aui-
ta incontinentiæ; licet omnes illuſtriſſimi dixerint
contrariam opinionem eſſe de Iure veriorem ex
ſententia Rotæ.

16 Nihilominus dicendum eſt ex communi, nec
Iure communi, nec ex *dict. conſt. clem 7.* relata *ſu-*
pra q. 1. nec dictum *cap. 15. Trid. dict. ſeſſ. 25. de*
reform. prohibere quo minus dicti nepotes poſſint
beneficiari in Eccleſiis ſuorum Auorum, & reſpe-
ctu beneficij, eo quod ratio prædictorum canonũ
non porrigitur ad nepotes, cum ſolus filius repræ-
ſentet patris ſui incontinentiam, nepos verò non
ita; & quia filius præſumitur eſſe ſimilis patri iux-
ta relata *ſupra in Rub.* ex Tiraq. longe ſcribente
hanc ſimilitudinem de Iure, & ex bonis litteris,
non ſic nepos Aui. Et ſic in terminis, & ex aliis
pluribus fundamentis probant poſſe nepotem le-
gitimum Presbyteri ex filio illegitimo ſuccedere in
beneficio Aui, Nauarr *conſ. 9. hoc tit. in nouis,* Say-
rus *dict. tit. in floribus deciſ. 9.* Vbi bona additio,
Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſa 3. princip. a n. 23.*
idem Sayrus, *de cenſuris lib. 6. cap. 10. n. 46.* Azor,
inſt. mor. p. 2. lib. 6. c. 4. q. 17. Gironda *de priuil. n.*
1049. Vgolinus, *de offic. & poteſt. Epiſcopi. c. 50. §.*
7. n. 1. & §. 8. n. 1. Stephanus Gratian. *diſcept. fo-*
renſ. c. 397. n. 6. & ex aliis Barboſa *in d. c. ad extir-*
pandas n. 4. & 5. Riccius *in deciſ. Curiæ Archiep.*
Neapolit. p. 4. dec. 181. Gallet. *in Margarita ca-*
ſuum conſcientiæ verb. *beneficium 1.* cum Barboſa
in paſtorali, qui alios refert, & ſequitur, *dicta al-*
leg. 65. p. 3. n. 18. Caſtrus Palao *in opere morali to.*
2. tract. 13. diſp. 4. puncto 2. n. 3. Armendar. *in di-*
cta l. 1. Recop. Nauarræ *hoc tit. n. 1.* Campanilus
in diuerſ. Iuris canonici Rub. 11. cap 13. n. 76 Ho-
norius *ad decretales hoc tit.* & cum Roderico
Acugna, Sel, & aliis, idem Barboſa *in dicto c. 15.*
Trid n. 6. & alibi.

Et multis aliis probat Nicolaus Garcia *in di-* 17
cto cap. 3. p. 7. de benefic. ex n. 21. inter quos Ze-
ballos *in pract. q. 762.* & item Bellet. *diſquiſit.*
cleric. p. 1. tit. de diſciplina clericorum §. 3. n.
33. & prædicti atteſtantur cenſuiſſe Rotam Ro-
manam, & ſanctã Congreg. nouiſſime ſub die 13.
Auguſti 1622. vt refert Barboſa *in d. alleg. 65. ſub*
dicto n. 18. pro quo facit tum ex dictis, quod non
eſt tanta ratio in nepote, etiam illegitimo, vt *n. ſe-*
quenti, dicimus, ac in filio; deinde quia quamuis fi-
lius illegitimus prohibeatur ſuccedere patri de
Iure, † ſed non ſic procedit reſpectu nepotis, etiã 18
non legitimi, qui quidem poteſt ſuccedere, & ca-
pere ex teſtamento Aui clerici *per l. fin. Cod. de*
naturalibus liberis, Rodericus Suarez *in l. 9. tit.*
11. lib. 1. fori n. 4. & in l. 1. tit. 6. lib. 3 fori §. hac
de filiorum, Anton. Gomez, *in l. 9. Tauri num.*
17. Didacus Perez *in dicta l. 22. tit. 3. lib. 1. or-*
dinam. Dueñas *regula 366. limit. 2.* Paleotus *de*
nothis, & ſpuriis cap. 53. Couar. *in 4. p. 2. §. 5. n.*
11. Rojas *de ſucceſſ. ab inteſtato. cap. 20.* Iulius
Clarus *§. teſtamentum q. 32.* Pinelus *in l. 3. Cod. de*
bonis maternis. à n. 2. Parlador. *rerum quotidia-*
narum lib. 1. cap. 16. P. Molina *de Iuſtitia tom. 1.*
tract. 2. diſp. 167. concluſ. 9. & alij, quos refert Bal-
dus ad Rod. Suarez *dict. n. 4.* Zeballos *d. q. 762.*
à n. 47. & q. 796. & alios Caſanate *conſ. 8. à n. 17.*
& alij nouiſſimè poſt iſtos.

Et in tantum eſt vera dicta doctrina, vt procе- 19
dat etiam in nepote illegitimo ex filio illegitimo;
quia in materia odioſa, & pœnali, appellatione fi-
liorum non veniunt nepotes, vt DD. docent com-
muniter cum Bartulo *in l. liberorũ n. 6 ff. de verb.*
ſignific. nec ſit tanta ratio in nepote, ac in filio, vt
tenuit gloſſa *in dicto cap. Apoſtolicu,* cum magis
communi Nauarr. *dict. conſ. 9. à num. 1.* Vbi indi-
ſtincte loquitur Garcia. *de benef. dicto cap. 3. ex*
n. 15. cum Quintana Dueñas, Spino, Man. Rodr.
Vega, & Azor, qui alios referunt, Barboſa *in di-*
cto c. 15. Trid. n. 6. in fine, cum Armendar. *in d. l. 1.*
n. 3. † idem cum Peller, & aliis *in d. c. ad extirpan-* 20
das n. 5. in fine, Vbi refert deciſum per Rotam in
vna Tyraſolem eleemoſynariæ 14. Nouemb.
1607. quod patris illegimitas non obſtat filiis, vt
non poſſint obtinere aui canonicatum, & refert
etiam deciſum Garcia *dicto cap. 3. n. 27.* in verbis
ſequentibus circa finem numeri *Congregatio con-*
cilij cenſuit decretum dicti c. 15. ſeſſ. 25. minime
prohibere, vt nepos illegitimus ex filio illegitimo,
beneficium, quod Auus habuit obtinere non poſſit,
& huic declarationi ſtandum eſſe, dicens hanc
poſtea ſic tuliſſe Dictam Congreg. 1 Martij 1589.

sia, in qua eius pater, tamquam capellanus amobilis, seu vicarius inseruiuit? Et in hoc dubio admittunt DD per textum *in cap. constitutus hoc tit.* vbi glossa, vt non prohibeatur ministrare, habere beneficium, si pater non habens titulum, seruiuit tantum tamquam capellanus, seu tamquam vicarius temporalis; quia respectu patris, Concilium, requirit beneficium, vt censuit S. Congregatio Concilij in sequentibus verbis: *filius clerici ex hoc decreto, non prohibetur, quominus tamquam cappellanus amobilis deseruire possit, atque obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, licet pro capellano amobili inseruierit in eadem Ecclesia:* sic Garcia cum Vgolino refert, *dict. cap. 5 p. 7. de benefic. n. 72.* Videndus Barbosa *in pastorali dict. p. 3. alleg. 65. ex n. 11.* Armendar. *dict. l. 1. de filiis Presbyter. n. 31.* Stephan. Gratian. *dict. cap. 197. à n. 14.* Campanil. *in diuersorio Iuris canon. Rub. 11. dicto cap. 13. n. 67.* Iulius Laborius *tit. 4. cap. 16. n. 52* Sigismund. à Bononia *de elect. dub. 78. n. 6.* Riccius *in decis. curiæ Archiepisc. Neapolit. decis. 204. p. 4. & in praxi p. 4. res. 173.*

23 Vnde infertur ad aliquos casus, primo, vt non prohibeatur illegitimus habere canonicatum, qui erat portio tempore, quo pater illum obtinuit, vt resoluunt Achiles de Grass. *decis. 1. hoc tit.* Gonzalez *in regul. 8. Cancel. glossa 5. proœm sub n. 23.* Lotterius *de re beneficiaria lib. 3. q. 48. n. 210.* Barbosa *in Trid. dicto cap. 15. n. 25.* idem *de officio Episcopi n. 12. dicta alleg. 65. & in Bullario, ac in decision. Apostol* verbo *filius*, Nicol. Garcia cum eodem Achiles *in decis. 47. hoc tit.* & cum Mandosio, Hojeda, & Puteo *decis. 225. lib. 3. in dicta p. 7. cap. 5. de benefic. n. 10.* Vbi idem ait procedere, quando beneficium erat portio, tempore, quo pater illud obtinebat, & postea fuit factum canonicatus; & sic erat aliud beneficium.

Item infertur, vt non prohibeatur obtinere Ec-
24 clesiam filialem; dummodo non teneatur ministrare in matrice, vt refert decisum Nicolaus Garcia, *dict. p. 7. cap. 5. n. 6. & 61.* in verbis sequentibus. *An illegitimus, cuius pater fuit Rector. Ecclesiæ matricis, possit Ecclesiam filialem dependentem obtinere, seu alias illi vnitam, in qua eadem matrix habet etiam certa Iura parrochialia?* Saluo hoc decreto Trid. Congregatio censuit posse modo vnio facta sit accessoriè, & per viam successionis Ecclesiæ matrici: & ibi in vers. *tertia* refert cum Vgolino declaratum anno 1588. quod illegitimi possint obtinere Ecclesias filiales, quando eorum patres obtinerent matrices, cum obtinentes filiales non tenerentur ministrare in matrice.

25 Vnitam verò æque principaliter; ita vt intitulatus in vna, censeatur in vtraque intitulatus, aut si in vtraque pater ministrauit, nõ posse: ita refert declaratũ *ibi* in dicto vers. *prima* in fine, & in vers.
26 *secunda* † Et ita quod quando, vnio facta est accessoriè, & pater habet, seu habuit Ecclesiam, seu beneficium principale, filius possit obtinere vnitã, tamquam vicarius perpetuus, vt in terminis, *cap. extirpanda §. qui verò de preb* seu tanquam vicarius temporalis, vel in ea obtinere aliud beneficiũ, quia non dicitur pater in ea intitulatus, docet Garcia *supra sub n. 65.* per illa, quæ latè dicit *p. 11. de benefic. cap. 5. n. 193* & de vtroque casu loquuntur etiam Armendar. *in dicta l. 1. ad leg. Nauarra hoc tit. num. 24.* Campanilos *dict. Rub. 11. in diuers. Iuris canonici cap. 13. n. 67. vers. cum verò.*

Notandum vero est circa hæc duo dicta, vt 27
prædictæ declarationes procedant quoad Ecclesias filiales, quæ sunt beneficia de per se, & distincta à matricibus, vt in terminis *cap. ad audientiam de Ecclesiis ædificand.* seu alias, quando vna Ecclesia est alteri in aliquo subiecta, seu ab illa dependet tamquam membrum; vtraque tamen est beneficium de per se, & separatum: nam tunc cum sint beneficia distincta, & in diuersis Ecclesiis, rectè possit filius illegitimus habere filialem; licet pater habuerit, seu habeat matricem, vel è contra, nisi habens vnam, habeat ministrare in alia: ita Garcia *vbi supra dict. cap. 3. n. 63.* iterum Barbosa *de offic. Episcopi dicta alleg. 65. n. 11.* cum Armendar. & Campanilo *supra*, & Castrus Palao *in opere morali tom. 2. tract. 13. disp. 4. pun-*
cto 2. n. 12. 28

Quoad secundum de Ecclesiis vnitis difficultatem facit supra resolutum ex adductis declarationibus; quia si sunt vnita accessoriè, iam non sunt beneficia, sed veluti prædium principalis; & quod nec datur vacatio eorum, sic dicit late Garcia *de beneficiis p. fin. cap. 2. n. 12.* indeque, vt non possit dici, quod illa possint per filium, aut alium obtineri: ita obiicit Garzia *dict. cap. 5. n. 64.* qui
respondet Iuxta distinctionem proximam adductam in vers. *vnitam*, & addit *ibi sub dicto n. 65.* 29
† quod quando beneficia sunt æque vnita principaliter, non potest filius aliquod eorum obtinere, etiam tanquam vicarius temporalis, seu vnione disoluta, nec aliud in eadem Ecclesia ex quo in vtraque est intitulatus pater, vt late dicit Garcia *in dicta p. fin. cap. 2. num. 37.* qui Iuxta *ibi num. 38.* idem esse ait, quando est vnio ad vitam: & hoc modo esse accipiendas relatas declarationes concludit *dict. cap. 3. p. 2. num. 65. in fine.*

Tertio infertur non prohiberi illegitimum ob- 30
tinere Episcopatum nuper erectum ex parte Diœcesis, in qua eius patre Diœcesis, in qua eius pater fuit Archiepiscopus; quia *dict. cap. 15.* Concilij est intelligendum strictè in casu odioso, cum loquatur in Ecclesia, in qua pater ministrauit, quod hic secus est, cum non sit eadem Ecclesia: sic docet cum Barbosa Castrus Palao vbi *supra disp. 4. puncto 2. n. 15.* idem Barbosa *de officio Episcopi dicta alleg. 65. n. 12. in fine, & in dict. Trid. n. 18.* Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 5. tit. 18. n. 1.* vbi refert sic fuisse decisum sub Die. 12. Februarij 1598.

Infertur quarto quod quando beneficium, ra- 31
tione cuius acceditur in certis diebus ad Cathedralem, seu aliam Ecclesiam, requirit seruitium, & residentiam personalem, non possit ab illegitimo obtineri; secus si posset seruiri per substitutum; licet eius pater esset beneficiatus in Ecclesia Cathedrali; vel alia Ecclesia, ad quam acceditur Garcia *dicto cap. 3. p. 7. de benefic. n. 71.*

Quinto infertur quod per dicti Concilij de- 32
cretum non prohibetur, quin pater, & filius possint celebrare missam in eadem Ecclesia; dummodo ambo non obtineant beneficiũ in ea, sed id fiet ab altero deuotionis gratia, ab altero, verò causa legali quod relictum sit missam celebrantibus: sic docent Iulius Labor, *variar. lucubrat. cap. 16. n. 54* Sigismund. à Bononia *supra de elect. dict. 75. n. 7. in princ.* Campanil. *in diuers. Iuris canoni-*

ci

ci *dicto cap.13.n.67.in fine*, Barboſa *in dicto cap.15.n.28.* cum Armendaro *in dicta l.1.leg. Nauar.hoc tit.n.33.* idem *in paſterali dicta alleg.65.n.23.* Caſtrus Palao cum eo *dicto puncto 2.n.17.* Nicolaus Garcia *dicto cap.3.p.7.de benefic.n.73.* vbi probat deciſum à Sancta Congreg. in duabus ſequentibus declarationibus. Prima: *Concilium Tridentinum non prohibet quin pater, & filius poſſint celebrare miſſam in eadem Eccleſia; dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, ſed id fiat ab altero, deuotionis gratia, ab altero cauſa legati, quod relictum ſit miſſam celebrantibus.* Secunda ad Epiſcopum N. ſcribatur, vt deſinat moleſtiam exhibere illegitimo Presbytero celebrandi miſſam ob quoddam legatum in eadem Eccleſia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic caſus non ſit prohibitus à Concilio.

33 Sexto infertur non prohiberi per dict. Trid. decretum, quin pater, & filius poſſint proceſſionaliter incedere, vnus tamquam Capelanus diuerſarum Eccleſiarum ita Nicol. Garcia *dict.p.7.cap.3.n.68.in 3.declaratione*, vbi in ſequentibus verbis interrogationi reſpondet, S. *Congregatio cenſuit poſſe*, Armendar. *in dicta l.1.hoc tit.n.30.* Barboſa *in concil.n.10.de officio Epiſcop.n.25.dicta alleg.*
34 *65.* † qui limitant quando accederent ad Eccleſiam proceſſionaliter, in qua pater obtinet beneficium, vt tunc non poſſit filius aliquomodo miniſtrare.

35 Item quando ſunt collegiatæ Eccleſiæ, quarum Decani, & canonici vigore ſtatuti ad Cathedralem accedunt ad certas proceſſiones in certis Diebus feſtis anni, & inibi canunt vnum verſiculum, non poterit filius illegitimus canonici cathedralis ad canonicatum, vel Decanatum illarum collegiatarum eligi, quia quoquomodo inſeruire dictæ Cathedrali videtur, vt referunt deciſum Campanil. *ſupra cap 21.n.67.verſ. & quia* Armendar. *n.31.in dicta l.1.* Barboſa *dict. alleg.65.n.32.in fine*, Garcia *dicto cap.3.n.69.* vbi dicit, hoc ſtante fuiſſe pluries dubitatum & quod Congreg. ter cenſuerit *filium prædictum illegitimum incapacem eſſe talis Decanatus; quia quoquomodo in ſe ire tali cathedrali videtur, & quia ſanctiſſimus mandauit iterum partes audire, & tamen congregatio ſtetit in deciſione 31. Auguſti, & Septemb.1587.*

36 Septimo infertur, vt non prohibeatur filius illegitimus cum patre ſimul habitare, vti alias reſpondit S. Congregatio Epiſcopo Calagurritano id ſequentibus verbis, *filij illegitimi clericorum non prohibentur à Concilio Trid. cum patribus habitare*, quam refert Garcia *de benefic. dicto cap.5.*
37 *p.7.n.74.* † vbi addit quod nec eſt aliqua prohibitio de Iure, quamuis aliqui Epiſcopi, ſeu ordinarij id prohibeant ſine cauſa Armendar. *in dicta l.1. Nauarra hoc tit.n.33* F.. Sigiſmund. à Bononia *de elect. dicto dubio 75.n.7. verſ. ſeptimo*, Iulius Labor, *dicto cap.16.tit.4.variar. lucubrat.n.55.* Barboſa *in dicto cap.15.Trid.n.31.* idem *dicta alleg.65.n.34.*

38 Et quamuis in Epiſcopatu Pampilonenſ. *lib.1. conſtit.ſynodalium hoc tit.fol.??.* vt Armenda. refert *ſupra dict.n.35.* talis cohabitatio ſit prohibitiſſimo & Bermond. *de publicis concubinis verb. apud patres ſuos*, ſcribat, vt Presbyterorum filij cum patribus ſuis habitare non poſſint addatque Benedict. Ægid. *in tract. de priuileg.* hoc non tam pœnæ, cauſa, quàm fauore honeſtatis inductum fuiſſe: nam ſpuriorum cum Patre Presbytero cohabitatio generat ſcandalum in clero, & præbet malum exemplum in populo, cum ſpurius ſit paternæ turpitudinis teſtis aſſiduus tamen non inde, & ſi hoc ſit honeſtius, procedit prohibitio per dict. *n. præcedenti*, vt dicunt adducti, & Barboſa *dicto n.24* vbi hæc refert.

Octauo non prohibetur illegitimus pro dicti 39
Trid. decretum ſuccedere in capellania, quæ fundari ſolet, maxime in Hiſpania abſque aliqua Epiſcopi, vel alterius ſuperioris authoritate, vt in illis ſuccedant clerici de parentela, Gonzalez *in reg.8.cancel.gloſſ.2 n.33.cum ſequentibus*, Caſtrus Palaus *dicta diſp.4.puncto 2.n.15.in fine* cum Barboſa *in paſterali dicta alleg 65.p.3.n.13.* iterum ipſe Barboſa *in dict.cap.15.Trid.n.24.*

Nono non prohibentur filij Epiſcoporum, etiam 40
illegitimi, habere beneficia in Diœceſibus ſuis, ſed ſolum in ipſa Cathedrali, reſoluit Nicolaus Garcia cum Vgolino *dicto cap.3.p.7.de beneficiis dict.n.74.in fine.*

QVÆST. II.

An filij Presbyterorum poſſint habere penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes ſui obtinent, vel obtinuerunt? An pater poſſit obtinere beneficium in Eccleſia, in qua filius eius habuerit aliud etiam diſſimile? Et quid ſi de præſenti habeat? An Patres poſſint renunciare beneficia, quæ obtinebant ad fauorem tertij, impoſita penſione, ſoluenda proprijs filijs illegitimis? Et quid de patre habente facultatem transferendi penſionem? Et quid quando facta eſt reſignatio al cuius beneficij in fauorem filij clerici, reſeruata penſione reſignanti ſuper beneficio de conſenſu Patris? vbi qualiter probetur? Et an qui ante Concilium obtinuit beneficium in Eccleſia in qua pater eius olim beneficiatus, poſſit poſt concilium ad aliud beneficium aſcendere, ſeu tranſire per optionem, aut alias.

SVMMARIVM.

1 *Filius Presbyteri verius eſt, vt nequeat obtinere penſionem ſuper beneficio paterno, at poſſit habere in Eccleſia, in qua pater beneficium habet*, vt n.2.& 3.

3 *Trid.* in cap.15.ſeſſ.25.de reformatione, & à n.5.12.13.14.15.16 & 17.

4 *Pater non prohibetur, ſuccedere immediate in beneficio filij, verius* vt n.5.6.7.8.

5 *Titulus de filiis Presbyterorum, & eius prohibitio non extenditur ad patres, & quare* n 6.

6 *Incontinentia paterna memoria potius manet in filio reſpectu patris, quàm in patre.*

7 *Pater nulla indiget diſpenſatione ad obtinendum immediatè beneficium filij legitimi, licet filius quamuis legitimus diſpenſatione*

dispensatione egeat, vt num. 8.

9 *Pater, qui post obtentum beneficium ante Trid. à filio, post Trid. intrat in beneficio Ecclesia filij, tenetur ad renunciandum, & non filiat. Et quare?* n. 10.

11 *Patres nequeunt hodie (etsi de Iure antiquo aliter) renunciare beneficia obtenta, reseruata pensione, filiis.*

12 *Pater habens facultatem transferendi pensionem, etsi de Iure posset, ex Trid. non ita vt* n. 15. *etsi filius esset legitimus,* vt num. 14. *vel nisi haberet facultatem ad transferendum in filium illegitimum,* vt n. 15.

14 *Filius illegitimus non prohibetur habere pensionem in beneficio paterno.*

15 *Resignatio beneficij facta de canonicato à legitimo, in fauorem alicuius, reseruata sibi pensione super Parrochiali patris ipsius videtur fraudulenta.*

16 *Resignatio in fauorem filij Clerici, reseruata pensione resignanti, de consensu Patris videtur contra Tridentinum.*

17 *Resignationes reciproca prohibentur à Tridentino. Et qua sint* num. 18. 20 & 21. *falli si dempta fraude fiant; vt in casu* numer. 14.

18 *Reciproca resignatio est* resigno in fauorem filij tui vt resignes in fauorem filij mei, & n. 20.

19 *Simonia confidentialis arguitur ex duobus mandatis correspectiuis.*

21 *Reciproca resignatio probatur, si amba supplicationes fuerunt eodem tempore data, & consensus prastiti, & ex mandatis vni, & eidem procuratori.* n. 22. *& quando fuerunt data modico tempore interiecto.* n. 23.

25 *Filius, qui ante Concilium obtinuit, beneficium in Ecclesia, in qua pater, post illud nequit optare aliud.*

26 *Optio in beneficiis, qualis permittatur.*

1 AD primam quæstionis partem pro affirmatiua sententia videtur respondendum ex dictis *supra sub quæst. 7. cap. 1. à n. 1.* quia quamuis ex eo textu illegitimus non possit habere beneficia sine dispensatione, sed non prohibetur habere pensionem reseruatam super fructibus beneficij, si alias clericus sit in prima tonsura saltem constitutus, & super Clericatu dispensatus, Rota corã R. P. D. Robustério Legion; seu Zamorens. pensionis 10. Octob. 1587. quæ est inter decisiones *diuers.* 425. *p.* 1. Vbi quod illegitimus non est inhabilis ad obtinendam pensionem, nisi ratione, clericatus, cum non possit esse clericus. Quod si sit dispensatus super clericatu, quasi pensio sit quoddam Ius temporale, & per se distinctum ab ipso beneficio, Gratianus *discept. forens. cap.* 397. *ex n.* 11. *ad* 18. ex Sarnensi *de annali. q.* 11. *in fine*, Rota coram Cardin Blanqueto Burgens. pensionis 19. februarij 1596. & coram R. P. D. Gypsio, Cæsar, Augustina pensionis 1595. feb. 19. ex dict. decis. 415 Rotæ *diuersor. in fine. p.* 1. Cæsar de Grassus *decis. 3. de prab. n.* 8. & ex aliis iam dict. *q. 7.* adductis.

2 Vtcumque ibi dictum accipiatur, tamen in proposito, de quo loquimur est clara dispositio Trid Concilij, *in cap. 15. sess. 25. de reformat.* in verbis ibi *nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere,* quam refert D. Gratiam *supra n.* 24. Campanil. *in Rub.* 11. *diuers. Iuris canon. cap.* 13. *n.* 70. Riccius *in decis. curia Archiepiscop. Neapolit.* 166. *n.* 3. *p.* 4. Castus Palao *in opere morali tom. 2. tract. 13. disp. 4. puncto* 2. *n.* 10. Barbosa *in dicto cap. 15. Trid. n.* 31. cum Rota *decis.* 549. *n.* 4. *p.* 2. *recent.* vbi refert, sic fuisse dictum in Meliten pensionis. 14. Mai 1614. coram bonæ memoriæ Burato inter eius impressas. *decis.* 51. *n.* 3. vbi Ferentil *in annot. litt. B.* vbi intelligit de reseruatis post concilium, non ante Concilium Iuxta Rotam *decis.* 11. *n.* 2. apud Farin. *in Posthum. p.* 2. idem Barbosa *in pastorali p.* 1. *alleg.* 65. *n.* 26. vt post Nauarr. resoluit. Seraphin *dec.* 1442. *n.* 15. Buratt. *decis.* 53. *n.* 3. † Cui non obstant dicta 3
hic à n. 1. & ex dicendis *infra*, cum Concilium non prohibeat, vt filius illegitimus obtineat pensiones super beneficiis Ecclesiæ paternæ, sed tantum pensiones super beneficio paterno, vt vno verbo dixit Nicolaus Garcia *de benefic. p. 7. cap.* 3. *n.* 39. *in fine.*

Ad secundam quæstionis partem, an pater possit obtinere beneficium in Ecclesia in qua filius eius habuerit aliud dissimile? Et videtur quod idem dicendum sit ac in filio respectu patris, suadetur ex adductis, tam *in cap.* 1. quam in textu nostro, cum militet eadem ratio, ne Ecclesiastica beneficia hæreditario Iure possideantur ex regula Iuris *l. illud ff. ad leg. Aquil. l. illud cod. de sacrosanct. Eccles.* cum citatis per Farinac. *in fragm. crim. lit. E. à n.* 51. Narbona *de appell. à vicario. ad Episcop. p.* 2. *n.* 16 cum infinitis, quos citat Barbosa *in princip. & loci communibus lit. R. n.* 6. quibus fertur, vt vbi est eadem ratio, eadem debeat esse Iuris dispositio, Hostiensis, cuius opinionem dicit Gigas *de pensionibus q* 86 posse forte sustineri, & Mandosius, quem sequitur Vgolinus *de officio Episcop. cap.* 50. §. 7. 4

Sed reuera dicendum est patrem non prohiberi succedere, etiam immediate in beneficio filij, siue sit legitimus, siue illegitimus; quoniam titulus noster de filiis Presbyt. & constitutio adducta hic *sub quæst. 1. in princip. clem. & decretum Concilij in dicto cap. 15. sess. 25. de reformat.* tantum loquuntur de filiis; & cum simus in odiosis, pœnalibus, & exorbitantibus, quæ non sunt amplianda, vt dicit regula Iuris in pœnis, & reg. quæ à Iure *de reg. Iuris lib.* 6. † Non enim est 6 5
eadem ratio, (vt supra adduxi sub *cap.* 1.) in patre, ac est in filio, cum non vigeat sic memoria paternæ incontinentiæ, sicut è contra in filio respectu patris, vt tenent glossa *in cap. Apostolica. 8. q.* 1. & post antiquos Andreas, Cardinalis Butrius *in cap. quoniam hoc tit.* Ancharran. & Abbas *n. 7. in cap extransmissa hoc tit.* Rebuffus *de dispens. super defect. natal. n.* 29. Bernard. Diez, Quinta Dueñas, Emanuel Rodriguez, Vega, Saytus, Lessius, Azor, & alij, quos refert, & sequitur Nicolaus Garcia *dicta p. 7. de benefic. cap. 3. à n.* 28. quibus addo Campanil. *dict. cap.* 13. *n.* 18. Fr. Sigismund. à Bononia *de elect. dubio* 75. *n.* 3. Marcel. Vulpeium *in praxi Iudic. fori Ecclesiast. cap.* 47. *n.* 18. Rota cum Seraphino *in decis.* 1442. Armendar. *in legib. Nauarra hoc tit. l. 1. n.* 1. † Vbi etiam asserit tantum patrem 7
nulla dispensatione indigere ad obtinendum immediatè beneficium filij legitimi, Castrus Palao cum Barbosa *in pastorali dicta alleg. 65. n.* 17. docet *vbi supra in opere morali dict. tom. 2. tract. 13. dict. quæst. 4. puncto 2. n.* 4. & sacra Cong. Concilij in vna Macerat. 18. Nouemb. 1618. dum

dum censuit patrem non prohibeti obtinete immediate beneficium sui filij illegetimi, quam etiam tefert, & sequitut Barbosa *in dicto cap.* 15. *Trid.n.*7. & tradit etiam tationẽ cum alıis, Thomas Sanchez *moral.lib.2.cap.1. dubio* 19. sed in selectis canonicis, *c.*92.*a.*5. qui tefert decisum.

8 Et ante de patre legitimo etiam censuit sancta Cong.concilij.a 2.Decemb.1594.in sequent verbis: *Congregatio concilij censuit, re maiure discussa, patrem legitimam nulla indigere dispensatione ad obtinendam immediatè beneficium filij, licet filius, quamuis legitimans, dispensatione egeat ad obtinendum immediatè beneficium patris*, refert Nicolaus Garcia *dict.cap.3. lib.7.de benefic. nu.* 29. vbi addit quod & si in hac declaratione solùm agatur de patre legitimo non negatur idem de illegitimo, quod est iam decisum, vt *supra n.praced.* dictum est.

9 Ad alteram partem dubij, quid si de præsenti habeat filius beneficiũ, numquid post concilium possit Pater obtinere beneficium in Ecclesia, in qua filius de præsenti est beneficiatus. Et in hoc dubio iuxta concilij mentem docet idem Nicolaus Garcia *ad reg. textus in cap. quemadmodum de Iuresur.* (iuxta quæ *ibi* dixi latè) *d. lib.* 7.*de benef.c.*3. *nn.* 30. *&* 31. vt non possit tunc pater assequi, ac habere beneficium in Ecclesia filij: sic deducens ex verbis dicti Trid. in vers. *quod si*
10 *in præsenti.* † Nam cum concilium ibi præcipiat filium tesignate beneficium, vbi tempore concilij, pater, & filius repertebantur obtinere beneficia in eadem Ecclesia, satis velle dicit, ne vnquam pater, & filius habeant simul beneficia in eadem Ecclesia, & quod in casu proposito filius non sit cogendus tesignate suum beneficium prius habitum, cum nulla culpa ei adscribi possit, & agat de retinendo beneficio quæsito, & sic de damno vitando, sed potius pater, quj de nouo intrat in Ecclesia, in qua filius habet beneficium, & sic cum agat de acquirendo beneficio, & lucro captando, sit impediendus ab ipsius acquisitione.

11 Ad tertiam quæstionis partem, an patres possint renunciare beneficia, quæ obtinebant ad fauorem tettij, imposita pensione soluendo proprijs filijs illegitimis? Et licet de iure antiquo talis renunciatio liceret per dicta de dispensatione *supra q.7.à nn.1.& hic ex nu.* 1. Tamen quia per Trid. decretum hoc immutatum apparet iuxta tesolutũ in hac quæstione ex *n.*2.vers.*vt cumque*, ideo vt sicut per dict. Trid non licet filio habere pensionem super beneficio aliàs à patre obtẽto, vt refert, ac sequitur in terminis huius dubij Barbosa *de officio Episcopi dicta alleg.*65.*n.*25.& in hoc casu.

12 Ad quattam, quæstionis partem quid de Patre habente facultatem transferendi pensionem, & dicunt posse illam in filium illegitimũ transferre, Gigas *de pensionibus d.q* 86.*n.*5. Flamin. *de resignat.lib.6.q.4.n.*21. *&* 22. Gonzalez *in reg.*8. *Cancel.glosa* 5.§.5.*n.*22.*&* 23.Azor *inst.moral.p.*2.*lib.*8.*c.*8.*q* 7.Gratianus *discept.forensiũ discept.*397.*n.*1.*&* 7.Riccius *p.*4.*collect.*1367.*in fine*,& Neapoli *dec.*186.*n.*1 *&* 7 *p.*4.& omnes referunt decisũ à Sancta Congreg.Zamorens.9.Nouemb. 1619.& 15.Septembris 1629 nec enim illi obstat dixit Gratian. Trid.c prout alias censuit Congreg. eiusdẽ Concilij,& Nicolaus Garcia agens de hoc dubio ex *n.*35.*d.c.*3.*p.*7. *de benefic.* dicit nec per dictam constitutionem Clem.id tolli, ex eo quod pensio non est beneficium, nec in ea militet eadem ratio prohibitionis cum Gigante, qui late probat, Flamin. & Gonzalez† qui tamen post concilium 13
aliter videtur sentire ex *n.*34.ex verbis illius in d. vers.*nec pensiones* contra Gigantem,& alios, vsque ad *n.*38.nam ex quo prohibet Concilium habere pensionem in beneficio, quod pater obtinet vel alias obtinuit, vt paternæ incontinentiæ memoria longissime arceatur;& sic à fortiori nec videri posse habere pensionem, quam pater habuit,& in eum
transtulit, † Aliter inquam dicendum est de filio le- 14
gitimo iuxta dicta *q.seq* qui non prohibetur habere pensionem super beneficio paterno, vt refert Garcia sibi relatum, à Sacra Congreg.declaratum *ibi n.*35.imo addit Garcia *n.*36. adhuc non videri tutam sententiam Gigant, etsi huiusmodi pensio esset constituta super beneficio, quod pater nunquam obtinuit, in terminis dict. const.clem.& in terminis *d.c.*15.*Trid.*ex quo dicta pensio succedit loco beneficij ex verb.dict. Clem. constit. *& alia quæcumque beneficia*, sub quibus videtur comprehendi pensio Ecclesiastica ex doctrina Felin. Gazialupi, Mandos.*de signatura gratia tit. de translatione pensionis ad finem in notis*: alia tradit videnda idem Garcia *n.*37.ex Gigante, Flam. Parisio, vbi concludit; secus hodie ex dict. Trid. in filiis illegitimis, ibi leges subobscure loquẽtem. Quare Barbosa *de offic. Episcopi dicta alleg.*65.*n.*27.non sine difficultate admittendus videtur, absolutè affirmans posse in puncto nostri dubij, qui intelligitur vt in fine sequent numeri.

Et confirmari videtur ex illo casu, quem ponit 15
idem Barbosa *sub dict.n.*27.*in fine*, dum adducens quod *potest euenire, vt Antonius scilicet* legitimus obtinens canonicatum, illum resignet in fauorem Nicolai, reseruata pensione super Parochiali, quam obtinet pater ipsius Nicolai, hæc reseruatio (dicit) comprehenditur decreto *dict. cap.* 15.& sic pater in fraudem consentit pensionem, vt refert decisum Garcia *dict.cap.*7.*n.* 8. Armendar.*in dicta l.*1.*hoc tit.Nauar.n.*41.hæc Barbosa etiam *in Trid.n.*14 & sic ego admitterem sententiam Gigantis,& Gratiani in patre habente facultatem illam transferendi in filium illegitimum; quia tunc iam ad id diceretur filius dispensatus, & habilitatus; secus si illa facultas sit tantùm generalis, cum obstat Trid.*in dicto cap* 15. in vers. *nec pensionis*,& ideo clare sic loqui dict Ruicium *dict. collect.*1367 *ad dict.cap.* 15. *Trid. in fine* verbis sequentibus: *nota tamen quod habens facultatem transferendi pensionem, potest illam transferre in filium illegitimum dispensatum simpliciter ad beneficia, & pensiones, nec illi obstet Trid.pro vt alias censuit congregatio eiusdem Concilij*:& per eadem fere verba Gratianus *dicto cap.*397.*n.*1.& alij ex citatis à Barbosa *supra.*

Ad quintam quæstionis partem, quid quando 16
facta est resignatio in fauorem filij clerici reseruata pensione resignanti super beneficio de consensu patris,& quod intret decretum *dicti c.*15. Tridentini *d.sess.*25.resoluit expresse Nicolaus Garcia *d.p.*7.*c.*3.*de benefic.n.*87.referens ita declaratum à S.Congreg.in verbis sequentib. *Antonius Correa legitimus obtinens canonicatum Ecclesiæ Alganarensis illud resignauit in fauorem Nicolai Cassada, reseruata pensione super Parochiali, quam Mattheus pater Nicolai obtinebat de consensu patris*, quæsitum est, an huic pensioni obstet decretum Concilij? *Congregatio censuit casum propositum comprehendi decreto Concilij sess.*25.*c.*15.*in fine, & patrem in fraudem consensisse pensioni.*

17 Et confirmatur ex Trid. decreto dict. vers. *ad hac*, per quod absolutè docent Nauar. *cons.* 2. *in antiquis*, alias 10. *in nouis de renunciatione*, Soyrus *in floribus decis sub hoc tit. decis.* 6. Fr. Emanuel. *in summo p.1.c.56.n.9.* Flamin. Paris. *de resign.benef.lib.14.q.9.* Castro Palao *vbi supra dict. puncto 2.n.18.* Barbosa *in dicto c.15.Trid. n.* 40. quatenus probant quod sub dicto decreto comprehenduntur etiam reciprocæ resignationes iterum Barbosa *in pastor.d.alleg.65.n.18.* vbi explicat.

18 Se quia potest inquiri quæ istæ hæc dicantur reciprocæ, seu correspectiuæ, vt si fiant modo sequẽti *resigno in fauorem filij tui, vt resignes in fauorem filij mei*; & quia fiunt in filiis vtriusque, & sic in fraudem *c.o.hoc tit.lib.6.& d.c.15.Trid.d.sess.* 25. cum data causa probabili, sic simulandi de facili præsumeretur fraus talis, vt dixerunt Rota *in dec.1.de don. in nouis, & diuers.254.p.2.* Riccius *collect.* 1705. super decis. Crescentij 1. *de simonia*
in vers. *tertio*, vbi ex eo adducit quod † ex duo-
19 bus mandatis correspectiuis arguitur simonia cõfidẽtialis; & sic factis resignationibus modo dicto, sicut sunt aliæ omnes conuentiones, quæ prohibentur in beneficialibus, vt fuit resolutũ per Rotam in vna Austuricens. coram Gyptio 13. Ianuarij
20 1585. † imo Castrus Palao *d.opere morali to.2.tr.3.disp.4.p.2.n.18.* dicens interdictum esse à Concilio Trid. omnem reciprocam renunciationem, si quæ à parentibus clerici in fauorem filiorum suorum fiat: addit quod illa dicitur talis, in quo pactũ, & conuentio de mutua resignatione facienda interuenit; & quod dicta prohibitio loquitur tantùm circa reciprocas resignationes post ipsum concilium in fauorem filiorum faciendas, vt referunt resolutum Garcia, & Armendar, Barbosa *d. n.* 18. *in fine*, iterum, *in d.c.Trid.n.fin.*

21 Et si iterum inquiras qualiter amplius probentur, respondeo, vt si ambæ supplicationes fuerunt eodem tempore datæ, & consensus præstiti, Puteus *in dec.490.lib.*0. Achiles de Grass. *in dec.* 1. *de simonia*, Peregrin. *in dec.*83. Rota *diuers. in dec.* 446.*p.*1.

22 Item ex mandatis vni, & eidem procuratori, Peregrin. *d.dec.83.lib.*1. Rota diuers. *in dec.234.p.*1. & hoc quamuis mandata non fuerint data eodem Die, ex quo induceretur correspectiuitas proculdubio, Achiles de Grass. *in decis. 4. de renunciat.*
25 Mohedan, *in decis.*224. Puteus *dec.525.lib.2.* † & quando fuerunt data modico tempore interiecto; & sic, ex interuallo Caputaq. *dec.297.p.2.* Rota diuers. *in decis.* 234.*p.*2. vt fuit resolutum plurius per Rotam, sicut dicit Riccius *dicta collect.* 1705. in vers. *quinto*, & signanter in vna Placentino bonorum 11. Mai 1589. coram Seraphino, & iterum in vna Reatina pensionis 10. Iunij 1588. coram Pamphilio adducens in comprobationem Caputaq. *in decis.*253.*p.*2. qui *&* *in dec.*199. refert decisionem in vna Calogurit. 14. Decemb. 1595. coram Blanqueto, etiam forma probari.

24 Verùm si dempta fraude, Clericus habens filium renunciat proprium beneficium in fauorem filij alterius clerici, qui post aliquod tempus in remunerationem accepti beneficij, reciprocum renunciat beneficium in fauorem filij primi clerici renunciantis, nullam committi simoniam, nec decisioni dicti Concilij Tridentini contrauenirí dicunt Fr. Eman, *in summa p.2.d.c.56.n.8.& 9.* Gironda *de priuilegiis & exempt.n.*1275. Barbosa *de officio Episcopi 3.p.d.alleg.65.n.*29. addens ex d. Gironda idem dicendum; licet præcedat aliqua mentalis intentio reciprocæ renunciationis, quia talis pactio defuit à principio.

Ad sextam, & vltimam quæstionis partem, an 25
qui ante Concilium obtinuit beneficiũ in Ecclesia, in qua pater eius olim fuit beneficiatus, possit post concilium ad aliud beneficium ascendere, seu per optionem transire? Et applicatis hic pro enodatione adductis *hic supra q.1.vers.ad primam*, & vers. *ad secundam*, & *ad tertiam*, in hoc puncto sine difficultate resoluit Nicolaus Garcia *d p.7.de benefic.cap.5.n.52 & 53.* non posse; quia tũc agit de acquirendo beneficio de nouo, subiacere que decreto dicti concilij, & refert declaratum à S.Congreg. tet in verbis sequentibus *habens canonicatum in Ecclesia in qua pater eius similiter obtinuit, non potest in eadem Ecclesia de canonicatibus ad Dignitatem ascendere.* Et ibi: *filius illegitimi Presbyteri dimidius beneficiatus in vna Ecclesia, in qua pater eius olim beneficium habuit, non potest ascendere ad integram portionem*, & in seq declar. ibi: *illegitimus beneficiatus in Ecclesia, in qua pater similis, vel dissimilis beneficij, mortuo patre ante Concilij publicationem, non potest ex vigore cuiuscumque eius dispensationis ante concilij publicationem obtenta, obtinere aliud beneficium, dimisso eo, quod obtinebat in eadem Ecclesia, in qua pater reperitur beneficiatus, nec optare ex vi statuti illius Ecclesiæ aliud beneficium, quod sibi competeret veluti antiquiori, vel ex aliqua causa acquiritur enim de nouo, & dispensationibus per concilium sublatis, remanet indispensatus.*

Quod si velis scire ad sanitatem quid dicatur 26
optio circa beneficia, Dignitates, canonicatus, & præbẽdas, leges, & applicabis hic quę scripsi *supra in c.cum M.9.de const.q.3.ex n.19. vsque ad fin.*

QVÆST. III.

An tridentini decretum in dicto c.15. sess. 25. de reformat *habeat locum in habentibus pensionem ante concilium super beneficio à patre obtente? An in habente ante concilium coadiutoriam cum futura successione? An regula de triennali iuuet contra dictum decretum? An nepotes legitimi ex filio illegitimis, comprehendantur sub dicto Trid. decreto? Et num extendatur ad fratres? Et an contra Ius commune aliquid innouatum fuerit circa Presbyterorum filios, qui fuerunt nati ex legitimo matrimonio per Trid.* in dicto cap.15. *&* *const.clem.*7.

SVMMARIVM

1 *Trid.Conc.* in c.15. sess.25. de reform. *non habet locum in habentibus pensionem ante illud in beneficio à patre obtento. Nec in pensione imposita post in fauorem illegitimi super beneficio, quod nec erat, nec fuit patris; licet postea perueniat ad illum, vt* n.2. *& in habente Coadiutorium, vt* n.3.

3 *Coadiutoria cum futura successione in Ecclesia paterna à filio dimittenda, etsi obtenta ante Tridentinũ verius videtur, vt* n 4. *vbi quid de ea, qua est in filio legitimo, &* n.56.

4 Cap-

4 Cap.7.Trid ſeſſ.25.

5 *Sacra Congregationis tres declarationes diuerſa pro coadiutoria filij in Eccleſia paterna* n.6.7.

8 *Coadiutor pater in Eccleſia filij, non fuit comprehenſus in prohibitione Trident.*c.15.ſeſſ. 25.de reformatione *abſolutè.*

9 *Regula de triennali non iuuat illegitimum poſſeſſorem in Eccleſia paterna, nec in beneficiis ante Trid.obtentis,nec poſt, nec ſuffragatur contra decreta Trid.*in cap.4.ſeſſ.7.& in cap.17.ſeſſ.24.n.10.& 11.

12 *Regula de triennali,procedit,quando nulla adeſt ab rogatio,ſeu derogatio.*

13 *Nepotes illegitimi in Eccleſia paterna, nequeunt obtinere beneficia,vt* à n. 16. & 17. *etſi contra hic,&* n.14.& 15.

14 *Filius clerici non poteſt patri ſuccedere, nec ab eo quidquam capere & à conſanguineis ex patre.*

15 *Nepos ex patre illegitimo clerici non poteſt obtinere penſionem ſuper beneficio Aui, & quare* n.21.& 22. *cum obſtent dicta* n. 16. 17.18.19.20

16 *Nepos non comprehenditur in repreſentatione Aui incontinentia,in qua filius.*

18 *Nepos non prohibetur ſuccedere Auo ex teſtamento,& ſi ſit illegitimus,& etiam ſi pater eius fuiſſet illegitimus,vt* n.19. & 21.

19 Nepotes *non veniunt appellatione filiorum in materia pœnali,& odioſa.*

20 *Illegitimitas patris non obſtat filiis,vt nō poſſint obtinere Aui canonicatum, aut beneficium.*

23 *Fratres non prohibentur ex Trid.* cap. 5.ſeſſ. 25.*ſuccedere in beneficio alterius.*

24 *Filius legitimus ſicut nec Iure prohibeatur habere beneficium in Eccleſia paterna, ſic nec poſt Concil.Trid.vt* num. 28.*& expenditur* n.30.

25 Cap.ad extirpandas, & cap. ex tranſmiſſa hoc tit.& à n.27.

29 *Filius naturalis natus antequam eius pater fieret clericus,prohibetur ex Trid ſuccedere in Eccleſia,in qua pater &* n.35.

27 *Filius legitime natus,etſi immediatè non poſſit habere beneficium,quod pater, bene tamen mediate,&* n.,7.

28 Cap.ad hæc *hoc titulo.*

29 *Filij Preſbyterorum ex fornicatione nullo tempore poſſunt obtinere beneficia, quæ parentes habuerunt,etiam in commendam, &* n.31.

32 *Filius legitimus clerici non prohibetur obtinere diuerſum beneficium in Eccleſia, in qua pater, ſed non idem beneficium abſque diſpenſatione Papæ.*

33 Cap.1.de præbendis.cap Apoſtolicæ.8.q.1.

34 Cap.ad Abolendam.

35 *Canonicare præſumentes filios ſpurios in canoniis,ſiue beneficiis Eccleſia paterna,ſuſpenduntur, maxime ſi geniti fuiſſent à patre Preſbytero.*

36 *Conſtitutio clem.7 quos filios prohibeat ſuccedere in Eccleſia,qua pater.*

38 *Filius legitimus quoad habendum beneficia paterna,in quibus differat à filio illegitimo, ſpuriove,*n.39.& 40.

AD primam quæſtionis partem, adductis hic pro exornatione,quæ dixi *ſupr. in c.1.hoc tit. q.7.ex n.1.*& *hic q.1.præced.ex n.1.*reſpondeo d. Trid.decretum non habere locum in habentibus penſionem ante concilium ſuper beneficio à patre obtento:ſic cum Spino ſequitur dicente declaratū à Sacra Congregatione cardinalium,ac relatū *p. 7.de benef.c.3.n.45.&* 46.reſponden e Archiepiſcopo Cæſar Aug in verbis ſequentibus *decretum 15.ſeſſ.25.nō obſtat,quin filius Preſbyteri,in cuius fauorem fecit impoſita penſio ante concilium Trid. ſuper Parochialem,quam tunc temporis pater eius reſignauit,poſſit prædictam penſionem exigere.* Et Nuncio Apoſtolico etiam ſic reſpōdit:*c.15.Trid. ſeſſ.25.quo prohibetur filium illegitimum poſſe habere penſionem ſuper beneficio alias à patre obtento,non habet locum in eis,qui penſionem huiuſmodi ante confirmationem ipſius concilii Trid.legitime impetrarunt.*Et ſic tenuiſſe Rotā in Cæſar Aug.penſionis 18.Iunij 1590.corā Domino Gypſio,& quod ita cenſuerit S.Congreg concilij vt in Aquilegienſ. fructuum Caſtri S.Viti,14 Iunij 1599.coram Litta,quam refert idem Garcia *de beneficiis p.1.c.5.n 117 & d p.7.c.46. n fine* vbi n. 47.†vt ne prædictum *c.15.Trid.* videatur habere locum in penſione poſt Concilium impoſita in fauorem illegitimi ſuper beneficio, quod nec erat, nec fuit patris;liceat poſtea perueniat ad patrem poſt conſtitutam penſionem;eo quod de iſta penſione non loquitur Trid.*in d.c.15.*quam nec prohibet,vt à filio poſſit retineri.Alia conducibilia dico *quæſt.ſequenti.* 1 2

Ad ſecundam quæſtionis partem, an prohibitio dict.Trid decreti procedat in habente coadiutoriam ante illud in Eccleſia paterna cum futura ſucceſſione? Et quia ad diuerſa de hoc puncto plures adducit declarationes idem Nicolaus Garcia omnino legendus *dicta p.7.de benefic.c.4.ex n.31.*ideo reſpondeo cum eo,& cum Nauarro *in c.ſi quando de reſcript.except.21.* & *in actuario ex n.5* vt filius non poſſit ſuccedere.vbi latiſſime expendens effectum nouæ legis iuxta litterā Bullæ,& conſtitutionis Clem VII.quam refert *ibi d. except.21.n.2.& in dicto actuario* adducens verba Trid.*in dicto cap.15.*omnino videndus. Et eſt ratio quia per illud decretum vetantur obtinere aliqua beneficia in illis Eccleſiis,in quibus patres eorum illa,vel alia obtinent,vel obtinuerunt,cumque late probat Nauarrus *in dictis locis,& in præludiis n.7.*vt qui habent acceſſus, regreſſus, vel Coadiutorias non habent beneficia nec ius vllum in eis,ſed ſolùm ad ea,quod de facili perditur per inhabilitatem ſequentem iuxta quæ ipſe Nauarrus ſcribit *in d c.ſi quando except.10.n. 10. vſque in fin.*ſequitur vt cum ex vi Coadiutoriæ, ſolùm videatur data expectatiua;quid mirum,vt hæc ſublata,cenſeatur per dict.Trid decretum,vt filij Preſbyteri incontinentia omnino arceretur. 3

Hæc reſolutio,& ſi nimis dura fuerit viſa Nauarro,ab ipſo ſequitur,quæ tamen videtur non eſſe firma,cōſiderata alia Trid deciſione,*in c.7.eiuſdem ſeſſ* 25.quatenus prohibens etiam imaginem hæreditariæ ſucceſſionis in beneficiis porrigit etiā ad acceſſus,& regreſſus etiam de conſenſu, & ad coadiutorias quoque cum futura ſucceſſione,ſed non ad obtentas ante Tridentinum vt videntur ſignificare verba ibi: *nec hactenus obtenti ſuſpendantur;* At non difficulter expenditur, habita differentia inter Coadiutorem filium legitimum, aut illegitimum: nam vt *in-* 4

in proxime adductis declarationibus, & decisionibus.

13 Ad quartam quæstionis partem, an nepotes legitimi ex filio, vel filia Presbyterorum illegitimis, includantur in tit. nostro, *in dict. const. clem. 7. & in dicto cap. 15 Trid. sess. 25.* respectu beneficij aui; & quod extendatur dicta prohibitio probant de Iure communi glossa, *in cap. ad extirpandas hoc tit.* & per glossam *in cap. Apostolicam* 8. q. 1. vbi Archidiacun. *n.* 1. Gulielmus Benedictus *in c. Raynucin de testam.* verb *& vxorem n.* 693. Salced. ad Bernard. Diez *in practica cap.* 48. *littera A.* Rebuff. *de pacifieis possess. a n.* 266. Lessius *de Iust. lib. 2. cap. 34 n. 91.* quos, & refert Barbosa *in pastorali dicta alleg. 65. p. 3. n. 18* idem *in dicto c. ad extirpandas n. 4.* quibus addo Rojas *de success. ab intestato cap. 20. ex n. 111.* eundem Rebuffum *supra in n. 225.* Mieres *de Maioratibus p. 2. q. 2. n. 25.* extendentes absolutè dictam prohibitionem ad quoscumque nepotes, quos & refert Garcia *dicta p. - cap. 3. de benefic. n. 23.* vbi etiam refert Syluestr. cum Hostiense. verbo *beneficium q. 6.* & Lessium *de Iust. cap. 34. lib. 2. dict. n. 9.* dicentes nepotem non posse obtinere beneficium Aui, patre mortuo.

14 Et confirmatur hæc pars, quia sicut filius clerici non potest patri succedere, nec ab eo quidquam capere; imo nec à consanguineis ex parte patris ex *lege Regia 22. tit. 3. lib. 1. ordinam*, hodie *lex 6. tit. 8. lib. 5. recopil.* de quo dixi aliquid *sub Rub. huius tituli*; sic & in proposito nec ne potest, vt videtur decisum ex Coocilio à S. Congregatione in sequenti declaratione, quam adducit Garcia *dicto cap. 3. n. 27.* sequentibus verbis: *sacra congregatio censuit procedere non solum in filio respectu patris, sed in nepote respectu Aui propter verbum* (longissime) *quod excludit omnem personam mediatam in dicto cap. Trid.*

15 Iterum confirmatur ex alia declaratiooe Sacræ Congreg. quam, & adducit Nicolaus Garcia *d. cap. 3. n. 14* qua dictum est nepotem legitimum ex filio, seu filia illegitimis, non posse, viuente Auo, obtinere pensionem super beneficio, quod Auus possidet vt auitæ incontinentiæ memoria arceatur in sequentibus verbis: *stante declaratione, quod concilium non comprehendat nepotem legitimum ex filio, seu filia illegitimis, respectu beneficij, quod Auus obtinuit,* (an procedat etiam viuente ipso Auo; adeo, vt nepos ex filia illegitima; siue illa viuat, siue non possit obtinere pensionem super beneficio Parochiali, quod Auus possidet?) *Congregatio censuit negatiuè, vt arceatur memoria auitæ incontinentiæ; licet omnes illustrissimi dixerint contrariam opinionem esse de Iure veriorem ex sententia Rotæ.*

16 Nihilominus dicendum est ex communi nec Iure communi, nec ex *dict. const. clem 7.* relata *supra q. 1.* nec dictum *cap. 15. Trid. dict. sess. 25. de reform.* prohibere quo minus dicti nepotes possint beneficiari in Ecclesijs suorum Auorum, & respectu beneficij, eo quod ratio prædictorum canonũ non porrigitur ad nepotes, cum solus filius repræsentet patris sui incontinentiam, nepos verò non ita; & quia filius præsumitur esse similis patri iuxta relata *supra in Rub.* ex Tiraq. longe scribente hanc similitudinem de Iure, & ex bonis litteris, non sic nepos Aui. Et sic in terminis, & ex aliis pluribus fundamentis probant posse nepotem legitimum Presbyteri ex filio illegitimo succedere in beneficio Aui, Nauarr. *cons. 9. hoc tit. in nouis*, Sayrus *dict. tit. in floribus decis. 9.* Vbi bona additio, Spino *in speculo testam glossa 3. princip. à n. 23.* idem Sayrus, *de censuris lib. 6. cap. 10. n. 46.* Azor, *inst. mor. p. 2. lib. 6. c. 4 q. 17.* Gironda *de priuil. n.* 1049. Vgolinus, *de offic. & potest. Episcopi. c. 50. §. 7. n. 1 & §. 8. n. 1.* Stephanus Gratiao. *discept. forens. c. 397. n. 6.* & ex alijs Barbosa *in d. c. ad extirpandas n. 4. & 5.* Riccius *in decis. Curiæ Archiep. Neapolit. p. 4. dec. 181.* Gallet. *in Margarita casuum conscientiæ* verb. *beneficium* 1. cum Barbosa *in pastorali*, qui alios refert, & sequitur, *dicta alleg. 65. p. 3. n. 18.* Castrus Palao *in opere morali to. 2. tract. 13. disp. 4. puncto 2. n. 3.* Armendar. *in dicta l. 1 Recop.* Nauarræ *hoc tit. n. 1.* Campanilus *in diuers. Iuris canonici Rub. 11. cap. 13. n. 76* Honorius *ad decretales hoc tit.* & cum Roderico Acugna, Sel, & alijs, idem Barbosa in *dicto c. 15. Trid. n. 6.* & alibi.

17 Et multis alijs probat Nicolaos Garcia *in dicto cap. 3. p. 7. de benefic. ex n. 21.* inter quos Zeballos *in pract. q. 762.* & item Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericorum §. 3. n. 33.* & prædicti attestantur censuisse Rotam Romanam, & sanctã Congreg. nouissime sub die 13. Augusti 1622. vt refert Barbosa *in d. alleg. 65. sub dicto n. 18.* pro quo facit tum ex dictis, quod non est tanta ratio in nepote, etiam illegitimo, vt *n. sequenti*, dicimus, ac in filio; deinde quia quamuis filius illegitimus prohibeatur succedere patri de
Iure,† sed non sic procedit respectu nepotis, etiã 18
non legitimi, qui quidem potest succedere, & capere ex testamento Aui clerici *per l. fin. Cod. de naturalibus liberis*, Rodericus Suarez *in l. 9. tit. 11. lib. 1. fori n. 4. & in l. 1. tit. 6. lib. 3 fori §. hac de filiorum*, Anton. Gomez, *in l. 9. Tauri num.* 17. Didacus Perez *in dicta l. 22. tit. 3. lib. 1. ordinam.* Dueñas *regula 366. limit. 2.* Paleotus *de nothis, & spurijs cap. 53.* Couar. *in 4. p. 2. §. 5. n. 11.* Rojas *de success. ab intestato. cap.* 20. Iulius Clarus *§. testamentum q. 32.* Pinelus *in l. 3. Cod. de bonis maternis. à n. 2.* Parlador. *rerum quotidianarum lib. 1. cap. 16.* P. Molina *de Iustitia tom. 1. tract. 2. disp. 167. conclus. 9.* & alij, quos refert Baldus ad Rod. Suarez *dict. n. 4.* Zeballos *d. q. 762. à n. 47. & q. 796.* & alios Casanate *cons. 8. à n. 17.* & alij nouissimè post istos.

19 Et in tantum est vera dicta doctrina, vt procedat etiam in nepote illegitimo ex filio illegitimo; quia in materia odiosa, & pœnali, appellatione filiorum non veniunt nepotes, vt DD. docent communiter cum Bartulo *in l. liberorũ n. 6 ff. de verb. signific.* nec sit tanta ratio in nepote, ac in filio, vt tenuit glossa *in dicto cap. Apostolica*, cum magis communi Nauarr. *dict. cons. 9. à num. 1.* Vbi indistincte loquitur Garcia. *de benef. dicto cap. 3. ex n. 5.* cum Quintana Dueñas, Spino, Man. Rodr. Vega, & Azor, qui alios referunt, Barbosa *in dicto c. 15. Trid. n. 6. in fine*, cum Armendar. *in d. l. 1.*
n. 3. †idem cum Beller, & alijs *in d. c. ad extirpan-* 20
das n. 5. in fine, Vbi refert decisum per Rotam in vna Tyrasolem eleemosynariæ 14. Nouemb. 1607. quod patris illegimitas non obstat filiis, vt non possint obtinere aui canonicatum, & refert etiam decisum Garcia *dicto cap. 3. n. 27.* in verbis sequentibus circa finem numeri *Congregatio concilij censuit decretum dicti c. 15. sess. 25. minime prohibere, vt nepos illegitimus ex filio illegitimo, beneficium, quod Auus habuit obtinere non posse*, & huic declarationi standum esse, dicens hanc postea sic tulisse Dictam Congreg. 1 Martij 1589.

ex quibus licet ipse Garcia referat pro contraria sententia adductas, & dicat etiam Barbosa *in dicta alleg. 65. n. 18. in fine*; quod hæc resolutio non caret dubio; quia *in dicto cap. 15. Trid.* adest verbum *longissime*; quod excludit omnem personam, etiam mediatam, propter quod idipsum fuisse decisum; refert Campanilus *dicto cap. 13. Rub. 11 in diuers. Iuris can. n. 70.* Sed concludit standum esse relatæ declarationi adductæ ex Garcia; & ita etiam idem Barbosa *in dicto c. 15. Trid. n. 6. in fine*, & quidquid dicat Campanilus *in dicto cap. ad extirpandas dist. n. 5. in fine.*

21 Et sic non videntur obstare adducta in princ. nostri vers. *ad quartam* cum verius sit in nepotibus non fuisse consideratam per Trid. Aui incontinentiam, nec de illis aliquid in Trid. dictum; & quia vt dictum est verius est, quod nepos illegitimus possit succedere ex testamento Aui, nec verbum *longissime* Trid. ad illos porrigi ex adducta doctrina, cum nihil de illis dicat; eo quod in odiosis, & pœnalibus appellatione filiorum non veniunt Nepotes, ex doctrina Couar. *lib. 5. variar. cap. 8. n. 5.* Anton. Gabriel. *de verb. signif. conclus. 1. à n. 54.* cum pluribus Surd. *de alimentis tit. 9. q. 36.* Gratian. *Reg. 205.* Petr de Lara *de anniuers. lib. 1. cap 6. n. 5.* Ceballos *dicta quæst. 762. à n. 19.* Casenate *cons. 34. n. 8. & cons. 58. n. 45.* Gar-
22 cia *dicto c. 3. n. 25.* & alij post eos, † Nec *ibi* relatam declarationem in 2. confirm. quia, præterquam quod Domini de Iure contra ibi declaratum sentiebant, illa declaratio loquitur in pensione prohibita obtinere à nepote super beneficio Aui, dicto auo viuente, vt ex verbis *ibi* relatis liquet.

23 Ad quintam quæstionis partem, non extendatur ad fratres reuera ex proxime adductis absque disputatione firmandum est, vt non extendatur dicta Trid. prohibitio; quia vt resoluunt Panormitanus *in c. ex transmissa. hoc tit.* Sayrus, *de cens. dist. c. 10. n. 45.* Azor. *p. 2. instit. moral. lib. 5. c. 44. q. 3. vers. ratum esse videtur.* d. Rod. Acugna *in comment. ad c. 15. dist. 56. n. 10.* Barbosa *in d. c. 15. Trid. n. 8.*

24 Ad sextam, & vltimam quæstionis partem, an contra Ius commune aliquid innouatum fuerit circa presbyterorum filios, qui fuerunt nati ex legitimo matrimonio per Trid. *in d. c. 15. sess. 25. & constit. clem. 7.* Et videtur respondendum per textũ *in c. ad hæc*, vbi habetur, quod filius legitimè natus potest habere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinet, & *cap. ad abolendam, 16.* vbi ex quo prohibet, maxime in filio Presbyteri permittit in filio legitimo eiusdem, vt habeat canonicatum; & sic nec negandum hoc ex dicto Trid Concilio, cum Iuxta hæc Iura admittent procedere hodie post dict. Trid. constitutione DD. inter quos Hostiens. *in summa hoc tit. n. 5.* Calderinus *cons. vnico eodem*, Pelin. *in c. in nona sub n. 13. §. tertium corolarium de rescript.* Rebuffus *tit. de dispens. ex defectu natal.* quatenus dicentes veriorem esse opinionem de Iure, vt filij legitimi clericorũ possint adipisci beneficia quæcumque in eadem Ecclesia, in qua genitores habuerunt, vel etiam habent, qui, etsi non vidissent dispositionem conciliarem, cum hæc fuerit suis scriptis posterior, sed illam Iuxta doctrinã Iuris communis adductã ab istis Doctoribus admittunt post Trid Azor. *inst. moral. p. 2. lib. 6. c. 14. q. 16.* & cum Barbosa *in pastorali d. alleg. 65. p. 2. n. 18.* dicit Castrus Palao *in opere morali tr. 13. lib. 2. disp. 4. puncto 5. n. 2.* dum probant ex verbis dict. Trid. *c. 15.* ibi: *qui non ex legitimo nati sunt matrimonio*, contineri expressam licentiam adipiscendi dicta beneficia, in ipsa Ecclesia, vbi parentes alias possident Barbosa idem *in dicto c. 15. Trid. n. 9.*

Huic tamen resolutioni obstant *textus in c. ad extirpandas 11. hoc tit. & textus in c. ex transmissa*, quibus habetur quod filij presbyterorum legitimi, non possunt succedere patri in beneficio: cũ 25
ergo ex Trid. *in dict. c. 15.* non comprehendantur legitimi Iuxta *d. c. ad hæc*; videtur inquam ex dictis Iuris laxiorem esse Conciliarem constitutionem, quam, vt *supra in princip. primæ quæstionis* dicebamus; & nunc etiam magis implicant, si aduertamus ex dictis capitibus immediatam successionem prohiberi in istis filijs legitimis in beneficiis suorum parentum; non tamen mediatam, quam, & negant per Trid. concedi, communiter DD. explicantes verba illius ibi *Longissime arceantur*, idest quod nec mediatè, nec immediatè succedant in beneficio patris, sicut & ex dict. clem. 7. constitutione incipiens *ad canonum conditorem*, dicunt dispositum, & immutatum contra dictum Ius commune, Azor *inst. mor. p. 2. lib. 6. cap. 4. q. 15.* cum ipsa constitutio præcipiat ne filius obtineat beneficium patris, siue in eo succedat proxime post mortem patris, siue postquam alter inter medius intercessit, quam explicat cum multis Garcia *de benef. dicta p. 7. c. 3. ex n. 9.* cum Nauarro *in dicto c. si quando de rescriptis except. 21. in princ.* & Gigante *de pensionib. q. 86.* qui dictæ constitutionis litteram referunt.

Et redditur dicta Iurium inspectio difficilior, si attenderemus, vt præhabita prohibitio Concilij locum habeat in filijs naturalibus procreatis tempore, quo parentes eorum, nondum erant effecti clerici, sicut decisum referunt Nicolaus Garcia *in dicto c. 3. n. 15.* Armendar. *in addition. ad recopil. leg. Nauarra lib. 5. hoc tit. 19. in l. 1. n. 7.* Balbus, *decis. 29.* Barbosa *dicta alleg. 65. in pastorali n. 6.* contra Ludouicum Mirandam *in manuali Prælator. tom. 2. q. 1. art. 10* Fr. Emanuel, Rodrig. *q. regular. tom. 1. q. 15. art. 7.* etiam cum Sigismundo à Bononia *de elect. dub. 73. n. 2.* & Garcia, *vbi supra* idem obtinet procedere ex prædicta constit. clem. 7. de anno 1530. cuius meminit cum Scortia *in princ. huius text. q. 1* iterum Barbosa *in Trid. n. 9.* 26

Tamen si recte consideretur, casus distinguendo, dicemus nec Iura communia inter se contraria esse; imo nec respectu præsentis dubij Trid ac dict. constitutionem Clem. 7. dissentire multum, nam si dubitetur, an filius legitime natus possit beneficium habere, quod pater eius habuit, dicendum est non posse immediatè, bene tamen alia persona mediante, Iuxta textum *in dicto c. ex transmissa, & d. c. ad extirpandas*, quod omnino prohibetur ex alia regula Iuris *in c. 1. de preb.* vbi latè repetentes in scholis, ne sic detur successio in 27
in spiritualibus, vt datur in temporalibus † textum 28
verò *in d. c. ad hæc*, procedere in alio diuerso casu in filio legitimo volente obtinere beneficium, nõ idem, quod pater eius habuit, sed aliud nempe diuersum, etsi in Ecclesia eadem, quod non prohibetur de Iure communi; imò nec ex dispositione conciliari *in d. c. 15. Trid. sess. 25. de reform.* † Nec 29
ex dicta const. clem. 7. in qua expresse statutum fuit ne de cætero filij Presbyterorum ex fornicatione nati, nullo vnquam tempore quoquomodo obtinere possint beneficia, quæ eorum parentes in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu alijs perpetuò aliquando obtinuerunt; & sic nec immediatè, nec mediatè: sic adducta, & Garcia *dict. c. 3. n. 9.*

Cum

30 Cum ergo concordia adducta inter *dict. cap. ad extirpandas cum dicto cap. ad hac*, sit de mente glossæ huius textus, quam sequuntur *ibi* Ioannes Andreas, & communis Barbosa *sub n. 3. & 4.* Felinici *in cap. nostra de rescriptis, col. 3.* Selua *de benefic. p. 3. q. 11. n. 10.* Axor. *instit. moral. dict. p. x. lib. 6. cap. 15. q. 16.* Galganetus *de Iure public. lib.*
31 *3. tit. x. n. 30. in fine.* † idemque admittendum, censeo ex dict. Trid. *cap.* 15. cum loquatur de filiis ex fornicatione natis, & non ex legitimo matrimonio, quoad legitimos nihil immutatum ex dicto Concilio, nec ex *dict. const. clem.* imo remanere intactum Ius commune, docent firmissime Nauar. *in dicto cap. si quando dict. except. 21. n. 2.* Salced. ad Bernard. Diez. *cap. 48. n. 3.* Puteus *decis. 225. l. 3.* Fr. Emanuel. *quæst. regul. tom. 1. q. 13. art. 7.* Gonzalez *ad regul. 8. cancel. glossa 5. n. 33.* Armendar *supr. n. 4.* Garcia *dict. cap. 3. n. 18.* vbi sic probat ex verb. dict. const. ibi *ex fornicatione*, & ex aliis eiusdem constitutionis, & ex iam adductis dict. Trid. ibi, *qui non ex legitimo nati sunt matrimonio*, qui & *n. 19.* ait vt etiam debeat sic intelligi dict. Trid. in vers. *quod si in præsenti*, dum loquens de patre, & filio obtinentibus simul beneficia in eadem Ecclesia, retentis terminis, de quibus in princip. scilicet quando filius non est natus ex legitimo matrimonio, & etiam docent illustrissim Acugna *in cap. 13. dict. 56. n. 5.* & Rota
32 coram Seraphino *decis. 1142. n. 6.* † vbi censuit filios legitimos non prohiberi obtinere diuersum beneficium in eadem Ecclesia, sed idem, quod pater obtinuit, idque immediate, Barbosa *in dicta alleg. 65. n. 16.* vbi concludit ex sacra Congreg. Concilij 23. Augusti 1631. censitum esse filium legitimum egere dispensatione ad obtinendum immediate beneficium paternum: idem Barbosa *in Trid. dict. cap. 15. n. 11.* cum Sel. vbi addit, nec cum eo posse dispensare Episcopum, vt resoluit San-
33 chez *lib. x. mor. cap. 1. dub. 17. n. 3.* † Et sic procedere, cum alias obstet adducta dispositio *dicti cap. 1. de præb. & cap. Apostolica 8. q. 1.* quatenus ibi Apostolico decreta inhibetur, vt filij succedant in paternis beneficiis, ne successio in Ecclesia Dei sit hæreditaria.

34 Nec obest textus *in dicto cap. ad abolendam*, cum non loquatur de filio legitimo clerici, sed de illegitimo, dum prohibens, vt filij illegitimi, seu spurij fieri non possint canonici in eisdem Ecclesiis sæcularibus, in quibus instituti sunt patres eorum, etsi secus fiat, acta non valeant, & qui præsumuntur illos canonicare, suspendantur à beneficiis, quia vt vides, nihil de filio illegitimo Presbyteri loquitur, sed de illegitimo, prohibens, vt præficiatur canonicus in Ecclesia, in qua pater est canonicus, maxime si sit genitus à patre Presbytero, vt per Rebuffum *in praxi benefic. tit. de dispens. super deffectu natal. n. 37. & 38.* Barbosa *in dicto cap. ad abolendam*, vbi *n. fin.* cum Couar. *lib. 2. variar. cap. 7. n. 9.* Menoch. *de præsumptionib. lib. 6. præs. 50. n. 12.* Sanchez *de matrim. lib. disp. 14. n. 21.* quos idem Barbosa refert *de dict. & clausulis dict. 168. n. 4.* alias *in tract. de diction. vsufruct. dict. 197. n. 9.* notans dictam dictionem *maxime* in illo textu extare taxatiue.

35 Nec obest adductum *supra* in vers. *& redditur*, quia vt patet *ibi* dictum pertinet non ad filios legitimos, sed ad illegitimos, etsi naturales, & non spureos, vt fuerunt procreati extra matrimonium, tempore, quo parentes eorum nondum erant effecti clerici, & isti quidem, tam de Iure communi, quàm ex *dicta const. Clem.* ac *Trid.* prohibiti sunt succedere in beneficiis parentum iuxta distinctiones adductas: alia addit Barbosa *in dicto cap. 15. Trid. n. 10* de quo statim.

Et quamuis iuxta *dist. clem. 7.* constitutionem, 36
quæ solum loquitur de illegitimis, Rota dixerit limitari de beneficiis, quæ patres dimiserunt ante illam constitutionem propter verb. *de cætero*; & quia natura legis respicit futura, per quæ declararunt Domini de Rota in vna Caluanatens. coram Dom. Fabio de anno 1549. illa verba, quæ *aliquando obtinuerunt*: tamen hæc limitatio reiicitur ex dictis per Nauar. *in dicto cap. si quando except. 21.* vbi late expendens dict. constitutionem cum *dict. cap. ad extirpandas hoc tit.* & agens de natura legis, quatenus ad futura, præsentia, vel præterita, de quo Late dixi *in cap. 2. & fin. de constit.* illa comprehendit, vt sequitur Garcia *dict. cap. 3. sub n. 10. & 11.* vbi *n. 12.* ait dictam constitutionem habere locum in clerico non Presbytero per illa verba: *& præsertim sacerdotum*, *& illa alia*, *qua Presbyteri, clerici, & Religiosi eorum patres &c.* & habere etiam locum in filio ante clericatum nato, quia rationes militant, de quibus per Turrecrem. *in dicto cap. Apostolica 8. q. 1.* & dicit fuisse resolutum per Rotam in vna Ariminens S. Pauli 27. Aprilis 1561. vt in decisionibus Oradini.

Imo & addunt idem Garcia *dict. cap. 3. n. 18.* 37
& in addit. n. 29 in fine C. Roderic. Acugna *in dicto cap. 13. n. 5.* Gonzalez *in reg. 8. cancel. glossa 5. n. 34.* Fr. Emanuel. Rod. *quæst. regular. tom. 1. q. 13. art. 7.* Sanctarel. *variar. resol. q. 79. n. 1. & q. 41. n. 15.* Seraphin. *decis. 1443. n. 6.* Barbosa *in dict. cap. 15. Trid. sess. 25. n. 10.* dictos filios clerici legitimos, paterna beneficia immediatè obtinere non posse, sed mediate, non solùm iuxta ius commune per textum *in dicto cap. ex transmissa*, *& dict. cap. ad extirpandas hoc tit.* verùm & attenta dicta noua dispositione Trid.

Iam ergo oportet signare differentias inter fi- 38
lium legitimum, & illegitimum quoad obtinenda beneficia paterna, & sunt quæ sequuntur. Prima quia vno, & eodem tempore possunt pater, & filius legitimus beneficia in eadem Ecclesia obtinere, vt probat textus *in dicto cap. ad hac xx. hoc tit.* Illegitimus autem non potest eodem tempore cum patre suo beneficia obtinere in eadem Ecclesia, *cap. litteras hoc tit. Trid. dict. cap. 15.*
sess. 25. † Secunda quod licet filius legitimus 39
possit obtinere beneficium dissimile à paterno in Ecclesia, in qua pater fuerat institutus, illegitimus autem nullum potest obtinere etiam dissi-
mile, vt definit. *dict. cap. 15. Trid.* † Tertia fi- 40
lium scilicet legitimum institui posse in beneficio paterno; dummodo non succedat immediate; secus verò esse in filio illegitimo, qui nec immediatè, nec mediatè succedit in beneficio paterno, vt disponitur *in dict. ex extrauag. clem. 7.* quam referunt Nauarr. *supra*, Gigas *de pens. dict. quæst. 86. in princ.* Barbosa *in dict. cap. ad hac numero fin.* cum Mandosio etiam *de signatura gratia tit. de dispens. ad beneficia, in qua pater.*

QVÆST. IV.

An filius illegitimus Presbyteri possit obtinere ex Trid. in dicto cap. 15. *& ex* dict. const Clem *beneficia, quæ pater antea dimisit, vel intra tres menses a publicatione dicti concilij? An possit recipi in clericum Ecclesiæ receptitiæ, in qua eius pater fuit receptus? An Trid. decretum* in dicto cap. 15. sess. 25. de reformat. Locum *habeat, & se extendat ad illegitimos regulares filios Religiosorum? An filius Presbyteri, qui simul cum patre in eadem Ecclesia beneficium retinet, teneatur præcise illud dimittere, renunciare, siue permutare sub pœna priuationis, vt nec sufficiat quod pater suum beneficium dimitteret intra illud tempus & de alijs dubijs. Et an procedat si super beneficio filij aliquis haberet regressum? Et quid si tantum esset beneficium in persona patris, & filij cum alternatiua residentia?*

SVMMARIVM.

1 Cap. 15. Trid. *iterum expenditur, & numeris sequentibus.*

2 *Filius illegitimus non potuit ex Trid. recipi in Ecclesia receptiua, in qua pater, si pater emolumenta habuit vt* n. 3.

4 *Filij illegitimi, etsi profiteantur in Monasterio, nequeunt ascendere hoc solo ad Dignitates, & Prælaturas obtentas à parentibus, secus si ad alias similes eiusdem religionis, vt* n. 5.

6 *Filius, qui tempore Trid. obtinebat beneficium in Ecclesia, inqua pater tenebatur resignare intra tres menses, nec adiuuabatur regula de triennali, nisi pater resignaret vt* n. 7.

8 *Filius obtinens beneficium in Ecclesia in qua pater, ideo ipse resignare tenetur, & non pater, quia in filio repræsentatur incontinentia paterna.*

9 *Filius in Ecclesia patris obtinens, ideo resignare tenetur ante priuationem beneficium, quia sic præscripsit Trid.*

10 *Filius obtinens in Ecclesia, in qua pater, patre mortuo, ante tres menses, non tenebatur obtentum resignare.*

11 *Filius obtinens beneficium in Ecclesia, in qua pater, si transiret ad aliam sororem, non tenebatur resignare beneficium obtentum ante Trident.* numero 12. *& quod virtute permutationis etiam sustinebatur* n. 13.

14 *Filius habens beneficium in Ecclesia, inqua pater, illud resignare tenebitur, etsi alius tertius haberet regressum ad illud, & contradiceret,* n. 15. 16. 17. & 18. *vbi declarationes ponuntur.*

19 Cap. 19. Trid. sess. 14. cap. 7. sess. 25.

20 *Regressus non est acquisitio noui tituli, sed antiqui continuatio.*

21 *Accessus pendet totaliter à futuro euentu.*

22 *Mensium trium spatium assignatum a Tridentino pro resignando a filio beneficium Ecclesiæ, inqua pater fuit prorogatum à Pio IV. ad sex.*

23 *Filius obtinens idem beneficium, quod pater, quid facere tenetur Trid.*

AD primam quæstionis partem vt respon- 1
deas repetes quæ Late dixi *hic q.* 1. *à n.* 1.
& in hac quæst. vers. *ad quartam.*

Ad secundam quæstionis partem, suppositis 2
etiam quæ dixi *dicta q.* 1. & 2. resolutiuè dicendum est filio illegitimo obstare Trid. *in dict. cap.* 15. *sess.* 25. *de reform.* quominus in clericum Ecclesiæ receptitiæ, inqua recepti absque alia prouisione Diuinis inseruire & mallæ communis participes esse consueuerunt, admitti queat, propterea quod eius pater duodecim ab hinc annis defunctus in ipsa Ecclesia receptiua, in clericum admissus, & ipse fuit, Diuinisque inibi inseruiuit, atque emolumenta consueta percepit, quia receptitius dicitur beneficiatus: sic Barbosa *in dicto Trid. cap.* 19. ex Aldan. *in compend. canonici iuris resolut. lib.* 5. *tit.* 18. *n.* 6 attestante die 2. Decemb. 1561. sic fuisse resolutum.

Obstant vero huic resolutioni, quæ dixi *supra* 3
dicta q. 1. toto vers. *ad quartam*, vbi per plures casus probatum fuit vt possit filius inseruire in Ecclesia, in qua pater eius fuit capellanus amobilis, seu inseruiis alijs ibi adductis modis. Sed respondetur casum nostri dubij metiri iuxta alios casus adductos *ibi à dict. q.* 1. vers. *ad primam, ad secundam*, & *tertiam*, vbi eo quod pater habuit possessionem, sine emolumenta de beneficio, non admittitur eius filius illegitimus ad receptionem in tali beneficio: ex quibus omnibus vtrumque relatis poteris dubium hoc porrigere.

Ad tertiam quæstionis partem, suppositis quæ 4
Late dixi *supra in cap.* 1. *de filiis Presbyterorum de ingressis religionem à quæst.* 1. iam breuiter, etsi ex *ibi* dictis posset tentari irregularitatem, siue prohibitionem rolli. Verùm quia iste casus est longe diuersus, dicendum est prohibitionem, tam iuris communis *in hoc tit.* quàm *dict. const. clem.* 7. *& dict. cap.* 15. *Trid.* comprehendere filios illegitimos religiosorum, dum existiment asceodere ad Dignitates in Monasterio, in quo eorum parentes administrarunt prælationes, & hoc ex doctrina iacta de filiis Presbyterorum illegitimis *à*
quæst. 1. † Aliud verò dicendum, si vellent ascen- 5
dere ad Dignitates, & ad officia illius religionis, vbi eorum patres sunt, quia harum respectu poterit dispensari, vel dispensatione Pontificia, aut superioris suæ religionis secundùm priuilegia, de quibus dixi *in dicto cap.* 1. *& ibi q.* 5. in vers. *ad quintam*, & *ibi* Latè *sub quæst.* 4. Et in terminis ita hoc dubium distinctione intelligunt Barbosa *in dicto cap.* 15. *Trid. n.* 17. Sigismund à Bononia *de elect. dub.* 75. *n.* 5. & adicies quæ dico *infra q.* 5. in fine vers. *pro complemento.*

Ad quartam quæstionis partem, præhabitis 6
quæ dixi *q.* 3. *præced.* in vers. *ad tertiam*, vt non iunetur filius ex regula de trienoali; imo ex dict. Trid. in vers. *& cogatur suum filium resignare*, sit communis Doctorum resolutio, vt si tempore concilij Trid. pater, & filius in eadem Ecclesia beneficia tenerent, filius cogeretur suum resignare, aut permutare extra Ecclesiam intra tres menses

menses sine alia admonitione sub pœna priuationis ipso iure, vt patet ex Trid. *quid si in præsenti*, vt probant glossatores dict. Trid. *ibi*, & Nicolaus Garcia plures declarationes adducens *de benefic. p.7.cap.3.ex nu.75.* aliquid Nauarrus *in cap. si quando de rescript. in 11. dubio*, vbi de *dicto cap. Trid.* plura sub *except. 21.* vbi de Bulla *dict. Clem. 7.*

7 Et patet etiam ex sequentibus declarationibus S. Congregationis. Prima Visen. *filius omnino cogendus est resignare beneficium, quod obtinet in illa Ecclesia, in qua pater obtinuit; quia filius semper repræsentat incontinentiam paternam; hoc tamen moderatum quandoque de consensu ordinariorum, si pater resignasset sua sponte suum beneficium.* Et ex illa Compostillan: *filij intra trium mensium spatium resignare debent sua beneficia; quod adeo verum est, vt si post dictos tres mēses resignauerint, nihil prodest eis hoc decretū.*

8 Quod si dubites quare potius cogatur filius resignare, quàm pater, cum nullum delictum in filio sit, & totum in patre incontinenti, respondebis, tum ex dictis *supra in Rub & toto cap.* tum in hac secunda parte, & tum ex sequenti, declarationibus S. Congreg. ad dict. *cap. 15. Trid.* quas etiam adducit idem Nicolaus Garcia *in dicto cap. 3. disp. 7. sub dict. n. 75.* in vers. *quarta*, vbi redditur ratio in sequentibus verbis: *Item in casu, quo pater, & filius erant in eadem Ecclesia beneficiati, censuit cogendum esse filium omnino ad resignandum suum beneficium, & de Ecclesia paterna exeundem; quamuis pater ipse paratus esset suum resignare tum quia concilium præcisè dispenit de filio; tum quia per personam filij magis repræsentatur incontinentia paterna, quàm per præsentiam patris.*

9 Item si dubites quare absque alia monitione, priuetur beneficio filius, trium mensium spatio transacto, cum de iure nullus priuetur, nisi per sententiam iuxta quæ dixi de clerico homicida, periuro, & falsario, *in cap. cum non ab homine de iudiciis q. 28. 19. & 30.* & nec absque præmissa monitione, ac citatione, iuxta terminos, de quibus dixi resolutiue *in cap. fin. de libell. oblat. in §. 23. post q. fin* vbi agens de praxi omnium tribunalium *ibi* egi de illa, quæ obseruatur circa priuationem ob non residentiam in Episcopatu, aut beneficio. Tamen quia iuxta mentem Trid. *in d.c. 15.* aliter declaratum est à S. Congregatione; ideo sequenda est resolutio, vt illico vacet, tali transacto termino, non alia ratione, nisi quia lex præscripsit, vt patet ex sequentibus verbis dictæ declarationis relati vers. *tertia* ibi: *hinc dubitatur deberet ne moneri prius, & nisi monitus fuisset, haberet locum hoc priuatio, si intra tres menses filius non resignasset. Congregatio censuit quod nisi infra hoc trium mensium spatium, & sine alia monitione resignet filius ipse iure vacare censeatur; quia lex posuit tempus infra quod liberum erat filio resignare.*

10 Tertio dubitatur, an patre mortuo, teneretur filius suum beneficium resignare, si hoc contingeret intra spatium dictorum trium mensium, & negant Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 3. qu. 18. n. 18.* Barbosa *in dict. Trid. cap. 15. n. 37.* dicentes resolutum, mortuo patre, non teneri filium illud beneficium dimittere; & licet aduersùs hanc hanc resolutioné faciant, & multò amplius quæ *suprà* scripsi *in q. 1. a n. 1.* tamen corroboratur ex *ibi* dictis à vers. *nihilominus*. Applicabis hic aliqua, quæ dixi *ibi quæst. x.* vers. *ad vltimam*.

Quarto dubitatur ex dictis num denegaretur 11
filio volenti transitus ad aliam Ecclesiam quæ
esset soror illius, in qua pater beneficiatus esset.
Et pro negatiua sententia faciunt quæ dixi *dicta*
q. 1. hic sub vers. *ad tertiam* in fine vers. & subdit,
vbi de prohibita residentia filij alibi beneficiato
in Ecclesia sorore, vbi pater obtinet beneficium.
Et ita sentio; quia & si pro contraria sententia
facere videatur declaratio congreg. adducta à Ni-
colao Garcia *d. p. 7. c. 3. sub n. 75.* sub vers. *quarta*
verbis sequentibus: *fuit tamē quandoque adhibitū*
temperamentum, vt concederetur filio facultas
transeundi ad aliam Ecclesiam, quæ iuxta con-
suetudinem Hispaniarum diceretur soror, in qua-
quis residens haberetur pro residente in altera
Ecclesia, & perciperet fructus, & distributiones
perciperet, ac si in illa staret cum decreto, quod
filius amplius reuerti non posset ad Ecclesiam
paternam, etiam mortuo patre, & concurrentibus
supplicantibus Episcopi, & capituli, nec nō iu-
sta causa. † Tamē vt vides hæc verba declaratio- 12
nis loquuntur in alio casu diuerso, nos in quam
in casu, quando v. g. residens pater in Ecclesia
sorore, vt beneficiatus vellet filius beneficiatus,
in alia, residere in Ecclesia paterna, in qua pater
est, vel fuit beneficiatus; quia tunc filius, nec pos-
set in illa residere, nec beneficium habere iuxta
dicta sub *dicta qu. 1.* & quæ resoluit Garcia *dict.*
n. 75. in fine; secus tamen, vt iam *ibi* dixi si filius
haberet beneficium, & residentiam in Ecclesia,
quæ esset soror alterius, in qua pater esset resi-
dens, quia vt *dixi sub dicta q. 1.* vers. *ad quartum*,
Ecclesiæ sorores non sunt vna, & eadem Eccle-
sia, sed diuersæ. vt iam *supra* dixi.

Et dicta in hoc vers. *ad quartam* procedunt 13
etiam, si filius nō posset permutare, nisi ex gratia,
cū aliquo dispensaretur, quia tunc virtute dispen-
sationis releuaretur à resignando: ita docet etiam
Garcia *dict. p. 7. cap. 3. n. 77.* dispensatum cū quo-
dam illegitimo Calaguritano in sequentibus ver-
bis: *illegitimo habenti beneficium patrimoniale,*
quod permutari non potest in Ecclesia, in qua
pater habet, sed non seruit iam diu, iacens in lecto
paralyticus concessum est, vt retineat quia non
potest permutare.

Ad quintam quæstionis partem, an procedat, si 14
super beneficio filij, haberet quis regressum &c.
Et in hoc, dubio dicendum est, vt mens Trid *in*
dicto c. 15. dict. sess. 25. de reform. extendatur etiā
ad filium illegitimum, qui virtute dicti decreti re-
signare tenebatur; quamuis super eo alter haberet 15
regressum. † Et etiam si fuerit locus regressui, &
quod regressum habens, nollet consentire, oblata
prius resignatio cum honesta pensione, & non
acceptata, admitti resignationem, & regressum
suspendi vsque ad accessum, & decessum resigna-
tarij, vt referunt decisum Barbosa *in dicto c. 15.*
Trid. sub n. 37. Armendarez *in addit. ad leg. Na-*
uarra lib. 2. hoc tit. de filiis Presbyt. n. 37. & 38.
Nicolaus Garcia *dicta p. 7. de benefic. cap. 3 n. 78.*
qui id etiam probat cum quatuor declarationib.
S. Congreg. quarum prima, secunda, & tertia sic
se habent.

Cum N. portionem habente in Ecclesia, in qua 16
pater viuit cum regressu eius, qui resignauerat,
permissum est, vt resignet, reseruata sibi pensione,
modo beneficium maneat liberum ei, qui re-
gressum habet. † Secunda, *cogatur filius* 17
suum beneficium resignare, etiam si fuerit
locus

qua difficiliorem reddere solent concedentem ad dispensandum.

13 *Filius sacerdotis, qui tacito hoc, in rescripto, obtinuit capellaniam in Ecclesia, in qua pater ministrauerit, amouendus est ab ea, non obstante quacumque possessione.*

15 Cap. 1. de filiis Presbyterorum.
Dispensatus quoad officium non censetur dispensatus pariter quoad beneficium.

15 *Dispensatus super atate ad beneficium simplex, non potest alia similia obtinere sine noua dispensatione, durante minoritate.*

16 *Dispensatio ad obtinendum beneficium, vnicum tantum respicit.*

17 *Dispensatus super illegitimitate, non potest recipere Prabendam Ecclesia cathedralis.*

18 *Dispensatus, vt possit habere beneficium duo in cathedrali, si cum primo viuere nequit, non censetur dispensatus ad primum in cathedrali.*

19 *Dispensatio prohibens filio obtinere in Ecclesia patris, non comprehendit nepotem legitimum ex filio illegitimo.*

20 *Tollerantia Episcopi non suffragatur illegitimo possessori in Ecclesia, qua pater tempore vllo.*

21 *Triennalis possessio, non suffragatur filio illegitimo in Ecclesia, in qua pater, nec alias maior. Quid si per triginta annos possederit, prius alius intermedius* num. 22. 23. & 24.

24 *Trigenaria possessio, non suffragatur filio illegitimo in Ecclesia, qua pater propter Iuris residentiam.*

25 *Dispensatio vlla nequit prasumi ex diuturna possessione.*

26 *Possessio diuturna non habilitat incapacem, cum ex diuturno tempore non nascatur titulus ad beneficium* n. 27.

28 *Papa dispensare valet cum filio Religiosi ad Dignitates, & Pralaturas in ea religione, in qua pater Pralationem obtinuit, & pro eodem conuentu* n. 29.

30 *Filius illegitimus prohibetur habere beneficium in Ecclesia patris, qui cum esset Clericus prima tonsura capellaniam cathedralis obtinuit, eaque post, & habitu dimisso filium suscepit, & post duxit vxorem, qua mortua, aliam duxit.*

31 *Filius natus ex legitimo matrimonio eget dispensatione ex gratia concedenda, vt possit immediatè obtinere beneficium de Iure patronatus, quod pater obtinuit, ad quod sunt vocati proximiores de genere.*

32 *Filius legitimus clerici conceptus ante clericatum, gaudet priuilegio fori, durante vita patris eius.*

1 AD primam quæstionis partem adiunctis hic quæ adduxi *in cap.* 5. *huius tituli* q. 9. de Episcopo dispensante cum illegitimo, & filio Presbyteri quoad ordines minores, & beneficia simplicia; quibus & in casu præsenti ipso affirmatiua sententia posset disputari. Tamen quia iste casus differt ab illo; ideo solùm ex Trid. possumus dicere *in cap.* 15. *sess.* 25. *de reform.* vt quia quælibet dispensatio subreptitia censeatur super adductis inhabilitatibus, de quibus hic *à quæst.* 1. per verba ibi: *& spuriis quacumque dispensatio, subreceptitia censeatur*; ideo non est ambigendum, vt vllo modo possit Episcopus dispensare cum tali illegitimo ad obtinenda beneficia paterna, quæ in eadem Ecclesia pater eius habuit: sic docent Staphileus *de litteris gratia, tit. de qualitate, & statu benef.* vers. *secundo quod si illegit*, Gemin, *in cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. *n.* 8. vers. *in glossa* ibi glossa fin. *in cap. ad abolendam hoc tit.* Alcedus *de praced. Dignit. Episcopal.*

Et de Iure communi quòd nec possit dispensare, vt talis illegitimus habere possit, aut consequatur paternum beneficium, glossa verb. *tale in dicto cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. Sayrus *de censuris lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 11. Sanctarel. *variar. resoluit* q. 41. *n.* 13. & q. 79. *n.* 5. vbi cum Barbosa *allegat.* 65. *p.* 2. *de officio Episcop. n.* 30. † Nec vt dispensare possit, vt obtineat beneficium in Ecclesia patris sui viuentis clerici, resoluunt Fr. Emanuel Rodriguez *in summa tom.* 1. *cap.* 10. *n.* 4. Syluester, Armilla, Vega, & alij citati à Sanctar. *dict.* q. 41. *n.* 14. Barbosa *in dicto cap. ex tua n.* 3. *hoc tit.* & glossa in verbo *patiaris cap.* 5. *hoc tit. glossa fin. in cap. conquerente eodem*, Mandosius *de signatura gratia sub tit. de dispens. ad beneficia in Ecclesia, in qua pater*, Campanil. *lib.* 1. *in diuers. Iuris Canonici, Rub.* 11. *cap.* 13. *n.* 87. Castrus Palao (etiam cum Barbosa *in pastorali*) *in opere morali tom.* 2. *tract.* 13. *puncto* 2. *n.* 19. dicentes non posse dispensare, neque ad habendum ea, quæ in eadem existunt Ecclesia, in qua generaliter habuit, aut de præsenti retinet beneficium. 2 3

Quorum omnium ratio ea est; quia ad fauorem illegitimorum, etiam ante clericatum paternum natorum, solus Papa, non ipsi Episcopi, elargiri queunt huiusmodi facultatem, sicut, & dicunt etiam Galganetus *de Iure publico lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 30. vers. *verum si*, idem Barbosa *in dict. cap.* 3. *n.* 60 per glossam *patiaris*, ex verbis ibi: *nisi habeant illas per dispensationem Apostolica sedis*: idem Barbosa *in dicto cap. in tua* 9. *n.* 3. Gratianus *discept. forens cap.* 397. *n.* 33. & ante & enim contra concilium, nec expressè, nec tacitè potest Episcopus dispensare: idem Grat. *ibi* per glossam *in cap. cum dilectus de etate, & qualitate ordin.* Abbas *in cap dilectus hoc tit. n.* 4. 4

Hæc tamen limitantur iuxta quæ adduxi *supra in quæst.* 3. huius p. 2. vers. *ad sextam*, nempe in filiis ex legitimo matrimonio natis; eo quod, vt *ibi* latè dictum est, & refert, ac docet Barbosa *in dicto cap. ex tua* 9. *sub n.* 3. *in fine*, isti non comprehenduntur sub dispositione Constit. Clem. 7. nec sub dispositione Trid. *cap.* 15. *sess.* 25. *de reformat.* vt dixerunt etiam Nicolaus Garcia *p.* 7. *de benef. cap.* 3. *n.* 18. Sanctarelus *dict.* q. 41. *n.* 15. *variar. resolut.* 5

Ad secundam difficultatis partem per aliqua, quæ dixi *supra*, breuiter respondetur, vt debeat Episcopus, si quos huiusmodi intrusos repererit in Ecclesia, assignato eis competenti termino ad docendum de dispensatione Apostolica, si forte ea suffulti existant, & nihil docto, quacumque possessione non obstante amouere; quia nulla data dispensatione Apostolica, sunt ipso Iure priuati, ex quo concilium inhabiles tales facit ad beneficium obtinendum, notat bene Nauar. *cons.* 1. *hoc tit. n.* 4. Y q 18. *de constit.* Gratian. *dict. cap.* 397. *n.* 32. qui *ibi n.* 41. comprobat ex *clem.* 1. cum *ibi* notatis *de officio ordinar.* & *per argum. l. prases* le. 2. *l. congruis ff. de offic. Prasidis*: nam Episcopus 6

tenetur

tenetur Ecclesiam purgare pro suo pastorali officio, & faciunt pro hac resolutione adducta *quæst. 4. præced.* in toto vers. *ad quartam*, & in vers. *ad quintam*, & in terminis Barbosa *in pastorali dict.* 7 *alleg. 65. sub n. 9.* † vnde licet possessio prodesset respectu superioris Episcopi, qui vult videre titulum, non sic ex quo habet resistentiam Iuris, vt notant DD. *in cap. licet Heli* vbi Abbas *num. 14. de simonia*, cum aliis Gratian. *discept. forens. dict.* 8 *cap. 397. n. 42.* qui *à n. 45. & 47.* ait, † amouendos esse tales beneficij possessores, non docto de dispensatione, sine alio Iudiciario ordine, & processu ex textu *in cap quoniam hic*, nec vt requiratur libellus, nec alia citatio; quia tunc debet Iudex ex officio supplere propter notorietatem: alia tradit Barbosa *ibi n. 4. & 5.* vbi quod licet notorium releuet ab onere probandi; non tamen ab onere proponendi. Gratian. vbi addit quod puniri etiam poterunt temeraria retentione, quem leges.

9 Ad tertiam quæstionis partem, an quælibet dispensatio Pontificia, sufficiat, seu debeat esse expressa ad tollendum impedimentum, de quo *in cap. 2. hoc tit.* cum multis sequentibus *supra* in praxi signatis. Etenim quod Apostolica dispensatio non sufficiat, nisi in specie dispensetur ad obtinenda beneficia in Ecclesia, in qua pater; imo & requiri etiam in specie derogationem Const. Clem. 7. de qua dixi hic *q. 1. & q. 3.* & Trid. *in* 10 *dict. cap. 15.* † sic vt propterea non sufficiat dispensatio super defectu natalium, nec habilitas ad quæcumque beneficia obtinenda decisum referunt Casador *in decis. 9. de præb.* Rota *diuers. in decis. 233. p. 1.* Riccius *collect. 1367. in dicto cap. 15. Trid. paulo ante finem*, Rebuffus *in praxi tit. de dispens super defectu natal. n. 24. & 55.* & cum eo Barbosa *in pastorali dicta alleg. 65. n. 31.* Gratianus *dicto cap. 397. n. 55.* qui & *n. 36.* cum eodem Rebuffo *n. 24* dicit requiri derogationem *dict. const. Clem. 7. & Trid.* saltem in genere.

11 Et tradunt dicti DD. rationem huius resolutionis, quia cum semper dispensatio restringenda sit ad casum, de quo loquitur *ex cap. 1. §. fin. hoc tit.* vt *supra* dixi *in dicto cap. 1. q. 9* & vna dispensatio non tollat omnes defectus, sed tot debeant esse dispensationes, quot obstacula, Geminian. *cons. 33. n. 8.* Cassador *decis. 9. n. 8. de præb.* Rota *decis. 233. q. 12. p. 1. diuers.* Gratianus *supra n. 38.* 12 *& 39.* † Et neque generales dispensationes, & clausulæ operentur, quando talia sunt impedimenta, quæ difficiliorem reddere solent concedentem ad dispensandum, Bald. *in l. 1. n. 22.* vers. *vnum scias. Cod de furtis*, Felinus *in cap. nonnulli n. 21.* vers. *quarta conclusio* de rescriptis, Alex *cons. 195. n. 10. lib. 2.* Menoch *de arbitr. lib. 3. cons. 3. cons. 203. n. 12.* Gratianus *supra n. 40.* sequitur ergo, vt recto iure procedat dicta conclusio, quam in terminis etiam amplectuntur Barbosa *in pastorali dicta alleg. 65. n 32. & 33.* Riccius *res. 369. in praxi aurea.* Et addo cum Sayro *decis. 1. de constit.* Barbosa *in dicta alleg. 65. de officio Episcopi p. 3.* vt collatio tali illegitimo facta, sit ipso iure nulla, & idonea, Barbosa *in dicto cap. quoniam hoc tit. sub n. 2.* cum Nauarr. *cons. 18. de constit.* Sanctarelus *variar. resolut. q. 41. n. 15. post med.* Garcia *de beneficiis p. 7. cap. 3. numero 16.*

13 Vnde recte *in dicto cap. 2. hoc tit.* dispositum est, vt filius sacerdotis, qui hoc tacito per rescriptum Apostolicum, impetrauit capellaniam in Ecclesia, in qua pater ministrauit, non obstante quacumque possessione, ab ea sit amouendus, vt tenent Ordinarij, *ibi* Abbas, antiq. Zabarella *collect.* Anchartan. Bellameta Ioan. Andreas, Hostiens Innocent. Panormit. Anania, Buttius, Viuianus *in rationali lib. 1. Iuris Pontificij pag. 318.* Alagonia *in compendio Iuris canonici pag. 112.* Anton. Augustin. *collect. 1. decret. lib 1. tit. 9. cap. 2.* Barbosa *in dicto cap. 2.* cum Dan. Venator *in analysi methodica Iuris Pontificij lib. 1. n. 17. axiom. 1.* & eodem Stephano Gratiano *dict. cap. 397. ex n. 31.* † 14
Ex his etiam colligitur pro explicatione, & materie dicti *cap. 2.* quod dispensatus quoad officium, non censetur dispensatus pariter quoad beneficium, Maynard. *in decis. 21. lib. 3.* quam notat ad limitat. *cap. fi. hoc tit. lib. 6.* Riccius *in collect. 704. super dict. cap. 2. hoc tit.* † Vbi infert etiam 15
quod dispensatus super ætate ad beneficium simplex, non potest alia similia beneficia obtinere sine noua dispensatione, durante minoritante ætatis, vt dixit Caualcan. *decis. 29. p. 1.* † Et quod dispen- 16
satio ad obtinendum beneficium, extenditur ad primum, & vnicum tantùm ex Rota *in decis. 1. hoc tit.* † Et quod dispensatus super legitimitate, 17
non potest recipere præbendam Ecclesiæ cathedralis ex eadem Rota *in decis. 2. hoc tit. quam not. ad limit. Reg. non debet de reg. Iuris*; imo addit Riccius *supra* ex Fabro *decis. 13. cod de sacro sanctis Eccles* regulam cui conceditur maius, videtur concessum minus, non procedit in dispensationibus. † Et quod dispensatus, vt possit ha- 18
bere secundum beneficium cathedrali, si ex primo non posset viuere, non censeatur dispensatus, vt primum in cathedrali capere possit; quia dispensationes sunt odiosæ, & stricte interpretandæ, vt dixit Verallus *decis. 272. p. 1.* † Item quod dis- 19
pesitio prohibens filium obtinere beneficium in Ecclesia patris, cum sit exorbitans, & odiosa, non comprehendit nepotem legitimum ex filio illegitimo, Sayrus *in cap. 9. hoc tit.* & de aliis quam pluribus exemplis, idem Riccius legendus *vbi supra* vers. *infertur 6.* & à vers. *infertur 8.* vsque ad finem limitat in aliquibus dispensationibus, & absolutionibus fauore animæ, & fauore matrimonij, de quibus dixi plura *sub tit. de rescript.* aliqua etiam *sub cap. præced. q. 8. & 9.*

Ad quartam quæstionis partem, an suffragetur 20
tali illegitimo tollerantia Episcopi, siue possessio longissima annorum 30. & quoad primum negatur ex dictis *à n. 1. hic* eo quod, vt iam dixi contra concilium, nec expresse, nec tacitè valeat dispensare, Treuisan. *decis. 111.* & cum eo Riccius *dict. collect. 1367. ad dict. cap. 15. Trid.* Gratianus *vbi supra n. 33.* ex dicta glossa *cap. cum dilectus*, & Abbatis *in dicta cap. dilectus hoc tit. numero 4.*

Et quoad secundum, licet per dictum *in cap.* 21
1. de regula de triennali. q. 8. videatur minori tempore succurri tali filio illegitimo possidendi; sed quia iam in hac secunda parte *q. 3.* vers. *ad tertiam*, dixerim prædictam triennalem possessionem, nec aliam maiorem non suffragari. † Ideo in 22
præsenti, licet Gonzalez *in regula 8. cancellariæ glossa 5. n. 33.* & Barbosa *in dicto cap. 15. Trid. n. 9.* ad verba dict. Trid. *in cap. 15.* ibi *longissime arceantur* per triginta annos, alio succedente in beneficio paterno immediate, videri filium posse in eo succedere; & quod hæc longa possessio alterius intermedij filio illegitimo faueat eo quod incontinentiæ scandalum tanto tempore, præsumatur cessare.

Sed

23 Sed in casu nostro ex aduerso magnum resultaret, cum loquantur de longo tempore, quo filius illegitimus est in possessione Episcopi tollerantia; quia hæc quantumuis possessio longa non illum metur contra iuris dispositionem, & *dict. const. clem.7.& Trid.* dispositionem *in dict. cap.15.*

24 Nec enim ex tali longeua possessione possunt illegitimi suffragari in casu, de quo loquimur, cum habeant contra se iuris resistentiam, & concilij, contra quod non ita facile dispensat Summus

25 Pontifex. † Ex diuturna enim possessione, etiam longissimi temporis, non potest induci aliqua præsumptio dispensationis; & vbi non solet

26 dari dispensatio vera, cessat præsumpta, Puteus, *decis.139.num.4.& decis.257. lib.3.n.3.* Nec potest habilitare incapacem, cum ex temporis diuturnitate, non possit nasci titulus, vt dicunt Rebuff. *in tr. de pacifica possess. in 4. limit. n.171.* vel secundùm aliam impressionem *num.*206. qui in specie ponit de illegitimo, qui est inhabilis ad obtinendum beneficium in Ecclesia, in qua pater, *ibidem n.225.* vers. *vigesimo quarto*, Gratian.

27 *discept. forens. dict. cap. 397.ex n.41.* † reddentes rationem; quia cum non possit habere titulum, non possit iuuari possessione, quæ non datur sine titulo, & quia sine titulo quis semper est in mala possessione, & consequenter nunquam præscribit, vt dixi late, *in cap fin. de præscriptionib.* per textum ibi, *& regul. possessor. de reg. iuris lib.6.*

28 Pro complemento notabis posse à Pontifice dispensari cum filio illegitimo alicuius religiosi, vt ad dignitates, & prælaturas promoueatur in ea religione, in qua eius pater prælationem obtinuit, siue obtinet; si tamen sit cum expressa Pontificis dispensatione, & non solùm pro tota

29 religione. † Sed & pro eodem conuentu: ita Barbosa, *in dicto cap.3.hoc tit.n.fin.* Vbi componit hoc modo duas opiniones affirmantem vnam Fr.Eman.Rodriguez, *quæst.reg.tom 1.q.13. art.7.* sic tenentem sola dispensatione generica, quam bene reprehendit Ludouicus Miranda, relatus à Barbosa, *q.2.art.10.in man.regul.* Et hæc facilius explanantur ex dictis, *sup. q.4.* vers. *ad tertiam.*

30 Secundo notabis quod filius illegitimus prohibetur habere beneficium in eadem Ecclesia patris, qui cum esset Clericus primæ tonsuræ, Cappellaniam Cathedralis obtinuit, & deinde tam Cappellania, quàm tonsura dimissa, habituque sæculari assumpto, huiusmodi filium suscepit, ac demum vxorem duxit, illaque defuncta, aliā accepit, in eoque statu semper perseuerauit: ita ex Sacra Congreg. Concilij 14. Ianu. 1602. & ex mente Trid. *dict. sess.25.cap.15.* refert Barbosa, *in Bullar.* verb. *filius illegitimus eius, & in decis. Apostol. in eodem* verbo. *n 19. per dict. declarat.* apud Aldan. *in compendio canonicar. res. lib.1.tit.36.n.18.*

31 Tertiò quod filius ex legitimo matrimonio natus eget dispensatione, alias ex gratia concedenda, vt possit immediatè obtinere beneficium de iure patronatus, quod obtinuit pater, ad quod beneficium in fundatione sunt vocati proximiores de genere: ita Barbosa, *in Bullario*, verb. *filius* penult. sequitur ex S. Cong. Concilij sub die 23.

32 Augusti 1631. † Vbi concludit quod filius legitimus clerici conceptus ante clericatum, gaudet priuilegio fori, durante vita eius patris: sic refert declaratum ex sacra Congreg. immunitatis in Calliens 18. Martij 1631. an apud nos in praxi admissum colliges ex his, quæ late dixi *in cap. 2. de Iudeis* cum aliis, & *sub. cap. 1. de fore compet.* Et ad plures casus iam *supra* resolutos videbis eundem Barbosam cum declarationibus, & decisionibus in Bullario, & *in decis. Apostol.* dict. vers. *filius.*

AD TITVLVM ET RVbricam, de Seruis non ordinandis, & eorum manumissione.

SVMMARIVM.

1 *Conditio non liberi hominis præstat impedimentum ad ordines.*

2 *Seruilis vilitas non capit honorum clericalem, & irregularitatem inducit, vt numero 10.*

3 *Serui iuxta leges politicas repelluntur ab obtinendo Decurionatu, nec admittuntur ad officia, quæ per liberas personas exerceri, leges iubent, & n.7.*

4 *Serui in iure semper pro nullis habentur.*

5 *Infames, & viles non admittuntur ad Dignitates.*

6 *Seruo nihil abiectius, qui nec participat de Iure.*

7 *Homines ingenuos ad gubernandum, Reipublica, conuenit habere nobiles, & qui honoris capaces sint, & qui honestè se gerunt.*

8 *Sacerdotij Dignitas, summa est Dignitas Dignitatum.*

9 *Libertas primum bonum consideratur quoad ordines, quatenus seruituti opponitur.*

11 *Ordinatio mancipiat quem Ecclesiasticis ministeriis.*

12 *Seruus nequit ordinari, quia non est suus, nec Dominus suorum operum.*

13 *Militia Diuina aggregandus debet esse ab aliis immunis.*

15 *Seruitus non inducit irregularitatem perpetuam, sed dum durat. Et de differentia aliorum infamium n.15.*

15 *Seruus quicumque ratione à seruitute liberetur desinit esse irregularis absque alia dispensatione, si aliàs fidelis Christianus & bene instructus sit, nec neophitus, & recenter conuersus, & n.16.& 17.*

QVia in titulo præcedenti visum est de impedictis ordinari ratione originis, hoc est ex defectu natalium, & ordinandi ex variis causis impediantur ad ordines promoueri sine dispensatione Papæ, vt patet ex tit. sequent. iam nunc præstat agere de alio impedimento, quod vocatur conditionis, hoc est non liberi hominis, sed serui, † cum seruilis vilitas non capiat honorem clericalem, vt patet 54. *dist. per tot.* 1.q.1. *& in c 3 in fin. supra de filiis Presbyter.* & ex aliis Iuribus huius tituli; item & ex *c. fin. de reb. Eccles alien. vel non c.3. & 4. de rerum permut. cap. mandata, & seq. de conditionibus appositis, cap.1. de natis ex libero ventre* cap. 1 2

cap. vnico, & ex cap. per venerabilem vers. praete-
rea. & sequenti qui filij sint legitimi, & ex cap.
vnico de infantib. & languid. cap. forus de verb.
signific. cap. relatum de sent. excommunic. & pos-
sunt applicari quæ Doctores referunt iuxta titu-
lum de coniugio leprosorum, & de coniugio ser-
uorum.

3 Quod si ratio huius impedimenti ad ordines ex-
poscatur, ex eo enim desumenda venit. nam cum
iuxta leges politicas serui repellantur ab obtinen-
do Decurionatu, cum Dignitas sit Reipublicæ, vt
in l. 2. cod. de decurion. lib. 10. & in l. ad Decurio-
natum cod. de vacatione muner. cum ad illa officia
quæ per liberas personas exerceri leges iubeant,
serui non admittantur ex l. in his 175. ff. de reg. iur.
4 † qui semper in Iure pro nullis habentur, l. quod
5 attinet 32. eodem tit. † indeque eueniat quod nec
viles, nec infames admittantur ad Dignitates, l. 2.
6 cod. de dignit. lib. 10. † Et seruus, qui nihil est, eo
nihil abiectius, sit vt late probauit D. Franc. de
Amaya lib. 2. obseruat, 1. cap. 13. n. 2. & 4. & lib. 2.
cap. 6. n. 9. nec participet de Iure, l. qui testamento
20. §. seruus ff. de testam. l. 1. ff. de Iure de liber, &
7 cum nec pudoris dispendium sustinere possit. †
Quid mirum, vt quemadmodum ab illa decurio-
natus Dignitate repellitur, ne seruili macula, Dig-
nitas curiæ violetur, vt aiont DD. per textum in l.
2. cod. si seruus, & libertus, quia expedit Reipubli-
cæ, vt ad eam ordinandam admittantur homines
ingenui, & nobiles, & qui honoris capaces sint, &
qui semper honestè se gererint, vt probant cum
multis Bobadilla lib. 1. polit. cap. 8. ex n. 6. & Ama-
8 ya in dict. l. 2. cod si seruus, & ingen. n. 2. & 3. †
sic vt à Dignitate sacerdotali serui explodantur,
cum sit summa Dignitatum Dignitas, vt desumi-
tur ex cap. bene quidem cum aliis tota dist. 96. &
ex cap. solita de maiorit. & obed. vbi passim Do-
ctores, & In cap nonit. de Iudiciis.

9 Cum ergo ex defectibus bonorum tempora-
lium possit aliqua irregularitas contrahi, & inter
eos numeretur fama, & primum bonum, quod ve-
nit quoad hoc considerandum sit libertas, quate-
nus seruituti opponitur iuxta illud ad Galatas 4.
iam non sumus ancillæ filij sed liberæ, & 1. ad co-
10 rinth. 12. siue serui, siue liberi, † Et defectus huius
boni seruitus appelletur, & irregularitatem indu-
cat, vt patet ex multis decretis d. dist. 54. à princ.
& ex toto nostro titulo, & vt habetur in auth. si
seruus, cod de Episcopis, & clericis, Theologi in
4. dist. 25. vbi D. Thoma q. 2. art. 2. p. 1. Richard.
Paludan. & reliqui, Anton. p. 3. tit. 28. cap. 6. Silue-
ster, & alij summistæ, verb. seruus, & verb. irregu-
laritas, Nauar, in man. cap. 27. n. 104. Maiol. lib. 1.
cap. 55. Salced. in pract. cap. 19. Diana tract. 7. de
seruis, & mancipiis res. 53. p. 7. Suarez de cens.
disp. 52. sect. 3. ex n. 1. Filiucius tract. 19. cap. 7. q.
11 19. Bonacina de irregularit. q. 2. puncto 4. & alij. †
Sequitur vt cum per ordinationem quis manci-
patur Ecclesiasticis ministeriis, & seruus non
possit hoc modo seipsum mancipare, quod nec
possit ordinari; quia nemo potest dare alteri, quod
12 suum non est † at seruus non est suus, nec Domi-
nus suorum operum; ergo, quandiu seruus in tali
statu permanet, videtur vt nequeat ordinari, sicut
omnes fatentur, & insinuat Leo I. epist. 1. in cap.
13 2. dicta dist. 54. in verbis sequentibus. † De-
bet immunis esse ab aliis qui Diuina militia
est aggregandus, vt à Castris Dominicis, quibus
nomen eius scribitur, nullis necessitatis vinculis ab-
strahatur.

Et vt intelligatur hæc ratio animaduertendum 14
est, vt licet sacri canones loquantur in locis ad-
ductis de hac seruituris irregularitate, non con-
siderasse in seruo ignobilitatem illam, quæ esse
videtur in vili conditione serui, vt ratione illius
hanc irregularitatem imponerent; quamuis pos-
sent illam considerare; quia etsi in homine or-
dinando requiratur ex quadam decentia cla-
ritas quædam propter eminentiam illius status,
cui non minus videtur obstare seruitus, quam
illegitima origo, de qua late dictum est in tit.
præced. vel infamia, & similia, vt in titu-
lis sequent. canones verò nullam rei rationem
videntur habuisse, sed impedimenti, quo abla-
to, per manumissionem, ac adeptionem liber-
tatis, cesset quidem omnino, cum solum consi-
derarint ex vna parte rationem Iustitiæ respectu
Domini, & ex alia religionis causam in ministeriis
sacris.

Et sic colligi seruitutem non inducere irregu- 15
laritatem absolute perpetuam, sed quandiu du-
rat, & Dominus non consentit: nam quacum-
que ratione seruus redimatur, & à seruitute libe-
retur, desinit esse irregularis absque alia dispen-
satione; quia ablatum est fundamentum huius
irregularitatis, cum ex sola præcedenti seruitute
non relinquatur macula, vel indecentia mora-
lis, quæ à lege considerata sit, ad irregularita-
tem inducendam, † si aliàs seruus fidelis, ac 16
bene instructus, Christianus, ac Catholicus
esset, non neophitus, & recenter conuersus: ita
docent præter antiquos Suarez vbi supra dicta
sect. 3. n. 2. & 3. Cornejo in 3. p. D. Thoma, tract.
de irregul. disp. 14. dubio 1. & 4. Leander de irre-
gularit. tract. 1. disp. 5. q. 1. & 2. Henriquez cum
multis in summa lib. 11. cap. 10. n. 5. & lib. 14.
cap. 8. n. 7. Bonacina supra n. 2. vers. primo, Diana
dicta res. 53. Villalobos in summa tom. 1. tract.
24. dif. 36. n. 1. & 2. qui sub verborum compen-
dio reddens adductam rationem, integram mate-
riam explicat, de quo sunt etiam videndi Albert.
Trotius, Bernard Diez, Sotus, Lelius, Zanchis,
Paul, Lancelot, Vgolio, Auila, Valer. Reginald,
Campanillus, Bellet, & alij, quos citat in hac Rub.
& in cap. hoc tit. Barbosa, & idem in princ. dict.
dist. 54.

Iam ergo antequam ad explicationem Iu- 17
rium huius tituli deueniamus, quia occasio-
ne inscriptionis huius Rubricæ, possunt mul-
ta moueri de seruis, de eorum differentia, de ma-
numisione, & libertinitate forte in toto Iure
Canonico, non alibi Congruentius tractanda,
ideo pro praxi, & pro bonis litteris visum est
annectere in præsenti Rubrica quæ subsequun-
tur.

QVÆST. I.

An seruitus sit naturæ contraria? Quid sit? Vnde origo etiam mancipiorum? Quibus modis contingat? An vna sit species seruorum, seu plurimæ? Et quam potestatem Dominis præstent, quominus seruus ordinari queat? Vbi de seruis adscriptitiis, censitis, inquilinis, ordinariis, vicariis, & mediastinis, & de aliis, qui sub prædictis nominibus includuntur.

SVMMARIVM

1 *Homines omnes, aut liberi ſunt, aut ſerui.*
2 *Geniiores debent natis imperare.*
3 *Generoſi ignobilibus imperant.*
4 *Seniores imperant iunioribus.*
5 *Domini imperant ſeruis.*
6 *Potentiores imperant imbecilioribus, & numero 9.*
7 *Prudentes dominantur in ignorantes.*
8 *Serui ſunt inſtrumenta quadam animata. Expende, vt n. 14. & 15.*
6 *Fæmina maſculo ſubeſt.*
10 *Seruitus philoſophica differt à ſeruitute, de qua leges, & canones loquuntur.*
11 *Libertatis proprium eſt viuere, ſic vt velis & n. 17.*
12 *Seruitus eſt inimica natura, quæ fuit introducta neceſſitate impellente gentium. Et qualiter definiatur. n. 13.*
14 *Seruitus philoſophica non eſt vera, E numero 15.*
15 *Inſtrumentum alterius generis eſt, quam id, cuius eſt inſtrumentum.*
16 *Seruitus conſtituta eſt Iure gentium, non quidem naturali. & n. 22.*
17 *Seruitutis nota eſt ſubiici alieno Dominio.*
18 *Seruus nemo intelligitur ſine Dominio.*
19 L. 1. in princ. ff. de rerum diuiſ. l. vſufructum 23. de liberali cauſa, l. 3. ff. de peculio. l. quod ſeruus 36. in fine ff. de ſtipulat. ſeruor.
20 *Seruus hæreditarius ratione poſſeſſionis, dicitur eſſe in bonis nullius, ſed non eſt ſine Domino.*
21 *Seruus ſine Domino quando dici poſſit.*
22 *Filiusfamilias, etſi aliena poteſtati ſubiiciatur non tamen Dominio.*
23 *Seruitus etiam introducta ob pretium participandum, non eſt ſecundùm naturam, & n. 59.*
24 *Seruitus fuit inuenta ex bellis, quæ Iuris gentium ſunt, & qualiter contingerat.*
25 *Seruus dicitur à ſeruando n. 26. & 27.*
26 *Captiui non cruciabantur, ſed vt homines ſeruabantur apud Lacedemonios.*
27 *Mancipia ſerui vocabantur, eo quod ab hoſtibus manu capiebantur; & idem de rebus manu emptis.*
28 *Serui etiam ſunt ex natiuitate, & quibus modis contingat n. 29.*
29 *Serui fiebant in metallum damnati.*
30 *Seruorum Conditio nullam recipit diuiſionem, quorum aliqui dicuntur ordinarij, aut vicarij, adſcriptij, vel medianiſti n. 36. & ex n. 50. vbi quot eorum, diuerſa ſunt nomina, n. 65.*
31 *Seruus non alia infamia nota nequit ad ordines aſcendere, niſi quod ſubiectus eſt Dominio alterius.*
32 *Dominica poteſtatis effectus in ſeruos duplex præcipuè fuit.*
33 *Serui qua de cauſa quadrupedibus comparentur.*
34 *Dominus, etſi poſſet olim ſeruum occidere, hodie non, nec ſupra modum ſauire, vt n. 35.*
35 *Homicidium ſemper fuit malum intrinſece.*
36 *Parentes olim habuerunt poteſtatem necis in filios.*
37 *Hominis liberi plures ſunt ſpecies.*
38 *Serui triplici differentia ſunt, vt adſcriptitij, qui glebæ, ſeu prædio colendo ſunt addicti perpetuo*, numero 41. 42. 43. & 44.
39 *Seruitus circa originarios, & adſcriptiones iam non eſt in vſu.*
40 *Adſcriptitiorum ſeruorum origo ad quem effectum, qui aliàs dicebantur coloni, cenſiti, & inquiline, vt n. 41 & 42.*
41 *Adſcriptitij (aliàs liberi homines) quibus modis fiebant ſerui, & quare ſic nomen accipiunt n. 43.*
44 *Cenſiti, Coloni, & inquilini promiſcuè appellantur adſcriptitij ſerui, & quare.*
45 *Adſcriptitij ſerui, cenſiti, Coloni, inquilini, dicebantur membra illius terra, cui adſcribebantur, ſeu cenſus, aut tributi, qui ſunt ſerui ſecundum quid vt* numero 50.
46 *Originarij ſerui ſunt illi qui orti ſunt ex adſcriptitiis n. 47. cum aliis.*
47 *Iudaus quos ſeruos poſſit habere chriſtianos, & quali ſuperioritate* n. 48 *ſeu pœna* numero 49.
50 *Mancipium vere ſeruus dicitur, & qui alias, vel non.*
51 *Adſcriptitius ſeruus dicitur portio fundi, & inter immobilia computatur.*
52 *Seruus ordinarius eſt qui aliis ſeruis præpoſitus eſt.*
53 *Seruus Vicarius eſt qui ſerue ſubminiſtrat ordinario.*
54 *Seruus medinſtinus, eſt medius inter ordinarium, & vicarium.*
55 L. 4. §. in fine ff. de his, qui notantur infamia.
56 *Serui ordinarij habebant alios, quos dicebant actores, & ſilentiarios, & qui omnes fuiſſent.*
57 *Serui Vicarij quos ſeruos etiam haberent, ſcilicet Oſtiarios miniſtratores, ſimphoniacos, Cubicularios, Hiſtriones, & alios.*
58 *Serui Vulgares dicebantur vicarij, & quos alios haberent, ſcilicet Topiarios paſtorales, Saltuarios, Dietarios, & alios.*
59 *Medianiſti, qui nec ordinarij, aut vicarij ſerui, qui ſint, & quos alios comprehendant.*
60 L. 1. §. 4. ff. nautæ Caupones.
61 *Seruus actor qui eſſet, & qualiter differat à ſeruo procuratore, & diſpenſatore* numero 62.
63 L. apud Labeonem §. Prætor ait ff. de in Iuriis.
64 *Serui Viſpelliones dicebantur, qui manumitti non poterant, & quare n. 65.*
66 *Seruus Compeditus dicebatur quia malus ſeruus ſolebat de fuga ſuſpectus coerceri nervo.*
67 *Seruorum, etſi vna conditio, nomina tamen ſunt diuerſa propter operam diuerſa illis deſignata, vt* numero 68 & 69.
69 *Seruorum nomina diuerſa oportuit diſtinguere ad effectum recipiendi ordines.*

70 *Homines passi ob pretium participandi in se venundari, pessimam seruitutem incurrebant, etiam ex antiquo.*

71 *Serui passi se venundari, & ad actum gerendum, & alij qualiter differant, vt Histriones, Gladiatores, & saltatores, qui postea cessarunt, vt n. 72.*

1 AD primam quæstionis partem videtur respoodendum, quod cum omnes homines,
aut liberi sint, aut serui, *princ. instit. de Iure person.*
l. summa 3. ff. de statu hom. vbi scriptores, ac notant
Caius *lib. 1. instit. tit. 1. in princip.* & lex Regia p.
4. *in proam. tit. 23.* sic quemadmodum libertas pro-
uenit à Iure naturæ, *l. 4 ff. de Iustitia, & Iure*, ita &
2 seruitus, tum ex dictis Iuribus; † tum quia Diuini
ingenij vir. Plato, *dialogo 3. de legibus*, scribit pri-
mam *Dignitatis rationem esse, vt geniteres natis*
3 *imperent.* Secundam, *vt ignobilibus generosi.* † Ter-
4 tiam *vt iunioribus seniores.* † Quartam, *vt Domini*
5 *serui.* † Quintam *vt potentioribus inbecilliores*
6 *seruiant.* † Sextam, *& quidem omnium maximam*
7 *esse, qua secundum naturam ignorantes sequi iuben-*
tur prudentes autem ducere, ac dominari: idem re-
fert Ioan Stobæus *sermon. 42. ante finem pag. 195.*
8 Et confirmatur similiter ex Aristol. *lib. 1. polit.*
cap. 5. & 4 asseuerante seruitutem à natura oriri,
seruosque instrumenta esse quædam animata, &
9 animum corpori imperare, hoc autem seruire. † Et
in sexibus fœminam masculo subesse, minusque
sapientes natura ipsa seruos esse, & sapientioribus
subditos, vt ab his regantur; idem *lib. 7. polit.*
cap. 14. affirmat esse natura ipsa seruitutem iuue-
nis ad senem, & amplius ex Marco Cicer. *in*
5. Paradox. indicante omnes prudentes liberos,
insipientes verò, & improbos natura esse seruos:
etenim Lypsius *lib. 3. manud. ad Stoic. Philosophos*
dissertatione 12. recenset etiam esse hanc stoico-
rum opinionem.
10 Verùm quia alia est seruitus, de qua Iuris con-
sulti, & Pontifices agunt, illi in relatis Iuribus, isti
in tit. nostro, & tota dist. 64. ac in aliis titulis, &
Iuribus assignatis *in princip. Rubrica*, alia inquam
ea de qua Philosophi proxime relati, cum hæc ad
Dominium, coactionem, vel necessitatem, non per-
tineat, sed ad honorem, obsequium, & reuerentiam
senioribus, à iunioribus, generosis ab ignobilibus,
parentibus à filiis, marito ab vxore debitam, vel ad
vtilitatem ipsius seruientis, qualis illa, quæ impru-
dentis ad prudentem, minus sapientis ad sapientem
dicitur. Illa verò, de qua Iure consulti, & Pontifi-
ces eum qui seruus est alterius Dominio, ac pote-
stati ista subiicit, vt tanquam res quælibet à Do-
minio vendi, & alienari possit; & cum mistis defi-
ciat illa *naturalis facultas eius, quod cuique face-*
re libet, de qua *in l. libertas 4. ff. de statu homin l.*
11 *1. tit. 22. p. 4.* † & illa, de qua loquitur *de offic. lib.*
1 dum inquit libertatis proprium est sic viuere, vt
velis, vt explicant citati à Brisonio *in notis ad §.*
libertas inst. de Iure naturali, vbi Pichard. Myn-
sing. Anton. Faber, & cæteri Instituarij, ac Docto-
12 res *in dict. l. 4. Alex. lib. 4. cap. 10.* † quid mirum,
vt hæc seruitus naturæ aduersetur, sicque institutæ
Iure gentium, non natura, sed necessitate impel-
lente, vt agnoscunt DD. in adductis locis, & *in d.*
l. libertas, 4 §. seruitus ff. de statu hom. in §. seruitus
2. instit. de Iure personar. d. l. 1. tit. 21. p. 4. l. 1. tit.
19. p. 2. l. 4. tit. 5. p. 4. Cicero *in paradoxis*, Quinti-
lian. *lib. 2. cap. 3.* Aristotel. *lib. 1. polit. p. 3. & 4.* Se-
neca *declamat. 7.* Gellius *lib. 7. cap. 4.* Halycarnas
lib. 4. Macrobius *lib. 3. saturnal. cap. 7.* Conanus
lib. 2. comment. c. 1. 2. & 3. & c. 10. Anton. August. *in*
l. sed etsi mulieres §. plane ignominia ff. de excu-
sat. tutor. Bart. & Cottas. *ibi, & in l. 13. de seruit.*
Simanchas *de cathol. instit. tit. 61.* Forcatolus *dia-*
logo 26. Couar. *in regula peccatū 2. p §. decentes* † 13
vt seruitus, quæ à persona serui, libere personæ
debetur, *sit constitutio Iuris gentium, qua quis*
Domino alterius contra naturam subiicitur.
Patet ergo vt seruitus, de qua in titulo nostro 14
sit contra Ius naturæ, & libertatis, nec officere di-
cta Platonis, Aristotelis, & aliorum politicorum
in principio adducta, quia vt iam diximus serui-
tus illa dicitur philosophica, quæ non est vera, alias
quidem dici posset, vt illi qui comites, Principes, &
Reges, Duces, va aut parentes, & superiores obser-
uant ipsis seruire, quod ridiculum esset iuxta *leg.*
non dubito 7. §. 1 ff. de captiuis, & postlim. reuersis,
l. fin. cod. de patria potestate, alioquio Aristotelis,
& eius asseclæ hunc modum seruis refertissimum
facerent, cum nemo, non Regibus, aut Prin-
cipibus pareat, vt Reges, vel Principes Deo, *l. dig-*
na vox. cod. de legibus † Præterea, nam allucina- 15
ri videtur Philosophus, dum ait seruum esse in-
strumentum hominis, cum homo sit pariter is,
qui seruit, & conditione à Domino differat,
non genere; atqui omne instrumentum sit alterius
generis, necesse est, quam id cuius est instrumen-
tum, dicunt Doctores, & Diana *part. 7. tract. 7.*
res. 1. nam Scapha non est alterius nauis capa-
cioris instrumentum *l. vltima ff. de instructo, vel*
instrum. legato, & inde vt seruus opilio, vel cal-
tuarius, aut villæ instrumentum, non vilici.
ex *l. si ita testamento 15. §. 2. ff. eodem*, vbi le-
gistæ; ergo seruitus, de qua in tit. hoc. & in Iu-
re ciuili, ac Regio non est à natura, sed à consti-
tutione hominum distincta admodum ab illa, de
qua Philosophi vt explicant etiam præteriam re-
latos Driedo *de libertate Christiana lib. 1. pag. 8.*
Couarrum. *supra n. 5. §. 11.* Iosones Marcet *lib. 1.*
opia. cap. 9. Vaconius à Vacuna *lib. 1. declaratione*
1. quibus adde Besoldum *in synopsi politica do-*
ctrina lib. 1. p. 1. cap. 14. n. 2.
Cumque seruitus sit quoddam Iure gentium 16
constitutum, & introductum, cum nec ex iure na-
turali; quia natura omnes homines liberi nascan-
tur. *d. l. manumissiones 4 ff. de Iust. & Iure, princip.*
instit. de libertinis, quo nec esset nota manumis-
sio, cum seruitus esset incognita, vbi legistæ, nec ex
Iure ciuili, cum tale Ius seruos non agnoscat, nisi
hactenus vt illos pro nullis habeat. *l. qui testamen-*
to 20 §. seruus ff. qui testamenta facere possunt, l.
nullomodo 7. ff. ad leg. cornel. de falsis, l. quod atti-
net 32. ff. de reg. Iuris. † Oportet inquam dicere, 17
vt quemadmodum nota libertatis est facere quod
velis; item etiam hæc sit vera seruitus nota, scili-
cet subiici Dominio alieno. † Et sic fieri vt nemo 18
seruus intelligatur sine Domino, seruumque, &
Dominum, vt correlatiua se se habere, cum quis-
piam sibi ipsi seruire non possit, imo nec cui-
quam res sua, vt *in l. re communi 26. ff de seruitu-*
tib. vrbanorum prædior. nec prædium vllum sibi
ipsi, *l. cum essent 35. §. 1 ff. de seruitut. rusticor. præ-*
dior.
Et quamuis seruus hæreditarius dicatur esse 19
nullius, *l. 1. in princ. ff. de rerum diuis. l. 2. in*
princip. ff. de peculio, & quod possit esse seruus
sine Domino ex l. vsumfructum 23. *ff. de lib. cau-*
sa, l. quod seruus 36. in fine ff. de stipulat. seruor.
& econtra videamus quod filiusfamilias alienæ
quidem

quidem potestati subiiciatur, nihilominus hæc subuertunt veram seruitutis definitionem, & na-
20 turam, † quia licet ratione possessionis seruus hæreditarius in nullius bonis sit, *l. 1. §. Scæuola ait.ff. si quis testam.* Liber esse iussus erit:tamen ratione iuris, quod hæres habet in tebus hæreditariis, vel alius in alis bonis, intelligitur esse in eius bonis; non enim negati potest, quod saltim sit interim, dum hæres subintrat sub ipso hæreditatis adiacentis dominio, quæ vicem dominii obtinet, iuxta *l. denique 15. §. quæsitum, verf.accedit ff. quod vi, aut clam.l.cum hæreditas 9.Cod.depositi §.seruus etiam instit. de hære-*
21 *dibus.* † Minus secundum, oam quoties seruitus significat relationem, nunquam est sine Domino, vt ex iam adducta seruitutis definitione patet: tamen si denotet ius, & qualitatem, tunc poterit seruus dici sine Domino, qui tamen verè ser-
22 uus noo dicetur. † Non inquam tertium de filiofamilias, qui, & si alienæ potestati subiiciatur, *l.potestatis 215.ff.de verb.signif.* sed non alieno Domino. Videbis Anton.Faber, *tom. 1. Iurisprudent. Papin.tit.3. princip. 3.* & alios communiter.

23 Nec obstat dicere fieri seruus, non tantùm iure gentium, sed etiam iure ciuili, puta si quis liber homo maior viginti annorum passus sit se tanquam seruum venundari ad pretium participandum, vt *in l.& seruorum §.1.ff. de statu hom. §.serui autem instit.de iure personar.l.1.tit.14.p. 4.ibi la tercera,&toto tit.ff quibus ad libert.proclam.non licet,& l.23.ff. de liberali causa*, patiebantur enim sese venundari, aut ad prætium participandum, aut ad actum gerendum, vt *in l.6. §.4.ff.de iniusto rupto, irrit.test.* quo spectat illud D.Ambrosij, *lib.de Ioseph* ibi: *quomodo non omnis seruus auarus, qui pro exiguo pecuniæ lucello seipsum actionatur, qui se vendunt ludo (inquit) acron. authorati vocantur, authoratio enim dicitur venditio gladiatorum*: ex quo loco intelligit Reuard *lib.2.co iectan. cap.8.* quanam fuerunt, qui seipsos actionabantur ad actum gerendum, addens se non dubitare quin fuerint illi, qui aut histrionico aut gladiatorio, aut saltatorio alicui ludo se vendebant, tum quod id fieri solere certo certius dicit, tum quod inter alia *per actum*, motum corporis veteres intellexerint, vt Histrionum, & saltatorum, qui etiam ex eo ipso *actuosi* dicebantur: alia videnda, & de loco, vbi prædicta venditio fiebat, & ad quos effectus, dico *infra hac quæst.* vbi de differentia *n.penult.& finali*, & aliis inquam modis; quia tesponderur prædicta definitione, solùm agi de natura seruitutis, & primæua origine, quam ex Iure gentium esse constat. *dicto §. 1. verf. Ius autem gentium, de Iure pers.dict. l. 4. ff. de Iustitia*, cum aliis, ad quam omnes modos introductos ciuili lege seruitutis inducendæ tedici debere, cum seruitus ipsa non eo minus sit Iuris gentium, vt notant Faber, & alij, *vbi supra*, & Diana *dict. tract. 7.p. 7. ref. 2.* vbi concludit, ideo seruitutem esse contra naturam, vt eumquam fieri possit, quod quis aliend Dominio subiiciatur, secundùm naturam, scilicet primæuam, cui bella erant incognita.

Hinc iam seruorum nomen inditum est ab
24 eo scilicet, quod inuenta seruitus sit ex bellis, quæ Iuris gentium sunt, *l.ex hoc Iure 5. ff. de Iust.dict.§ seruitus 2.de Iure personar* & cum liberi homines capientium fierent, atque accide-ret quod multi desæuirent in captiuos, eosque necarent, inde constitutum fuisse, vt potius venderentur, quam occiderentur *dict. §. serui. 1. instit. de Iure person.* ac propterea victores seruarent † ideo concludunt omnes seruum à 25
seruando dici ex iam adductis Iuribus, & *dict. leg. Regia* Pichard. *in dicto §. seruus 1.instit. de Iure personarum n. 4.* & legistæ *in l. libertas 4. §.1.ff. de statu homin.& l pupillus 239. §.1.ff. de verb. signific.* Vnde D. Augustin. *lib 19. de ciuitate Dei* origo (inquit) vocabuli seruorum in lingua latina inde creditur ducta quod hi, qui Iure Belli possent occidi à victoribus conseruabantur; & huc pertinet Horat. *lib. 1.epistol. ad Quintium.*

Vendere cum possis captiuum occidere noli,
Seruiet vtiliter, sine, pascat durus, eretque
Nauiget, ac mediis Hiemet Mercator in vndis
Annona prosit portet frumenta penusque.

Imo fertur quod Agesilaus Lacædemoniorũ Dux 26
sæpius pro concione milites suos admonuisse, ne captiuos, vt facinorosos cruciarent, sed vt homines seruarent, videndus Mynsing.*instit.de ingenuis §.serui*, & cæteri sic dicentes: quare Plutarch. *in comparat Agid.& Cleomen.* dixit, merito interpretes, plerosque censere seruos à seruando, non à seruiendo denominatos esse.

Sequenti etiam nomine designabantur *manci-* 27
pia vocati; eo quod ab hostibus manu capiebantur *dict.§.serui inst.de Iure personar.* ibi institutarij, & Pichard, *dict.n.4.in fine*, sicut & etiam asseritur *in dicta l.libertas dict.§.1.* iodeque Varro, quem sequitur Diana *dict. p. 7. tract. 7. ref. 3. in fine* (dixit) mancipium à manu, quod manu capitur, hoc est res omnes, quæ manu capiendo acquiruntur, mancipia dicta, tefereote Othomann *in dict.§.serui enunciat.9.*& teste Balduino *ibi* apud latinos mancipium dicitur comparatio certi, perpetuumque Ius possidendi: vnde eleganter Luct. dixerit

Vitaque mancipio nulli datur omnibus vsu.
Iam ergo vides seruos, non solum ex Bello à cap- 28
tiuitate fieri, sed etiam ex natiuitate *§. serui 3. instit. de Iure personar.* nempe nascendo ex ancillis Dominorum, de Iure gentium, aut propter participandum pretium ex Iure ciuili, quando quis venundari patitur.† Et aliis etiam modis, maxi- 29
me in metallum damnati, qui serui pœnæ dicebantur, quia & ciuitatem, & libertatem amittebant, & ex *Senat.Claud.vt in tit.inst.de successionibus sublat, & in l. vnica cod. de Senat. Claud. toll.* Pichard. *supra de Iure personar. in fine*, dicens omnium seruitutum species originem habuisse à Iure gentium. † Et quod horum seruo- 30
rum conditio nullam recipit diuisionem; sic vt de quoquam eorum dicere valeas minus seruus, magis seruus Quia in specie seruitus sciendi non potest, vt *in §.fin. instit. de Iure personar.* ibi: *in seruorum conditione nulla est differentia, l. & seruorum 5 ff. de statu homin.* vbi Doctores.

Vnde rectè quia (vt *supra in Rubrica* di- 31
ctum est) ratio propter quam impedimentum, quominus seruus ad ordines ascendere nequit, non sit alia infamiæ nota, nisi quod subiectus domino alterius, neqneat Ecclesiæ inseruire; ideo qualem

Domini potestatem in seruos haberent, designan-
do, clarius patebit ratio maxima, ob quam ab Ec-
clesia tale impedimentum fuit constitutum; iam
ergo ex bellis, & Iure gentium introductum fuisse
primo seruitutem dictum est, quo Iure etiam om-
nes pene contractus introductos fuisse docet Iu-
stinian. *in §. Ius autem gent. de Iure naturali,*
32 *gent. & ciuil.* † sic vt quemadmodum idem Ius
seruitutem introduxit, ita & potestatem Do-
minicam, cuius effectus duplex præcipuè fuit,
prius, quod Dominus in seruis vitæ necisque
potestatem haberet; quia cum quisque sit rei suæ
moderator, & arbiter, *l. in re mandata cum vul-
gatis cod. mandati*, & seruus sit in Domini po-
testate, ac Dominio, consequens esse dicunt DD.
vt virtute talis potestatis non minus liceat Domi-
no seruum suum pro arbitrio, quam pecudem oc-
33 cidere † siquidem, & hac de causa serui quadru-
pedibus comparentur, *l. 2. ff. ad leg. Aquil.* quam
quidem postea valde diminutam ex constitutione
Diui Pij, Antonini, & coarctatam legimus, ac ex-
34 perimur hodie † quia, etsi olim Dominus posset
seruum suum impune occidere, verberare violare
&c. sed iam sine causa legibus cognita, vt docet
Iustinian. *in §. 1. instit. de his, qui sunt sui*, & hoc
de Iure ciuili olim processisse, non quidem de Iu-
35 re naturæ. † Cum homicidium semper fuerit ma-
lum intrinsice; non enim hodie in seruos supra
modum Domini sæuire valent. *dict. §. 1.* Caius
*in lib. 1. instit. tit. 3. & in l. 1. ff. de his, qui sunt sui
l. 1. cod. de emmend. seruor. l. 1. tit. 12. l. 9. cod. Theo-
dos. l. 8. tit. 1. p. 3. l. 6. tit. 21. p. 4* Macrob. *lib. 1. sa-
turnal. cap. 2.* Bodinus *lib. 1. de Rebub. cap. 5.* Alex
lib. 1. dier. genial. cap. 10. & ad eum Tyraquel. Me-
noch. *lib. 2. de arbitrariis casu 364. ex n. 1.* Co-
nan. *lib. 2. comment. cap. 2. n. 3.* Diana *dict. p. 7. tract.*
36 *7. de seruis ref. 4.* † Et alij, qui, & explicant illam
potestatem, quam olim haberent parentes in fi-
lios, necis scilicet, de qua *in l. in suis 11. in fine ff.
de lib. & posthumis, l. vltima cod. de patria potest*
diuerso inquam modo propter Ius patriæ pote-
statis, quæ summa erat; in Dominis autem ex dict.
seruitutis Dominio, vt explicant late adducti In-
stitutarij, ac DD. legistæ.

37 Et sic inquam, vt in Rubrica dictum est, Ius
Dominicæ potestatis, dum durat in seruos, impedi-
mento illis esse, vt ad ordines ascendant ex illa
inquam præstatiori ratione, de qua ibi. Vnde eue-
nit, vt quia vbi proxime diximus ex *dicto §. instit.
de Iure personarum*, seruorum conditionem vnam
quidem esse, nec diuidi in species, & respectu ho-
minis liberi plures species ponat Iustinianus di-
cendo quod sint ingenui, aut libertini, & in Iure
passim dicatur seruos alios esse ordinarios, alios
vicarios adscriptitios alios, alios Medianistas &c.
qui omnes subse alias seruorum species conti-
nent quia multum pertinet ad materiam nostri
tituli distinguere, an isti sint eiusdem conditionis,
seu non aliqui eorum] possint sine impedimento
ordinari; ideo maxime necessarium duxi illos di-
stinguere, vt sic clare possimus scire de quibus ser-
uis titulus noster loquatur.

38 Præcipua, atque communis seruorum diuisio
describitur præcipuè in triplici differentia; sic vt
quidam sint eorum, qui vere serui sunt, cum ita
Domini sint quod eos vendere possit ex iam dictis.
Alij adscriptitij, nimirum, qui glebæ, seu prædio
colendo sont perpetuò adstricti, seu addicti, inde
nunquam recessuri, Dominisque prædiorum an-
nuos redditus omnes, præter sumptus, & victum
reddituri, qui & liberi sont, *cap. multorum*, vbi Ab-
bas, & DD. de Iudæis, & serui simul, *l. diutius 20.
cod. de Agricolis, & censitis lib. 11.* nam qui Gle-
bis, & fundis ita sunt adscripti, vt recedere ab eis
nullomodo valeant, seruilis conditionis habentur,
vt *in l. 2. cod. de libero homine exhibendo*, Conanus
lib. 2. comment. c. 1. & 10. n. 3. de quorum, & alio-
rum origine *n. sequenti.* Alij verò originarij, qui
sunt orti ex his adscripititiis, vt notat Abbas *in d. c.
2.* qui imputatur simul cum adscriptitiis inter bona
immobilia, & sunt partus fundi, vt habetur *in l.
iubemus nulli 14. cod. de sacro sanct. Eccles.* Iuxta
gloss. verb. *mancipia*, Conan. *vbi supra*, Menochius
de retinenda rem. 3. n. 116. Couarruu. *in c. quam-
uis pactum 2. p. §. 1. n. 2. de pactis lib. 6.* Velascus *de
Iure emphyteut. q. 33. n. 15.* Azor. *instit. moral. p. 1.
lib. 2. cap. 32. q. 4.* † Suarez *de censur. disp. 91. sect. 3.* 39
n. 15. vbi subdit huiusmodi seruitutem, tam circa
originarios, quàm adscriptitios seruos iam in vsu
non esse, Barbosa *in cap. quis autem leges 11. dist.
54. n. 1. & in dict. cap. 2. de Iudæis*, vbi notat *n. 3.*
ex glossa *ibi* sunt liberi, & *ibi* nota originarios, si-
ue adscriptitios liberos esse cum Didaco Perez *in
l. 6. in princip. tit. 3. lib. 8. ordinem* Valasco *de Iure
emphyteuto q. 37. n. 3. & 4.*

Et vt altius repetatur visum est de origine horum 40
adscriptitiorum disserere. Igitur quia deuicta Ita-
lia, & prouinciis Romanis agri quam multi cessa-
rint, & latifundia partim luxu, & otio crescente,
& rerum abundantia, agricolationem deseruere, vt
ait Collumell. *de re rustica lib. 1. de præfatione*,
quæ tanto in honore priscis fuerat, *vt ipsorum tunc
manibus Imperatorum* (Iuxta verba Plinij *lib. 18.
cap. 3. & 6.*) *colerentur agri, gaudente terra, vo-
mere laureato, & triumphali aratore, & eadem
cura semina tractabant, quâ bellum, eademque di-
ligentia arua disponebant, quâ castra*; & sic cum
ita sit necessaria generi humano, vt late scribit D.
Franc. de Amoya *in Rub. de agricolis, & censitis*,
consueuerint prudentiores homines liberos ad cul-
turam agrorum suorum accersere. † Et inter hoc 41
fuerint adscriptij, coloni, censiti, & inquilini, de
quorum conditione post Azon, Accurs, Plateam,
Lucam de Peña Pyrrh. & Cujacium, *in dict. Rub.*
DD. *in cap. indicatum de immunitate Ecclesiar.*
Amescua *de potest. in se ips. cap. 17. ex n. 23.* Baeza
de inope debitore cap. 1. ex n. 20. Valascus *d. q. 37.*
Couarruu. *in d. cap. quamuis pactum 2. p. §. 1. n. 2.*
Petr. Greg. *lib. 14. syntagmat. c. 10. ex n. 6.* Cassaneus
in consuet. Burgundiæ Rub. 9. ex n. 1. Duarenus *in
tit. de seruit. cap. 1.* Forcatol. *in Rub. eodem n. fin.*
Schifor *degeirus ad Anton.* Faber *lib. 3. tr. 26. q.
6.* Donellus *lib. 7. comment. cap. 9.* Conan. *dict. lib.
2. cap. 10.* Thomas Sanchez *de matrim.* cum Ab-
bate & aliis *lib. 7. q. 19. n. 1.* ideo de illis progre-
diemus.

Etenim horum hominum illa fuit conditio, vt 42
qui initio liberi, ingenuique nati sunt conditio-
nibus quibusdam, vel gratis, aut pretio patie-
bantur certæ alicui terræ se adscribere, & addice-
re promittentes Domino soli se nunquam ab eo
discessuros, & prædiorum annuos redditus solu-
turos, vt *in l. colones 19. l. cum scimus 21. cod. de
agricolis, & censit. l. quisquis 16. l. si quis 20.
dict. l. iubemus 37. cod. de Episcop. & Cleric.
l. fin. cod. de transl. l. possession. 11. cod. communia
vtriusque Iudic.* † atque nomen inde dictum, si- 43
ue quia adscripti censibus, siue quia ita erant ad-
scripti glebæ, vt minime eis recedere liceret *l. colo-
nus 15. cod. de agricolis*, sit tamen vt refugientes,
ad

ad prædia teducerentur, vt *in l.cum ſatis.13.§. cum autem dict.tit. l.vnica Cod.de colonis.*.

44 Qui,& tamen, cenſiti, coloni, inquilini, aliquando promiſcuè appellantur cenſiti,non quod cenſum, ſeu tributum præſtatent Dominis, ſed quia in publicum cenſum referebantur eum fundis ipſis, & maius patrimonium efficiebant, *l.4. Cod.de agricolis, & conſitis*, vt etiam tenet Ant. Faber,*in Iuriſprud.tit.5.p.2.illat.* 7. quod ſi verum eſſet ait Amaya,*in l.29.& 36 Cod. de decurion.n.6.*multo magis deberent dici adſcriptitij; quia cenſibus ad ſcribebantur, vt loquitur Arcad *in l.5.Cod.de quibus cauſis Coloni* ibi:*coloni cenſibus dumtaxat adſcripti* iuncta *dicta l.cum ſcimus.22.Cod.de agricol.*& *l.litibus.20.eodem*, eorum inquam fiebat profeſſio,quorum nomine tributum præſtabatur Reipublicæ à Dominis, qui cogebantur patrimonia profiteri, vt reſpexit *l. 4. §.ſi quis inquilinum ff de cenſibus*, & vt explicat Petr.Gregor.*dict.lib.47.Syntagmat.cap.18.n.10.* etenim vt ait Cuiacius *in Rub Cod.de agricolis*,& Panzirola Theſaur *cap.151.*Bulenger. *de imperio Romano.lib.9.cap.12.cenſus* erant libri cenſuales, vel publici cenſus ſcripturæ, in quibus continebantur proprio nomine, qui in ſuis locis erant conſcripti; quia cum ipſo fundo, cui adſcripti erant in publicum cenſum referebantur,& maius patrimonium Domini efficiebant,ac maioris cenſus,vt,*in l.penes 4.l.omnis,l.quemadmodum 7.Cod. de agricol.& cenſit lib.*10.vbi DD.

45 Ob quam cauſam membra eius terræ reputari dixerunt DD.per textum *in dict. l. cum ſatis 23. Cod. de colonis*, adſcriptitios cum hi penſionem ex fructibus ſoluendam conſignarent, & ſic incertam,*cenſitus* verò ſeruus certum cenſum, aut penſionem annuam,qui & *tributarij* dicuntur ob eam cauſam *in l.ſernes 12.Cod.de agricol.lib.*10. indeque Accurſ.per textum *ibi in l.2.gloſſa 1.cod. in quibus cauſis coloni* Scharder. verb. *cenſiti* dixerunt huiuſmodi homines nomine tantum differri;& huc videntur pertinere nomina dicta *coloni*,& *inquilinus*, cum coloni liberis ſimiles ſint, dum ſub certa mercede colunt.*l. 4. l. colonos 15.* cum aliis ſimilibus,*cod.de agricol.inquilinus*,quia iis aſſimulatur,qui Domum,vel prædium eadem mercede conduxit *l.fin.ff.de migrando l.4.§.prætor ff.de damno infecto*,qui in legibus antiquioribus pro iis,qui prædiis adſcribuntur,vſurpatur,vt *in l.ſi quis inquilinos 112.ff.de leg.1. l. non tantum.17.in fine.ff.de excuſat minor.l. poſſeſſionum 51.Cod.communia vtriuſque Iudicij.l. 4.§.ſi quis ff.de cenſibus,l.omnes 6. cum aliis. Cod. de conſibus*,& hos omnes agricolas adſcriptitiæ, conditionis promiſcue aliquãdo vocari,hoc vel illo nomine *adſcriptitius,colonus, cenſitus, & inquilinus*,docent adducti DD.& Amaya *in dicta l. 29. & 36.Cod.de Dignit.*vbi hæc præmiſit,vt deueniret ad intellectum,*l.eos 22.l.nullos 44. l. neque 65.& ſequent.eo tit.*dum tractans de conditione *mulierum inquilinarum*,concludit has dici, quæ ex patribus colonis, ſeu cenſitis procreabantur.

46 Originarij,vt iam diximus,ſunt orti ex adſcriptitiis,qui vere liberi ſunt quamuis ad certas operas teneantur,vt bene docet gloſſa *in dicto cap.2. verb.ſint liberi*,vbi Abbas *n.vnico,verſ.item nota*, quod vt dicit Sanchez *dicta q.19.n.1.in fine*,clare patet ex illo textu,dum Pontifex interdicit Iudæis mancipia chriſtiana poſſidere, quibus concedit
47 ſeruos adſcriptitios, vel originarios; † Etenim Iudæum poſſe habere adſcriptitium chriſtianum in conſequentiam iuris,quod poſſidet, dixerunt Beroius *in cap.1.ſub n.196.*verſ.*nec etiam productis de conſt.*Silueſter, *in ſumma* verbo *Iudæus*, Angelus *eodem verb.* Marcardus *in tract. de Iudæis p.2.cap 5.n.20* Azor,*inſtit.moral.p.1.lib.8.q.8*,Thomas Sanchez *in præcepta decalogi tom. 1. lib.1.cap.31.n.21.*Anton.Ricciulus.*in tract.de iure perſonar.extra grem.Eccleſiæ lib.1.cap.28. n.21.* † qui aduertit *n.23.*verum eſſe, vt non poſ- 48
ſint iſtis adſcriptitiis Iudæi imponere aliquod onus,vltra illa, quæ per agere debent coloni originarij:alia tradit cum inſins,& ex antiquis Barboſa *in dicto cap.2.n. 1. & 2.* dum probatur ibi Iudæum poſſe habere colonos agrorum chriſtianos,qui diutius ibi manſerunt,qui peragant omnia Iura,quæ de colonis;vel originariis ſtatuuntur
† Tamen ſi Iudæus alio illos transferat, vel in 49
alio obſequio. detinet., vt amittat Ius coloniæ, & Ius Dominij,colligunt ex ordinariis Abb. antiq.Innocent,Collect.Zabarela,Bellamera,Ioan-Andreas,Alagona,Anton.Auguſtin.Barboſa cum multis ex antiquis, & modernis, dicentibus etiam Iudæum non poſſe habere Chriſtianum mancipium.

Ex his videmus mancipium vere ſeruum dici, 50
vt patet ex adductis in verſ.*præcipua*,& ante, adſcriptitios,& origioarios, cenſitos,colonos, & inquilinos ſecundùm quid cum reuera liberi dicantur.Verum ſi dubites,num qui ſe obligant perpetuò ad ſeruitia perſonalia, ſint adſcriptitij originarij?Reſpondetur non appellari adſcriptitios; eo quod iſti ſola perſonali obligatione teneantur,illi inquam ſint partes fundi,computenturque inter immobilia,vt habetur *in dicta l.iubemus nulli 83.Cod.de ſacroſanct. Eccleſ.* gloſſa ibi verb. *mancipia*,Sanchez *dicto lib.7.de matrim. q.19.n. 1.in fine*,Valaſcus *de iure emphyteus.q.37. à n. 9.* Tiraquel.*de retract.linag.§.1.gloſſa 7.n.119.*Conan.*dicto lib.2.comment.cap.10 n.3.* Azor *inſtit. moral.p.2.lib.2.cap.32.q.4.*Barboſa *in dict.l.23.n.*
5.†dicentes ſeruum adſcriptitium eſſe fundi por- 51
tionem, & inter immobilia computari; quia etſi naturaliter ſit diſcretum corpus à fundo; eſt tamen pars inſtrumentalis ipſius fundi.

Hinc & quia à diuerſis miniſteriis, & serui- 52
libus officiis,diuerſa olim nomine habebant ſerui; quia, aut erant ordinarij, aut erant vicarij, ant mediaſtini, ideo de iſtorum differentia, ac de ſpeciebus, ſiue nominibus ſeruorum, quæ ſub ſingulis comprehenduntur, vt ad propoſitum noſtri tituli non parum neceſſaria laconice loquemur; etenim, & ſi non ſatis conſtat quinam iſti fuerint, nihilominus Reuardus, *lib.5 variar. tom.1.cap.* 20. dicit, quod ſeruus ordinarius eſt,
qui aliis ſeruis præpoſitus eſt.† Seruus vicarius, 53
qui ſeruo ſubminiſtrat ordinario. † Seruus Me- 54
diaſtinus qui medium gerit actum, nec inter ordinarios ſeruos, nec inter vicarios, ſed medius inter hos, & illos connumerandus, vt actor eſt Vlpianus, *in l.6.7. & 17.ff. de peculio l.5. in princip.ff.de tribut.act.*quatenus dicit ordinarios ſeruos ſub ſe habuiſſe Vicarios,iiſque vel vt Dominos ſie imperaſſe, & vicarij eſſent eum ſuis peculiis in peculio ordinariorum, indeque vicarios ſeruos peculiares nuncupatos eſſe paſſim traditur, vt referunt DD. per textum, *in l.3.§. miles ff.de ſuis, & legitimis, & in l.21 ff.de peculio legato.*

Vnde perſpicuum eſt quo ſenſu apud eundem 55

Vlpianum Pomponius scripserit *eum, qui in ser-*
uitute peculiaria mancipia prostituta habuit, in-
famia notari post libertatem in l.4. §. 2. in fine,
ff. de his, qui notantur infamia; dicit enim Re-
uard. dubium esse; quin de seruis ordinariis vica-
ria mancipia sua prostituentibus senserit in dicto
loco Pomponius.
56 Hæc etiam tripartita seruorum nomina sub se
alia non pauca retinent; siquidem ex ordinariis
seruis alij actores dicebantur, alij silentiarij, alij
atrienses, alij procuratores, alij dispensatores,
57 alij Tabularij, † inter vicarios annumerantur
Ostiarij, Ministratores, symphoniaci, cubicula-
rij, Histriones, focarij, coci, lecticarij, cursores,
58 Palestritæ, Balneatores, Capsarii. † De istis est
locus, quem restituit Ciceronis idem Reuard.
diserte explicans pro ordinariis, & pro vicariis,
siue vulgaribus, qui sunt, idem probat ex alio
loco Saluiani, *lib.4. de prouidentia*, & de Sueto-
nio, *in Nerone*, in sequentibus verbis: *mox tribus*
vrbanas ad sacramentum citauit, ac nullo ideo
respondente certum Dominus seruorum numerum
induxit nec nisi ex tota cuiusque familia proba-
tissimas, ne dispensatoribus quidē, aut à manuen-
sibus exceptis recepis, & vt inter vulgares, siue
vicarios dictos, etiam Topiarii, Pastores, Sal-
tuarii, Ostiarii, Dietarii numerantur, addit Re-
uard *circa finem dicti capituli*, vt eorum memi-
nit Vlpianus, *in l.8. & 22. ff. de instruct. & in-*
strum. legato.
59 Ex Mediastinis, qui nec inter ordinarios, nec
inter vicarios referebantur §. *pœna autem instit. de*
iniuriis, & erant illi, qui non balneorum dum-
taxat, sed ædium quoque ministri, & curatores,
vt Anonius Marcellus eos definiuit rectius,
quam Porphirion, & Heron sentiunt in hunc
versum Horatii:
Cum Mediastinus tacitò pede cura petebat.
Annumerantur qui curam habebant sartorum,
tectorum, vt explicat Reuardus supra dicens,
quod curatores, & ministri ædium, nec vicarii
sir, nec ordinarii, sed tertiam quandam spe-
ciem constituant, & differentiam; sic vt Mediasti-
ni, quasi inter ordinarios, & vicarios nuncupen-
tur, & hoc quidem verum esse, si nullos huiusmo-
di serui sub se vicarios habeant nam si haberent
vicarios, non amplius Mediastini, sed ordinarij
60 dicerentur † idque sibi videtur Vlpianum voluis-
se, cum Atrienses inter Mediastinos referret *in l.*
1. §.4 ff. nauta caupones, sententiam aut dubio de
Atriensibus, qui nullos in peculio seruos habe-
bant; & sic quidem concludit Reuard omnes illos
seruos inter Mediastinos referendos esse, qui nul-
los sub se vicarios habent.
61 Cumque inter ordinarios *actor* annumeretur
seruus, nempe cui rerum omnium summa immi-
net, & eorum administratio commissa est, de quo
sic Columella *lib.1. de re rustica*, scribit in se-
quentibus verbis: *ita fit, & vt actor, & familia*
peccent. & paulo post *idemque actori præcipien-*
dum est ne conuictum cum domestico, multoque
minus cum extero habeat, de quo etiam scripse-
re Plutarch. *in Asinaria*, & Apuleius *de asino au-*
reo lib.8. vt refert idem Reuard, qui vt Pichardus
explicat *in dicto § pœna de iniuriis sub num.* 10.
idem est; *quod dispensator* omnium rerum suarum
procurationem credidit, pecuniisque Domini
credendis, & exigendis præest, vt exponit *ibi*
Theophilus, indeque vulgò numeretur p o eo,
62 qui maxime pretij est, † quod non implicatur, vt

Iudico cum sententia Reuardi distinguentis in-
ter actorem, procuratorem, & dispensatorem;
quatenus, vt auctor est Saluianus *lib.3. de proui-*
dentia Dei, procuratori consueuerint credi supel-
lectilem, & cellaria, de quo existimat Vlpianum
loquutum *in l.1. in princ. ff. de seruis fugitiuis* in
verbis ibi: *Senatus censuit ne fugitiui admittan-*
tur in saltus, nec protegantur à villicis, vel pro-
curatoribus possessorum; & quod *dispensatoris*
officium fuisse videri, seruis reliquis, vsitata quæ-
dam per canonem certum stipendia, certosque
frumenti modios in mensem præstare, vt *in l. 88.*
§. 11. ff de leg. 3. & in l. vltim. §. 3. ff. de verb. oblig.
addens etiam Reuard. sic satis intelligi posse ex
eodem Saluiano, Terentio, & Donato; imo & ex
Plauto obiter etiam referendo, verba istorum in-
telligens quid sit apud Vlpianum *Cibaria manda-*
re, vbi leges, dum verbis illis præstat hunc sensum:
dare Cibaria, hoc est *canonem consuetum, siue de-*
mensum &c.
Et cum Vlpian. idem scribat, *in l. apud Labeo-* 63
nem 15. §. Prætor ait 31. ff. de iniuriis, multum
interesse qualis seruus sit frugi, ordinarius, dis-
pensator, an verò vulgaris, vel Mediastinus, an
qualis qualis dictas tres specie seruorum ponens,
sic quidem, vt alios contenderit ordinarios esse,
alios denique Mediastinos, vt explicatum sic re-
fert idem Reuard. ideo vt Picard, ex Theophilo
explicat *in dicto §. pœna de iniuriis*, & ex Vlpia-
no *in dicto §. Prætor ait*, Mediastinus dicitur *me-*
dij actus, seruus, cui scilicet non credita est rerum
omnium procuratio, sed quarundam rerum tan-
tum actus commissa administratio; & sic *me-*
dij actus seruum dici, qui neque magnæ procura-
tioni, nec etiam infimo ministerio præfectus est;
& bene, si explices iuxta distinctiones adductas
Reuardi, ne confundantur, aliàs procuratores, &
dispensatores serui, qui ad ordinarios pertinent
cum Mediastinis, qui vt dixit sunt ædium curato-
res, & ministri sunt, seu qui curam habebant Sar-
torum tectorum.
Alij in quam erant serui appellati *vispelliones*, 64
si hac lege scilicet venierint; aut testamento hanc
conditionem acceperint serui, ne vnquam manu-
mittantur, qui tunc omnino ex constitutionibus
manumitti prohibentur, vt *in l.4. & 9. ff. de ma-*
numis. l.3. §.9. ff. de senatu consulto silan. 17. §. 17.
ff. de ædilitio edicto; ita vt si manumissi fuissent ad
libertatem non peruenirent, vt *in l.9. ff. qui & à*
quibus, tales quidem, qui manumitti non poterant
vispelliones, dicebantur, vt probant DD. per tex-
tum *ibi in l.31. ff. de euict.* & Reuard. *lib.1. come-*
ctan. cap.16. & ex ex eo euidentissime, quod sic
de eo, cui vispellio solutus est Marcellus scripse-
rit: *habes enim seruum, qui ei auferri non possit*
promissor serui, cum debes hominem soluere, quem
si velis testator possis ad libertatem perducere: sic
in l.72. sub fin. ff. de solut. & diuinandum relin-
quens aliis Reuard. vnde serui *vispelliones* fue-
rint appellati; interim non dubitans, quin à *Vespel-*
lionibus longe diuersi fuerint *vispelliones*, ait de
prædicta lege venditionis referendum esse Sueto-
nium; dum *in Augusto* verba sequentia expressit:
nec aut crebrius aut perfidiosius rebellantes gra-
uiori vnquam mulctatus est pœna, quam vt capti-
uos sub lege venundaret, ne in vicinia regione
seruirent, neuè intra vicesimum annum libera-
rentur. † & referens ex Æuo antiquissimo alia 65
verba Lucij Cuspidij ad propositum coniectat.
Reuardus in pristinum, tam testamento, quàm
aliqua

aliqua venditionis expressa lege hac conditione seruos improbos olim dedi,confitenisse, vt nunquam manumitti possent;eoque sensu,accipit ipse Terentij versum in Andria ibi *verberibus cæsum te in pristinum Daue dedam vsque ad mortem*, eo que pertinere illud Augustini *de spiritu,& litteru: qui enim* (dicit,v.g.) *volo vt ij omnes serui mei operentur in vinea, & post laborem requiescentes,opulentur;ita vt quisquis eorum hoc noluerit,in pristino semper molat,videtur quidem quicumque contempserit contra voluntatem Domini sui facere,sed tunc eum vincet, si & pristinum contemnens effugerit.*

66 Alius inquam dicebatur seruus *compeditus*,qui scilicet neruo,aut compedibus coërcitus;vinctusque continebatur; solebant enim veteres malos seruos,& de fruga suspectos neruo, ac compedibus coërcere,vinctosque continere,vt late probat Brisonius *lib. 2. antiquitatum cap. 9.* Doctores per textum *in l.eleganter § item lubeo ff.de dolo, l.t §.penult.l.sed etsi seruo ff. de iniuriis, l. si vero certo §.custodiam ff. commodati.* & comprobari videtur ex eo etiam quod *Ostiarij*,serui,de quibus aliquid dictum est,& Saluianus dicit *de prouidentia Dei lib. 4.*& Seneca *lib.2.de tranquilit.vita*, quorum verba refert Reuard.*variar.dicto lib.5.c.16.in fine*, viderentur ad ostium catena fuisse religatos, vt ex Ouidio.*lib.1. amorum.* patet in sequenti vers.

Ianitor indignè dura religate catena.
Difficilem moto cardine pande forem.

Et idem ex Affricano cognosci posse ait Reuardus,de quo Festus,& Nonius aiunt sic in Vopisco scripsisse *Ostiarij impedimenta titinnire audio, verbum titinnire idem esse quod sonare; indeque titinnabulum appellari contendentes.*

67 Iam ergo videbis hæc de seruis adiecisse, quorum,etsi vna sit conditio,vt diximus supra ex Iustiniano.*princip.instit.de iure personarum* in fine, ibi,*in seruorum conditione nulla est differentia*, sed nomina,vt ex dictis apparet ad opera,& ministeria diuersa,tam Domus, quàm ciuitatis fuisse, plura liquet ex longe à nobis repetitis ex iam signato Ciceronis loco restituto à Reuardo *in dict. cap.26.* ibi:*atque vt in magna familia sunt alij lautiores, vt sibi videntur serui, sed tamen serui sic in ciuitate sunt atrienses,ac pari stultitia sunt, quos signa, quos tabula,quos celatum argentum, quos Corinthia opera,quos ædificia magnifica nimio opere delectant*; & *summus*(inquiunt,)*Principes ciuitatis,vos verò ne conseruorum quidem vestrorum Principes estis,sed,vt in familia,qui tergunt,qui vngunt,qui verrunt, qui aspergant non honestissimum locum seruientis tenent, sic in ciuitate,qui se istarum rerum cupiditatibus dedide-*
68 *runt ipsius ciuitatis pene infimum obtinent.* † His enim verbis designantur diuersa seruorum opera, & in illis carpi Cicero seruos ordinarios admodum imperantes in conseruos alios inferiores,& non obscurè,hæc eadem colliguntur ex Saluiano,qui *dicto lib.4.de prouidentia*, loquens de seruis ordinariis, & vicariis miranda, & notanda verba, posuit notanda hic quæ retulit idem Reuard.*dict.lib 5.variar.dict cap 16.*

69 Non ne oportuit tot nomina seruorum posuisse,vt sic in materia hac,de quo titulus noster loquitur,possit disputari num sub prohibitione ordinum omnes dicti serui comprehendantur, an verò aliqui eorum queant ordinari,nulla præhabita manumissione, aut concurrente tacita, siue expressa. Quid sit manumissio, an natalibus officiat,qui libertini dicantur,ac de aliis ad propositum *infra sub Rubro*,iuxta speciem cuiuslibet capituli apprehendetur.

Sed pro complemento,quia *supra* vers.*nec ob-* 70
stat, dixi de ea seruitute qua liberi homines passi se venundari ad pretium participandum, aut ad actum gerendum incurrunt,visum est alia ab antiquitate decernere,vt videamus inter liberos homines esse quoddam pessimorum genus,qui huic legi ignominiæ libere exponebantur etenim vt talis venditio exerceretur,videtur, vt fuerit locus publicus Romæ, in quo consistere solebant homines liberi,qui se venales postulabant, quemadmodum indicat Vlpian. apud Labeonem,& Calsum quæsitum scribens *in l.17.§.11.ff.de ædilitio edicto* ibi:*si quis asylum confugerit, aut eo se contulerit,quo solent venire,qui se venales postulant,an fugitiuus sit*, quem locum *Tuscum vicum*,non obscure demonstrasse Plautum,& Horatium ex illis firmat Reuard. *dicto lib.2.coniect. c. 8.in princip.* nam Plautus sic scribens *in Curculione*,ait.

Sub veteribus ibi sunt qui dant quique accipiunt fœnore.
Pone ædem Castoris ibi sunt, quibus credas male,
in Tusco vico ibi sunt homines,qui ipsi se venditant.

idque Horatium voluisse *serm.lib.2.sat. 3.* in sequentibus versibus.

Ac Tusci verba impia vici.
Cum scurris fertox,cum vellabre omne macellum.
Mane Domum veniant.

non dubitans quin per *turbam impiam Tusci vici* eos intellexerit,hoc in loco homines liberos Horatius,qui se venditabant,qua vix vlla esse maior impietas potest,& cum hæc animaduertissent interpretes pessime, ad fœneratores impiam hanc turbam retulerint,& addit quod fœneratores non in tusco vico sed sub veteribus frequentes erant, & assidui; quemadmodum ex Plauto probatum dicit.

Rogabis de differentia,quæ est inter illos, qui 71
se ad pretium participandum venundantur,vel ad actum gerendum;& quia Quintilianus *instit.lib. 10.c.2.* scripserit tactum *histrionum* veris affectibus minorem esse,& ab Vlpiano dicantur gladiatores & saltatores *actum gerere* fortasse ea ratione,qua tragædos *agere gestum* scripsit Varro *de lingua latina lib.5.*& sane liberos homines interdum se ludo olim vendidisse præter Acronem, euidentissime demonstret Ambros.explicans *cap. 1 epistol.D.Pauli ad Galatas* in verbis sequentibus:*quantus ergo error est post gratiam reuerti sub lege,hoc est accepta libertate velle seruire,vt ereptus gladio immemor beneficio denuo se vendat lanista*:accusator enim dicit est emptoris, qui relicto eo rursum ad priorem Dominum redit.Ideo differentia erit quod se venundari ad pretium participandum veri in omnibus serui fiant, si ad actum gerendum,non sic quia hæc venditio nihil aliud dicit,quam se ludo vendere:tamem se vendere vt is, qui venditur rerū emptoris actor,fiat, cum *actum gerere*,& *actorem* esse diuersa sint,vt patet ex *l.79.in fine ff. de verb.signif.* non autem etiam vendere ad aliquod seruorum publicorum
munus gerendum,vt quibusdam videtur,†& Re- 72
uardus dicens prædictos contractus Ambrosij

temporibus

temporibus in vsu fuisse,cæterum iam postea sublatos per Imperarorem Leonem, *nouell.* 60. optima quidem ratione,vt patet, pro qua faciunt Lactantij verba *lib.6. institut. Diuinor. cap.*12. ibi:*unde vestias emis,hinc captos redime;vnde feras pascis,hinc pauperes ale,vnde homines ad gladios cōparas,hinc innocentes mortuos sepeli.* &c.

AD TEXT. IN CAP. I. Cap. II. III. & VI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Seruus ante plenam Domini manumissionem nequit ordinari.*

2 *Diuinare, & futura precaueri, quando quis tenetur*, remissiuè.

1 EX his omnibus iuris vna generalis conclusio liquet, nempe seruum ante plenam manumissionem Domini voluntate factam ordinari non debere, vt patet etiam ex pluribus iuribus sub *dist.*54. Et quia nonnulla specialia, quæ ad hanc conclusionem, non spectant ex littera cuiuslibet textus nostri tituli deduci valent. ideo *in dicto cap.*1.ibi in fine,*& ideo quod infirmari, vel vituperari patet, debet pracaueri*, quæ declarantur per verba *dict. cap.*2. in fine ibi: *& si quilibet seruus fugiens Dominum suum qualibet calliditate, aut fraude, ad gradus peruenerit Ecclesiastices, decretum est, vt deponatur, & eius Dominus eum recipiat*,recta quidem ratione debet euentua præcaueri, cū sic ordinatus deducatur in seruitutem, *d. dist.*54.*cap.freq.& cap.ex antiquis, & in cap.quicumque*,quod vituperium, vt ex Gofred. dicit Ægid. Bellam.hic tangit totum Collegium Clericale, qui & *num.*1. *&* 2. latè agit de duobus dicteriis spectandum, num perpetuò sit, quod euenire potest: Vbi de casu futuro, & de casibus aduentitiis. inopinatis, vel
2 mala hominis fortuna, † & ibi Abbas agit quando diuinare, & futura præcauere, an & quando quis teneatur;sed quia glossa *hic* verbò *pracaueri* iuribus multis exornat; ideo non insistendum iudicaui. Solum inquam adiunges quæ Doctores scribunt super reg. Iuris frustra spectatur euentus,quod de iure non sortitur effectus.Et in regulis vtile perinutile non debet vitiari, *non firmatur,non prastat*, & non firmatur cum aliis.

QVÆST. I.

Manumissio, quare requiratur, vt seruus ordinari valeat rite, & recte, cum sint plures serui, qui sine vlla manumissione possint, non solùm Domino contradicente, ordinari; imo & ducere vxores, aliosque actus gerere in iure validos? Vbi plura de manumissione, & eius effectibus ac de libertis, & libertinis?

SVMMARIVM.

1 *Actus sacerdotalis est dignitas, & liberat à patria potestate* n.6.

2 *Filius sequitur semper familiam, agnationem, honores, & dignitates patris.*

3 *Mulier sua familia finem esse existimauit antiquitas.*

4 *Seruitutis non vera error non dirimit matrimonium.*

5 *Serui inuitis Dominis, licite copulantur matrimonio. Et quare nequeant ordinari*, infra n,12.*imo &* n.16.*Videtur quod nec matrimonio tradi*, *&* n.17.& 18.

7 *Seruus nequit in religionem admitti, nisi de licentia sui Domini.*

8 *Serui adscriptitij, vel coloni, inuitis Dominis, ordinari non debent, &* à n.14.

9 *Seruus quare ordinari non possit.*

10 *Origo, beneficia, & honores, non sunt curanda,si aliàs liquet de fide, scientia, & moribus subiecti.*

11 Cap. fin. de seruis non ordinat. & sub numero 1.

12 Cap. 1.& 2. de coniugio seruorum, & numero 13.

13 *Seruus valet matrimonium inire contra Domini voluntatem, non tamen ordinari.*

14 *Serui adscriptitij, & originarij quare ordinari nequeant, explica vt* à n. 15.& 16. *Vbi quare liberi dicantur, & nequeant ordinari.*

15 Cap.2.& glossa in cap.2.de Iudæis.

16 Glossa 19.quæst.2.

Authentica ad hoc Cod. de Latina libertate, & auth.de nuptiis §.adscriptio.

17 *Liberti ordinari nequeunt, nisi fuerint manumissi directe, & sine obsequio.*

18 *Matrimonium cum liberta valet.*

19 *Manumissio est datio libertatis,& quare fuit necessaria* n.20.*& quibus modis fieret*,n.21.

20 *Liberti dicebantur qui ex seruitute manumittebantur.*

22 *Manumissio quando ingenuitati non efficiat.*

23 *Manumissio officit illis, qui ex iuxta seruitute sunt manumissi.*

23 *Liber homo qui manumissus, & seruus post quinquennium reclamabat, non audiebatur ad ingenuitatem, hodie aliter.*

25 *Serui veri manumissi,non ingenuitatem, sed libertatem consequebantur,& ordinari Valent.* num.26.

26 *Manumissio est vt quadam imago natura.*

27 *Serui manumissi nomen accipiebant à manumissore.*

28 *Manumissionis,& libertatis nonnulla ex antiquitate,*

29 *Libertinorum erat tertia significatio solita accommodari libertorum filiis*, & n. 31. 32.33.

30 §.1.instit.de libertinis.

31 *Libertinorum alia species erat respectu filij nati ex milite Romano, & muliere Hispana*

32 *Libertini alij erant natiuitate, alij manumissione,& alij manumissione socij, ac nominis latini peregrini filii.*

33 l.vltima ff de Iure deliberandi.

Faciunt

1 FAciunt difficultatem sequentia, primo quia
non est curandum de origine promouendi, vt
in cap.venerabili §.1.& 2.de prab. & in cap. ad
decorem.de institut. & sic in cap.fin.hoc tit. qui
nascitur ex patre seruo,& matre libera potest or-
dinari Nec obstes dicendo ibi,ideo fieri,quia cum
mater sit libera,& filius quoad statum, sequatur
matris conditionem; ideo sic ibi contingat cum
natus liber nascitur;quia Vrget pro argumento
statum sacerdotalem esse Digoitatem, Iuxta quæ
dixi in princ.Rubrica,qua de causa filium debere
dici seruum,cum quoad Dignitates spectat filius,
debeat sequi patris conditionem, oon matris;de-
buit enim conceptus dominari à principaliori
parte argum.leg.quaritur ff de statu homin.vtpote
à quo recipit esse,tamquam à causa efficiente, ac
2 nobiliori principio suæ substantiæ, † Et ob eam
causam fatentur DD. filium semper sequi fami-
liam,agnationem,honores, & digoitates patris,vt
in l.1.Cod.de digni.lib.10.cap. 2.de coauers. in
fid.§.1.vers.quia qui ex ea.de legitim.agnat. tute-
la;& quia vt dixit Euripides in masculis conser-
uatur posteritas,& successio ibi:columna Domus
patris liberi sunt masculi Hesiodus ibi:Vnicus fi-
lius seruat paternam Domum, quod voluit Iusti-
nianus asserere in §.1.instit. de legitima agaato-
rum tutela, dum ait apud Romanos filios pa-
3 tris, non matris sequi familiam † quippe existi-
marunt mulieres suæ familiæ finem esse, vt in
l.pronunciatio 195.§.fin ff. de verb. signif.ergo
argumento à cootrario sumpto, filius ex patre
seruo, etsi ex matre libera,oon est cur possit or-
dinari.

4 Deinde quia quando seruitus non est vera, sed
adscriptitia,vel origioaria, eius error non dirimit
matrimonium;quia serui ad scriptitij,vel origina-
rij suot verè liberi;ergo sicut impedimentum ser-
uitutis in matrimonio ad hanc seruitutem non
extenditur,sic nec ad impediendum,vt serui origi-
narij,& adscriptitij, ac alij huius generis,de qui-
bus late dixi sub quæst.præced.Rubricæ; quomi-
nus possiot ordinari,vel monachi fieri, vt de ma-
trimonio doceot Hostiensis in summ.tit. de con-
iugio seruorum n.9. Albericus in suo dictionario.
litt.I. verb. impedimeatum 3. de coniugio seruo-
rum ibi Antoo.n.4.Abbas n.5. Ioaones Andreas
ibi ia cap 2.n.5.& ibi Aocharran.n. 2. Cardio.
2.q.3 Præposit.n.6.q.5.Alex.de Neuo n.7. Hen-
ricus n.4.& alij ordinarij ibi,vbi Barbosa, n. 3.
Thomas,Sanchez cum Siluestro,Tabiena, Cu-
cho,Gaëta,Brunello,Lanceloto, Durando, Pala-
cios,Ioannes Mayor,& aliis lib.3.de matrim. q.
19.n,9.in fine.

5 Et confirmatur eo amplius quia,sicut serui,in-
uitis Dominis,licite matrimonio copulantur, vt
in cap.1.dict.tit. de coniugio se uorum. cum ibi
adductis à glossa,l.1.tit.5.p.4. Valascus de Iure
emphyt.q.37.n.4.& 5.Heoriquez, in summa lib.
11.cap.10.n.4 in medi., Azor,instit. moral. p. 2.
lib.1. cap.18.q.4. Zened. ad decretales collect.
88.n.1.Flores ad Gammam.Insit.decis.142. Vbi
etiam quod potest maritus accusare vxorem, ser-
uant Sanchez de matrim. cum aliis dict. lib. 7.
q.21.Gutiertez eodem tract. cap., 91. Bonacina
dict.tract.3.puncto 3.n. 7. ergo sicut valet argu-
mentum de matrimonio carnali ad spirituale, vt
in cap.inter in corporalia de translatione Episco-
pi;sic vt in illo seruitus non impedit celebrari
matrimonium,quod fuit à Iure naturali, & Diui-
no institutum,ita nec impedimeoto ipsa,vt ad sa-
cerdotium serui ascendant, tum quia vt iam dixi
Rub.& ibi q 1. seruitus contra naturam est in-
troducta; eo quod libertas sit de Iure naturæ,
† Tum quia sacerdotium, vt Dignitas in Ecclesia 6
magna, (vt sentiunt DD.) etiam liberat à patria
potestate,quæ de Iure naturæ parentibus inest, vt
in principio instit.de patria potestate.

Nihilominus dicendum est, vt omnis seruitus 7
vndecumque trahat originem,vel nomen inducat
irregularitatem ad ordines, vel monachatum, vt
habetur definitum à Leone Papa in epistola 1.c.
1.Gelasio Papa in epist.1.cap. 16. & vt habetur
in cap generalis,& cap. admittuntur dicta dist.
54.Vbi expressa mentio fit de seruis origioariis,&
similibus, vt notat glossa in cap. 2. de Iudeis,
quamuis io illo textu huiusmodi originarij, seu
coloni serui liberi dicantur,vt explicanim est su-
pra dict.quast.1.Rub non enim quoad hoc da-
tur differentia inter seruos, & originarios, vt di-
xerunt Oldobrand in §.seruitus.n. 29.instit. de
iure personar. Valascus de iure emphyt q. 57. n.
6.Barbosa in dicto cap.generalis,vbi glossa origi-
narios, ibi nec videtur esse differeatia, disponit
ibi Gelasius,dict.epist.1.cap.16. scribens Episco-
pis per Lucaniam seruum cum non sit sui Iuris,
nec possit de se disponere, in religionem admitti
non posse,nisi de licentia Domini sui,vt per S.An-
ton.p.3.cap.3.tit.16.§ 4 Syluester in summa ver-
bo religio 2.q.3.Azor,inst moral.p.1.lib.12.cap.
1.q.3. Fr.Bartholom.de Belchis.in praxi seruan-
da in admittendis ad religioaem disp.2. dubio 2.
n.2.& Less.de Iust.lib. 2.cap.16.sub a.70. Cam-
panil.in diuers.Iuris canon.Rub.11.cap.8.n. 12.
Ludouicus Miraoda in manuali Prælator.tom. 1.
q.17.art 2.coaclus.1.Barbosa in cap.2. hic n.7.&
omnes per glossam. deponatur ibi: si vero quis
Monachus.

Et sic quidem imperat.Honor,& Theodos. in 8
l.quisquis sensibus vbi Accurs.ex aliis Iuribus de-
creuerunt seruos adscriptitios, vel colonos, inui-
tis Dominis,in clericorum ordinem transire, ac
recipi non debere,vbi Barbosa n.1.& 3.idem cum
aliis de Iure Eccles.cap 33.lib.1. n. 134. Suarez
de censuris disp.51.sect.3.n.13.Videndus dicentes,
quod adscriptitij, & coloni, qui terræ colendæ
perpetuò suot adscripti, ooo possunt ordinari,
addentes etiam huiusmodi seruitutem, tam in ea
originarios,quàm adscriptitios seruos,iam non es-
se in vsu:idem refert Barbosa in cap.quis autem le-
ges dict.dist.54. vbi habetur qui isti serui dicao-
tur.

Ratio horum est,vt iam supra in principio Ru- 9
brica,dictum est,quia non decet seruum, nec ob
vilem conditionem euehi,ac promoueri ad Dig-
nitatem Ecclesiasticam sacerdotalem, ne dignitas
sacerdotij parui pendatur; tum quia cum homo
ordinetur,vt nauet operam rebus Diuinis, & ser-
uus non possit illis rebus intendere;eo quod Do-
mino suo inseruire cogatur, Iuxta quæ in dicta
Rub.dixi, sequitur hanc irregularitatem optimo
Iure inductam esse, Iuxta quæ tradunt Gamma
in tract.de sacram. prastandis vltimo supplicio
damnatis q 5.n.9.Bonacina de cons.disp. 7. q. 2.
punct.4.n.2.Beller.disquisit.clerical.p.1.tit.de dis-
ciplina cleric.§.14.n. 1 Bernard.Diez,& Salcedus
in pract.cap.19.in nouissima edit. Campaoil. vbi
supra dict.cap.8.n.1.

Nec obstant à n.1 adducta, oon primum, vt 10
non sit curandum de origine promoueodi, quia
vt dicit Bellamera hic n.1.hoc inquam intelligitur
de

de libera scilicet origine vt *in dicto cap. ad decorem de institut.* quia vt ibi late dico, ac dixi *in c. 16. de indiciis q. 4. & fin.* ad beneficia, & honores Ecclesiæ quilibet vndecumque originem trahat, si fidelis, ac bonis moribus, & scientia imbutus sit, admittitur, sed non sic de seruili, vt in textu nostro, & aliis huius *tit. & dict. dist. 54.* & quia licet de nobilitate sanguinis non curemus, curatur tamen in iure de conuersationis notificatione, & approbatione; idem Bellamera, per *dict. cap. 16. de indic.* & faciunt quæ adduxi *supra in cap. penult. & fin. de ætate, & qualitate ordinand. & in cap. 3. 4. 5. penult. & fin. de præsumpt.*

11 Non secundum ex *cap. fin. hoc tit.* nam vt *ibi* late dico quoad ordines, si mater est libera filius natus ex matre libera, & si eius pater sit seruus liber est, ac perinde ad ordines ascendat: *ibi* videbis, vbi plura dico de libertinis.

12 Non tertium adductum ex *cap. 1. & 2. de coniugio seruorum, ac de comparatione matrimonij carnalis ad spirituale*; quia præterquam quod qualiter hæc comparatio admittatur *in dicto cap. inter corporalia, de translatione Episcopi*, explicatum manet. † Ad propositum verò respondetur diuerso modo censeri in contrahendo matrimonio inter seruos; eo quod non obstante tali matrimonio contracto seruus adhuc maneat seruus illud contrahens, inseruiens, & seruiturus in posterum Domino suo, secus verò de seruo ordinando; quia cum iste, ex quo Ecclesiæ ad iudicatur, seruiturus ei, iam indecens est, vt Domino suo temporali seruiat; ideo optimo iure Pontifices irregularitatem, de qua hic, introduxerunt. Sic vt Domino contradicente, vel eo inscio, nec manumittente, nullo modo seruus eius ordinetur, aut Monachus fiat, ne detur actus contra Iustitiam Domini habentis in eo seruo Dominium, vt probatum est Iuribus, & Doctoribus sub principio Rubricæ hic repetendis.

13

14 Vnde & si admittatur seruos adscriptitios, & originarios liberos esse, de quorum conditione reperies, quæ iam latissime adduxi *sub quæst. dict. Rubricæ*: tamen propter illos aliquos seruitutis effectus, qui reperiuntur in illis recte dispositum est, vt talis seruitutis ratio habeatur, vt prolis inhabilis fit ad ordines, & monachatum, vt explicat Thomas Sanchez, *de matrim. dict. quæst. 19. num. 9.* dicentes quod non erit habilis ad ordines, vel monasticam vitam, quia est seruus glebæ adstrictus, non sic respectu matrimonij: nam licet sit ea seruitus aliquantulum contra prolis bonum, hoc non inde dicetur esse impedimentum ipsi matrimonio, ad cuius valorem solùm spectatur, vt libere possit exigi, & reddi debitum, quod hi efficere poterunt similes serui.

15 Hæc ita se habent, sed egent explanatione, duæ difficultates huic vtrique resolutioni non parùm aduersæ. Prima, nã implicat, quod dicti serui adscriptitij, & originarij sint liberi, vt docet glossa per textum *ibi in dict. cap. 5. de Iudæis*, & quod prohibeantur ordinari, præcipuè si consideretur dispositio textus *in dicto cap. fin. hic*, & oppressus Suarez dixit dictam glossam *cap. 2.* intelligendam esse de his colonis, qui non trahunt obligationem culturæ ex seruili origine, & pacto suorum prædecessorum cum Dominis, de quibus *in l. originarios, & l. colonos cum similibus. cod. de agricolis lib. 11.* vel intellige de libertate quoad alios actus, non verò quoad ordinationem, vt *ibi* glossa declarat; & addit quod etsi interdum dicta obligatio colonatus non sufficiat ad seruitutem inducendam, & consequenter nec ad irregularitatem de qua agimus, sufficiet tamen ad aliam prouenientem ex obligatione ad ratiocinia de quo ipse agit *ex num. 14.* & nos *tit. sequenti*; igitur Doctores, quos citat Barbosa, *in l. 1. Cod. de Episcopis, & Clericis, & in l. quisquis, & in l. iubemus dicto tit.* late probant conclusionem, & quod adscriptitij eatenus clerici fiunt, quatenus subrogent alium agriculturam exercentem, quis Domino Canonem soluat: sic idem Barbosa; *in auth. adscriptitie poss. dict. l. iubemus.*

16 Secunda difficultas est contra dictum respectu matrimonij: nam fuerit qui existiment per glossam, *29. q. 2. in summa verb. secundo*, quæ relata opinione Vgonis dicentis valere matrimonium liberæ cum adscriptitio ait leges contradicere eo quod ius ciuile non permitteret matrimonium liberæ cum adscriptitio alieno, vt *in auth. ad hoc Cod. de Latina libertate*, quæ desumpta est ex *auth. de nuptiis §. adscriptitie*, vbi additur id non esse matrimonium, qui textus procedunt, etiam cognita ea seruitutis conditione; imo vt non valeat illud matrimonium, vbi est error adscriptitiæ vel originariæ conditionis, docuit Palud. *in 4. dist. 36. q. 1. art. 2. à n. 13.* probans ex eo; quia licet seruitus adscriptitia, & originaria, non sit tanta, ac ea, quæ Iure ciuili inducta est: non potest ei seruituti subiectus vendi; & quod est talis, vt sit contra matrimonij bona, vt contra bonum prolis æducendæ, quæ non erit patrimonij paterni hæres, sed fiscus occupabit totum; aut partem, nec erit habilis ad ordines, vel monasticham vitam, & contra mutuam habitationem; quia is seruus est glebæ adscriptus: ita Paludan. Tamen vt iam *supra* dixi fere certa est contraria sententia, vt probatur Sanchez, & DD. *in dict. cap. 1. & 2. de coniugio seruorum*, iam adducti: etenim vt hic retulimus nota est differentia inter veros seruos, & adscriptitios; non enim de his vltimis loquuntur Pontifices quando respectu erroris conditionis seruilis stabilierunt impedimentum dirimens ad matrimonium, sed de veris seruis; & respectu irregularitatis ad ordines diuersa fuit ratio Iuxta dicta, & sufficeret quidem quod sic sanxissent, ne Domini eorum præiudicium paterentur, vt reuera contingeret ex dictis *supra in principio Rubricæ*, & secundùm hanc quod adscriptitius non valeat ordinari resoluit Panormit. *in cap. fin. hoc tit. in fine*, per textum nostrum, & ex *c. quicumque 54. dist. & ibi in cap. admittuntur*, dicens correctum esse textum *in cap. si seruus sciente dicta dist. 54.*

Et confirmatur assertio, nam sicut serui veri, 17
item originarij, & adscriptitij ordinari non debent, sic nec liberti, nisi fuerint manumissi directè, & sine obsequio, vt docent Henriquez *in summa lib. 14. cap. 8. §. 7. in comment. litteru K.* Marcha *de Iurisdictione p. 4. casu 90. n. 14.* Barbosa *in cap. consulnit hoc tit. n. 2.*

Nec obstat dicere è contra valere matrimo- 18
nium cum liberta, id est cum ea, quæ ancilla fuit, iam tamen libertate donata est, vt docen e Astensis, Ioan. de Triburgo, Roseb. Siluester, *supplementum pisanæ*, Gaëta Palacios *supra* iam adducti sub verb. *des de Sotus in 4. dist. 35. q. vnica, art. 2. col. 4.* vers ad hæc Couar. *in 4. decret. 2. p. cap. 5. §. 7. n. 1. vers. primum* Henriquez, *lib. 11. de matrim. cap. 10 n. 3.* cum aliis Thomas Sanchez *eodem tract. dicto lib. 7. q. 19. n. 10.* & alij, quia respondetur

respondetur ex adductis de matrimonio serui adscriptitij, siue originarij, quod securius procedit in liberto, non sic ad ordines, & religionem, cum adhuc dependeat à Domino suo. Quare iam, vt possimus gradum facere ad alias quæstiones, de materia oportet agere, de manumissionis necessitate, de qua tractat noster, *cap. 3.4.& 5.* cum alijs, & quare ea debet interuenire ad hoc vt qui erat seruus ordines recipiat, seu monachatum profiteri valeat.

19 Ad secundam quæstionis partem, vt respondeatur, aduerto seruus ad libertatem peruenire media manumissione Domini, & fieri ea liberos, §. *manumissio instit. de libertinis*; est enim datio libertatis, vt patet ex *l. manumissiones 4. ff. de Iust. & Iure, l. 1. titul. 20. part. 4. & cap. 11.* Vacon. *lib. 6. declarat. cap. 86.* Marcer. *lib. 1. opin. cap. 10.* Reuard. *lib. 4. variar. cap. 9.* Tacitus, *lib. 13.* Angelus Politianus, *miscel. 84.* Corsus *lib. 1. indagat. cap. 15* Sigonius, *lib. 2. de antiquo Iure Ciuium Roman. cap. 14.* Alea.

20 *lib. 4. dier. genial. cap. 10.* † Fuit enim hæc necessaria, nam postquam seruitus ingenuitatem inuasit, qua vno communi nomine primitus vno nomine appellarentur; ideo vt seruitus iure gentium introducta tolleratur eodem iure prærequisita fuit manumissio, Doctores, *in dicta leg. manumissiones 4. & in l. libertini. 6. ff. de statu hom.* & isti serui sic manumissi liberti quidam dicebantur *in dicta l. manumissiones in fine*, qui autem ex istis libertis nascebantur, libertini vocabantur, dicti sic; non quia manumissi essent, sed quia ex aliis manumissis pro creati, id est liberi, & descendentes eorum, qui manumissi essent, vt apud Suetonium *in Claudio. cap. 24.* Plautum *in milite*, Ciceronem *4. Philipica. l. 1. §. libertinis. ff. de excusat. tutor. l. 2. §. 1. l. fin. ff. de ingen. dict. §. 1. instit. de liberi. & in toto illo tit.* item & ea eo, ea quibus causis manumittere non licet, vbi instituitarij, qui *ex paragrapho*,

21 *multis instit. delibert.* † docent fieri manumissionem ex factis constitutionibus, multis modis *vindicta*, scilicet *censu*, *testamento*, *inter amicos*, *& per epistolam*, quinam isti modi fuerint, & qua solemnitate, explicant post antiquiores Pichardus, Mynsing. & Anton. Faber, vbi leges, & de manumissis vindicte quanta apud antiquitatem essent solemnia, optimè ea pluribus locis curiosis Reuard. *lib. 4. variar. cap. 9.* quem leges præter alios bonos authores, quos congerit dictus Pichardus; idem Reuardus *lib. 1. conectam cap. 8.* vbi latè de libertinis, & eorum differentia, de quibus dico *hic infra* ex vers. *alia plura.*

22 Dubium tamen est, an per manumissionem, serui consequenter veram ingenuitatem, quam seruitute amiserunt, quod necessarium est scire ad perfectam nostri tituli intelligentiam. Et suppositis variis seruorum speciebus, de quibus latè *in quæst. 1. Rubrica*, nunc breuiter distinctione respondetur, vt quod *ibi* diximus ex Iustiniano, *in §. cum autem instit. de ingenuis*, manumissionem scilicet non officere manumisso, quando autem, si is, qui in genuus natus est, fin status ignatus, seruierit; ac deinde fuerit manumissus: nam cum sæpissime sit constitutum, vt natalibus non officiat manumissio, id est primæ libertatis conditioni, optimo Iure in hoc casu leges a. & fin. & per tot, *Cod. de ingenuis, & manumissis*, decreuerunt talium seruorum ingenuitatem per manumissionem, non Lædi: sic Faber. *lib. 7. cap. 3.* Marcer. *dict. lib. 1. opinion. cap. 10.* Iulius Paul. *lib. 5. sentent. tit. 1.* & alij communiter.

Secus autem procedere dicunt communiter 23 DD de illis seruis, qui ex Iusta seruitute manumissi sunt, qui non ingenuam, sed libertinam conditionem nanciscuntur, vt *in dicto §. 1. instit. de libert. dict. l. libertini. 6. ff. de statu hom. l. liber. homo ff. de statu hom.* † Et in tantum procedebat 24 olim, quod si liber homo manumissus dicat se ingenuum esse post quinquennium, quam manumissus fuit, tunc non audiatur, vt *in l. 2. § 1. ff. si ingenuus esse dicatur*, quæ negligentia officere manumissionem censebatur, nisi speciali gratia, & fauore indulgeretur ei proclamatio. Sed quia aliter hodie *in l. fin. Cod.* vbi causa status agi debeat, dicendum erit verè ingenuitati nullam temporis præscriptionem lædere.

Vnde ad propositum nostri tituli dicendum est 25 seruos veros manumissos, non ingenuitatem consequi, sed libertatem, qua liberti remanent, & talem si fuerint manumissi directè, & sine obsequio, quod possint ad ordines promoueri, ac in religione profiteri.

Est enim manumissio, vt quædã imago naturæ, 26 qua seruus de non esse seruitutis, producitur ad esse libertatis. † Qua propter serui manumissi no- 27 men à manumissore accipiebant, & gentilia nomina patronorum vsurpabant, *l. cum pater. 77. §. cum inter 28. l. Lucius 88. §. lucius 6. ff. de l. 2. l. is qui 94. ff. de leg. 3. l. libertis ff. de condit. & demonst.* Alciatus, Brissonius, & alij apud Osuald. *lib. 2.* Donelli *tit. 15. lit. F.* Conan. *lib. 2. comment. c. 7. n. 2.* Gothofr. *in dil. in 8.* D. Franc. de Amaya *in l. ciues. 7. C. de incolis lib. 10. ex n. 54* vbi alia notat videnda.

Alia plura tradunt relati commentatores de 28 manumissione, & libertate per manumissionem consequuta; & quia soliti erant dicere, non solùm seruos, sed etiam ingenuos manumitti solere; sic vt tam ingenui, quam serui manumissi dicerentur libertini, etenim Peregrini manumissione consequebantur libertatem Romanam, serui libertatem, vt est auctor *lib. 41.* socios, ac nominis Latini, eorumque liberos; primo quidem manumissione deinde migratione, at censi in ciuitatem Romanam transiuisse, & libertinos appellatos fuisse, & apertius idem Liuius cum scriberet ad legem, quam de socijs, ac nominis Latini, eorumque maioribus Claudius tulerat adiectum Sacr. Congreg. vt *dictator, Consul, interrex censor, Prator*, qui esset apud forum, cum manumitteretur in libertatem vindicaretur, iusiurandum daret, qui socium manumitteret ciuitatis eum mutandæ causa non manumittere, qui id non iuraret, manumittendum non esse. Quod si plura ab antiquitate de omnibus manumittendi modis, cupias scire, leges eundem Reuard. qui *lib. de authoritate prudentum, cap. 7.* de singulis agit.

Hæc & alia Reuardus, qui *dict. lib. 1. conect.* 29 *dicto cap. 8.* dicit vt sit tertia libertinorum significatio, quæ accommodari solebat specialiter libertinum filij, † Et id circo quod ait Iustinianus, 30 *in dicto §. 1. de libertinis*, nempe *ex libertinis duobus ingenuos nasci, non libertinos*, eam habere sententiam posse, vt libertorum filii, & sine, & appell. nuit merè ingenui, qui licet ingenui essent,

essent, ingenui tamen olim non dicerentur,
sed libertini, ne videlicet filij melioris con-
31 ditionis viderentur quam parentes. † Et ad-
dit Reuard. ex eodem Liuio *lib.* 41. esse
quidem aliam libertinorum significationem,
eamque referri ad filios solere ex nuptiis iniustis
procreatos, ex militibus Romanis, scilicet & ex
Hispanis mulieribus, cum quibus connubium
32 non esset, quam late explicat *ibi* videndus. † Ac
dicens quod libertini eruot quidam natiuitate,
quidam manumissione, & alij manumissione so-
cij, ac nominis Latini, Peregrini filij ex his, in-
ter quos connubium noo est procreati, & serui
ex iusta seruitute manumissi natiuitate liberto-
33 rum filij.† Ex qua distinctione explicauit Labeo-
nis locum, *in l. vltima ff. de iure deliberandi*,
cum alio Iuboleni in verbis sequentibus: *si mihi*
filius nullus erit, qui in suam tutelam veniat,
dama seruus liber esto, alia dicens curiosa, sed
non multum necessaria; nobis tamen sufficit
scire has libertinorum differentias ad perspicuè
tractandam materiam huius tituli.

QVÆST. II.

An manumissio oporteat esse omnino libera ad hoc, vt seruus manumissus valeat ordinari, seu profiteri? Debeatque esse absoluta, aut sufficiat sub aliqua conditione? An manumissio debeat antecedere ordinationem, vel sufficiat per ordinationem ipso facto fieri? Et an sufficiat etiam licentia tacita Domini?

SVMMARIVM

1 *Seruus ordinari non debet ante plenam manumissionem, qua irregularis desinit esse, vt n.2. Et quid si manumittatur sub conditione operarum ex* n.3.4.& 5.

2 *Seruitus sublata per manumissionem, non est macula ad ordines, nisi aliud impedimentum obstet.*

3 Cap nullus 4. de seruis non ordin. cap. 3. & cap.5. eodem, & à numer. 10. 11. 12. & à num.14.

5 *Serui Ecclesiæ distinguntur à seruis priuatarum personarum,* vsque ad n.9

6 *Liberti ob ingratitudinem reuocantur in seruitutem.*

7 *Serui publicis operibus deputati, qui se priuatorum Ancillarum consortiis adiunxerunt, in seruitutem redigebantur cum vxoribus, & liberis.*

8 *Serui manumissi ita manumissoribus erant obnoxij, vt si quidpiam contra Patronum committerent, in eorum seruitutem redigerentur.*

9 *Seruus Ecclesiæ manumissus sine indecentia, potest adhuc esse obnoxius ad præstanda seruitia Ecclesiæ, & etiam ordinari.*

10 *Seruus ordinatus sine, aut contra voluntatem Domini, charactere insignitur sacerdotali, & tenetur inseruire suo Domino in obsequiis statui decentibus.*

11 Auth si seruus in l.iubemus.Cod.de Episcop. & clericis.

12 *Manumissio simplex, & absoluta facta ad ordines, nullam includit conditionem sub obligatione Iustitia.*

13 *Manumisso apposita conditio statui clericali non repugnans, qualis est de operibus spiritualibus &c. non officit quominus ordinari valeat.*

14 Cap.fin.de pactis.

15 *Seruus religionem ingressus absque Domini licentia, valet intra triennium reuocari cum omnibus, quæ ad Monasterium attulit, fide accepta de impunitate.*

15 *Serui Monachi facti sine licentia Domini, si deseruerint vitam monasticam redeunt in Dominorum potestatem; idem si fugit ex Monasterio seruus Monachus* numero 17.

18 Cap.nulli dist 54.

19 Cap.8.Apostolorum.

20 Cap.quicumque dist.54.

21 *Seruus ordinatus, sciente Domino, & non contradicente, liber manet, quia supponitur absolutè manumissus, vt* numer.22.

23 *Manumissio, vt seruus valeat ordinari oportet, vt antecedat, sed non est omnino necessarium.*

24 *Libertas lata videtur seruo, etiam Domini tacita voluntate, qua fuerint ordinatus.*

CVm Pontifices in titulo nostro, & Gratianus 1
multis sanctorum Patrum authoritatibus re-
petitis vicibus *dist.* 54. ostendant seruos ordinan-
dos non esse, nisi à propriis Dominis, libertatem
non legitimam consequantur, vt post antiquos
in prædictis locis docent Campanilus *in diuers.*
Iuris canon. Rub. 11.*cap.* 8. Bellet. *disquisit.cleri-*
cal.p. 1.*tit.de disciplina cleric.§.* 14. Paul. Lance-
lot.*lib.* 1.*instit.Iuris canon.* Lælius Zenechis *de*
priuileg. Eccles. libert. priuileg. 34. Zenedus *ad*
Decretal.collect. 610. Roderic. à Cugna *in com-*
ment.ad cap. 1. *dict.dist.* 54. Bartholomeus Bechis,
in praxi obseruanda in admittend.ad religion.sta-
tum nouitius.disp. 2.*dub.* 1. Barbosa *in Rub.hic*, &
cum multis *hic in cap.* 1. probans ex Abbat antiq.
Zabarel. *collect.* Bellam. Ioan. Andrea, Ana-
nia, Ancharrao, Hostiens. Butr Panorm. Hen-
riq. Innocent. Viuian, Anton August. & aliis, ser-
uum ordinari non debere ante plenam manumis-
sionem, Albert Trot. *de vero, & perfecto cleric.lib.*
2.*cap.* 4.& 5. Sotus *in* 4.*dist.* 25.*q.* 1. *art.* 3. vers.
tertia conclusio, Bernad. Diez, & ibi Salced. *in*
pract.cap. 19.*in nouis, impres;* Maiol. *de irregula-*
rit.lib. 1.*cap.* 35.*à n.* 3. Felicianus *de censur.tit.de*
irregul.cap 6.vers.*serui*, Vgolin.*dict.tract.cap.* 57.
Suarez *de censur.disp.* 51.*sect.* 4. Saytus *eodem*
tract.lib. 6.*cap.* 14. Auila *in simili p.* 7.*disp.* 3. *dub.*
fin. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit.lib.* 30. *à n.*
63. † & hoc principalius per manumissionem 2
contingat; ideo de adductis dubiis propo-
sitis in hac legitime disputatur, sicut & de
aliis, nec ex hoc negatur, vt quocumque
modo à seruitute plene liberetur seruus, quin
irregularis desinat esse, & consequenter ordinari
absque noua dispensatione, vt iam diximus sub
Rub, si aliud non obstet impedimentum; eo quod
ex sola præcedenti seruitute, nulla relinquatur ma-
cula,

cula,seu indecentia moralis, quæ à lege coosiderata sit ad irregularitatem inferendam, vt obseruant telari,& Suarex, *dicta disp.51.sect.3.num.3.* Cotnejo *in tract.de irregularit.disp.14.dubio 1. & 4.*Bonacina *de irregularit.q.2.puncto 4.n.2.* vers.1.Leander,*de irregular.tract.2.disp.2.q.1.&* 2. commendans legendum Henriquex *lib.11. summ.c.10.n.5.& lib.14.cap. 8.n.7.*&alios penes ipsum.

3 Ad primam ergo quæstionis partem, suppositis quæ iam dixi de manumisso. *q.1.* hic video inter Doctores desidium magnum, quia si attendamus ad textum *in cap. nullus 4. hoc tit.* videtur sub coodítione à Domino posse donari libertatem seruo,& ex *cap.3.& in cap.5.* vbi quod manumissus ab Ecclesia,vt fiat clericos,ipsi Ecclesiæ acquirit,ac in perpetuum seruiet, sicut ex *dicto c.nullus* & *ibi* glossa patet, vt possit Dominus imponere spirituales operas seruo, quem ad ordines manumittit;imo vt refert Suarez *dicta disp.51. sect.3. sub n.6.*multi addunt,ac colligunt ex illo textu,vt quamuis dicta conditio non exprimatur, subintelligi ex ipsa Iuris declaratione,& relinqui obligationem hanc,saltim ad operas spirituales, hac tamen conditione interueniente,quod quando deducitur in pactum,potest etiam illa pœnalis conditio adiungi,vt si obligationem non impleuerit post degradationem,in seruitutem redigatur;si autem non sit in pactum deductum, licet puniri possit propter ingratitudinem, non tamen in seruitutem reduci, vt sic fore tenuit Panormit. *ibi.*

4 E contra tamen ex dictis in princ. Rubricæ, item,& *hic n.1.*patet quod vt irregularitas ad ordines cesset,seruitutis,debet libera, & plena libertas condonari,sicut multi,propter verba textus *in cap.quicumque 54.dist.*obseruant putantes necessariam esse manumissionem ita absolutam,vt non possit Dominus sibi reseruare aliquod obsequium, vel spirituale,vel positiuum faciendi hoc, aut illud, vel negatiuum non faciendi v. g. non accusandi, vel non damnificandi ipsum Dominum, vbi quidem Turrecremata plures opiniones refert.

5 Vt autem dissidia componant alij existimant distinguendum esse inter seruos scilicet Ecclesiæ, & priuatarum personarum; eo quod si seroi Ecclesiæ manumittantur,& ordinentur,nihilominus eo ipso maneant obligati ipso Iure ad honesta Ecclesiæ seruitia,non solùm spiritualia,sed etiam circa alia negotia, quæ clericum non dedecent, quæ si facere renuerint, in seruitutem rediguntur Iuxta texnim *in cap. Diaconi.11. q.1. & c. qui ex*
6 *familiis.dicta dist.54.*Vbi glossa aduertit.† Et hoc sic videtur optima ratione procedere;quia sicut liberti ob ingratitudinem reuocantur in seruitutem, vt dicit Tiraquel.*in l.si vnquam,*verb.*liberis n.31.Cod.de reuocandis donat.*Surdus, *de aliment.tit.8.priuileg 65.n.54 cum sequentibus,* Zenedus,*in pract.q.16.n.19.*Sanchez, *de matrim. lib.7.disp.24.n.12.*Azot,*instit.moral.p.3.lib.11. de donat.cap.8.q.2* vers.*item donatio,*Rebellus,*de oblig.& Iust.p.8 lib.18.q 9.nu.4.* D. Rodericus Acugna, *in comment.ad c.4.n.3.dist.54.*Martha, *de Iurisd p 4.cent.1.casu 90.à n.11.*Cardosus,*in praxi Iudicum* verb.*seruitus n 54* &alij communiter.† Et facit textus,*in l.fin.Cod.de seruis fugiti-*
7 *uis,* Vbi deciditur,seruos publicis operibus deputatos, qui se priuatarum Ancillarum consortiis adiunxerunt,redigi in seruitutem cum vxoribus, & liberis eorum;ita & in casu *dicti cap.3. & 5.* huius tituli.

Respectu verò laicorum seu aliarum priuatarum personarum, qui serui, vt Domini libertatem manumissione condonarunt, vt oon maneat 8
tam grauis obligatio, nec sub tam graui conditione ex *dicto cap.quicumque,& ex cap fin. dict. dist. 54.* cum hac ratione liberti prohiberentur ordinari, viuentibus,& inuitis Dominis;quia semper manebant illis ita obnoxij, vt si quidpiam contra Patronum committerent,in eorum seruitutem redigerentur Iuxta ciuilia iura. † Et nega- 9
tionem differentiæ inter vtrumque casum constituunt Maiol.*lib.1.cap.35.& 30* Suarez cum eo *dicta sect.3.n.7.* quia respectu Ecclesiæ nulla indecentia est,quod clericus obnoxius maneat ad quælibet officia præstanda,quæ alias non sunt indecentia statui clericali:nam illa omnia obsequia Ecclesiæ præstita quodammodo spiritualia sunt, secus tamen esse dicunt, quando talis obligatio manet respectu priuatæ personæ: cum magis repugnet priuilegio clericali Iuxta *cap dict.dist.54.* minusque deceat factum clericum, seruum fieri priuatæ personæ,quàm Ecclesiæ.

Sed quia huic distinctioni videtur repugnare 10
textus *in dicto cap.nullus 4.hoc tit.*quatenus decidit quod potest Dominus in seruo, quem manumittit spirituales operas retinere,vt per DD. *ibi*; item quia etsi contra Domini prohibitionem, aut eo nesciente,seruus ordinatus charactere sacerdotali insignitus remaneat,docent Maiolus *de irregularit.dict.cap.35.n.3.* vers. *prohibentur*, Bernard Diex,*supra cap.19.n.2.*Gregorius de Valentia,*tomo 4.disp.7.q.19.puncto 3.§.2.*vers. *quintus,* Sayrus,*de censuris lib.6.cap. 14.n 2.*Barbosa, *hic n.2.in fine,*tamen debebit inseruire etiam sacerdos suo Domino priuato in obsequiis statui decentibus, vt per Henriquex,*in summa p.1.lib.14.c. 8.§.in princip* idem Barbosa,*in dicto cap. 4. n.2.* vbi commendat videnda ab ipso dicta *in cap.1.n. fin.de success.ab intest.* † imò ex *auth.si serans in* 11
l.iubemus Cod. de Episcop. & Cleric. patet seruum, ignoraote Domino, clericatum assumentem intra anni spatium, reuocari posse ad seruitutem; ideo aliter existimo Doctorum diuersas opiniones esse componendas.

Quare respondetur,quod si manumissio, quæ 12
ad ordines fit,sit absoluta,& simplex, nullam includat conditionem, saltem sub obligatione Iustitiæ,vt probat Suarez, *vbi supra dicta sect.3.ex dict.cap.quicumque,& cap.1.cap.2.dicta dist.54.* & hic in textu nostro,qui addit hoc idem extendi *in dicto cap eo. libentius.5.* ad seruos Ecclesiæ manumissos.

Sed addit hoc oon repugnare,vt io ipsa manu- 13
missione possit apponi conditio statui clericali, non repugoans,qualis est de operibus spiritualibus,vel etiam de officiis priuatiuis, seu potius de non præstandis officiis Iustitiæ,aut gratitudini repugnantibus:sic Turrecremeta cum aliis ex *dicto c.nullus 4.hoc tit.*& Suarez argum.& textus *in c. 2.de conditionibus appositis,*& ita sentio.

Nec huic resolutioni obstat textus *in c. fin. de* 14
*pactis,*ex quo videtur colligi libertatē pro re spirituali non esse condonandum.eo quod includat pactū de re tēporali cum spirituali in iure improbatum;& sic nec subsistere posse decisiones text.*in d.c.3.c.nullus 4.d.c.eo libentius 5.hoc tit.* & sic q amuis *in d.c.5.*se ui manumissio facta ab Ecclesia,ea conditione, vt manumissus ordinatus

inseruiat Ecclesiæ perpetuò; sic vt ad aliàs non transeat Ecclesias, valeat, sed non inde fit, quod sit, aut cadat talis conditio super libertate concessa, sed magis pro obligatione perpetuo *ibi manendi*, & permandi se facultate eundi ad alium locum; non enim tunc libertas datur pro re spirituali; ita ex Ludouico Cortea Præceptore Conimbricens, intelligit Barbosa *in dicto c. eo libeatias.* 5. *n.* 2. & 3. vbi explicat textum, *in dicto c.* 2. *de conditi. appositis.*

15 Et faciunt etiam sequentia, quia, si seruus religionem ingrediatur absque sui Domini licentia, & ab eodem Domino repetatur intra triennium, ei tradendus est cum omnibus, quæ ad Monasterium attulit, fide tamen accepta de impunitate, Barbosa per textum *ibi in cap. si quis incognitus* 17. *q.* 2. *a.* 2. cum Bartholom. de Bechis *in praxi sera. in admitt. ad Religionis statum nouitiis*
16 *disp.* 2. *n.* 3. *dubio* 2 † idem Barbosa *in l. serais.* 35. *Cod. de Episcop. & cleric. n.* 3. per quam probatur etiam quod serui cum licentia Domini Monachi facti, si monasticam vitam deseruerint, redeunt in Dominorum potestatem, vt ex illo textu colligunt Siluester *in summa verb. religio* 2. *q.* 3. Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom.* 2. *q.* 17. *art.* 2. *conclus.* 1. Azor, *instit. mor. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 1. *q.* 3. Lessius *de Iust. lib.* 2. *cap.* 16. *sub n.* 70. Campanil. *in diuers. Iuris can. Rub.* 11. *c.* 8. *n.* 12. Bechis *supra n.* 12 & sic colligunt DD. *in dicta l. iabemus. dict. auth si seruus.*

17 Quod si seruus fugiat ex Monasterio, reddit in potestatem Domini, quæ & alia respectu deficientis in Monachatu, sunt faciliora, quàm de ordinatis in sacris; alia in dictis locis de seruo Monacho facto refert Barbosa in dictis, & Thomas Sanchez cum pluribus *in præcepta de calogi tom.* 1. *lib.* 5. *sub cap.* 4. *n.* 45. 46. & 49. &c. Item faciunt *dict. c. sequenti*; & amplius leges Barbosam *in c.* 2. *hic n. fin.* de quo aliquo dico *ibi.*

18 Ad secundam quæstionis partem, an manumissio debeat antecedere ordinationem, vel sufficiat per ordinationem ipso facto fieri? Et pro negatiua sententia faciunt verba textus *in c. nulli dist.* 54. ibi: *nisi prius à propriis Dominis legitimam libertatem consequantur, cuius libertatis charta in ambone publicè legatur*, vbi notat Barbosa *n.* 1. dicens, quod libertas donata à Domino, debet ipsam præsentationem, & ordinationem antecedere,
19 † Et sic videtur colligi ex verb. *can.* 81. *Apostol.* ibi: *si quando autem Dignus seruus visus sit, qui ad gradum eligatur, qualis noster quoque Onesimus visus est, & Domini concesserint, ac liberauerint, & domibus emiserint, fiat*, quibus antecedunt alia, quibus prohibetur seruos in clerum prouehi absque voluntate Domini item ex loquutione
20 aliorum canonum sub tit. nostro. † Et addit textus *in dicto c. quicumque* 54. ex Concilio Toletano 4. *cap* 72. alias 73. necessarium esse, vt talis manumissio absoluta præcedat, id est non retento obsequio à Dominis: *nam qui adhuc Patroni seruitute tenentur obnoxij, nullatenus sane ad Ecclesiasticum ordinem promouendi*, per quæ verba explicat Suarez, *vbi supr. d. sect.* 3. *n.* 4. illa dicti canon. Apostolorum, *liberauerint, & domibus emiserint.*

21 Verùm quia per alia iura probatur, quod si seruus solùm de licentia Domini ordinetur, nulla præcedente expressa manumissione, ipsamet ordinatione maneat liber; & sic dicunt DD. non esse necessarium, quod manumissio præcedat, alioqnin dicunt, vt sequeretur quod facta prius manumissione, vt quamuis postea seruus non ordinaretur, maneret liber, quod esset in fraudem Domini. Etenim conueniunt DD. quod si seruus, sciente Domino, & non contradicente, ordinetur in clericum, manet liber, & non irregularis; quia sic habetur expresse, *in cap. si seruus dicta dist.* 54. ibi: *si seruus, sciente Domino, & non contradicente, in clero fuerit ordinatus, ex hoc ipso quod constitutus est, liber, & ingenuus erit*, Henriquez cum multis *dict. lib.* 14. *c.* 8. *n.* 7. Filiuc. *tract.* 19. *c.* 7. *q.* 5. *n.* 194. Castrus Palao, *disp.* 6. *de cens. puncto* 13. *n.* 1. Philibertus, *de ord. tract.* 1. *p.* 10. *c.* 3. *n.* 4. Leander, *de irregul. tract.* 2.
disp. 5. *q.* 3 dicens sic omnes sentire. † Et addunt 22
quod in tali casu minime teneatur seruus amplius suo Domino seruire ex iustitia, quia supponitur absolute manumissus, iuxta *dicta cap. nulli, & cap quicumque dist.* 54.

At ne iura primæ sententiæ obstent, dico cum 23
Suarez vtramque sententiam veram esse semper que etiam supponendum, vt manumissio antecedat, ne actus corruat; quia ista Iura disponunt, & ad tollendas fraudes ita expediat, sed non oportere existimo cum Suarez, & ex aliis, vt illa manumissio sit absoluta; ita vt effectum habeat ante ordinationem, sed conditionata, sit vt in ipsa ordinatione suum incipiat habere effectum; & sic concludunt vtrumque verum esse, & manumissionem debere antecedere, & libertatem per ordinem ipso facto comparari: sic colligunt DD. ex *dicto c.* 2. hic explicantes verba ibi: *nisi prius à Dominis libertatem fuerint consequuti, vel sciente Domino, & non contradicente, seruus ab Episcopo electus fuerit in clericũ*, vt dicunt Azor, *inst. moral. lib.* 1. *c.* 4. §. *si passus* vers. *item si seruus*, Barbosa *ibi n.* 3.

Ad tertiam quæstionis partem ex dictis infe- 24
ro, vt sufficiat ad libertatem consequendam qualiscumque licentia Domini, etiam tacita, virtute cuius ordinetur seruus: sic præcitati in *d. c. si seruus d. dist.* 54. per verba iam sub vers. *verum* adducta.

AD TEXT. IN CAP. II. De Seruorum hoc titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus non præsumat ad sacros ordines deinceps promouere seruos sine Domini libertate donata.*

2 *Seruus si fugiens Dominum, qualibet calliditate ordinatus fuerit, deponitur, & Domino restituitur.*

DVo ex hoc textu præcipua colliguntur, pri- 1
mũ quod nullus Episcoporũ deinceps ad sacros ordines seruos promouere præsumat, nisi prius à Dominis libertatem fuerint consequuti.
† Secundum quod si quilibet seruus fugiens 2
Dominum suum qualibet calliditate, aut fraude, ad gradus peruenerit Ecclesiasticos, est deponendus, & Domino restituitur. quæ duo quatenus pertinent ad generalem assertionem de seruis non ordinandis absque Domini manumissione, aut licentia, saltim tacita, sufficienter manent explicata

explicata supra *in cap.1.& in Rub* quod vero ad specialialia, quæ ex hac littera adducuntur, ex sequentibus dubiis apparebit.

QVÆST. I.

An si Episcopus sciens ordinet seruum alienum sacris sine licentia Domini, seruus tunc fiat liber? Et an teneatur Episcopus, si scienter eum sacris ordinet, reddere Domino aliquam condignam satisfactionem? Et num idem procedat, si seruum tantùm in minoribus ordineret? An si seruus ordinetur in minoribus, contradicente Domino, consequatur nihilominus libertatem, si Domino satisfactio reddatur nolenti? Et quid de seruo, in quo Ius pignoris habebam? Et quas pœnas incurrat seruus, ignorante Domino, ordinatus?

SVMMARIVM.

1 *Seruus ordinatus ad Episcopo sciense illum seruum esse, manet liber; Episcopus tamen peccat, & tenetur Domino duplam satisfactionem ei reddere, vel alium seruum, alias seruus non liberetur, vt* n.2.& 3.

2 *Dominus non tenetur dimittere seruum ordinatum, illo insciente,*

3 *Serui ordinati dupla satisfactio verius est, vt Domino nõ deboatur, ante sententiã Iudicis.*

4 *Seruus in minoribus ordinatus adhuc manet suo Domino seruus, & de ratione* n.6.7.& 8.

5 *Res semel Deo dicata, & contra Domini voluntatem consecrata, non debet Domino restitui.* n.7.

6 Cap.comperimus 14.q.6.cap.semel de reg.Iuris lib.6.

7 *Consecratio in re inanimata, est mere materialis.*

8 *Consecratio, que fit per ordinationem, non confirmatur perfecte vsque ad sacerdotium.*

9 *Clerici in minoribus constituti facile ad secularia negotia redeunt.*

10 *Seruus in minoribus ordinatus cogendus est Domino seruire, etiam in actibus temporalibus, respectu quorum caret priuilegio clericali, vt* n.11.

12 *Dominus uolens recipere satisfactionem, dupli pro seruo ordinato non inde decogitur.*

13 *Seruus donatus Ecclesia, Domino patiente, & sciente, videtur liber fieri.*

14 *Tacens, nec repugnans, fauore religionis consentire videtur, &* n.15.

15 *Seruus pignori datus, sciente creditore, & manumissus, non potest peti iterum Iure pignoris à dicto creditore.*

16 *Seruus ordinatus, inscio Domino, nonnullas patitur pœnas, & in suo ordinatore vt* n.17. *si callidiiate fiat, aliàs consequitur libertatem, vt* n.18.

19 *Ordinatus seruus, & ordinans, insciente Domino, peccant.*

20. *Dominus percutiens ordinatum sacerdotio, seruum sibi restitutum, excommunicationem incurrit. Quid si percutiat ordinatum in minoribus* num.21.

22 *Seruus sacerdos ordinatus bona fide, & probabili ignorantia, non reducitur in seruitutem, etiam si Domino integra satisfactio fieri nequeat. Solum cogitur amittere peculium suum, aut alias in proprio ministerio satisfaciet, vt* n.23.

AD primam, & secundam quæstionis partem respondent DD. quod tunc seruus ordinatus, manet liber; sed quod Episcopus peccat mortaliter, & tenetur satisfacere in duplum hoc est, duplicem seruum loco serui ordinati reddendo, vel duplicatum pretium illius, quod æstimatur: ita relati *in quæst.2.cap.1.* & Nauarr. *in man. c.27.n.103.* Henriquea, *lib.14. summæ c. 8. n. 7.* Auila, *p.7. de cens. disp.5. dubio fin. conclus.3.* Philibertus, *tract. de ordine p.10. cap.3.* Filiucius, *tr. 19. c.7. q.5. n.195.* Bonacina, *q. 2. de irregularit. puncto 4. n.2. vers. si vero* Castrus Palao, *disp.6. de censur. puncto 13. n.3.* Cornejo, *de irregularit. disp.14. dubio 1.* Hurtado, *eodem tract. dis.17.* Layman, *lib.1. tr.5. p.5. c. 8. n.2.* sic probantes per textum, *in c. si seruus 54. dist. c. per venerabilem, qui filij sint legitimi*, Toletus, *in c.59. summæ n.1.* Valerius Reginald *in praxi fori pœnit. lib.30. n. 63.* 1

Et notant proxime adducti, & Suarez, *de cens. disp.51. sect.3. ex n.10 & 13* quòd in casu quo Episcopus non habeat pretium, quo ita seruum redimat, seruus tunc non liberetur à seruitute, nec Dominus teneatur illum dimittere, vt deciditur *in d. c. si seruus.* vbi glossa, Abbas, & alij Canonistæ Pelizarius, *tom.2. tr.7. c.5. sect.2. n.46.* Leander, *de irregularit. tr.2. q.6. disp.5.* † imo & idem Suarez, *supra d. sect.3.* quem sequitur Barbosa, *in d. c. seruus*, resoluit dictam duplam recompensationem, statim deberi, non spectatâ iudicis sententiâ; sed Castrus Palaus, & Bonacina, *vbi supra* existimant non deberi, ante sententiam; & pro hac parte faciunt quæ dixi *in c. cum non ab homine de Iudiciis, q.18. 29. & 30.* cum quibus respõsum præbuimus duabus primis difficultatibus. 2 3

Ad tertiam, an idem procederet, si tantum seruum in minoribus ordinaret? Et in hoc casu docent communiter DD. in textu nostro, vt nullo modo à seruitute seruus liberetur, nec simpliciter, nec sub conditione aliqua, & hoc quia sermo in textu nostro absolute est de ordinibus, seu gradibus Ecclesiasticis; & ita quoad sic ordinatos, videtur omnes admittere indistinctè, & absolutè, atque sine vlla restrictione; quia quoad hanc partem nullo alio iure restringitur: ita Suarez *dict. sect.3. n.10.* & per textum, *in cap. secundum dict. dist.54.* & hoc in omni casu, in quo contra Domini voluntatem ordinentur, sic vt nec ad eos restituendos in duplum teneatur Episcopus scienter ordinans, nec tenebuntur ad illud scienter præstantes ad ordinationem, vt per Henriquez *in summa dict. lib 14. de irregul. cap.8. §.7. & in comm. litt. D.* Toletus, *in summa lib 1. c 59, n.4.* Sayrus, *de cens. lib.3. cap.14. num.5.* Auila. *de cens. p.2. disp.3. dubio fin.* Barbosa, *in dicto cap. si seruus dist.54. num.1.* sic resoluens quidquid inuoluat Suarez, *dicta sect.3. n.12. & med.* 4

Huic tamen resolutioni obstat seruos in minoribus sic ordinatos, etiam contra voluntatem suorum dominorum, non esse illis reddendos, quia res semel Deo dicata, etiamsi iniuste, & contra Domini voluntatẽ consecrata sit, non debet Domino restitui, iuxta sententiam Gregor, *in c. comper. 14.* 5

*q.6.& in cap.semel Dec de reg.Iur.lib.9.*adeo vt
qui rem alienam consecrat,non nisi ad illius æsti-
mationem teneatur.

6 Sed respondetur dicta Iuxta loqui de rebus
ioanimatis,in quibus non est dolus,*cap.Episcopus.*
*7.q.1.*quæ alias possunt facile compensari. In ho-
mine verò,qui ordinatur est fraus,quæ non debet
7 illi patrocinari quoad fieri potest † Item quia in re
inanimata,consecratio est mere materialis, & su-
perficialis,vt aiunt Iuristæ.Coosecratio vero,quæ
fit per ordinationem magis fit in anima : ita fieri
Siluester io verb.*seruit.n.6.in fin.* ex glossa *in d.c.*
comperimus,& in cap.frequens dist. 34. Suarez
*dictu sect.3.sub n.10.*vbi sic etiam respondet ex
grossa fin.*dict.cap.*Gofred.*in summ.huius tit* Bar-
bosa *hic n.5.*Campanil.*in diuersorio Iuris canon.*
*Rub.11.cap.8.n.11.*vers.*postremo.*

8 Et confirmatur ex eo,qoia consecratio,quæ fit
per ordinationem,non confirmatur perfecte vs-
que ad sacerdotium,& in solis minoribus esse val-
9 de imperfectam; † adeo vt clerici in minoribus
constituti,facile ad sæcularia negotia transferan-
tur;ob idque facile dictam redditionem Domino
fieri, lex canonica permiserit propter iniustitiam:
ita Suarez *dict.sect.3.sub n.11.*& sic recte in tex-
tu nostro decerni docent adducti DD.& per *d. c.*
frequens, Vbi Gelasius Papa absolute decernit,
quod seruus clericus factus, seruituti obnoxius
manet,& ibi glossa legenda,Auila,Nauar. Henri-
quez *vbi supra*,Palao,& Suarez,Filiucius *n.195.*
Leander;*dict.disp.3.q.4.*

10 Et sic ex Conc.Triburiensi per glossam.*in cap.*
*1.dict.dist.54.*docent de ordinato in minoribus,
Siluester,Nauarr & Henriquez *supra*,Sayrus *lib.*
*6.c.14 n.2.*Barbosa *in d.c.1.*dicentes,vt sit cogen-
dus seruire Domino suo,etiam in actibus tempo-
ralibus,acsi nunquam ordinatus esset,nec ordines
11 suscepisset † Et addit *ibi* Barbosa *n.3.*in glossa *ac-*
ciderit ibi ad hoc dico, quod iste *in omnibus ca-*
ret priuilegio clericali &c. intelligendum esse
quoad Dominum,non verò quoad cæteras perso-
nas,vt dixerunt ante illum Suarez *de cons.d.disp.*
51.sect.3.n.13 Campanilus *d.Rub 11.c.8.n.6.*

12 Ad quartam quæstionis partem videtur dicen-
ex iam dictis,quod seruus ordinatus in minoribus
modo dicto,non consequitur libertatem, si Do-
minus renuat satisfactionem sibi oblatam; non
enim in hoc casu, vt diximus,reddendo satisfa-
ctionem dupli,tenetur Dominus dimittere ser-
uum.

13 Ad quintam quæstionis partem breuiter res-
pondetur, quod si me sciente, & patiente,fuerit
donatus Ecclesiæ videor consentire : ita Negu-
sant.*de pignoribus in 3.membr. 6. partis princip.*
*n.23.*vers.*secundo restringitur*,Mascard.*de prob.*
*concl.1173.alias 1178 n.25.*Couarr.*pract.c.15.*
14 *num.5.*vers.*huic vere conclusioni.* † vbi dicit per
textum *in auth. si seruus, l.iubemus 34.Cod. de*
Episcop. & Cleric. probari quod qui tacet, ac
sciens non repugnat,fauore religionis consentire
15 videtur † addens propter fauorem libertatis in-
duti, vt seruus pignori datus, sciente creditore,
& manumissus, non possit postea per ipsum cre-
ditorem iure pignoris peti,cum censeatur ex
scientia, & patientia ius pignoris remisisse, Bar-
bosa *in dict.auth.n.4.& 5.*vbi ex Tiraquello, *de*
*pia causa priuilegio 131.*per illum textum tenet,
vt censeatur pignus remissum, si qui præsente,&
tacente creditore, donaret fundum obligatum
pio loco.

Ad sextam quæstionis partem quas pœnas in- 16
currat seruus, ignorante Domino,seu illo con-
tradicente,ordinatur,& respondetur cum Trocio
de vero,& perfecto Cleric.lib.1. cap.4. Gama, *in*
tract.de sacram.præstandis vltimo supplicio dam-
*natis,q.5.n.*Bartholom.de Bechis,*in praxi obser-*
nanda in admittendis ad religionis statum nouit.
*disp.2 dub.2 n.5.*Barbosa,*hic n.2.* quod si seruus
ad sacerdotium promotus, sit dolo,aut malitia,
seu calliditate eius à sacerdotio deponitur,& Do-
mino traditur † idem dicunt si id faciat, Epi- 17
scopo Ordinatore inscio, iterum remissiuè tan-
git idem Barbosa,*in dict.auth.si seruus dict.l.iu-*
bemus eod de Episcop.& Clericis.

Sed quia video Henriquez *dict.lib.14.cap. 8.* 18
*n.7.*Nauar.*cap.27.in manuali n.103.*Suarez *disp.*
*51. de cens.dict.sect.3.n.10.*Castr. Palaum *de ir-*
*regularit.dict.disp.6.puncto 13.n.3.*Bonacio.*q. 2.*
*de irregul.puncto 4.n.2.*vers.*si vero*,Auilam *p. 7.*
disp.3.dubio vltimo conclus.3 Philibert. *tract. de*
*ordine p.10.cap.3.n.2.*Leand.*de irregul.dict. disp.*
*3.q.5.tract 1.*dicentes sacerdotem seruum habere
Ius,vt dato pretio,vel simili seruo,fiat liber; inte-
rim vero debeat seruire,etiam si factus sit sacerdos
in his ministeriis, quæ talem statum non dede-
cent:sic tamen,vt dum manet seruus, non vaccet
ministerio ordinis sacri,etiam cum licentia Domi-
ni,cum sit irregularis;& quod teneatur continen-
tiam seruare,vt docent Sayrus,*de cens.lib.6. cap.*
*14.post n.5.*Barbosa *hic dict.n.7.in fine*;ideo vide-
tur dicendum primam conclusionem procedere
quando calliditate,& malitia serui,ordinatio con-
tingeret sacerdotij, vt iterum dicit Barbosa cum
Trocio,Gama,Sayro *in cap.1.dist.45.n. 2.in fine*,
sin autem extra dolum,& malitiam,procedat cum
distinctiooe,de qoa hic.

In omni tamen euentu dicendum est,quod tam 19
ordinatus seruus.quàm Episcopus,qui eum scien-
ter ordinat, inscio Domino,aut contradicente,pec-
cat † Quod si talem seruum ordinatum sibi resti- 20
tutum,Dominus percutiat,dobium est, num ex-
communicationem incurrat *cap. si quis suadente*
17.q 4.& videtur quod respectu serui sacerdo-
tis in sacris, non est dubitandum † De ordina- 21
tis in minoribus, de quibus iam diximus quod
Dominis restituti ipsi manent in omnibus serui,
vt etiam dicunt Heoriquez,Leander, & alij *vbi*
supra,est dubium;quia ex quo isti exuuntur à pri-
uilegio clericali respectu Domini,etsi non quoad
cæteras personas videtur vt etiam careant priui-
legio dicti canon si quis suadente, qùo imponi-
tur excommunicatio contra clerici percussorem;
sic vt melius sequuti sint Suarez *de cons.disp. 22.*
sect.1. num. 48. Molina *de Iust.tract.3.disp. 56.*
à n.2. Barbosa *in dicto cap.1.dist.54. n.3. in fine.*
Alij verò,inter quos Campanilus *in diuers.Iuris*
can.Rub. 11. cap.8. num.6.in fine, Sayrus *di-*
cto lib.6. cap.14. num. 5. summa Angelica ver-
bo seruitus num. 5. excipiunt ab illa senten-
tia priuilegium *dict. cap. si quis suadente*, di-
centes excommunicationem illius capitis Do-
minum incurrere, si talem seruum percutiat,
& prior videtur per textum *in cap. ex antiquis.*
*dist. 54.*vbi glossa amplectenda,cum ex illo pro-
bat Suarez *dicta sect.3.n.12.in fine*, quod quan-
do talis clericus in seruitutem redigitur, non so-
lùm manet priuatus vsu ordinum, sed etiam exu-
tus priuilegio clericali, & loquitur Suarez de
Diaconis,& subdiaconis.

Et his omnibus addo cum D.Suarez *dict.disp.* 22
51.sect.

51. *sect.* 3. quod si seruus ordinatus fuerit sacerdos bona fide, & ignorantia probabili, tunc non reducatur in seruitutem, etiam si Domino integra satisfactio fieri non possit, sed solum cogitur amittere peculium suum, & Domino reddere, vt *in cap. ex antiquis dist.* 54.
13 † Quod si peculium non habuerit satisfaciet, si in proprio sacerdotali ministerio Domino suo ministret, aut Celebret, & quod ad hoc possit obligari, Iuxta *cap. frequens. dict. dist.* 54. quod factum esse Suarez concludit in reuerentiam sacerdotij; tum etiam quia illud ministerium est altius, & vtilius Dominio, & ideo in re ipsa non grauiter lædatur; quamuis propter excellentiam ministerij id non fiat per modum compensationis, quia res temporalis non potest per spiritualem redimi, vt iam sub *cap.* 1. diximus.

QVÆST. II.

Si Episcopus ignorans conditionem Seruitutis, seruum in sacris ordinet, an teneatur ad satisfactionem Domino faciendam, qui Episcopum induxerunt ad ordinationem, vel rogando, vel falsum testimonium inferendo? Et an si interloqutores culpa careant, & bona fide, aut cum ignorantia rogarunt, teneantur nihilominus satisfacere Domino, vel seruus ipse ordinatus? An si seruus fraudibus vsus profiteatur? Vbi per quod tempus, si Dominus taceat, nec petat sibi seruum ordinatum restitui, aut professum non audiatur? Et num Monasterium debeat aliquam Domino reddere satisfactionem?

SVMMARIVM

1 *Inducentes Episcopum, vt ordinet seruum, ipsi tenentur Domino serui satisfacere, nisi ignorent seruum esse vt* n. 2.

2 *Seruus ordinatus Presbyter, tenetur Domino reddere vicarium pro satisfactione. Et quid si Diaconus, & subdiaconus factus sit.*

3 *Seruus qui falsis testibus, vt liber profitetur est Domino reddendus, remanens adhuc religioni obnoxius quantum sit in eo.*

4 *Dominus qui post annum sententia, serui pro ordinati non reuocat eum censetur professioni illius consentire.*

5 *Seruus manet irregularis ad vsum ordinis suscepti, Donec censeatur Dominus dissimulando consentire.*

6 *Anni tempus computatur à scientia Domini ad hoc, vt valeat seruum ordinatum repetere.*

7 *Dominus intra triennium repetit seruum, religionem ingressus, cum omnibus, quæ secum attulit ad Religionem, post triennium non sic, etsi professus non fuerit, vt* n. 8. & 9.

9 *Serui absque licentia Dominorum suorum non possunt ingredi religionem.*

10 *Seruus professus religione, stans ibi per triennium, iugum seruitutis euadit.*

11 *Triennium, vt Dominus possit repetere seruum professum, verius est, vt currat à scientia Domini, etsi alij dicant ab anno probationis.*

12 *Monasterium admittens ad professionem scienter seruum, tenetur Domino ad satisfactionem. Et idem si neglexerit inquirere vlter si bona fide, & sine dolo, vt* n. 13

14 *Annus quare Domino detur tantum ad reuocandum seruum in sacris ordinatum, & triennium ad reuocandum professum.*

AD primam quæstionis partem, supposita doctrina dubiorum, quæ *in quæst.* 1. posita sunt, breuiter respondeo, quod si ignorans Episcopus conditionem seruitutis, seruum ordinet, non ipse tenetur ad reddendam satisfactionem Domino, de qua dixi *sub cap.* 1. sed illi, qui Episcopum induxerunt, vel rogarunt, aut falsum testimonium tulerunt, vt illum seruum ordinarent: sic *in cap. si seruus absente* 19. *dist.* 54. *in vltima illius parte*, collecta ex Concilio Aurelianensi 1. cap. 10. ibi *si vero Episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicauerint ordinari simili redhibitioni teneantur obnoxij*, vbi DD. quia Iure maxime detestantur hanc iniuriam, quæ Dominis fit abstrahendo seruo à debito opere persoluendo: sic Suarez *disp.* 51. *de cens. sect.* 3. *n.* 13. *in princip.* vbi ad confirmandum refert dispositionem Concilij Granatensis, qua feriuntur anathema, qui prætextu religionis hoc crimen committunt. 1

Ad secundam quæstionis partem, quid si testes, siue rogantes culpa careant; eo quod ignorantia probabili de seruitute ordinandi, aut bona fide rogarunt, quo in casu respondent DD. seruum ordinatum teneri ad eam satisfactionem præstandam, vel saltem ad reddendum per se vicarium: sic DD. per textum *in cap. ex antiquis* 9. *dictu dist.* 54. ex Gelasio Papa scribente Martino, & Iusto Episcopis; quod si nec talem satisfactionem facere possit in hoc, videntur Iura distinguere inter Presbyterum, & inferiores, eo quod Diaconus, vel subdiaconus eo in casu rediguntur in seruitutem, vt *in cap. ex antiquis dictu dist.* 54. & tacite confirmatur *ex cap. miramur hoc tit.* vbi dico: sic Panormit. & alij hic Antonius 3. *p. tit.* 28. *cap.* 6. §. 6. Nauar, Siluester, Maiolus, & alij citati *in cap.* 1. *& hic q.* 1. quo pacto intelligit Suarez *dicta sect.* 3. *sub n.* 13. textum nostrum, & *cap. seruorum dict. dist.* 54. ex eo quia, vt *quæst.* 1. hic dixi, talis seruus supponitur per dolum, & fraudem iniuriam facere Domino, indeque etsi in fauorem ordinis, ei concedatur, vt satisfactione facta, redimi possit: tamen sine tali satisfactione hoc Iura non concesserint, & quia cum nondum ad sacra ipsa mysteria peragenda ordinatus sit, dicit Suarez non adeo esse necessariam ingenuitatem, & libertatem talis personæ, vt non obstante iniuria, & graui nocumento Domini concedenda fuerit; sed de hoc amplius dico *in d. cap. miramur.* 2

Ad tertiam quæstionis partem an si seruus fraudibus vsus profiteatur? In quo dubio si per falsos testes probet se esse liberum, tunc, non obstante professione, erit Domino suo restituendus, & restitutus erit nihilominus religioni obnoxius, quantum in ipso est: argum. eorum, quæ defraudulenter ordinato seruo dictum est *quæst.* 1. & in terminis docent Barbosa *hic n.* 4. Ludouicus 3

Miranda in manuali Prelator.tom.1.q.17.art. 2.
conclus.3.Siluester in summa vers.religio 2.q.3.&
alij, & faciunt quæ dixi supra in dict. cap. 1. in
vers. & faciunt ante vers.ad secundam.

4 Ad quartam quæstionis partem breuiter res-
pondeo, oportere, vt Dominus intra annum post-
quam scieuerit ordinationem serui, illum repetat:
sic habetur in dict.cap.si seruus sciente dict. dist.
54. vbi glossa, & Innocent. hic n. 6 Suarez vbi
supra dicto n.13.in fine sect.1.disp.51.de cens. &
alij referendi, quia si post scientiam per annum
dissimulauerit censetur consentire,& seruum ma-
5 numittere. † Qoo fit vt seruus sic ordinatus ma-
neat irregularis ad vsum talium ordinum; donec
vel Domino satisfactum sit, vel ipse Dominus
consensum suum præbeat, aut expresse, aut per
scientiam, aut tollerantiam vnius anni: ita ex eo-
dem Concilio Aurelian. in quadam constitutione
noua, relata in cap.si seruus sciente 20.ibi: sed si ig-
norante domino licet ei intra spatium vnius anni,
& seruilem fortunam probare,& seruum suum ac-
6 cipere. † Quod anni tempus debet computari à
scientia Domini, non ab ordinatione serui, vt
docet glossa in dicto cap. si seruus verb. vnius
Sanchez cum multis in præcepta decalogi tom.2.
lib.5.cap. 4. n. 46. Valerius Reginaldus in praxi
fori pœnit.lib.30.tract.2. n. 65. Miranda in ma-
nuali prælator tom.1.q.17.art.2.conclus.4.in fine,
S. Antonin. in 3.p.tit. 20. cap.6.Sayrus de cens.
lib.6.cap.54.n.5.Campanil.in diuers.Iuris canon.
Rub.11.cap.8.n.12.Doctores in dicto cap.20. &
Barbosa in l.iubemus auth.si seruus cod.de Epis-
cop.& clericis n. 7. in glossa ibi: intra anni vnius
spatium.

7 At quatenus spectat ad tempus, intra quod
possit Dominus reuocare seruum suum religio-
nem ingressum, aliud est spatium temporis assig-
natum, de quo iam dixi sub cap. 1. nempe trien-
nij tempus, ante quod impletum sit, si seruus
absque Domini licentia, aut eo inscio ingrede-
retur, qui si repetatur, debet restitui, vt ibi dixi
cum omnibus, quæ attulerit, fide tamen accepta
à Domino de serui sibi restituri impunitate, vt in
cap si quis incognitus 17.q.2.in verbis ibi: si quis
incognitus Monasterium ingredi voluerit, ante
triennium Monachi habitus ei non præstetur;&
si intea tres annos, aut seruus, aut libertus co-
lonus queratur à Domino suo, reddatur ei cum
omnibus quæ attulit, fide tamen accepta de im-
punitate, si autem intra triennium non fuerit re-
quisitus, postea quæri non possit. nisi sit tam lon-
ge quod inueniri non possit, sed tantum ea, quæ
in Monasterium adduxit, Dominus serui acci-
piet: ita Fr.Bartholom de Bachis, in praxi ser-
uand.in admittend.ad religionis statum nouitiis
8 disp.2.dub.1.n.3.Barbosa, ibi n.2. in fine,† qui
n. 4. cum Sanchez in præcepta decalogi tom. 2.
lib.5.cap.4. n. 44. infert Dominum repetire non
posse seruum absque sua licentia ad religionem ad-
missum, elapso præfato triennio, quamuis non-
9 dum sit professus.† Et hæc quidem ex ea ratione;
quia serui absque licentia Dominorum suorum
religionem ingredi non possunt, vt patet ex dictis
his,& supra in dict.cap. 1. & ex dicto cap.si ser-
uus, cap.generalis dicta dist.54. Lessius de Instit.
lib 2.cap.16.sub n. 70. Campanil. & Ludouicus
Miranda supra, & cum illis Barbosa hic n. 7. in
glossa deponatur ibi si vero qui Monachus fa-
ctus &c.

10 Qui omnes, & alij dicunt, quod si serui per
triennium durauerint in Monasterio, & profes-
sionem emiserint, vidente Domino, iugum serui-
tutis euadent,& in terminis Siluester verbo religio
2.q.3.Campanil.dict. Rub.11.cap 8.n. 12. Ludo-
uicus Miranda dicta quæst.17.art.2. conclus. 4.in
fine, Barbosa hic sub dict.n.7.idem Barbosa in l.
seruus si Domiuerum 59. cod. de Episcop. &
cleric.

Et tamen pro complemento huius dubij no- 11
tandum, est quod licet Azor instit.moral.p.1. lib.
12.cap.1.q.5.& Lessius de Inst.lib.2.cap.41. dub.
3.n.3. dicant prædictum triennium numerandum
esse à die probationis incœptæ, sed verius est, vt
sit numerandum à tempore, quo Dominus cons-
cius fuit admissionis serui in religionem secun-
dùm Campanil.dict.Rub.11.cap.8.dicto n.12.Lu-
douic.Mirand.dict.quæst.17.art.2.conclus.4.in fi-
ne Sanchez in præcepta Decalogi dicto tom. 2.
lib.5.cap. 4.n. 46. Valer. Reginald.in praxi fori
pœnit.lib.30.tract.1.n.63. Barbosa in dicto cap.si
quis 17.q.1.n.3.idem in dict.l.si quis n.3.in fine,
& hic sub dicto n.7. Vbi dicit, vt non curat à die
susceptionis habitus, sed notitiæ, & scientiæ Do-
mini, & colligitur etiam ex verbis textus in dicto
cap.si seruus sciente dist.54.ibi: verùm etiam, si
legitimo, probato experimento, Monachus efficia-
tur, euadit iugum seruitutis, debent enim per trien-
nium, antequam Monachi efficiantur in Mona-
sterio permanere, postea vero si Monachi effecti
fuerint, liberi efficiuntur.

Ad sextam quæstionis partem an Monasterium 12
debeat aliquam satisfactionem reddere Domino,
si seruus culpa eius professionem fecerit? Et res-
pondetur affirmatiue, si Monasterium sciebat ser-
uum esse vel neglexerit inquirere, cum esset in-
cognitus: ita docent Campanilus dict. Rub. 11. in
diuers.Iuris.can.cap.18.n.12.Ludouicus Miranda
dicta quæst.17.in.manuali prælat.art.2.conclus.2.
Barbosa hic n.fin.in fine. Dicentes, vt Monaste-
rium satisfacere teneatur Domino damnum se-
cundùm boni viri æstimationem, remanendo seruo
in religione. Et confirmatur ex doctrina glossæ
dict.cap. si quis incognitus 17.q.2.ibi: intra trien-
nium,& ibi posset dici quod Ecclesia debet com-
pensare damnum Domino, quam sequitur Azor
dicta quæst. 3. & faciunt verba textus in cap. si
quis absente 19 dist.54.in 1.p.& quæ de Episco-
po ordinante,& ad satisfactionem obnoxio, dixi
hic ex vers.ad primam.

Sed quia video quod Sanchez dicto lib.5.tom. 13
2.in præcepta decalogi cap.4. n. 45. Fr. Bartho-
lom.de Bechis in praxi in admit ad religion. no-
uitiis disp.2.dict.dubio 2.n.4.& Barbosa in dicto
cap.si quis incognitus, veriorem contrariam sen-
tentiam dicant per verba textus ibi in dicto vers.
si autem intra triennium, existimo hanc secun-
dam procedere in Monasterio, siue Ecclesia bo-
na fide,& sine dolo, seruum ad religionem reci-
pientibus, sicut, & de testibus, seu rogantibus
Episcopo ordinatori, iam diximus supra hic in
vers. ad secundam. Primam verò sententiam pro-
cedere, quando monasterium sciens seruum, aut
negligens culpabiliter inquirere seruum ad reli-
gionem, ac professionem admisit.

Quod si quæras quare vt Domino restituatur 14
seruus, detur annus tantùm, etsi Monachus fiat
triennium, breuiter respondet hic Ægidius, Bel-
lamera n.15. vt diuersitas sit, qoia clericus publicè
manet,& ob id sufficiat annus, vt à Domino repe-
tatur, triennium ad repetendum seruum factum
Monachum,

Monachum,quia iste secreto sic manet, etsi aliter *ibi* adductos Ioan Andréas explicet per textum *in dicto cap. si quis incognitus*, sumendo illud tempus à distantia, & *per cap. de rebus §. caeterum dist.* 53. idem Bellarmera legendus, de aliis dubiis inquirit & resoluit.

QVÆST. III.

An si seruus professionem emittat intra triennium casu, quo à Domino reuocari potest, valide profiteatur? An seruus possit delinquere, & teneatur ex delicto? Et an Dominus possit illum defendere pro subinteresse? Et an aduersus Dominum detur actio propter damnum à Mancipio suo culpabiliter illatum absque Domini culpa? Et an hac obligatio liquet illica in foro conscientiæ, aut solum post Iudicis condemnationem? Et quibus probationibus procedatur in seruum?

SVMMARIVM.

1 *Professio serui facta intra triennium, in qua potest à Domino reuocari, est irrita, instar alterius coniugis facta absque licentia sui coniugis, nisi ratificata fuerit post triennium* vt n. 2.

3 *Seruus delinquere potest, sit vt ex eius delicto teneatur Dominus; ita vt procedatur in processu et ordine, quo proceditur contra hominem* liberum n. 4.

5 *Seruus probato delicto, maiori pœna punitur, quàm liber.*

6 *Seruus non potest accusari lege Iulia de vi ad mulctam, sed ad pœnam.*

7 *Dominus potest in iudicio defendere seruum, aduersus quem ex delicto proceditur, & tunc constituere procuratorem, vt* n. 8.

8 *Processus cum seruo delinquente fit, non cum Domino, &* n. 9.

9 *Dominus citari præcise non requiritur, quando fit Iudicium cum seruo delinquente.*

10 *Dominus potest probare innocentiam serui, quamuis seruus confessus sit in Iudicio deliquisse.*

11 *Probatio contra seruum delinquentem testibus, aut confessione propria, vel alio genere, potest fieri sicut contra liberum.*

12 *Confessio serui debet coadiuuari cum semiplena probatione, vt probat, & condemnari valeat.*

13 *Pater, vel Dominus poterunt condemnari ex noxali ad pœnam ex confessione filij, vel serui, sed poterunt probare contrarium pro suo interesse &* n. 14.

14 *Dominus ex noxa, furto, aut damno à seruo dato, potest conueniri, vt noxam det, vel ad satisfaciendum damnum. Et quare?* n. 16. 17. 18.

15 *Habitator culpam præstat pro eo, quod deiectum est ex cœnaculo, vel Domo per famulum.*

17 *Noxalis actio non pertinet, quando seruus delinquens, pœnam corporalem meretur* n. 18.

19 *Seruus ex contractibus non obligatur.*

20 *Dominus in duobus casibus potest conueniri ex delicto serui, veluti si delinquat ex culpa eius.*

21 *Dominus obligatus ex damno datum ad noxam propter serui delictum, non tenetur vsque ad iudicis sententiam in foro animæ. Et quare?* n. 22. *contra Vasquez, & alios* n. 23.

24 *Pater, & Dominus, quatenus teneantur ex delicto filij, vel serui, quem officio proposuerunt* remissiuè.

AD primam quæstionis partem, vt respon- 1
deatur præmittenda sunt quæ dixi *supra sub*
quæst. 1. *& sub q.* 2. huius textus in vers. ad *quar-*
tam, & sic quia triennium datum est Dominis, vt
reuocent seruos suos ingredientes religionem
propter causam, de qua dixi cum Bellarmera *in*
vers. fin. dict. 1. *quæstionis*; ideo iuxta iuris regulas,
& verba *cap. si quis incognitus* 17. *q.* 2. *relata dict.*
q. 2. & verba *cap. si seruus sciente dist.* 54. respon-
deo professionem à seruo factam intra dictum
triennium, intra quod Dominus potest illum à
religione reuocare, esse irritam instar professionis
coniugis factæ absque alterius coniugis licentia,
vt optime in terminis resoluunt Azor *instit. mo-*
ral. p. 1 *lib.* 12. *cap.* 1. *q.* 3. Thomas Sanchez le-
gendus cum aliis *in præcepta Decalogi tom.* 2.
lib. 5. *cap.* 4. *n.* 49. Barbosa *in dicto cap. si quis in-*
cognitus n. 5. Et hanc amplector, quamtumuis Ar-
chidiacon. Bellamera, & Turrecremata *in dict.*
cap. Lessius de Iust *lib.* 2. *cap.* 41. *dubio* 3. *n.* 31. Fr.
Ludouicus Miranda *in manuali Prælator. tom.* 1.
q. 17. art. 2. *conclus.* 3. Suarez *tom.* 3. *de religione*
lib. 6. *cap.* 6. *n.* 3. Bartholom. de Bechis *in praxi*
seruanda in admittendis ad religion. statum noui-
tiis disp. 2. *dub.* 2. *n.* 6. decet eam professionem esse
validam, † quam ego admitterem, si post iam 2
transactum triennium ratificaret illam seruus, cum
iam tunc fuerit in culpa Dominus, seruum non
reuocans à religione: argum. eorum, quæ dixi *in*
dicta quæst. 2.

Ad secundam quæstionis partem, & cæteras 3
subsequentes, quæ non tam videntur de puncto
nostri textus, ac tituli, de quibus tamen ego, cum
viderim Doctores antiquos aliàs mouere, & pro-
sequi quæstiones, non sic materiæ contingentes,
vt istæ, quæ alio in loco decretalium opportunius
non repetentur, respondeo breuiter dubio primo,
quod seruus potest delinquere. † sic vt ex delicto 4
teneatur, & quod in processu, & causa seruetur
illud, quod obseruatur, quando proceditur contra
hominem liberum, vt patet ex verbis textus *in l.*
qui accusare §. si seruus ff. de accusat. ibi *si ser-*
uus reus postulabitur, eadem obseruanda sunt,
quæ si liber esset, & de Iure Regio *in l.* 10. *tit.* 17.
p. 7. *& in l. quemadmodum cod. de adulteriis*, Cu-
jacius *lib.* 6. *obseruat* 30. Sebastian. Neuius *in*
systegma ad dict. §. si seruus, Anton. Gomez *lib.* 3.
variar. cap. 1. *n.* 76. Barbosa *in l. si mora ff. soluto*
matrimonio, post præludia in lectura ibi *de Domi-*
no sciente, & non prohibente delictum serui, &
alii referendi † qui & dicunt, vt probato delicto, 5
maiori pœna puniatur seruus, quam liber, vt pro-
bat textus *in l. an seruorum in princ. ff. de pœnis, l.*
aut facta §. persona ff & in l. capitalium §. 1. *vers.*
fin, eodem, & in l 8. *in princip. tit.* 31. *p.* 7. & am-
plius intelligunt sic procedere, quando ex delicto
venit imponenda pœna corporalis, secus si pecu-
niaria,

niaria; quia illa non cedit in seruum, vt *in dicta l. hoc accusare §. omnibus ff. de accusat.* per verba ibi: *omnibus legibus serui rei fiunt, excepta lege Iulia de vi priuata; quia ea lege damnati partis tertia bonorum publicatione puniuntur, qua pœna in seruum non cadit, idemque dicendum est in cæteris legibus, quibus pecuniaria pœna irrogatur: quo casu alterabitur pœna, & imponetur sibi alia iudicis arbitrio*, & textus *ibi* in vers. *fin.* quem summè commendant Bartol, & DD. Clarus *in pract. §. fin. quæst. 80. num.6.* Molina *de Iust. tom. 3. tract. 2. disp. 711. num. 1. & per totam*, Bartol. *in l. 1. cod. de precibus imperat. offerend.* Paris *in addit. ad Bartol. in dicto §. omnibus* Decian. *in praxi crimin. lib. 7. cap. 38. n. 41.* 6 † dicentes seruum non posse accusari lege Iulia de vi ad mulctam, sed ad pœnam corpori infligendam.

7 Ad tertiam quæstionis partem, an possit Dominus defendere seruum suum aduersùs quem ob delictum in iudicio proceditur? Et in hoc dubio respondetur affirmatiuè; potest enim Dominus adesse causæ, & eum defendere allegando, & respondendo pro eo ratione proprij interesse iuxta verba textus *in l. 2. cod. de accusat.* ibi: *si cuiusdam criminis ob nexius seruus postulatur, Dominus eum defendere potest, & in iudicio assistere accusatoris intentionibus responsurus*, & ibi glossa ordinaria, vbi Bartol. Baldus, & Sebastian. Neuius, idem Bartol. *in l. si quis cod. de cond. institut. l. seruum ff. de publicis iudicijs*, Guido Pap. *quæst. 338. num. 1. lib. 9.* Anton. Gomez, *vbi supra sub num. 76.* in vers. *aduertendum* & probat, *lex Regia 10. tit. 1 p. 7.*

8 Et addunt quod poterit tunc Dominus constituere procuratorem, quia non videtur Dominus, vel procurator interuenire pro alio, sed pro seipso, & pro suo interesse, *l. seruus etiam ff. de public. iudic.* Vbi DD. quo casu totus processus, & iudicium agitabitur cum ipso seruo, tanquam principali persona, quam tangit negotium, & rei proponetur accusatio, & cum eo lis contestabitur per responsionem suam, & ei assignabitur terminus probationis, & defensionis, & contra eum debet ferri sententia diffinitiua, vt tenet glossa ordinaria, *in dict. l. 2. cod. de accusat.*

9 Ex quo inferunt etiam DD. non requiri, quod Dominus citatur, vt compareat, & assistat causæ agitandæ cum seruo, cum principaliter fundetur iudicium in persona serui, vt in terminis docent Bald. *in l. filiusfamilias ff. de his qui sunt sui, vel alieni Iuris in 1. lectura*: idem Baldus *in l. fin. §. necessitate cod. de bonis quæ liber. col. 4. n. 12.* Angelus de Perusio, *in l. cum filiusfamilias ff. de verb. oblig.* Anton. Gomez, *dicto n. 73. cap. 1. lib. 3. variar.* vers. *ex quo infertur*, putans esse singulare, & notabile, licet Salicetus teneat contrarium *in dict. l. 2. cod. de accusat.*

10 Et circa prædicta dicendum est, quod licet seruus accusatus, vel inquisitus confiteatur delictum, & ea illa confessione possit condemnari, concurrentibus his, de quibus *n. sequenti*: tamen posse à Domino probari contrarium, probat glossa vnica & singularis *in l. 2. §. 1. ff. si ex noxali causa agatur*; in medio glossæ 1. quam summe commendantes ad propositum reputant singularem, & vnicam Paul. *ibi col. 2. n. 8.* Alex *col. 2.* Iason *1. n. 4.* Anton Gomez *dicto n. 73. in fine*, & alij post illos.

11 Quod si dubites qualiter fiat probatio contra seruum delinquentem, dico, vt possit fieri per testes, vel per confessionem propriam, vel alio genere probationis, sicut contra quemlibet hominem liberum ex textu *in l. seruos in princip. cod. ad leg. Iuliam de vi* in verbis ibi: *seruos, qui fecisse violentiam confessionibus, testium, aut proprijs docebuntur &c.* imo & quod magis est dicunt DD. solam serui confessionem spontaneam sufficere ad condemnationem, vt probat aperte textus *in dicta l. seruos*, & glossa ordinaria *in dicta l. 2. §. 1. ff. si ex noxali causa agatur*, vbi DD.

12 Notandum verò est, quod adhoc vt confessio serui probet, & ex ea possit condemnari, oportet vt cum ea concurrat semiplena probatio, vel aliqua indicia vrgentia, vel si negauerit quod sit facta confessio in tormentis præcedẽtibus indicijs, & vt alias non stetur soli eius confessioni spontaneæ, cum videretur tendere in præiudicium Domini, vt probat textus *in l. quæro §. fin. ff. de ædilitio edicto* per quem glossa ordinaria *in l. cum probatio ff. de probat*, & *ibi* Salicetus, & communiter DD. per quem tenent etiam Paul *in dicta l. 2. §. 1. ff. si ex noxa, col. 2. n. 4.* Alex. *1. col. in fine n. 4. glossa penult. in l. quicumque cod. de seruis fugitiuis in fine*, & *ibi* DD. Socinus *in dicta l. cum filiusfamil. ff. de verb. oblig. col. 5. n. 11.* vbi Iason *col. 5. n. 15.* & moderniores, quos in prædictis legibus citat Sebastian. Neuius *in syntagma Iuris Ciuilis*, & *infra*.

13 Secundo notatur ex glossa 1. *in medio dict. l. 2. §. 1. ff. si ex noxali causa agatur*, quod si ea forma legis, vel statuti pater, vel Dominus, vel quilibet alius teneatur ad pœnam pecuniariam ea delicto alterius, bene statur confessioni ipsius delinquentis, etiam in præiudicium tertij soluere debentis, qui tamen poterit probare contrarium pro suo interesse: sic expresse docent DD. adducti, Paul Alex, Iason, & Bartol. *in dicta l. cum filiusfamil. ff. de verb. oblig. col. fin.* Bald. *in l. filiusfamilias ff. de his, qui sunt sui, vel alieni Iuris in lect. 1.* Gomez. *dicto lib. 3. var. cap. 1. n. 73. in fine*, & ante pro notabili 1. in vers. *vnum*, & pro his omnibus faciunt quæ adducunt Clarus, & Molina *supra*, Donel. *in Rub. cod. an seruus ex suo facto &c. & n. 3. & in l. licet, ibidem n. 4.* Cujacius *in recitationibus ad titulum de actionibus, & oblig. & in l. serui*, Gregor. Lopez *per textum ibi in l. 9. tit. 2. p. 3. & in l. 10. tit. 1. p. 7.* Villadiego *in politica cap. 3. n. 168.* Pichard. cum alijs *in §. omnis autem instit. de noxalibus action. ex n. 3.* Barbosa *in collect. ad leg. 1. 2. 3. 4. & 5. cod. de noxalibus action.* vbi ex multis bene declarat Petr. Greg. *in syntagm. lib. 38. cap. 11. n. 4.*

14 Ad quartam quæstionis partem, an aduersùs Dominum detur actio propter damnum à mancipio suo culpabiliter illatum absque Domini culpa? Et quia inquisitio spectat ad intellectum, *l. 1. & totius tituli ff. de noxalibus actionibus, & instit. eodem, & l. 1. in fine princip. l. 5. §. prætor. ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt, & de iure Regio ad leg. 15 tit. 15. p. 1.* Vbi probatur quod si Dominus conuentus fuerit ea seruorum maleficiis, puta quia furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, seu iniuriam fecerint, condemnatus compellatur, aut noxæ seruum dare, aut litis æstimationem sufferre. 15 † Et hoc quemadmodum habitator culpam præstat de eo, quod deiectum sit per famulum è domo

sua

sua per illa, quæ DD. dicunt ex §. item is, ex cuius
cænaculo instit de oblig. quæ ex quasi delicto nas-
cuntur, Iason in §. ex maleficiis n. 91. & in §. præ-
terea ex n. 6. instit. de action. Vuetembek in para-
titlis ad dictum titul. de noxab. Cujacius lib. 21.
obseruat. cap. fin. & lib. 22. cap. 36. Donellus lib.
15. comment. cap. 50. Monoch. lib. 1. de arbitrariis
16 q. 5. à n. 13. † Et hoc quia cum in seruum agi in
Iudicium non possit, qui personam standi in Iu-
dicium non habet legitimam l. vix certis 53. ff.
de Iudiciis, l. seruus cod. eodem, vt pote cum iure
ciuili pro mortuo, hoc est pro nullo reputetur,
nec caput habeat l. quod attinet 32. ff. de reg. iu-
ris, & nihil proprij possideat, ex quo damnum re-
sarciri valeat, dict. l. hos accusare §. omnibus ff. de
accusat.
17 Ideo cum iniquum sit, ei qui in fortunium ac-
cepit, non consuli, æqum dicunt DD. visum fuisse
Dominum ex noxa id est maleficio serui noxali-
bus actionibus obligari, vt cui emolumenta, &
fructus acquirerentur, ad eundem detrimentum
culpa serui contractum pertineret, quoad scilicet
priuatas actiones, ac Iudicia, quibus damnum per-
sequitur: nam ad publica iudicia, quibus & liberi,
& serui sontes ad exemplum, & vindictam corpo-
rali supplicio afficiuntur, noxalis actio non perti-
net, vt in dicto §. omnibus l. penult. ff. si ex nox.
causa agatur, dict. l. 2. cod. de accus. explicat late
videndus Pichard. in §. 1. cum sequent instit. de
action. ex n. 1. vbi præstat differentiæ rationem,
18 quæ ex dictis supra hic vers. ad tertiam patet. †
Et hoc etiam, si culpa serui datum damnum fue-
rit, teneatur Dominus, vel soluere damnum, vel
mancipium pro noxa dare damnum passo, non si
absque culpa serui daretur: nam sicut tunc manci-
pium ad nihil tenetur, sic nec Dominus, nisi in
quantum ex damno illo factus sit locupletior;
sed si aduersus seruum criminaliter ageretur ad
eum puniendum, quod non possit Dominus illum
liberare soluendo damnum quia actio debet ad-
uersus illum intentari modo iam dicto, vt dict.
vers. ad tertiam & vers. ad secundam, docet Diana
19 p. 7. tract. 7. de seruis, & mancipiis res. 73.
Seruus enim, vt ex ibi dictis accipitur ex con-
tractibus non obligatur, & ex negotiis gestis in
seruitute; sic vt nec post manumissionem, l. 1. & 2.
l. penult. cod. an seruus ex suo facto l. 1. §. si apud
ff. depositi l. eum actum 18. ff. de negotiis gestis,
ex delictis tamen, & maleficiis recte poterit con-
ueniri, l. licet 4. l. serui 13. ff. de actionib. & obli-
gat. l. serui 17. § fin. ff. de furtis l. quod ab alio 15.
ff. de conditione furtiua, nequidem delicta ma-
neant impunita, Donel. in dicta Rub. cod. an seruus
n. 3. & in dicta l. licet n. 4. Cujacius in recitation.
ad titulum ff. de actionib. & obligat. in dict. l. ser-
20 ui, Pichard. in dicto § 1. instit. de nox. ex n. 4. 5. &
6. plura cumulans. † Vbi n. 10. excipit duos ca-
sus, in quibus ex delicto serui, Dominus potest
conueniri, veluti si culpa Domini seruus deli-
quisset, cum tunc Dominus dicatur delinquens
per l. 2. 3. & 4 ff. de noxal. Iacobus Cujacius in l.
culpa caret ff de reg. Iuris, qui longe tractant, &
alij penes Pichard, quos leges ad saturitatem.
21 Ad vltimam quæstionis partem, an prædicta
obligatio, quam Dominus ex damno illato à man-
cipio contraxit, liget eum in foro conscientiæ, an
post iudicis solùm condemnationem? In quo du-
bio plausibilior sententia Doctorũ est, vt Dominus
non teneatur ante sententiam iudicis, quia prædi-
ctæ leges, quando in Domino culpa non fuit, non
obligant ad vllam restitutionem ante Iudicis sen-
tentiam. † Nemo enim concedit, quod si tua 22
Domus per ruinam, vel aqua tuæ cisternæ per
inundationem damnum dando, Dominus obliga-
tionem incurrat, & sic nec ex damno serui; &
quia prædictæ leges positiuæ, non sunt præcepti-
uæ, sed solùm concedunt damnificato actionem,
quoad forum externum, atque ideo pœnales esse
videri, vt dicitur princip. instit. si quadrupes paup.
fecisse dicatur, indeque ante condemnationem
non obligare, exprimitur etiam ff. & instit. in dict.
tit. de noxal. action. aliis inquam fundamentis do-
cent hanc sententiam de Castillus de Iust. lib 2.
tract. 2. disp. 3. dub. 1. à n. 6 Rebel. lib. 2. de oblig.
Iust q. 10. sect. 4. Lessius de Iust. lib. 2. cap. 9. dub.
17. Molina eodem tract. tom 4. disp. 713. Cardinal.
Lugo eodem tract. tom. 1. disp 8. sect. 3. n. 41 Ægi-
dius Trulench. in opere morali tom. 2. lib. 7. cap. 6.
dub. 3. n. 9. Caspensis in cursu theologico tom. 2.
tract. 17. sect. 6. n. 62. Villalobos in summa tom. 2.
tract. 11. dif 4. n. 13. Diana dicta p. 7. res. 73. &
cum aliis ex Iuristis Couar. in 4. decretal. p. 2 cap.
6. §. 8. n. 18.
Nec his obstant Vazquez in opusculo de rest. 23
cap. 2. §. 2. dubio 1. Turrian. de Iustit. disp. 11. du-
bio 1. n. 3. Medina in cod. de restit. q. 9. Paludan. in
4 dist. 5. q 2. n. 15. Gabriel q. 14 art. 13. dubio 2. &
q. 15. dub. 2. & alij dicentes illico Dominum in
tali obligatione in foro animæ ligari, quia post-
quam introducta est rerum diuisio, non est abla-
tum Ius naturale, quod quisquam habet ad recu-
perandum damnum illatum sibi ab alio, siue seruo,
siue libero, siue bruto; indeque si passus est dam-
num à Bruto, ipsum animal maneat obnoxium
secundùm sui valorem: idemque dicentes de ser-
uo; & sic Dominum obligari, non ob suam qui-
dem culpam, sed quia res ipsa, quam possidet est
obligata, & obnoxia propter illud damnum; quia
patet ex dictis pro contraria sententia prædictas
leges esse tantùum pœnales, non obligantes ante
Iudicis sententiam per plura, quæ dixi supra in
cap. penult. de constit. & in cap. cum non ab ho-
mine de iudiciis q. 27. 28. & 29. vbi probatum est
delinquentes in casibus, de quibus ibi, non priuari
ipso Iure sua re, sed spectandam esse Iudicis sen-
tentiam.
Pro complemento quatenus autem teneatur 24
pater de delicto filij, quæ officio præponit, vel
Dominus de delicto famuli, aut serui, videbis
longe agentes, præter adductos Farinac. cum in-
finitis, de delict. q. 24. præcipue ex n. 49. Barbos.
in l. si mora. 10. n. 38. ff. soluto Matrim. Caldas
Pereyram, de extinctione emphyteusis lib. 4. c. 19.
num. 3. post Menoch. arbitr. casu 345. tangit
D. Franciscus de Amaya, in l. 1. cod. de decurion.
lib. 10. num. fin.

AD TEXT. IN CAP. III.
De Famulis hoc titulo.

PRÆMISSVM.

HVius textus materia abunde, quatenus ad ge-
neralem tractationem huius tituli spectat,
tractata relinquitur in Rubrica, vbi de manumis-
sione, & supra sub c. 1. vbi etiam de huius textus
intellectu actum est. Sed quia hic agitur de seruo
ab

ab Ecclesia manumisso; item & de ingratitudine serui respectu Ecclesiæ manumittentis, ac de acquirendis Ecclesiæ legato, seu debito seruo manumisso pertinenti; ideo etiam, quia Ecclesia manumittens potest reputari inter Dominos minoris ætatis, de ætate, quæ requiritur in manumittente; item et in manumisso, non erit abs re tractare, præcipue cum nullus sit alius locus in iure nostro canonico, vbi commodius,

---

QVÆST. I.

An ætas fuerit de iure antiquo, vt Dominus serui eum posset manumittere? Et qua autheritate, si esset ætatis minoris? Et in qua ætate serui pessent, ac posint manumitti? Et an Dominus possit compelli, vt seruum suum manumittat aliqua de causa? Et an sit ætas constituta? vt in minori ætate possit seruum manumittere pupillus authoritate tutoris.

SVMMARIVM

1 *Minor* 20. *annis lege Ælia sentia manumittere non poterat seruum suum, nec alij tradere, vt manumitteret* n. 2. 6. *& quare* n. 7. & 8.

3 L. si rogatus 20. in principio ff. de manumiss. vindicta n. 9. & n. 34.

4 §. Cum ergo instit. quibus ex caussis manum. n. 10.

5 Auth. vt sponsalit. largitas §. & hoc quoque coll. 9. n. 11.

6 L. qua ætate 5. ff. de testam. l. 13. tit. 1. p. 6. n. 12. l. 7. *vers.* essiloquisiere tit. 12. p. 4. n. 12.

7 *Libertas alterius ab altere possessa est res inæstimabilis; idest magna æstimationis.*

8 *Maius nihil in bonis retinetur, quàm hominis libertas.*

9 *Manumissio inter viuos facta distinguitur ab ea, qua fit in testamento. Illa fit ab habente viginti annos, in testamento à Decimo septimo anno* n. 10. *Et quid hodie.*

12 L. 1. tit 2. p. 4. *vers.* aya de ve inteano arriba.

13 *Ætas annorum* 20. *in Domino manumittente sufficit a tecta, vbi huius ætatis priuilegium.*

14 *Manumittere volenti sine consilio, & prætore non permittebatur, sedente pro tribunali ex Iustis causis* n. 15.

16 *Manumissio vindicta quibus verbis solemnibus fieret à Prætore, siue consule, &* à num. 17. *vbi de aliis ex antiquitate, &* numero 22.

18 *Vindicta manumittendi modus* à vindice *vitilliorum seruo dicta, vel à virga Prætoris,* vt n. 19 & 20.

20 *Virga Prætoris dicta vindicte pulsabantur in capite manumittendi.*

21 *Manumissio vindicta per concilium, aut per consilium distincta erat, &* n. 28. *vbi de probatione causa.*

22 *Manumittendi quot modi, &* à n. 24. 25. 26. 27. *vbi de differentia inter illos.*

23 *Nomen manumissi per acta manumissione in actis referebatur.*

24 *Manumissio ex sacris constitutionibus, qua solemnitate fieret, censu* n. 25. *inter amicos, vel per epistolam* n. 27.

27 *Ciceronis locus in Topicis citra manumissionem,* cum §. 1. instit de libertinis.

28 *Manumittendi causa exigebatur, etiam inter maiores, precisè, quando* censu, vendicta, *aut* testamento *fieret.*

29 *Seruus in antiquitate non manumittebatur, nisi in ætate 30 aut 40 annorum, & secundùm alios, nisi iam esset natus* n. 30. *hodie etiam in vtero, vt* n. 31. & 32.

32 L. cum inter 14. ff. de fideicommiss. libert.

33 *Dominus, vt manumittat seruum aliqua de causa, potest compelli, vt si legatum accipiat ea conditione fallit, vt* n. 34. *& in qua ætate debeat esse* n. 35.

34 L. si minor. 33. ff. de minoribus.

36 *Manumitti potest seruus, etiam inuitus, & non damnatus.*

37 *Manumissio omnino pendet à manumissore, &* n. 38. *in fine.*

38 *Pupillus quando manumittere possit, non sic infans* n. 39. & 40.

39 *Infans manumittere nequit seruum. Et quare.*

40 L. Pupillus ff. de manumissis vindicta l. manumissiones ff. eodem.

AD primam quæstionis partem, si consulamus Iustinianum *in §. eadem 4. & §§. 5. &* 1
6. instit. qui, & ex quibus caussis manumittere non poss. videbimus enim lege Ælia sentia cautum fuisse, ne minor annis viginti seruum suum manumittere liceret, ac posset, nisi Iusta causa apud consilium probata esset, vt *in l. 1. ff. de manum. l. Iusta 9. l. si minori 11. cum sequentibus ff. de manumissis vindicta, l. 1. cod. de vindict. l. 7.* vers. *essiloquiere tit. 22. p. 4.* itaque verius *dict. l. alia sentia*, vt Iura proclamant, non verò senatus consulto aliquo vigesimo anno minor absque Iusta causa à concilio, vel consule probata, proprios seruos manumittendi Ius non habebat † 2
adeo vt si seruum tibi in hoc vendiderit, ait Marcellus *in l. minor 4. ff. de seruis exportandis*, & tradiderit, vt eum manumitteret, nullius momenti sit traditio, quamquam ea mente tradiderit, ve cum viginti annos ipse explesset, manumitteres; & sic Paulus affirmauit *in l. si minor 66. ff. de verb. oblig.* & tradidit Duareous *titul. de stipulat. seruorum cap. 3. in fine*, vt etiam si à debitore suo stipuletur seruum debitum eum manumissurum, dandam non esse executionem stipulationis, & facit *l. si minor 4. cod. qui manumit. non poss.* vbi probatur doctrinam procedere, siue ipse minor manumittat, siue alio manumittendum seruum tradat.

Sed quod hæc ætas adhuc imperfecta videatur, & saltim requiratur ætas annorum 25. vide- 3
tur probari ex *l. si rogatus 20. in princip. ff. de manumiss. vindicta*, vbi dicitur minorem 25. annis manumittere non posse. † Quod magis dubium 4
redditur, si attendas Iustinianum *in §. cum ergo 6. dist. tit. instit. qui & quibus ex caus. manum. non poss.* dixisse minorem posse manumittere, expleto anno decimo septimo † imo & *in auth. vt spon-* 5
salitia largitas §. & hoc quoque collatione 9. decidatur post decimum quartum annum libertatis

seruis

seruis præstare concessum esse, vt *in l. qua ætate §. ff. de test.* & inde *leg. Reg. 13. tit. 1. p. 6. & in d. l. 7.* versi.
asilo quistere, quæ & difficiliores redduntur, si eo-
dem Iure Regio attento *in l. 9. tit. 21. p. 4.* inspicias
Dominum ad manumittendum agere plus quam an-
nis viginti in verbis ibi *aya de veinte años arriba.*
6 Nihilominus his, & alijs non obstantibus, quæ
ab antiquitate decerpere possumus ex multis, quæ
repetit Reuard. omnino legendus *tom. 2. lib. sing. pro
tribunali c. 12. 13. & 15.* vbi de solemnibus pro ma-
numissione à minore præstanda, item & *lib. 4. varior.
c. 9.* vbi quæ fuerit ratio manumittendi vindicta, Al-
ciatus *lib. 1. parergon. c. 41.* Caldas *in l. si curatorem
n. 36. & 40.* Ant. August. *lib. 1. emendation. cap. 2.*
Ant. Fab. *in Iurisprud. tit. 6. princ. 7. illat. 3. & 4.*
Didac. Cuellar, *libellulo de manumiss.* D. Didacus de
Narbona *de annor. comput. à n. 20. q. 5.* & alij per
eos, dicendum est de lege Ælia Sentia stabilitum an-
norum 20. ætatem attistam requiri, ad hoc vt Do-
7 minus posset ex causa seruum suum manumittere †
non alia ratione quidquid dixerit Faber, & Cuel-
lar *sup.* nisi quia libertas alterius ab aliquo posses-
sa est res inæstimabilis, idest magnæ æstimationis,
vt *in l. non est singulis 136. ff. de regul. Iuris.* & clare
dixerit Iustinian *in dict. tit. quibus ex causis manu-
mit. non licet* ibi: *sed cum libertas inæstimabilis res
sit, & propter hoc ante viginti ætatis annum, anti-
8 quitas libertatem seruo prohibebat.* † Cum nihil
maius in bonis haberi possit, quàm hominis liber-
tas, qua & ipsius vitæ, & necis Ius simul retineba-
tur, vt *supra in Rub.* diximus ex *§. 1. inst. de his, qui
sunt sui, vel alieni Iuris*; quare recte tunc disposi-
tum, quod vbi ab aliquo possidetur non temere, &
in consulto, sed præuia deliberatione, & Iusta causa
alienari debeat, vt pote res magni momenti, alias
nulla esset libertas, eadem lege ælia sentia obstante.
9 Vnde quidem, vt obiectiones diluantur præmit-
tendum duxi esse constituendum discrimen inter
manumissionem inter viuos factam, & in vltimis
voluntatibus concessam; sic vt in priori casu, quan-
do quis seruum vindicta, censu, in sacro sanctis Ec-
clesiis, inter amicos, conuiuij causa, aut per epistolam
manumittit (vt dictum est sub *q. 1. Rub.*) oporteat
eum esse viginti annis, vel quod Iusta interueniat
causa si minor sit ex *d. l. Ælia*, ne alias tam mag-
num negotium, quale est præstandæ libertatis com-
mitteretur iuuenibus, qui recti, prudentisue consilij
participes non sunt, vt liquet ex *l. 1. ff. de minorib. &
ex proam. tit. 4. part. 6.* ibi: *porque no an entendi-
miento cumplido ne sus cosas.* † Quod si non inter
10 viuos, sed ex testamento, aliaue vltima voluntate
seruus manumittatur, dictam *leg. Æliam Sentiam*
hodie non admitti, sed sufficere Iuxta *d. § cum ergo*
(in argum. adductum) Dominum excessisse 17.
11 annum † Et itidem nouiori Iure *in d. auth. vt spon-
salia largitas §. & hoc quoque*, Doctores addocti
explicant, & Ant. Pichard. *in d. §. eadem n. 6. inst. qui
& quibus ex caus. manumit. non poss.* vbi concludit
quod etiam hodie quatenus attinet ad manumissio-
nem inter viuos, sicut olim ætas legitima, & Iustæ
causæ desiderentur, & *leg. Æliam Sentiam* anti-
quatam non esse, sic cum Accursio *in dict. §. & hoc
quoque*, verb. *lege*, & Teophilo, quem cæteri se-
quuntur ex verbis dictæ *leg. Regia*, in *vers. esiloqui-
siere*, & *ad dict. leg. rogatus* in argum. adductam,
12 respondemus hic in vers. *ad quartam* † Nec inquam
obest *d. l. 9. tit. 21. p. 4.* in vers. *aya de veinte años
arriba*, quæ non loquitur de Domino spontanee
mannumittente, sed illo, qui se venundari passus
fuerit, vt dico hic in *vers. ad tertiam*: alia plura DD.
congerunt pro ampliori explanatione, quæ hic non
repeto, cum pro materia tituli nostri non sint ad-
modum necessaria, nisi tantùm vt sciamus aliqua
antiquitatis, & quæ hodie in legitimis manumissio-
nibus debeant interuenire; & vt satius intelligas, le-
ges eundem Narbonam *anno 20. q. 7. ex n. 28. ad
finem*: plures leges componit Ant. Fab. *tit. 6. Iuris-
prud. Papinian.* qui & alij etiam loquuntur de vl-
tima ætate assignata 14 annorum ad manumitten-
dum in testamento.
Et licet prædicta formula esset, *iugo laxatus he- 13
rili*, ex verbis Claudiani: tamen, vt testis idem Her-
mogenianus, Prætor conuersus ad lictorem, per
quem expediri soleret manumissio, alia quoque
verba solemnia videtur pronunciasse *secundùm fic-
cam causam, sicuti dixi ecce tibi vindicta*, & tunc
à Prætore, accepta vindicta, caput, serui visus est
etiam lictor percussisse, faciem palma, tergumque
festuca verberasse, vt satis constare videtur ex Iu-
uenali *Satyra. 5.* ibi

Palsandam vertice raso
Probabis quandoque caput, nec dura timebis
flaxa pati.

Et hanc postremam Valerius Probus, *in libello 14
de litteris antiquis*, recenset, & ei proximam Re-
uard. *d. c. 9.* ex manuscripto authoris cuiusdam in-
certi de verbis iuris antiquissimo libello, in quo
ait in sequentibus verbis de vindicta inuenisse:
*vindicta est modus manumittendi, dicta hoc nomine
à vindice vitelliorum seruo, qui coniurationem Do-
minorum suorum contra Rempublicam detegit; &
ideo apud consilium donatus est libertate; modus
manumittendi dicitur vindicta.* Secundùm vero
quosdam à vindicta virga Prætoris hoc nomen tra-
ctum est, quam imponebat capiti illius, qui manu-
mittendus erat, hæc solemnia proferens verba, *aio
te liberum more Quiritum*, aliaque ex bonis autho-
ribus tradens Reuard. concludit *d. c. 9. lib 4. variar.*
† rectius à virga Prætoris, quam à vindice Vitel- 15
liorum seruo appellatam esse vindictam, probanx
ex verbis in milite glorioso ibi, *quid ea ingenuaan
festuca facta serua, an libera est. P. A. Vab. ego ne,
vt ate libertina esse auderem internum eius.*
Quibus etiam consentaneum dicit idem Reuard. 16
d c. 12. lib. sing. pro tribunali illod cornuti in Per-
sium, vindicta est virga Prætoris, qua manumitten-
di à Prætore in capite pulsantur; ideo sic dicta; quia
eos vindicat libertati, eoque pertinere quod scripsit
Imperator Gordian. *in l. 1. cod. aduers. lib.* ibi, *etsi mi-
nor viginti annis, vt allegas, constituta seruum
tuum ab eo circumscripta, in consilio manumisisti:
tamen vindicta impositio, qua libertas Iusta muni-
tur, ne obtentu quidem ætatis rescindi potest*, & ex-
plicans, *authore Theophilo in verbis ibi, in prouin-
ciis enim extremo concilij, sine conuentus Die præ-
bebat præses, aut Proconsul consilium.* † intelligit 17
per consilium Imperator conuentum prouincialem;
& sic quidem, ait Reuard *in fine dict. c. 12.* deferre
in consilio, & apud *consilium* manumittere, & quod
sic à nemine sit adnimaduersum.
Et Pichardus *in §. manumissio 1. inst. de libertinis* 18
explicans modo, quibus manumissio fiebat ex *sa-
cris constitutionibus, vindicta, censu, testamento, in-
ter amicos, & per epistolam.* De *vindicta* dicit quod
erat modus, quo serui per Prætorem manumitte-
bantur, cum lictor Prætoris, præmisit solemnibus
verbis, (vt iam diximus) seruum tangebat virgu-
la, & mox Dominus apprehensum, manu dextera
vertebat, & hoc modo seruus in libertatem vindi-
cabatur, & fiebat ciuis Romanus, & quod prædicta

vitgula solebat appellari vindicta, vt ex Boetio explicat *ibi* Accursius, Alciatus *lib. 3 disp. cap. 14.* & alij, quos retuli *supra in q. 1. Rubrica*, sicut & patet ex integro titulo *ff. de manumissis vindicta.*

23 Indeque, vt retulimus, per acta manumissione, nomen manumissi in acta referri statim probat Reuardus etiam *d. lib. 3. var. c.* 12. adiecta manumissionis causa; certe quia sic in Adelphis scripsit Terentius

Ædepol hodie mea quidem sententia
Iudico syrum fieri esse aequum liberum M. istum
liberum quodnam ob factum.

Et addit Reuardus addicta verba *quodnam ob factum* scribit à Donato *Iure adscribi enim causas manumissionis in Iure formula est*; sicque nomen manumissi in acta referri olim consueuisse tradit ex Plauto, dum in Persa scribit.

Dic bona fide iam libera est
D. O. I. i. ad Pratorem exequire. siquidem credere
non ius mihi libera est inquam ecquid audis.

Hæc enim solemnia apud nos non sic in vsu esse

24 Et de solemnibus, quibus *ex sacris constitutionibus* in Ecclesijs manumittebantur serui, est *tit. cod. de his qui in Eccles. manumittebantur, & ibi in l. 1. & 2. de Iure Regio, in l. 1. tit. 21. p. 4.* ibi enim Domini qualicumque scriptura seruis suis sub an-
25 tistite, plebis aspectu libertatem præstabant † *Censu* verò fiebat manumissio cum in lustrali censu Romæ serui iussu, aut voluntate Dominorum inter ciues Romanos censum profitebantur, vt dixerunt Vlpianus *in fragm. tit.* 1. Cicero 1. *de oratore*, *& in Topicis* §. 3. Vbi Vulteius Sigonius *lib. 1. de antiquo*
26 *Iure ciuium Romanorum c. 6.* † *Testamento*, vt *in*
27 *tit. ff. & cod. de testamentaria manumissione.* † *Inter amicos*, vel *per epistolam*, & tunc quinque testes necessarios fuisse, patet ex *l. 1. §. sed etsi quis, & §. sancimus cod. de latina libert. tol.* sic Pichard. *in d. §. 1. de libertinis* post Accursium, & post alios, vbi explicans Ciceronis locum *n. 4 & 5. in Topicis* proferentis verba sequentia ibi sineque *censu*, nec *vindicta*, nec *testamento liber factus est, non est liber*, dicit ex Theophilo *ibi*, & ex Vlpiano sic non (*est liber*) legimus scilicet, & ciuis Romanus; quia etsi per epistolam, & inter amicos, alioue modo, præter signatos à Cicerone, manumissus seruus libertatem consequatur, non tamen Romanam, sed latinus, Iunianus, aut Dedititius efficiebatur, vt Theophilus *ibi* admonet, & eum prædicta manumissio penderet ex libero arbitrio quocumque tempore, & loco absque aliqua figura Iudicij posse expediri concludit Pichard, & Iustiniano *in d. tit. de libert, & ex §. serui, leg. 2. ff. de officio proconsul. & leg. & ex l. 5. 6. & 7. ff. de manumis. vindicta*, & ex alijs, aliqua de istis seruis latinis scribit ex Donello, Osualdo, Hotomano, Aot. Aug. Dione, Schifor de Gætto, & Vlpian. D. Franc. de Amaya Legendus *in l. 4. cod. de iure fisci à n. 29.* probans quod etsi liberti latini, & Iunoiani ciues Romani non essent, potuerint tamen hæredes existere, vbi explicat aliqua loca Vlpiani.

28 Hinc ergo deducitur causa etiam inter maiores viginti annis manumissores requiri, sicut supra de minoribus dictum est 10 vers. *ad primam* hic licet, non tantam, quantam in illis, præcipue, quando censu, vindicta, & testamento fieret, sed ea quidem sufficiebat inquit Conanus *lib. 2. comment. c. 5. circa medium*, si maiores dicerent seruos de se bene meritos esse, & dignos libertate: nam tunc fides eis adhiberi deberet; licet non sic in minoribus, quibus non satis erat per ætatem Iudicij, vt id æstimare valerent, vt *in d. l. 4. ff. de seruis exportand.* ibi: *Lex quippe cõsilio eius quasi parum firmo restitit:* quare concludit Narbona *anno 10. d. q. 7. sub n. 5.* ex Conano necessum fuisse, vt causas manumissionis probarent apud consilium, & sic euenisse, vt vindicta tantum possent manumittere; donec ad ætatem peruenissent, qua de manumittendo consilium capere, & iuste deliberare potuissent, illisque asserentibus, seruum libertate esse dignum, fidem adhiberi, videlicet ad initium vigesimi anni.

Ad tertiam quæstionis partem in qua scilicet æta- 29
te possét, aut possint manumitti, & quod esset stabilita ætas annorum triginta, colligitur ex *l. ex p. 39. §. seru. ff. familiæ excisc. l. fin. ff. de rebus dubiis, l. si quis 13. §. vlt. ff. de statu liber, l. aristo 46. de manumis. testam.* & ex nonnullis alijs; vel vt existimant Vulteius *in §. libertinorum inst. de libertinis*, quadraginta annos desideratos esse olim in seruis manumittendis; ideoque in tam longum tempus differri, vt ea scilicet ætate simul cum libertate ciuitatem Romanam nanciscerentur, quæ trigessimo anno tantundem maioribus concedebatur, vt Cujacius *in fragm. vlpiani tit. 1.* Coellar. *de manumis. p. 2. n. 54.*

Alij inquam, vt Fab. *in Iurisprud. tit. 4. princ. 1. il-* 30
lat. 3. & post eum Osuald, *lib. 2. Donelli c. 14. lit. C.* Alphonsus Caranca *disp. de vera humani partus naturalis, & eiulis designatione c. 2. n. 19. ex* Caio *in l. Iuris 25. ff. de manumis.* videotur dicere, vt requiratur præcise ex antiqua legum dispositione pri-
mum natiuitatis momentum: quia libertatis quali- 31
tas est hominis, qui talis vere non dicitur, nisi sit natus, vt *in l cum inter veteres cod. de fidei commis. libert*; & quia licet infans aliquãdo dicatur, qui adhuc in vtero vehitur; proprie tamen, & ciuiliter loquendo, ille tantũ sit, & sic appellari possit qui lucis vsura fruitur, vt patet ex adductis à Narbona *anno 7.*

Nihilominus tamen hodie ex noua Iustiniani 32
constitutione non solùm vt infans, sed etiam in vtero existens, & libertatem, & ciuitatem consequi possit dicendum est, vt obseruat glossa, *in §. fin. inst. de libert. per text. ibi*, cui subscribunt omnes, & præsertim Cuellar. *vbi sup. num.* 58. Narbon. *ann. 1. q. 14. ex n. 7.* Alphons. Carran. *sup.* qui explicantes, *l. cum inter 14 ff. de fideicomm. libert.* dicunt subaudienda sit, non solùm de libertate fideicommissaria, quasi hanc tantùmodo statuerit Imperator eis dari, vel relinqui posse, qui in ventre portarentur, vt ex proposita quæstione, *initio dict. leg. volunt.* Ant. Fab. *in Iurisprud. tit. 4. princip. 1. dict. illat. 3.* quem in hoc merito refellunt Carran. *num.* 13. & Narbon. *num. 8. d. ann. 1.* sed etiam de directa, veluti eiusdem legis verba manifestè insinuant ibi: *fideicommissariam, necnon directam libertatem suam firmitatem habere*; quia vtriusque vna, & par ratio erat quare ventri indulgeri non posset; scilicet quia nondum homo est, at cum libertatis fauore Iustinianus pro nato esse decreuerit, proculdubio iam remoto impedimento directæ, & fideicommissariæ libertatis capacem esse nondum natum adhuc in vtero existentem ad manumissionem consequendam dici debet: alia tradit ex multis Narbona *hic* applicanda dicto *anno 10. q. 7. ex n. 10.* ad finem.

Ad quartam quæstionis partem, an Dominus
possit compelli, vt seruum suum manumittat aliqua 33
de causa? Breuiter respondeo affirmando, vt si v. g Domino serui legetur, dum tamen seruo donet libertatem; quia si legatum accipit, manet in obligatione manumittendi seruum, interim, vt nec sit exemptus, & si plus sit in pretio serui quam in legato ex *l. generaliter 24. §. si quis alienum, l. debitor 45 in princ. & in §. fideicommissaria, ff. de fideicommis. libert, l. si ea 13. cod. ad leg. falcid.* ex ea ratione, quia tanti seruum æstimasse videtur,

qui

qui simile legatum agnouit, quantùm est in legato non pluris, *l. lmp. erater 70. §. si centum ff. de leg. 1. l. sed si non seruus 36. ff. ad leg. falcid.* sic Iacobus Cujacius, & Anton. Faber. *in expositione textus in l. 33. ff. de minoribus.*

34 Verùm si ille, qui accepit legatum, nondum explesset annum 25. iuxta iam adductam *leg. si rogatus 10. ff. de manumiss. vindicta in princ.* beneficio restitutionis succurretur, veluti si rogatus fuerit manumittere et seruum suum, qui pluris, quam in testamento ei legatur sit, & legatum acceperit, non cogatur præstare libertatem, si legatum reddere paratus sit *d. l. si minor. 33. ff. de minorib.* quod ita accipiendum esse admonet *ibi* Dyonis. Gothofred. & confirmant Ant. Fab. *in d. l. 33.* & in Papionanea *tit. 6. princ. 1. illat. 3.* Osuald. *lib. 21. Donelli cap. 12. litt. B.* si libertas seruo nondum sit à minore præstita, nam si iam præstitisset, nullos vtique locus esset restitutioni aduersus libertatem, vt *in l. verum 11. §. 1. l. si ex causa 9. §. fin. & leges sequentes ff. eod. totus titulus cod. si aduersus libertatem.*

35 Vnde colligit D. Didacus de Narbona *anno 25. 4.75.* vigesimum quintum annum excessisse debere eum, qui agnitò legato, ad prædictam manumissionem coostringendus est quod etiam & in fœminis obseruandum dicit, quoties similifideicommisso grauatæ existunt, siquidem hæc ætas maior quæ ad huiusmodi compulsionem desideratur in masculis, & in fœminis æqualis est: argum. eorum, quæ dixi *in Rub. de litis contest. q. 15. in fine de rustico, & muliere restituendis.*

36 Pro complemento adiicio hic quod etiam quis inuitus manumitti potest, vt patet ex *l. fin. cod. de testam. manumiss. l. qui potest inuitis ff. de reg. iuris* & ob hanc rationem, nondum natus, & in vtero

37 existens, antequam experiatur eius voluntas. † Cum manumissio sit actus omnino dependens à manumissore: ita Coellat *de manumissione p. 2. n. 58.* Narbona *dict. anno 1. q. 14. n. fin.* & ambo ex Aldrobandino *in d. §. fin inst. de libertinis. n. 24.*

38 Ad vltimam quæstionis partem pro complemento eorum, quæ diximus *supra* in *vers. ad primam* breuiter dicendum est pupillum, qui infans non est, vt ait Paul. *in l. pupillus 23. ff. de manumis. vindicta*, apud consilium rectè manumittere, scilicet tutore authore, planeque constare, non aliter pupillum etiam in concilio, & annuente tutore proprium seruum libertate donare posse, quàm si septimum annum, qui infantiæ terminus est, & vltima linea extitit, transcenderit, vt cum glossatoribus omnes tenent, & Ant. Fab. *in Iurisprud. Papin. tit. 6. in prin. 6. illat. 9.* Mandosius *de ætate minori c. 4. n. 25.* ex ea ratione, quia seruus cum pupilli sit, ab ipso pupillo, veluti Domino, non verò à tutore, manumitti debet; eo quod Ius manumittendi sit solum penes Dominum serui, *l. si deicommissariam 6. cod. qui manumit. non poss.* nec manumittendi potestas patrimonij administratione comprehendatur.

39 Et quare maior infantia debeat esse Dominus manumittens, videtur desumi ex formulis iactis *supra* in *vers. ad secundam*, quibus sine illis solemnibus, manumissio expediri nequibat, vt *in dict. l. manumissiones 23. ff. de manumissis vindicta*, iunctis, quæ ex Boet. Lucio, & aliis, congerit Baroabas Brissonius *lib. 8. de formulis pag. 817.* & sic quod fieri ab eo oporteat, qui naturaliter proferre possit, non quidem ab infante, & septennio minore, cuius tanta penuria est, vt inde infans merito

40 cognominetur. † Et forte ideo *in d. l. pupillus cum authoritate tutoris, & in d. l. manumissione*, cum verbis, vt fiat manumissio, requiritur absque eo, quod obstet, quod *in d. l. manum.* dixit Heringius, nempe per lictores hodie manumissioné expediri solere, Domino tacéte, expediri solitum esse verba solemnia, vt diximus etiam de Prætore Romæ, & Proconsule in prouinciis in dicto vers. *ad secundam* late, quia respondetur cum Ant. Fab. *d. illat. 9.* D. Didaco de Narbona *anno 7. q. 16. ex n. 6.* non id illam rationem habere, quod hodie sublata sit illa verborum solemnitas, primis téporibus requisita, sed quia, vt in prædicta lege cauetur, verba solemnia, licet non dicantur, tamen vt dicta accipiantur ab eo, scilicet qui cum naturaliter ea eloqui potuisset libenter tacuit: sicque iam per *dict. l. manumissiones patet*, vt consuetudine, non sine aliquo libertatis fauore, & priuilegio, admissum sit, etiam tacente Domino, & nullis ab eo prolatis verbis, actum manumittendi consistere.

QVÆST. II.

An seruus qui Domino suo operas præstat manumissus, aliquo temporis spatio, ab hac præstatione liberetur? Et quare seruus ab Ecclesia manumissus possit ordinari? Et an per suum obitum, quod acquirit, sit Ecclesiæ manumittentis? Et quare, si Ecclesiam manumittentem accuset, vel contra eam testificetur, debeat libertate, & ordine priuari cum iam semel libertatem adeptus, & sibi acquirat, & possit in iudicio petere, ac testificari?

SVMMARIVM

1 *Ætas sexagenaria debet afferre quietem à laboribus, & præstationes operarum Domino suo à seruo manumisso n. 5.*

2 L. libertas 33. ff. de operis libertorum n. 3.

3 *Annus quinquagesimus quare liberet libertum à seruitio sui Domini n. 4.*

4 *Senex dicitur, qui peruenit ad annum quinquagesimum.*

5 *Ætas sexagenaria ad senectutem viri correspondet ætati quinquagenariæ in fœminis.*

6 L. 5. tit. 11. lib. 7. recopil.
Spicas colligere in messibus rastrojos solis fœminis quinquagenariis permittebatur.

7 *Æthyopiæ gês certa erat, cuius multi post 180. annos ditioribus consueuerant operas dare.*

8 *Libertus manumissus ratione tanti beneficij, manet sub patrocinio Domini, cui tenetur officiosum animum monstrare, & obsequium n. 9. 10. 11.*

9 *Manumissus habetur loco filij, & præstat operas, etiam Patrono mortuo n. 11.*

10 *Ius patronatus serui manumissi, incumbit manumissori; quid hodie, quatenus ad successionem n. 11. & etiam respectu Ecclesiæ manumittentis n. 12.*

13 *Manumissus accusans Dominum, aut filios vel in eos testificans, vt ingratus, reuocatur in seruitutem & quare n. 22.*

14 *Manumissus nequit accusare, nec testificari in haredes extraneos sui Domini.*

15 *Libertus ob ingratitudinem, potest in seruitu-*

tem renocari, & si minor, & papillus n. 16. 17. à Domino, & liberis, etiam si manumissor pecuniam accepisset n. 18. & etiamsi omne ius liberto remiserit 19.

16 *Libertus ob manus inæstimabile, accepta libertatis, debet reuerentiã, & honorem Domino, filiis, & hæredibus etiam præstare extraneis.*

17 *Vestigia seruitutis pristina, quæ de causa maneant in manumisso.*

19 *Filius ingenuus, quatenus ob ingratitudinem dicatur renocari in seruitutem.*

20 *Patronus potest corrigere leuiter manumissum.*

21 *Liberti ingrati, quibus legibus antiquis, ac causis in seruitutem reuocabantur, & quis primo introduxit n. 22.*

22 *Græcus quidem introduxit reuocare in seruitutem ingratos libertos.*

23 *Domini non poterant per se reuocare ingratos libertos in seruitutem, sed cum Iudicio aliorum, causa cognita.*

24 *Patrono læso a manumisso, temporibus Claudij, & Neronis concedebatur, vt vicesimum vltra lapidem in oram campaniæ posset relegare illum ingratum.*

25 *Liberti, vasalli, & donatarij laborantes egestate, Dominos tenentur alere n. 26.*

27 *Libertorum operas solebant Domini egestate laborantes aliis locare, & n. 28.*

29 *Ingrati liberti in seruitutem redigantur propter instantiam, contumaciam, culpam offensa.*

30 *Libertate priuatus per sententiam, siue Principe, non recuperat libertatem.*

31 *Liberti ad honores admittebantur, si Ius aureorum annulorum impetrarint.*

32 *Libertus pater, qui ob ingratitudinem reuocatur in seruitutem, nocet libertis suis.*

1 AD primam quæstionis partem, quia sexagenaria ætas debet afferre quietem à laboribus,
& functionibus corporis, vt in specie textus *in l.*
in metallum 22. ff de pœnis, vbi obligatus seruire,
& operas præstare ratione commissi delicti, liberatus senectute; ideo euenit, vt libertus sexagenarius ad easdem operas, quas promisit, dedirque iuuenili robusta ætate, compelli non debeat, putant
Franc. Canon. *lib. 2. comment. c. 8 paulo post. princ.*
Baeca *de inope debitore cap. 7. n. 4. & 7.* Narbona
anno 60. q. 9. vbi pluribus comprobat exemplis *à*
n. 1. & sequent. q. qui intelligunt procedere in illis
operis, quæ corporis viribus perficiuntur, & quæ
senectuti non conueniunt, vt *in l. nec audiendas*
17. ff. de operis libertor. d. l. in metallum ff. de pœnis.
2 Sed videtur obstare Paul. *in l. liberta 35. ff. de*
operis libertor, vbi liberta maior annis quinquaginta, non cogitur operas præstare Patrono, vt refert Valascus *de priuileg. miserab. pers. q. 18. n. 17.*
quia vt scribit Ioannes Garcia *de nobilit. gloss. 118.*
3 *§. 1. n. 2.* † Quinquagesimus est primus in ordine
post quadragesimum nonum climatericum minorẽ
vitæ humanæ acerrimum insidiatorem, quo incipit
humanum corpus senecturis, & grauescentis ætatis incommodo plus solito fatigari, & propter hoc
conuenientissimum fuisse hoc anno omnia munera personalia, omnem corporis exercitationem,
quasi de fractis viribus, & labefactato corpore, saltim in fœminis conticescere; & quia vt ex Rolando, & Riminaldo Iuniore tradit Stephanus Gratianus *discept. forens. c. 120. n. 14.* quinquagenaria
non potest dici apta ad quærendum victum, & ser-
4 uiendum: argum. text. *in cap. considerandu d. 86.* †
Cum dicatur senex, quæ peruenit ad huiusmodi
ætatem; & sic eam non esse excludendam à beneficio, *auth. præterea cod. vnde vir & vxor*; quia magis indiget seruiri, quam aliis seruire, cui consentit Anton. de Amatis *decis. Marchiæ 72. n. 22.*
Aloys. Riccius *collect. decis. 1862. in fin.* dicens
hæsitandum non esse quidquid voluerit Buratus
decis. 129. n. 33. & faciunt aliqua, quæ dixi de
ætate senili *supra sub tit. de ætate ordin.*
Verùm quia DD. communiter scribunt ætatem
quinquagenariam, quæ vocatur senilis in mulieri- 5
bus, in viris correspondere sexagenariam, eo quod
robustiores sint indirectè dicendum est iuxta *d. l.*
in metallum, libertum sexagenarium liberari ab
operibus personalibus, quæ corpore exercentur
modo *d. sub n. 1.* idemque procedere in quinquagenariis mulieribus liberti iuxta dicta de ætate senili
in fœminis. † Pro quibus facit *lex Reg. 5. tit. 11.* 6
lib. 7. noua recopil. vbi tantum fœminis quinquagenariis permittitur spicas colligere post messes
factas vulgo *en los Restrojos*, quasi illa opera concedatur fœminis virium defessis, non sic aliis ætate ea minoribus, quæ valent in aliis laboriosis operam dare: ita Gratian. *vbi supra*, Narbona *d. anno*
60. q. 7. n. 4. † vbi dicit monstruosum esse quod 7
narrat Postellus *in cosmographia*, videlicet de certa
Æthyopum gente, vbi multi post centum, & octoginta annos consueuerant ditioribus locare operas
suas, quod à communi natura extraneum videmus.
Ad secundam quæstionis partem, de qua Ægid. 8
Bellam. *hic* optime discutit, & Abbas, ac cæteri
antiqui rationem desumunt à vi Iurispatronatus,
quod acquirit manumittens in libertum manumissum, & recta quidẽ ratione id videtur exposci:
nam cum ex omnium infimo, & miserrimo statu
ad omnium optimum manumissionis beneficio
perueniat, sequitur, vt naturali, & ciuili ratione libertus gratum, ac officiosum animum circa tanti
muneris largitorem se habeat. † Cum sit manumis- 9
sus loco filij habeatur iuxta Iustinianum, *princip.*
inst. de legitima patron. tutela; sic vt tanquam naturali parenti obsequium præstare debeat; *l. 2. &*
per tot. ff. de obseq. à lib. præst. & cod. eodem, l. 1. &
seq. cod. de libert. & eorum lib. l. 8. tit. 12. p. 4 † Iu- 10
reque optimo manumissori iuspatronatus maiores
cõcesserunt, quo ipsi patrono, eiusque liberis in libertum, eiusque bona, & successionem prospectum
dicunt, ac positum esse in obsequio operis, & in
bonis ipsius liberti vt latissimè liquet ex pluribus
titulis, *ff. & cod.* quos narrant Pichard. *prin. inst. de*
succes. lib. Conan. *lib. 2. comment. à c. 6.* P. Greg. *2.*
p. syntagm. lib. 14. à c. 5. & ex l. 1. & seq. tit. 22. p.
4. & ibi §. 1. n. 5. Vbi quid lex Papia concesserit
Patronis, † quod ius quatenus ad successionem im- 11
mutauit Iustinian *in §. sed nostra 3. d. tit. de succes.*
libert. & quid amplius ibi Iustin. *in §. multis 4.* alia
dicunt DD. ex tit. *inst. de assignat. libert.* & si non
quatenus ad honorem, obsequia, reuerentiam, operas alimenta, & alia id genus plurima, vt *in l. 1.*
& 2. cod. de in ius vocando, l. officio cod. de negotiis gest. l. etiam libertis l. libertos cod. de obsequiis
patr. præst. & ff. eod. fere per totum, l. 1. & per totum
ff. de offic. præfecti vrb. nec tantum viuis patronis,
sed & mortuis, *l. apud celsum §. aduersus in duobus*
locis ff. de doli mali except. & etiam si pactione
data manumissus sit, *l. etiam qui cod. eodem*, & si
faciat contra, *l. si quis à liberis §. si quis à liberti*
ff. de liberis agnoscend.
Vnde & si respectu manumissionis factæ ser- 12
uo ad ordines consequendos, deberent prædictæ
successiones

successiones cessare respectu Dominorum prioa-
torum manumittenoium:tamen respectu Ecclesiæ
manumitteotis potuit optima ratione,quam refe-
runt adducti Doctores,& Zabarell.Collect. Ioan-
nes Aodr.Anchar.Anania, Hostiens Henriq. In-
noceot.Butrios,Viuianus *in rationali Juris Pon-
tificij*,& Alagona , ac alij hic in textu nostro de-
sumpto ex Concil.Toletano 4 *c.73*.vt refert, Ao-
too.August.*collect.1.decretal.lib.1.tit.10.cap.4.*
13 Ad tertiam quæstionis partem ex proxime dictis
deducitur ratio,quare etsi libertus promisit io iu-
dicio petere,accusare alios,ac testis esse, adhuc ta-
men si accuset protronum manumissoré,vel aduer-
sùs illum,eiusque filios testificetur, reuocetur ad
seruitutem,vt ingratus:sic DD.per textum nostrũ,
& *in l.vltima cod.quia accusare non poss.*vbi quod
14 nec patronum † nec eius hæredes possit accusa-
re,nec aduersus eos testificari,*l.lege Iulia ff.de le-
gibus* , ac nequidem contra hæredes extraneos ,
glossa *in l.libertorum cod.de testibus*,Salicetus *in
d.l.lege Iulia* , oec patronum poterit in adulterio
vxoris depræheosum occidere,*l.si adulterium cum
incestu §.liberto ff. de adulteriis* , nec patronum
bannitũ ex statuto interimere:sic Tyraquelus cum
Angelo,Dyno,& Alberico *in l.si vnquam cod. de
reuocand.donat.*vers.*libertus*, Surdus *de alimentis
tit.8.priuileg.65.à n.54.*Zenedus *in practicis, q.
19.sub n.19.*Thomas Sanchez *de matrim. lib.7.
disp.24.n.13.*Axor *inst.moral p.3.lib.11.de donat.
c.8.q.5.*vers.*item donatio*, Rebellus *de oblig. In-
stitia p.2.lib.18.q.9.n.4.*Roderic à Cugna *in c.4.
n.5.dist.54* Martha *de Iurisd.p.4.cent.1.casu 90.
à n.11.*Cardosus *in praxi Iudicum*, vers.*seruitus
n.54.*Legistæ *in d.leg.*& Caoonistæ *in textu nostro*
15 † Dicentes posse libertum ob ingratitudinem io
seruitutem reoocari *in l.alimenta §.1.ff.de liberis
agnoscend.*cum similibus,& etiam minor *l.non so-
lum iunct.gloss.vlt.*& *ibi* Bald.*in omnibus lectur.
ff.de in integ.restit.*imo & pupillus proximus ta-
men pubertati,glossa in verb.*si arrogati*,verb.*redi-
gatur ff.de tutelis*,idque etiam propter Legem,*l.
2.cod.de libert,& eorum lib.gloss in §. illud vero*
in verb.*restituimus in auth,vt liber de cater.*quæ
declarat,quoquomodo id intelligatur,& glossa *in
cap.octana 15.q.2.*Innocent.*hic* Ioan Baber *in l.
1.cod.de ingratis libertis.*
16 Quorum ratio est euidens:nam cum vt diximus,
libertus à Domino acceperit summum beneficiũ,
vt etiam scribit Tullius *in 3.in Verrem actioni*,hoc
est libertatem,rem quidem inæstimabilem,*l.liber-
tas ff.de regul.Juris*,cum similibus *supra* adductis
vers.ad secundam,& ob id patrono,& ipsius vxo-
ri,liberis,& hæredibus,etiam extraneis honorem,
17 reuerentiam , & alia in vers. *ad tertiam* dicta †
propter quæ etsi seruus ad libertatem euentus re-
periatur,nihilominus manent in eo quædam vesti-
gia prioris seruitutis,*in l.vnius § seruus ff.de q.l.
seruus cod.eodem*,quasi non præstet ob ingratitu-
dinem , reuertitur ad priorem seruitutem ; intan-
tumque procedit,vt nec solum liberti reuocentur
à patronis in seruitutem propter ingratitudinem,
sed etiam ab eorum liberis,vt *in l.liberti eo tit.&
l.qui manumittuntur cod.de operis libert*,etiam si
patronus damnatus fuerit,*l etiam liberis cod.de ob
18 seq.patr.præst.*† Et etiam si patronus pro eo bene-
ficio pecuoiam acceperit,*l.Titius puerum ff.de ob-
sequiis à liber.præst.* quem textum ad hoc expen-
dunt Paulus Castrens,*in l digna vox post medium
cod.de legib.* & Roman;qui eum dicit aureum &
*sing.459.*Socin.*cons.4* vers.*postremo multum cla-*

re lib.3. Catelian,*in memorab.* incipit.*exemptus*,
Tiraquellus *in d.l.si vnquam n.31.in fine*, vbi ex
aduerso adducit,*l.1.cod.de libert.& eorum liber;*
& apertius *in l.si tius eod.de operib.libert.*
Et intantum poterit libertus ob ingratitudinem 19
ad seruitutem reuocari vt procedat,etiam , si pa-
troous omne Ius liberto remiserit *l.5.& 3.& d.l.
vltim.cod de bonis libert,& in dict.§.illud.vero*,&
ibi glossa verb.*restituimus in dict.auth.*vt liber de
cætero,nec vt tantum libertus,verum , & eius fi-
lius adeo ingeouus ob ingratitudinem in seruitu-
tem reducitur,*d.l.vltima,cod.de libert , & eorum
liber,& §.si vero derelictum iuncta gloss.*in verb *fi-
lios in auth.de nupt* vbi & id notat Angel,† item 20
quod leuis correctio conceditur patrono in liber-
tum,*l.prætor edixit §.præterea ff.de iniuriis* : alia
adducit Tyraquel.dicens vsque adeo libertos , &
eorum liberos esse patronis obnoxios,vt etiam di-
cta procedant , siue qui manumiserit sponte,siue
necessitate,*l.intestato §.1.de suis,& legit.hæredib.*
Quod si desideres rationem ex antiquissimo
fonte erpere , leges illud Valerij Maximi *lib. 2.* 21
quem repetit idem Tyraquellus *sub dict.n.31.*&
eo non citato Reuardus *lib. 1. conlectan.cap.11.
de ingratis libertis*, loquentes de illo Attenarum
memorabili instituto ibi:*age quid illud institutum
Attenarum,quam memorabile, quod coniunctus à
patrono libertus ingratus iure libertatis exui-
tur , supersedeo te inquit habere civem tanti mu-
neris impium æstimatorem,nec adduci possum , vt
credam vrbi vtilem quem Domi scelestum cerno,
abi,igitur & esto seruus,quoniam liber esse nesci-
sti*, & idem Valerius sic etiam de Massiliensibus
paulo post scripsit : *tres in eodem manumissiones
rescindi permittunt , si ter ab eodem deceptum
Dominum cognouerint quarto errori subueniten-
dum non putant;quia sua iam culpa iniuriam ac-
cepit qui ei se toties obiecit*;& quod primus apud
Roman.Claud.Cæsar sáxerit,vt Suetonius tradit
*lib.3.*aut Nero,aut Tacitus,referunt etiam Tyra-
quel & Reuard. quod ingratos, & libertos , de
quibus patroni conquererentur,Diuus Claud. io
seruitutem reuocauerit. † Et Baldus *in l.1.cod. de* 22
ingratis libertis scribit , quod quidam Græcus
Philosophus , qui primitus introduxit reuocatio-
nem io seruitutem fuit loquutus. Sequentibus
verbis:*esto seruus; quia liber esse nescisti*,vt ad ver
bum,nullo addito,refert Iason *in l.ex hoc iure in
2. effectu obligationis antidoralis ff.de Inst. &
Iure* , quem carpit Tiraquellus *de pan.sciente hu-
manitatis* , quo tendit illod,quod de Iacob.*cap.3.*
interpretatus est Beatus Ambrosius:*ita libertatem
accepisti , vt meminisse manumisseris tui debeas,
vt patrono tuo noueris legitimum obsequium de-
ferendum ne ab ingrato reuocetur libertas*,vt sen-
tit Reuard *supra dict.cap.11.in fine.*
Nec potestas data fuit Dominis ipsi euocan- 23
di prædictos libertos per se absque alio Iudice
ad semitutem propter ingratitudinem;sed ita po-
tius, vt patronos de ingratis libertis conquereo-
tes, Princeps audiret,audítaque causa,libertos in
seruitutem , si ita res videretur postulare , Prin-
ceps reuocaret, non Patronus.† Et enim tempo- 24
ribus Diuorum Claudij , & Neronis, oihil aliud
læso patrono, concedebatur,quam vt vicesimum
vltra lapidem in oram Campaniæ libertum posset
relegare,authore Tacito *annal.lib.13* & ideo im-
perante Nerone,cum actum esset in senatu de fraudibus libertorũ,efflagitatumque, vt aduersus male
meritos reuocandæ libertatis ius patronis daretur,

cæsarem senatui scripsisse, addidit idem Tacitus,
vt priuatim expenderent causas libertorum, quo-
ties à patronis arguerentur, in commune nihil de-
rogarent, & sic coniectari facile posse ait Reuard.
sub d.cap.11.lib.1.coniectan. nec D. Claudium, nec
Neronem ingratos libertos Iure patronatus, in
seruitutem à patronis reuocari passos esse, sed om-
nem de ea re dispositionem Claudium quidem sibi
reseruasse; Neronem verò senatui commisisse; &
videtur sic procedere de Iure canonico ex doctri-
na text. *in c. nullus* 4. statim sequenti, vbi si serua
accusetur apud Episcopum, degradatur, vt Domi-
no suo seruiat post ordinem sacrum.

25 Ex prædicto inquam Iure tandiu à populo Ro-
mano vsum, donec tandem Imperatoris commodi,
constitutio talis prolata esset *in l. 6. de agnoscen-
dis liberis*, per sequentia verba: *cum probatum sit
contumeliis patronos à libertis esse violatos, vel
illata manu atroci esse pulsatos, aut etiam pauper-
tatis, vel corporis valitudine laborantes relictos
primum eos in potestatem patronorum redigi, &
ministerium Dominis praberi cogi; sin autem nec
hoc modo admonentur, vel à præside emptori ad-
26 dicentur, & pretium patronis tribuetur.* † Sic in
§ 1. d. l. 6. vbi habetur, quod libertus vasallus, & do-
natarij in egestate non alentes suos patronos,
commodis acceptis, priuantur, Bartol, & Corduba
de Lara, ac Sebastian. Neuius, *ibi in syntegma*, Co-
lerus *de alimentis, lib. 1. c. 13. n. 90. & lib. 2. c. 5. n.
51.* Ripa *in l. generaliter q. 35. & 39. cod. de reuo-
cand. donat.* Clement. in *de patria potest c. 6. effectu
17. n. 2. 3. & 4. & de pœnis alimentorum denegan-
tium in aliis casibus*, Pinel. *in l. 1. 57. cod de bonis
maternis*, Marcus Mantua *lib. 2. obseruat c. 6.* idem
Colerus *de alimentis dict. lib. 1. cap. 5. n. 52. &
lib. 1. dict. lib. 2. dict. cap. 5. n. 53. ad finem.*

27 Verum quod commodus Imperator de libertis
scribit, qui patronos paupertate laborantes relin-
quunt id de his libertis, videri accipiendum ait
Reuard. *d. c. 11. prope finem* qui eum & ipsi re sa-
tis tenui sunt; operas tamen suas locari non pa-
tiuntur: nam moris erat, vt patroni paupertate la-
borantes operas libertorum suorum locarent, &
ex operum mercede sustentarentur, vt patet ex *l.
25 ff de operis libertorum*, ea que de lege proba-
tur quod patronus liberti operas locans, non vi-
detur mercedem ab eo capere, & quod interdum
locando quis, magis operas exigit, quem merce-
dem accipiat, *l. 1.* vbi Castrensis, ac Salicetus *cod.
de operis libertorum*, & vtrobique Neuius Panor-
mit. *ad cap. inter dilectos n. 11. de donat*, vbi idem
Salicetus ait, quod opera libertorum si in locatio-
nis mercede consistunt, merces loco operum de-
betur Domino, vt probat etiam *§. item plerumque
dict. l. 25.*

28 Et quod prædicti moris Seneca meminisset *de-
clamat. lib. 5.* ibi: *bona bello perdidi ad restitutio-
nem nudus veni nunc libertorum operas desidero*,
probat *d. c. 11.* Riuard, vbi & quod Papinianus
meminerit liberti, quis operas, vel ministerium pa-
trono, luminibus capto exhibet, eumque propter
patronum à ciuilibus muneribus non excusatur
per leg. 17. ff. ad municip. nec mirum ait, cum ad
huiusmodi ministerium, grauissima pœna sit ad-
strictus; quia si patronum huiusmodi valitudine
laborantem relinqueret libertus D. Commodi di-
cta constitutione in seruitutem, tanquam ingra-
tus reuocari poterat, & tradit ea quidem etiam
vsus fuisse, posterioribus sæculis Romanos Vale-
rian. & Gallien. Augusti satis indicasse *in l. 30.
cod. de liberali causa* aientes *solo* obsequij non
præstiti velamento, datam libertatem rescindi non
posse.

Ad hæc omnia, & de causis quibus liberti in- 29
grati iterum in seruitutem rediguntur, videbis Go-
thofred, Zynum, Bartol, Bald, Angelum, Castrens
Salicetum, Cujac, *in d. tit. cod. de libertis & eorum
liber*, & omnes per textum *in l. si manumissus 2.
cum l. 3. & 4. fin. eodem tit.* etenim vt dicunt *in d.
l. 2.* Bartol, Bald, & Alex, & Cæpola *cons. 58.* Lu-
douicus Roman. *singul. 683.* libertus manumissus,
in pristinam seruitutem reuocari potest ob iactan-
tiam, contumaciam, leuisque offensæ culpam. † Et 30
in §. sane si y d. l. 2. patet, quod per sententiam
libertate priuatus, amissam libertatem non recu-
perat sine Principis restitutione, & quidnam hu-
iusmodi restitutio conferat; atque tribuat, Zaba-
rella *ad clem. quia de election.* Bartol. *ad leg. fin.
cod. de sent. passis* aliqua alia adiungit videnda D.
Francisc. de Amaya *in l. 1. & 2. cod. si seruus, aut
libertus lib. 10. n n. 40.* † Vbi quod liberti ad ho- 31
nores admittebantur, si ius aureorum annullorum
impetrarint, de quo dico *infra in cap. fin.* & qua-
tenus ingratus indignum se reddat, libertate ac-
cepta, aliisque beneficus, scribunt Rosental. *de
feud. cap. 19. conclus. 38. n. 83.* Peregrinus *in tr. de
Iure fisci lib. 2. tit. 8. n. 1.* † Et in tantum quidem 32
ingrati liberti, & eorum liberi propter ingratitudi-
nem, in seruitutem reuocantur, vt probant Bartol,
Bald, Salicetus *in l. fin. cod. de libertis, & eorum
libertis*, quod delicta, ob quæ pater libertus in ser-
uitutem reuocatur, noceant liberis post delictum
natis, vt *in d. l. 2. §. filiis*, Rosenthal *in tr. de feud.
c. 11. n. 2.* sed non ante natis, vt *ibi*. Quare optime
potuit Pontifex in textu nostro vsque adeo ingra-
titudinem plectere, vt in finalibus verbis textus
nostri proruperit in verbis sequentibus ibi: *non
solùm libertatis beneficio careant, sed etiam ho-
noris gradu, quem non dignitate natura, sed ne-
cessitate temporis promouerunt.*

Et de praxi ad reducendum in seruitutem anti- 33
quam seruum ingratum manumissum, est textus
in cap. nullus 4. proxime sequenti.

AD TEXT. IN CAP. IV. Nullus hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Ingratus seruus manumissus, qualiter reuoce-
tur in seruitutem* n. 2.

3 *Seruus promotus ad minores ordines, inuito, aut
inscio Domino, reputatur mere laicus, &
nec gaudet priuilegio fori, aut canonis.*

TExtus iste, vt ex littera constat, etiam spectat 1
ad ingratitudinem serui manumissi à Domi-
no, & ordinati nolentis recitare horas canonicas
Domino suo in superbiam elati. Et quatenus ad
hanc partem sufficienter faciunt quæ proxime di-
ximus *ex c. de famulis 3. q. 2. vers. ad secundam*, &
vers. *ad tertium*, vbi de ingratitudinis speciebus,
ob quas libertus reuocatur in seruitutem male
meritus. Et ad alia de intellectu huius textus dixi
supra sub cap. 1. † Et ad praxim, qualiter seruus 2
ingratus

ingratus manumiſſus redigatur in ſeruitutem, vt Domioo ſuo ſeruiat, docet Pontifex hic quod accuſatus apud Epiſcopum, qui ordinauit, degradatur: quare poteſt hic repeti materia degradationis, de qua plura dixi, *in cap. cam non ab homine de*
3 *iudiciis*, † Et quia gloſſa fin. hic, *& nullo priuilegio clericali gaadebit*, quod ſeruus promotus ad minores, inoito, aot inſcio Domino, illi reſtitutus, reputatur promere laico, & earere debeat, tum fori priuilegio, tum canonis videbis dicta *ſapra ſub cap. 2. in quaſt.* 1. Et quare poſſit Dominus manumittens retinere operas ſpirituales, dixi *ſupra ſab cap. 1. boc tit.*

QVÆST. I.

An ſerui adipiſci paſſint libertatem aliis modis prater manumisſionem, & modos, de quibus dictum eſt ſub cap. 1. & in Rub. q 1 *An per adoptionem? An ſi Daminus canſentiat in matrimonium, perſana libera ignorante? Et eam acquirat ſeruus infidelis, ſeu hareticus, ſi conuertatur ad fidem? An ſerui chriſtianorum qui in tribunali ſancta inquiſitionis damnantur, tamquam haretici, fiant ipſa Iure liberi? Et an ſerui, qui à Domina ad turpia ſalicitantur, maneant ipſa Iure liberi? Et an ſerui, qui plenam libertatem acquirunt, acquirant eam pro tota orbe?*

SVMMARIVM.

2 *Seruus liberatur à Domini poteſtate prater manumiſſionem, vindictam &c. etiam ſi agrotantem illum, eius Dominus de relinquat, nec alat.*
3 *Seraus de Iure liberatar, ſi Dominas illum haredem inſtituat, vel tutorem filio ſuo nominet, etiam nulla mentione libertatis facta* vt n. 4.
5 *Ancilla, qua ia vxorem à ſolato accipi poſſet, & ab eo habita, vt concubina, libera ſit, & filij in ea babiti, concarrentibas, qua bic ponuntur.*
6 *Seruus proprius, nec alienus adoptari poteſt, nec libertas, ſed ſi nominetar filius, libertatem nanciſcitur* o. 7. *& quare*. n. 8.
9 *Manumiſſionis modas duplex per adoptionem ſerai in filium, vel ſi ſeruas nominetur filius a Domino* n. 10.
10 *Actus vt valeat in ambiguis, interpretatar, qaaliter poſſit valere, & ſi non valeat, vt agitur* o. 11.
12 *Serna, vel aacilla accepta in vxorem à viro libero, ſciente Domino, nec contradicente, libertatem nanciſcitar, vel ſi Dominas illam viro tradat, aat dotet, vt* n. 13. *& quare?* n. 14. *conera Rebellum.*
17 *Serai chriſtiani facti conſeqaantur libertatem, ſi Dominus infidelis remaneat, aon ſic ſi eodem tempore conuerteretur, &* n. 18.
19 *Seruus haretici reconciliati in ſancto officio libertatem nanciſcitur, ſi ſit chriſtianus de Iure* o. 10. 21. & 22.
20 *Serai chriſtiani ab iaſidelibas comparati, ad libertatem perdacuntar, &* n. 26.
21 *Filij propter hareſim paternam liberantur à patria poteſtate ipſo Iure ante ſententiam declaratoriam, vt* n. 25.
22 *Mancipia chriſtiana ob Domiaoram hareſim, libertatem conſeqauntar, &* n. 24. *& ſi Iuſto bello capta ſint, vt* o. 26.
25 *Seruus infidelis delatando Dominum in ſancto officio ſaper hareſi, conſequitur libertatem.*
29 *Serai infideles eorum, qai infideles, Iudei, aat haretici fuerint, poſſune ad Eccleſiam confagere baptizari, adeque liberi fient.*
30 *Ancilla ſolicitata coacte per Domianm ad turpia, libertatem conſeqatur: idem ſi Dominus illam proſtituat, vt lucram faciat.* n. 51.
31 *Serua ſolicitata à Domino turpiter, libertatem condonare valet Epiſcopus, & debet.*
32 *Seruus inbamaniter tractatus à Domino, vt hic liber ſit, & etiam ſi ad peccandum per Dominum indacatur, vt* n. 33.
34 *Seruas, & famulas verius eſt, vt non poſſiat litteras amatorias deferre, datas ei à ſuo Domino* n. 35.
35 *Seruus, aut famalus nequit eſſe internancias ad colloquendam de tarpibas cam Domini concabina.*
36 *Turpia ſcribere verba, num liceat aliquando.*
37 *Concubina num iaſequi poſſit à ſerao, vel famalo, Domino, vel Hero mandante, vt ſciatur vbi habitat.*
38 *Seruus non tenetur Domino obedire ia his, qaa per ſe mala ſunt Iure naturali, aat Diuino. Qaid ſi lege Eccleſiaſtica, vel ciuili? Et quid ſi vxorem Domini occidat de eius mandato ſaſpectam de adulterio* n. 39.
40 *Serui aon inuenientes Dominos, quibas ſeruiant, ne fame pereant, videntur liberi fieri per Ballas & ſtylo Roma; ſed ſi à Dominis inueniantur, videatar redigi in ſeruitutem, vt* o. 41.
41 *Serai à Domino manumiſſi libertatem conſequuntur.*

Difficultates, de quibus in hac quæſtione, & ſi non multùm pro expeditione litteræ textus noſtris expediant, conuenit autem de illis agere, vt ſciatur, num ſint alij modi, quibus ſerui liberentur à ſeruitute, taliter vt valeant ordinari, etſi nulla præceſſerit Domini expreſſa manumiſſio. 1

Ad primam ergo difficulatis partem dico, præter manumiſſionem antiquam vindicta, ex ſacris conſtitutionibus, teſtamento, per nuncium, aut per epiſtolam, qnas explicaui *ſab q. 1. Rubrica, & in cap. 3. q. 1. in fine* alios eſſe modos nam ſi Dominus, vel alius, eo ſciente occ contradicente, vel poſt factum approbante infantem ſeruum exponat, quod idem eſt, ſi ægrotum ſeruum derelinquat, eique alimenta non præbeat, ſeruus quidem liber fiat; ſic vt nec incidat in Domioum illius, qui eius derelicti, vel ſuſpecti, curam ſuſcipit: ſic probant DD. ex doctrina textus *in cap. vnico de infantibas expoſitis l. 2. & 3. Cod. eodem, l. vlt. ff. pro de relicto, l. vnica §. ſed ſcimus Cod. de* 2

latina libertate tollenda, & faciunt aliqua, quæ dixi in cap. 16. de Iudic. q. fin. & in cap. 1. supra de filiis præsbytor. sub quæst. 1. & 2. Vbi quod expositi ad ordines, multi putant vt non sint irregulares.

3 Alius quidem modus erit si aliquis seruum suum hæredem instituat, vel tutorem filio suo relinquat; quia eo ipso concedere videtur ei libertatem: sic DD. per textum in l. penult. in princip. Cod. de necessarius seruis hæred. instit. § idem quoque Iuris, instit. quibus ex causis manumittere non liceat, & ex princip. instit. qui testamento tutores dari possunt, & vtrobique Anton. Faber in Papinianea Mynsing. Pichardus, & alij instituarij, & in §. seruus autem à Domino, instit. de hæredib. instit. l. quidam. 5. Cod. de neces. hæredib. instit. l. 3. ibi: seria porende heredero eldre maguer non se vbiesse a forrado. tit. 3. p. 6. l. quaro 32. §. lucius
4 ff. de testam. tutela. l. 7. tit. 16. p. 6. † Et hoc siue facta sit mentio expressa libertatis, siue non; quod idem procedit, quando tutor à Domino fit filius suis, quia consequitur, & tutelam, & directam libertatem ipso iure, vt in l. si filiusfamilias 7. ff. de tutelis, l. filius 9. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni Iuris, l. lucius 21. ff. de adimend. legatis, l. si quis in tres 18. §. Imperator ff. de excusat. tutor, l. 4. 7. & 14. tit. 16. p. 6. exornant Caldas in l. si curatorem verbo sine curatore ex n. 105. Cod. de in integ. restit. Conanus lib. 2. cap. 1. comment. qui & alij explicant Iura, quæ videntur labe factare hanc conclusionem.

5 Aliter etiam modus, si vir solutus, & nullo alio impedimento ligatus, ancillam solutam, quam posset in vxorem accipere, habuit vt concubinam vsque ad mortem, tunc eum dicunt DD. per textum, in l. vltima cod. de manumiss. Et si nihil de ancilla, & de filiis in ea habitis Dominus dixerit, liberi manent, quod priuilegium dicunt procedere sic, si duo concurrant, nempe quod dimiserit turpem vsum ante mortem, & quod filiis nati non sint ex concubitu damnato, sed ex soluto, & soluta, vt docent Machardus, tom. 2. lib. 6. p. 7. tr. 3. docum 9. per totum, Fagundez, de Iust. lib. 2. cap. 6. Hurtad. disp. 1. dif. 22. Diana, p. 7. de seruis tr. 7. dif. 16. de prædictis modis ita sentientes.

6 Ad secundam quæstionis partem, an per adoptionem seruus liberetur à seruitute? Et licet definitum sit, vt nec seruus proprius, nec alienus, item neque libertus adoptari possint §. fin. inst. de adoptionib. l. si pater in fine ff. de liberis, & posthum. l. 5. tit. 16. p. 4. hoc ideo, quia diuersæ species Dominicæ, & patriæ simul cohærere non possunt
7 † Tamen eo ipso, quod proprius, vel adoptetur, vel apud acta nominetur filius, libertatem nanciscitur, vt Iustinianus definit etiam in dicto § fin. de adoption. dict. l. vnica §. similique modo de latina libertate toll. quod dicit Pichard in dicto §. fin. esse notabile ad textum in §. multis inst. dicto §. fin. instit. Hotoman. enunciat. 2. Diana dicta p. 7.
8 tract. 7. res. 15 † Dicentes per adoptionem illam libertatem protinus, sine præcedente aliqua manumissione, serui collatam intelligi; tum quia alias adoptio isthæc nullum prorsus effectum haberet; tum quia specie differentes potestates, patria scilicet. & Dominio mutuo consistere, & cohærere non possint, nempe vt aliquis filiusfamilias, & vere serui vice fungatur, vt notarunt in dicto § fin. vulteius & Mynsing. n. 1.

9 Explicantur ergo ex dicto § fin. de adopt. à Iustiniano duo manumissionis modi, prior, vt dictum est per adoptionem serui in filium, per quam libertas, sed non filiatio seruo tribuitur; eo quod seruus à Domino adoptari propriè non possit, vt indicant textus in l. vltima ff. de statu hominum, & in l. vltim. Cod. de adoption. † Alter ve- 10
rò modus si Dominus nominet seruum filium: nam ex tali nominatione apud acta seruus consequitur libertatem, ne alioqui plene inutiliter eam factam quis existimet, cum ad ius filij siue (vti loquuntur) filiationis ea minime prosit, dict. l. vnica dict. § similique modo Cod. de latina libertate toll. Et sic in confirmationem adducunt DD. duo axioma; primum quod in ambiguis ea est capienda interpretatio, quæ facit vt actus valeat, potius quàm pereat Iuxta l. quoties 12. l. vbi est 21. ff. de rebus dubiis, l. cogi 16. in fine princip. ff. ad senatconsult. Trebel. l. in obscura. ff. de reg. Iuris, † se- 11
cundum si id quod ago non valeat tamen, vt valere potest, vt post Accursium in dicto §. fin. & alij DD. vbi docent etiam Alciatus lib. 1. Parad. cap. 6. & Salomon. in l. Gallus 29. §. quoniam recte ff. de liberis, & posthum. & faciunt quæ latè dixi de effectu nominationis filij sub c. per tuas 10. de probat. de aliis hic conducibilibus dico infra sub c. fin. hoc tit.

Ad tertiam quæstionis partem Machadus 12
tom. 2. lib. 6. p. 7. tract. 13. docum. 9. n. 6. Hurtadus de Iust. disp. 1. dif. 22. Diana dicta p. 7. tract. 7. res. 14. Cardinalis Lugo de Iustitia tomo 1. disp. 6. sect. 4. n. 33. dicunt quod si persona libera matrimonium contrahit cum serua ignorans seruitutem, eo ipso serua persona sit libera † Et idem docent 13
ex communi sententia, si Dominus ancillam in vxorem tradat homini libero, seruitutis non ignaro, si tamen Dominus instrumentum dotis Ancillæ conficiat, vt patet ex l. vnica § sed etsi quis homini, iuncta auth. ad hoc Cod. de latina libert. toll. & Iure Castellæ in l. 1. tit. 5. & l. 5. tit. 22. p. 4. videndi sunt cum multis Filiucius tom. 1. tr. 10. p. 2. c. 1. à n. 45. & 46. Hurtad. disp. 14. de matrim. dif. 2. n. 5. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 20. Ægidius Trulench. de sacram. lib. 7. dub. 5. cap. 9. sub n. 1. Basilius Pontius lib. 7. cap. 44. Cornejo disp. 7. dubio 8. Torreblanca lib. 11. pract. cap. 15. sect. 7. & alij quos sequitur Leander, de matrim. tract. 9. disp. 12. q. 20. & iure optimo † Quia eo ipso 14
quod Dominus non reuelat in hoc casu seruitutem sui mancipij, cooperatur iniuriæ coniugi libero illatæ in cuius delicti pœnam merito puniri dicunt è lege sui serui libertate, quam ipso Iure consequi ante Iudicis sententiam firmant.

Vnde etsi Reuellus de oblig. Iustitia q. 13. de 15
matrim. n. 6. dicat quod in foro interno Dominus non tenetur ad dandam libertatem, quando per ignorantiam inuincibilem, & sine animo decipiendi in prædictis casibus ita se gereret, vt non intenderet vllo modo Ancillæ libertatem dare nec mancipium consequi dicant Basilius, Cornejo Sanchez, & alij adducti) si illum Dominus tradat libero seruitutis conscio, sed ait Leander cum Castro Palao disp. 4. de matrim. tract. 10. puncto 5. §. 3. n. 1. & cum Trulench. certè nimis in consequenter eos loqui. 16

Imo etsi Lusius, quem citat Leander, supra q. 19. dicat quod si Dominus collocet in matrimonium Ancillam cum libero ignorante seruitutem, Ancilla non consequatur statum ingenuitatis: tamen verius est vt fiat liber seruus; quia eo ipso quod Dominus consentit in matrimonium serui, consentire videtur in id quod ad eius valorem requiritur,

quiritur,nempe in serui libertatem, vt habetur *in*
auth.de nupt.collat. 4. & de iure Castellæ,*in di-*
cto l.1.tit.5.& l.5.tit.22.p.4. ac docent Basilius,
Sanchez, Hurtado, Cornejo, Trulenq, Torre-
blanca, & alij citati.

17 Ad quartam quæstionis partem docent San-
chez, *in opuscul.tom.1.lib.1.cap.1.dub.5. num.4.*
Ægidius Trulenq. *in opere.morali tom. 2. lib.7.*
cap.2.dub.8.n.9. Diana, *p.6.tract.7.res.41.* quod
si infidelis, vel hæreticus habeat seruum infide-
lem, & hic conuertatur ad fidem, maneat ipso
iure liber; licet postea etiam Dominus conuer-
tatur ad fidem; verum si simul cum seruo con-
uerteretur, dicunt Dominum non perdere serui
dominium: ita illi, & confirmari videntur ex
18 dictis in vers. *ad quintam.* † Et addo Molinam,
de Iustit.tract.2.disp.39. vers. *quartus est*, & in
vers.*quintus* in fine,Rebellum, *de Iust p.1. lib.1.*
*q.13.à.n.2.*Barb.*in l.Deo nobis 42.fin.§.hi itaque*
cod.de Episcop.& Clericis n.23. & 26. vbi quod
serui Iudæorum per accessum ad fidem catholi-
cam libertatem nacti,postquam Iudæi Domini ad
catholicamprofessionem accesserunt, non inci-
dunt in pristinam seruitutem.

19 Ad quintam quæstionis partem,an serui Chri-
stianorum, qui in tribunali sanctæ inquisitionis
damnantur tanquam hæretici,fiant ipso iure libe-
ri?Et pro negatiua sententia faciunt Dominicus,
& Ioannes Andreas *in c.quicumque §.pro illorum*
de haret.lib.6.& alij per textum *in cap.vergentis*
eodem tit.extra,vbi eo quod omnia hæreticorum
bona ipso iure fisco addicuntur,& inter bona ve-
niant serui per textum *in l.Paulus §.fin.ff.de pig-*
*nor.*cum vulgatis,sequatur inde illorum domino-
rum seruos, qui de hæresi damnantur ad fiscum
spectare,& libertatem non acquirere,vti de praxi
in lusitania testatur Fagundez *de Iust.lib.2.c.6.n.*
13.& ego vidi practicatum semel in inquisitio-
ne Vallisoletana.

20 Tamen in puncto iuris per textum *in l. fin. §.*
his autem Cod. Episc.& clericis ex l.Manicheos
*C.de haret.*ibi:in vers.*seruos insuper extra noxam.*
per quæ notant DD.quod serui hæreticorum fiunt
liberi,& non confiscantur si fuerint christiani, seu
Catholici ex *l.vnica C.ne christiana mancip. ex*
c.1.& 2 & c.fin.de Iudais c.mancipia 54. dist.&
ibi c.fraternitatem, vbi quod mancipia Christia-
na à Iudæis comparata perducuntur ad liberta-
tem; item quod vindicentur serui in libertatem
qui ab infidelitate ad fidem accedunt;& ita Siman-
chas,*de Cathol.instit.tit.61.à n.8* addit cum Peg-
na,quod si aliquis hæreticorum post denunciatio-
nem sententiæ intra tempus gratiæ conuertatur,
eique à Rege omnia illius bona concedantur,ni-
hilominus christiana illa mancipia libertate do-
nantur,Sanctarellus,*de haresi cap. 37. dubio 3.*
Azorius *tom.1.lib 8.cap.11.q.7.* Vasquez *in p. 2.*
disp.169.cap.2.dub.12. Molinæ *supra tract.2.disp.*
*40.*Pegna,*in directorio p.3.comment.168.*Suarez,
*de fide disp.22.sect.5.n.6.*Sanchez,*in summa tom.*
1.lib.2.cap.24.à n.9.

21 Et confirmatur ex *dicto §.illorum §.quicumque*
*de haret.lib.6.*quo notant Doctores propter hæ-
resim paternam filios eximi à patria potestate,sui-
que iuris fieri,vt docent Molina,*de Iust.tract. 7.*
disp.9.vers.ab hac regula, & *disp.219.vers.tertius*
modus Sayrus,*in claui Regia lib.3.cap.9.nu. 30.*
*& lib.9.cap.7.n 7.*Lessius,*de Iustitia lib.2.cap.3.*
*dub.5.n.23.*Azor,*institu.moral.p.2.lib.2. cap. 21.*
*q.6.*Rebell.*de oblig.Iustit.p.1.lib.q.7.sect.1.n.23.*
Sanchez,*in precept.decalog.lib.2.cap. 16.n.18.*
& cap.4.à n.5 Sanctarellus,*de haresi cap.37.n.9.*
Barbosa,*in cap.fin.de haret.n.3.& 5.*† Vbi etiam 22
resoluit christiana mancipia ob dominorum hære-
sim libertatem consequi, & ita nostram senten-
tiam docent etiam Castrus,*lib.2. de Iusta heret.*
*punit.c.7.*Rojas,*singul.76.*Decius, *in tract. crim.*
*lib.5.c.44.n.22.*idem Pegna,*in director. dicta p.*
*3.q.119.*Paulus Comitol.*respons.moral.lib. 3. q.*
*41.ad fin.*Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.*
*17.n.7.vers.secundum,*Farin.*de haresi q.197.n.30.*

Et hoc taliter ex adductis iuribus consistere 23
existimo, vt quemadmodum filij, quorum paren-
tes deteguntur hæretici,efficiuntur sui iuris, nec
egeant aliqua emancipatione paterna, vt colli-
gunt DD. in princ. textus,*dicti §.illorum*, & per
glossam,*desierint ibi, etiam antequam per Eccle-*
siam fuerit declaratum, dicant etiam quod filij
fiant sui iuris ipso iure absque sententia declarato-
ria, inter quos Decius,*in tract.crim.lib.6.cap.44.*
*n.28.vers.& nota,*Azor,*instit.moral. p. 2. lib. 2.*
*c.21.q.6.*Lessius,*de Iust.lib.2.c.3.dub.5.n. 23. in*
*fine,*Molina,*de Iustit.tom.1.disp.9.vers.ab hac re-*
gula, & *disp.229.vers.tertius modus* Farin. *de ha-*
*resi.dict.q.197.n.29.*Sanchez, *dicto lib.2. sum-*
*ma cap.24.n.9.*Sayrus,*in claui Regia lib.9. cap.*
7.n.7.† Ita similiter respectu serui, qui Baptismo 24
fidelis sit;imo & Antonius Ricciulus,*de iure per-*
*son.extra grem. Eccl.exist.lib.2.c.28.*ait procede-
re, siue seruus fuerit olim Christianus, siue fuerit
de recenti,aut nunc Baptizatus,& *ibi n.4.*per tex-
tum,*in c.fin.d.dist.54.* pariter extendit, vt proce-
dat non solùm in Baptizato, sed etiam in eo qui
solam voluntatem suam declarauerit se velle Ba-
ptizari loquens, & alij sub vers.*ad quartam*, hic
de seruo illius, qui infidelis est.

Et amplius confirmatur ex Doctrina Castri 25
Palai, *to.1.tr.4.disp.5.puncto 26.num.18.* quam
sequitur Diana,*dict.p.7.tr.7.res.17.in fine*,dicen-
tium quod si seruus infidelis dominum apostan-
tem à fide, bono celo Inquisitoribus denunciaue-
rit, & si nullibi inueniatur concessa ei libertas, at
certè danda sit ei;præcipuè si spes subsit facilius
ad fidem conuertendum cum Pegna,& Sanchez,
& hoc quidem propter factum egregium, vt eius
Dominus puniatur:itaque idem Fagundez,quam-
uis de contraria praxi nostri dubij in Lusitanis te-
stetur,non quidem recedit ab hac sententia *ibi n.*
*13.*dum maiorem pietatem in authoribus lusita-
nis exposuit,addens in dubijs opinionibus,& pro
vtraque parte probabilius standum esse verbis le-
gis,& in fauorem libertatis,& fidei inclinandum,
& præter alios Barbosa *in dicto c. mancipia dist.*
*54.n.3.*in terminis cõcludit cum Castro, San-
chez,Pegna Simanchas,& Suarez relatis,& cum
Molina.*de Iust.dict.tract.2.disp. 40.per totam*,
tam de iure ciuili,quàm canonico multis funda-
mentis affirmatiuam tuente.*idem n. 43.in dicta l.*
Manicheos,& alibi in adductis locis.

Et faciunt etiam,quia vt patet ex *dicto c.manci-* 26
pia,Gregor. scribens Libertino Præfecto Siciliæ
*lib.2.epistol.36.seu c.76.*ait mancipia christiana à
Iudæis comparata ad libertatem perduci, & hoc
licet Iusto bello capiantur, et ad aliquod malum
contra legem christi excitentur, vt dicunt Co-
uar.*in reg.peccatum p.2.§.11.n.5.*Salon.*in tract de*
dominio q.3.art.1.post 3.concl Sayrus *in claui Re-*
gia lib.9.cap.6.n.12 indifferenter loquuti.siue Iu-
dæi sint Principibus Christianis subiecti,siue non,
contra Siluestrum in verb.*furtum,q. 6.* Sotum *de*
Iust.

Inst.lib.4.q.2.art.2.post 3.conclus. Molinam, *de instit.tract.2.disp.53.& disp.37.vers.ab hac conclusione* dicentes Christianos fieri captiuos Iudæorum, & infidelium, si capiantur bello iusto, & infideles non sint subditi imperio Christianorum, quod probabile indicant Saytus, *d.c.6.n.12. prope fin.* Lessius, *de instit.lib.2.c.5.dub.4.n.12.* Sed quia regulariter Iudæi tenere non valeant seruos Christianos, vt dicant Follet. *in constit. Regni tit. de Iudæis n.*8. Surdus, *de alimentis,q.18.n.9* Riccius, *supra n.3.* Barbosa, *in d.c.mancipia n.1.in fine*; ideo sine distinctione videtur tenendum tales seruos liberari.

27 Verùm si tales serui fuerint desertores fidei, & apostatæ, cum talibus non prosit priuilegium *dicti c.mancip.* vt docent Bañez, *in 2.2.tom.1.q.4.art.1. dub.12.& tom.2.tract.de Domin.q.2.* Saytus *dict. c.6.n.10.ad fi.* Valentia, *disp.3.tom.3.q.16 pun. 3.* Salon, *tract.de domin.q.3.a.2.post 4.conc.* dicendum est quod si emantur à Iudæis, seu capiantur

28 bello iusto, cadant in Dominio capientium. † Nec obstare quæ communiter DD. docent, & Diana, *dicta res.17.in fine*, quæsita nempe à seruis libertate semel, nunquam eos ad pristinam seruitutem redire, etiam si eorum Domini ad fidem reuertantur, & omnia bona illis restituantur iuxta, *dict. c. vergen. de hæret.* cùm libertas quocumque modo data, non reuocetur, *l.1.& 2.C.si aduers. libertat.* quia hæc doctrina non pertinet ad resolutionem huius dubij, quando nempe mancipium emitur, aut capitur à Iudæo.

29 Et quod serui infideles eorum, qui sunt Iudæi, aut hæretici possint ad Ecclesiam fugere, vt Christiani fiant, & facti Christiani fiant liberi probant per textum, *in d.l. Deo nobis C.de Episc.& Cler.* Lessius, *in suo tomo de quæst. Card.* Teitul. *lib.2. c.5.dub 5.* Egid. Trulenq. *supra dicto lib. 5. oper. mor.c.1.dub 6.n.2.in fine.*

30 Ad sextam quæstionis partem, an serui, qui à Domino ad turpia solicitantur, libertatem acquirant? & Fagundez *de Inst.lib.2.c.6.n.1.* Molina *de Iustitia tom.1.tract.2.disp.38.* Diana *p.7.tract. 7. res.13.* Cardinalis Lugo *de Iust.tom.1.disp.6.sect. 4.n.50.* Machado *de perfecto confessar.tom. 2.lib. 6.p.7.tract.13.docum.9.n.4.* dicunt quod si Dominus solicitat Ancillam suam ad turpia coactè, consequatur ipsa libertatem; etsi expressè cautum in Iure non reperiatur; sic vt tunc possit ea fugere, à Domino tractans se, vt libera, seu petere à iudice, vt Dominus eam vendat.

31 Et sic si Dominus prostituat publicè seruam in Lupanari, vel quouis alio publicco loco, vt turpiter abutendo suo corpore, publicè lucretur, maneat libera, docent Sanch. cum multis, *in concilijs moral.lib.1.p.2.c.1.dub.9.n.2.ex l.2.tit.62 p.7. ex l. 36.tit.6.& l.4.tit.22 p.4.* Ægid. Trulench. *in opere morali tom. 2.lib.5.c.2.dubio 6.sub n.2.* & addit Machado *vbi supra* per glossam, vt debeat Episcopus constito de solicitatione Domini illum censuris compellere, aliovè rigore, vt seruæ libertatem præstet ob abusum eum ea, vel quod ipse Episcopus queat seruæ libertatem dare, quemadmodum per DD. intellecta est lex, & glossa adducta.

32 Et idem si in humaniter seruus à Domino tractetur, veluti si famæ, frigore, siti, verberibus sine causa seruum affligat Dominus: nam sic facit ei in iuriam, à qua se per fugam possit liberari dicunt

33 DD. cum non suppetat alia ratio. † vel si à Domino ad al. quod peccatum inducatur, qui rogatus nolit desistere; eo quod non teneatur seruus cum periculo animæ suæ, Domino seruire iuxta illud Christi *si oculus tuus scandalizat te &c.* Trulenc. & Sanchez, *supra.*

Hinc infertur quod licet aliqui teneant, vt possit seruus, vel famulus deferre sui hæredi litteras amatorias ad concubinam Domini; quia hæc non videtur directa cooperatio ad peccatum, tamquam proximum instrumentum, sed magis remotè se habeat; sicque videri vt seruo, seu famulo liceat, saltem in aliquo casu, vt ad euadendam mortem sibi comminatam, vt docent Sa, verbo *peccatum n. 9.* Castrus Palaus citatus à Diana *p.7.tract.9.res.51. in fine.* † Tamen verius dicunt alij DD. vt non liceat seruo, aut famulo litteras amatorias concubinæ deferre, sicut nec esse internuncius ad colloquendum de turpibus com Domini concubina, vt docent Sanchez *in summa tomo 1.lib.1.c.7.n. 26.* Rebellus *de obligat. Iust.p.2.lib.1.q.14.sect. 7. n. 55.* Molfesius *in summa tomo 1.tr.8. c. 10. n.60.* Gaspar. Hurtado, *dis.9.* Diana *p.3.tract. 6. miscel. res.46.* Machadus *tom.2.lib.6 p.7.tract.11 n.6.* 34 35

Et licet Thomas Sanchez *lib.9.de matrim.disp. 46.n.34* asserat quod scribere verba turpia non sit intrinsecè malū, sicque vt possit dari casus, in quo licitum sit famulo hæri scribere litteras, verba turpia continentes, vt si alias immineret ei periculum mortis, vel alterius grauis nocumenti: at dicit Diana non esse recedendum à sententia contraria, qui limitat cum Molfesio & Sanchez, *vbi supra n.26.* Azorio *tom.1.instit moral.lib.12.cap.vlt. q. 8.* Hurtado *dis.9* & alijs. † quando Herus in dictis literis petat solùm à concubina, vt tali hora ad se veniat, vel ad talem locum, cum & possit etiam hoc famulus ei nunciare concubinæ; quia hæc actio continet rem indifferentem, cum non ad fornicandum, sed ad solum aduentum inducant; idemque dicit de famulo, cui præcipit Dominus, vt fœminam insequatur ad sciendum vbi habitat, vel ad inquirat, ac postea Dominum certiorem faciat; & quod eo minor causa famulum excuset si fœmina, quam insequitur sit honesta: alia adducunt videnda Diana, vbi de aurigis, & de alis operibus in differentibus, quæ ex iusta causa possunt serui ex mandato Domini exercere, idem Diana, *p.7. tract.7. dict. res 51. remissiuè,* vbi se citat, *p.5.* & late Vasquez, *opusculo de scandalo q.43 art.8.dubio 7.* Sanchez, *in summa tom.1.lib.1 cap.6.à n.12.* 36 37

Vnde etiam infertur certum esse non teneri seruum nec posse obedire in his, quæ per se mala sunt, vt quæ sunt contra ius naturale; vel ius gentiū, vel quæ sunt contraria diuinis præcepris, sed in his inquam, quæ Ecclesiæ, & legibus ciuilium Principum, dicunt DD. considerandum esse, an arctius obliget Ecclesiæ, vel Principi præceptum, quam Domini; & tunc ipsi potius Ecclesiæ, quā Domino parendum esse, quod si Ecclesiæ, vel Principis præceptum non ita arctè obliget, vt velit antepon præcepto Domini, tunc posse seruum tuta conscientia parere Domino; quia in tali casu non obligat Ecclesiæ præceptum, vel Principis: docent Azor, *tom.1.lib.1.cap.38.q.10.* Filiucius, *tom.2, tract.28.p.2.cap.3.n.46.* Trulench. *tom.1.in opere morali lib.4.cap.1.dubio 5.n.4.* † Diana, *p.7.tr.7. res.48.* vbi & ex Machado refert, *tom.2.lib.6.p. 7. tract.13 docum.1.n.4.* ex Iasone, & aliis iuristis, vbi seruum, qui Domini mandato compulsus occidit Domini vxorem suspectam de adulterio, fit liber à peccato in foro interno, nec in exteroo mori mereatur; at Diana cum quo & ego multùm dubitet 38 39

dubitet, de hac doctrina, cui standumnon esse dicunt Theologi.

40 Ad vltimam quæstionis partem respondeo cum Eminentissimo Cardinali Lugo *de Iustitia tom. 1. disp. 6. section. 4. num. 59.* Diana *dict. p. 7. tract. 7. resolut. 18.* qui dicunt, vt libertas comparetur per leges aliquorum locorum prout teste rebello in gallia serui omnes liberi fiunt, ne pauperes indignæ famè præmantur non inuenientes Dominos, quibus inseruiant, si aliunde serui & ancillæ exteræ asportentur, & similiter dicunt extare Bullam Pij V. quæ incipit *dignum, & rationi congruum*, quæ est 17. inter eius Bullas *in tomo 2. Bullary.* & alia Bulla Pauli III. quæ à Pio V. *ibi* citatur, in quibus conceditur, & renouatur facultas conseruatoribus verbis Romæ, vt quoscumque captiuos Christianos iam factos, & addictos conseruatores pro libertate confugientes, & libertatem proclamantes, liberare possint, eosque sic liberos factos, pro liberis hominibus, & ciuibus

41 Romanis vbique terrarum habendos esse decernunt.

Quod tamen priuilegium esse hodie in vrbis Romæ suspicantur, tamen extra territorium, & Dominium temporale Pontificis, non habeatur de facto rata illa libertas, sed vt Domini possint, vbi primum inueniant seruos suos extra illud territorium, sibi in pristinam seruitutem reuocare. Verùm si à Dominis plenè manumittantur, iuxta quæ dixi *supra in Rub. sub q. 1. & sub c. 1. & in c. præced.* existimos seruos libertatem consequuturos, pro toto orbe terrarum liberos fieri, & per ea, quæ dico *infra sub c. fin. hoc tit.*

AD TEXT. IN CAP. V. Consuluit. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

IN textu hoc de duobus decidit Pontifex, nempe vt spurij non sint ordinandi, de quo dixi latissimè *supra in Rub. & tit. de filiis Presbyteror.* secundum vt serui ordinarij non debeant, nec valeant, de quo iam late *in Rub. & Iuribus huius tituli.*

AD TEXT. IN CAP. VI. Es libentius hoc titulo.

PRÆMISSVM.

TExtus iste manet declaratus *sub cap. 1. q. 1. huius tituli*, cui adhærent dicta *supra in cap. de famulis 3.* & ibi *q. 2. hoc tit.* quare amplius de eius materia non esse agendum iudico, & quæ dicta sunt *ibi* de ingratis libertis; item, & quæ dixi *sub cap. 1. de seruis adscriptitiis.*

AD TEXT. IN CAP. VII. Miramur. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

QVatenus ex textu hic posset esse dubium iuxta antiquiora tempora, num ordo subdiaconatus computaretur inter ordines sacros. ideo poteris hic adiungere nonnulla, quæ dixi *sub Rub. & tit. de temporib. ordin. & in tit. de ætate, & qualitate ordinandor;* item & *in cap. 1. cap. fin. de sacramentis non iterandis*, vbi & sicut ex hoc textu patet subdiaconatus hodie in Ecclesia ordo sacer est, itaque ad effectum textus nostri, nempe vt seruus subdiaconus ordinatus debeat, aut non in seruitutem reuocari, poteris hic adiungere quæ dixi *in cap. 1. sub q. 1.*

QVÆST. I.

An Episcopus, seruo scienter alieno conferat ordinem subdiaconatus teneatur Domino dare duplam satisfactionem, sicut si conferret illi ordinem Diaconatus, ac Presbyteratus? vel reddi debeat Domino seruus ipse, veluti, si tantum esset ordinatus in minoribus.

SVMMARIVM.

1. *Subdiaconatus olim non reddebat inhabilem ad matrimonium, Presbyteratus, & diaconatus ordo sic.*
2. *Episcopus ordinans Diaconum, & Presbyterum seruum duplici satisfactione tenetur, idem si ordinet illum subdiaconum, nesciente, vel absente Domino n. 3.*
3. Cap. ex antiquis dist. 54.
4. *Subdiaconi debent seruare continentiam, sicut Diaconi.*
5. *Subdiaconi continentia à que tempore seruetur.*

ET videtur quod seruus subdiaconus ordinatus possit à Domino in seruitutem redigi, quia eodem modo censet lex de subdiacono, quod de minoribus ordinibus; quia subdiaconatus ordo sacer antiquitus non reputabatur, cum nec haberet votum continentiæ annexum, nec redderet hominem ad matrimonium inhabilem, sicut colligunt DD. ex verbis textus *in c. ex antiquis dist. 54.* ibi *reliqua vero officia* dicentes sub ea vniuersalitate subdiaconum comprehendi, tum etiam *ex c. si seruus absente 19.* de quo iam *supra* dixi *sub d. c. 2.* † videtur vt tantùm *Diaconatus, & Presbyteratus*, ordo sacer sit ad quos, si sciens Episcopus ascẽdat, absente, vel nesciente Domino, ipsi duplici satisfactione Episcopus remanet obnoxius, vt patet ex verbis ibi: *quod si seruus Diaconus, aut Presbyter fuerit ordinatus ipsa in clericatus officio permanente, Episcopus cum Domino duplici compensatione compenset.* 1 2

Tamen quia vt dixi, *sub dicto cap. 2. q. 1.* subdiaconatus sit sacer ordo nunc, vt expresse disponit Pontifex Alex. III *hic*; ideo quod dicunt DD. de ordinibus Diaconatus, ac Presbyteratus procedat, & in subdiaconatu respectu serui ordinari, nesciente, vel absente Domino; quatenus ad reddendam ei satisfactionem patet ex dictis *ibi* legendis: nã ex quo cœpit à const Greg. 1. relati *in c. sine triennium 31. dist.* & Vrbani 2. *in cap. erubescant dist. 32.* 3

*dist.*32.vt sit facer ordo, in quibus cum decernatur vt nullus subdiaconatus o dinetur, nisi prius castitatem promittat, ille sic facer ordo probetur; & ideo merito Pontifex hic putanit textum *in dicto c. ex antiquis*, extendendum esse ad insignitũ subdiaconatu; vt docent Campan. l. *in diuersorio Iuris can. Rub.* 13.*c.*8.*a.*5.*in fin.* Azor, *inst. moral. p.*2.*lib.* 13.*c.*13.*q* 2. Abbas antiq. Zabarela Collect. Bellam. Botrius. Ioan. Andreas, Innocent. Ananía, Panormit. Hostiens. Ancharran. & Barbosa *hic* remissiuè, Ximanez *in concord Iur. p.* 1.*&* 2. Alagona *in compend Iur. can* pag. 117. & alij, quibus addo Suarez bene explicantem *de cens. disp.* 31.*sect.* 3.*sub n.* 12.

4 Quod autem subdiaconi oporteat, vt seruent continentiam, sicut Diaconi DD. docent per textum, *in dicto c. ante triennium, & in c. multorum, c. subdiaconus dist.* 32. & Victoria, *de sacram. matrimonij ex a.* 308. Neguzan, *in Sylua nupt. lib.* 1.*ex n.* 134. Rojas *de heret. p.* 1.*ex n.*550. Mozz. *de contract. tit. de matrim. §. qui possint matrimoniam contrahere*, vel non *n.*19. Barbosa *in d.c. ante trien-*

5 *niam*, alia congerens, † Et à quo tempore fuerit præcepta continentia subdiaconis, dixit idem Collect. *ad c. si quis eorum dist.* 32.*num.* 2. vbi etsi per glossam ibi: *nec etiam tempore Apostolorum licitũ fuit contrahere in subdiaconatus*: tamen merito DD. dicere multò tempore subdiaconis fuisse permissum matrimonium postquam fuerit prohibitum Diaconis, & Presbyteris, Abbas *in c. à multis de ætate ordin. notab.* Turrecremata *in c. nullus.* 1.*dist.* 28.*& in princ. dist.* 31. Cardinalis Bellarm. *de Monach. lib.* 2.*c.*34.*ad finem*, Henriquez *in summa lib.* 10.*c.*2.*§.*2.*littera l. & c.*14.*§.*7. Vasquez *de ordine disp.* 237.*c.*2.*ex n.*12.*& disp.* 238.*c.*6.*à n.*57.*& disp.* 240.*c.*3. quorum aliqui tenent à tempore Siluestri in Concilio Romano fuisse præceptum continentiam subdiaconis, alij verò à tempore Gregorij I. per textum nostrum; dum Innocent. Papa ait à Gregorio subdiaconatus ordinem cœpisse dici sacrum; non enim in primitiua Ecclesia fuit ordo sacer, vt patet *in c. nullus dist.* 60.*& in d.c. à multis*, vbi & nos *de ætate, & qualit. ordinand.*

AD TEXT. IN CAP. fin. De seruis non ordinandis hoc titulo.

PRÆMISSVM.

CVM textus iste decernat Iuxta iuris regulas, quod natus ex seruo, & libera matre, sit liber, & licitè promoueatur; ideo oportet hoc textu expendere, qui vere ad hunc, & alios effectus Iuris, aut Dignitates dicantur liberi.

QVÆST. I.

An natus ex libera matre, & patre seruo, impediri possit ad ordines promoueri? Vbi quoad statum, conditionem, vel honores, nobilitat, & Dignitates? An natus ex vno parentum libero, alio verò seruo sit liber, aut seruus? Et ex quibus temporibus natiuitatis filij hoc metiatur?

SVMMARIVM.

1 l. 2. Cod. de libertis, & eorum liberis n. 10.
2 l. 1. Cod. de seruis Reipublicæ.
3 Cap. cum multæ 15. quæst. fin. n. 23.
4 *Liber nascitur natus ex libera matre, patre vero seruo; sic valeat ordinari contradicente Domino sui patris, &* n. 9.
5 *Filij quo ad seruitutem sequuntur conditionem matris.*
6 *Partus semper sequitur conditionem ventris, non patris, & quare ex* n. 11. ad 16. §. in his in fragm. *Vlpiani.*
8 *Conceptus ex matre serua, si aliquo tempore ante partum fuit libera, nascitur liber, &* n. 8. l. Arescusa 15. ff de statu hominum.
9 *Natus ex matre quæ à conceptione vsque ad partum fuit serua aliquo et si paruo tempore libera, valet ordinari.*
10 *Proles, vt legitima sit, sufficit bona fides alterius parentis.*
11 *Res trahere debet Dominium à principaliori & ipsum sequi.*
12 *Partus in esse, conditionis, & statut, potius cognominatur à matre, quam à patre.*
13 *Arbores non dicuntur fructus seminis terræ mandata, sed ipsius terra.*
14 *Proles recipit corpus à matre, tanquam administrante materiam ex qua.*
15 *Partus fauor potest prodesse triplici tempore, conceptionis, natiuitatis, & medio vt* n. 18. & 19. *expenditur.*
16 *Pater est causa potentior, & effectiua generationis, &* n. 37. & 38.
17 *Filius vnicus masculus conseruat paternam Domum.*
18 *Mater grauida filios educans, minus apta est obsequiis heri.*
20 *Filius natus ex libera, seruus solet nasci, aut redigi ex delicto sui patris, &* n. 21.
21 l. fin. Cod. de seruis fugitiuis.
24 Cap. liberi 32. q 4. & n. 27.
25 l. cum legitimæ ff de statu hominum n. 28.
26 Cap. fin. 32. quæst. 4. & n. 28.
27 *Filij quoad libertatem, & seruitutem sequuntur deteriorem partem, idest debiliorem, qualis est fœmina.*
28 *Filij ex matrimonio habiti sequuntur, patrem quoad familiam, & honores quoad libertatem. & seruitutem matrem, etiam si nascantur extra matrimonium & ex* n. 30. *& firmiter ex* n. 36. *aliter statuto, & consuetudine fieri valeat* n 42. & quæst. sequenti.
29 *Vulgò cõceptus dicitur qui est spurius, vt si pater Monachus, vel ex incesta cõcepta sit proles.*
30 *Clericalis ordo est Dignitas, quæ nobilitat, sed non inde filius clerici potest ordinari, vt* n. 43.
31 l. nati 29. Cod. de decurion. lib. 10. n. 44.
32 l. hi qui Cod. de mutilegulis n. 44.
34 l. ex ingenuo 4. C. de agricolis, & mancip. n. 44.
34 l. si qui adscriptitiæ 24. Cod. de agricolis, & censitis lib. 11. n. 44.
35 l. 3. tit. 15. part. 4. & n. 45.
36 *Filij nati ex obscuro patre, matre tamen nobili, nascuntur ignobiles.*
37 *Mater quoad Dignitatem, & honorem spectat cedit viro.*
38 *Nobilitas est Dignitas à parentibus deriuata, quæ denominatur à potentiori causa.*
39 *Agens omne nobilius est patiente.*

40 *Arma,*

40 *Arma, & insignia familiæ paterna, non materna debet portare filius.*

41 *Ægyptij putabant patrem esse generis auctorem, matrem nutrimentum.*

1 ET videtur quod talis sic natus nequeat ordinari; quia vt patet ex textu *in l.2. cod. de libertis & eorum liberis, vers. filius* partus sequitur conditionem patris quoad seruitutē, nempè cum pater reuocatur in seruitutem propter ingratitudinem; nam & filij, hoc patre, nati post commissam ingratitudinem reducuntur in seruitutem, etiam si ex libera matre
2 orti fuerint, † item ex *l.2. cod. de seruis Reipublicæ,* vbi natus ex seruo Reipublicæ, & libera muliere, seruus nascitur.

3 Item & patet ex *cap. cum multæ 19. q. fin.* vbi natus ex patre clerico, & libera, nequit ordinari; item ex *cap. liberi 32. q. 4.* vbi quod filius natus ex legitimo matrimonio debet sequi conditionem patris, & ex aliis iuribus adductis *hic* in *vers. ad secundam.*

4 Tamen dicendum est Pontificem Gregor. IX. in textu nostro rectè iuxta iuris regulas decreuisse filiū natum ex libera matre, patre verò seruo, siue ex matrimonio, aut illegitimo coïtu, liberum nasci; ita vt etsi Dominus sui patris contradicat, possit ordinari, nullo seruitutis apposito impedimento turbante.
5 † Quia quoad seruitutem est iuris regula plana, vt filij sequantur cōditionem matris; atque ita si mater ancilla sit, filij eius sint serui, etsi pater liber fuerit; sin verò mater libera sit, filij inquā liberi cuiuscumque conditionis sit pater, vt probant expressè DD. per textum nostrum, & per *l. partum. 7. cod. de rei vindic.* & ex Iustin. *in § penult. instit. de iure personar. & in §. sed etsi quis instit. de ingenuis,* & ex illo vulgi axioma adduci solito.

6 Partum semper ventris conditionē sequi ex *dict. l.7. de rei vindic.* quæ desumpta est ex *lib.3. tit.3. c.3. in cod. Gregor. l. & seruorum 5. §. ingenui ff. de statu hominū, l. idem Pomponius 5. § idem scribit si equam ff. de rei vind. l. placuit 42. cod. de liber. causa, l. ne diutius cod. de agricolis, & censitis,* quam benè explicant Conan. *lib.2. comm. c.10. l. huiusmodi 86. §. legatum ff. de leg.1.* quam in id expendit Caldas Pereyra Lusitano *in responso pro Domino Ioanne de Taso,* incipit, *præmissa facti specie, n.1.* grauiter Gomezius *in l.79. Tauri n.9.* Anton Pichard. *in disput. de murilegulis tract. de nobilit. communic. n.12. & 93. & in dict. §.1. inst. de ingenuis,* vbi cæteri institutarij.

7 Nec obstat Vlpianus *in fragm. tit.5. §. in his,* quatenus scribit quod si mulier libera conceperit, deinde ancilla facta peperit, partus quoque seruus sit: Quia responderur, quod etsi verum sit, iuris rigore inspecto, ex Ancilla natum, seruum esse: tamen si ea aliquo tempore, vel conceptionis, vel medio tempore, vel partus libera fuerit, libertatis fauore partus liber sit, vt ostendit Iustinian. *in dicto §.1. instit. de ingenuis, verb. placuit,* quod benignitatem significat, & gratiam: sic idem Pichard. *in dict. §.1. n.6.* cum Iulio Paulo, inducens textum *in l. Imperator. 18. ff. de statu hom. l. si ante cod. de pœnis,* & vt Martianus probat *in dict. l. & seruorum §. ingenui ff. de statu homin.* à quo habuit Iustin. *in dict. §.1. instit. de ingenuis:* nam ex quolibet tempore, per quod mater ventrem tulit, libera fuerit, & partus quoque sit liber.

8 Itaque siue quæ serua concepit, & gestauit libera pariat (vt Arescussa illa, de qua Triphon. *in l. Arescussa 15. ff. statu hom.*) non dubium est quin liberum pariat, siue quæ serua concepit, prægnans manumissa ante partum iterum in seruitutem redacta, siue libera concepit, & serua semper postea fuit liberum hæc quoque pariet; quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre est, vt aiunt Martian. & Iustinian. *vbi supra,* & Iulius Paulus *lib.2. sent. tit.25.* qui tria tempora dicta cōplexus est, vt retulit etiam Iust. *in dict. §.1.* & Cujacius *in dict. tit.25. Pauli,* & *ex l.2. tit.21. p.4.* & addunt adducti, & Hotoman. quod etsi inter veteres prudentes dissidiū fuerit, id autem crebriori calculo receptum fuerit libertatis fauore.

Quare ad decisionem textus nostri dicendum est 9
sic natū posse ad ordines promoueri, vt colligūt Ordinarij, Abbas, Antiquus, Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andreas, Hostiens. Anchart. Heoric. Aoania Innoc. Panorm. & Barbosa *hic*, & Viuianus *in ration. huius tit. pag.117.* Cardin. Tolet. *instruct. sacerd. lib.1. c.59.* D. Roderic. Acugna *in com. c.1. n.2. in fine, dist. 54.* Paleot. *de nothis, & spuriis c.15. n.4.* Læli de Zanchis *in tr. de priuileg. Eccles. priuil. 34. n.24.* Campan. *in diuers. iuris canonici Rub. 11. c.8. n.10. vers. vt tamen,* & alij, & dictum axioma probatur etiam *ex l. veteri c.21. exodi* ibi: *Si Dominus dederit Ancillam suam alicui in vxorē, & pepererit filios, & filias, mulier, & liberi eius erunt Domini sui.* Quibus verbis indicatur filios sequi conditionem matris.

Laborant quidem interpretes in reddenda ratione 10
cum considerent, vt ex quo pater sit liber fauore libertatis, etiam quoad conditionem debeat partus nasci debet sicut vt proles sit legitima sufficit bona fides alterius parentis, vt *in c. ex tenore qui filij sint legitimi.* † Deinde quià cùm res debeat trahere Do- 11
minium à principaliori, & ipsum sequi *l. quæritur ff. de statu homin.* & semen viri sit principalius in generatione, videatur contra text. nostrum, vt deberet attendi patris conditio; † sed quia ex aliis principiis 12
conclusionem iuris vtriusque adductā comprobant DD. ideo vt referūt antiqui hic, & præter alios rectè Ægidius Bellamera à matre potius, quàm à patre partus cognominatur inesse cōditionis, & status; quia partus potius dicitur fructus matris, quàm patris. † 13
sicut arbores non dicuntur fructus seminis terræ mandati, sed ipsius terræ: † Et sic D. Thom. & com- 14
munis cum eo *in 4. sent. dict. 39. q. vnic. art.4. incorp.* dixerūt quod proles corpus recipiat à matre, tāquam administrante materiam, ex qua id formatur seruitutemque ad corpus pertinere.

Deinde quia vt Angelus *in dicto §.1. inst. de inge-* 15
nuis, & cæteri institutarij, quoad libertatem inspexerunt leges, quod certius est, vnde cum constare non possit de filio à quo patre sit genitus, cum tamen constet cuius matris fœtus sit, sequitur, vt si sequeretur patris inceri libertatem posset in hoc fieri Domino præiudicium & ex dicto Bald. *in l. fin. paulò post. princ. cod. de seruis fugitiuis,* & Saliceti *in dict. l. partum in fine,* quia fauor partus, cui potest libertas matris triplici tempore prodesse, nimirum conceptionis, partus, & medio, quod non posset pater, sed solùm conceptionis tempore, quo est causa efficiens sequitur rectè dicendum à matre in textu nostro libertatem nacti quoad ordines etiā desumi, † solum 16
enim, vt ait Pichard. *in dict. tr. de nobil. commun.* pater est causa potior, & effectiua tempore generationis, Barbosa *in cap.3. de coniugio seruor. num. fin.* vbi ex Sanchez resoluit, & multis aliis D. Franc. de Amaya *in l. exemplo 36. cod. de Decurionib. num. 10.* quia in masculis conseruatur posteritas, & successio
† Iuxta quod dixit Hesiodus, quod vnicus filius 17
seruat paternam Domum, & Iustinian. *in §. 1. de legitima agnat. tutela,* dum ait Romanos voluisse filios sequi patris, non matris familiam, quia existimarūt filias esse finem familiæ, vt iam alibi dixi latè *ex l. pronunciatio 195. § fin. ff. de verb signif.*

Vltimo, quia mater grauida, & filios educans, mi- 18
nus apta est obsequiis heri, quod in patre seruo non

inuenitur ; & quia maiorem operam impedit mater
in enutriendis,& procreandis filiis,& quia cũ mater
pariendo sit exposita mortis periculo,quod periculũ
pater minime subit inde fiat, vt Dominus matris,
quia hoc damnũ sentit,debeat, & commodũ fœtus
adipisci ; itaque præter alios alias rationes omittens
cõsiderat Thom.Sanch. *de matr.lib.7.disp.24.per tot.*
& *ibi n.5.*vbi *ex n.6.*latè cum infinitis,& per cõclu-
siones probat,quod habitus ab aliquo ex propria an-
cilla est seruus patris,& *n.10.& 11.*dicẽs vt sufficiat
tempore conceptionis,aut natiuitatis,aut medio ma-
trem liberam fuisse,vt partus libertate gaudeat,sicut
benè expendunt glossa *c.fin.*verb.*deteriorem partem*
32.*q*.4. cum aliis ad textum nostrum, Hostiensis *in
sum.2.p.lib.8.tit.15.art.4.q.1.* Molina *tom.1. de inst.
tr.2.disp.*33.qui addit id in fauorem libertatis consti-
tutum esse,natura rei postulanti potius solius partus
tempus spectandum Sotus *in 4.dist.35.q.vnic.art.4.
col.2.*immediate ante vers.*addit verò*,quam conclu-
sionem explicat Thom.Sanch.*dict.n.*11.quando ex
vi natalium,& status matris est futura soboles libera
aut seruituti subdita,quia tunc satis est libertas ma-
tris minimo temporis momento , quo fœtus fuit in
vtero,vt liber sit;secus verò quãdo non iure sequelæ
status materni futurum est,vt fœtus sit seruus,vt ex
sequentibus in responsione ad argumenta patet. Vi-
debis Barbos. *in c.fin.34.q.4.* & Tyraq. *de nob.c.18.*
19 *n.61.& l.61.connub.glossa 1.p.1.n.57.*† Et Anton. Pi-
chard.*de nob.com.n.fin.*dũ dicit dicta de medio tem-
pore intelligi oportere de seruitute,quæ tantùm in-
troducta est,veluti si participandi pretij causa vendi
passa sit, non si iure gentium serua sit, vtpote bello
capta,de quo statim *infra.*

20 Non ergo iam obstant adducta *sup.sub n.* 1. non
textus *in dict.l.2.cod.de libertis,& eorum liberis*,dict.
vers. *filiis*;quia dispositum in ea lege non consurgit
ex vi status materni,sed in pœnam insignis delicti,
paternæ ingratitudinis, vt benè expendit Horoscius
*in dict.l.& seruorum §.1.n.2.ff.de statu homin.*Padilla
in l.naturalis n.3.ff.de praescript.verbis,Th.Sanch. *d.
disp.24.lib.7.de matr.n.30.* & patet ex his,quæ dixi
sup.sub c.3. de reuocando manumissum in seruitutem
21 *propter eius ingratitudinem*,† qui sic vt iam explicaui
ex Alber.intelligit *l.fin.cod.de seruis fugitiuis*,vbi de-
cidit seruos publicis operibus deputatos , qui se
priuatarũ ancillarum consortiis adiunxerunt redigi
in seruitutẽ cum vxoribus, & filiis eorum,sic vt filij
ex libera nati sint serui, sequentes quoad hoc cõdi-
tionẽ patris;nam ideo procedere dicunt;quia huius-
modi filij ob delictum paternũ puniuntur, sequẽdo
in hoc patris conditionem, non enim fiunt serui ex
vi natalium, & status materni, sed ex delicto, & in-
gratitudine patris. Et sic fieri concludit Th.Sanch.
post n.12. & 14. quod si mater prægnans iure belli
capta est,fœtus quoque fiat mancipiũ,non obstante
libertate matris tempore conceptionis,quia non ex
vi natalium efficitur seruus,sed quod vna cum ma-
tre bello iusto captus sit,eoque beneficio affectus,ne
vna cum matre interimeretur : ita etiam Anton.Pi-
chard.*de nobil.commu.n.fin.* vbi tũc dicit satis cõstare
natum in eo statu seruum existere;quemadmodum
in Seruio Tullio vsu venit,cuius mater Ocruia Re-
gij sanguinis mulier à Tarquino Romanorum Rege
capta in seruitute pepererit,vnde seruus denomina-
tus est,quasi Dulios,vt ait Dionis.

22 Non obstat secundùm *ex dict. l. 2. cod. de seruis
Reipublicæ* ; quia expenditur sub distinctione tra-
dita *num. præced.* etsi solum Ægid. Bellam. hic so-
lutionem præstans ex Vincent. dicat vt fallat regula
textus nostri in nato ex seruo Reipulicæ , & libera
matre.

Nec textus *in c.cum multæ 15.q.fin.*quia loquitur 23
de filio Clerici,& libera matre. Iste enim vt latè di-
ximus *sub tit. de filiis Presb.* ex alio impedimento,
nẽpè spuritatis nequit ordinari iuxta *ibi* dicta *ex c.1.*
cum aliis,& patet *ex c.consuluit 4.hoc tit.*Ægid.Bel-
lam.*hic sub n.1.in fin.*etiam expendit.

Non textus *in dict.cap.liberi 32.q.4.*vbi quod fi- 24
lius natus ex legitimo matrimonio debet sequi con-
ditionem patris;quia etsi ex illo textu, † & per ver- 25
ba legis *cum legitimæ ff.de statu homin.* ibi:*Cum le-
gitimæ nuptiæ factæ sunt,patrẽ liberi sequuntur, vulgò
quæsitus matrem*,† & *ex dict.c.fin.32.q.4.*quod est D. 26
Isidori *lib.9.ethymolog.c.5.*vbi loquens de filiis con-
ceptis ex legitimo matrimonio sic dicit semper
qui nascitur deteriorem partem sumit;& *ibi* hi vero
qui non sunt de legitimo matrimonio matrem po-
tius,quàm patrẽ sequuntur vt tenuerunt Guillielm.
Naso,quẽ referunt,& sequuntur Anton.*in c.1.n.9.
& in c.licèt n.4.de coniug.seruorũ*,Præposit.*ibi* super
glossa in verb. *dissoluendi.* † Sed contraria sententia 27
est verissima,nimirum filios ex legitimo matrimonio
procreatos sequi conditionem matris quoad liberta-
tem,& seruitutẽ ex textu nostro,& aliis;& sic textus
in dict.c.liberi,& fin.32.q.4 ibi : *Deteriorem partem*
intelligatur iuxta glossam *ibi*, & communem DD.vt
tales filij sequantur deteriorem partem,id est debi-
liorẽ,qualis est fœmina;& sic Th. Sanch. *d.disp.24.
lib.7.de matr.sub n.8.*cum multis,& *glos.fin.hic* , vbi
Hostiens.*n.1.*Anton.*n.2.*Abbas *n.vnico*,& glossa, *in
c.1.*verb.*dissoluenda*,de coniugio seruorũ,& ibi Ho-
stiens.*n.7.*Abbas *n.5.* Alex.de Neuo *n.8.* Cardinalis
*n.4.*Præpos.*n.6.*vers.*nota secundo*,Sotus *in 4.dist.35.
q.vnica art.4.concl.1.* dicunt colligi dictam exposi-
tionem ex eo textu,quia prius in eo dicitur filios ex
libero, & ancilla habitos esse conditionis seruilis,&
vt statim adiungitur. *Semper enim qui nascitur de-
teriorem partem sumit*,explicat Barbosa *in dict.c.fin.
n.1.& 2.*alia adducens ex aliis,*n.2.*& Sayrus *de claui
Regia,n.9.c.6.n.26.*

Nec tunc obstat textus *vbi supra* , qui sequi con- 28
trarium videtur eo quod textus ille *in dict.c.fin.32.
q.4.* concludit illegitimos filios sequi conditionem
matris;quia vt Th.Sanch. intelligit ex glossa *ibi* , in
fine sequi matrem , scilicet quoad originem ; & sic
textus *in dict.l.cum legitimæ*,& *aliis*, de quibus *infra*
in vers.*ad secundam*,non obstent,quia veniunt intel-
ligendi,id est filij ex matrimonio habiti sequantur
patrem quoad familiam. Et sic concludo,vt siue filij
sint ex legitimo matrimonio,siue illegitimi sint, se-
quantur quoad libertatem , & seruitutem conditio-
nem matris , sicut patet *ex dict. l. & seruorum 5.*
vers. *ingenui sunt ff. de statu hominum* , vbi dicitur
*nihil referre , an ex iustis nuptiis, an vulgò conceptus
sit filius* : sic Thomas Sanchez ex comm. *dicta
disput. 24. numero 7.* † Vbi ait , quod vulgò 29
conceptus dicitur qui est Spurius vt expressè ha-
betur *in l.vulgò 23. ff. de statu hom.* vbi glossa verb.
non licèt explicat , vt si pater sit Monachus, vel ex
incesta concepta sit proles , rectè concludit D.
Franc. de Amaya *in l. exemplo 36.cod. de decurion.
ex n.18. & 21.* contra Fabrum existimantem in ra-
tionali versum *dict. §. ingenui d.l 5.ff.de statu homin.*
ibi : *Nec interest ex iustis nuptiis concepit, an vulgò*,
ineptè interiectum, & per glossam textus nostri ibi:
*Dico ergo quod iste erat natus de legitimo matrim.
&c.* Sed contra Cattanzam *de partu cap. 3. §.3. à
num.4.*

Ad secundam quæstionis partem , an quoad ho- 30
nores,& dignitates filius sequatur conditionem ma-
tris,aut patris , & quod matris conditionem videtur
probari primo ex doctrina textus nostri , vbi cum
concedatur

concedatur ex libera matre,patre vero seruo,quod
possit ordinari, noo obstante Domino contradi-
cente,& pateat, quod Clericalis ordo sit dignitas,
vt Abbas,& Ægidius Bellamer.*in c.eo libentius 5.
sub n.1.*& cæteri dicunt,quia militia est,probantes
sic *ex tit.2.& 3.infra,*vbi & quod nobiliter sequi-
tur,vt siue quoad status conditionem, siue quoad
honores,filius ex reg.text. nostri,sequatur suæ ma-
tris conditioně iuxta dicta io toto vers.*ad primam.*
31 Et confirmatur item quoad alios honores,*ex l.
natis 29.cod. decurion. lib.10.* quæ ex imperat re-
scripto in filio decurionis,& Dominicæ domus in-
quilinæ statuit: *Natos ex inquilinarum nostra do-
mus matrimonio, & Patre Decurione, non patrum*
32 *conditionem, sed matrum sequantur.* † Et *ex l. hi,
qui 12.cod.de murilegulis,* in verbis sequentib. *Hi
qui ex filiabus murilegulorum,& aliena originis pa-
tribus sunt,vel fuerint procreati,iura materna condi-*
33 *tionis agnoscant.*† & *ex l.ex ingenuo 4.cod.de agri-
col.& mancip.*vbi sic aiunt Imperatores:*Ex ingenuo
& colonis,ancillisque nostris natos, natasvè origini,*
34 *ex qua matres sunt, factos deputari.* † Et *ex l. qui
adscriptia 24.ad medium cod. de agric. & censitis
lib.11.*ibi:*Illo procul dubio obseruando,vt si ex libero
marito,& ancilla vxore partus fuerit editus,is ma-
terna conditionis masculam, & non paternam se-
quatur libertatem,*& faciunt alia plura fundameo-
ta,quæ ex poëtis,& bonis authoribus coogerit Pi-
chard.*cod.de murilegul.in q.de nobil.communic.sub*
35 *n.14.*omnino legendus,† & de iure Regio *ex l.5.
tit.15.p.4.*quæ loquens de filio naturali,dicit vt se-
quatur conditionem matris.
36 Adhuc dicendum est iure optimo stabilitum
esse,vt quoad honores,& dignitates filius non se-
quatur matris conditionem,sed patris,vt *in dict.l.
cū legitima 19.ff.de statu homin.l.senatoris filium 5.
l. senatoris filios 6.l.liberos 10.ff.de senatorib.lib.3.
tit.21.p 2.l.4.tit.22. p.4.l.1. tit.11. p.7.* & sic apud
omnes receptum est in hac parte filios semper pa-
tris sui coodirionem sequi,non matris;idque non
solùm in naturalibus,verum & in legitimis tantùm
& ita si ex nobili matre obscuro autem patre infi-
mo,liberi nati sint,ignobiles esse firmant DD. &
post alios Bald.*in dict.l.fin. cod. de seruis fugitiuis,
& in l.2.col.2.cod.de iure emphyt.& in dicta l. libe-
ros ff.de senator.* Tiraquel.*de nobil. c.15. per tot. &
c.18. n.10.* Palacios Rubios *in Rub. de donat. inter
§.31.& §. 32.* Otaloxa *de nobilit.2.p.ex n.4. dict.
l.3.tit.21.p.2.* in illis verbis: *Mas si naçiese de hyo
dalgo, y Villano, notuuçieron por bien, ni por de-
recho, que fuesse contado por hyo dalgo,* conducit
l.9. tit.11. lib.2. recopilat. iunctis *ibi* obseruatis ab
Azeued.*n.7.*Padilla *in l.naturalis in princip.n.7.ff.
de præscript.*P.Plaça *lib.2.de delict.c 1.n.13.* Ioan.
Garcia *de nob.glossa 12.n.85.* Sesse *decis.2. n.15.* &
videndæ sunt *leges 1.cod.de liber.causa l. D. Mar-
co cod.de quest* Anton.Gomez.& alij scribentes su-
37 per *dict. l.79. Taur.* † ex illis quidem rationibus,
quia mater quoad dignitatě,& honorě spectat,ce-
dit viro,vt *in dict.l.mulieres cod. de incolis lib.10.*
38 *& cod.de dignit.lib.11.*† Et quia cum nobilitas sit
dignitas à parentibus deriuata, quæ denominatur
à potentiori causa,vt notant idem Bald.*in dicta l.
fin.n.4.cod.de seruis fugitiuis,*& potentius sit prin-
cipium effectiuum,qood in generatione omnium
coosensu viri præbet, quam materia ex muliere
39 tradit. † Cum omne agens nobilius patiente sit,
sequitur io hoc puncto dicendum filium à patre,
40 non à matre, virtutem habere oportere. † Et ita
etiam Domioic.*in c.statutum in 2.de heret. lib.6.
col.2.* ootabat filium arma, & insignia familiæ pa-
ternæ,non maternæ portare debere.

Equidem Ægyptij teste Diodoro *lib.2.* solùm 41
putabant patrem esse generis authorem, matrem
nutrimentum, & locum tantum infanti præbere:
alia plura omnino videnda congerunt etiam ex
antiquitate Anton.Pichard.*dict.tr de nob.commun.
ex n.84.85.86.* cum aliis vsque ad fině, D.Th.*in 4.
dist.36.q.vnic.dict.art.4.in corp.* & Thom. Saoch.
*dict.lib.7.de matr.disp.24.ex n.1.*cum Greg.Lopez,
Auendaño,Couar.Villapand.Perez,Tello,& aliis.

Et in tantum sic prosequuntur multi, vt sibi 42
persuadeant,nec statuto,nec consuetudine induci
esse,vt filius quoad nobilitatem sequatur conditio-
nem matris,inter quos Bart. *in l. exemplo n.2. cod.
de Decurion.lib 10.ibi* Angel.Guillielm.Benedict.*in
c.Raynacius in princ.n.15.de testam.* Ioan.Lupus *in
Rub.de donat.inter virum,& vxor.§.32.n.4.* & alij
multi,quos refert Tyraquel.*de nob.dict.c.18. n.22.*
sed quia alij contra teneant, ideo de hoc puncto,
infra *sub q.seq* dum ago de dubio,an consuetudi-
ne legitimè præscripta alicubi filius, non matris,
sed patris sequatur conditionem quoad statum.

Nec obstant in contrarium adducta non pri- 43
mum dictū,quod ordo clericalis sit dignitas, quia
illa argumentatio huic dicto non adaptatur: nam
aliud est dicere, vt talis ordo sit dignitas aliud in-
quam dicere quod filius sequatur patris conditio-
nem quoad dignitatem,cum vt diximus *sup.in tit.
de filiis Presbyt.* iam tunc Sacerdotis filius ex alio
capite ordinari nequit; qui nec ad honores patris
admittitur ex *ibi* dictis.

Et minus implicant aliæ leges codicis adductæ 44
in princ.huius vers.*ad secundam*, quia vt patet ex
illis,vno verbo respōdet Pichard. *sup.n.fin.in fin* &
apparet ex his,quæ dixi *sub cap.1. & Rub.huius tit.*
prædictæ enim loquuntur de filiis natis ex seruilis
conditionis mulieribus,vt & ipse latè in ea *disp.de
nob.*obseruat. Videbis D.Franc.de Amaya *in d.
l.exemplo cod.de Decurion.ex n.11.& 12.*vbi latissi-
mè expeodit, & *ibi sub n.17.18.& 19.* & qoæ ego
dico *infr.q.2.vers.ad quartam,*io fine, & vers.*ob id.*

Non *dict.lex.p.4.tit.15.* quæ non loquitur, nec 45
intelligitur, vt explicant *ibi* Gregor. Lopez,verb.
honrras Auend.*in dictionar.*ver.*hijo natural,*Didac.
Perez *in l.2.tit.1.lib.4.ordin.*Th.Sanch. *d.disp.24.
n.1.in fin.lib.7.de matr.*de nobilitate cōmunicanda
filio naturali, quam consequitur filius naturalis ex
patre nobili genitus, sed quoad alios honores.

QVÆSTIO II.

An fœtus sit liber, si tempore, quo mater se vendidit,vel à patre venūdata est prægnans esset? An Domino promittente se manumissurum certo tempore seruam promissione ipsi Ancillæ facta,& non impleta tempore præfixo, fœtus post id tempus conceptus sit liber? Et quid de Ancilla statu libera, quæ peperit ante conditionis aduentum? Et an aliqua consuetudo,seu statutum potens sit,quod filius natus quoad statum,patris, & non matris conditionem sequatur,aut è contra quoad Dignitates, & honores, vt non patris, sed matris conditionem:

SVMMARIVM:

1 *Fœtus in vtero constitutus est matris portio;*

& vnum cum ea reputatur.

2 *Vitulus, vel agnus videtur venditus, vendita matre.*

3 *Mater nequit vendere fœtum.*

4 *Auus nequit nepotem vendere.*

5 *Partus in fauorabilibus reputatur iam natus.*

6 *Conceptus ex matre iam serua facta, nascitur seruus.*

7 *Mater ad pretium participandum vendi passa, facit vt fœtus nascatur seruus post vnde conceptus.*

8 *Actio, & obligatio nulla inter Dominum, & seruum ciuilis, scilicet, vt* n.12.

9 *Dominus minimè tenetur fidem datam seruo præstare ciuiliter,* n.12.

10 *Seruus quidquam nec debere potest, nec ipsi deberi.*

11 *Pactum inter Dominum, & seruum de libertate danda in futurum non valet ciuiliter; secus naturaliter, nisi vt* n.22.

12 *Dominus etsi promissione seruo non obligetur ciuiliter, obligatur verò naturaliter.*

13 *Obligatio naturalis cadit in seruum actiuè, & passiuè.*

13 *Seruitus etsi tollit ea, quæ sunt iuris ciuilis relinquit intacta quæ sunt iuris naturalis,* num.15.

15 L. interpositas 13. in fine cod. de transact.

16 *Seruo potest quisquam naturaliter obligari.*

17 *Promissum à Domino in foro conscientiæ seruo debetur.*

18 *Dominus promittens seruo libertatem, si suis nummis redimat, tenetur.*

19 *Pactum inter Dominum, & de libertate, si sua pecunia se redimat, tenetur contra Dominum, vt manumittat illum.*

20 *Libertas Ancillæ à Domino promissa in foro conscientiæ tenet non illico, sed post manumissionem, vt* n. 21. *Et ad quid teneatur Dominus,* n.22.

21 *Filij nati ex ancilla, cui iam erat promissa libertas à Domino ante manumissionem adhuc serui nascuntur.*

13 *Dominus non repetit à seruo quod ei soluit post manumissionem.*

24 *Seruus quod soluit per se, aut per alium, non repetit post manumissionem.*

25 *Seruus promittens aliquid sine licentia Domini naturaliter obligatur.*

26 *Dominus nequit vsurpare à seruo acquisita in casibus, in quibus seruus acquirere potest.*

27 *Seruus num possit retinere, quæ ludo acquirit remissiuè, vel quæ sibi relicta sunt,* numero 28.

28 *Seruus num acquirat quæ parcè viuendo sibi subtraxit, seu si conficit aliquid præter opera præscripta.*

37 *Seruus obligans se, dando fideiussorem; obligat illum.*

31 *Fœtus statu libera in tempus, vel conditionem nascitur seruus.*

32 *Libertatis legatum factum ancillæ si tres pepererit quando verificetur.*

33 *Libertas sub conditione relicta, aut sub modo quando intelligatur, & de differentia vtriusque, vt* num.34.

34 *Expressio illius quod tacitè inest nihil operatur.*

35 *Filius vt non matris, sed patris sequatur conditionem statuto, aut consuetudine fiet, & de tione,* n.36. *& è contra vt quoad honores matrem sequatur* n. 37. *qua distinctione expenduntur plures leges,* sub n.38.39.& 40.

36 Cap. licet de coniugio seruorum.

38 L. exemplo 36. l. nati cod. de Decurionib. l. mulier 16. l. ne diutius l. colonos, l. cum scimus cod. de agricolis, & censitis; l. quicumque cod. de re militari, l. possessores cod. de fundis Patrimon. l. 1. & 2. cod. in quibus causis coloni, & censiti Dominos, &c. l. cod. Theodosian. de collegiatis nouella Valentiniani de colonis, & vagis tit. 9.

39 L. 1. cod. de seruis, aut liberis, l. seruis 9. ff. de Decurionib.

AD primam quæstionis partē videtur dicendum quod fœtus sit seruus, cum nascatur tempore, quo mater iam est vendita; & quia fœtus in vtero constitutus, est matris portio, ac vnū cum ea reputetur *ex l.1.§.1. de ventre inspiciendo*, indeque euenire, vt vendita ancilla prægnante, nulla fœtus mentione facta, censeatur venditus cum matre, quasi reputatus vna, & eadem res, vt multis probat Anton. Gomez *tom.2. var. c.2. n.14.* & disputat latè Amaya *lib.3. obseruat. c.1. §.2.* dum agit de ea controuersa quæstione, an partus sit pars matris, vbi & per discursum optimè explicat quid dicendum de ancilla deposita commodata pignori data an partus, vt pars matris comprehendatur, latè Carrança *de partu naturali c.2. ex n.30.* 1

Et confirmatur ex eo; quia vendita ancilla vacca, oua, &c. videatur etiam venditus vitulus, agnus vel filius qui est in vtero, vel à matre lactatur, vt resoluunt ex multis Gomez *supr.* Mantica *de tacitis conuent. lib.4. tit.9. n.17.* Fauian. de Monte *in tr. de emption. & vendit. q.6. princ. n.27.* Valdesius ad Suarez *in l. quoniam in priorib. ampl.3. n.7.* Auiles *in c.1. Prætor.* verb. *mandando n.10.* Narbona latè inferens *ad l.9. tit.10. lib.6. recop. glossa 7. per totam*, D. Salgado *de protect. p.4. c.10. n.103.* Hermosill. *in l.30. tit.5 p.5. glossa 1. n.7.* Axeued. *in l.34. tit.18. lib.9. recop.* & ad propositum quod non iure status materni redigatur in seruitutem. 2

Tamen ex dictis *supr. q.1.* & vt docent glossa *in l.2.* verbo *vendiderit cod. de patrib. qui filios distraxerunt*, vbi Bald. *n.3.* Salicet. *n.2.* Pinellus multis exornans *in Rub. cod. de bonis matern. p.2. à n. 20.* Thomas Sanchez *de matr. lib.7. disp.24. n. 16.* dicendum est in neutro casu, fœtum esse seruum, sed liberum, quia tempore conceptionis mater fuit libera, nec potius fœtū à matre vendi, cum filium non habeat in potestate. † Nec etiam Auus possit nepotem vendere, cum hoc priuilegium soli patri concessum sit vt docent Bald. *in dict. l.2. n.3.* Salicetus *n.3.* Montalu. *in l.7. ad finem tit.17. p.4.* † in fauorabilibus quidem reputatur partus iam natus, vt *in l. qui in vtero ff. de statu homin. l. intelligendus ff. de verb. sign.* Nec obstare ait Sanch. fœtum semel vendi cum matre; quia intelligitur quando mater erat ancilla, sicque partus eius conditionem sequens, potuerit cum illa venundari; & ita iuxta hanc sententiam decisum est in Hispania *in l. 6. tit.17 p.4.* 3 4 5

Vnde contraria sententia venit intelligenda, in casu, quo matre effecta serua à patre ob necessitatem vendita, vt permittitur *in dicta l. 2. cod. de patrib. qui filios distrax. & in dicta l.8. p.* filius tunc post seruitutem conceptus, seruus nascatur; quia ex matre verè ancilla ratione legitimæ venditionis effecta, conceptus sit, vt docet glossa *in dicta l.2.* verb. *vendiderit*, vbi Salicet. *num.6.* & docet Thomas 6

mas Sanchez *dicta diſp.24.num.* 15. qui eadem ra-
7 tione ductus. † Idem exiſtimat, ſi mater ſe ven-
dat ad participandum pretium, vt permittitur *in
l.& ſeruorum* 5.*ff. de ſtatu homin. ſeruatis conditio-
nibus petitis ad eius venditionis Iuſtitiam*, quas
refert *ibi* gloſſa verb. *venire* (de quibus dixi ali-
qua *ſub cap.3.& in quæſt.1. Rub.*) nam filius poſt
venditionem illam in vtero conceptus erit ſeruus
vtpote qui concipiatur ex matre verè ancilla, quæ
nullo tempore à conceptione vſque ad partum
extiterit libera, nec temporis momento.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem videtur dicen-
dum quod cum inter Dominum, & ſeruum nul-
la oriatur actio, & obligatio, vt *in l. interpoſitas*
23.*in fine, cod.de tranſact.* ibi: *Nec enim dubij iu-
ris eſt Dominos cum ſeruis ſuis paciſcentes ex pla-
9 citis teneri, atque obligari non poſſe.* † Vbi Bald.*n.*5.
colligit Dominum minimè teneri fidem datam
ſeruo præſtare cum inter illos cadat obligatio;
deinde quia regula *leg. in perſonam ff.de reg. iuris*,
firmat, vt in perſonam ſeruilem nulla cadat obli-
gatio, & de iure Regio *in l.6.tit.11.p.5.* ibi: *Otrò
ſi, deçimos que el ſeñor a ſu ſieruo, ni el a ſu ſeñor
no pueden haçer prometimiento el vno al otro; de
manera que ſe puedan apremiar por aquella prome-
ſa, emaguer la fiçieſen, no valdria la obligaçion.*
10 † Non enim quidquam ſeruus debere poteſt, nec
poteſt ſeruo deberi, vt ait textus *in l. nec ſeruus*
11 42.*ff. de peculio.* † Imò gloſſa *in l.cum teſtamen-
tum* 8.verb.*non potuerunt el.1. cod.de iuris, & fa-
cti ignorantia*, ait pactum inter Dominum, &
ſeruum de libertate danda in futurum non va-
leret.

12 Verius tamen eſt huic dubio diſtinctione ſatiſ-
fieri: nam ſi loquamur iuxta iuris ciuilis regulas,
rectè procedet doctrina proximè adducta *ex dict.
l. in perſonam cum alijs, & ex l.quod attinet eodem
tit. de regul.iuris*; & ſic Abbas *in cap. plerique de
immunit. Eccleſiar. num.* 11. expreſsè dixit Domi-
num promittentem aliquid ſeruo, non obligari
ciuiliter; attento verò naturali iure, quo omnes
homines æquales ſunt Dominum ſeruo promit-
tentem obligari patet; ſic vt viciſſim ſtandum ſit
contractui, vt explicant DD. *in dicta l. quod atti-
net, & in l.ſeruus ff.de action. & obligat. & ex l. ſi
id quod Dominus 64.ff.de cond. indebiti* ibi: *Si id,
quod Dominus ſeruo debuit manumiſſo ſoluerit;
quamuis exiſtimans ei aliqua teneri actione, repe-
tere non poterit, quia naturale debitum agnouit.*
13 † Vbi gloſſa in verbo *in conditione*, ait obligatio-
nem fuiſſe ſeruo in ſeruitute quæſitam, vbi Bart.
ſummat legem illam, id eſt *Dominus obligatur
ſeruo naturaliter*, & *num.*3.ait obligationem natu-
14 ralem cadere in ſeruum actiuè, & paſſiuè. † Quia
vt ait Diana *p.7.tract.7.de ſeruis reſ.24.in fine*, vt
etſi ſeruitus tollat ea, quæ ſunt iuris ciuilis, relin-
qui tamen inuiolata ea, quæ ſunt iuris naturalis
iuxta §. *ſed naturalia inſtit.de iure naturali, gent.
& ciuil.* & ſic rectè Baldus *in cap. cum contingat
15 de iureiur.num.30. concluſ.2.* † Explicat textum
in l.interpoſitas, quæ decidit obligationem non
acquiri ſeruo de ciuili, ſecus de naturali, & patet
textu *in l.non ſolum 50.§.ſi ignorante ff.de peculio*,
ibi: *An debitor, vel ſi ſeruus Domino, vel Domi-
no ſeruus intelligatur, ex cauſa ciuili computandum
eſt*, vbi textus ſupponit poſſe eſſe debitum Do-
mini ad ſeruum, vbi gloſſa *ex cauſa ciuili*, expli-
cat, id eſt quæ cauſa obligaret ciuiliter vnum li-
berum alteri libero, eadem ſeruum Domino, & è
contra obligat: ſeruus enim naturaliter obligatur,

l.naturaliter ff.de cond.indebiti l.5.tit 22.p.5. † Et 16
Anton. *in dicto cap. quia plerique de immunit. Ec-
cleſiar. num.5.* ait ſeruo poſſe quempiam naturali-
ter obligari, cum conſenſum habeat, videndi De-
cius *in dict. Reg. in perſonam de reg. iuris* † Ioan. 17
de Molina *in different. iuris interni, & externi dif-
ferent.* 18. vbi ait promiſſum à Domino in foro
conſcientiæ deberi ſeruo, Molina *de Iuſt. & iure
tract.2 diſp. 38. §. primus eſt*, Ludouicus Lopez
lib.2.de contract.c.40. paulo poſt §.an autem, Dia-
na *dicta reſ.24.in fine*, vbi dicit, vt in conſcientiæ
foro, tam ipſi ſerui, quàm illi, qui cum illis con-
trahunt, ſiue ſint Domini, ſiue extranei, ad ob-
ſeruationem contractus teneantur.

Quare in propoſito noſtri dubij, dicendum 18
eſt, vt Dominus promittens ſeruo libertatem, ſi
nummis ſe redimat, teneatur, vt dixit textus *in l.
is qui 4. ff. de manumiſſ. teſtamento in princip.* vbi
DD. vel ſi ſeruus promiſit Domino pecuniam pro
libertate, nam tunc conceditur actio aduerſus il-
lum, *l.promiſſæ cod an ſeruus pro ſuo proprio.*

Eodem etiam modò, ſi pactum fuit inter 19
ſeruum, & Dominum, vt pro certa pecunia illum
manumitteret, & ſeruus ſoluit pecuniam, habet
enim ſeruus actionem contra Dominum, vt ſe ma-
numittat, *l.1.§.ſeruos ff. de officio Præf. Vrbium, l.
vir ff. de iudicijs*, Diana *vbi ſupra in fine princip.
dict.reſ.*24.Thomas Sanchez *dict.lib 7.de matrim.
diſp 24. in fine.* † Vbi poſtquam plura de obliga- 20
tione naturali inter Dominum, & ſeruum ex il-
lis concludit in foro conſcientiæ libertatem an-
cillæ à Domino promiſſam deberi. † Sed quia 21
tantùm eſt promiſſio antequam manumittat, non
erit libera ſerua, ac proinde quod nec filij eo tem-
pore nati; at teneri Dominum dicit ratione dam-
ni emergentis ex fidei violatione, donare liberta-
tem illius filiis; quia in hoc damnum illatum eſt
matri, & proli. † Et ſic *ſub num. 21. in fine*, poſt- 22
quam retulit ex dicta gloſſa *leg. cum teſtamentum
cod.de iuris, & facti ignor.* pactum inter ſeruum,
& Dominum de libertate danda in futurum non
valere dixit, tamen procedere iuxta doctrinam
Bart. *ibi n.5.* & Alex. *in dicta l. interpoſitas*, niſi li-
bertas eſſet naturaliter debita ſeruo; ibi tamen
promiſſionem non valere, cum nullo modo ſit de-
bita; & iterum Diana aliqua ex dictis repetens
tum Sanchez, firmat, vt non ſit libera ſerua; quia
tantùm eſt promiſſio; & ſic nec liberi naſcantur
filij eo tempore nati; licet teneatur Dominus ra-
tione damni emergentis ex fidei violatione dona-
re libertatem illis ancillæ filiis.

Itaque licet vt proximè dictum eſt ancilla illi- 23
cò libera non fiat, dum promiſſio non adimpletur
negari non poteſt naturaliter Dominum manere
obligatũ donec cum effectu libertatem ei præſtet;
quia etſi ſeruo Dominus aliquid debebat idque
ſoluit poſtquam fuit manumiſſus non conceditur
Domino repetitio: nam ſoluit id, ad quod natu-
raliter obligatus erat. † Et eodem modo ſi quis 24
nomine ſerui, vel ipſe poſt manumiſſionem ſoluat
non conceditur repetitio, nec tenetur fideiuſſor
pro ſeruo ſoluere *ex dict. l. naturaliter ff. de cond.
indebiti*, vt docent Fillincius *tom.2. tract.33. c.3.
n.50. & 51.* † Sanch. *in opuſculo cum alijs tom.1.* 25
lib.1.c.1.dub.2. vbi firmat quod ſeruus ſine licentia
Domini promittens aliquid, vel aliter contrahens,
obligatur naturaliter, & in foro conſcientiæ, Diana
vbi ſupra hinc fieri dicit, quod in omnibus caſibus,
in quibus liber homo teneretur naturaliter, &
ciuiliter, tenetur ſeruus naturaliter.

26 Vnde rectè infertur cum Molina *dicto tom. a. de Iuſt.tract.a.diſp.*38.verſ. *primus eſt*, Ludouico Lopez *dict.lib.a.de contract.cap.40.poſt diſt. 5. an autem*, Sanchez *vbi ſupra dict.diſp.24.in fine lib.7. de matrim.* vt inter caſus, in quibus ſeruo poſſidere proprium fas eſt hunc ſi Dominus cū ſeruo pactum ineat, vt ſingulis diebus, aut hebdomadibus, menſibus, vel annis certam ſummam ei perſoluat, reliqua ſibi retineat, teneatur tunc Dominus ſtare contractui, nec valeat vſurpare quæ ſibi ſeruus eo modo comparauit, & pro hoc faciunt plura, quæ idem Diana ex multis Doctoribus plenè tractat *dict.tract.7.p.7.de ſeruis reſ.30.*

27 † Vbi ſeruus an poſſit retinere quæ ludo acquirit de quo Cardinalis Lugo *de Iuſt. tom. 1. diſput. 3. ſect.3.num.*50.Fagundez *in Decalog. tom.1. lib. 7. cap.12.num.6.*Salas *tract.de ludo dubio 20.num.3.* Molina *dict.diſp.*38. Machadus *tomo a. lib.6. p.7.*

28 *tract.13. docum.6. num.1.* † Et an ſerui poſſint retinere ea, quæ ipſis relicta ſunt in legato, vel teſtamento, de quo Azorius, & cum eo Megala *in p.a.lib.2.quæſt.a.num.17.cap.*19.Diana *dicta p.7. tract.7.reſ.*31.Machadus *tom.2.lib.6.p.8.dict.tr.13. docum.5.num.9.*Fagundez *in præcept.tom.2. lib.7. cap.12. num.4.* Cardinalis Lugo *de Iuſtit. tomo 1. diſp.3. ſect.3. num. 55. & 59.* Sanchez *in opuſculo tom. 1. lib. 1. cap.1. dub.a. num.7.* Molina *dictâ diſp.*38. Trullench.*in Decalog.tom.2.dubio 4. n. 3.*

29 & alij. † Et de illis quæſtionibus an ſeruus ſibi acquirat quæ parcè viuendo ſibi ſubtrahit, vel ſi præter opera præſcripta aliquid faciat, de qua idem Lugo, Trullench. Machado, Fagundez, Molina, vbi *ſupra* Diana *ſupra reſ.32.* & in aliis

30 ſequentibus cum Fagundez, Leſſio, & aliis. † Qui & *in dict reſ.*24 reſoluit quod ſi ſeruus (vt ad propoſitum redeamus) ſe obliget dando fideiuſſorem, tenetur fideiuſſor naturaliter, & ciuiliter; quia fideiuſſio poteſt accedere naturali obligationi, vbi circa quæſtionem, de qua diximus in hoc verſ.*ad ſecundam*, commendat legendum Megalam *in a. a. D. Thomæ libro 2. cap. 5. quæſtione 4. a numero* 86.

31 Ad tertiam quæſtionis partem quid dicendum de ancilla, quæ ſtatutam, & deſtinatam habet libertatem in tempus, vel in conditionem, vt poſt annum, aut ſi hoc euenerit eſto libera, quæ dicitur ſtatu libera iuxta *l. 1. de ſtatu liber.* & dicendum eſt quod ſi ante illius temporis, aut conditionis aduentum pariat, fœtus ſit ſeruus; quia ipſa interim ancilla eſt, vt habetur *in l. ſtatu liberum 9. ff. de ſtatu liberis, & in l. ſtatu libera 16. eodem l.cum libertatem ff.de fidei commiſ.liberi.* & faciunt dicta in verſ.*ad ſecundam* verſ. *verum*: ſic communiter DD. in dictis legibus, & Thomas Sanchez *de matrim.dicto lib.7.diſp.24. num.18. in*

32 *princip.* † Qui *num. 19.* ex hoc deducit, & per textum *in l. Areſcuſſa 13.ff.de ſtatu homin. & leg. ſeq.* de quibus iam *ſupra*, quod ſi quis leget ancillæ libertatem ſub ea conditione, ſi tres pepererit filios, & tertio partu duos, aut tres ædat fœtus, quando tres, duo vltimo æditi, ſint liberi, & quando duo, vltimus ſit liber; eo quod vbi primum æditus eſt in lucem, impleta fuerit conditio, materque libera manſerit, quæ eouſque adeo ancilla fuiſſet concludens, vt fœtus æditus poſt tertium ſit liber, tanquam ex libera ortus, nati verò ante ſint ſerui, quod mater ancilla eſſet: ſic Bartol & Neuius *ibi*, & alij.

33 Et quia poteſt quis falli, nùm libertas ſit reiecta ſub conditione, an ſub modo quia conditio ſuſpendit, & non impleta vitiat actum, quod ſecus in modo eſt; ideò dicetur conditionalis, vt ſi v.g. iubeo, vt ancilla ſit libera, ſi ſeruierit decem annis, vel cum ſeruierit, vel ſi dederit, aut cum dederit decem aureos, modalis erit, vt ſi v.g. Dominus dicat lego libertatem ancillæ; dummodo miniſtet decem annis, vel ſoluat decem aureos. Etenim relicta ſub modo libertas ſtatim competit quia adiicitur actui perfecto ſed relicta ſub conditione non inquam ex dictis in verſ. *ad tertiam*, hic; quia adiicitur actui imperfecto; ſicque conditio ſit ſuſpendens libertatem: ita DD. per textum *in l.Thaiſ.41.in princip.ff.de fidei commiſ.libert.* vbi dicitur legatam libertatem ſub forma ſequenti, *cum heredi meo ſeruieris annis* 10. poſt id tempus comparari, expreſsè Thomas Sanchez *ſub dicto num.18.in fine*, qui cum infinitis *lib. 5. de matrim. diſp.*33. explicat differentiam inter modum, & conditionem, de qua & ego latiſſimè *in cap. verum de condit. appoſitis*, expreſſa enim quæ de iure requiruntur, non ſunt conditio ſed ſtatim obligatio procedit. † Vt ſi v.g. collator 34
dixiſſet confero tibi beneficium ſi fueris idoneus, quia iure communi inerat, nihil enim prorſus operatur expreſſio eius quod tacitè ineſt *ex cap. ſignificaſti de elect.l.3.ff.de leg.1. l. conditiones quæ extrinſecus ff. de condit. & demonſtrationib.* eſt enim forma illa conferendi beneficium modalis, & communis forma; at ſi dixiſſet Pontifex committo tibi, vt des beneficium Petro, ſi per ſolertem indaginem inueneris idoneum, eſſe conditionalem, probat Sanchez, alia exempla referens *dicto lib. 3.de matrim. dict diſput.33.ſub dict.num.*3.quia hæc eſt limitatus modus ſcientiæ; & ſic noua forma præter de iure communi requiſitam.

Ad quartam quæſtionis partem de conſuetu- 35
dine, ſiue ſtatuto, reſpondetur, vt valeat conſuetudo, aut ſtatutum, quod alicubi filius, non matris, ſed patris conditionem ſequatur quoad ſtatus conditionem, vel quod vtriuſque parentis ſeruitutem ſequatur; ita vt ſi, vel ſolus pater ſeruus ſit, proles ſeruituti ſubdatur, vel ad id deſiderari vtrumque parentem eſſe mancipium: ſic docent Ioannes Andreas *in cap.1. numer.7. de coniug.ſeruor.* vbi Abbas *num.2.* Ancharran.a.Alex. de Neuo *num.a.* Cardinalis *in oppoſit.* 2. Sylueſter verb.*matrimonium num.8.quæſt.a.dicto* 8. Lancellotus *in tit.Iuris Canonic.lib.a.tit.de nupt.§.ſi quis tamen*, verb.*leges*, Molina *de Iuſt. diſp.37. tr.a. ad finem*, Butrius *in dicto cap.licet de coniug.ſeruorum num.3.*& *ibi* Barboſa *num.a.* Thomas Sanch. *de matrim. dict. diſp.24. lib.7. num.9.* dicens non eſſe audiendum Hoſtienſem qui *in dicto cap. licèt*, dixit eam conſuetudinem, tanquam abuſum eſſe reiiciendam atque ea non obſtante, filios ſequi conditionem matris.

Et ratio huius reſolutionis patet, cum tota 36
diſpoſitio noſtri textus, aliorum de quibus iam dixi *ſub quæſt.1. hic à num. 1.* vt partus nempè ſequatur conditionem matris, ſit ex iure humano, contra quod poteſt præualere conſuetudo per illa, dixi *ſupra in cap.fin.de conſuet* ac probatur *ex dict. cap. licet de coniug. ſeruorum*, vbi textus ſupponit ſecundum leges prouinciæ cuiuſdam fœtum quoad ſeruitutem conſequi conditionem patris, quam non improbat; & ita Bartolus *in l.1. n.* 82. verſ.*tertio ex prædictis infertur* [illegible] *de Dignitatibus lib.* 10. Decius *in cap.* [illegible] *col. 3. in noua editione num.39.* verſ. [illegible] *dicta*, Caſ-

ſanetis

ſaneus *in Cathaloga gloria mundi p.8. conſiderat.* 8. Otalnta multos referens *de nobilit.2.p.cap.2.n.7.* Burgos de Paz aliis relatis *in præm. leg. Tauri nu-*
37 *mer.* 116. † idem in contrarin caſu dixerunt, ſcilicet vt in honoribus, & Dignitatibus filius ſequatur matrem, & non patrem; quia nobilitas eſt de iure pnſitiun, quæ poteſt per ſtatutum, & conſuedinem induci: aliter etiam diſtinguit Thomas Sanchez *dict.diſp.24. ſub num.2.* teferens ſententiam contrariam ex Bartuln, Guillelmo Benedicto, & Tyraquello, qui *num.22.cap. 18. de nobil.* retulit alios idem Sanchez legendus pro primo caſu *ſupra dict.num.9.in diſp.24.*

38 Et ob id potuit ſuſtineri Antonius Pichard. *in diſput.do nobil ad l.3.cod.de muriloguł.lib.* 10.dum exiſtimauerit tutam non eſſe populatem eam diſtinctinnem ſtatus, Dignitatis in filiis, cum conſtet aliquandn patris, & aliquandn matris conditinnem ſequi in honoribus. vel in conditione motus authoritate textus *in l.exemplo 36.& ex l. nati 35.cod.de Decurion.* qnas latiſſimè explicat *ibi* D. Franc.de Amaya, qui & *à num.*12. id non admittit, eo quod illæ leges, & aliæ loquantur in filin nato ex muliere inquilina, & adſcriptitiæ cnnditionis, cuius conditin magis eſt ſeruilis, quàm libera, vt *in l.mulier 16.cod.de agricolis, & cenſic l.ne diutius cod.illo tit. l. colonos, l. cum ſcimus eodem, l.quicumque cod.de re milit.eodem lib.l. poſſeſſores cod.de ſeud.patrim. l.1. & 2. cod. in quibus cauſis coloni cenſiti Dominos acc.poſſeſ. cum tit. ſequenti lege* 1. *codice Theodoſian. de collegiatis nouella*, Valentinianus *de colonis Vagis tit.* 9. & aliæ leges, quas retuli; *ſupra dicta quæſt.*1. in verſ. *ad ſecundam* in princ. quibus conferunt iſidonius *lib.5. epiſt.*19. cum Valaſco, Ameſcua, Antnn. Fab. Ioanne Sauaro *in notis ad ſidon.dict. epiſtol.*19. Amaya inferens; ideo cùm mater nnn ſit ingenua, certum eſſe ventrem debere eius
39 conditionem ſequi. † Etiam ſi pater eſſet Decurin, cuius honnrem ſeruus aſſequi nnn poteſt, vt *in l.1.cod.ſi ſer.aut liber.lib* 10.*l.ſeruus 9.ff. de decurion.*vbi etſi pater eſſet ſeruus dum tamen mater ſit libera, rectè filius deciſin fieri poteſt; ſed hæc uon implicant, cum certum ſit ex ſtatutn, & conſuetudine poſſe, vt diximus, effici, quod natus qunad honores ſequatur matris conditionem, & qunad cnnditionis ſtatum patris, ſi fortè alicubi ſic ſtatutum reperiatur, aut cnnſuetudine introductum.

Et comprobatur ex *dicta l.ne diutius, & dict.*
40 *l.fin.cod de agricol.& cenſitis*, vbi indiſtinctè filius erat adſcriptitius, ſiue ex libera, ſiue ex adſcriptiria naſceretur, vt conſtat ex *nouella* 54. quæ eſt auth. conſtitutinnem, quæ ex adſcriptitin, & libera natos, &c.notauit etiam eleganter Cuiacius *lib.4. obſeruat. cap.* 28. vt ſic non attenderetur quoad adſcriptiorum naturam matris ſtatus, ſed quocumque parente, aut adſcriptitin, & libera, vel è cnntra natus, eam conditionem ſequatur, de qun videndus eſt Amaya *in dicta l.35.& 36. cod. de Decurion. ſub num.* 16. & 17. vbi dicit ſpeciali fauore agricolationis, id admiſſum; quaſi vt *num.* 18. reſnluit ex multis extra illum caſum regulare eſſe, vt partus ventrem ſequatur quoad ſtatum, & conditionem; & ſic introductum fauore libertatis, cuius gratia plura leguntur ſpecialia, quæ ipſe congerit, *lib.3.obſeruat.cap.7. ex num.*1. ſed vtcumque legas iam vides, qund ſtatutn, & legibus cautum eſt, vt aliquando quoad honores, natus ſequatur matris conditionem, & quoad ſtatum patris; & ſic mirum non eſſe ita procedere poſſe, cum illa omnia ſint de iure, poſitiuo, quæ vel ſtatuto, aut contraria cnnſuetudine poſſunt ſæpius, aut aliquando mutari.

QVÆSTIO III.

An natus ex Ancilla communi, quæ ab aliquo Dominorum manumiſſa eſt, antequam alteri Domino pretium ſibi ſolutum ſit ſuæ partis habita in ipſa Ancilla, liber naſcatur, vel ſit adhuc ſeruituti ſubiectus? Et an libertas tradita Ancilla ex tempore certo & præfinito, aut pro tali tempore v. g. ad duos annos, vel poſt duos annos, faciat, vt natus liber naſcatur, valeatque ordinari? Et quid de ignorantia ſtatus liberi, nempe eius, cui conceſſa eſt libertas poſt certum tempus comparanda? Et an liberti ad honores admitterentur, ſi ius aureorum annulorum impetrarent, & non antea; ſic vt nec ordinari poſſent, ſeu matrimonio coniungi? Et an ſerui poſſint ſe aliquibus modis redimere à Dominio? Heri? vbi de aliis? Et quid dicendum, vbi dubia eſt voluntas teſtatoris ſeruo libertatem legantis?

SVMMARIVM.

1 *Manumiſſione vnius Domini fit illico liber ſeruus duorum, etſi manumittens minimam habeat partem reſpectu aliorum, quibus prius eſt ſatis faciendum intereſſe, vt* n.3. 4.& n.10.

2 *Inducia conceſſæ à maiori parte creditorum, ſaltim in quantitate, præſtant moram, ſeu quitationem reſpectu aliorum debitorē.*

3 *Libertatis fauore non ſtatur iudicio maioris partis.*

4 *Satisfactio præſtanda eſt Domino ſerui, qui illum non manumiſit antequam conſequatur libertatem virtute manumiſſionis vnius ex Dominis.*

5 *Seruitus eſt indiuidua; & ſic nequit aliquis eſſe pro parte ſeruus, & pro parte liber.*

6 *Manumiſſio ab vno ex Dominis eſt magna momēti ad cogendos cæteros Condominos, vt accipiendo partem pretij, manumiſſus liber fiat, &* n.40.41. & 42. *vbi de differentia inter Sabinianos, & Proculeianos.*

7 *Miles ſociis, aut paganus communem ſeruum habens, & manumittens in vltima voluntate, aut inter viuos, adſtringit ſocium, vel vnum, vel plures ad venditionem cota iuxta Iudicis arbitrium, &* n.8.

8 *Socius liberans ſeruum ſocio inuito pretium ſoluit, aut ſolutionem accipere recuſante, deponis pecuniam apud publicas perſonas periculo ſecij.*

9 *Ancilla à quodam ex Condominis manumissa, si pariat antequam pretium Condomino soluatur non liberat prolem à seruitute: explica, n.11.*

10 L.1.ff.de manumissis vindicta.

12 *Libertas concessa v.g.ex certo tempore, vel ad certum tantum tempus distinguitur, vt* n.13. & 14.

13 *Seruus ex tempore manumissus quidquid agit interim est vt seruus.*

14 *Seruus manumissus pro tempore, vel ad certum tempus statim consequitur libertatem, & quidem perpetuam, vt* n. 15. *& declaratione,*n.16.

16 *Libertas semel data nequit remoueri.*

17 *Matrimonium liberi cum ancilla, cui pro certo tempore donata est libertas valet.*

18 *Status liberi ignorantia quid prosit remissiuè.*

19 *Liberti manumissi libertatem consequebantur, sed arcebantur ab honoribus, vt* n. 20. *nisi consequerentur ius aureorum annulorum,* vt n.21.22.25.26.

20 *Lex visselia arcet libertos ab honoribus, & Dignitatibus ac Decurionatibus contra facta plurium Imperatorum.*

21 *Aureorum annulorum ius referebat ingenuitatis imaginem, quod erat omnibus nobilibus Romanis, qui sic distinguebantur à plebe.*

22 *Equites qui referebantur à Principe, annulo aureo donabantur.*

23 *Ius annulorum aureorum manumisso dabatur simul cum consensu Patroni, & quare.*

24 *Seruus ex quo plenam, & semel libertatem consequitur, potest ad ordines ascendere, non sic ad Dignitates saculares.*

25 *Adscriptitij ideo non ordinantur; quia nondum sunt verè liberi, sed gleba adstricti, nec liberti; quia adhuc suis Dominis prastant obsequia. Aliter si directa, & plenè sint manumissi, vt* n.26.

26 *Liberti ordinari non valent, & quare etiam* num.25.

27 *Serui etsi acquirant, non sibi, sed Dominis, nihilominus habent modos, quibus se valent redimere à seruitute, vt* n.28. 29. 30.31. & 32.

28 *Seruus potest habere sibi relictum alimentorum causa, vel quod Dominus ei permittat habere tanquam suum, aliisve modis,* n.29. 30.31.& 32.

33 *Libertas legata, non acquiritur ante aditam hareditatem, etsi secus contingat in legatis aliarum rerum.*

34 *Libertas data in fraudem creditorum à principio nulla est,* n.35.& 36.

35 *Res alienata prater libertatem in fraudem creditorum, reuocantur actione rescissoria Pauliana, Fabiana, siue Caluisiana.*

36 *Verba* nihil agit, *in legibus posita inducunt actum ipso iure nullum.*

37 *Dominus cogitur seruum manumittere, cui per fideicommissum libertas relicta est.*

38 *Seruus, cui libertas relicta erat, si hares nollet eum manumittere, habebat authoritatem perducendi eum ad Pratorem, vt cogeret haredem manumittere, vel adhibito Consilio, si qua dubietas oriretur, vt numero* 39.

39 L. si legato seruo 11. ff. de manumissis testamento.

40 *Libertatis fauor amplectendus, quoties oritur dubium super ea,* n.41.& 24.

42 *Libertas naturalis est longè melior seruitutis iugo, & fauorabilior.*

AD primam quæstionis partem videtur res- 1
pondendum, vt ex manumissione vnius
Domini, etsi plurimi alij sint Domini, illico maneat Ancilla omnino libera propter rationes adductas de libertatis fauore, *supra quast.1. & ex* §.1.*inst.de ingenuis*, cum vulgatis. † Et patet ar- 2
gumentum ex causa minus priuilegiata nempè inquitatione, seu mora indulgenda ab aliquo ex creditoribus qui respectu aliorum maiorum quátitatem, ac summã habet pro suo credito contra debitorem: nam si iste inducias præstet facit supersederi in executione, & litigio aliorum iuxta quæ breuiter dixi *infra in cap.fin. de foro comp. q. fin.sub* §. 4. *ex num.* 5. *ad finem.* † Et in terminis 3
nostri dubij probatur *ex l.2.ad finem cod. de communi seruorum manumis.* vers. *etsi plures*, vbi fauore libertatis, non statur iudicio maioris partis contra, *leg.& suum, & l.minorem ff.de pactis, & notat glossa in l.1. in princip.* verb. *vnum*, & *ibi*, Salicetus, *num.*1.illius tituli; sic vt notant, etiam DD. procedere, etsi quantumcumque partem alij habeant & manumittens minimam, vt colligitur expressè *ex dicta l.1.in princ.*ibi, *quantamcumque*; vbi Bald. *n.* 2. inde colligens casum in quo minimum trahit ad se maximum.

At quantumvis dicta doctrina sit vera, at maior 4
pars Dominorum teneatur ad manumissionem integram ancillæ, siue seruo præstandam, sed non antequam sibimet ipso satisfactum fuerat de ea parte pretij correspectiua quam quilibet in seruo, seu ancilla ab alio manumissis habuerit, vt colligitur ex adductis *quast.2. praced.* vbi dictum est libertatem conditionatam non competere nisi in conditione impleta item expressè *ex dict.l.1. cod. de communi seruo manumis.* vers. *his itaque*, vbi quod ancilla minimè consequitur libertatem donec id pretium soluatur alteri Domino partis, quam habebat: sic etiam glossa, *ibi* verbo *necessitatem*, Salicetus *num.*1. vers. *sed glossa hoc dubitet.*

Et confirmatur clarius *ex l.eiusdem tituli*, ibi: 5
Fiat itaque liber ex parte quidem testatoris, vbi glossa, verbo *fiat*, dicit futurum tempus significari, atque ita comparandam libertatem præstito prius pretio, & magis apertè patet de iure Regio *in l.2. tit.22. p.4.* ibi: *Edende en a delante sera libre*, vbi Gregorius Lopez dicit antea non comparari libertatem, & communiter DD. ex ea ratione, quia, cum seruitus sit indiuidua, non potest quispiam pro parte liber esse, & pro parte seruus, vt probat glossa *in dicta l. 2.* verb. *ex parte ex l. duobus ff.de liberali causa, l. cum filius ff. de leg. 2. & l.iudicare ff. de excep. rei iudicata*; & sic quia antea erat in totum serua, nec sola vnius manumissio sufficeret ad integram libertatem eo quod diuidua non sit recte euenire docet ex communi, Sanchez, vt nisi soluto pretio partis, quam alter Dominus non manumittens habens, nondum seruus, aut ancilla, consequatur libertatem in præiudicium tertij, & cum eius iactura.

Quod si replices dicendo manumissionem ab 6
vno ex Dominis factam nihilo deseruire vnamque esse nihilominus dicendum est, esse magni

momenti

momenti cum operetur, vt serua offerente, partem prætij; quam in ipsa possident alij Domini, cogātur ipsi recipere illud pretium, & hoc fauore libertatis contra leges, nec emere regulam. *cod. de iure deliberandi*, *l. inuitum cod. de contrahenda emptione*; sic vt maneat omnino libera, vt habetur expressum in *dicta l.1. in princip. dict.* vers. *his itaque cod. de communi seruo manumis. & dict. l.2. tit.22. p.4.* optimè Thomas Sanchez *lib.7. de matrim. disp.24. num.17.* vbi resoluit, & id verum haberi, quamvis serua, vel seruus sint plurimorum Dominorum, & vnus solus manumittat, eo quod cæteri debent cogi pretium recipere suarum partium, vt expressè habetur, *in dicta l.2.* vers. *etsi plures*, dicens hoc esse fauore libertatis, vt non stetur iudicio maioris partis contra leges adductas sub *n.1. ff. de pactis.*

7 Igitur vt probant DD. *in dicta l.1. cod. de communi seruo manumisso*, per textum *ibi*, socius miles, aut paganus communem seruum, aut in vltima voluntate, aut per actum inter viuos manumittens adstringit socium, vel vnum, vel plures ad venditionem quotæ; ita vt vbi de pretio non conueniunt, iudex arbitretur, vt dicunt, *ibi*, Salice-
8 tus, & Sebastianus Næuius. † Et Baldus addit quod socius liberans seruum, socio inuito, prætium soluit, aut eo solutionem accipere recusante, deponit pecuniam apud publicas personas periculo socij, qui *& ibi*, *in §. sed alia constitutio*, *iunctis §§. ad finem*, & Næuius, *ibi*, addunt mentionem pretij incerti, intelligi arbitrio iudicis; & quod fauore libertatis tam emere, quam vendere quis cogitur.

Et confirmatur, quia in tantum procedit, nam etsi non Dominus manumittens, aut ipsa ancilla manumissa, vel seruus manumissus offerant pretium partis Domino nō manumittenti, sed quidam alius tertius offerat pretium partis ei, aut aliis Dominis, cogentur ipsi recipere; quod quidem, & optimè intelligit Gregor. *per dict. l.2. tit.22. part.4.* verbo *otro alguno*, quando ille tertius ad id emit illam partem, vt ancilla illa consequatur libertatem; quia hæc est mens ipsius legis Regiæ, &
9 *dict. l.1. cod. communia de manum.* † Sequitur idem Sanchez *dict. num.17.* in fine concludens, vt proles habita ex ancilla à quodam ex Dominis manumissa, antequam soluatur, aliis pretium suarum partium, nascatur seruilis conditionis, tanquam habita ex verè ancilla; quod si tamen ante partum, breui momento soluatur pretium, tunc quidem soboles libera sit; quia vt diximus latè, *hic sub q.1.* iam illo momento mater erat libera ante natiuitatem.

10 Et amplius hæc Doctrina vera est, vt procedat etsi aliquis ex Dominis, cui pars pretij soluenda est, minor sit; quia quamvis textus *in l.1. ff. de manumissis vindicta*, interdicat minori absque decreto manumittere, de quo dixi *sub c.3.* quia cum textus *in dicta l.1. cod. de communi seruo manumit.* & alij adducti indistinctè loquantur, sequitur vt solùm soluta parte pretij non manumittenti, aut deposita, vt dictum est, competat manumissæ Ancillæ libertas, aut seruo, vt docent glossa. & DD. *in dicta l.1.* verbo *imputent*, ibi Salicetus *in fine princip.* Albericus *num. 2.* vers. *item quæris*, glossa, vbi reddit rationem; quia venditio fit hæc authoritate legis, vbi non est opus decreto etiam in rebus minoris, vt *in l.1. & 3. ff. de rebus eorum*, docent Bald. *ibi num. 2.* Gregor. Lopez *in dicta l.2. partita*, verb. *vendere*, & alij.

Quod si dubites, nùm liberetur ancilla ab vno 11
Domino manumissa, si nec manumittens, aut alius tertius partem pretij non manumittenti soluat? Et pro affirmatiua resolues ex dictis *infra hic vers. ad vltimam*; quamvis prima facie videatur negandum; eo quod Ancilla, vel seruus pro eo tempore nihil proprium habeant ex cognita iurisprudentia, de qua iam diximus in hoc titulo.

Ad secundam quæstionis partem, iunctis hic, 12
quæ dixi *supra quæst.2.* vers. *ad tertiam*, de libertate sub conditione, & de statu libera, per *ibi* dicta videtur negatiuè respondendum. Sed vt clarius rem hanc explicemus distinguendum est inter libertatem concessam v.g. ex certo tempore, veluti ab hic duobus annis, aut si concedatur vsque ad certum tantùm tempus, quo scilicet transacto, manumissus reincidat in pristinam seruitutem, † 13
& quoad primam partem dicendum est iuxta dicta in relato vers. *ad tertiam dicta quæst. 2.* vt maneat sic ex tempore manumissus dum aduenit tempus à manumissore assignatum, seruus taliter, vt quidquid interim agit, agat, vt seruus; indeque euenire vt non possit ad ordines promoueri, nec Domicilium mutare, & nec possit liberè tradere potestatem sui corporis: sic docent Suplem. Gabriel *in 4. dist.36. quæst.1. art.3. dubio 2* Sotus *in 4. dist.35. quæst. vnica à col.4.* vers. *ad hæc*, Ledesma *p.2. quæst.54. art.1. ad finem man.1. tom.2. in 2. edit. cap.223. num.3.* Vega *tom.2. summa cap.34. casu 67. §. nota quæcumque*, Thomas Sanchez benè disputans etsi aliquantulùm obscurè *lib. 7. de matrim. disp.19. num.3. & 4.* qui id probat ex textu *in l. statu liberum ff. de statu homin.* dum Consultus *ibi* docet quod medio tempore illo seruus est: etenim vt ait Consultus *in l.12. de manumiss. testam.* conditionalis libertas à seruo ante implementum conditionis, frustra petitur, vt explicat Cujacius *lib.3. obseruat. cap.22.*

Aliud enim esse, dicendum est, quando pro 14
tempore determinato, vel ad certum tempus manumissus est seruus; itavt illo transacto, recedit in pristinam seruitutem, quia tunc ab ipso manumissionis initio, seruus consequitur libertatem talem nempe vt perpetuò duret; eo quod optimo iure illa temporis assignatio parui pendeat; non enim hoc modo libertas seruis relinqui permittitur. † Imò potius si à manumissore relinquatur, 15
debet nihilominus perpetuò durare, vt expressè habetur *in l. libertas 31. aliàs 32. iuncta l. ideò 34. ff. de manumissis testam.* ibi: *Libertas ad tempus dari non potest; ideòque si ita scriptum fuerit, Stichus vsque ad annos decem liber esto, temporis adiectio superuacua est*, vbi glossæ verb. *libertas*, valere concessionem libertatis, adiecto tempore, & *in dicta l. ideò* verbo *superuacua est*, illam temporis adiectionem superuacuam esse dicunt, libertatem suum effectum sortientem, & probant etiam DD. per textum *in l. libertas ad tempus 34. & glossam 8. eiusdem tituli*, Sebastian. Næuius *ibi*, & *l. actus legitimi ff. de hæredib. instit.* vbi Maynard. *ff. de regul. iuris.*

Et omnium ratio est, vt iam etiam diximus; 16
quia libertas semel data reuocari non potest *l. etsi sine dolo §. quod Papinianus ff. de minorib.* vbi minor beneficium restitutionis impetrans hæreditatis à se repudiatæ, aduersùs seruum in ea substitutum auferet quidem hæreditatem, & manebit in perpetuum, quamvis libertatem non directè assequutus sit, sed accessoriè; eo quod hæres substitu-

tus

rus cuius nullam aliam dicit rationem Thomas
Sanchez *dict.lib.7 de matrim. sub dicto num.3. cir-*
ca finem, nisi quia libertas semel concessa, reuocari
17 non possit. † Post alia coucludens contra Sotum,
& alios valere matrimonium liberi cum ancilla,
cui pro certo tempore donata est libertas; quia
ancilla illa est iam perpetuò libera, & ego ex di-
ctis *hic* in vers. *ad secundam*, è contra per dicta
proximè in vers. *aliud*, vt quod manumissus pro
tempore, possit illico ordinari, cum iam sit in per-
petuum liber. Alia videnda in confirmationem
tradit idem Sanchez *sub dict.n.3.*

18 Ad tertiam quæstionis partem de ignorantia
status liberi, nempè eius, cui concessa est libertas
post certum tempus comparanda, nihilominus re-
peto, etsi idem Sanchez abundè expendat distio-
guens *dict disp.19. num.4.* & alia ex Syluestro, &
Angelo repetat *sub dict. num.3.* cum satis ex proxi-
mè dictis in vers. *ad secundam*, declarentur iuxta
iam propositam distinctionem.

19 Ad quartam quæstionis partem, an liberti ad
honores admitterentur? Et quia oon negando,
quod liberti manumissi, ciuitatem Romanam con-
sequerentur, vt *in §.1. inst. de libertin.* ciuiumque
fruerentur priuilegiis, sed quia multa, quæ inge-
nuis, licebant, ipsi non consequebantur, vt aduer-
tit Demster. ad Rosin. *lib.1. antiq. cap.10.* & ple-
rumque Principes contrarium, vel permiserunt,
vel introduxerunt, provt apud eos gratia valebat
20 vel libido persuaserat. † Ideoque lata fuerit lex
visellia, cuius meminit *l. 1. cod. si seru. aut libert.*
lib.10. quæ libertos ab honoribus, & dignitatibus
arcet, vt *in l. vnica cod. ad visell. l. 1. cod. quando*
ciuilis actio, l. vnica cod. Theodos. victum ciuiliter
agere, Vlpian. *in fragment. tit.3. §. penult.* qua liber-
tini prohibebantur honores consequi, Decuriona-
tus, & quascumque Dignitates; quoniam etsi iam
libertatem haberent, adhuc tamen dedecori erat
Reipublicæ, vt qui ex fæce seruitutis deducti es-
sent, & patronis tenebantur obedientiam præsta-
re honores capesserent, & tali dedecore dignita-
tem Curiæ violarent, cum variis de causis in
seruitutem redigi possent iuxta multa, quæ con-
gerunt videnda Menochius *de arbit. casu* 402.
Amaya *in dicta l. 1. cod. si seru. aut libert.* omninò
legendus, vbi *ex num.40.* ab origine expendit ra-
tionē quare dicta lex visellia persequuta est liber-
tinæ conditionis homines, ne honores, & digni-
tates auderent attentare contra plurium Impera-
torum, quos enumerat ex bonis authoribus facta,
qui libertos ad fastigia Reipublicæ subleuauerūt,
& aliorum, vt Claudij, & Neronis, vt apud Sue-
ton. in Claud. *cap.24.* & de Nerone *cap.15.* qui in
Senatum non admiserunt; nec enim ad militiam
possent liberti vocari teste Appiano *lib. 1. de bell.*
ciuic.

21 Ex his ad propositum nostri tituli, & textus
item, & ex dictis *supra sub quæst. 1. Rubrica*, &
sub cap.1. potest etiam dici dictos libertos oec
ordinari posse, cum hoc esset ad fastigium Digni-
tatis Sacerdotalis admittendo in dedecus tanti or-
dinis operari. Quare videtur dicendum, vt quem-
admodum ad hoc vt Romanorum legibus requi-
rebatur ad auferendam incapacitatem in dictis li-
bertis, quod impetrarent ius aureorum annulo-
rum quod ingenuitatis imaginem referebant, vt
patet ex *l. 2. cod. de iure aureor. annul.* cuius vsus
communis erat omnibus nobilibus Romanis, vt
apparet ex Liuio *lib.9.* Senatoribus scilicet, & pa-
tritiis, & equitibus postea, vt sic distinguerentur à
plebe Plin. *lib.35. cap.1.* Diodor. *lib.48.* † Ita vt 22
iam eius ordinis fuisset insigne, sic quæ in equites,
qui à Principe referebantur, annulo aureo dona-
bantur, Alexand. ab Alex. *lib.2. genial. cap.29.* plura
congerens Amaya *in dict. l. 1. cod. si seru. vel libert.*
ex num. 46. † Qui & *num.* 50. cum Coñano, 23
Cujacio, Osualdo, Hotomen. Brisonio, Iusto
Lypsio, & aliis probans ius istud annulorum au-
reorum à Principe manumissis concedi ait simul
cum consensu Patroni, non alias, quod ea res
multùm iuris patronatus detraheret *ex l. 3. ff. de*
iure aur. annul. quo pacto ad honores, & plublica
munera, tanquam si verè fuisset ingenuus, admit-
ti libertum sine pœna dictæ legis Vissélliæ, frui-
que splendore eius ordinis, & dignitate; etsi tale
ius nihil operaretur quoad læsionem iuris patro-
natus, vel si à Principe natalibus manumissus, li-
bertus restitueretur id est ad eam conditionem re-
duceretur, quo erat suo natali die, siue ad natales,
quo erant homines, si seruitus non esset introdu-
cta, & hoc cum consensu Patroni, de qua ratione
& eius effectibus cum aliis multis idem D. Franc.
de Amaya *in dicta l. 1. ex num. 51. vsque ad finem*,
vbi *ex num. 54.* agit de illo, qui non suæ pristinæ
ingenuitati vult restitui, sed cum verè seruus fue-
rit iam manumissus, restitui velit ad eam ingenui-
tatem, quam omnes ingenui solent habere, vt *in*
l. 2. & 3. ff. de natal. rest.

Quare omissis aliis ex vetusta loquutione anti- 24
quorum de hac re, quæ iuxta tractationem nostri
tituli, & textus, non sic subdistinguntur dicen-
dum existimamus, vt ex quo seruus plenam, &
semel libertatem consequitur, possit ad omoes or-
dines ascendere, cum leges Ecclesiæ non sic eo
rigore, ac leges, secus quoad dignitates sæculares
quæ impedimento sunt manumissis, vt colligitur
ex dictis hic & *in dicto cap.1.* † Quia etsi adscri- 25
ptij non ordinentur, de quibus dictum est non
esse in vsu, id tamen euenit; quia nondum verè
liberi sunt, sed glebæ adstricti, vt supra dixi *in*
dicto cap. 1. sub vers. *ad primam*, in fine, & *alibi*
hoc tit. & idem de libertis, qui adhuc obsequia
Dominis suis præstant. † Tamen si directè manu- 26
missi fuerint, & plenè, iam tunc ordinari permit-
tuntur, & præcipue, quia vt dictuum est *in cap. 1.*
& aliis huius tituli seruorum adscriptionem origi-
nariorum nomen ablatum est, & hoc potius si
consideretur dictum ex vers. *ad quartam*, de pleni-
tudine libertatis, quam semel manumissus conse-
quitur irreuocabilem.

Ad vltimam quæstionis partem breuiter sup- 27
positis modis, quibus libertas seruo competit scri-
ptis *sub dicta quæst. 1.* Rubricæ, & *sub quæst. 2. c. 3.*
& ex aliis. Nunc breuiter respondeo, quod etsi
serui Dominis acquirant non sibi, *l. quemadmo-*
dum 46. ff de iure dot. l. placet 78. ff. de acquirenda
hæredit l. qui liberis 7. §. hæc verba ff. de vulgari, l.
acquiritur 10. l. etiam inuitis 32. ff. de acquirendo
rerum Domin. l. 2. §. Celsus cum aliis ibidem ff. de
vsucap. pro emptore, l. seruus vetante 62. ff. de verb.
obligat. §. in potestate instit. de his, qui sunt sui §. si
quis aliis de inutilibus stipulat. §. item vobis per
quas personas l. 9. tit. 21. p. 4. l. 7. tit. 11. p. 5. nihilomi-
nus competunt illis nonnulli modi, quibus se va-
lent redimere à seruitute.

Et ratio est; quia sicut de iure competit illis 28
aliquid proprium habere causa alimentorum sibi
relictum, *l. seruos 17. ff. de alimentis legatis, l. qui-*
dem 5. §. illo cod. de necessariis seruis, limitando in
hoc textum *in l. seruis 4. de legatis*, sic si Dominus
seruo

seruo cnncedit aliquid vt habeat tanquam suum. † Vel si ex aliena pecunia, vt puta si ro-
30 gatu ipsius, ipsum alius redimat. † Vel si ipse seruus pecuniam ab aliquo donatam accipiat ea conditione, vt redimat se, aut si alio inter viuos, aut testamento, sponte sua aliquid relinquat hæredi, vel legatario libero ea conditione, vt seruum tirij stichum redimat: ita Diana *p.7.tract.7.res.43.* Azorius *tom.2.lib.2.instit.moral.cap.36.q.2.* & alij dicentes, vt cum hoc modo se redimit seruus, non datur ei pecunia, sed Domino, à quo seruus emitur, vt fiat liber.

31 Deinde & aliis modis se redimere potest, nummis scilicet ab alio acceptis, ea conditione, vt eos illi postea restituat manumissus, & liber effectus.
32 † Item siue ex peculio, quod ad venditorem pertinet, siue ex aduentitio lucro, siue etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel rogante eo, vel repromittente, vel se delegante, vel in se recipiente redemptus sit ex *l. is qui ff. de manumis.* vbi D.D. sic relati, Diana, & Azot. addentes satis esse, quod is qui emptionis suum nomen accommodauerit, nihil de suo impendit; & quod tunc suis nummis dicatur redimi, quãdo accipit mutuos nummos ab aliquo, vt se redimat, & manumissus eos restituit ei, qui dedit mutuos vt illis nummis alius cum redimat, vel vt ipsa seruus se ipsum redimat. Et sic concludunt, vt quia sunt modi, quibus aliquando serui sibi acquirunt, & consequenter dici debere, & seipsum posse redimere.

33 Pro complemento omnium notabis eam esse differentiam inter legatum libertatis à legato aliarum rerum, quod attento iure cummuni, dies libertatis non cedat, nisi ab addita hæreditate, id est seruus, cui libertas legatur, eam minimè consequatur; donec hæres adeat hæreditatem, *l.vnica §. libertatibus cod.de caducis tollendis*, in legatis aliarum rerum, non sic vt habetur, *in dicta l. vnica § in nouissimo*, & est differentiæ ratio, vt diximus *supra* in vers. *ad secundam*, quod nemine adeunte hæreditatem, corruat attento iure communi omnia relicta in testamento ex *l.nemo 9.cod. de testam.tutela*; sed quia libertas semel relicta reuocari nequit, vt iam *ibi*, diximus (quod secus est in aliis legatis) ideo iure optimo ex communi sententia probat Sanchez, *dicto lib.7. de matrim. disp.19. sub num 3. in fine*, vt sola libertas legata non acquiratur ante additam hæreditatem.

34 Inde infero, vt alienatio aliarum rerum facta in creditorum fraudem, quamvis mero iure valeat, donec reuocetur, *l.1 ff. quæ in fraud.creditor.* ibi, *reuocendo ea*, sed libertas in fraudem creditorum sit nullius momenti, *instit.quibus ex caus.* ibi *nihil agit*, vbi additio marginalis ipso iure esse nullam;
35 alias esset irreuocabilis. † Nam etsi in cæteris rebus reuocandis in fraudem alienatis, rescisoria actione vtendum sit Pauliana, Fabiana, siue Caluisiana, vt per totum, *ff.quæ in fraudem credit.& §.item si quis in fraud.instit. quibus ex causis, l.17. cum sequenti tit.15.p.5.* sed non sic in libertate, lege Ælia sentia vetante, quæ vt explicant institutarij in *dicto §.1.* & in adductis legibus alij D.D. nulla est ipso iure Pichard. *ibi num.4.* alia ex *num.2.* adducens, Thomas Sanchez *vbi supra dicto n. 3.* vbi dicit quod alias esset irreuocabilis, Ioannes de Platea, & Aretin. quos refert, & sequitur Tyraquel. *in l.§.vnquam*, verbo, *reuertatur n.265.cod.*
36 *de reuocand.donat.* † Quia verba *nihil agit*, quibus vtitur Iustinianus, inducunt actum ipso iure nullum ex *l.is qui heres 13.ff.de acquirenda hæred.l.is potest 18. eodem, l.obligari §.tutores ff. de authorit. tutor.*

Item notandum est secundo, quod si seruo per 37
fideicommissum libertas relicta est, Dominus cogitur seruum manumittere, DD. per textum *in l. si legato 11.ff.de manumissis*, vbi fideicommissaria libertas relicta seruo, quem prius testator legauerat, perducit eum ad libertatem, *cap.cum omnes*, vbi Flin.& Panormit. *supra de const.*

Reuardus *de regul. iuris in l. quoties 20.* vbi 38
quod si recusaret cum hæres manumittere, habebat seruum authoritatem perducendi hæredem ad prætorem, eoque perductus Prætoris imperio cogebatur hæres manumittere ex *l.43.ff de action. empti*, & faciunt dicta *supra in hac quæst.* vers. *ad primam*, ibi *igitur*, additque Reuardus id quidem solitum fieri cognitione, si nulla incideret libertatis fideicommissæ dubia interpretatio.

Tametsi quæ huiusmodi oriretur interpreta- 39
tionis difficultas nũc non prætoria cognitione, sed adhibito consilio de libertate per fideicommissum relicta cognosci dicit; quare ait referri ad dubiam libertatis interpretationem, illud, quod sic ad Sabinianum, *lib.7.* scripsit Pomponius: *si Stichus, & Pamphilus decem dederint, liberi sunto*, possit alter quinque dando liber esse, quamuis alter non dederit: sic ex *dicta l.11.de manumis testamento*, & amplius probatur ex *§.cum testamento*, ibi, vbi seruus testamentariam libertatem consequitur, si vnus ex pluribus hæredibus adeat hæreditatem, & probabt Castrensis, Saliceius, & alij per textum, *in l.nemo ff.de bonor.possess.contra tabul.l. vnica §.in nouissimo cod.de caduc.toll.*

Igitur offerens Reuard. quæstionem inter Sa- 40
binianos, & Proculianos in vno quinque offerente, & nihil dante, altero is qui obtulit quinque libertatem consequi possit, an verò necessum esset ambos simul decem offerre, & sic alterum sine altero liberum fieri non potuisse; & ita videretur amplectendum iuxta verborum energiam ex mente testatoris: tamen referendo dicta verba ad fauorem libertatis, vt ea quinque ab vno oblatis competerent, firmat ex Sabino sic definiente: nam quoties dubia interpretatio libertatis est, secundùm libertatem respondendum sit per *dict. l. quoties 20.* cum concordantibus, *ff.de regul. iuris*, quæ est desumpta ex eodem illo ad Sabinian. *lib.7.* in quo hanc quæstionem tractatam à Pomponio dicit.

Et sanè ad comprobandum Reuardus addit Sa- 41
binum consueuisse in huiusmodi quæstionibus respicere vt indicat Vlpian. ad Sabinum in sequentibus verbis, *lib. 4. si decem heredi dare iussus fuerit, heres etiam per partes accipere fauore libertatis cogendus est*, vt *in l.4.§.6.ff.de statu liber.* vbi Næuius, & alij DD. cur autem prosequitur Reuard. secundùm libertatem, potius quam secundùm
seruitutem in dubio pronuncietur? † eam posse 42
esse rationem ait, quod libertas naturalis sit, eoque nemine seruitutis iugo longè melior, & fauorabilior *quodque semper quidquid dubium est, humanitas inclinat in melius*; & sic Senecam scripsisse accipiatur, *lib.11.epistol.10* sequentibus verbis: *reus sententiis paribus absoluitur, & semper quidquid dubium est humanitas inclinat in melius.*

AD

AD TITVLVM ET CAP. VNICO.

De Obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Clerici negotiateros non sunt de foro Ecclesiæ.*

1 QVÆQVE possunt ad Rubricam huius textus pertinere disertè sub Rubrò litteræ textus continentur ; & cum pertineant ad administrationes, quæ abstrahunt ordinandos à receptione ordinum, respectu quarum, dum relictæ non sunt, nec earum rationes dispunctæ, irregulares ordinandi vocentur ; & hac de causa valeant hie applicari dicta per Doctores *in cap. fin. de vita, & honest. Cleric.* vbi quod Clerici negotiatores non fruuntur foro Ecclesiæ, vt *in toto titulo, ne Clerici, vel Monacchi sæcularibus negotiis se immisceant, & in tit. de postulando, aliisvè locis* dispersis in toto nostro Iure Canonico, & Conciliis ; inde iam pro materia irregularitatis, de qua *in hoc tit.* habetur, leges quæstiones, quæ subsequuntur.

QVÆSTIO I.

Obligati ad ratiocinia, qui reputentur tales, vt ante ea præstita, prohibeantur ordinari? An omnis obligatio ad ratiocinia prohibeat ordines suscipi? Vbi quid si redditis ratiociniis, resultet solùm pecuniarium debitum absque alia lite, vel infamia.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad ratiocinia est irregularis. Et quare, vt exemplificatur ex* n. 3. 4. 5. & 7.

2 *Ratiocinia præstare sunt obnoxij procuratores, executores, actores, curatores, tutores, negotiorum gestores, factores, creditor in pignore debitoris, vsufructuarius, hæres, actor, vniuersitatis sequester, & administrator quilibet, &c.* & n. 5. & 6.

3 *Negotiis sæcularibus detentus, quando post ratiocinia reddita, valeat ordinari, &* n. 7. 18. & 21.

5 *Thesaurarij, aut depositarij administrationis publicæ, aut artis, tenentur reddere rationem suæ administrationis, & qui gesserunt administrationem alicuius priuatæ personæ,* n. 6. & 10.

7 *Ordinari nequis qui, administratione cessante, nondum rationem eius præstitit.*

8 *Irregulares ad ordines, sunt ministri nonnulli Iudiciarij, &* n. 9.

10 *Administratores publici solent distingui ab administratoribus priuatis, quoad irregularitatem, vt* n. 11. 12. 13. 14. & 15. *vbi qualiter declaretur.*

13 *Administratores, & œconomi Ecclesiarum, pauperum, viduarum, & miserabilium possunt ordinari, vt* num. 14. *& quare,* num. 15.

16 *Tutor ordinari poterit, non obstante officio, si ex pietate susceptum ab Episcopo Iudicetur.*

17 *Tutor, curator, aut administrator in minoribus constitutus, si nondum cœpit ratiocinari, non prohibetur ordinari.*

18 *Administratores publici, aut priuati, quorum administratio sua natura prohibet ordines, non tantùm irregulares sunt, officio durante; imo eo expleto, si lites ortæ sint, aut oriri sperentur, alias de facto aliquis eorum promotus, erit dignus depositione, etsi in causa postea vinceret.*

19 *Debitores Reipublicæ, non sunt admittendi ad honores; donec soluant. Et quid ad ordines,* n. 20. & 21.

20 *Ordines computantur inter honores publicos.*

21 *Debitores publici aut priuati, finito officio, ac redditis rationibus, possunt ordinari, nisi ex debito lites resultarent, nisi creditor sciens, & consentiens.*

22 L. rescripto ff. de muneribus, & honorib. cap. præcipimus dist. 93. l. iubemus §. seruus cod. de Episcopis, & Clericis.

CVm ergo sit certum ex textu nostro, & *dist. 53. cap. 1.* obligatum ad ratiocinia esse irregularem; quia in eo est quoddam vinculum temporale, inhabilem reddens hominem, & valde impeditum, ad Ecclesiastica ministeria; indeque à iure sit reputatum sufficiens impedimentum ad remouendum illum ab ordinatione; ideo rectè Theologi *in 4. distinct. 25.* & cum D. Thoma *quæst. 2. art. 2. quæstiunc. 2.* cum de seruis dixisset subdente in verbis sequentibus, *Et similis est ratio de omnibus, qui sunt aliis obligati, vt ratiociniis detenti, & huiusmodi personæ,* de quo præter ordinarios ex antiquis docent summistæ in verbo *ratiocinium*, Syluester, Angel. Tabiena, Gullielmus Durand. *in speculo iuris lib. 4. hoc tit.* Albertus *in suo dictionario,* verb. *obligatus ad ratiocinia,* Campanillus *in diuers. iuris canon. Rub. 11. cap. 9.* Salzedus Borgasius, Maiollus, Bellerius, Reginald. à Cuña, & alij, quos refert *hic* Barbosa, *& in pastorali p. 2. alleg. 10. n. 47.* secundùm impress. Lugdunens. & super nostrum titulum, Hostiens. Cassan. Anastas. Germnn. Petr. Alfons. de Vasconçelos *in harmonia,* Bartholomeus Cartagena, Ioan. Honor. Cytonius, Andeas Valensis, & alij, item Suarez *de censuris disput. 51. section. 3.* & alij *infra* referendi. 1

Sed antequam ad speciales casus deueniamus oportet præmittere hominum species, qui propter aliquos casus, & obligationes obnoxij sint reddere. Quibus præmissis descendemus ad illos, qui sub obligatione nostri tituli comprehenduntur, nonnullos numerat Pontifex hic, nempè, *Procuratores, actores, executores, seu curatores pupillorum,* quibus addo tutores honorarios, negotiorum gestores, factores, qui de tutoris, vel curatoris mandato, negocia administrarunt, seruus qui Domini negotia gessit, socius administrans socio, hospitalarius, orphanotrophus, vel executor testamenti, capitulum gerens negotia Episcopatus, 2

sede

negotia gessit, socius administrans socio, hospitalarius, Orphanotrophus, vel executor testamenti, capitulum gerens negotia Episcopatus sede vacante, minor qui alicuius bona administrauit, creditor qui bona sui debitoris ex causa Iudicati possedit, vsufructuarius proprietario, hæres fideicommissariis, legatariis, & creditoribus defuncti actor vniuersitatis sequester, siue publicus, siue priuatus, mater, & auia tutrix filiorum, & Pater de castrensibus, vel quasi patruus de tutela, filius curator patris furiosi, administrator quilibet, siue voluntarius, siue à lege, iudice, vel patre fuerit constitutus, vel etiam si sine mandato administrauit, etiamsi sit summus Pontifex, & eorum hæredes, ac alij, quos congerit Muñoz de Escobar. *de ratiocinijs c.3.* & alij ad alios iuris effectus, quos recensere nunc non pertinet; sed numquid omnes isti irregulares censeantur, dum ratiocinia, ac debitum ex calculo resultans, non præstant per *infra* proximè dicta, & in aliis quæstionibus patebit.

3 Ad primam ergo difficultatis partem existimo rem hanc non esse limitandam ad materialia exempla, de quibus Concilium Carthagin. 1. dixit *cap.8.* relatum in textu nostro, sed sub illis comprehendi omnes publicas administrationes forenses, & temporalium, ac sæcularium rerum, quæ eodem modo implicant hominem negotiis sæcularibus; quia fundamentum huius irregularitatis, est obligatio ad hæc secularia ministeria: quare Suarez, *supra dicta disp.41. sect.3.n.15.* dicit ex *c.2.& 3. dist.51.* sub generali nomine *curialium cui causas agunt, vel quibuslibet publicis functionibus occupentur,* addens quod in his personis sint duæ obligationes distinguendæ, vna ad tales actiones seu, negotia peragenda ad quæ obligantur ratione talis muneris, & quod non durat, nisi durante eo munere.
4 † Alia obligatio ad reddendam rationem peracti muneris, quæ sæpè manet, etiam munere relicto, quia sicut durante munere interdum exigitur ab homine ratio eorum, quæ gessit in superiori tempore; ita etiam quamvis tempus officij absoluatur, vel ipsum officium voluntariè relinquatur, manere possit obligatio ad rationem reddendam, quam dicit Suarez reddi interdum de ipsis actionibus, an iustè fuerint, &c. interdum vero de pecuniis, aut aliis rebus æquiualentibus.

5 Quare poterit dicere Bonacina, *de censur. disp.7.q.2.puncto 5.n.2.* vers. *quinto*, ad rationem reddendam administrationis publicæ teneri Thesaurarios, aut depositarios æris publici, aduocatos, Magistratus, iudices, &c.
6 † Ad reddendam verò rationem administrationis priuatæ obligari illos, qui gesserunt administrationem alicuius personæ sæcularis, vt sunt tutores, procuratores, & curatores, refert, & sequitur Barbosa *hic n.2. in fine.*

7 Notandum verò est ex nostro textu ex duplici capite irregularitatem nasci in præsenti casu vel ex officio, aut administratione durante, vel ex obligatione, quæ iam tali finito officio oritur inde ad reddendam rationem officij, ac administrationis; quia si hæc vltima manet ex priori ministerio, adhuc permanet irregularitas, vt patet ex verbis hic *post deposita onera, & reddita ratiocinia*, vtrumque enim compleri debet, vt irregularitas cesset: ita ex ordinariis colligunt Abbas, Bellamera, Ioannes Andreas, Viuian. Collect. Zabarella, Innocent. Ancharran & Barbosa cum aliis *hic n.1.* Campanillus *in diuersorio iuris Canonici, Rub. 11. cap.9. n.2. & 3.* Bonacina *vbi supra n.2.* vers. *quarto* Belletius *disquisit. clerical. p.1. tit. de disciplina cleric. §.11. cap.9. n.2. & 3.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. à num.65.* Henriquez *in summa lib.14. cap.5. §.5.* Nauarrus *cons.1. alias 4. n.7. de regular.* Salced. ad Bernard. Diez *in pract. cap.20. n.1.* Suarez *de cens. disp.51. sect.3. à n.15. & 18.* Hurtado *de irregularit. dif.18.* Comeio *disp.14. dubio 2.* Castrus Palao *disp.6. puncto 13. à n.6.* Leander. *disp.5. q.7.* & alij etiam per textum *in c.1.2. & 3. dist.51. & cap.1. dist.53.* & hoc sic post depositionem officij, & redditam rationem, alias digni inueniantur; quia ratio, & fundamentum huius irregularitatis, in eis permanent, quandiu rationem sui muneris non dederunt; semper enim manent ratiocinio obligati, & consequenter implicati negotiis sæcularibus, & expositi, vt possint à iudicibus sæcularibus cogi, & infamari, si fortasse dolus, aut fraus in ratiociniis inueniantur; & addit Suarez *dicto num.18. in fine*, vt dicta decisio locum habeat, siue ratiocinia sint pecuniarum, siue de iustitia, seruata in ipsis actionibus, pertinentibus ad tale munus.

Ex quo prouenit, vt etiam omnes in forensi 8
exercitatione versati, quales sunt agentes, aduocati, procuratores, sollicitatores, & promotores fiscales, item qui iudicant de causa qui processum faciunt, aut summam ad faciliorem Iudicis instructionem, qui in fauorem fisci dicit dubia contrarietatem, nullitatem, & similia in causa sanguinis, sequuta morte, vel mutilatione dicantur, ac sint irregulares, vt docent Abbas *in c. sententiam sanguinis*, vbi communiter DD. & Barbosa, *ne Clerici, vel Monachi*, Suarez, qui benè explicat textum *in dicto cap.1. dist.51. de cens. disp.47. sect.4. num.1.* vbi illum textum mirabilem vocat, eius verba benè explicans, Sayrus *lib.6. cap.16. n.10.* Auila *p.7. sect.2. disp.5. dub.1.* Henriquez *dicto lib.14. de irregul. c.12. §.8. & 10.* Syluester *in summa*, verbo *homicidium 3. q.2.* vers. *primum*, Nauar. *in man. c.27. num.212.* Villadiego *in tract. de irregul. c.6.* Soto *de Iust. lib.5. q.1. art.4.* Viuald. *in Candelabro aureo tit. de irregul. §.3. n.250.* Et licet ministri huius secundi casus videantur pertinere ad aliam speciem irregularitatis, scilicet perfectæ lenitatis de qua *sub dicto tit. ne Clerici, vel Monachi, & in dicto c. sententiam sanguinis*, video nihilominus ex verbis *d.c.1. dist.51.* & ex nostro textu, vt plura coniungant DD. de iudicatura Clericorum in curiis Principum; imò vt quod ex consuetudine admittantur in ciuilibus absque incursu irregularitatis, aliqua dixit Suarez *dicta disp.51. sect.3. de cens. sub n.16.*
† Sed video etiam eundem *ex n.13* & se- 9
quentibus, Cornejo *dict. disp.14. dubio 1.* Bonacin. *dict. quæst.2. de irregul. punct.4. n.3.* Sayrum *lib.6. cap.14. n.8.* Filliuc. *dict. tract.19. q.6. n.198.* Leand. *dict. disp.5. q.8.* dicere, vt quamvis in textu nostro solùm fiat mentio de procuratoribus, actoribus, executoribus, & curatoribus pupillorum, & tutoribus, nihilominus obstringantur hac hac irregularitate Iudices, Aduocati, Tabelliones, Depositarij publici, & Thesaurarij, cum debeat eius decisio extendi ad omnes generaliter, qui obligati sunt ad reddendam rationem alicuius officij, vel administrationis publicæ forensis, & temporalium, ac sæcularium rerum, quæ eodem modo implicant hominem negotiis sæcularibus, vt fundamentum huius irregularitatis.

Ad secundam quæstionis partem, an obligatio 10
ex omni administratione, & obligatione ad ratiocinia sufficiat ad prædictam irregularitatem? in

quo dubio glossa *hic* verbo *ratiocinia*, quam *ibi*, sequuntur Abbas, & alij communiter distingunt iotet administrationem publicam, id est bonorum Reipublicæ, vel priuatam, id est circa priuatam persooam, vel booa eius; sic vt in priori casu procedat regula proximè dicta indistinctè. In secundo autem qood deposito munere, non prohibeatut ordinari, etiam si maneat quis obligatus ad ratiocinia, nisi dolus, aut fraus obiiciatur, & probant DD.ex *dicto cap.1.dist.53.* vbi solùm fit mentio eorum, qui ratiociniis publicis sunt obligati, & Tolet. *in summa lib.1.c.60. num.1.* in verbis sequentibus: *Si ratiocinia sunt ex administratione erga personam priuatam, deposita administratione, & onere, etiam ante redditam rationem, potest ordinari, nisi lis ei ante promotionem, vel in ipsa promotione moueatur super administratione, & nisi manifestum sit, ipsum de dolo teneri.*

11 Alij inquam absolutè docent, inter quos Sayrus *dicto cap. 14. num.* 8. Hurtad. *dict. disput. 2. dif.* 18. vers. *excipiunt*, Toletus *de irregular.* Cotnejo *dicta disp.14. dubio* 2. Luysius *dubio vlt. de cens.* Bonacina *disp.7. quæst.2. puncto 4. num.4.* qui non clare, Palaus *de cens. disp. 6. puncto 13. num.*8. Layman. *tract.15.p.5. cap.8. n.3.* Leander *de irregul dicta disp.5. q.13. in fine*, & Diana *p.4. tract.2.res.98.* vt non possint prædicti ordioari antequam administrationes deponant, & illarum rationes reddant; quia vtrumque requirit textus noster.

Et sic cum Suarez existimo dicendum *dict. sect.5. disp. 51. n.20.* quod quando administratio ipsa talis est, vt quandiu durat, impediat ordines, tunc etiam obligatio ad ratiocinia, siue publica, siue priuata inde suborta, & nondum data, impediat similiter ordioes, vt si fuit œconomus temporalis Reipublicæ, vel tutor voluntarius alicuius personæ non indigentis.

12 Qnod videtur probari manifestè ex hoc textu nostro, vbi de omnibus officialibus, seu ministris, quos quando tales sunt iudicat ineptos ad ordines, dicit non posse admitti, nisi deposito onere, & reddita ratione; additque Suarez verba exponens in hoc textu comprehendi indifferenter omnes, vt patet de tutoribus pupillorum, concludens in omnibus requiri indifferenter illas doas conditiones: nam quandiu manet obligatio ad ratiocinia, nondum censetur omnino depositum onus talis ministerij; & inde si ministerium ipsum tale sit, vt quandiu durat, impediat susceptionem ordinum; etiam obligatio ad ratiocinia oondum extincta, idem impedimentum inducat.

13 At si administratio talis fuerit, vt illa retenta, non ioducat irregularitatem, idem procedat de obligatione ad ratiocinia, quæ ex illa, siue retenta, siue perempta resultet, siue ratiocinia sint publica, siue priuata, vt si fuit œcooomus Ecclesiæ, vel si fuit tutor ex causa pietatis; eo quod accessorium sequitur naturam principalis, & inducit rationem illius, vt contingit in ratione reddenda, quæ est accessorium obligationis, seu administrationis, quæ ad rationem præstandam obligat; non enim cẽsetur hæc magis temporalis, aut sæcularis, quàm illa, oec perseuerans, aut durans, potest magis irregularitatem inducere, quàm ipsamet administratio si duraret, & probat etiam Suarez *dicta disp.51. sub num.19. in fine*, quia textus noster solum agit de illis muneribus, quæ quandiu durant, impediunt ordines, & quod nec agat de aliis ratiociniis, quæ nascuntur ex talibus muneribus.

41 † Et declaratur exemplis sequentibus, ptimo in administrantibus bona Ecclesiarum temporalia, quorum administratio Reipublicæ esse videtur, & quæ nec censetur sæcularis, sed spiritualis quodammodo, &c. Ecclesiastica iuxtà textum *in c.1. ne Clerici, vel Monachi*, aut saltem non aliena à statu Ecclesiastico, vt docent Panormit. & Innocent. *hic*, Syluester, Maiolus, & alij, quos sequitur Suarez *supra num.17.* quibus addo Cornej. *vbi supra dict. disp. 14. dubio 2.* vers. *infero secundo*, Layman. *dicto cap.7.n.3.* Castr. Pal. *disp. 6. puncto 13. in fine*, Leand. *disp.5 q.9.* Bonacina *dict. q.2. punct.4.n.23.* Hurtado *dis.18.* qui omnes *in tr. de irregul.*

15 Declaratur secundo in illis, qui administrationem gerunt personarum miserabilium, aut pauperum, viduarum, pupillorum, aut causarum piarum; non eoim isti ligantur hac irregularitatis pœna; eo quod hæc administratio non est merè sæcularis nec aliena ab statu Clericali, quæ simul cum administratione Ecclesiarum coniungitur, vt *in dict.c.1.21.dist.q.3. & in cap.penult. dist. 86. & in cap.1. dist.88.* sic docent proximè adducti, & Abbas *hic quæst.ante penult.* Barbosa *num.4. & 5.* vbi loquitur de dictis duabus casibus Campanill. *in diuersorio iuris canon. Rub.11.c.9.* vers. *prædicta autem prohibitio*, Salzed. ad Bernard. Diez *dicto cap.20.in praxi num.4.* vers. *inter*, & *num. 5.* vers. *item* Bellet. *disquisit.Clerical.p.1. tit. de disciplina Cleric. dicto §.12.num.5.* dicentes sic procedere in qualibet Ioarum administratione causæ piæ, vel priuatæ *ex cap.fin.86.dist.cap.indicatum 89.dist.ex l.23.tit.6.p.1.* & quod administratione pendente, tales personæ non probibentur ordinari, & maximè verum dicit in admioistratione rei Ecclesiasticæ, Suarex *vbi supra sub dicto num.17.* si accedat Episcopi licentia, aut talis necessitas, quæ ex vi alicuios legis obligationem inducat iuribus significatur, & notarunt Syluester, & alij.

16 Tertio declarant idem Syluester, & alij authores, quos sequitur Suarex *dicta disp.51.num.17.in fine*, in administratione, seu officio tutoris: nam licet istud per se in textu nostro prohibitum sit Clericis, vt patet *ex tota quæst.3. causa* 21. & ob id expresè numeretur in textu nostro; nihilominus tamen ex causa pietatis illud à Clerico suscipi posse docent, nec impediri in vsum ordinum, & ex eadem ratione addit Suarex, vt non impediatut otdinum susceptio, si Episcopi iudicio pia administratio iudicetur.

17 Quarto explicant Barbosa *num.* 7. Campanill. *dicto cap.9. num.* 11. Ioannes Faber. *in l.quisquis num. 8. cod. de Episcop. & Cleric.* & in eo, qui in aliquo, licet minori constitutus ordine alicuius etiam si laicalis personæ tutor, curator, aut generalis quomodolibet fuerit administrator; si tamen non dum cœptum sit de administratione ratiocinari: nam talis non probibetur ascendere ad altiores ordines.

18 Ex his, & aliis personis administratoribus publicis, aut priuatis, iam iuxta conclusiooes supra adductas colligitur, quod si administrario sui natura prohibeat ordinari, & insimul ratioois reddeodæ obligatio; sic vt promoueri nequeant, dum gerunt, & exercent officium tales personæ, & hoc etiam expleta administratione, & officio, si de dolo in administratione, vel redditione computorum perpetrato, lis aliqua mota esset, vel in procintu esset, vt moueretur tunc quidem

ante

ante litis exitum promoueri non posse illum ita obligatum; imo quod si de facto promoueatur, dignus sit depositione, etiamsi postea in causa vinceret, docent Campanil. *vbi sup. dict. cap. 9. n. 3.* Salcedus *dict. c. 20. n. 3.* Maiolus *de irregul. lib. 2. c. 11. n. 7. vers. in priuatis,* qui *&* *c. 5.* latè agit de cæteris obligatis ad hæc ministeria, & DD. communiter per gloss. verb. *obrepsit. in cap. santis,* Daniel. & *ibi* idem Archidiaconus *dist. 81.*

19 Ad tertiam quæstionis partem, an prohibeatur administrator ordinari, qui finita administratione, & redditis ratiociniis, debitor resultet alicuius quantitatis, & affirment nonnulli adhuc, nempè non posse ordinari, & alij distinguendo dixerunt sic tenendum, quando tale debitum resultat ex publico officio, non tamen si sit debitum priuatæ personæ; primo per textum *in l. rescripto. ff. de munerib. & honoribus,* vbi dicitur debitores Reipublicæ non esse admittendos ad honores; donec soluant, quando debitum ex administra-

20 tione publica contractum est. † Nam constat ordines inter honores publicos computari, vt *in cap. præcipimus 93. dist. l. iubemus §. seruus cod. de Episcop. & Cleric.* & secundo ex eo quia debitum pecuniarium priuatæ personæ non impedit susceptionem ordinum per se loquendo, id est, nisi alias inducat paupertatem ordinationi repugnantem, de qua *infra*; vel nisi talia sint debita, vt ex eis inextricabiles lites oriantur; eo quod tunc censeatur implicari debitor negotiis sæcularibus: sic Maiolus *dict. c. 11. n. 13.* & refert ex Hostiensi Suarez *dict. disp. 51. n. 21.* qui dicunt aliter procedere ex debito priuato, à quo non resultant dicta inconuenientia.

21 Nihilominus per se loquendo respondendum est, vt post officium, ac redditam rationem nullo modo oriatur irregularitas ex debito pecuniario, quod ex ratiociniis iam redditis interdum resultat; quia nullo iure id cautum est, cum iuxta communem sensum, & modum loquendi, verè dicantur ratiocinia reddita, & finita, etiamsi resultans, debitum non sit solutum: sic DD. intelligentes, dummodo ex tali debito non resultent ad eius recuperationem lites; quia tunc adesset debitor irregularis defectu obligationis ad reddenda ratiocinia, vt docent Suarez *dict. disp. 51. sect. fin. n. 22. & 23.* Bonacina *vbi supra dicta q. 2. punct. 4. n. 8. aliàs 5.* Leander *vbi supra q. 14.* Castrus Palaus *vbi supra dicta disp. 6. puncto 12. n. 10.* Layman. *tract. 5. p. 5. c. 8. n. 3.* Cornejo *dicta disp. 14. dub. 2.* Diana *p. 4. tract. 2. sub res. 98.* & ratio conclusionis est, quia iam tunc cessat ratio fundamentalis dictæ irregularitatis, quæ est implicatio, seu reuocatio ad negotia sæcularia; additque *vbi supra,* Suarez *dict. n. 23.* maximè hoc procedere, quando sciente, & consentiente creditore, alius ordinari vult, quia si ille contradiceret, & impedimentum opponeret, res

22 esset magis dubia, & sub dicto *n. 23.* † respondet ad textum *in dicta l. rescripto, & cap. præcipimus 93. dist. & dict. l. iubemus §. seruus cod. de Episcopis, & Clericis,* non esse impedimento; quia lex ciuilis, quæ de publicis debitis affertur, non potest inducere irregularitatem, nisi fortè sit canonicata, de qua in præsenti casu non constare ait, & dicunt adducti.

QVÆSTIO II.

An irregulares sint, qui obligati sunt ad reddendam rationem ex aliquo contractu, vt ex mutuo conducto, deposito, aut promissione seu quolibet alio, nullam administrationem continente? Et an illi, qui nimis sunt grauati ære alieno, ob quod depauperati Iudicentur? Et an sit irregularis, qui reseruata sibi congrua sustentatione bonorum, cessionem, fecit, obligatus ad ratiocinia reddenda? Et num sit irregularis ille qui fideiussorem præstat assumentem in se onus ratiocinij pro se.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus debito, vt mutuo, locatione, emptione, & aliis similibus sine administratione, potest ordinari,* n. 2. *Et quid si debito satisfacere nequit,* n. 3.

2 *Ordinari prohibentur regulariter tantum, qui occasione alicuius administrationis sunt obligati.*

4 *Debita grauia, quæ debitorem de pauperarunt nimis, prohibent illum ordinari; veluti si propter illa posset debitor in seruitutem redigi, aut in obsequium dari creditori, vt* n. 5.

6 *Milites stipendiarij, Decuriones, & similes, censentur irregulares.*

7 *Feudatarij, nisi in obligatióne feudali liberentur, censentur irregulares.*

8 *Pauper priuatiuè sic dictus, prohibetur ordinari, sicut qui caret titulo.*

9 *Cedens bonis, reseruata sibi congrua sustentatione, non est irregularis ad ordines.*

10 *Debitor, qui fideiussorem pro debito soluendo constituit, non prohibetur ordinari.*

AD primam quæstionis partem, & ad cæteras 1 ex adductis *q. 1. praecd.* iam facilis est responsio; igitur dicendum est, vt qui grauatus debito sine aliqua administratione contracto, veluti ex mutuo, locatione, vel emptione, aut similibus aliis propositis quæstione contractis, non sit irregularis, nec impeditus ordinari: nam vt docent Abbas *quæst. ante penult.* Barbosa *n. 4.* Salced. *in praxi ad Bernad. Diez c. 10. vers. inter,* talis obligatione, vel lite pendente, ab ordinibus minimè arcetur, & docent etiam Suarez *dict. disp. 3. sect. fin. in fine,* Bonac. *de irregularit. q. 2. puncto 4. n. 3.* Hurtad. *dif. 18.* Layman. *lib. 1. tr. 5. p. 5. c. 8. n. 3.* Sayrus *lib. 6. c. 14.* Castr. Palao *disp. 9 puncto 13* Leander *eodem tract. disp. 5. q. 10.* Filiucius *tract. 19. c. 7. q. 6.* & alij communiter, † ex ea ratione, quia in iure inducitur 2 irregularitas iis, qui solùm ad ratiocinia occasione alicuius administrationis obligati sunt; quare dicunt, vt hæc lex non debeat extendi ad alios casus, cum sit pœnalis.

Verùm limitant Campanil. *cap. 9. in diuersorio* 3 *Iuris Canon. Rub. 11.* Barbosa *hic dict. n. 4. in fin.* in eo, qui maximo onere, & ære alieno grauatus sit, non habens in bonis, vt debitis satisfaciat, de quo dico *in dubio seq. vers. ad secundam.*

Ad secundam quæstionis partem, an depau- 4 perati ære aliena nequeant ordinari? Et iuxta proximè dictum videtur absolutè respondendum,

vt sint irregulares. Verum vt clarius expendatur hæc difficultas sub distinctione dicendum est duplici capite hunc paupertatis defectum considerari posse, vel priuatiuè, vel contrariè, & hoc vltimo modo docet Suarez, *dicta disp 51. de censuris num. 25.* pati defectum paupertatis illum, qui nimis grauatus est ære alieno, & quamvis de hac irregularitate nihil cautum dicat inueniri, tamen reducitur ad illum titulum, de quo dixi *sub cap. 11. de temporibus ordinat.* qui requiritur ordinandis in sacris. Quare si vt diximus quæst. præcedenti talia, & tanta sunt debita, vt sanè litibus & contentionibus expediri non possint, tunc reuera incidatur in obligationis defectum ad ratiocinia reddenda seu quod perinde est ad sæcularia negotia peragenda; & sic tali grauato onere, ordinari esse impeditum.

6 Quare ex Maiolo, *de irregularitate cap. 11.* resoluit Suarez *supra dicto n. 25. & 26.* quod si tale sit debitum, talisque persona, vt iuxta ciuilia iura possit propterea redigi in seruitutem, vel obsequium creditoribus, cum aliter non sit soluendo iuxta quæ latè dico, *infra de solut. cap. Oduard. & de iure Regio in l. 4. tit. 6. lib. 5. recopil* & iuxta breuissimam praxi, de qua dixi, *in cap. fin. de libelli oblat. §. 5.* tunc posse illum defectum reputari moraliter seruitutem quandam ait, vt notauit glossa *in l. si fideicommissa §. si rem ff. de leg. 3.* vel certè dicit Suarez, vt reputatur veluti quædam obligatio ad ratiocinia reddenda, & ob id ordines impediat.

7 Vnde inferunt DD. cum Syluestro verbo *feudum*, & Mayolo *de irregularitate cap. 5. n. 5.* vt milites stipendiarij, Decutiones, & similes censeantur irregulares, donec de tali debito & obligatione liberentur per *l. quisquis cod. de Episcopis & clericis.* † Item & feudatarij, nisi ab obligatione feudali liberentur, saltem per ipsam ordinationem: & de omnibus debitoribus similibus idem firmat Suarez *dicto. n. 25 in fine*, vbi commendat videndum Tyraquel. *de primog. n. 6. c. 4.*

8 Quando tamen priuatiuè aliquis dicitur depauperatus, tunc reuera dicetur irregularis ex defectu tituli ad ordines de quo dixi *sub dicto c. 11. de temporib. ordinat.* per Trid. *sess. 21. cap. 2. de reformat.* vbi prohibet ordinari eos, qui patiuntur defectum paupertatis, carentes congrua sustentatione, qua durante, censeatur inducta irregularitas: etenim Suarez *sub dicta sect. fin. n. 24.* ex communi DD. ex concilio Lateranensi sub Alex. III. *cap. 5. p. 1.* ait, quod hunc patientes defectum comprehendantur sub defectu legitimi tituli; & sic sine illo ordinari irregulares sint, perindeque irritam ordinationem accipere per *cap. sanctorum 93. dist* quod intelligas vt explicui sub *dicto cap. 11. de temporibus ordinat.*

9 Ad tertiam quæstionis partem, an sit irregularis, qui reseruata sibi congrua sustentatione, bonis cessit; & in hoc dubio firmat Maiolus *de irregularit. dicto cap. 11. n. 5.* vt quantumcumque aliquis sit debitis oneratus, si bonorum cessionem faciat, reseruata sibi congrua sustentatione iuxta textum *in dicto cap. Oduardus de solut. liber.* nihilominus maneat ob irregularitate, quia inde nulla contrahitur infamia, quæ in iure consideretur. Et quia per concessionem, *dict. cap. Oduardus*, cum congrua sustentatione ablatum est omne impedimentum paupertatis, & obligationis ad ratiocinia reddenda: sequuntur hanc resolutionem idem Suarez *dict. sect. fin. n. fin.* Bonacina & Sayrus, *vbi supra*, Leander. *d. disp. 5. de irregulat.* Castrus Palaus *dicta disp. 6 punct. 3. n. 10.* & alij communiter.

Ad quartam quæstionis partem, an si debitor grauatus onere maximo fideiussorem constituat, vt pro se soluat, ac ratiocinia reddat, prohibeatur ordinari, & similiter firmandum est, vt non impediatur; quia fideiussore tali constituto, verè cessat doli præsumptio, vt expressè docent Maiolus, *vbi supra n. 14.* cum Abbate & aliis, hic Comejo, *de irregularitate dicta disp. 14. dubio 2.* Castrus Palaus *de censuris disp. 6. puncto 13. n. 10.* Diana *p. 4. tract. 8. res. 98.* Leander. *dicta disp. 5. res. penult.* & Suarez *de cens. dict. disp. 5. sect. 3. n. 13. in fine*, cum eodem Abbate, & Maiolo in verbis sequentib. *illud tamen certum videtur, si talis persona sufficientem securitatem talis debiti reddat, vel datis pignoribus, vel fideiussoribus, omnino esse immunem ab hac irregularitate.* 10

QVÆSTIO III.

An obnoxij ratiociniis reddendis, possint ingredi religionem, ac in ea profiteri, si debita sint certa? Et quid si sint incerta? Et num si non habent spem soluendi, manendi in sæculo? An ingressus religionis, liberet debitorem ab onere restituendi? seu conuentus teneatur restituere pro eo? Et an vt soluat teneatur exire de religione, seu eius professio sit nulla? Et an possit expelli à religione ære alieno grauatus, & de aliis?

SVMMARIVM.

1 *Bulla Sixti V. quæ prohibet religionem ingredi, eos qui sunt ratiociniis obligati. Et an æque de publicis, aut priuatis ex* n. 3. 4. & 6. *&* n. 44. & 45. *vbi in quibus locum non habeat.*

2 Cap. legem vnico dist. 53.

5 *Debitores, qui relinquendo bona sua creditoribus, nullam spem habent acquirendi, ingredi possunt religionem, & alij, vt* n. 6. 7 8. & n. 12. *vbi distinguitur.*

6 *Debitor, cuius patrimonium superat debita, potest ingredi religionem.*

7 *Debitores, qui absque culpa peruenerunt ad egestatem, non prohibentur ex Bulla Sixti V. profiteri.*

8 *Debitores ex sola promissione liberali, vel qui in certis debitis sunt grauati, possunt ingredi religionem*, & n. 27. & à n. 49. ad 53.

9 *Damnatus ad pecuniariam pœnam ratione alicuius delicti, potest ingredi religionem, & obligatus ad satisfactionem causa alicuius damni*, n. 10.

11 *Debitor data sufficienti cautione potest ingredi religionem.*

13 *Debitor Domini incerti satisfaciat operibus piis restituendo, & excusabitur, si impotens sit; ita vt non inde ingredi religionem impediatur*, n. 14. & 15.

15 *Debitor impotens soluere, nec per breue tempus spectans, posse satisfacere, impeditur ingredi religionem, si creditores sint incerti, intellige, vt* n. 16.

16 *Debitor iussus aliqua aliena incerta erogare, & ipse consumpsisset, est certi debitor restituere obligatus.*

17 *Debitor certorum, qui habet spem proximam,*

vt

vt possit restituere, debet non ingredi religionem, donec soluat; quod si non de proximo speret; non sic vt n.20. *explicatur à* n.21.ad 27.& n.31.

18 *Debitor qui non de proximo spectat posse soluere creditoribus, nequit ingredi religionem secundùm aliquos, secundùm alios sic; bonis cedendo, &c. vt* num.19.*sed distinguitur, vt* n.20.

21 *Debitor vt soluat per breue tempus, intelligitur, vt ad summum spectet per triennium, non intrando religionem, nisi iudicet cum notabili difficultate posse soluere, vt* n.23.

22 *Debitor spectare debet vt soluat partem debiti, quando nequit integrè satisfacere.*

23 *Debitoris persona, non sic stricta est debitis, vt ipsa debita sit, & quasi captiua instar seruorum.*

24 *Debitor difficilis ad soluendum, satisfaciet tradendo bona sua creditoribus.*

25 *Impotens existimatur, qui absque fama, & honoris iactura acquirere nequit, maximè cum valdè sit spes incerta.*

26 *Debitor qualiter iudicetur, vel non difficilis ad soluendum, vt possit, vel non ingredi religionem, &* n.27.

27 *Debitor ex mutuo contractu, aut delicto, tenetur spectare, vt soluat, non sic si ex liberalitate sit debitor, non enim promissiones liberales retardant in debitore religionis ingressum.*

28 *Ingressus religionis non liberat debitorem ab onere restituendi, si possit habere vnde, vt* n.29.& 30. *vt si ei aliquid legetur*, n.31.

29 *Solutio debitorum est iuris naturalis.*

31 *Monasterium tenetur soluere debita sui religiosi, cui legato, aut donatione aliquid relinquitur; imo si eius acceptationem fecit cum onere soluendi debita, vt* n.33.& 34.

32 *Religiosus non tenetur ad laborandum in Monasterio pro soluendis debitis.*

34 *Religiosus acquirit Monasterio, nisi ære alieno sit grauatus; quia tunc acquiret creditoribus; quidquid arte, labore, industria, vel donatione comparat.*

35 *Monasterium, si sciens ad religionem admittit debitorem, non inde est obligatus in amplius soluere quàm ipse Debitor.vt* n.36.

37 *Debitor religiosus factus verius est, vt non teneatur exire de religione, vt creditoribus suis soluat, etsi peccarit dolosè intrando,* n. 38. *vbi quod nec tenebitur manibus laborare, nisi de Prælati licentia; vt* n.40.

40 *Prælatus Religioso debitori, debet dare licentiam, salua regula obseruantia, vt manibus decenter laboret pro soluendo creditoribus.*

41 *Debita ciuilia non obligant cum tanto onere, vt quis teneatur cadere à statu.*

42 *Professio grauati ære alieno, est valida ipso iure, etiamsi interrogatus à Prælato occultaret debita, si alias non adsit statutum contrarium à Papa confirmatum,* num.43. & 44.

44 *Bulla Clem. VIII. anni* 1602. *cum Bulla Sixti V. contra debitores ingredientes religionem expediuntur iuxta ius commune.*

45 *Bulla Sixti V. non habet locum in Monialibus, nec in recipiendis ad ordines militares equites, quos vulgo* commendadores *appellamus, &c. nec in ære alieno grauatis, si eorum facultates sufficerent, vel si bona relinquant debitoribus.*

46 *Ingressus religionem ære alieno grauatus expelli nequit per Prælatum, si simpliciter admissus fuit ad professionem; secus si sub conditione, vt* n.47.& 48.

48 *Error qualitatis, etsi absolutè non dirimat matrimonium; dirimit tamen si ponatur consensus actualis in eo, & de præsenti.*

49 *Promittens etiam cum iuramento aliquid facturum in vtilitatem alterius, non eo minus valet ingredi religionem, aut ad ordines ascendere,* n. 50. *nec damnum resarcire, vt* n.51. *nisi adsit alia obligatio iustitia, vt* num.52.

53 *Debitor ex voto, vt si vouit dare calicem, aut centum alicui Ecclesiæ potest ingredi religionem.*

QVia Barbosa *hic num.8.& fin.* refert Bullam 1
Sixti V.quæ incipit *cum de omnibus*, datam
Romæ Kalendis Decemb. 1586. sui Pontificatus
anno 3.qua constitutum est, nec ratiociniis obligati,& qui ita ipsis reddendis sunt obnoxij, vt eorum ingressu in religionem quælibet lis, iniuriæ siue molestia timeatur, possint religionem ingredi nec in ipsa profiteri, etsi incontrarium fiat, professio erit nulla per verba sequentia dictæ Bullæ: *Authoritate Apostolica perpetuò statuimus, & ordinamus, vt huiusmodi ære alieno supra vires suarum facultatum grauati; vel reddendis ratiociniis obnoxij; & obligati nullatenus recipiantur, & super hoc fiat informatio &c.& omne incontrarium factum irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu carere decernimus*; ideò de omnibus dubiis adiectis in hac difficultate, & aliis incidentibus optima inquiritur ratione.

Nec est otiosa iuris inuestigatio, cum DD. 2
tractent per textum *in cap. legem vnico dist.*53. & licet attenta decisione illius à religionis ingressu excluderetur ille, qui publicis ratiociniis reddendis, non autem qui priuatis erat obnoxius, vt tenent D.Antonin.*p.3.tit.16.cap.2.* §.3. Syluester *in summ.* verbo *religio* 2. *q.6.* Armilla *eodem verbo*
n.5. Tabiena *n.* 11. † Nihilominus tamen vigore 3
dictæ constitutionis, obligati,& publicis,& priuatis ratiociniis reddendis, ab ingressu religionis prohibentur, vt colligunt ex adductis verbis dictæ constit.Fr.Eman.Rodrig. *quæst. regul. tom.3.q.10. art.* 11. Fr. Ludouic. Miranda *in manuali prælat. tom.1.q.17.art.6.*Salced.ad Bernard.Diez *in pract. cap.20.in fin.*Sanchez *in præcepta Decalogi tom.1. lib.4.c.18.n.29.*Suarez *tom.3.religion.lib 5. cap.7. n.20.*Barbosa *hic,& in dicto cap.vnic.*58.*dist.*ex eo quia cum dicta constitutio absolutè, & absque vlla distinctione inter publica, & priuata ratiocinia loquatur, de omnibus sit intelligenda: *argum. leg.de pretio.ff.de Publiciana in rem act.*

Sed Sanchez, Suarez, Bernard. Diez *dict.c.2.* 4
Barbosa *in dict.cap. legem vnico* 53.*dist.num.3.* & Naldus verbo *Religiosus in summ. n.1.* limitant in eo, qui secundùm prudentis viri præsumptionem sine lite, aut magno grauamine, vel distractione, potest rationes reddere; quia huiusmodi ratiocinia religionis ingressum non impediunt, vt colligunt ex adductis verbis Bullæ in vers. *vel in reddendis ratiociniis ita obnoxios, vel ex huiusmodi causa lis, vel molestia eis iam illata, vel timendum sit non feratur.*

5 Et explicantes alij multi Bullam prædictam dicunt vt possint debitores, si relinquant bona, quæ habent creditoribus suis, & nulla sit spes, vt in sæculo manendo, fiant potentes ad soluendum ingredi religionem: sic Sanchez *in summa tom.1.lib.4.cap.19.num.36.* Bartholom. de Bechis *in praxi nouitior.disp.2.dub.13. num.15.* Portel. *in dub.regul.*verb.*nouitius num.*16.Dauid. Amaudem *in decalog.præcept.7. disp.18. num.17.* Miranda *in manuali Prælator.tom.1.quæst.17.art.7.*Rodriguez *in compend.quæst. regul. res.*101. *num.*10. Faustus *in Thesaur. Religios.lib.quæst.*134.*num.*5. Portel.*in dubiis regul.*verb.*nouitius n.*16.

6 Et iterum Salced.*supra dict. cap.*2. quem sequi videtur Barbosa *hic num.*8. *in fine*, aduertit quod si patrimonium illius, qui profiteri vult longa administratione superat, nec rationes ita inuolutæ sunt, nec molestia aliqua quouis quæsito colore inferri possit, non præstat et hoc impedimentum

7 ad religionem profitendam. † Et aliqui plus addunt Bullam Sixti V. non extendi ad eos, qui absque sua culpa peruenerunt ad impotentiam soluendi creditoribus, probantes sic ex ipsis verbis Bullæ ibi multi, *decoctores post dilapidatam rem familiarem*,Bechius *vbi supra*,& Bonacina *de restit.disp.*1.*quæst.fin.puncto* 2.§ 1.*num.*8.vbi errans in nomine Papæ posuit pro Sixto V. Pium V. Diana *part* 4.*tract.* 4.*res.*81.

8 Imo & DD. iam adducti, Sanchez, Bechius, & Diana proximè relati dicunt, *in dicta constitutione Sixti V.* non comprehendi debitores ex sola promissione liberali, vel qui in certis debitis

9 sint grauati. † Et idem Sanchez addit,vt nec subdicta Bulla comprehendatur damnatus ad pecu-

10 niariam pœnam ratione alicuius delicti. † Nec obligatus ad satisfactionem pecuniariam causa alicuius damni, vel iniuriæ illatæ, vt qui v.g. virginem deflorauit; & in hoc dissentit Miranda,

11 vbi *supra*. † Et idem Salced. *dicto cap.*10. *in fine*, quem refert, & sequitur Barbosa, *hic dicto n.*8. *in fine*, addit dict. constitutionem non obstare, quando ante Religionis ingressum sufficiens cautio præstaretur, qua fideiussores se ad reddendas rationes obligarent, sicut debitores principales,vt *supra* dixi.

12 Itaque Suarez *tom.*3. *de religione lib* 5. *cap.*7. *num.*2. Ægidius Trullenq. *in opere morali lib.*2. *cap.*2.*dubio* 22.*num.*2.& alij dicunt,quod quando debitum est certum, & potest debitor illud soluere ante ingressum, non possit licitè ingredi, quin prius soluat. Quod si soluendo non sit; ita vt impotens sit simpliciter in re, & in spe; quia in præsenti non habet vnde restituat, nec speret habere, nam & ignorat artem, qua id lucretur, etsi quid comparare speret, toto illo indiget ad sui sustentationem, licitè ingrediatur religionem; quia perinde excusatus est à solutione debiti, ac si nihil haberet; non enim vllam iniuriam facit creditoribus ingrediendo cùm inanis sit actio creditoris, quàm inopia debitoris excludit Alia dico io vers. *ad tertiam si est spes.*

13 Ad secundam quæstionis partem quid respondeatur, quando debita sunt incerta: etenim Nauarr. *in comment.de regul.num.*6.*vers.quartum*, & *comm.*2.*num.*2.*num.*42. & *num.*60. Munozius de Scobar.*de ratiociniis quæst.*3.*a num.*3.Azor.*instit. moral.p.*1.*lib.*12.*cap.*1.*quæst.*5. Fr. Eman.Rodriguez *tom.*2.*quæst.regul.*61.*art.*6.& *tom.*3.*quæst.*10. *art.*9.& 54.Sayrus *in claui Regula lib.*10.*tract.*5. *cap.*7.*num.*13, cum multis sequentibus Ludouic. Miranda *in manuali Prel. tom.*1. *quæst.*17. *art.*6. & 7. latè Sanchez *in decalogo lib.*4. *cap.*19. *à num.* 19.Barbosa *hic num.fin.*firmant Sixti V. Bullam non habere locum in debitis incertis, & indeterminatis, quorum Dominus sciri, & inueniri non potest; & vt satisfaciat talis homo bona habens si ea tribuat religioni, vel pauperibus, aut aliis operibus piis.† Quod si impotens sit ad resti- 14
tuendum excusabitur ab ea, ac consequenter poterit ingredi religionem; sic vt non teneatur prius quærere, aut lucrari vnde restituat: ita ex communi.cum Sanchez & Suarez *supra*, docet Trullenq.*dicto cap.*2. *dub.*22.*num.*1.ad plures casus videndus *in toto illo cap.*& *a num.*9. pro dicta Bulla Sixti.

Imo ait, vt nec per breue tempus spectare te- 15
neatur, etiam si certo speret intra illud habitutum vnde soluat; quia cum nullæ certæ personæ sit satisfaciendum non multùm intererit creditoribus, etiam si omittatur propter præsentem impotentiam nam si ex piis eleemosynis aliquod spirituale commodum posset in eo redundare, hoc posset facilè per orationes,& alia religionis opera supplere. † Quod tamen intelligunt Sanchez 16
*dicto lib.*4. *operis mor. cap.* 19. *num.* 4. & alij per eum, quando debet nomine proprio illa; quia si iussus est aliena aliqua incerta erogare, & ipso consumpsisset, non reputatur, ac debitor incertorum, sed debiti certi; & ita de eo iudicandum, ac debitore certi debiti, vt iam dictum est.

Ad tertiam quæstionis partem de illo,qui spem 17
non habet soluendi, manendo in sæculo? in quo dubio potest distingui inter spem proximam, & remotam non habendi, nam si habet spem proximam habendi,tunc non posse ingredi religionem, communiter probant adducti DD. quia in tali casu moraliter non est impotens ad soluendum, inter quos Diana, *dicta res.*82. *in fine p.*4. *tract.*4. Vnde etsi debitor actu impotens sit,speret autem diurno labore, & industria, vel alia via paulatim soluere si breui tempore queat persoluere, non valebit ante solutionem integram religionem ingredi.

Tota ergo difficultas est, quando non posset 18
soluere, nisi per longum tempus, inqua duplex est sententia.Prima asserens,vt non possit ingredi; alias peccet contra iustitiam ex eo, quia propter opus pium, non est omittendum præcepti opus, cum ex præcepto iuris naturalis, & Diuini teneatur debitor soluere, & consequenter vti mediis, vt soluat, ad quæ se impossibilitat religionem ingredienda. † Alia, quæ docet hunc debitorem sa- 19
tisfacere bonis cedendo in creditorum fauorem, nec teneri expectare in sæculo, donec soluendo sit, sed posse statim ingredi religionem, si non potest sine longa mora creditoribus satisfacere, siue debitum sit pecuniæ,siue personalis obsequij, aut actionis, siue debitum sit contractum ex re accepta, vt in mutuo, siue ex promissione spontanea, etiam ex obligatione iustitiæ: hanc amplectuntur D.Thom.2.2.*quæst.vltima art.*6.*ad* 3, & *ibi*, Caietan. Angel. verbo *Religiosus num.*6. Syluester. *Religions* 2.*q.*4. Villalobos *in summa* 2. *p.tract.*35.*dif.*7.*num.*5. Primam verò Nauarr. *in manuali tom.*1. *de regular. num.*7. & *tom.*2. *n.*42. Medina, Corduba, Bonacina, *disp.*1. *de restit. q.vlt. puncto* 2.§.1.*num.*1 & alij, quos citat Suarez, *dicto tom.*3.*de religione lib.*5.*cap.*7.*num.*3,& inquam se inclinat, *n.*12.

Ego verò vtramque vt veram admitto cum se- 20
quenti

quenti declaratione ; quia ſi debitor manens in
ſæculo, non poſſet breui temporis ſpatio acqui-
rere bona, quibus ſoluendo ſit, quia ſi artem co-
lat, vel munus obeat, vel ingenio,& induſtria va-
leat, quibus breui in ſæculo comparare poſſit bo-
na ad ſoluendum ; tum quidem nequeat religio-
nem ingredi iuxta primam adductam ſententiam;
at ſi diu eſſet in ſæculo commorandum, vt hæc
adquirere poſſet;tunc iuxta ſecundam ſententiam
integrum eſſet ei religionem ingredi ; ſic vt nec
teneatur ſpectare ad tempus, vt tenuerunt etiam
Nauar.*tom.1.de regularib.num.*8. ſpecialiter *in ra-
tione 5.& in ſolut.ad* 4.Azor.*lib.12.mor.cap.1.q.5.*
Nauarro *lib.4.de reſtit.cap.4.dif.vlt.num.78.& 79.*
Leſſius *lib.2.cap.16.dub.8.num.72.& 73.* larè, &
benè alias declarationes adducens Ægid. Trul-
lench.*in opere morali dict. lib.2. cap.2. dub.22. ex
num.3.*

21 Solent autem DD. dubitare pro maiori intelli-
gentia huius dubij, quod tempus dicatur breue in
prædicto caſu, & Leſſius *lib.2.de Inſt.cap.41. du-
bio 3.num.32.* Azorius *p.1.inſt.mor.lib.12. c.1.q.5.*
docent tunc dici breue tempus, quando debitor
paucis annis ſatisfacturus creditur. Et Maior *in
4.ſent.diſt.38.q.17.concl.2.* ponit tempus duorum
vel trium annorum, & Sanchez *in ſumma tom.1.
lib.4.dict.cap.19.n.8.* duorum annorum,ſed Suarez
de relig.dicto tom.3.lib.5. c.7. n.2. vnius anni,quas
opiniones refert Diana *dict.p.4.tr.4. reſ.82. in fin.*
& prædicto biennio videtur ſentire, Trullench.
ſupra ſub num.4. Nauarrus *vbi ſupra dicto num.* 8.
verſ.*quinto fecit*, ait expectatis vno, vel altero an-
22 no. † Et Sanchez, dum ait,vt ſufficiat expecta-
re biennium, addit hoc quidem eſſe expectandum
non ſolùm quando adeſt ſpes integrè ſoluendi de-
bita,ſed etiam quando eo poteſt notabilis pars de-
biti ſolui (ſecus quando eſt modica) quia eadem
eſt ratio totius debiti, & illius notabilis quanti-
tatis.

23 Et ita Sanchez, & Trullench. *vbi ſupra* decla-
rando rationem D.Thomæ *dict.art.6.* dicunt,quod
ſi eo tempore expectato ſpes eſt fore vt abſque
notabili difficultate ſoluendo ſit; tunc debeat ex-
pectare ; quod ſi eſſet notabilis difficultas, non ſit
ſed poſſit ſtatim ingredi religionem : nam cum
perſona debitoris non ſit ita pro debitis adſtricta,
vt ipſamet debita ſit,& quaſi captiua iſtar ſeruo-
24 rum,† ſed cum tantùm obligata ſit ad illis ſatisfa-
ciendum, ſola eius bona erunt priori modo alli-
gata,& quod ſatisfaciet vtrique quando moraliter
eſt impotens,ad ſatisfaciendum,ſi bona,quæ habet
creditoribus tradat ; eo quod reputetur moraliter
ad ſatisfaciendum impotens,quando,aut non pro-
ximè,aut abſque magna difficultate eſt compara-
25 turus bona, quibus ſoluat. † Quia ſicut reputa-
tur impotens, qui abſque famæ,vel honoris iactu-
ra acquirere nequit, ſic qui non poteſt abſque
magna difficultate, vel abſque maximo boni ſpi-
ritualis detrimento, quale eſt diu expectare in ſæ-
culo, amittendo maximi ſtatus religioſi emolu-
mentum, maximè cum valde ſit ſpes incerta eo
tempore acquirendi, eo quod morbo, & aliis de
cauſis impediri valeat. Quare & benè Nauarrus
dicto lib.4.reſtit.cap.4.dif.vltim.num.79. in hoc ca-
ſu non eſſe aliquod religionis priuilegium excu-
ſans, ſed impotentiam moralem excuſare : hæc
Trullench.*dict.n.4.in fine*,qui & alia refert pro in-
tegro intellectu *toto n.5.*

26 Ex quibus infertur quod ſi omnibus ſpectatis
circunſtantiis proximè adductis, dubium eſſet ra-
tionibus hinc inde vrgentibus, an expectato eo
tempore, & abſque notabili difficultate poſſet de-
bitor bona comparare quibus ſoluat in tali du-
bio non poſſe debitorem religionem ingredi;quia
poſſeſſio ſtat pro creditoribus; ſed ſi rationes ſint
vtrimque probabiles integrum eſſe debitori
quamcumque partem etiam minus probabilem
amplecti,probat Ægidius Trullench. *dicto cap.2.
lib.2.oper mor.dubio 20.num.6.* vt contingit in caſu
diuerſarum opinionum, de quibus larè dixi *ſub
tit.de feriis infra*, & docent Bonacina *diſput.1. de
reſtit dict.quæſt.fin.puncto* 2.§.1.*num.3.* † Sanch. 27
vbi ſupra num.9. qui & *num* 10.addit omnia ſupra
dicta intelligenda eſſe, quando debita naſcuntur
ex mutuo contractu, aut delicto;nam ſi ex ſola li-
berali promiſſione orirentur, exiſtimat nunquam
teneri in ſæculo remanere, vt ea ſoluat ; quia eæ
liberales promiſſiones ita videntur intelligendæ,
ne religionis ingreſſum retardent, vt latius pro-
bat idem Trullench. legendus *dict. dubio* 22. *ex
num 7.*

Ad quartam quæſtionis partem an ingreſſus re- 28
ligionis liberet debitorem ab onere reſtituendi ?
Et applicabis hic, quæ adduxi *ſub cap.1. de filiis
Presbyteror. An ingreſſus cum profeſſione tollat ille-
gitimitatem* ? & *in cap.16. de iudiciis quæſt.4 5 6.
& 7.* in quo dubio ex dictis etiam reſpondetur
ſub verſ.*ad tertiam* ; ſi quidem ex diuerſitate ſen-
tentiarum idem concludere videntur DD.hic refe-
rendi;affirmantium verò ſententia fundatur ; quia
liber homo non obligatur quoad perſonam ſuam
ſed tantùm quoad bona ; & ſic bonis cedendo li-
beram remanere perſonam;ita D.Thom 2.2.*q.fin.
art.6.ad 3.ibi* Caiet. Palud. *in 4.diſt.38.q.4.art.3.
concl.3.* Angel.verb.*religioſus* §.16.Syluester verbo
religio 1.*q.4.*D.Anton.*p.1.tit.11.c.2.§.1.*ſentire vi-
detur.† Sed quia ſolutio debitorum eſt iuris natu- 29
ralis;ideò negatiuam ſententiã tuentur,& ſequun-
tur Medina *cod.de reſt.q.3.concl.*8. Nauar.*comm.1.
de regul.num.*8.Valentia *tom.3.diſp.5. q.6.punct.7.*
Molina *de tom.3.poſter.diſp.757.de iuſtitia*,& alij
ideo ſub diſtinctione, vt *ſupra* reſoluimus reſ-
pondendum eſt. † Nempe vt ſi quis breui tem- 30
pore in ſæculo manendo tantùm lucraturum ſe
exiſtimet,vt debita ſua,vel integrè,vel ſecundùm
magnam partem ſoluere poſſit ad hoc obligetur;
ſecus autem ſi longo tempore, quia tunc non te-
nebitur ſectare imo poterit illico religionem in-
gredi : ita Lopez *inſtruct.p.1.cap.29.* Azor. *tom.1.
inſt.mor.lib.12.cap.1.q.5.* Leſſius *lib.12.cap.16. du-
bio* 8.Diana *p.3.tract.2. reſ.41.* Sanchez *in ſumma
tom.1.lib.4.dict. cap.19. num* 8. qui ambo putant
in tali caſu ſpectandum eſſe biennium.

Notant verò idem Sanch. *num.* 4. Diana *dicta* 31
reſ.41.in fine,cum Paludano,Angelo,& Sylueſtro
quidquid in contrarium aſſerant Azorius, & Mo-
lina, quod ſi poſt religionis ingreſſum hæreditate
legato, vel donatione &c. religioſi aliquid acqui-
ratur tenetur monaſterium illius debita ſoluere.
† Et quod non tenetur Religioſus ad laborãdum 32
in monaſterio pro ſoluendis debitis Nauar.*tom.2.
de regular.num.*42.Ægidius Trullench.*dicto lib.2.
cap.2.dub.22.num.25.*& Suarez *tom.3.de religione
lib.6.cap.10.num.4.* late Sanchez *lib.7. operis mor.
cap.31.num.3.* cum Abbate *in cap. in præſentia de
probat.* † qui dicunt quod ſi religio acceptauit, 33
& ſe obligauit ad ſoluenda debita,teneatur etiam
ſi Religioſus profitendo nulla ſecum bona defe-
rat, aut poſtea relinquantur illi, ſi autem non ſe
obligauit monaſterium, ſed fuit hæres huiuſmodi

professi tenebitur debitum illius soluere iuxta vires hæreditatis tantum, seu bonorum, quæ ex illo Religioso acquisiuit ex ea ratione, quia cum hac obligatione subeat ratione eorum bonorum non ampliori esse debet quantitate; & ob id dicunt vt teneatur monasterium soluere debita professi ex bonis, quæ postea forte legato, vel hæreditate testamentaria, vel sua opera, & industria, vel donatione Religiosus acquisiuit.

34 Nec obstat illa regula iuris, quidquid Religiosus acquirit, monasterio acquirit, cum debeat intelligi, nisi Religiosus ære alieno grauatus sit, & ad professionem admissus; tunc enim dicunt Doctores quod non religioni, sed creditoribus acquirit quidquid arte, labore, industria, vel donatione comparat; quia cum per professionem iuri creditorum derogatum non sit, sicut ante professionem tenebatur Religiosus hic ex dictis bonis soluere creditoribus ita similiter monasterium in ea bona succedens teneatur hoc pacto limitant DD. dictam regulam de qua latissimè dixi *in dict. cap. in præsentia de probat.* Quod si bona aliqua monasterium non acquisierit ex huiusmodi professo ad nullam solutionem teneri monasterium, resoluunt Suarez *supra*, Syluester verbo *religio* 8. *num.* 3. *ex cap. delictum de regul. iuris*, Trullench. *dicto num.* 25. *in fine*, cum religio nihil debeat, nec obligatio professi quæ personalis est, queat transire, ex vi ilius professionis in monasterium.

35 Dubitant verò multi, an si monasterium sciens, admisit ad professionem ære grauatum, teneatur pro eo soluere aliqui possunt affirmate cum videatur cooperari, & consentire iniuriæ, & iniustitiæ quæ infertur creditori per professionem, per quam

36 impossibilitatur restitutio. † Tamen verius est, vt non teneatur ad restitutionem, vt docent Bonacina *disp.* 1. *puncto* 2. §. 1. *num.* 7. Trullench. *supra dicto dubio* 22. *num.* 26. per multa, quæ dixi *ibi num.* 21. 22. & 23. dicentes satisfacere, si professo concedat facultatem ad procurandam restitutionem modo licito, de quo *infra hic* in dubiis sequentibus, quorum ea est ratio; quia non est plus obligandus conuentus quam ipse professus, sed iste satisfacit prædicta faciens, ita & conuentus.

37 Ad quintam quæstionis partem an professus, vt soluat debita in sæculo contracta, teneatur exire de religione? Et quia hæc difficultas dissolui valet ex proximè dictis, & de ea scribant latè adducti, & Suarez *dicto tom.* 3. *de religione lib.* 6. *cap.* 10. *ex num.* 2. Villalobos *in* 2. *p. summæ tr.* 35. Nauar. *tom.* 1. *de regular. num.* 7. *& comm.* 2. *n.* 42. *&* 44. Palacios, Medina, & Anglesc. citati à Suarez *supra num.* 5. Sanchez *lib.* 4 *oper. mor. cap.* 49. *n.* 14. *&* 15, *ad* 20. idem Nauar. *consil.* 72 *num.* 7. *& lib.* 3. *de relig. in* 2. *edit.* Manuel. *tom.* 2. *cap.* 6. & cum aliis Ægidius Trullench. *in opere mor. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 22. *ex num.* 18. ideò resolutiuè respondeo quod professus ære alieno grauatus, quando professio fuit licita, non tenetur exire de monasterio ad debita soluenda; quia si posuit ingredi, vt diximus quo

38 pacto poterit esse obligatus exire. † Nec tunc tenebitur propriis manibus laborare, vel alio modo procurare vt satisfaciat, teneri tamen si habeat superflua ex illis satisfacere, concludunt; & hoc reuera patet, cum, & monasterium teneatur ex relictis professo soluere iuxta dicta sub vers. *ad*

39 *quartam.* † Imò etsi professus illicitè ære alieno grauatus profitendo peccauerit, sed non inde tenebitur exire è monasterio, vt creditoribus satisfaciat, nec ibi aliquid agere contra decentiam habitus, prædicti resoluunt. † Tenebitur tamen 40 Prælatus dare professo licentiam, salua regulæ obseruantia, vt manibus decenter operetur ad restituendum vt pingat, vel scribat, & iis similia &c. ita tenendum. † Ita tenendum, vt adducti exem- 41 plificant etsi eorum aliqui dicant, vt teneatur exire quod non est admittendum, cum debita ciuilia non obligent cum tanto onere, vt teneatur quis à statu cadere.

Ad sextam quæstionis partem, an professio 42 grauati ære alieno, sit ipso iure nulla, aut veniat annullanda? Breuiter etiam respondeo validam esse, etiam si interrogatus à Prælato occultaret debita dummodo religio non habeat statutum à Papa confirmatum, quod irritam, & nullam faciat progressionem. Prima pars probatur; quia nullum impedimentum teddit personam simpliciter. & absolutè incapacem ad profitendum de iure naturæ, nec irritat, nisi carentia vsus rationis, & ex aliis fundamentis quæ adducunt referendi. † 43 Secunda pars, quia quoties interrogatus tacet impedimentum quod non est substantiale iuxta illius religionis à sede Apostolica confirmata, quæ in casu irritam redderet professionem, valet professio, vt docent Sanchez *lib.* 5. *mor. cap.* 4. *num.* 75. Suarez *tom.* 3. *de relig. dicto lib.* 6. *cap.* 5. dicentes quod impedimentum æris alieni, vt patet ex adductis *à num.* 1. hic, ex se non est substantiale, nec facit irritam professionem, & ex aliis pluribus exemplis, vtpote de celante se laborate morbo Gallico aut aliis impedimentis, quæ statui Religioso sustantialia non sunt de quo latè scribunt adducti à Diana *p.* 4. *tract.* 4. ex Rota *decis.* 346. *num.* 2. apud Farin. Miranda, Hieronymo Rodriguez, & ex DD. per textum *in cap. sicut nobis, & cap. sicut tenor de regularibus*, vbi latè dico. † Et sic tenendum non solùm in casu 44 nostro de iure communi, verùm iam hodie contra dispositum in Bulla Sixti V. adducta *à num.* 1. quæ professionem annullauit cum alia Bulla, scilicet Clem. VIII. anno 1602. quæ incipit, *in suprema Ecclesia Catholica tomo* 3. *Bullaru pag.* 129. eam moderauerit, reducendo illam ad terminos iuris communis, etsi illam Sixti V. reliquerit obseruari, quatenus ad pœnas ibi impositas contra illicitè profitentes, & illicitè ad eam recipientes, & sic hodie valere professionem granarorum ære alieno, docet cum Sanchez, Suarez, Bonacina, & aliis legendus omnino, Ægidius Trullench. *dict. lib.* 2. *oper. mor. cap.* 2. *dubio* 22. *ex num.* 10. † Vbi 45 *num.* 11. dicit dictam Bullam Sixti V. non habere locum in monialibus, nec in recipiendis ad ordines militares equites, quos vulgò *commendadores* appellamus, nisi recepti sint Clerici, nec ære alieno grauatos in ea comprehendi, quando eorum facultates sufficiunt, nec qui debita contraxerunt supra eorum facultates, si omnia bona creditoribus relinquant; item nec in aliis casibus iam adducti in principio cum Sanchez *ibi dicto cap.* 19. *n.* 23. 25. 26. 28. *&* 29. Diana *dicto p.* 4. *ref.* 82. qui alios adduxere.

Ad vltimam quæstionis partem, an ære grauatus possit per superiorem expelli à religione? Et 46 licet Sanchez *lib.* 3. *oper. mor. cap.* 23. *num.* 4. Suarez *lib.* 3. *de relig. cap.* 12. *num.* 16. dicant quod potest expellere Prælatus illum Religiosum à religione, etsi professionem emisisset: tamen idem Sanchez *lib.* 5. *summæ cap.* 4. *num.* 58. cum aliis

Fr.

Fr. Eman. Rodriguez *dict. tom. 3. reg. quæst. 17. art 9.* cum aliis dicunt hanc non esse causam iustam expellendi illum, quia cum res sit grauissima grauissimam causam exigit, qui etsi loquantur de occultante morbum gallicum, idem videri dicendum probat Ægidius Trullench. *oper. moral. lib. 2. cap. 2. dubio 22. num. 15. & 16.* in occultante debita, aut aliam qualitatem non substantialem, nec iure requisitam; imò & Sanchez *num. 56. & 58.* loquitur generaliter de occultante quodcumque vitium non substantiale.

47 Quod ego sic teneo ex dictis *num. praeced.* quia
cum in omnibus eadem sit ratio, debeat perinde
eadem esse iuris dispositio, vt concludit *dict.*
num 16. Trullench. sed Sanchez, & Suarez dum
amplectuntur contrariam sententiam in principio
numeri præcedentis loquuntur, non quando
simpliciter fuit per superiorem receptus ad professionem
ære alieno grauatus debitor, sed quando
sub conditione, nempè expresè prolata à Prælato,
Si es are alieno grauatus non te admitto:
nam licet professio fuerit valida manet tamen
48 eius effectus dependens à voluntate Prælati. †
Sicut probant de matrimonio carnali Sanchez
lib. 7. de matrim. disp. 18. num. 21. Ledesma *in summ.*
de matrim. cap. 11. conclus. 4. & alij dum dicunt
quod etsi qualitatis error absolutè non dirimit
tamen quando ponitur consensus actualis, & de
præsenti iniquitate, quæ etsi de per se non vitiet;
vitiat supposita voluntate contraria expressa nolentis
contrahere, nisi si appareat de tali qualitate,
vt contraho tecum, si sis Dives, & illa sit pauper
de quo alibi dico latè.

49 Pro complemento notandum est, quod si aliquis
promittit; etiam cum iuramento homini aliquid
in eius vtilitatem facturum possit eo non
facto religionem ingredi nisi aliàs iniustitiam
commiserit: ita docent Sanchez *in opere mor.*
dict. cap. 19. num. 31. Villalobos *2. part. summa*
tract. 35. dif. 7. num. 4. Ægidius Trullench. *dict. c. 2.*
lib. 2. dubio 22. num. fin. ex eo quia his obligationibus
inest tacita conditio, hæc nisi transitus ad religionem
placeat, imo iuxta speciem textus nostri
idem putat Sanchez propter eandem rationem, si
postea sic promittens ad ordines promoueri velit
o vt iam dixi *sub quæst. 1. & 2.* † Imò addit idem
n. 34. vt non teneatur hic per alium rem promissam
perficere, nec resarcire damna sequuta, cum
fides seruanda non sit eo quod ei contractui tacitè
insit relata conditio, nisi ad religionem eligat
transire promittens.

51 Fallunt hæc in casu, quo alia adest obligatio Iustitiæ contra ipsum promittentem, vt aliquid restituendi ratione iniuriæ, siue damni illati: nam tunc dicunt idem Villalobos, & Trullench. ac Sanchez *n. 32.* & Azor. *lib. 11. mor. c. 15. q. 4.* Bonacina *disp. 1. de rest. q. fin. puncto 2. §. 1. n. 45. & 46.* de tali promittente sic dicendum, & iudicandum sicut de adstricto aliis debitis, iuxta quæ *supra* diximus *hic*, & quæ dixi *quæstion. 1. & 2.* nostri textus.

52 Secundo ex eodem capite dico cum eodem Ægidio Trullench. *dict. dub. 22. cap. 2. lib. 2. operis moralis*, & Suarez *tom. 3. de relig. lib. 5. cap. 7. n. 1.* quod si quis debitor sit tantùm ex voto vt si vouit dare calicem, aut centum alicui Ecclesiæ; possit ingredi religionem non soluto eo debito, sed in religionem commutando, & quod possit inquam relinquere parentibus sua bona.

QVÆSTIO IV.

An si ordinati, siue professi, qui ære alieno grauati erant, & ad ratiocinia obnoxij conueniantur à creditoribus suis, debeatur de eorum causa cognosci coram Ecclesiastico, aut coram Laico? An Episcopus possit compellere administratores piorum locorum ad rationem reddendam, seu semel redditam iterum ad illam compellere? Et an minor 25. annis, qui aliena administrauit negotia rationem reddere teneatur? Et an non obstante liberatione tutori, à minore possit ab eo iterum ratio peti? Vbi de computationibus, & calculationibus factis à Tabulariis? Et an qui tenetur reddere rationem, possit antea condemnari ad certam summam.

SVMMARIVM.

1 *Clericus effectus post delictum, num puniatur à Laico, remissiuè. Et quod nec incarcerari valeat ac puniri in persona à Laico etsi aliter in bonis*, vt numero 17. 18. 19. & 20.

2 *Clericus, aut professus an conueniantur coram Laico super ratione reddenda tutelæ vel administrationis, sibi commissæ per Laicum, & n. 4 vbi quid de Clerico qui habet priuilegium ne conueniatur coram illo. Sed de veritate*, à n. 8.

3 *Clerici officia publica exercentes, & acceptantes de manu laica, an debeant coram Laico conueniri sine strepitu iudiciali. Et de veritate*, ex n. 8.

5 *Clericus pro malè gestis administrationis sibi commissæ potest à Laico incarcerari secundùm Archidiaconum*, quod non est ferendum, *vt n. 8 & 9. cum aliis.*

6 L. 118. styli, l. 5. tit. 10. p. 6.

7 *Episcopus, qui bona Principis administrauit, si fugit incarcerari valet, quousque rationem reddat; verius est vt coram Metropolitano*, vt n. 8. & 9.

8 *Iudices Laici sunt ad iudicandum de Clericis incapaces.*

10 *Clericus, qui aliquo pacto, vel modo se submittit sæculari iudici, grauiter est puniendus.*

11 *Iudex Laicus nequit de facto cognoscere contra Clericum res spiritualis, si ius sit inseparabile ab ipso facto.*

12 *Clericus obligatus ratiociniis sæcularibus, si incarceraretur, debet esse per Iudicem Ecclesiasticum, nisi esset suspectus de fuga.*

13 *Clericus si miserationis causa administrationem admittat venit conueniendus coram Iudice suo Ecclesiastico. Quid si lucri causa*, num. 14

14 Cap. Episcopus 38. dist.

15 *Clericus per pactum expresè nequit iurisdictionem Laici prorogare, & n. 16.*

16 *Cleri*

16 *Clericus falsum testimonium, coram Laico praestans, qualiter ab eo valeat puniri remissinè.*

17 *Clericus acceptans de manu Laici administrationem qualiter eum interuentione Iudicis Ecclesiastici sit obligatus ad rationem reddendam.*

18 *Laicus Iudex nùm possit contra Clericum depositarium procedere per executionem bonorum etiam Ecclesiasticorum.*

20 *Clericus, aut Religiosus factus nunquam pro administratione priuata, seu contractu inter partes, valet coram Laico conueniri.*

21 *Ratio sumptuum fabricae cuiuscumque Ecclesiae reddenda est per Parochos, oeconomos, siue administratores proprio Episcopo, aut Praelato. Et quid de fabrica Cathedralis, vt* n.22.& 23.

23 *Ecclesiarum administratatores, Hospitalium, ac piorum locorum tenentur rationem reddere sumptuum fabricae Episcopo, nisi aliter institutione dispositum sit.*

24 *Episcopus nequit pluries in anno rationem administrationis petere, si ratio semel petita fuit finalis, aliter verò sic, nisi in prima calculatione esset erratum, vt* n.25.

25 *Calculatio iterum peti potest, docto de errore, vel quando dolosè reddita fuit: sic intelligenda dicta,* numero 26.& à numer.41.52. & 53.

27 *Administrator omnis rerum alienarum tenetur ad redditionem rationis suae administrationis, alias interpellatus non reddens, tenetur ad interesse, ad librum rationis conficiendum,* n.28.

28 *Librum rationem non conficiens administrator, obnoxius est, vt contra eum valeat in litem iurari.*

29 *Administrator ne dum tenetur reddere rationem, sed potest conueniri ad solutionem reliquarum, &* num. 32. & 33.

30 *Administratores, seu quilibet alij obligati ad rationes reddendas, ad quatuor sunt obnoxij.*

31 *Episcopus potest procedere executiuè in Laicos pro rationibus reddendis piorum obligando ad solutionem, &* n.fin.

33 *Administrans negotia, nullo praetextu excusatur à reddenda ratione, etiam si statuto caueretur, ne minor posset contrahere, nisi adhibita certa solemnitate,* n.34.

34 *Rationis reddendae obligatio est iuris naturalis.*

35 *Rationum reddendarum obligatus ad reliquorum solutionem censetur, etiam obstrictus.*

36 *Ratio minori reddita facto maiori iterum ab eo, quando peti possit etiam si liberationem tradidisset eius administratori,* n.37.& 38.*& de ratione,* n.39.

39 *Rationis redditio actualis requiritur in ea, quam praestat curator minori sic vt nec sufficiat confessio, & fraudes vitentur, nisi liberatio minoris esset antiqua, vt* n.40.

40 *Obliuiones, & alia succedunt tempore annorum* 20. *& sic curator non compelletur denuo reddere rationes minori.*

41 *Diuisorum, & calculatorum materiam qui agant.*

42 *Computatio rationum à tabulariis facta non habet sententiae vim, nisi Iudicis sententia confirmetur. Quae retractari poterit intra certa tempora vide* n.43.

43 *Calculi retractio non habet locum, quando calculatio facta partibus, non solùm continet computationem, sed etiam pactum, aut transactionem generalem, aut specialem, nisi in ipsa error interuenisset expressus, vt* num.44.

45 *Calculus ob medicum errorem non retractatur.*

46 *Calculator qui solet vocari*, rationarius, partitor. seu computator, *potest esse pubes* 15. *annos exceedens de iure in praxi ad iudicium maior annis* 18.*vt* num.47.& 48.*vbi declaratur.*

47 L. Iurisiurandi 7.§. dabitur ff.de operis libertorum.

48 L. 1. §. Ludi quoque ff. de Variis, & extraordin.cognitionibus l.4. cod.de profes. & medicis.

49 L. 1. §. praeterea ff. de contraria actione tutelae.

50 *Administrator vllus tenetur, nec obligatur ad restituendum aliquid ante rationem discunctam, vt* n.51.& 52.

52 *Instrumentum societatis nequit executioni mandari, ante rationem redditam inter eos.*

53 *Calcula computorum legitimè discuncta executione mandantur.*

54 *Administrator, tutor ac curator quilibet, finito officio, per executionem compelluntur ad rationem reddendam.*

55 *Episcopus non impeditur illico computa piorum locorum executioni mandare, quamuis administrator appellat, etsi admittatur eius appellatio.*

AD ptimam quaestionis artem, de qua DD. 1
plures per textum, & glossam *hic* tractant
occasione illius generalis quaestionis, an delicta
commissa à Laico ante Clericatum, seu religionis
ingressum, possint post puniri ab eodem Laico.
Et quia tam de delictis, quam de contractibus
latissimè dixi *sub cap.2. & aliis de iudiciis, & sub*
tit.de iudiciis, & sub tit.& cap.penult.de foro comp.
& ex dictis *quaest.23.in dicto cap.2.*vbi: *An nota-*
rius effectus Clericus sit puniendus pro falsitate
commissa quando erat Laicus, à Iudice Laico. Et
de illa, *An Iudex Laicus possit punire aliquem qui*
post diffamationē homicidij ingressus est religionem?
Vt *in cap.10.de iudiciis quaest.*16.ac de aliis huius-
cemodis dictis sub relatis titulis. † Ideò iam 2
breuiter ad nostrum dubium dicendum esse vide-
tur, vt si super debito, aut ratione reddenda
conueniatur, si obligatio dependeat à tutela, de-
posito, aliavè administratione collata per Lai-
cum Clerico; tunc & ratio reddenda ex eodem
capite possit & coram eo pati ex adductis *infra sub*
cap.qualiter, & quando 17.de iudiciis sub quaest.7.
*num.*8. † Et facit ratio quia Clerici officia pu- 3
blica exercentes,& acceptantes de manu Laici de-
bent coram Laico conueniri;eo quod non debent
priuilegio gaudere Clericali, Aufrer. *de potest. sae-*
culari super Eccles. Reg. 1. num. 7. & in terminis
Bald. *in l.acceptum num.14.cod.de vsuris*,vbi dicit
quod talis Clericus sine libello,strepitu, vel figu-
ra iudicij pro tali ratione reddēda, debet conuerti

ex

ex ea ratione; quia tunc non proceditur per mo-
dum iudicij, ſed executiuè, & ex conſequentia
ratione officij ſuſcepti: ſequitur Iaſon. *in l. ſi fi-
deiuſſor §.fin. ff. qui ſatis dare cogantur*, Maranta
de ordine iudic.4.p.diſt.11. num. 37. Afflictis *de-
ciſ.24.num.3.* Franciſc.Marc.*deciſ.Delphin.*1057.
*num.1.*Andreas Gailius *lib.1.obſeruat.cap.37. n.6.*
vbi pro hac ſententia refert Innocent. *in Rub. de
foro comp.* Rebuffus *in l. ſequeſter num.* 109. *ff. de
verb.ſignific.*Tyraquel.*de retractu tit.2.§.4.gloſſ.7.
num.9.*Mexia *in pragmat panis concluſ.5.num.33.*
Caſtillus de Bobadilla *in politica lib. 2. cap.* 18.
*num.*130.

4 Et quod Clericus, qui coram Iudice ſæculari
adminiſtrationem tutelæ, vel curæ acceptauit co-
ram ipſo Iudice ſæculari pro reddenda ratione tu-
telæ poſſit conueniri, dixerunt etiam Guillhelmus
Benedict.*in cap.Raynucius*, verb. *& vxorem*, no-
mine Adalaſiam *num.*123.*fol.*78. Maſuerus *in ſua
praxi cap. de Iudicibus num.*23. vbi teſtatur ita
ſeruari in Curia Parlamenti, & in eo, qui habet
priuilegium, ne pro ſuis delictis coram Iudice
5 ſæculari poſſit conueniri. † Imò Archidiaconus
in cap.1.de depoſito, in tantùm auſus fuit dicere, vt
procedat, quod ſi Clericus malè reddat rationem
ſæcularis adminiſtrationis poſſit pro reliquis à Iu-
dice Laico in carcerem detrahi, nec vt ob id in-
currat pœnam, *Canon.ſi quis ſuadente 17.quæſt.4.*
ſic Abbas *ibi num.* 7. vbi declarat pœnam *dicti c.
ſi quis ſuadente*, non habere locum niſi in caſu,
quo per violentiam, & temerariam manus inie-
ctionem contra Clericum procedatur, nec eius
deciſionem extendendam eſſe ad caſum, in quo
Iudex Laicus aliqua iuſta, & peculiari ratione
contra Clericum procedit, veluti quando agitur
pro reddenda ratione, & reliquorum ſolutione.
6 † Et videtur probari ex verbis, *leg. ſtyli* 118. ibi,
*Otro ſi, el ques Clerigo, ſi recando los pechos, e
las rentas de el Rey e faze alguna falta en ellas,
que le puedan los Alcades de el Rey mandar pren-
der, eſer preſſo en la priſion de el Rey.*Et ex verbis,
*leg.5.tit.*10.*p.*6.ibi, *Tenudo es el obiſpo de dar quen-
ta por ſi, o por otro al Iuez ordinario*, vbi Gregor.
Lopez verb. *al Iuez ordinario*, dicit hic habes ca-
ſum, in quo Epiſcopus efficitur de foro Iudicis
7 ſæcularis. † Et addit Bertachin. *in tract. de Epiſ-
cop.lib.4.p.1.quæſt.14.num.21.*quod quando Epiſ-
copus adminiſtrauit bona Principis Laici, & an-
tequam rationem reddat, eſt in fuga, vel de illa
timetur, poſſit per ipſum Principem incarcerari
pro ratione reddenda, quod verum eſſe intelligit
Muñoz.de Eſcobar. *de ratiociniis cap.7. num.* 13.
quando reperitur dolo adminiſtraſſe.

8 Sed quia obſtant mirum in modum omnia,
quæ dixi ſub dicto titulo *de iudiciis, & foro comp.
vt in cap.2.cap.3.& 4. cap. 10. cap. nouit 13.cap.
qualiter 17. & in cap.1.& 2. cap. cum ſit gene-
rale, cap. ſi diligenti, cap. ſignificaſti, cap. po-
ſtulaſti, cap.penult.& fin.dict.tit.de foro comp.cap.
tuam de ordine cognit.* vbi & *in cap. Sancta Maria
de conſtitutionib.* longiſſimè probaui Laicos Iudi-
ces reſpectu Eccleſiaſticorum eſſe non ſolùm in-
competentes, verùm & incapaces ad iudicandum
de perſonis, & cauſis Clericorum, ſi ipſi ſint rei
& quod nulla conſuetudine, quantumvis longa
ipſis Laicis licere queat, vt dixi *ſub cap.8.& alibi*
& in terminis de Clerico coram Iudice ſæculari,
ſe obligauit rationem tutelæ reddere refert Scobar.
*ſupra ex num.*14. & ex Bobad. *dict. cap.*18. *polit.
n.*184.

Sahagun.*in cap.fin.de ſequeſt.poſſeſſ.& fruct. ex* 9
num. 47. *ad* 52. vbi loquendo in Epiſcopo, qui
bonorum alicuius Principis adminiſtrationem
exercuit, expreſsè dixit, & Salicetus *in auth. li-
cèt cod.de Sacroſanctis Eccleſ.* vt coram Metropo-
litano, & non coram ſæculari rationem reddere
debeat, Ioan.Gutierrez *de tutelis lib 3.cap.1.n.9.*
vbi dicit quod ſaltim perſona Clerici per Iudicem
competentem Eccleſiaſticum capi poterit, vel ex-
communicari, ad requiſitionem Iudicis ſæcu-
laris.

Et videtur probari vltra adductas regulas ge- 10
nerales, quas in dictis titulis, & iuribus adduxi ex
Conciliis Meliuilit.& Carthagin.relatis *in cap.ino-
lita, & in cap placuit 11.quæſt.1.*vbi dicitur grauì-
ter eſſe puniendum Clericum, qui aliquo pacto,
vel modo ſe ſummiſerit ſæculari iuriſdictioni: vi-
dendi idem Gutierrez *lib.2.pract.quæſt.*24. Mexia
*vbi ſupra num.*33 Bernardus Diez *in reg.*92.& alij
ex doctrina Innocent.III.relata *in dict.cap. ſi dili-
genti de foro comp.* contra Baldum, Guillielm. &
alios defendentes contrariam ſententiam; quia
etſi executiuè procedatur, nunquam tamen ſine
libello, & figura iudicij, latè, & benè reſpondet
aliis fundamentis Scobar.*dicto cap.7.de ratiociniis
ex num.*16. † Et ad id, quod alij dixerunt, nem- 11
pè quod in ſpecie hac, Laicus nihil de iure, ſed
de facto tantùm procedit contra Clericum, quia
præter quam quod latiſſimè ſcripſerim *infra in c.
fin. de iudiciis tota quæſt.* 2. qualiter hoc procedat
in facto rei ſpiritualis, verùm quoties res vel per-
ſona, de qua agitur ſpiritualis eſt, & talis, in qua
factum à iure inſeparabile, vel compulſio perſo-
næ Eccleſiaſticæ interuenerit, tunc Iudex ſæ-
cularis, etiam ad cauſam facti incapax erit per
doctrinam textus *in cap.ſi Iudex Laicus de ſent.ex-
communic.*prout aliud agens eleganter Ancharran.
*in reg.ea, quæ num.*10.*de reg.iuris lib* 6.Alex. *in l.
Titia num.* 6.*ff.ſoluto matrimonio*, Menoch. *de re-
cup.poſſeſſ.remedio* 15.*num.*234. & ex doctrina In-
nocent.*in cap.licet de foro comp.& cap.1. de officio
Ordinarij*, † & ex Gregorio Lopez *in l.*23. *tit.*6. 12
p. 1. vbi dicens quod Clericus, qui eſt obligatus
ratiociniis ſæcularibus poteſt capi, & incarcerari,
intelligit dummodo capiatur, & incarceretur per
Iudicem Eccleſiaſticum, non verò Laicum, niſi
Clericus eſſet ſuſpectus de fuga: nam in tali caſu
poſſet iam per Laicum capi, vt ducatur ad ſuum
Epiſcopum ex Innocent.*in cap.vt fama de ſent.ex-
communic.num* 3 Ioan.Andr. *in cap.2. de pignorib.*
Felin. *in cap. cum non ab homine de iudiciis col.* 1.
iuxta quæ *ibi* dixi *q.*9 & *alibi*.

Prædicta quidem quæſtio ſuper ratiociniis *Se-* 13
natui Valliſoletano ingens viſa fuit in cauſa quo-
rundam Abulenſ.de Clerico Laici Tutore ibi agi-
tata, quæ fuit ſub Iudice, etſi ad quartam vſque
Aulam Iudices illi Regij Auditores illam remiſiſ-
ſent: quare idem Scobar. teſtis talis controuerſiæ
*dict.cap.7.de ratiociniis ex n.*24.fœdere diſtinctio-
nis cogitauit ad concordiam reducere, dicendo
quod ſi Clericus tutelam alicuius, vel curam mi-
ſerabilis perſonæ miſericordia motus acceptauit;
nullatenus priuilegium fori amittat, cum ex per-
miſſione iuris canonici tutelam legitimam, vel
miſerabilium perſonarum accipere poſſit licitè, vt
in cap.peruenit 87.diſt.1.& in cap. 1. *&* 8. *diſt.* 88.
*& in l Orphanotrophos cod. de Epiſcopis, & Cleri-
cis*, quibus conſonat textus *in l.*45. *&* 48. *tit.* 6.
*p.*1. Et pro hac ſententia faciunt quæ poſui *ſu-
pra ſub quæſt.* 1. vbi dixi, quod non prohibetur
ordinari

ordinari, qui miserabilium personarum curam suscipiunt.

14 Quod si Clericus, causa aut gratia lucri faciendi se immisceat administrationi, quod vtique facere possit secundùm Innocent. in textu nostro *num. fin.* vt dicunt communiter DD. per textum *in cap. Episcopus* 88. *dist.* ibi: *Episcopus, aut Sacerdos, aut Diaconus nequaquam seculares curas assumant; sin aliter deiiciantur*, & *in cap. 2. ne Clerici, vel Monachi*, ibi: *Quod si post modum facere præsumpserint, & occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraudem, indignum est ab Ecclesia subueniri, per quos constat in Ecclesia scandalum generari.* Etenim Clericus, vel etiam Episcopus sæcularem administrationem vltro recipiens, quodammodo ab Ecclesiæ gremio deiicitur, vt *in auth. de Sanctissimus Episcopis* §. *Deo amabilis collat. 9. & in*
15 *l. 14. tit. 16. p. 6.* † Et quia licet Clericus per pactum expressè iurisdictionem Laici Iudicis prorogare non possit aduersùs eius personam, vt *in dicto cap. si diligenti, & in dict. l. 45. tit. 6. p. 1.* ibi: *Mas no en sus personas*, sed delinquendo coram eo contra Canonum statuta, multis de caosis Iudici sæculari iurisdictiooem (saltim quoad bona) posset prorogare, vt per Paul. Castr. *in l. addictos*
16 *num. 6. cod. de Episcop. & Cleric.* † Et exemplifiacant de Clerico coram eo falsum testimonium dicente, quatenus possit à sæculari puniri, vel captis pignoribus, in bonis mulctari: sic Scobar. *vbi supra num.* 58. intelligens glossam in verbo *nullum cod. de testibus*, & ex dicto Abbatis *in c. cæterum de iudiciis num. 6.* vbi dicit quod quando respectu certæ causæ per legem ciuilem alicui vniuersaliter attribuitur iurisdictio, sub illa dispositione comprehenduntur Clerici actiuè, & passiuè in quibus inuenitur illa qualitas, in qua fundatur iurisdictio, etiam in præiudicium ordinariæ iurisdictionis, vt *ibi* dixi de causa feudali (quæ aliam rationem habet) & Castillus de Bobadilla *in dict. cap.* 18. ex infinitis congessit 131. casus, in quibus Iudex sæcularis de causa Clerici cognoscere, & iudicare possit inter quos annectit casum nostrum *num.* 130. & 127. idem Scobar. ex Greg. Lopez, Bertachino, & Iasone, & per *leg. 57. & 59. tit. 6. p. 1.* qui *sub n.* 30. lectori à se dicta commendat obseruanda, vt à nemine sic congesta in hoc dubio, quem omnino leges *dict. cap. 7. de ratiociniis ex dict. num. 8. ad* 40. vbi, & alios includit casus.

17 At video post eum Zeuallos *in pract. q. 987. ex num. 689.* de hoc dubio agentem, vbi salua pace, tanti viri, Scobar. resoluit, vt verum tenendum, quod Clericus teneatur rationem reddere coram Iudice sæculari cuiusvis administrationis abeo delatæ, sed quod executio fiet per litteras requisitorias coram Iudice Ecclesiastico, tam respectu bonorum, quàm personæ, vt tenet etiam Martha post illum *de iurisd. dict. 2. p. casu* 104. & 121. & docet communem Bossius *tit. de pœnis num.* 38. Ioan. de Deo *in lib. cauillationum*, per textum *in c.*
18 *personam* 12. *quæst.* 1. vt refert Martha. † Addens vt hoc procedat, etiam si depositum, vel delictum fuisset perpetratum ante Clericatum; quia persona semper remanet exempta, & non potest in carceribus detineri, nec puniri, & alia Zeuallos congerens ex dicto Bobadilla *dict. cap.* 18. *an.* 42. resoluente per executionem bonorum esse procedendeodum contra Clericum depositarium per Iudicem sæcularem; & quod valeat obligatio Clerici quoad bona temporalia renunciantis in acceptatione talis officij forum: tamen ipse Zeuallos dicendo, vt valeat talis renunciatio, etiam respectu Ecclesiasticorum bonorum; quia acceptando officium tutelæ, vel curæ, aut depositi, seu alterius administrationis concessæ à Iudice sæculari, valebit summissio omnium bonorum. † 19
Adhuc respectu personæ dicit inutilem talem obligationem; indeque executionem esse faciendam à Iudice Ecclesiastico contra personam Clerici, vt dixit Martha 4. *p. de iurisdict. dict. cent. 2. casu 124. n. fin.* qui intellexit procedere ad requisitionem Iudicis sæcularis, in tantùm quod licet Clericus non declinet iurisdictiooem Iudicis sæcularis, cognitio semper sit nulla respectu personæ, vt tradit idem Bobadilla *sup. dict. cap. 18. n. 191.* & coofirmantur ex distinctione, quam feci *in dict. cap. qualiter de iudiciis sub dict. q. 7. num. 8.* Etenim vt cum 36. DD. Barbosa concludit *in dict. cap. 5. ne Clerici, vel Monachi num. 4.* de quo iam alibi, si Clericus, qui fuerit per Laicum Principem admissus in aliquo officio, & in eodem deliquerit non possit à Iudice sæculari puniri, inter quos Clarus, Couar. Decianus, Megala, Bonacina, Ambrosio Duard. Caluacana, Guazinus, Campanillus, Borrel. Zenedus, Suarez, Anguian. Layman. & alij. Et vide quæ dixi *in cap. penult. de foro comp. q. 8.* vbi egi de illa quæstione: *An si post capturam Laicus delinquens à Iudice Laico efficiatur Clericus, possit Iudex Laicus aduersus illum procedere ad condemnationem criminalem.*

Vnde iam breuiter in qualibet administratione 20
priuata, seu obligatione, & contractu inter partes nunquam Clericus factus, aut religiosus poterit conueniri coram Laico Iudice, sed semper ex ratione textus *in cap. 5. & cap. 8. de foro comp.* cum vulgatis, *in illo tit. de iudiciis, & in dict. cap. penult.* sunt plures quæstiooes, quæ huic resolutioni valent adiici *ex q. 5. 6. 7. ad* 21.

Ad secundam quæstionis partem, quia latè de 21
iure visitandi, quod Episcopis competit dico *infra sub tit. de officio ordinarij cap. inter cætera 15. & in cap. Sophita 14. de censibus*, & nonnulla *in c. 12. de præscript.* & de praxi obseruanda in visitatione infra breuiter *sub cap. fin. de foro comp.* §. 18. *& alibi* & quod Episcopus sit cui competit in sua prouincia; sic vt Episcopis ordinariis sit reddenda ratio sumptuum fabricæ cuiusvis Ecclesiæ, nisi in institutione eiusdem Ecclesiæ fabricæ, aliter statutum sit, vt referunt decisum Armendar. *in addition. ad recopil. leg. Nauarræ lib. 1. tit. 17. l. 7. de Episcop. n. 78.* §. *item & rationem.* † Imò est quod capitulum, 22
& Canonici teneantur ordinario reddere rationem administrationis fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, nisi constet ex institutis, & ordinationibus eius, non posse ordinarium se intromittere, vt referunt decisum Armendar. *supra dict. num. 78. in fine*, Barbosa *in Trid. sess. 25. cap. 9. num. 5. & 3.* Garcia *de benef. c. 2. n. 198.* vbi quod solus Episcopus possit visitare fabricam.

Et insuper sit stabilita in iure diligenti, qua 23
ordinarij debeant esse soliti in petenda ratione ab administratoribus piorum locorum, & sub qua obligatione sint administratores, tam Ecclesiastici, quàm Laici fabricæ cuiusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, Hospitalis confraternitatis eleemosinæ montis pietatis, & quorumcumque piorum locorum rationem reddere singulis annis suæ administrationis ordinario suo consuetudinibus, & priuilegiis quibuscumque in contrarium sublatis,

nisi

niſi ſecus fortè in inſtitutione, & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ, expreſsè cautum eſſet iuxta Trid. mentem *in dicto cap.9. ſeſſ. 22. & ibi cap.8.* item & *ſeſſ.7. in cap. 15.* & per illa, quæ DD. cumulant *in cap. cum in tua de teſtamentis*; de quibus omnibus præter ordinarios in relatis locis, & aliis, Ioannes Gutierrez *lib.1. pract. c.35. à num. 19.* Flores *variar. lib.3. quæſt.21. à n.180.* latè Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. toto c.395.* Riccius *in collect.714.* & in aliis referendis Rota Romana apud Farin. *deciſ.255.p.1.tom.1. recent.* Martha *de iuriſdict. p.1.c.ip.18.num.6.& 9 & 10.* Gonzalez *ad regul.8. Cancel.num.45.& gloſſa 29. num.3.* Barboſa *in paſtorali alleg.7.,74.& 75.* vbi *num. 64. & 65. fin.* infinitos refert tractantes de viſitatione; ideo in quantum ſpectat ad rationem exigendam, & ab adminiſtratoribus reddendam; non abs re, erit hic aliqua innectere reſolutiuè de his,qui ad illam tenentur.

24 Itaque ad dubium num Epiſcopus poſſit pluries in anno exigere rationes adminiſtrationis? Et reſolutiuè ſub diſtinctione dicendum eſt, quod ſi rationum redditus fuit finalis, non poſſit, ſin autem è contra poſſit, vt fuit deciſum in Rota Matcliæ, vt teſtantur Grattianus *in deciſ.188.* & Rota Genuenſ. vt refert Bellon. videndus *in deciſione 30.* Riccius *dicta collect. 714. ſuper dict. cap.9. Trid. ſeſſ.21.* vbi pariter refert declaraſſe Sanct.Congreg. † qui limitat ſi in prima calcula-

25 tione eſſet erratum, quia docto de errore poteſt iterum peti calculatie iuxta pulchram deciſionem Rotæ Aragon. penes Ioſeph. Seſſe *deciſ.38.* vel quando ratio non fuit finalis, & plena cum reſtitutione reliquorum, vt reſoluit idem Riccius *in praxi fori eccleſ.reſ.134.in 2.edit.* qui & idem dicit, quando doloſa reddita fuit ratio, de quo ipſe conſtituit Epiſcopo, Barboſa *in dicto cap.9.Trid. ſeſſ.22.num.16.& in paſtorali dicta alleg.75. n.63.* idem Riccius *infra collect.1915.verſ. infero tertio,* & infero quatto eum Gratiano *deciſ. 148. & ex alia Rota 610.*

26 Et iuxta has limitationes ſunt intelligendæ regulæ de aliis adminiſtratoribus, qui tenentur ad rationem reddendam ſuæ adminiſtrationis; quia etſi Bartol.*in l.quamuis ff.de conditionib.& demonſtrat.* & alij communiter,dicant quod ratio adminiſtrationis ſemel reddita, amplius reddi non debeat; & inde inferat Riccius *in collect. 1915. ad deciſion. Merlini Rota Lucenſ.61* vbi fuit dictum, quod tutor, qui ſemel reddidit rationem ſuæ adminiſtrationis non tenetur amplius, & ad aliam Rotæ à Farin. 111. vbi fuit dictum quod ratio computorum,cum ſemel reddita eſt,iterum reddi peti non poſſit maximè,ſi per inſtrumentum quis fuiſſet liberatus,& ad *deciſ.Bellon 130.*vbi ſimiliter fuerit deciſum,vt cogi non poſſit quis rationes ſemel redditas, amplius reddere.

27 Inde infero ex doctrina textus *in l.oleo cod. de vſuris*,& iuxta dictam doctrinam, vt teneatur ad redditionem rationis ſuæ adminiſtrationis omnis rerum alienarum adminiſtrator; itavt ſi interpellatus eam non reddiderit, teneatur ad intereſſe, vt dixit Rota Genuenſ. *in deciſ.163.* Riccius *collect. 734.ad dict.l.oleo,*vbi cum Vetallo *deciſ.157 p.2.* ait nedum ad rationes reddendas eum obligari;

28 † Sed etiam ad librum rationum conficiendum; ſic vt aliàs contra eum iurari poſſit in litem,& Riccius idem ſpecificans refert deciſ. *ibi* ex Magon.Genuenſ.Papono,Bornin.& ex aliis procedere etiam in hæredibus eorum, qui adminiſtrarunt, & in procuratore ad negotia in executore alicuius teſtamenti,& in illis ad quos bona aliena peruenerunt, & in eo, qui ſuſcipit reddendi rationem, de aliqua re curam,& in commiſſario hæreditatis; ſic vt non liberetur per præſentationem calculi, qui gerit negotia aliena,cum in eo intelligatur electa perſonæ induſtria; & de aliis vt *ſupra* cum Scobat dixi in principio,qui latè loquitur iuxta iuris regulas *toto c.3. de ratiocin.* omnino videndus. De fide librorum rationis; aliorumve, dixi *in cap. antepenult.de probat.* & nonnulla *ſupra in cap.fin. de officio Archipreſbyteri ſub quæſt. fin.*

Et quia nedum reddere rationem tenetur, verum & poſſit contra eos agi ad ſolutionem reliquorum,vt dixit Rota *in deciſ.202* & Riccius vbi proximè, vbi ex eadem Rota *deciſ.117. & 163.* addit vt eidem adminiſtratori incumbat onus probandi,quod in adminiſtratione geſtum eſt;ac propterea,vt diximus,teneatur librum rationis conficere, ideo optimè iuxta Trid.*in dicto c.9. ſeſſ.22.* dubitatur quis compellet ad ſolutionem computi, quando laici ſunt adminiſtratores bonorum Eccleſiæ, ſi in ratione reddita inueniantur debitores. 29

In quo dubio exiſtimo reſpondendum ex ſequentibus deciſionibus. Vna Viuij,vbi fuit dictum *deciſ.153.* quod qui tenetur reddere rationes, debet facere quatuor; Primo Codices edere. Secundo calculum ponere. Tertio culpam purgare, & demum non aliqua reſtituere; & ſic videndum quod coram eodem iudice fieri debet reliquorum reſtitutio. † Altera eſt deciſio Gratiani 189. *in 2. dubit.* vbi fuit deciſum, quod poteſt Epiſcopus compellere laicos ad executionem: nam alias parum operatetur viſitatio, cum præſertim Epiſcopus ſit executor viſitationis piorum locorum, vt patet ex Trid.*dicta ſeſſ.22. cap.8.* & ex dicto Stephano Gratian.Riccius *vbi ſupra dicta deciſ.714. in fine,* Barboſa *in dicto cap.8.num.82.*& DD.per textum *in dicto cap.tua nobis & cap. Ioannes penult.de teſtament.* Etiam contra laicos. Vltima deciſio Afflictis 137.vbi aſſerit deciſum Neapolitano Conſilio, quod ille qui obtinet facultatem compellendi rationes reddere; ac computum. † Condemnat etiam ad ſoluendum, & de modo componendi computum, pulchrè ſcripſit Anna *in obſeruat.19.*& Munoz.de Scobar.*p.1. de ratiocinijs cap.2. num.5. & ex num.6.* & Narbona *anno 25. q.82. n.5.* dicentes condemnatum ad reddendam reſtitutionem,ſita ad reliqua cōdemnatum cenſeri, vt pro eis abſque noua ſententia executari poſſit. 30 31 32

Ad tertiam an minor 25 annis, qui adminiſtratiū negotia, teneatur reddere rationem? Et affirmandum eſt; ſic vt nullo prætextu excuſetur ab hoc onere, expreſsè docent Ruinus *conſ.97. n.4. & 6.lib.5,*Menoch.*de arbitr.caſu 209.num.9.*Scobat.*de ratiocinijs 1.p.c.1. & cap.3. n.11.* Bertazolus *de clauſul.clauſula 10.gloſſa 16.n.3.* Antonius Sola *in conſtit.antiq.Sabaud.lib.3.cap.44 num.9* vbi addit verum eſſe etiam, ſi ſtatuto caueretur, ne minor poſſet contrahere, vel quaſi,niſi adhibita certa ſolemnitate ex ſententia Ruini vbi *ſupra n.5.* vbi *n.4* † & cum eo Narbona *dicto anno 25. ſub n.2.* notat nihil referre ad defectum, & neceſſitatē reddendi rationes, an minor adminiſtrans curatorem habeat,nec ne,cū vtroque caſu cogi poſſit eas exhibere; & eſt ratio; quia obligatio talis præſtationis deſcēdit à iure naturali,cum eo principaliter reſpiciat,quod ſuū vnicuique tribuatur ex *dict.l.quāuis 31.in princip.ff.de condit. & demonſtr.* vbi reddere rationes expendit Africanus eſſe reliqua ſoluere. 33 34

35 Vnde communiter scribentes deducunt obligatum, seu condemnatum ad reddendas rationes; adeo ad reliquorum solutionem censeri obstrictum, vt nisi soluerit, reddidisse rationes non videatur, vt dicunt Cujacius *tractatu 9. ad african. in dicta l. quamvis*, Ioan. Gutierrez 3. *p. de tutelis cap.1. num.75.* Scobar. *de ratiocin. cap.2.p.1.n.5* qui & *cap.3.n.15.* idem Gutier. *dict. cap.3.num.15.* & Narbona *dicta quæst.82.n.3.* addunt etiam fœminas minores administrantes teneri ad prædictam rationem reddendam, cum fragilitas ætatis neminem releuet à ratione reddenda.

36 Ad quartam quæstionis partem, an non obstante liberatione à minori, possit ab eo iterum ratio peti? Breuiter respondeo, quod si minor effectus maior ex certa scientia, quæ constasset ex verbis liberationis, & ex aliis coniecturis dedisset liberationem, includeretur etiam dolus verus, qui potest remitti præteritus saltim, vt lato sermone dixit Zephalus *cons.192.n.45. & n.1. & 2. lib.2.* Flores de Mena Legendus *lib.1.var.cap.15. & ibi n.10. & 11.* cum Ploto *in tract. de in litem*
37 *iur.§.5.nu n.36.* † Sed limitat ex Socino, *ibi n.12.* si tutor, aut curator reddidit rationem per inuentarium, & librum rationis; quia tunc denuo tenetur reddere, si minor errores probat, maximè si errores consistant in eo, quod aliqua bona sua remanserunt apud curatorem, vel quod ipse occultauerit, vel dolum in perniciem minoris commi-
38 serit. † Vel si non constet de rationibus redditis, vel in forma solemni, nec minus solemni, & simus omnino in dubio, sed solùm appareat liberatio generalis in fauorem curatoris, aut tutoris, cum relatione rationis datæ: nam si tunc tutor non probat verè, & integre rationem datam, integre tantur eam reddere: sic colligens ex mente Socini, Iasonis, & aliorum, *n.13.*

39 Et horum est ratio; quia in præsenti materia rationum reddendarum à curatoribus, requiritur actualis redditio rationis, vt *in l.cum seruus ff. de condit. & demonstrationibus*, Flores de Mena *dict. q.15.n.13* vbi addit quod ad euitandas fraudes non sufficit confessio; quia est materia suspecta, & quod alias de facili leges defraudarentur, & bona pupillorum surriperentur, alia dicens cum Mascardo, & aliis *de probation p.2.conclus.364. & 365.* cum aliis tribus præcedentibus ex doctrina, *leg. si si fortè ff. de castr. peculio*, & glossa communiter approbata, *in l.donatio cod.de probationib. & ex l. qui testamentum ff.de probat. & l. fin. & ibi glossa*
40 *cod.mandati.* † At limitat Flores *n.14.* cum Decio, Parisio, Alex, Corneo, Craueta, & aliis & Mascardo latè loquente, *p.3. conclus.1319. à num.16.* quando liberatio esset iam antiqua, puta ab hinc annis 20. quia alias nullus esset litium finis, & daretur occasio nonnulla fraudibus, eo quod à communiter accidentibus, & in tanto tempore succedunt, vel obliuiones, vel amissiones scripturarum, & mortes testium; ita quod difficillimum esset tutori denuo bonas rationes dare, possetque minor cum tutoris iactura locupletari, quod ferendum non esse aiunt; eo quod solutio præsumatur ex diuturnitate temporis, concurrente silentio creditoris: *argum. leg. si quis fortè §. primo ff. de pœnis.*

41 Ad quintam quæstionis partem de calculatoribus de quibus occasione nostri textus posset hic latè agi; quia Scobar. *de ratiociniis cap.31.* Gutierrez *lib.1.pract.q.37.n.3.* Paslador. *lib.2.per quotid.cap.fin.1.p.§.7.n.3.* Azeuedus *in l.22.tit.6.lib.3. recop.* Amator. Rodrig. *de execut.cap.1.art.3. ex n.20.* latè agunt de modo admittendi calculatores, & qualiter executionem mereatur calculatio; ideo nihil de hoc puncto adiicio, & tantum vt legas præcor quæ ex infinitis congerit DD. Franc. de
Amaya *in l.2. cod. de iure fisci lib.10.* † & *ibi à* 42
n.10. vbi quod computatio à tabulariis facta sententiæ, vim non habet, nisi iudicis sententia confirmetur, vt statuitur, *in l.1.cod.de apochis publicis, & in l.vnica cod.de errore calculi*; vbi dicitur computationem non approbatam posse intra certa tempora retractari, quod non procederet, si sententia iudicis fuisset confirmata, cum res iudicata instaurare non sinat quæ iam finita sunt, *l.4. & sequent.ff. de re indic. l.22.tit.6. lib.3. l.2.4.tit.21. lib.4.recopil.* vbi Azeued. Auiles *in cap.30. prætor. verb. fraga pagar. n.5.* Abendanus, *de exequend. mand.2.p.cap.10.num.37.* alios referens Parlador. *lib.2. rerum quotid. cap. fin.p.1.§.6.* Gutierrez & Scobar *supra*, idem Amaya, qui & *à num.31.* constituit differētiam inter computatores à parti-
bus assignatos, vel à iudice. † Vbi *n.50.* quod re- 43
tractatio calculi non habebit locum, quando calculatio facta à partibus, non solùm continet computationem, sed etiam pactum, aut transactionem generalem, aut specialem; eo quod tunc firma maneat calculatio; sic vt non possit prætextu erroris reuocari, Bartol. *in dicta l.2.* Salicet & Iason. *in dicta l. vnica cod. de error. calculi.* Socin. *cons.*
290.lib.2.num.5. Valenz. *in dicta l.2. n.13.* † Nisi 44
in ipsa transactione error interuenisset expressus, veluti si in ea dicatur quod tertia pars de centum petitis, erat quinquaginta; indeque pro quinquaginta fuerit facta transactio, & quod solutum prætextu talis transactionis possit repeti ait Amaya per *dictam l. vnicam*, ibi: *Sed etsi per errorem calculi, veluti debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti condictio competit* Scobar. ad plura
de ratiocin.cap.31. Gilquem *ibi*, & alij DD. † ob 45
modicum errorem calculum non retractare infiniti probant per *l.quamvis 32.ff.de condit. & demonst.* sed Valenzuela & Amaya *in dicta l.2. ex n.53. & 54.* aliter sentiunt, dicentes aliam esse sententiam, *dicta leg.quamvis*, & *ex n.59.* agit Amaya de tempore intra quod error calculi retractetur cum Cuiacio Valenz. Iason, Castillo, Scobar. Florteatulo, & aliis, & *in Rub. cod. de discussoribus num.2.* ait Amaya *num.2.* quod isti rationes fiscales dispungebant, dictus rationalis, *in l.cum post 26. de appellat.l. à discursoribus 21. cod. Theodosiani*; eodem, Cuiacius, & Gothofred. *in dicta Rub.* Buleng. *lib.3.de imperio Rom.cap.29.*

Quod si dubites de ætate, in qua calculator 46
possit aliquis nominari, & soleat dici ex doctrina *leg.vt iurisiurandi 7.§.dabitur ff.de operis libertor. in verbis*, ibi: *si fortè vel librarius, vel nomen curator vel calculator*, &c. calculatorem quem I.C. rationarium vocat, *in l spadonem 15.§. neque ff.de excusation.* quem vulgo partitorem, aut computatorem nuncupamus impuberem esse posse eum, scilicet, qui ætatis suæ 15. annum excessit, vt ex Iuliano *in l.fin.ff.de operis seruor.* vt fauere videtur Munoz de Scobar. *de ratiociniis cap. 8. num.1.* dicens, vt quilibet de mundo eligi possit, etiam si in minori ætate vigeat ad ministerium cal-
culandi, & dispurgendi rationes. † Tamē in propo- 47
sito verius est, vt nullus ad iudicium calculationis peragendum nominetur, nisi maior sit 18. annorum, saltim de Iure Regio ex disposit. *l.2. tit.15. lib.2.*

lib.2. ordin. & l.3. tit 9. lib.3. recopilat. ita Ayora *de partitionibus part.1. cap.4. num.2.* Narbona *anno 18.quæst.6.*vbi *num.4* dicit cum Gothofred. *in dicta l.spadonem §.5.littera I, dict. l. vt sunt iurandi,§.debitur,* non loqui de calculatoribus, seu partitoribus hæreditatum, aut aliarum rerum, in quibus præter numerandi scientiam, iudicium, etiam, & intellectus desideratur, sed de illis tantùm, qui numerandi, siue calculandi artem do-
48 cebant. † Et hoc modo intelligo etiam textum *in l.1. §. ludi quoque 6.ff. de variis, & extra ordin. cognit. & in l.4.cod.de profess. & medicis,* quorum ministerium non exoptat maiorem capacitatem, quam quæ adest in puberis quinquennis. Nec de calculatione hic non amplius addo ; etsi difficultet in alio loco Canonici Iuris sic valeat agi.

49 Ad vltimam quæstionis partem, quæ magis titulo nostro congruit, num qui tenetur reddere rationem possit condemnari ad certam summam, antequam ratio reddita fuerit, & præter illa, quæ solent DD. dicere ad textum *in l.1. §.præterea ff.*
50 *de centraria a tione,tutela.*† Video apud Riccium *in collect. 20. 27. ad dictam l.1.* duas diuersas esse sententias, affirmantium vna, de qua decisum sæpius testantur Petrus de Veinteu. *in decis. Rota Bononien.90.* Rota Genuens.*in decis.190.* Gaspar Thesaut. *in decis.96.n.12.lib.2.* aliquid per Sesse *in decis.88.* & eadem Rota Genuens. *in decis.24. & 46. & 173.* aliquid per Magonium *in decis.1.* Rotæ Lucens. & per eandem Rotam Genuens. *decis.24. & 71. & 124.* & Decij 173. & sic per Rotam Mantuan.teste Surdo *in decis.184.* referrtur decisum posse tutorem conueniri ad restituendum bona inuentarij ante redditam vniuersalem rationem ; & Riccius addit vt ad id faciat.

51 Negatiuæ sententiæ DD.sunt Milanens. *in decisione 1. lib.2.* Cantarius *decis.*-4. Capyc. *decisione 17.*Ioseph. Ludouis *decis. Perus.* 40. Franc. *decis.291.* Gaylius *decis. 68. lib.1.* Osascus *decisione 92. & 129.* Intriglìol. *decis. 13. & decis.10.* Rota Auimon. *in decis.39.* Mysinger. *decis. 68. cent.3.* Magon. *in decis. Lucen.65.* Boët. *decisione 68.* pro quibus faciunt etiam *decis.Bonon.90.* vbi tutor, vel curator, & quilibet alius administrator cogi non potest reddere aliquid,antequam ratio reddita fuerit, vt refert iudicatum etiam in propriis terminis Giurba *in decis. Rota Sicilia*
52 15 † Vbi societatis instrumentum mandari non posse executioni ante redditas rationes declaratum fuit, & huic magis assentior in praxi, cum ex iam *à quæst.1.* dictis condemnatus ad reddendam rationem, censeatur virtualiter condemnatus ad reliquorum restitutionem, quod ante rationem dispunctam contingere non valet ex dictis per Muños de Scobar *de ratiocinijs dict.c.31. n.12.*

53 Sed ne detur turbatio aduersùs solutionem liquidatorum per appellationes, aliaque iuris temedia, quibus vti solent litigatores prouide prospectum est computorum calcula legitimè dispuncta executioni mandari, vt omnes de iudicio execu-
54 tiuo scribentes agnoscunt. † Et per illa, quæ dico *infra in cap.1.de fide instrument. q.7. n.7.* quatenus *ibi* dixi, quod administrator, tutor, curator, finito officio per executionem compelluntur ad
55 rationem reddendam. † Vnde rectè Tamburinus *de Iure Abbat.decis.53.n.7.* dixit quod Episcopus non est impediendus executioni computa piorum mandare, nec vt ex eo quod administrator appellet, nec licet admittatur appellatio, sit suspendenda executio ratiocinij, vt decisum referunt Zetola *in praxi Episcop.p.1.*verb.*Hospitale,*vers.6. Barbosa *in cap.1. Trid. dicta sess.22.n.33. in fine,* idem *in pastorali dicta alleg.75. n.62.* & Homo-Bonus *de examine Eccles. tract.10.cap.4.quæst.13. resol.3.* vers. *aduerto,* alia ad hunc textum. Et pro hac materia colliges ex præcitatis DD. & ex aliis, quos ipsi referunt. Et cum his absoluitur materia huius capitis.

AD RVBRICAM
ET TITVLVM
De Corpore Vitiatis ordinandis, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Corpore non integri, sicut ex Veteri Testamento arcebantur à ministerio, sic ex nouo ordinari prohibentur. Et gentilitate quid* n.9. & 10.
2 *Corporis in compositio indicat in æqualitatem mentis.*
3 *Membra natura componit, prout moribus anima conuenit.*
4 *Facies fœda malos significat mores.*
5 *Sanitati accedat pulchritudo, ac boni habitus integritas.*
6 *Animi, & anime defectus impedientes illos habentes ordinari sunt, vt irregularitat preueniens ex defectu Characteris Baptismalis, & ex defectu fidei,* vt n.7. *carentia vsus rationis,* n.8.
9 *Gentilitas corpore truncos ad sacerdotium non admittebat,* n.10.
10 *Sacerdotes gentilitia præstantes virtute, & excellentes genere, solùm ad sacerdotium admittebat, non vlla ex parte corpore trunco.*

VIA sub Rubro nostri tituli integrum quarti impedimenti ad ordines potest deprehendi,illud nempè, quod ex defectu corporis propter 1
diuersos casus valet contingere ; ideo de hoc impedimento diuersas sub se continentes species nobis agendum est. Cum ergo apud Ethnicos integri esse deberent corporis ; sic vt à ministerio Dei arceretur quisquis haberet maculam ex præcepto veteris legis Leuitic. *cap.21.* inde Sacri Canones corpore vitiatos ab ordinibus repelli imperarunt ; imo & promoto aliquando reiecerunt, vt *in cap. exposuisti 6. hoc titulo* ; sicut & à beneficio iam adepto, vt *infra in tit. de Clerico ægrotante, vel debilitate,* † & eo quia incompositio 2
corporis inæqualitatem indicat mentis, vt *in cap. fin. dist. 41.* ideo propter hoc etiam hic erit agendùm de defectibus animi, vt pulchrè explicat D. Gregor. *in cap. hinc etenim distinctione 59.* vbi plures casus ponit, ac explicat idem Sanctus *ibi* legendus, & *in pastorali c.11.* de quibus *infra*, ac aliis, quos Sanctus non recensuit.

35 Vnde communiter scribentes deducunt obligatum, seu condemnatum ad reddendas rationes; adeo ad reliquorum solutionem censeri obstrictum, vt nisi soluerit, reddidisse rationes non videatur, vt dicunt Cujacius *tractatu 9. ad african. in dicta l. quamuis*, Ioan. Gutierrez 3. *p. de tutelis cap.2. num.75.* Scobar. *de ratiocin. cap.2.p.1.n.5* qui *& cap.3.n.15.* idem Gutiet. *dict. cap.3.num.15.* & Narbona *dicta quaest.82.n.3*, addunt etiam fœminas minores administrantes teneri ad prædictam rationem reddendam, cum fragilitas ætatis neminem excuset à ratione reddenda.

36 Ad quartam quæstionis partem, an non obstante liberatione à minori, possit ab eo iterum ratio peti? Breuiter respondeo, quod si minor effectus maior ex certa scientia, quæ constaffet ex verbis liberationis, & ex aliis coniecturis dedisset liberationem, includeretur etiam dolus verus, qui potest remitti præteritus saltim, vt lato sermone dixit Zephalus *consil.92.n.45.& n.1.& 2. lib.2.* Flores de Mena Legendus *lib.1.var.cap.15. & ibi n.10. & 11.* cum Ploto *in tract. de in litem*

37 *iur.§.5.nu n.36.* † Sed limitat ex Socino, *ibi n.12.* si tutor, aut curator reddidit rationem per inueotarium, & librum rationis; quia tunc denuo tenetur reddere, si minor errores probat, maximè si errores consistant in eo, quod aliqua bona sua remanserunt apud curatorem, vel quod ipse occultauerit, vel dolum in perniciem minoris commi-

38 serit. † Vel si non constet de rationibus redditis, vel in forma solemni, nec minus solemni, & simus omnino in dubio, sed solùm appareat liberatio generalis in fauorem curatoris, aut tutoris, cum relatione rationis datæ: nam si tunc tutor non probat verè, & integre rationem datam, integretantur eam reddere: sic colligens ex mente Socini, Iasonis, & aliorum, *n.13.*

39 Et horum est ratio; quia in præsenti materia rationum reddendarum à curatoribus, requiritur actualis redditio rationis, vt *in l.eum seruus ff. de condit.& demonstrationibus*, Flores de Mena *dict. q.15.n.13* vbi addit quod ad euitandas fraudes non sufficit confessio; quia est materia suspecta, & quod alias de facili leges defraudarentur, & bona pupillorum surriperentur, alia dicens cum Mascardo, & aliis *de probation p.1.conclus.364.& 365.* cum aliis tribus præcedentibus ex doctrina, *leg. si si fortè ff. de castr. peculio*, & glossa communiter approbata, *in l.donatio cod.de probationib.& ex l. qui testamentum ff.de probat. & l. fin. & ibi glossa*

40 *cod.mandati.* † At limitat Flores *n.14.* cum Decio, Pansio, Alez, Cornco, Crauetta, & aliis & Mascardo latè loquente, *p.3. conclus.1319.à num.16.* quando liberatio esset iam antiqua, puta ab hinc annis 20. quia alias nullus esset litium finis, & daretur occasio nonnulla fraudibus, eo quod à communitet accidentibus, & in tanto tempore succedunt, vel obliuiones, vel amissiones scripturarum; & mortes testium; ita quod difficillimum esset tutori denuo bonas rationes dare, possetque minor cum tutoris iactura locupletari, quod ferendum non esse aiunt; eo quod solutio præsumatur ex diuturnitate temporis, concurrente silentio creditoris: *argum. leg. si quis fortè §. primo ff. de pœnis.*

41 Ad quintam quæstionis partem de calculatoribus de quibus occasione nostri textus posset hic latè agi; quia Scobar. *de ratiocinio cap.31.* Gutierrez *lib.1.pract.q.37.n.3* Parlador. *lib.2.per quotid.cap.fin.1.p.§.7.n.3.* Azeuedus *in l.22.tit.6.lib.3. recop.* Amator. Rodrig. *de execut.cap.1.art.3. ex n.20.* latè agunt de modo admittendi calculatores, & qualiter execuionem meteatur calculatio; ideo nihil de hoc puncto adiicio, & tantum vt legas præcor quæ ex infinitis congerit DD. Franc. de Amaya *in l.2. cod. de iure fisci lib.10.* † & *ibi à* 42
n.10. vbi quod computatio à tabulariis facta sententiæ, vim non habet, nisi iudicis sententia confirmetur, vt statuitur, *in l.1.cod.de apochis publicis, & in l.vnica cod.de errore calculi*; vbi dicitur computationem non approbatam posse intra certa tempora retractari, quod non procederet, si sententia iudicis fuisset confirmata, cum res iudicata instaurare non sinat quæ iam finita sunt, *l.4. & sequent.ff. de re iudic. l.22.tit.6. lib.3. l.2.4.tit.21. lib.4.recopil.* vbi Azeued. Auiles *in cap.30. prætor. verb. fraga pagar. n.5.* Abeodanus, *de exequend. mand.2.p.cap.10.num.37.* alios referens Parlador. *lib.2. rerum quotid. cap. fin.p.1.§.6.* Gutierrez & Scobar *supra*, idem Amaya, *& à num.31.* constituit differentiam inter computatores à partibus assignatos, vel à iudice. † Vbi *n 50.* quod re- 43
tractatio calculi non habebit locum, quando calculatio facta à partibus, non solùm continet computationem, sed etiam pactum, aut transactionem generalem, aut specialem; eo quod tunc firma maneat calculatio; sic vt non possit prætextu erroris reuocari, Bartol. *in dicta l.2.* Salicet & Iason. *in dicta l. vnica cod. de error. calculi.* Socin. *consil. 190.lib.2.num.5.* Valenz. *in dicta l.2. n.13.* † Nisi 44
in ipsa transactione error interuenisset expressus, veluti si ita dicatur quod tertia pars de centum petitis, erat quinquaginta; indeque pro quinquaginta fuerit facta transactio, & quod solutum prætextu talis transactionis possit repeti ait Amaya per *dictam l. vnicam*, ibi: *Sed etsi per errorem calculi, veluti debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti conditio competit* Scobar. ad plura *de ratiocin.cap.31.* Gilquem *ibi*, & alij DD. † oh 45
modicum errorem calculum non retractare infiniti probant per *l.quamuis 32.ff.de condit. & demonst.* sed Valenzuela & Amaya *in dicta l.2. ex n.53.& 54.* aliter sentiunt, dicentes aliam esse sententiam, *dicta leg.quamuis, & ex n.59.* agit Amaya de tempore intra quod error calculi retractetur cum Cuiacio Valenz. Iason, Castillo, Scobar. Floteatulo, & aliis, & *in Rub. cod. de discussoribus num.2.* ait Amaya *num.2.* quod isti rationes fiscales dispungebant, dictus rationalis, *in l.cum post 26. de appellat.l. à discursoribus 21. cod. Theodosiani*; eodem, Cuiacius, & Gothofred. *in dicta Rub.* Buleng. *lib.3.de imperio Rom.cap.29.*

Quod si dubites de ætate, in qua calculator 46
possit aliquis nominari, & soleat dici ex doctrina *leg.vt iurisiurandi 7.§.dabitur ff.de operis libertor. in verbis*, ibi: *si fortè vel librarius, vel nomen curator vel calculator*, &c. calculatorem quem I. C. rationarium vocat, *in l.spadonem 15.§. neque ff.de excusation.* quem vulgo partitorem, aut computatorem nuncupamus impuberem esse posse eum, scilicet, qui ætatis suæ 15. annum excessit, vt ex Iuliano *in l.fin.ff.de operis seruor.* vt fauere videtur Munoz de Scobar. *de ratiocinio cap. 8. num.1.* dicens, vt quilibet de mundo eligi possit, etiam si in minori ætate vigeat ad ministerium calculandi, & dispungendi rationes. † Tamè in proposito verius est, vt nullus ad iudicium calculationis 47
peragendum nominetur, nisi maior sit 18. annorum, saltim de Iure Regio ex disposit. *l.2. tit.15. lib.2.*

lib.2. ordin. & l.3. tit 9. lib.3. recopilat. ita Ayora *de partitionibus part.1. cap.4. num.2.* Narbona *anno* 18.*quæst.*6.vbi *num.*4 dicit cum Gothofred. *in dicta l.spadonem §.5.littera l. dict. l.vt iurisiurandi,§.debitur*, non loqui de calculatoribus, seu partitionibus hæreditatum, aut aliarum rerum, in quibus præter numerandi scientiam, iudicium, etiam, & intellectus desideratur, sed de illis tantùm, qui numerandi, siue calculandi artem do-
48 cebant. † Et hoc modo intelligo etiam textum *in l.1. §. ludi quoque 6. ff. de variis, & extra ordin. cognit. & in l.4.cod.de professor, & medicis*, quorum ministerium non exoptat maiorem capacitatem, quam quæ adest in puberis quinqueonis: Nec de calculatione hic non amplius addo; etsi difficulter in alio loco Canonici Iuris sic valeat agi.

49 Ad vltimam quæstionis partem, quæ magis titulo nostro congruit, num qui tenetur reddere rationem possit condemnari ad certam summam, antequam ratio reddita fuerit, & præter illa, quæ solent DD. dicere ad textum *in l.1. §.præterea ff.*
50 *de contraria actione tutel.* † Video apud Riccium *in collect.* 20. 27. *ad dictam l.1.* duas diuersas esse sententias, affirmantium vna, de qua decisum sæpius testantur Petrus de Veinten. *in decis. Rotæ Bononien.*90. Rota Genuens. *in decis.*19n. Gaspar Thesaur. *in decis.96.n.12.lib.2.* aliquid per Sesse *in decis.*88. & eadem Rota Genuens. *in decis.* 24. & 46. & 173. aliquid per Magonium *in decis.*1. Rotæ Lucens. & per eandem Rotam Genuens. *decis.*24. & 71. & 124. & Decij 173. & sic per Rotam Mantuan. teste Surdo *in decis.* 184. refertur decisum posse tutorem conueniri ad restituendum bona inuentarij ante redditam vniuersalem rationem; & Riccius addit vt ad id faciat.

51 Negatiuæ sententiæ DD. sunt Milanens. *in decisione* 1. *lib.*2. Cantarius *decis.* 74. Capyc. *decisione* 17. Ioseph. Ludouis *decis. Perus.* 40. Franc. *decis.*291. Gaylius *decis.*68. *lib.*1. Osascus *decisione* 92. & 129. Intrigliol. *decis.* 13. & *decis.*10. Rota Auimon. *in decis.* 39. Mysinger. *decis.* 68. *cent.*3. Magon. *in decis. Lucen.* 65. Boët. *decisione* 68. pro quibus faciunt etiam *decis. Bonon.* 90. vbi tutor, vel curator, & quilibet alius administrator cogi non potest reddere aliquid, antequam ratio reddita fuerit, vt refert iudicatum etiam in propriis terminis Giurba *in decis. Rota Sicilia*
52 15 † Vbi societatis instrumentum mandari non posse executioni ante redditas rationes declaratum fuit, & huic magis assentior in praxi, cum ex iam *à quæst.*1. dictis condemnatus ad reddendam rationem, censeatur virtualiter condemnatus ad reliquorum restitutionem, quod ante rationem dispunctam contingere non valet ex dictis per Muños de Scobar *de ratiociniis dict. c.*31. *n.*12.

53 Sed ne detur turbatio aduersùs solutionem liquidatorum per appellationes, aliaque iuris remedia, quibus vti solent litigatores prouide prospectum est computorum calcula legitimè dispuncta executioni mandari, vt omnes de iudicio execu-
54 tiuo scribentes agnoscunt. † Et per illa, quæ dico *infra in cap.1.de fide instrument. q.7. n.7.* quatenus *ibi* dixi, quod administrator, tutor, curator, finito officio per executionem compelluntur ad
55 rationem reddendam. † Vnde rectè Tamburinus *de Iure Abbat. decis.*53.*n.*7. dixit quod Episcopus non est impediendus executioni computa piorum mandare, nec vt ex eo quod administrator appellet, nec licet admittatur appellatio, sit suspendenda executio ratiocinij, vt decisum referunt Zerola *in praxi Episcop. p.1.* verb. *Hospitale*, vers.6. Barbosa *in cap.1. Trid. dicta sess* 22.*n.*33. *in fine*, idem *in pastorali dicta alleg.*75.*n.*62. & Homo-Bonus *de examine Eccles. tract.*10.*cap.*4.*quæst.*13. *resol.*3. vers. *aduerto*, alia ad hunc textum. Et pro hac materia colliges ex præcitatis DD. & ex aliis, quos ipsi referunt. Et cum his absoluitur materia huius capitis.

AD RVBRICAM
ET TITVLVM
De Corpore Vitiatis ordinandis, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Corpore non integri, sicut ex Veteri Testamento arcebantur à ministerio, sic ex nouo ordinari prohibentur. Et gentilitate quid* n.9. & 10.

2 *Corporis incompositio indicat inæqualitatem mentis.*

3 *Membra natura componit, prout moribus anima conuenit.*

4 *Facies fœda malos significat mores.*

5 *Sanitati accedunt pulchritudo, ac boni habitus integritas.*

6 *Animi, & anima defectus impedientes illos habentes ordinari sunt, vt irregularitas proueniens ex defectu Characteris Baptismalis, & ex defectu fidei, vt* n.7. *carentia vsu rationis*, n.8.

9 *Gentilitas corpore truncos ad sacerdotium non admittebat*, n.10.

10 *Sacerdotes gentilitia præstantes virtute, & excellentes genere, solùm ad sacerdotium admittebat, non vlla ex parte corpore trunco.*

QVIA sub Rubro nostri tituli integrum quarti impedimenti ad or- 1
dines potest deprehendi, illud nempè, quod ex defectu corporis propter diuersos casus valet contingere; ideo de hoc impedimento diuersas sub se continentes species nobis agendum est. Cum ergo apud Ethnicos integri esse deberent corporis; sic vt à ministerio Dei arceretur quisquis haberet maculam ex præcepto veteris legis Leuitic. *cap.*21. inde Sacri Canones corpore vitiatos ab ordinibus repelli imperarunt; imò & promoto aliquando reiecerunt, vt *in cap. exposuisti 6. hoc titulo*; sicut & à beneficio iam adepto, vt *infra in tit. de Clerico ægro-* 2
tante, vel debilitato, † & eo quia incompositio corporis inæqualitatem indicat mentis, vt *in cap. fin. dist.* 41. ideo propter hoc etiam hic erit agendum de defectibus animi, vt pulchrè explicat D. Gregor. *in cap. hinc etenim distinctione* 59. vbi plures casus ponit, ac explicat idem Sanctus *ibi* legendus, & *in pastorali c.*11. de quibus *infra*, ac aliis, quos Sanctus non recensuit.

3 Cum ergo natura membra componat; prout moribus animæ conuenit; itavt cuius deformis facies est vix queat præditus esse bonis moribus.
4 † Fædaque facies significat malos mores iuxta Rhasim Medicum, vt notat *hic* Andreas Valensis *num.* 1. ex doctrina Abbatis *in cap. quia diuer-*
5 *sitatem notab.* 1. *infra de conces. prabenda.* † Et secundùm Galenum *lib.* 1. *de fine medic. sanitati*, accedant pulchritudo, ac boni habitus integritas, testeque Seneca, *cap.* 40. *minus est accepta scientia, vel virtus ex deformi corpore veniens*, vt dixit etiam Ennius. *gratior est virtus veniens de corpore pulchro.* Ideo rectè sub hoc *titulo de defectibus animi, & corporis*, agendum est ad vnguem, vt sic satis hoc impedimentum intelligatur, de quo agunt præter antiquos hic Scriptores, & Summistæ in verbo *corpore vitiatus*, Couar. *in clement. si furiosus p.* 1. *in princ. à num.* 5. Albertus Trot. *de vero, & perfecto clerico lib.* 2. *cap.* 16. Villadiego *de irregularit. cap.* 11. *hoc tit.* Salced. de Bernard Diez *in pract. canon. cap.* 17. *in nouissima editione*, Nauar. *tom.* 1. *consil. hoc tit.* vbi septem ponit Consilia, Rebuffus *de dispens. cum corpore vitiatis*, Iacobus Graff. *in decis. aureis lib* 4 *cap.* 27. *ex n.* 39. Campanil. *in diuersorio Iuris Canonici Rub.* 11. *cap.* 17. latè D. Rodericus Acugna *in commentar. ad decretum dist.* 55. Belletius *disquisit. Cleric. p.* 1. *tit. de disciplina Clericorum cap.* 7. *cum infinitis*, Nicolaus Garcia *de beneficiis p.* 7. *cap.* 12. *de corpore vitiatis*, & ex Theologis, ac Summistis Maiol. *de irregularit. lib.* 1. *cap.* 14. *usque ad* 26. *& lib.* 2. *cap.* 16. *ex num* 18. Felicianus *de censur. de irregularit. cap.* 16. Suarez *eodem tract. dist.* 51; Bonacina *disp.* 7. *q.* 2. *puncto* 2. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *à num.* 44 Layman. *in Theolog. Morali lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 5. *cap.* 7. Ægidius Coninc. *tom.* 2. *disp.* 8. *dub.* 14. Fr. Eman. Rodriguez *in summa tom.* 2. *cap.* 158. *& de regular. tom.* 1 *q.* 24. *art.* 3. Villalobos *p.* 1. *in summa tract.* 21. *diffic.* 35. Henriq. *in summ. lib.* 14. *c.* 8. Auila *de censuris p.* 7. *disp.* 5. Miranda *in manuali pralator. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 3. Vnald. *in candelabro aureo tit. de irregular. ex vitio corporis*, Sayrus *in floribus decis. sub hoc tit.* Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 19. *puncto* 3. *de* 2. *specie*, Molina *de Iust. tract.* 3. *disp.* 70. Llamas *p.* 1. Methodi *cap.* 12. *ex* §. 4. Aragon. *in* 2. 2. *D. Thoma q.* 65. *art.* 1. vbi Salon. *controuers.* 4. Borgasius *in tract. de irregularit. de hoc tit.* Ioannes Honor. Banagel. Petr. Raueña, Goffred. Hostiens. Bartholom. Carthagena, Anastasius, Germon. & alij recent. *sub hoc tit.* quibus accedunt *infra* referendi recentiores Diana. Leander, Castrus Palao, Pellizarius, Filliucius; Guillielmus Baunij, & Barbosa cum aliis pluribus *dist.* 49. *& dist.* 55.

6 Sed quia sub Rubro de defectibus animi, & animæ nihil pateat, videamque Doctores occasione nostri tituli, etiam de relatis defectibus agere; ideo antequam ad defectus corporis accedamus libuit hic in Rubrica per nonnulla de prædictis defectibus animi, & animæ prælibare. Cumque ad alios defectus ponat pertinere Suarez *dict. disp.* 51 *ex sect* 1. iuxta aliorum sententias, primò irregularitatem prouenientem ex defectu Characteris Baptismalis *ex capit. & cap. veniens de Presbytero non baptizato*, quam non dicit Suarez irregularitatem, sed omnimodam incapacitatem; ideo leges, quæ ad propositum dixi *supra sub Rub. de etate, & qualitate, ordinand.* ibi ex *num.* 44. vbi & *à n.* 51. an ordinandus debeat prius recepisse Sacramentum Confirmationis.

Secundo, numerat irregularitatem prouenien- 7
tem ex defectu fidei, qualis est in Apostata, & Hæretico baptizato; sed quia dicit hanc irregularitatem pertinere ad illam, quæ prouenit ex delicto, & hic agatur de defectu inculpabili, ideo potius adhunc tractatum non pertinere, dixit ibi Suarez, de quibus dixi *sub tit. de scrutinio in ordinibus faciendo*, aliquid *sub dicta Rub. de ætate ordin. n.* 29. Et applicabis quæ dixi *sub cap. fin. de temporibus ordin.*

Tertio loco *ibi* Suarez exponit pertinere ad 8
defectus animæ carentes vsu rationis, qui sæpè sine delicto, & semper proueniunt ex aliquo defectu corporis, qua de *sub hoc cap. & tit.* comprehendi posse ait; & quia hic defectus ex ipsa rei natura impediat ordinum susceptionem, cum reddat hominem ineptum ad vsum eorum; indeque ex *num.* 3. descendat ad furiosos amentes; item & ad ignorantes, vt *ibi* ex *num.* 8. ne iterum repetam remitto Lectorem ad *dictam Rub. de ætate, & qualit. ordin. ibi à n.* 59 *& n.* 61. & de irregularitate proueniente ex carentia scientiæ; *ibi n.* 29. *&* 30. vbi quæ scientia in ordinandis requiratur, de quo latè sub *dict. tit. de scrutinio in ordin. faciendo* aliquid, *sub cap.* 5. *quæst.* 2. *de temp. ordin.* nonnulla alia *sub cap penult. & fin de ætate, & qualit. ordin.* DD. *per cap. illiteratos dist.* 36. *cap. cum in cunctis de electione, cap. fin de temp. ordin. lib.* 6. Trid. *sess.* 23. *cap.* 4. *cap.* 11. 13. *&* 14. *& de scientia necessaria in Episcopo sess.* 7. *cap.* 1. de qua *in dicto cap. cum in cunctis de electione*, alia verò dubia, quæ ad defectum animæ spectant *hic* per quæstiones duxi repetenda.

Nec hic dicta, & quæ dico in quæstionibus 9
sequentibus, & sub Rubro, carent fundamento ex antiqua gentilitate: nam vt ait Tacitus mutilato corpore, homines ad sacra non admittimus, nisi sacrorũ Summo Præside permittente, sicut & excellenter docuit Senec. *in controuersiarum libris, lib.* 4. *c.* 2. ibi: *Lex, Sacerdos integer sit Thema Methellus Pontifex cum arderet veste templum, dum Palladium rapit oculos perdit, Sacerdotium illi negatur*, & paulo post, *Sacerdos non integri corporis, quasi mala hominis res, vitanda est, hoc inustum, notatur quando magis in Sacerdotibus post Sacerdotium magis obseruanda est debilitas; non enim sine ira Deorum debilitatus Sacerdos.*

Et Dionysius Alicarnas. *lib.* 2. Sacerdotes à Ro- 10
mulo electos scribit genere excellentes simul, & virtute præstantes, nec tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trunco; & hoc est quod voluit intelligere Plin. *lib.* 7. dum tradit Marc. Serguin. *de rebus strenuè à se gestis*, orationem habuisse cum à sacris arceretur, vt debilis: hæc refert Anastas. Germon. *de Sacr. immunit. lib.* 1. *cap.* 10. *in fine ex num.* 15. vt nostrum titulum, de quo est *ibi* memor *n.* 14. posset incipere.

QVÆSTIO I.

An Arreptitij, qui à Dæmone vexantur, qualis dicitur Dæmoniacus, & Energumenus, sint omnino irregulares, etiam si semel, aut iterum sint obsessi, & vexati à Dæmone? Et an si post susceptos ordines eorum corpora fuerint obsessa, possint in susceptis ordinibus ministrare, si omnino à tali vexatione liberati fuerint? vbi quid de maleficiato, aut fingente se Dæmoniacum? Et quid de febricitante in amentiam, verso, seu ebrioso, aut stimulo amoris in furorem arrepto ad tempus breue? Quid de non Baptizato, non confirmato, furioso, & ignorante?

SVMMARIVM.

1 *Arreptitius est amouendus à sacris altaribus, quod verum est de perpetuò. Quid de temporali,* n. 4 & 5. *vbi idem,* n. 6. & 7.

2 *Energumenus suspectus est de malitia mentis.*

3 *Anandria cum Dæmone succubo, prohibetur ordinari.*

4 Canon. 78. Apostolorum n. 6.

7 Cap. Clerici dist. 33. cum cap. maritum eadem dist.

8 *Arreptitius Dæmoniacus, Energumenus liberi multo tempore à tali defectu non prohibentur in susceptis ordinibus ministrare.*

9 *Ordinati in minoribus à Dæmonibus vexati, nunquam ad superiores Ordines ascendunt.*

10 *Maleficiatus tantum in partibus deseruientibus ad vsum, matrimonij non prohibentur Ordinari; secus in aliis membris,* num. 11.

12 *Amens, & furiosus, accidentali casu cessante, non prohibetur Ordinari.*

13 *Ordinari non valent, non Baptizatus, hæreticus, ignarus, &c.*

1 AD primam difficultatis partem, & aliàs potest responderi per verba textus *in cap. maritum 2. & in cap. communiter dist. 33.* & ex concordantibus, *ibi*, à glossa adductis, *cap. communiter*, vbi glossa 1. *cap. Clerici, cap. vsque dict. dist. 33.* quibus cauetur ex Pio, & Nicolao Pontificibus, item & ex Gelasio Papa arreptitios à sacris altaribus amouendos; & sic debemus dicere tales esse omnino irregulares ad ordines suscipiendos: nam vt dicit Henriquez *lib. 14. sub cap. 8. num. 8.* & cum eo Leander. *de irregularit. disp. 1. tract. 1. quæst. 13.* Energumenus suspectus est de
2 malitia animi. † Et de Anandria, & docet Dionys. cum Dæmone succubo, docent etiam Nauar. *in cap. 27. n. 203.* Suarez *vbi supra de cens. dicta disp. 51. num. 7.* cum eo Syluestro, & Burgas *in hoc tit. num. 18.* Viuald. *de irregularit. num. 180. in antiq.* Tolet. *lib. 1. summa cap. 62.* Bonacina *q. 2. de de irregularit. puncto 2. n. 24.* Machadus *docum. 11. num 8.* & alij apud Guilielmum *de irregularit. q. 2. consect. 9.* & apud Pellizarium *tom. 2. tract. 7. cap. 5. sect. 2 num 62.* Fillucius *tract. 19. cap 6. q. 9.* vers. *septimum de Dæmoniacis*, Flamin. Parisius *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 6. num. 94.* Campanil. *in diuersorio iuris Canon. Rub. 11. cap. 17. num. 188.* Rugus *de missa q. 17. num. 1.* Sayrus *de censur. lib. 6. cap. 9. num. 14.* Bartholom. Bechis *in praxi obseruanda in admittend. ad relig. stat. nouitiis disp. 9. dub. 11. sub num. 4.* alij penes post Barbosam *de officio Episcopi p. 2. alleg. 42. ex num. 51. & in dicto cap. communiter dist. 33.*

Hæc Doctrina certa est de arreptitiis, seu Energumenis perpetuis; tota vero difficultas est de illo, qui semel hoc vexationis genus passus fuerit? Et pro affirmatiua sententia facit, *Canon. 78. Apostolorum*, ibi: *si quis Dæmonem habet, non fiat Clericus, sed neque cum fidelibus precetur; purgatus autem recipiatur, etsi sit Dignus fiat*, ex quibus verbis probant Gibalinus, *cap. 3. de irregularit. q. 2. consectario 9. per totum*, Viuald. *eodem tract. in antiquis num. 185.* Dæmooiacum mandatum recipieodum esse. 4

Nihilominus alij probabilius docent, vt si semel, aut iterum hoc genus vexationis aliquis passus fuerit, perpetuò etiam ab ordinum susceptione remoueatur, vt notant, ac sequuntur Saytus *lib. 6. de cens. dict. cap. 9. n. 14. vers. quod si ad eas*, Barbosa cum aliis *dict. cap. communiter 33. dist. n. 1. in fine*, Nauarrus, Fillucius Bonacina, Machadus, & Leander cum aliis *vbi supra q. 16.* & communiter DD. per textum, *in dicto cap. maritum dist. 33.* vbi expressè prohibetur ordinari ille, *qui in furiam aliquando versus, insanauit, vel afflictione Diaboli vexatus est.* 5

Nec obstat adductus Canon Apostolorum, cui respoodet Suarez *dicta disp. 51. sub n. 7. in fine*, dicendo, aut posterioribus temporibus existente maiori numero fidelium, qui sine his incommodis possent ad hoc munus assumi, legem illam amplius restrictam esse, vel certè etiam tunc intelligendam fuisse, interueniente dispensatione, quæ facilè concedenda erat virtute illius Canonis interueniente personæ Dignitate, & per eadem verba Suarez respondet Leander. *supra dict. q. 14. in fine.* 6

Et quamvis Bonacina *dict. q. 2. puncto 2. n. 24.* Sayrus, & Toletus, *vbi supra*, Filliuc. *dict. tract. 19. c. 6. q. 9. dict. vers. septimum*, Reginald. *lib. 30. n. 43.* contra Vgolin. Machadus, *lib. 1. de perfect. confess. p. 3. tract. 17 docum. 11. in fine*, limitant adductam doctrinam respectu ordinum minorum per glossam, & verba textus, *in dict. cap. clerici dict. 33.* quatenus probando Pontifex Nicolaus ex verbis eius, quod sic abscessus non possit ascendere ad superiorem sacri regiminis gradum; quasi non prohibeatur ad minores. Nihilominus aliud dicendum est per textum *in dicto c. maritum*, vbi absoluta est prohibitio, etiam respectu illius, qui aliquando afflictione Diaboli vexatus est: ita Toletus *vbi supra*, contra glossam, *d. c.* & contra Archidiac. *ibi*; contra quos etiam sentiunt Gemin. Præposit. & Turrecremata, *ibi*: Nauarrus *supra dicto n. 203.* Suarez *n. 7.* plures apud Pellizarium *dicto tom. 2. tract. 7. sect. 6 n. 66.* Leander. *q. 15* dicentes hanc esse probabiliorem opinionem, & Canonibus conformiorem. 7

Ad secundam quæstionis partem, num prohibeatur in susceptis ordinibus ministrare? Et quamvis negent apud Viuald. S. Antonin. Albatus Pelagius, Villa Diego, & Nauarrus *vbi supra*; item & Bartholom. ab Angelo *dialogo 5. §. 180.* vbi testatur de communi; & hoc etiam si per longissimum tempus liberi à Dæmonum vexatione probatum 8

fuerit per doctrinam proximè adductam, vt refert Suarez *dict. disp.* 51. *n.* 7. *ex dicto c. maritum.* Tamen ipse Angel. Syluester. Armilla, Maiolus, & alij, quos sequitur. Viuald. *de irregularit. supra in antiquis n.* 184. probabilius docet, vt possit ex dispensatione Episcopi in iam antea susceptis ordinibus ministrare, modo constet à Dæmone per spatium vnius anni non fuisse vexatum, in quo scilicet abreptio aliqua non videatur: ita etiam Suarez *vbi supra n.* 5. *&* 7. *dict. disp.* 51. *sect.* 2. vers. *quoad vnum*, Saytus *d. lib.* 6. *c.* 9. *n.* 14. vers. *quod si dicas*, Barbosa *in dict. cap. communiter dist.* 33. *n.* 2. quibus addo Filliuc. *supra n.* 187. *ad fin* Reginald. *n.* 43. Toletum *lib.* 1. *cap.* 64. *versus principium*, Sebastian. Medices *p.* 2. *de irregularit. c.* 32. Molinam *tom.* 4. *de Inst. tract.* 3. *disp.* 70. *num.* 12. Vgolinum *de irregularit. cap.* 53. *num.* 2. Bonacinam *dicta quæst.* 2. *puncto* 2. *num.* 24. Leand. *in eodem tract.* cum Ægidio Conink *disp.* 18. *dubio* 13. *num.* 107. Henriq. *dicto lib.* 14 *cap.* 8. *dicto num.* 8. *littera A*, Nauar. *dicto cap.* 27. *n.* 203. & omnes per *dict. cap. communiter dict. dist.* 33.

9 Et sic Belletius *tit. de disciplina Clericali* §. 7. *num.* 40. & Barbosa cum aliis *in pastorali alleg* 42. *num.* 51 *&* 52. ita docentes, tenuerunt in minoribus ordinibus constitutos à Dæmonibus vexatos nunquam ascendere debere ad maiores per glossam *dicti cap. Clerici dist.* 33. quod est verum ex resolutis *num. praced.* sub vers. *ad secundam*, & DD. adducti, ac alij dicunt illius anni liberationem agnoscendam, positam esse in arbitrio Episcopi, qui pensatis conditionibus morbi, & personæ, sciat quid sit faciendum.

10 Ad tertiam quæstionis partem de maleficiatis suppositis quæ solent adducere DD. de impedimento maleficij circa matrimonium scribentes, de quo *sub tit. de frigidis, & maleficiatis infra lib.* 4. breuiter respondeo ex D. Thoma, & Syluestro verbo *maleficium*, Mayolo *de irregular. cap.* 17. *num.* 6. Viualdo *vbi supra num.* 186. Leandro *de irregularit. dicta disp.* 1. *quæst.* 18. quod si maleficiatus sit tantùm quis in partibus, ad vsum matrimonij deseruientibus, tunc nec sit irregularis, nec prohibeatur ordinari. Quare optimè dixit Bonacina *dicta quæst.* 2. *de irregul. puncto* 2. *dicto num.* 24. talem maleficiatum perpetuò inhabilem ad contrahendum matrimonium, non esse ineptum ad ordines sacros suscipiendos, cum hac

11 ratione castior sit, vt benè etiam docet Henriq. *vbi supra.* † Tamen si in aliis membris fuerit maleficiatus tunc quidem, nec posse ordinari crediderim ex dicendis *infra sub tit. nostro*, vt docent proximè adducti.

12 Ad quartam quæstionis partem breuiter respondeo, suppositis quæ de amentibus, & furiosis dixi *sub dicta Rub. de ætate, & qualit. ordinand.* in casu nostro non effici illo accidentali furore ab ægritudine, siue ebrietate, aut nimio amore arrepti proueniente; quominus ita amens, ac furiosus valeat ordinari, cum hic defectus ortus sit, non ab ipsa natura deficiente, sed à quadam passione temporali, & qualitate transeunte, qua cessante, cesset amentia talis, docent ita Nauarr. *in man. cap.* 25. *num.* 72. *& cap.* 27. *dict. num.* 203. Maiol. *lib* 2. *cap.* 5. *num.* 4. Auila *p.* 7. *disp.* 3. *dub.* 4. Viuald. *de irregul. num.* 182. *in antiquis*, Leander *dict disp.* 1. *quæst.* 12. Gibalinus *cap.* 3. *quæst.* 3. *num.* 2. Castrus Palaus *disp.* 6. *puncto* 10. *num.* 4. & alij iam adducti, & omnes ex eo quod iste defectus non trahit secum indecentiam.

Ad vltimam partem quæstionis de non Baptizato, hæretico, furioso, & ignaro abundè respondetur in locis assignatis; *in n.* 8. nostræ Rubricæ ad quos te remitto. 13

QVÆSTIO II.

An Prælati regulares possint iudicare de defectibus corporis circa suos subditos promouendos, seu hoc spectet ad Episcopum? Et an possit Prælatus regularis dispensare cum subdito, qui ambulat cum pede ligneo? Et quando dispensatio super corpore vitiatis ab Episcopo concedi soleat in Curia Romana? Et an claudus, qui sine Baculo incedere nequit adeo irregularis sit, quod egeat dispensatione Pontificia, tam ad Sacros Ordines, quam ad primam Tonsuram.

SVMMARIVM.

1 *Regulares Prælati, etsi iudicare valeant de suis subditis corpore vitiatis ordinandis, vel non, hoc tamen debet etiam ab arbitrio Episcopi pendere etsi dispensatio sit Pontificia*, n. 2. & 3. *fallit* n. 6.

5 *Dispensandi ius ad ordines cum corpore vitiatis, est solius Papæ, expenditur*, numero 6. & 7.

6 *Prælatus potest dispensare ad ordines cum subdito, qui ambulat cum pede ligneo, &* quare n. 7. & n. 23.

8 *Prælatus regularis quando dispensauit ad Sacros Ordines cum subdito carente digito non Pulgari, nec pollicè.*

9 *Episcopus, & Archiepiscopus dispensant ex indulto Pontificio ad ordines cum subdito corpore vitiato.*

10 Cap. significauit 4. de corpore vitiatis.

11 *Episcopus conferens Tonsuram corpore vitiato, tacitè videtur cum eo dispensare in leui deformitate, aut si tractaretur de ministrando in ordinibus susceptis, secus si agatur de alia deformitate,*

12 *Episcopus qui potest in aliquo casu dispensare cum corpore vitiato, tenetur facere cum cognitione causa. Et quando id possit remissiuè,* n. 13. 15. & 16. *& quali commissione*, numero 14.

15 *Claudus, qui sine Baculo incedere potest, potest ordinari arbitrio Episcopi, secus si truncus sit, vt* n. 17. *Et quando dispensari possit cum eo,* n. 18.

16 *Vitium non apparens, aut non impediens altaris ministerium celebrare, non facit quem irregularem ad ordines, si sine culpa eius prouenit.*

19 *Læsus altero pede ex incisione Medicorum non prohibetur ordinari.*

20 Cap. nullus Episcopus de consecrat. dist. 1. cum glossa in cap. si quis infirmitate distinction. 55.

21 *Presbyter nullus ad Missæ sacrificium cum Baculo accedere potest.*

22 *Carens*

22 *Carens pede sic vt non possit sine pede ligneo deambulare, ordinari nequit.*

23 *Prælatus regularis potest dispensare, vt celebret Religiosus, qui ambulat cum pede ligneo.*

24 *Habens crura distorta, non prohibetur ordinari nisi magna esset deformitas, nam tunc egeret dispensatione Pontificia, vt numero 25.*

26 *Carens omnibus Digitis pedum potest ordinari etiam Pollicibus.*

1 AD primam quæstionis partem, quia *sub quæst. 1. præced.* diximus in arbitrio Episcopi constitui de iure iudicare super defectu corporis impeditiuo ordinum, dubium non leue est, an semper hoc arbitrium ei competat, etiam circa Religiosos corpore vitiatos, & quod ad solum Episcopum videtur probari ex *ibi* dictis; tum etiam quia hoc tendit ad actum ordinis, in quo solus Episcopus ordinat Religiosos, vt iam latè diximus *sub tit. de temporibus ordinat.* Deinde quia etsi pro dispensatione irregularitatis prouenientis ex vitio corporis, solus Pontifex dispenset, vt dicunt Innocent. *in cap. significauit 4. hoc tit. n. 3.* super verbo, *& tua*, Hostiensis ad finem super verbo *tua*, & alij *ibidem*: tamen semper Episcopi arbitrio remitti, vt iudicet, quæ sit notabilis deformitas, quæ ordinis exercitium impediat vel scandalum gignat, dixerunt Couarr. *in clem. si furiosus in princ. p. 1. num. 5.* Auila *de cens. p. 7. disp. 3. dub. 3.* Bonacina *in eodem tractatu disp. 7. punct. 2. n. 36.* Campanillus *in diuers. iuris canonici Rub. 11. cap. 17. num. 82. cum sequentibus*, Franc. Tondutus
2 *p. 1. quæst. var. canon. cap. 94. ex num. 17.* † Et sic hanc sententiam in puncto nostro non ad Prælatos regulares, sed ad Episcopum tale arbitrium spectare dixerunt Barbosa *de officio Episcopi p. 2. alleg. 42. num. fin.* quatenus cum Machado *in tract. de perfecto confess. lib. 1. p. 3. tract. 16. docum. 7. num. 2. & 3.* & ex pluribus dicit Episcopum qui daturus est ordines admittere, vel reiicere posse tale arbitrium factum à Prælato religionis, Hieronym. Rodrig. *in compend. quæst. regul. fol. 52. n. 17.* Campanilius *dicta Rub. 11. c. 17. n. 104.*

3 Sed quia huius difficultatis punctum magis spectat ad iurisdictionem Episcopalem, quam ipsi Prælati habent, quam ad ordinis characterem, ideo nō improbabiliter affirmarunt Layman. *lib. 2. tract. 5. p. 5. cap. 7. n. 6.* Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæst. 8. art. 3. concl. 3.* Bartholom. de Bechis *in praxi nouit. disp. 9. dubio 12. num. 3.* Suarez *de cens. disp. 51. sect. 3. num. 16.* quos refert Bonacina *vbi supra*, & sequitur vt probabilem, cum P. Cornejo *in 3. p. D. Thom. tract. 5. de irregul. disp. 22. q. 2.* Diana *p. 4. tract. 2. res. 63.* &. cum Peyrin. *tom. 2. de*
4 *relig. prælat. q. 11. cap. 4. num. 24.* † Etsi cum Suarez, Bechio, Layman. & Miranda *vbi proximè*, aduertat liberum nihilominus manere Episcopum qui daturus est ordines, admittere, vel reiicere tale arbitrium factum à Prælato religionis circa defectum corporis sui subditi, vt non inducat irregularitatem; & sub hac conditione admitto hanc secundam sententiam, & ex doctrina textus *in cap. 2. hoc tit.* & ex congestis etiam nouissimè per Leand. *de irregul. tract. 1. disp. 1. q. 81.* etsi *ex dicto cap. 2.* contraria colligatur quam defendit Bonacina *de irregularitate quæstione 2. num. 36. in fine.*

5 Ad secundam quæstionis partem, an possit Prælatus regularis dispensare cum subdito, qui ambulat cum pede ligneo? In quo puncto pro negatiua senteotia faciunt relata in principio huius dubij, quatenus diximus dispensandi ius cum corpore vitiatis esse in solo Papa; & sic tenit *vbi supra* Petr. Cornejo *tract. de irregul. disp. 12. quæst. vltima*, & consentiunt Maiolus, & Rosella verb. *corpor. vitiati*, vt refert Auila *supra dubio 3. con-*
clus. 16. † sed Maiolus *lib. 1. cap. 18.* Rodriguez 6
in compend. quæst. regul. res. 52. num. 16. Villalobos *in summa tom. 1. tract. 22. dif. 9. n. 21.* affirmatiuam sententiam docent, quam probabilem vocat Diana *dicta p. 4. dicta res. 73.* vers. *sed difficultas*, & Leander *dicta disp. 1. q. 85.* dicens, vt possit dispensare, etiam si tale impedimentum acciderit Religioso; antequam ordines reciperet; quia ex tali impedimento non oritur scandalum, aut horror eum Religiosus deferat vestes longas, facilè illud cooperiat, iuxta dicta *infra* in versiculo *imò Auila*.

Nec aduersatur fundamentum contrariæ sen- 7
tentiæ; quia, etsi verum sit ad solum Papam, spectare iui dispensandi cum corpore vitiatis: tamen non negatur Prælatis Regularibus, authoritate quasi Episcopali gaudentibus, dispensare cum suis subditis in irregularitate ex vitio corporis proueniente; dummodo vitium non sit tam fœdum, aut turpe, vt ex eo scandalum oriri rationabiliter formidetur, vt docent Villalobos, & Bechius, *vbi supra*, Miranda, & Ioannes de la Crux *de statu religios. lib. 1. cap. 6. dubio 17. concl. 2.* & ex aliis Diana *dicta p. 4. tract. 2. res. 73. in fine*,
vers. *verum.* † Vbi ait in facti cōtingentia à se con- 8
sultum potuisse Prælatum dispensare ad Sacros Ordines suscipiendos cum subdito, qui digito carebat, non tamen pulgari, siue Pollice, de quo *sub cap. 1. & fin. hoc tit.* & post illos Castrus Palao *disp. 6. de irregul. puncto 11. in fine*, Leander *dict. disp. 2. de irregul. q. 86.* contra Cornejum *dicta disput. 12. dubio vnico q. fin.* quia licet id non habeant, vi iuris communis; habent tamen vi priuilegiorum quibus authoritate Apostolica sibi specialiter id faciunt, & non aliter.

Quo enim pacto; etsi de iure ad solum Papam 9
spectet dispensare cum Clericis sæcularibus in irregularitate ex vitio corporis proueniente; quia ad illum tanquam ad legislatorem spectat relaxare pœnam in sua lege inflictam, vt docent Nauar. *cap. 27. num. 200.* Auila *supra disp. 3. dubio 3.* Suarez *dicta disp. 51. de cens. num. 18.* Bonacina *supra n. 36.* Castrus Palaus *dicta disp. 6. de cens. puncto 12. in fine* Couar. *in dict. clem. si furiosus p. 1. initio num. 7.* & alij iam citati *in Rub. & q. 1.* & non ad Episcopum: tamen Episcopus, & Archiepiscopus dis-
pensant, si à Papa sit eis indultum. † Vt patet ex 10
textu *in cap. significauit 4. hoc tit.* quatenus in verbis ibi: *Authoritate nostra*, in casu, de quo *ibi* dispensauit Episcopus: sic cum Riccio, & aliis explicat glossam *ibi* contrarium dicentem Franc. Tondutus *var. quæst. dicto cap. 95. num. 19.* & cum Couar. Campanil. Bonacina, Miranda, Molina, Salzedo, & multis aliis ex antiquis, Barbosa *in dicto cap. 4. num. fin.* explicans cum Salzedo, & Riccio dicta verba; *Authoritate nostra*, id est tibi commissa, & quamvis ibi dicatur *tua*, hoc est Episcopi, non implicare ait: nam ideo *tua* dicitur; eo quod non valeat commissarius alteri delegare: sic probans per verba textus *in cap. fin. de officio delegati*; iterum Barbosa expendit *in pastorali dicta alleg. 42. n. 58.*

Et quamvis dicatur, quod Episcopus conferens 11

Tonsuram tacitè videatur dispensare hoc quidem posset admitti, si ageretur de leui deformitate, aut si tractaretur de ministrando in ordinibus iam susceptis; secus si agatur de notabili, & magna deformitate, quæ scandalum generare posset, vel de ordinibus, siue Tonsura nondum adepta, & deformitas obuenerit antea: nam tunc sola Episcopi dispensatio non sufficeret, cum debeat Summus Pontifex suam authoritatem interponere ad suscipiendos ordines, vel ad Tonsuram, vt docent Seraphin. *decis.625. num.5.* Franc. Tondutus *dict.*

12 *cap.95.n.7.* † Qui dicunt *num. sequentibus*, quod in casibus, in quibus Episcopus dispensare potest tenetur id facere cum causæ cognitione, & iusta consistente causa, addentes in hoc differre à Papa qui gratiam inhabili faciens cum eo dispensare censetur absque aliqua causæ cognitione, & ex sententia Rotæ ab eodem Seraphino, docent Campanillus *dicta Rubrica 11. cap. 17. numero 204.* Barbosa *dicta allegatione 42. sub numero 59.*

13 Ad te tiam quæstionis partem, quando dispensatio super corpore vitiatis ab Episcopo concedi possit, patet ex dictis sub hoc versi. *ad secundam*, & sic amplius non insisto; cum etiam in dictis *nfa*, ve. s. *vnde* explicetur.

14 Qualiter vero soleat in Curia concedi, ponit formularium Franciscus Tondutus *dicta p. 1. q. canon. dict. cap.95. sub num.1.* vbi *num.1.* ponit clausulam apponi consuetam in similibus dispensationibus in verbis sequentibus: *Et committatur ordinario qui inspecto, & diligenter considerato per se ipsum dicto defectu, si talis non sit, nec ex eo proueniat tanta deformitas, quæ scandalum generet in populo, aut Diuinis prasset impedimentum super quo eius conscientiam oneramus cum eodem dispenset oratore, vt supra.*

15 Vnde ad vltimam quæstionis partem, an claudus, qui sine baculo incedere possit, egeat Pontificia dispensatione? Respondet D. Franciscus Tondutus *sub distinctione dict. cap 95. ex num.10.* quia admittendo multum posse arbitrium Episcopi in dispensandis claudicantibus, qui inspicere debet, vtrum claudicatio sit magna, & quæ notabilem corporis deformitatem afferat quidem præsertim, nec possit vllo modo dispensare, sed ad Papam remittere, ad quem dispensatio huius culpæ, vel magni defectus pertinet per textum *in cap.1. de Clericis pugn. in duello*; quia non tam vitium corporis in se, quàm deformitas, & impedimentum attendi debet, vt quis censendus sit irre-

16 gularis. † Ideò vt si vitium non sit apparens, aut non impediat altaris ministerium celebrere, dispensatione non egeat; vt dicit Corrad. *de dispensat. lib.3. cap.6. num.26. & 27.* quamquam generaliter claudum irregularem esse tradat Parisius *de resign. lib.5. q.6. num 46.* alia tradit Tondutus *supra ex num.13.* qui exemplis vtitur, itaque dicendum est iuxta iuris regulas Episcopum posse dispensare cum habentibus membrum occultum, siue manifestum, non sua culpa abscissum, & quando cessat homicidij præsumptio, atque huiusmodi membrum non reddit illum impotentem ad celebrandum: sic cum Miranda resoluit Barbosa *in pastorali dicta alleg.42. num.59.* quod intelligit procedere in leuibus vitiis, & debilitationibus, vt dixit Sigismundus à Bononia *de electione dubio 88.*

17 Vnde ad quæstionem, an claudus possit primo promoueri, aut ad cæteros ordines ascendere, vel in susceptis ministrare? Respondeo quod si quis ita sit claudus, vt cruribus, vel pedibus careat, sit irregularis, tam ne primo promoueatur, quam ne post promotionem ad alios, vel ad altare ascendat: ita Suarez *de cens. disp.51. sect.2. num.11. & 13.* Sayrus *in simili tract. lib.6. cap.8. num.22.* Auila *eodem tract. p.7. disp.8. dub.1. vers. sed circa*, Henriquez *lib.14. cap.8. §.1.* Maiol. Toletus, & Nauar. quos sequitur Barbosa *in cap. si quis in infirmitate 55. dist.* † Vbi ex illis *num.1.* in fine addit vt possit 18
dispensari cum claudo iusta causa exigente, qui potest stare ad altare, si habeat claudicationem ante ordines, & nec Baculo, nec pede ligneo indigeat, nisi magna fuerit deformitas, si claudicatio extra culpam claudicantis contigit.

Ex quo prouenit quod si quis ex incisione Medicorum, vel Chirurgorum læsus, alreto pede claudicat, non prohibetur promoueri; imo permittitur *in dicto cap. si quis in infirmitate*, nisi tamen cogatur Baculo vti ad sustinendum; quia tunc indigebit dispensatione, vt probant ex glossa *ibi* Abbas *in c.1. num.3. de Clerico ægrot.* Franc. Tondutus *dict. cap.95. ex num.23.* cum aliis pluribus Leander *dict. disp.2. de irregul. q.51.* † Vbi concordat textum *in cap nullus Episcopus de consecr. dist.1.* & glossam *ibi*, cum glossa *in dicto cap. si quis in infirmitate*, Filliucium *tract.19. cap.6. q.5. dicto 6. num.173.* Pellizarium *tomo 2. tract.7. cap.5. q.16. num.64.* cum Nauarro *dicto cap.27. num.199. vers. tertio dico*, Henriquez *supra num. 1. litt. F.* Llamas *1.p. Methodi cap.12. §.5.* Viualdo, Toleto, Auila, & aliis, ac Gibalino *in cap.3. q.2. consect.3. vers.4.* iterum Barbosa *in cap. binè etenim c. 49. dist. num.3.* cum Abbate, Flaminco, Molina, Sayro Bonacina, Belletio, & Campanil. 19 20

Et horum ratio est, quia nullus Præsbyter, aut 21
Diaconus ad Missæ sacrificium accedere potest, ac debet cum baculo, vt *in dict. cap. nullus Episcopus de consecrat. dist. 1.* sed ne baculo incedere possit ex doctrina Rebuffi *in praxi tit. de dispens. cum corpore vitiatis num. 6.* † Ob idque fieri dicunt 22
Nublinus, verbo *irregularitas num.23.* Antonius de Butr. *in cap. fin. hoc tit.* & Leander *supr. q.52.* quod carens pede; itavt non possit sine pede ligneo deambulare, sit irregularis, vt docuerunt etiam Flamin. Parif. *de resign. lib.5. q.6. num. 46.* Molina *de Iustitia tract.3. disp.70. num.9.* Saytus *dict. lib.6. cap.2 num.22.* Bonacina *de cens. disp.7. q.2. punct.2. n.15.* Campanil. *in diuersoriis canon. dict. Rub.11. cap 17. num. 127.* Belletius *disquisit. cleric. p.1. tit. de disciplina Clerici §.7. num.23.* Barbosa *in pastor. cum aliis dist. alleg.42. num.40. & in dicto cap. si quis in infirmitate n 2.*

Imò Auila *dicta disp.3. dub.2. vers. vnde sic prima conclusio*, & Maiolus *de irregularitate cap. 18. num.3.* aduertunt, vt possit Episcopus dispensare cum religioso, vt celebret cum pede ligneo, & quod poterit etiam dispensare cum religioso sacerdote facto claudo, post sacerdotium; itavt celebrare possit cum pede ligneo refert Barbosa *dicto num.2. in fine*, (de quo iam diximus.) Nec ego dissentio à Toleto *lib.1. cap.63. num.5.* & Leandro *dicta quæst. 52. in fine*, quod eadem de causa (hoc est propter vestes longas) possit etiam Episcopus dispensare cum clerico Laico, quia etiam vestes longas babet, & defert. 23

Ex his infertur quid dicendum de illo, qui habet crura distorta, de quo loquuntur Tiol. *de vero, & perfecto Clerico lib.1. cap.16. num.9.* Rebuffus *in praxi beneficiali part. 3. tit. de dispensatione cum corpore* 24

corpore vitiat.num.6. Molna *vbi supra num.3.* Sayro *num.23.* Auila *dicta disp.3.dubio 1.verſ.ſequitur tertio etatis locus*; in quo puncto negant dicendo non esse irregularem, Filliucius *dict. tract.19. c.6. q.5.in fine 173.* Bonacina *num.14.* Gibalinus *sup. verſ.quinto* Pellizarius *supra num.64.* quia id vitium facilè tegere potest vestis oblonga. Et Leander *dict.disp.2.de irregularit.q.53.* dicit quod per se, non esse irregularem, etsi possit talis esse per accidens si tale scilicet vitium magnam deformitatem afferat, cum hæc, vt diximus pariat irregularitatem; & confirmari videtur ex doctrina Franc. Tonduti *dict.lib.1.var.can.dict.cap.9. num.16. in*
26 *fine.* † Qui loquutus de illo, qui nisi innixus Baculo stare, aut ambulare non poterit io tanta necessitate; ideò ei fuisse necessariam dispensationem Summi Pontificis, etiam ad primam Tonsuram comprobans ex regula textus *in cap. Præsbyrum de Clerico ægrotante* ibi: *Quia nec seruire propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem membri, hoc fieri posse confidimus.*

26 Infertur etiam secundo ad casum de illo, qui in infirmitate perdidit omnes Digitos pedum: nam cum ex huiusmodi defectu, non oriatur deformitas, nec scaodalum, aut debilitas, impediens Missæ celebrationem, non est cur talis irregularitas censeatur, etsi etiam careat pollicibus pedum: ita docent Toletus *dict.lib.1.num.6.& 7. dict. cap.63.* Nauarr. *conſ.65. de excommunic. & conſ.4.hoc tit.* vbi excipit, si non careat pollicibus, Auila *dicta p.7. disp.3. dub.1. verſ. ſequitur tertio,* Leander *dicta disp.2.de irregul.q.40.* insinuat Barbosa *in dicto cap.si quis in infirmitate 10.55.n.2. in fine,* cum Trot. Rebuffo, Molina, Sayro, & Auila *vbi supra.*

QVÆSTIO III.

An Gibosus sit irregularis? Vbi quid de Pigmeo, & Pumilione vulgò* enano*, aut Gigante? Et an sint irregulares febricitantes continuè, aut laborantes morbo Gallico, lepra, scabie, peste, tussi, epylepsia, podagra, aut chiragra? Et quid de illo, qui vinum non potest bibere, quin euomat, qui abstemius vocatur? Et an Papa possit cum illo dispensare, vt ad Sacerdotium promoueatur, consecrando, sub vna tantùm specie?

SVMMARIVM.

1 *Gibositas non facit quem irregularem ad ordines, nisi sit coniuncta cum nimia difficultate, aut debilitate, expenditur,* numero 2.

3 *Pigmeus per se non est irregularis ad ordines in sua natione, si aliàs est expers ratione, secus apud nos propter deformitatem, vt* num. 4.

5 *Pigmei dicuntur, qui sunt vnius cubiti.*

6 *Pumilio vulgò* enano*, quando ordinari poterit.*

7 *Pusilli corpore non prohibentur ordinari, &* num. 8.

8 *B. Gregor. Turonensis fuit statura paruus.*

9 *Gigas cuius proceritas risum pariat ab ordinibus repellitur.*

10 *Corpore proportionatus, sed capite nimis grandi, aut paruo non est cum oculis magnis ordinandus.*

11 *Gallicus morbo laborans, aut febricitans continuo nequit ordinari etsi corpore non videatur vitiatus, vt* numero 12. *vide* numero 16.

12 *Febricitantes morbo insanabili non sunt ordinandi, nec poterunt in susceptis ministrari, nisi vt* n.14.

13 *Capitis dolorem continuum patientes articulorum pedum, vel manuum nequeunt ordinari.*

14 *Febris acuta, & quartana, siue tertiana, non prohibent hac patientem ordinari nisi pro tempore, quod erat talis infirmitas; secus si tale afferat impedimentum,* numero 15.

16 *Morbo gallico laboratus, vulgò* Bubas*, vocato, non est illico irregularis, nisi foris appareat in vulneribus, & generet horrorem, scandalum, aut infamiam; &* numero 17.

18 *Lepra, aut scabie laborantes ex deformitate ordinari non poterunt secus aliter,* num.19. & 20.

19 *Leprosus, si deformis sit, nec est promouendus, nec poterit in susceptis ordinibus ministrare.*

20 *Parochus, aut Episcopus leprosus factus debet habere coadiutorem, cum congrua portione.*

21 *Laborantes morbo gallico, scabie, seu lapra, sunt ad ordines assumendi, nec vt possint celebrare, nisi Papa dispensatiore. Quid inter leprosos,* n.22.

22 Cap.5.de Ecclesiis ædificandis.

23 *Peste laborantes propter periculum infectionis aliorum, sunt irregulares, aut impediti, nisi cesset pestis.*

24 *Morbo comitiali laborans, nequit ordinari.*

25 *Irregulares ad ordines sunt non valentes in stomacho retinere cibum, aut potum.*

26 *Epylepsia laborantes erunt irregulares si vehementissimè tali morbo laborent, vt* n.27. *quid si ex humectatione quadam pueridi humoris,* n.28.& 29.

29 *Epylepsia laborantes à quanto tempore, cessante morbo possint admitti ad ordines, vel vt in susceptis ministrent.*

30 *Epylepsi morbo laborans praeuident periculum, quando absque alio sacerdote possit ministrare.*

31 *Epylepsi morbo laborantes sine dispensatione, nec in minoribus ordinibus sunt suscipiendi.*

32 *Episcopus arbitratur super morbo epylestico, num impediat, vel ne ad ordines.*

33 *Podagra, aut chiragra acuta nimis inducit irregularitatem ad ordines, aliàs non,* numero 34.35.

35 *Membro lacero laborans qui impedimentum afferre nequit ordinari.*

36 *Abstemius, id est qui nequit bibere vinum sine*

sine periculo vomitûs, est irregularis ad Præsbyteratum, non sic ad cæteros ordines, vt n.37.38.& 39.

29 *Diaconatus, & Subdiaconatus in primitiua Ecclesia recipiebantur sine respectu ad Præsbyteratum.*

40 *Ordinari non potest solitus euomere, & iam insignitus non prohibetur in susceptis ministrare, nisi à sacrificio Missæ.*

41 *Papa num possit dispensare cum abstemio vt sub specie tantum panis sacrificet remissiuè* n. 42. & n 43.

44 *Ordinari prohibetur ille, cui de consilio Medicorum prohibita est potio vini, nisi ipsi dicerent, quod parua potio non esset ei nociua.*

45 *Vouens vinum non bibere, vel si à Sacerdote prohibeatur, non impeditur ad Sacerdotium ascendere, nec in susceptis ministrare.*

1 AD primam difficultatis partem de Giboso, seu Curuo, etsi absolutè dicant esse irregulares Maiolus *vbi supra cap.22.de irregul.num.2.* & Abbas apud Henriquez *lib. 14. summa cap. 8. num.2.litt.O*, & vt corpore vitiatos ab ordinibus repellendus esse teneant Flaminius Parisius *de resignat.benef.lib. 5. quæst.6. num. 55.* Sayrus *de cens. dicto lib.6.cap.8.num.4.* Bellet. *de disciplina Cleric. §. 7. num.25.* Tamen vt verius est, vt non sint irregulares, nec promoueri prohibeatur, nisi gibositas sit coniuncta cum nimia deformitate, aut
2 debilitate. † Vt accidit quando gibosus nequit se erigere, aut stare recto capite, ita docent Bonacina *de irregul.quæst.2.puncto 2.num.9.* Aula *eodem tract p.7.disp 3.dubio 1.in fine,* Vgolinus *c 50. num.6.* Lublinus verbo *irregularitas num.23.* Leander *eodem tract.* cum Toleto, Syluestro, Archidiacono, Nauar.& Viualdo *d lib.2.quæst.54.* Molina *tom.4.de Iust.tr.3. disp.70.* Ragusius *de Missa in Ecclesia quæst.11.* Campanil. *hoc tit.Rub.11.c.17. num.103.* Barbosa *in cap.1. dist. 49. num.5.* etiam cum Henriq. vbi concordans DD. contrarios sentit suam sententiam, præcipuè procedere, quando est nimia deformitas in gibosis, super qua arbitrabitur Episcopus: idem repetit cum illis, & cum Bonacina *in pastorali alleg.42.p.2.num.42.* loquutus etiam de Curuis.

3 Ad secundam quæstionis partem de Pigmeo, aut Gigante &c. breuiter respondet Barbosa *in pastorali dicta alleg.42.num.53.* loquutus de vtroque cum Viualdo, Henriquez, Vgolino, Sayro, & Campanillo. Sed ego de Pigmeo dico non esse per se irregularem in sua natione apud quam quidem poterit ordinari etiam Sacerdotio, si aliàs Pigmei sint homines rationales,& polleant scien-
4 tiâ sufficienti. † Secus tamen apud nos contingere, cum sic Pigmei facilè ad risum intuentibus prouocarent. Et iuxta hanc distinctionem possunt iungi discordantes sententiæ Maioli *lib. 1. de irregul.cap.13.num.9.*& Viualdi *eodem tract.num.133.* dicentium Pigmeos baptizare posse, & initiari etiam Sacerdotio, & alia, Henriquez *dict lib.14.*
5 *p.8.num.3.litt.L.* † Quia Pigmei dicuntur qui sunt vnius cubiti, nec sint homines rationales: sic distinguit Leander *de irregul. tract. 1. quæst.65.* & videntur sentire Viuald. & Barbosa *dicto n.53.*
6 † Idemque dicit distinguens de Pumilione, vulgò *e a o*, idem Leander *q.66.* contra eundem Henriquez *dicta litt.L.*

Vnde dubitari potest, num apud nos, homines corpore pusilli sint irregulares, & respondeo 7
cum Gibalino *cap.3.de irregul.quæst.2. consectario 5.pag.56.* Legendo, & cum Leandro *sup. quæst.67.* vt non sint irregulares, cum multi apud nos statura sint parua; sic vt nec generent homines pusilli notam, nec risum; & quod D.Gregor. sic refert de quodam pusillo Sacerdote. † Et quod 8
B. Gregorius Turonensis statura fuerit paruus; quod verum credo, quoties hæc non sit deformitas notabilis ex dictis proximè iuxta Henriquez *vbi supra* admitteotem hoc in natione, vbi multi fuet pusilli.

De Gigante numquid idem dicendum sit respondeo, quod si eius proceritas, risum, aut scandalum causet; itavt à exteris deludatur ab ordinibus recipiendis erit repellendus sic Maiolus *de irregul.lib.1.cap.13.num.9.* Vgolin. *dicto lib.3.c.48. num. 11.* Viuald. *in Candelabro aureo de irregul. num.133.* Henriquez *dicto lib.14.cap.8 §.3. propè finem*, Sayrus *dicto lib.3.de cens.cap.8.num.3* Belletius, *vbi supra §.7.num 25.* Campanil. *in d vers. Iuris Canonici dicto cap.17.à num.143.* Gibalinus *dicto cap.3.quæst.2.consect.3.* vers. *tertio*, Leander *dicta disp 2.quæst.64.* vbi refert de Rege Saül, & D.Christophoro habentibus proportionata membra, qui negant si Gigas membrorum imparitatem haberet. 9

Vnde euenit quod si fortè ordinandus sit cor- 10
pore proportionatus, habeat tamen caput Gigantis, aut contra valdè diminutum cum oculis magnis, nullo modo admitatur ad ordines, Henrique *dicto lib.14.cap.8.litt.I*, Viuald. *num.129.* Sotus *dist.25.quæst.1.art.2.* Maiol. *dicto cap.13.num.2.* Leander *quæst.63.dicta disp.2.tract.1.de irregul.*& Maiol. *cap.13.num.2.in eodem tract.*

Ad tertiam quæstionis partem de febricitanti- 11
bus morbo gallico, aut alio laborantibus ex assignatis in quæstione, quia nullibi, vt ait Suarez *de cens.disp.51.num.17.in fine,* agens de irregularitate proueniente ex morbo, cauetur propter ægritudinem absolutè ferri irregularitatem, sed solùm propter deformitatem, & impedimentum perpetuum: tamen quia verum esse dicit, vt actualis infirmitas, offerat quidem actuale impedimentum quandiu durat; & quod sit potius facti, quàm iuris, nisi actu inducat deformitatem, vel periculum in vsu ordinis; nihilominus voluit *ex dicto n.17.& 18.* de morbo corporis agere, qui quamvis non deformet illud, nec mutilet, quia tamen infert debilitatem virium, aut grauem deformitatem perpetuam, & moraliter incurabilem in vsu ordinum, inducere irregularitatem: sic cum Maiolo *lib.2.de irregul.cap.18.& 19.* Nauarro *c.27. in manuali num.199.& 200.* Couar. *in clem.si furiosus p.1.in princip.num.5.*& ex doctrina D.Thomæ *3.p quæst.82.art.vlt.& ex cap.fin.dist.85.*& ex aliis iuribus tituli nostri, & *dist.55.* de hac irregularitate scribit, & alij post eum, DD. proximè referendi; quia fundamentum eius est deformitas, vel debilitas, addens, vt quia hoc proueniat ex defectu membri, vel ex defectu salutis, vel alia simili causa, non varietur irregularitatis ratio.

Et quia idem *sub dicto num. 17.* postulat ad 12
hanc irregularitatem, quod morbus incurabilis, censeatur, cum non quælibet infirmitas statim faciat hominem irregularem, eo quod infirmitas, quæ curari potest simpliciter non vocatur in iure vitium corporis, vt explicant DD. *in l. inter stuprum*

prum ff de verb. signific. rectè ad omnes casus nostri dubij distinctione vnica respondebimr; & sic si febricitantes continuo morbo laborent, & incurabiles ab ea infirmitate, qua laborant, existant, tunc quidem irregulares censeantur, non solùm quoad ordines suscipiendos, sed & quoad vsum susceptorum: ita Filliucius *tract. 19. cap. 6. quæst. 9. num.* 181. ex Maiolo *lib. 1. cap. 21. &* 22. Sayro *supra cap. 9. num.* 4 Gibalin. *vbi supra cap. 3. quæst. 2. consect.* 7. Leander *de irregul. tract. 2. quæst. 69.* †

13 Et ampliant in illis, qui patiuntur dolorem capitis continuum, articulorum pedum, & manuum eo quod afferunt impedimentum actuale, qui si sunt insanabiles, etiam irregularitatem.

14 Quod si febricitantium infirmitas sit, veluti quartana, tertiana, aut alia acuta, quæ breui tempore solet transire, dicendum est, vt ea non inducat irregularitatem, etsi pro illo tempore, quo durat impedimentum pariat ad celebrationem debitam: sic Leander, & cæteri *vbi supra*, & Bonacina *de irregul. quæst. 2. puncto 2. num.* 17. cum aliis Suarez *vbi supra dicto num. 17. in fine*; vbi quod quando infirmitas affert actuale impedimentum: tunc dicatur canonicum, quandiu durat, &

15 *num.* 18. † Explicans, ait quod quando defectus antecedit ordinationem, omnino illam impediat, si totale afferat impedimentum, & non per interualla temporum, vt latius dixit Maiolus *supra lib. 2. cap.* 21. sed quando consequitur, tunc impediat vsum non omninò, sed quantum ad actum repugnantem tali morbo, intelligens verum esse, etiam si morbus propria culpa sit contractus, dicendo in hoc differre à mutilatione; quia de illa nihil est expressum in iure, sicut de mutilatione dicetur *in tit. nostro sub cap. 3. 4. & 5.* Videbis etiam Barbosam cum Sayro, Campanillo, Maiolo & Vgolino *in pastorali p. 2. allegatione 42. numero* 47.

16 Vnde iam ad species alias infirmitatis descendendo, dico ad primum de morbo gallico, qui vulgò *Bubas* vocatur, vt eo laborans non sit illico irregularis, nisi talis morbus foris appareat in vulneribus, generetque errorem, aut scandalum, siue infamiam; quod si tantùm adesset in sic ægrotante, interius dolor, aut cruciatus, nec vlla sit in eo apparens deformitas, existimo, vt talis non sit tunc iregularis: ita docent Auila *vbi sup. dicta p. 7. disp. 3. dub.* 4. Henriquez *lib* 14. *cap.* 8. *num.* 8. Vgolin. *cap.* 55. §. 2. Molina *sup. num.* 16. & cum illis Leander *dicto tract. 2. disp.* 470. Gibalinus *dicto cap. 3. quæst. 2. consect.* 7. vers. *tertio* Villalobos *in summa tract.* 21. *dis.* 33. *num.* 10. Filliucius *dicto*

17 *tract.* 19. *cap.* 6. *quæst.* 9. *num.* 181. † Vbi addit in hoc morbo, & aliis, vt lepra attendendam esse infamiam, quæ contra corpore vitiatum oritur: & iuxta hæc sunt intelligendi Llamas *p.* 1. *method. cap.* 12. §. 1. Pellizarius *tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *sect.* 2. *quæst.* 17. *num.* 66. Sayrus *dicto cap.* 9. *num.* 5. Campanill. *dicto cap.* 17. *Rub.* 11. *num.* 167. Molina, Filliuc. & Bonacina *sup. puncto* 2. *num.* 18. quos sequitur Barbosa *in pastorali, dicta allegatione* 42. *num.* 47.

18 De lepra, aut scabie laborantibus per adductam doctrinam morbi gallici, respondendum est nam si talis morbus contra patientem illam inducat deformitatem notabilem, aut scandalum, tunc ipse sit irregularis, vt docent Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 201. vers. 13. Henriquez, & Bonacina *supra num.* 20 & penes ipsum Maiol. Vgolin. Molin. Auila, & Villalobos *sup. num.* 9. Baunius *de cens tract.* 11. *quæst.* 51. Gibalin. *dict. cap.* 3. *quæst.* 2. *sect.* 7. *vers. tertio*, Leander *dict. disp.* 4. *tract.* 3. *quæst.* 71. Filliucius, dicentes, & DD. alij per textum *in c. tua nos de Cleric. ægrot.* in verbis sequentibus: *De Sacerdote, qui Diuino iudicio lepra, morbo, repercussus in parociali Ecclesia, prælationis officio fungitur dicimus, quod pro scandalo, & abominatione populi administrationis debet officio remoueri; ita quod iuxta facultates Ecclesiæ, sibi necessaria quoad vixerit ministrentur*, vbi cum infinitis præter antiquos Barbosa.

Quare DD. communiter de leproso loquentes 19 docent, vt non debeat promoueri, etsi iam sit promotus, vt propter scandalum ad celebrandum non permittatur præcipuè si esset magna deformitas, aut abominatio ex doctrina *dicti cap. tua, & cap. de rectoribus dicti tit. de Cleric. ægrot. & ex c.* 3. *nostri tituli*, inter quos Bellet. *de disciplina Cleric.* §. 7. *num.* 32. Campanil. *dicta Rub.* 11. *in diuers. iuris can. cap.* 17. *num.* 170. Ragus *de Missa quæst.* 18. *num.* 1. Henriquez *dicto lib.* 14. *cap* 8. §. 8. *in princ.* vbi addit ex Barbosa *dicta alleg.* 42. *p.* 2. *pastorali num.* 49. *&* 50. † Quod Parochus, aut Episco- 20 pus si leprosus fiat, debet habere coadiutorem cum congrua portione, & iuxta hos esse intelligendos existimo Henriquez *sup.* Llamas *dicta p.* 1. *methodi, cap.* 12. §. 5. & Pellizarium *dicto tom.* 2. *tract. cap.* 5. *sect.* 2. *quæst.* 17. *num.* 66. absolutè dicentes leprosum, scabiosumve esse irregularem, tam respectu suscipiendorum ordinum, quos non haber, quàm respectu administrationis in susceptis per textum *in dict. c. tua nos.*

Vnde infero primo, vt laborantes morbo gal- 21 lico, lepra, & scabie non sunt assumendi ad ordines; nec vt possint celebrare inter leprosos sine Papæ dispensatione: ita Leander *dicta disp.* 4 *de irregul. tract.* 2. *quæst.* 72. Baunij *de cens. dict. q.* 57. & Filliucius *dict. tract.* 19. *cap.* 6. *quæst.* 9. *vers. quarum de leprosis.* † Quod vltimum non sic certum 22 est, cum *ex cap.* 2. *de Ecclesiis ædificandis*, permittatur leprosis habere Ecclesiam separatam, ac cæmetarium, cum respectu aliorum leprosorum non sit scandalum, vel si secretè administraret, vt ex Syluestro verbo *lepra quæst.* 4. Angelo verbo *leprosus in fine*, Bonacina, Villalobos *dicta dis.* 33. *num.* 9. refert, ac sequi videtur idem Leander *quæst.* 73. *sup.* dum ex D. Thoma *in* 4. *dist.* 9. *art.* 4. Tabiena *var. cap vitiat.* Raguf. *n.* 55. quos citat, ac sequitur *supra* Baunij.

Eodemque modo respondendum est, vt peste 23 laborantes propter periculum infectionis aliorum, sint irregulares, dum tali morbo laborant. Quod si pestis aufertur, cesset tunc irregularitatis pœna, Bonacina *dicta quæst.* 2. *de irregul. puncto* 2. *num.* 21. Leander *dicta disp.* 4. *quæst.* 75. vbi dicit non obstare Gibalin. *dict. cap.* 3. *quæst.* 2. *consect.* 7. dum tener absolutè non esse irregolares, sed addit esse impeditos ob periculum infectionis, ad curam, aliis celebrandum, quod parum differt.

Et sic de illo inquam, qui laborat morbo com- 24 miriali, vt ad ordines nequeat assumi, nec in susceptis ministrare, etiam si diu conualuerit scribunt Franc. Leo *in Thesauro fori Ecclesiast. p.* 2. *cap.* 8. *num* 12. Alban. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib.* 1. *cap.* 48. *litt. F*, Nauar. *in manuali dict. cap.* 27. *num.* 103. Raguf. *de Missa in Ecclesia quæst.* 16. Maiol. *dicto lib.* 2. *cap.* 16. *num* 4. Filliucius *supra num.* 181. vers. *sextum* Barbosa *in pastorali dicta p.* 2. *cap.* 42. *num.* 48. & huius infirmitatis species declarat

declarat Henriquez *dicto lib. 14. cap.* 8. §. 8. de quo dico in vers. *de epylepsia.*

25 De tussi laborantibus, aut de illis, qui in stomacho non possunt cibum, aut potum retinere, & simili modo dicendum est esse irregulares, dum talis defectus in illis permanet ob periculum illi coniunctum in retinenda in stomacho, eucharistia, aut in illa suscipienda, vt docent Henriquez *dicto lib.14.cap.* 8. *num. 7. in fine*, ex Nauarro, & Maiolo *supra* item & Bonacina *dict. quæst.2 de irregul.puncto 2.num.21.* Leander *supra quæst. 76.* & confirmatur de illo, qui vinum non potest bibere *infra* in vers. *ad quartam.*

26 De epylepsia laborantibus, Hispanè, *los que tienen mal de coraçon, gota coral, O des mayos*, quæ aliàs vocatur morbus caducus, vt notant DD. per textum *in cap. communiter 3. dist. 33.* & quamvis per eum textum absolutè dicant esse irregulares; sic vt impediantur promoueri ad ordines & in promotis suspendantur, vt dicunt Maiol. *dicto lib.2.cap.16.num.4.* Verell. *decis.236.in princ. p. 2.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 5. quæst.6. num.106.* Vgolinus *de irregul. cap.54. §. 1.* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesia lib.1.cap.48.lit.F.* Nauar. *in man.dicto cap.27.num.103.* Franc.Leo *dicta p.2. cap.8 num.32.* Henriquez Ragus.Filliuc.& Barbosa *dicta alleg.41.num.48* ipse *in dicto cap.communiter num.2.dist.33.* cum Bartholom.Bechis *in praxi obseruand.in admit.ad relig.statum nouitiis disp.9. dubio 11.num.4.in princ.* & cum Rota Salmantina dimidiæ portionis 23.Ianuarij 1609. coram Cardinali Marchemontio impressa per Farin. *decisione 236 n.2.p.2.recent.* quibus addo Bonacin. *dict. quæst. 2. de irregul. puncto 2. num. 12.* Lublinum verbo *irregularitas num. 33.* Viuald. *de irregul. à num.177.* Villalobos *tract.21.dif 33.num.6.* Baunij *tract. 21. quæst. 57.* Sayrum *dicto lib. 5. cap. 9. numero 11.* Gibalin. *dict. cap. 3. quæstione 2. conflict.8.*

27 Tamen verius mihi videtur explicandum distinctione sequenti, nempè vt si qui hoc morbo laborent vehementissimè corripiuntur, cadunt subito, strident, fremunt, spumant, & colliduntur furiosissimè profecto hi tales sint irregulares omnino, tam ad suscipiẽdos ordines, quàm ad administrandum in susceptis, præcipuè ab administratione Missarum, vt expresè decernitur *in c. tuis litteris 7.q.2.* sic vt dum durat talis infirmitas non sit dispensabilis irregularitas ab illa proueniens, nisi à solo Summo Pontifice, *in dicto cap. in tuis litteris*, non ausus fuit concedere morbo caduco laboranti, vt offerret, vel Missam celebraret.

28 Quod si tales sint epylepsi laborantes, ac morbo illo caduco ex humectatione quadam putridi humoris ad cor, & cerebrum, emoriuntur, & deficiunt, sed non sic furiosè, & insuper habent quædam præuia signa aduentus illius accidentis passionis; & sic casum præuenire possint, tunc vt cum huiusmodi epylepticis licitè possint Episcopi disponere, & etiam Abbates, & alij religionum Prælati cum suis subditis, vt ministrent in ordinibus susceptis, docent Llamas *in part. 1. methodi dicto cap. 12. §.6.* per totum aduertens ibi in fine experientia morbum istum ante vigesimum quintum ætatis annum consumari ætatis progressu; sed si illuc vltra perseuerat, aut raro, aut nunquam, Leander qui supra relatam dicit communem, *dicta disp.4. de irregularit. tract.2. q.77.* ita distinguit, dicens sic expresè. colligi ex *dicto cap. in tuis litteris.* Et mihi placet distinctio ex verbis vltimis illius textus, vbi Alex. II. scribens Gebornando Viuariensi Archiepiscopo sic loquitur: *Consuluimus itaque, vt si frequenter hoc morbo tangitur ab oblatione, & missarum celebratione modis omnibus prohibeatur; indecens enim est, & periculosum, vt in consecratione Eucharistia morbo victus epylipeico cadat, si verò Dei misericordia conualuerit (quando quidem non culpa, sed infirmitas est in causa) eum sacrificare iam non interdicimus.*

Quæ verba ego intelligo iuxta sequentes casus, 29
nempè vt qui omoino sunt liberi à prædicto morbo caduco, qualecumque illud sit licitè, & absque vlla dispensatione celebrare queat in susceptis ordinibus; quia verè, & realiter cessauit irregularitas. Quod si à tali morbo non sit plenè liber, & frequenter illo soleat laborare, non possit ministrare. Si verò iam; id est per mensem, plus, minusve, & tunc cadens in terram, iactet, spumam, emitatque vocem, non permittatur ministrare, cum præsumatur Dæmoniacus. Sed si blandè cadat absque clamore, & spuma, permittatur: ita Villalobos *dicto tract.12 dif.33.num.6.* benè distinguens Leander alia addens, *dicta disp.2. dif.80.* Bauny *dicto tract.21.quæst.55.* cum Sayro Molina, D.Anton. Vgolino Bartholomeo ab Angelo, & Reginaldo, *vbi supra*; & sic intelligendi Filiucius, *supra num.181. vers. sextum*, Lublin. *num.33.* Auila *dicta disp 7.dub 4.* Viualdus *n.587.* Henriquez & alij *lib.15.dicto cap.8. n.8.* Llamas,
dicta p 1.methodi cap.12. §.6. † Vbi addit quod si 30
per præuia signa epylepsi laborans, videat aduentum talis morbi, seu passioois tunc quidem, dum abest periculum indecentiæ, possit absque alio Sacerdote celebrare adducens exemplum de quodam Religioso Sacerdote, qui experientia die talis aduentus se abstinebat à sacrofaciendo Et hæc quidem, ac alia præcauere poteris ex verbis *dicti cap.in tuis litteris, & cap.nuper dicta causa 7. q.2.* omninò videndus.

Pro complemento huius dubij notabis primo, 31
vt licet Maiol. *supra*, & alij sentiant quod prædicti epyleptici possint saltim ad ordines minores promoueri absque dispensatione. Sed probabilius ex iam *supra* adductis respondeo tales ad prædictos ordines minores egere dispensatione per textum *in dicto cap. communiter dist.33.* & ex D. Thoma *3.p.q.82.* Castrus Palaus *de irreg.disp.6. puncto 11. num.4.* Leander *supra q.79.* Baunij *dicta quæst.57. tract.21.*

Secundo vt iuxta aliquos ex iam adductis Do- 32
ctoribus, ad Episcopum pertinet iudicium, an aliquis liberatus sit eo morbo epyleptico, comitiali, aut caduco facta obseruatione à tempore recuperatæ salutis per vnum annum; prout Episcopus iudicauerit, & addit Leander ex D.Anton. Auila, & Bonacina *dicta quæst. 80 in fine*, huiusmodi probationes relinquendas esse Episcopi arbitrio, seu alterius prudentis viri, pensatis morbi, & personæ conditionibus.

De laborante Podragra, aut Chiragra, breui- 33
ser respondeo, quod si ita ille sit acuta, & acris, quæ illos in altari consistere non sinat, vel vsum manus ad debitam tractationem Eucharistiæ impediat; tunc ea verè impediti dicantur ad recipiendos ordines, & administrandos susceptos, &
pro tunc esse irregulares. † Secus si podagra, aut 34
Chiragra non sit acris, aut acuta, aut tandem non incurabilis: ita docent Baunij *dicto tract.21. q.57.*

quaſt.57.ex gloſſa in Canon: ſi quis diſt.55. Panormit. *in cap.2. de Clerico ægrotante*, Gibalious *c.3. quaſt.2.conſect.7.* Leander *dicta diſp.2. tract.2. de irregul: quaſt.84.* iuxta quam diſtinctionem ſunt intelligendi Henriquez *dict.lib.14.quaſt.8.* & alij per eum; & ſic videotur tenuiſſe, & explicaſſe Vgolin. *de irregul.cap.53.§.1.n.1.* Campanil. *dicta Rub.11.cap.17.num.135.& 137.* Barboſa *in paſtor. dicta alleg.41.num.43.* † Vbi loquentes de mor-
35 boſo; cui aliquod membrum lacerum læſumque eſt; quominus homo aptus ſit, dicunt vt non poſſit ordinari; exemplificantes in chiragra, & podraga; ſi eſſet continua, & incurabilis.

36 Ad quartam quæſtionis partem; quid dicendum de illo; qui bibere vinum non poteſt, quin euomat; dictus aliàs abſtemius? In quo dubio reſpectu ordinis Præsbyteratus exiſtimo vt omnino talis dicatur irregularis; quia non poteſt à præfato peragi ſacrificium Miſſæ propter periculum vomitus: ſic intelligendi Nauarr. *in man: dicto cap.27.num:104.ex gloſſa ſingul.in cap.2.ipſi Apoſtoli 2.quaſt.7.* Maiol. *de irregul.cap.25.* Regin. *ſup: num.58.* Bonacina *de irregul.quaſt.2.puncto 2.n.26.* Pellizarius *tom:2.tract.7:cap.5.ſect.7.q.17.n.66.* Leander *dicto tract.2.diſ.36.* Lublinus verb. *irregularitas num.23.* Toletus *in ſumma lib. 1.cap:63.num.4.* & ſic videntur explicare ex Nauarro, Felician. Valent. & Ludouicus Lopez; quos refert Nicolaus Garcia *de benef.p.7.cap:12.ex num.24.* Raguſ. *de Miſſa in Eccleſia quaſito 5:num.1.* Gutierrez, *lib.2.canon.cap.4.num.81.* Bellet. *de diſciplina cleric.§.7. num.35.* Filliucius *tract.19.num.181. verſ.8.* Campanillus *dicta Rubrica 11: cap. 11: num.11.*

37 Tota ergo difficultas eſt num poſſint tales ordinari in minoribus, aut in Subdiaconatu, & Diaconatu, & videtur idem tenendum; eo quod cæteri ordines; quales ſunt iſti ſint præambuli ad Præsbyteratum; & ſic vt irregularis reſpectu huius, cenſeatur talis reſpectu aliorum ordinum; vt aliter exemplificantes propter fœditatem, non propter vſum, docere videntur Suarez *dicta diſp.51.de cenſ:ſub.num.11.& 15.& diſp.40.ſect.3: num.25.* Vgolin. *cap.52. §.1. num.4: & cap.64. in princ.num.4.* Tolet. *cap.57.1.& 4. Reg.* & hoc generaliter per regulam *cap.non confidat. diſt.50.* vbi abſolutè prohibet Gelaſius Papa corpore vitiatis Diuinis applicare miniſteriis.

38 Sed in propoſito caſu de abſtemio; exiſtimo; vt talis non prohibeatur aſſumere ordines minores; quia iſti non ſolent ſumi tam proximè reſpectu ordinis ſacerdotalis: ita Emanuel. Rodrig: *in ſumma cap.158. num. 11. & 12.* dicens, vt qui vinum non poteſt bibere, poſſit ſine diſpenſatione promoueri ad ordines minores, & Campanil. *dicta Rub. 11. cap. 11.* cum Nauarro *dicto cap. 27: num.104.verſ.18.* idem aſſerit, quia non ſe ipſum communicat ſub ſpecie vini, vt ait etiam Henriquez *dicto lib.14.cap.8.§.7. propè finem*, Barboſa
39 *in paſtorali dicta p. 2. alleg. 42. num: 54.* † Imò propter eandem rationem Nicolaus Garcia *dict: cap.2.p.7.de benef.num.17.* videtur dicere, vt abſtemius poſſit recipere Subdiaconatum ſine reſpectu ordinis ſacerdotalis; quia inter eos non eſt neceſſaria actualis connexio, dicens ſic patere in primitiua Eccleſia, in qua Diaconatus, & Subdiaconatus recipiebatur ſiue reſpectu ordinis Sacerdotalis ad permanendum, & adminiſtrandum in illis, & hodie contingere in Cardinalibus Diaconis; & ſic Garcia poſtquam de corpore vitiatis plura congeſſit, etiam reſpectu horum ordinum, vbi *ex num.30.* adducens plures deciſiones, & ante *ex num.22. num. fin.* de illo qui vinum bibendo euomit videtur ſentire.

Ob idque dixerunt Maiolus *dict. lib.8. de irre-* 40
gul. Henriquez *dicto lib.14.cap.8.§.7.in fine*, Barboſa *dicto num.54.in paſtorali*, quod ſi aliquis ob ſtomachi langorem, debilitatem, aut fragilitatem ſoleret ſæpiſſimè euomere; minimè deberet ordinibus inſigniri; at ſi illis inſignitus eſſet, à ſola Miſſæ celebratione priuatus diceretur.

Vnde iam poteſt eſſe dubium, num poſſit Pon- 41
tifex cum abſtemio diſpenſare, vt ad Sacerdotium promoueatur? Et quamvis pro affirmatiua ſententia ſint Maior; Adrian. Claud. Gabiel, Albertus, Alanus, Tabiena, Henriquez, Fagundez, Azor. Sanchez, & alij; quos citat Leander *in 2. p.tract.de ſacrif. Miſſa diſp.1.quaſt.19.* idem *de irregul.dicta diſp.4.tract 2.q.77.* quia poteſt diſpenſare, vt ſub vna tantùm ſpecie fiat conſecratio
in Miſſa.† Nihilominus ide Leander ex doctrina 42
D. Thomæ, Vaſquez, Suarez, Soto, Ægidio, Hurtado, Monteſino; Valentia, Nuño; Bonacina, Lugo; Cornejo; & aliis negat; quia probabilius eſt non poſſe Papam diſpenſare; vt ſa-
crificium Miſſæ ſub vnica ſpecie peragatur. † Sed 43
quia de hoc dubio pro vtraque parte plures alios adduci Diana *p.8.tr.1.reſ.23.* & inter moderniores Amicum *in curſu Theolog. tom.7. diſp. 16. ſect.9. num.158.* Caſtr. Palaum *tom.1.tract.13.diſp 6.puncto 3.num.6.* Fagundez *de pracept. Eccleſia pracepto 2.lib.3.cap.5.num.5.* eorum verba referens, & aliorum fundamenta probantia poſſe Papam in caſu neceſſitatis ita præcipere, & ordinare; ideò ad illos te remitto.

At non tacebo pro completo hic addere cum 44
Barboſa *ſupra ſub dicto num. 54.* vt ſi alicui vini potio Medicorum conſilio ſit interdicta; prohibeatur quidem ordinari, niſi de eorum conſilio non poſſet ei obeſſe parua quantitas: ſic Maiolus *dicto lib 2.cap.25.per totum*, qui *num. 2.* reſoluit,
† quod ſi aliquis vouit non bibere vinum, aut il- 45
le confeſſor inhibuit, non impeditetor ad Sacerdotium aſcendere, aut poſt promotionem miniſtrare, vt dixit etiam Vgolinus *de irregul: dicto cap.53.§.1.num.5.* & ego addo quòd nec hoc primum dictum Maioli, nec alia illa aſſertio illius & Henriquez *ſupra* hic in verſ. (*ibi id*) implicant iam adductæ reſolutioni; eo quod iſti caſus debeant intelligi iuxta *ibi* reſoluta.

QVÆSTIO IV.

An sexus muliebris, seu Hermaphrodita, siue qui caret ætate, ad ordines requisita existimentur corpore vitiati, vt ex tali vitio dicantur irregulares, vel ex alio capite? Vbi quid de fœmina erumpente à natura in virum Et an quis ob nimiam, & decrepitam ætatem sit prohibitus ordinari? vbi de breui doctrina ad intelligentiam præcedentium, & subsequentium in singulis capitibus nostri tituli?

SVMMARIVM.

1 *Muliebris sexus, & Hermaphrodita qua de causa impediatur ordinari remissiuè.*

2 *Longa ætas non facit quem ad ordines irregularem.*

3 Glossa in cap. 1. dist. 85.

4 *Senectus declinans in morbum impedientes organa vocis, seu vires, inducit irregularitatem, seu incapacitatem indispensabilem, vt n. 5.*

6 *Senes ordinatus permittitur cum adiutorio aliquo ministrare.*

7 *Corporis aliqua parte carens passiuè, differt ab illo, qui à natiuitate, aut hominum iniuria, seu casu inculpabili, & inter se ipsum voluntariè mutilant.*

8 *Mutilans se voluntariè, si aut ordinatus sit, aut postea ordinetur, manet irregularis, si tanta sit mutilatio inducat peccatum.*

9 *Mutilatus casu quando dicatur nihilominus irregularis.*

10 *Membri mutilatio, qualis censeatur, vt impediat ordinari.*

1 VIdeo Suarez agentem de irregularitate contracta ob corporis defectus, & inter illas, *lib. de censuris disp. 51. sect. 2. à num. 1.* vbi agit de propositis in quæstione, etsi fateatur mulierem, siue Hermaphroditam potius prohiberi propter incapacitatem, quam ex defectu Corporis. At quia iam de muliere non ordinanda, & Hermaphrodito, & de aliis, ante legitimam ætatem non ordinandis, dixi latè, *sub Rub. & tote tit. supra de ætate, & qualit. ordin.* ideo nunc ne longè agam, ad *ibi*, dicta te remitto *in Rub. ex n. 34. & num. 36.* de Hermaphrodito, qui præualens in sexu fœmineo erumpit in masculinum.

2 Ad vltimam quæstionis partem, an quis propter nimiam ætatem possit impediri ne ordinetur? Et breuiter respondeo negatiuè, eo quod senilis ætas est per se aptior, ad sacros ordines, vt significat Anacletus Papa *epist. 1.* & refertur, *in cap. fin. 84 dist.* & Siriacus Papa, *in cap. quicumque 77. dist.* quia illa ætas maturior est, & magis apta ad prudentiam, castitatem, & religionem.

3 Nec obstat glossa *in cap. dist. 85.* vbi dicitur senectutem impedire promouendum, non tamen
4 deiicere promotum. † Quia respondeo, quod si tanta sit senectus, vt decliner in morbum, seu illi æquiualeat, quoad impedienda organa, vel impediendas vires necessarias ad ministerium, in tali casu irregularitatem inducat, quam morbus perpetuus de quo *in quæst. præced.* ita Suarez *dicta disp. 51. de cens. dicta sect. 2. num. 5.* vbi addit, vt hæc non irregularitas tantùm, sed incapacitas quædam censeri possit, non quidem, vt ordinatio talis personæ, si fiat inualida sit (cum semper in homine imprimat Characterem, quamtumvis sit impeditus) sed quia est illicita talis ordinatio, non tam ex prohibitione Ecclesiæ, quàm ex natura rei; eo quod per eam quispiam assumatur ad
id ad quod est prorsus ineptus. † Indeque dicit 5
illud impedimentum non videri propriè canonicum, nec in eo posse Pontificem dispensare, si ineptitudo duret, vt iam perpetua censeatur; & secundùm has distinctiones loquuntur Pellizerius, *tom. 2. tract. 7. cap. 5. sect. 2. quæst. 28. num. 81.* cum Peyrino Leander. *de irregul. tract. 2. disp. 5. quæst. 5.* Fillucius *tract. 19. cap. 6. quæstione 6. numero 176.*

Vnum tamen notabis, quod postquàm aliquis ordinatus est, licet præ nimia senectute, non possit commodè ministrare, permittatur ei, vt cum aliquo adiutorio, vel commoditate quasi dispensatoria possit ministrare: *argum. cap. illud, & cap. petisti cum aliis 7. quæst. 1. & cap. litteras de renunciat.* Suarez *vbi supra dicta sect. 5. disp. 51. de cens. num. 5. in fine*, per alia, quæ dixit in simili, *sect. 1.* & faciunt quæ dico, *infra de officio vicarij.* 6

Et quia adhuc sub obscuro potest doctrina casuum præcedentium, & qui continentur in singulis iuribus nostri tituli, vbi de aliis pluribus considerari; ideo existimaui regulam quandam generalem conscribere, qua securo pede ad singulos obuenientes casus interrogatus quilibet expertus queat respondere, etsi de singulis curam non adhiberemus. Igitur dicendum est esse grauem differentiam inter passiuè carere aliqua parte corporis, vel à natiuitate, vel hominum in- 7
iuria, vel alio casu inculpabili contingente. † Et 8
inter voluntariè se ipsum mutilantem, vel aliquam sui corporis partem abscindentem, cum in hoc secundo casu, siue antecedat, siue sequatur ordinationem, siue abscisio sit alicuius membri principalis, siue partis eius, siue notabiliter impediat, aut deformet, siue non irregularitatem inducat; dummodo tanta sit mutilatio, quæ per se, & seclusa inaduertentia, sine peccato mortali fieri non possit, vt colligitur *ex cap. qui partem dist. 55.* dum ait illum esse irregularẽ, qui partẽ cuiuslibet digiti sibi abscindit cum tamen carentia illius partis, alias contingens, non inducat irregulari-
tatem, vt ibidem dicitur. † Secus si casu aliquo 9
contigerit, dum aut operi rustico, curam impedit aut aliquod faciens, se non spontè percussit: *Hos Canones*, (dicit Innocent. *ibi* Felici Nuceriano scribens *epist. 4. cap. 1.*) *præcipiunt, & Clericos fieri, etsi in claros fuerint reperti non obiici; in illis enim voluntas est iudicata, quæ sibi ausa fuit ferrum inijcere; in istis verò casus veniam meruit*, latè explicat Suarez *dicta disp. 51. sect. 2. sub num. 6. 7. & 8.* qui *à num. 9.* agit etiam latè de mutilato passiuè distinguens inter iam ordinatum, & nondum ordinatum, & inter grauem defectum membri, atque indecentem deformitatem afferentem vel impedientem vsum ordinis, de quo *in c. fin. d. dist. 55.* sic vt iste inducat irregularitatẽ in laico, ne ordines suscipere possit, vel in clerico, ne ascendere possit ad ordinem non susceptum explicans *ibi*, vel ex sola deformitate, vt *in c. 3. hoc tit.* aduerto vel ex impossi

impossibilitate orta ab ipso defectu, qualis est abscisio manus, vt *in cap. exposuisti 6. hoc tit.* vbi glossa, idem esse ait si deficiat Digitus ad fractionem Hostiæ, de quo an vtique verum sit dico *infra* latè *sub c. 1. hoc tit.* ac de aliis specie *in c. 2. & ex cap. 3. 4. & 5.*

10 Etsi dubites qualiter membrum accipiatur, dum agimus de irregularitate ex corpore vitiato, breuiter dico, quod sumitur pro ea parte, quæ habet certum officium deputatum, & omne id, quod in corpore nostro distinctam habet operationem secundùm Aristotelem, *tertio metheor.* Clar. *in praxi §. fin. q. 69. num. 16.* Caball. *ref. criminal. casu 136. num. 16.* Farinac. *in praxi crimin. quæst. 19.* cum infinitis, *à num. 23.* Riccius *in praxi aurea ref. 57.* Nauar. *in manuali cap. 27. num. 106. vers. secundo dico*, Henriquez *lib. 14. cap. 8. §. 1.* Couarru. *in clem. si furiosus p. 3. in init. num. 8.* Iacobus de Graff. *in decis. aur. lib. 2. cap. 26 num. 4.* Placa *de delictis, lib. 1. cap. 25. num. 4.* Barbosa *in pastorali p. 2. allegat. 42. num. 11. & 12.* vbi cum multis probat mutilationem partis alicuius membri, non producere irregularitatem, nisi pars illa celebrandi, adimeret potestatem, vel operaretur deformitatem scandalosam, vel quando culpabiliter se abscinderet, vt *in cap. 1. & cap 3.* diximus latè, vbi expenditur materia hæc.



AD TEXT. IN CAP. I. & VI. Exposuisti & cap. fin. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Duelli materia insinuatur.*

1 HÆc tria capita ad vnam speciem corporis defectus seu mutilationis, respectu Digitorum manus reducuntur. Quare duxi hic coniugere casus, qui in eorum littera valent tractari. Et quia per prima verba, *dict. cap 1.* possemus agere de duello; eo quod Præsbyter, de quo ibi se sponte duello offerens, partem Digiti amisetit; & ob id de ingerentibus rei illicitæ; ideo possent hic adiungi quæ DD. congerunt, *infra in* pluribus Capitibus de homicidio, vbi de dantibus operam rei illicitæ; & *in tit. infra de pugnantibus in duello.* Sed quia ad propositum huius differentiæ mutilati, scilicet dando operam rei illicitæ, aut licitæ, satis ex dictis, *in cap. 3. 4. & 5.* vbi de sectis ago, & castratis sine culpa sua, aut cum culpa apparet; ideo ad *ibi*, dicta te remitto pro pleno intellectu.

QVÆSTIO I.

Quare Presbyter, qui in duello Digiti partem amisit, possit ex dispensatione sui Episcopi in suo ordine ministrare, cum de iure qui directè, non cooperatur ad occisionem non videatur incurrere irregularitatem? An irregularitas contrahatur ex mutilatione Digitorum, quibus à sacerdote Eucharistia contestatur? Et quid de illo, qui sibi partem Digiti volens absciderit? vel de eo, qui caret digitis dextræ, quibus in missa fit crucis signatio? seu de illo, qui in dextera, vel sinistra habet digitum medium, & indicem coniunctum sine diuisione?

SVMMARIVM.

1 Cap. qui partem dist. 55. n. 7. & 8.
2 *Mutilatio Digiti minus principalis, non inducit irregularitatem.*
3 *Digitus non est propriè membrum corporis nostri, si alias proprium officium non habeat per se ad ordines.*
4 *Digiti partem amittens, si possit sine scandalo ministrare, non censetur irregularis,* n. 67.
5 Cap. 1. de corpore vitiatis intelligitur, & n. 6. & 9.
6 *Irregularitas proueniens a vitio corporis, differt ab illa, quæ prouenit ex delicto.*
7 *Digiti partem amittens sine culpa non censetur irregularis, secus si culpa,* vt n 8.
9 Cap. fin. de corpore vitiatis.
10 *Digitorum mutilatio, quibus contrectatur a Sacerdote Eucharistia, probabilius est, vt inducat irregularitatem,* n. 11.
11 *Percutiẽs aliquem sine mutilatione, & abscisione mẽbri, quãdo dicitur irregularis, si percussus deformis reddatur, ac inhabilis ad ordines.*
12 *Digiti necessarij amissio reddit quem irregularem, &* n. 13.
13 Cap. latot dist. 55. & n. 18.
14 *Membri defectus grauis impediens vsum ordinis parit irregularitatem.*
15 *Membri debilitatio, quæ impedit ministrare facit quem irregularem.*
16 *Digitis carens in dextera, quibus in missa fit crucis signatio est irregularis.*
17 *Digitum mediũ, & indicem coniunctum habens, nõ est irregularis, nisi ex notabili deformitate.*
18 *Digito medio carens non est irregularis contra Filliucium, & alios* n. 19. *nisi ex nimia deformitate, vel impedimento, ad aptè celebrandum, vt* n. 20.
10 *Digito carens, sine quo potest Hostiam frangere, non est irregularis.*

FAciunt dubiũ DD. ex doctrina textus nostri: nam ex quo Presbyter in duello pugnauit, & voluntariè partẽ Digiti amisit, quæ celebrationem non impediebat, non debuit censeri irregularis; quia tũc cessat ratio iuridica, *c. qui partem dist. 55.* eo quod sit longè atrocior culpa in se ipsum ferrum sumere, quam pugnare cum aliquo, cum hoc periculo: sic Nauar. *in man. c. 27. n. 197.* citans Cardinalẽ & refert Suar. *dist. 51. sect. 2. n. 7. in principio.* 1

Et confirmari videtur ex doctrina eiusdem Nauar. *dict. cap. 27. num. 206.* Couar. *in clem. si furiosus* 2

p.3. in initio n.8. Maiol. *de irregularit. lib.5. cap.50. n.2.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.1. lib.2. cap.62. n.2.* Sayri *de censur. lib.6. cap.15. à n.13.* Auilæ *eodem tract. p.5. disp.5. sect.1. dub.1.* Barbosæ *in dicto cap. qui partem n.2.* dicentium, vt non incurrat irregularitatem, qui Digiti partem alteri abscindit, cum irregularitas non incurratur ex mutilatione, seu abscissione membri, quod licet ad corporis ornatum, & decorem, integritatem, & perfectionem spectet; non habet tamen propriam, & per se distinctam operationem ab aliis, sed coniunctam, & accessoriam cum aliqua participatione; prout est Digitus pedis, vel manus.

3 Et iterum confirmatur, quia cum Digitus non sit propriè nostri corporis membrum, vt dixerunt Bartol. *in l.2. n.12. ff. de public. iudiciis, & in l. non sunt liberi ff. de statu hominum, & cons.*101. vers. *quaeritur an digitus p.1.* Felin. *in cap. Ego N. post n.1. de iureiurando, & in cap. cum illorum n.4. de sentent. excommunic.* Cassan. *in consuetudinib. Burg. Rubr.1. §.5.* vers. *per hac quidem*, Farin. *in praxi crim. q.19. n.29.* Henriquez *lib.14. cap.8. §.1. in medio*, Nauar. *cons. num.1. hoc cit. an non.* Sayrus *in floribus decis. sub dicto tit. decis.2.* inde probant Toletus *lib.1. instruct. Sacerd cap.25. n.13.* Cardos. verb. *Sacramentum Ordinis, n.12.* Sayr. *dict. decis.2.* Nauar. *dicto cons.1.* Bellet. *disquisit. Cleric. tit. de disciplina Cleric. §.7. n.19.* Campanil. *Rub.11. c.17. in diuers. Iuris Canon.* vers. *quimmo*, & alij, quod si pars pollicis desit, & notabilem defectum non producat, nec Hostiam frangere impediat, minimè inducat irregularitatem.

4 Nihilominus existimo dicendum per verba textus nostri, vt in casu illius verè irregularitas fuerit contracta ab illo Presbytero, cui non simpliciter, sed ex dispensatione permissum fuit ministrare in suo ordine, vt manifestè patet ex verbis ibi; *poterit cum eo misericorditer agere, & permittere*, & hic intelligit Panormit. quod expendunt Hostiensis Collect. Ioan. Andr. Bellamera, Ancharran. Anan. Butrius Alagona, Viuian. & alij relati à Barbosa *hic num.1.* si quis partem Digiti amisit possit solemniter sine scandalo ministrare.

5 Nec est impedimento explicatio Suarez *dict. disp.51. de cens. sub num.7. sect.2.* & Nauar. *dict. num.198. cap.27.* existimantium dispensationem hic non fuisse necessariam propter vitium corporis, sed propter grauem culpam à Presbytero commissam spontè ingrediendo duellum: ita ex verbis nostri colligentium: *Licet eius excessus grauis admodum extitisset*, cum posset illa misericordia intelligi, vel per anticipationem, vel propriam dispensationem, vel fortè quia delictum fuisset publicum, & scandalosum, quod infamiam induxerit; ac proindè suspensionem, cuius dispensatio necessaria erat, quæ hic Episcopo committitur, cum dispensatio in irregularitate ex defectu membri non sit in iure commissa Episcopo. Vide *infra in cap. si 1. q.3.* in vers. *ad primam*, vbi aliquid de hoc *c.1.* & de dispensatione Episcopali.

6 Quia respondeo Pontificem in titulo nostro non agere de irregularitate orta ex delicto, sed de illa, quæ prouenit à vitio, ac deformitate corporis, vt in singulis casibus cuiusque capituli apparet; & sic euenit, quod etsi Presbyter; de quo hic spontè duellum offerret, ac ob id operaretur illicitè, dans operam rei suo statui alienam, ob quam ratione delicti posset puniri suspensione, aliave pœna canonica: argumentum, quæ dixi *in cap. fin. de temporibus ordin.* & non inde prouenit quod hic à Pontifice dubitaretur; de alia namque irregularitate, quam incursa ex amissione partis digiti; iuxta quam respondisse patet, vt quia citra scandalum, non obstante tali amissione, posset Presbyter illo sine scandalo celebrare, & per consequens Episcopus valeret permittere ipsum in suo ordine ministrare; licet eius excessus offerendo se duello, grauis extitisset, cum de hac parte nihil decreuisset Papa, sed tantùm super defectu amissionis partis Digiti, quæ non erat scandalosa, quo minus Presbyter in suo ordine posset ministrare; alias enim nec Episcopus permitteret, vt Presbyter ministraret, nec sic contingeret, nisi Papa dispensante, vt diximus *sub Rub. & infra* latè.

Nec obstant adducta *n.1.2. & 3.* quia illa de- 7
bent intelligi de illo, qui nulla culpa præcedente, eiusdem partem Digiti, etiam Pollicis amiserit, vt docent iam *supra ibi* adducti, & Salon *in 2.2. D. Thom. q.65. art.1. controuers.4. conclus.2.* Barbosa *dict. alleg.42. in pastorali p.2. n.20.* idem Barbosa
hic n.3. cum Sayro, Belletio, & Campanillo, secus 8
tamen procedet, aut iuxta speciem textus *in dicto cap. qui partem 6. dist.55.* in illo, qui sibi ipsi partem Digiti volens abscindit; quamvis talis abscissio deformitatem nimiam non inducat, nec celebrationem impediat, vt docent Suarez *disp.55. de cens. sect.2. n.10.* Auila *eodem tract. disp.3. sub dub.1.* Barbosa *in dicto cap. qui partem n.1.* vbi *n.2.* intelligit id procedere in præscindente, sibi ex indignatione partem Digiti, non autem in abscindente alteri.

Et quamvis idem Suarez *sub dicto n.10.* existi- 9
met decisionem nostri textus intelligendam esse; de mutilatione, quæ iniunctam culpam non habet, pacificans illum cum textu *in cap. fin eodem*, in cuius specie casus fuit omnino fortuitus, nec desideratus à patiente nullam causam dante: tamen reuera in textu nostro Presbyter ille, si spontè duello offerens fuit in culpa ad partem illam Digiti amissionem, ratione cuius eguit permissione Episcopi ad administrandum in suo ordine, etsi illa amissio partis Digiti, nec esset scandalosa nec auferet facultatem in illo Presbytero celebrandi, at *in dicto cap. fin.* nulla permissio, aut Pontificia, aut Episcopalis fuit necessaria, non tantùm, vt ministraret in susceptis ordinibus; imò nec recipiendi ordines; eo quod fortuito ordinãdus caruit pollicis vngula in puerilibus annis propter casum Barræ Ferteæ super illam, qua vngula auulsa fuit; nec ob id caruerit potentia ad frangendam Hostiam pollice ipsius Digiti: & iuxta hunc casum intelliguntur textus *in cap. si quis in infirmitate, cap. lator, cap. praecepta dict. dist.55. & dict. cap. qui partem* in vers. *cui vero casu*, non enim in textu nostro Presbyter caruit aliqua irregularitate, etsi & neget D. Suarez cum fuerit in culpa, & causa suæ sponte anæoblationis mutilatus.

Ad secundam quæstionis partem an irregula- 10
ritas contrahatur ex mutilatione Digitorum, quibus à Sacerdote Eucharistia contractatur? Et videtur negandum, cum nec sit irregularis percutiens, seu vulnerans aliquem, nisi membrum mutilet, aut abscindat, etiam quod ex ea percussione, seu vulnere percussus, seu vulneratus remaneat deformis, seu aliàs inhabilis ad ordines & quod sic nec ex abscisione prædictorum Digitorum irregularitas contrahatur: docent Sayrus *de censuris dict. lib.6. cap.15. num.16.* ex Nauarro *cap.27. n.207. disp.15. n.7.* vers. *alij tamen*, & *n.16.* vers.

verf. *nec hoc mirum*, cum qui videtur transire Suarez *supr. dicto num.* 10. *&* 12. & hanc probabilem vocat Barbosa *in dicto cap. qui partem dist.* 55. *n.* 5.

11 Sed verius, ac probabilius est, vt contrahat hanc irregularitatem, qui ex mutilatione Digitorum, quià Sacerdote Eucharistia contrectatur; prout est Pollex, aut Index, vel medius, quia irregularitas incurritur etiam ab eo, qui aliquem percutit, & vulnerat sine mutilatione, & abscissione membri; dummodo percussus, & vulneratus ex vulnere, & percussione ita deformis remaneat, vt quia irregularis ad ordines promoueri nequeat, percutiendo enim si faciat aliquem inhabilem; perinde est, ac si membrum illi abscindetet: ita docent Syluester verb. *homicidium* 3, *quæst.* 3. verf. *quartum*, Maiolus *de irregularit. lib.* 5. *cap.* 50. *num.* 2. Toletus *in instruct. Sacerdot. lib.* 1. *cap.* 27. *notab.* 3. Viuald. *in candelabro aureo, tit. de irregularit. num.* 15. nec dissentit Auila *part.* 7. *Rub. de irregul. ex defectu corporis disp.* 3. *dubio* 1. verf. *ex dictis sequitur*, idem Maiol. *supra num.* 4. *&* 9. *in fine*, *& lib* 1. *cap.* 2. *num.* 10. verf. *decima nona* Bonifac. de Vitalin. *in clementinu* 1. *de homicidio col.* 6.

12 Itaque euidentius appatet, vt hæc irregularitas contrahatur ab ipso, qui ex abscisione prædictorum Digitorum, vel Digiti redditur inhabilis ad fractionem Hostiæ, veluti si desit ipsi Digitus necessarius: ita Suarez sumens à contrario sensu ex verbis *dicti cap. fin. hoc tit.* ibi: *Si ad frangendam Eucharistiam sit in Pollice ipso potens*; nam si esset impotens, infert quod esset irregularis.

13 † Et ita licet *in dicto cap. lator dist.* 55. carens Digito manus sinistræ potens sit, promoueri; & tum etiam dexteræ, vt in *ibi* glossa dicit; dum tamen illius carentia in alterutra, nec magnam operetur deformitatem, nec aliquis ipsorum sit, qui pernecessarius est ad consecrationem, sicut Pollex, aut index, quorum altero siquis careat, erit irregularis, vt docent Borgas *de irregularit. hoc titulo*, Selua *de benef. parte* 3. *quæst.* 6. *post num.* 44. verf. *attendendum*, Plaza *de delictis lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 9. Salon. *vbi supra*, Sayrus *dict. cap.* 15. *post num.* 12. Bellet. *disquisit. clerical. tit. de disciplina Cleric.* §. 7. *num.* 18. Torreblanca *lib.* 2. *de iure spirit. cap.* 13. *num.* 48. Barbosa *hic num.* 2. *& in pastorali dictu alleg.* 44. *num.* 18. quibus addo Pellizar. *tract.* 7. *cap.* 5. *sect.* 2. *quæst.* 16. *num.* 64. Lublinum verbo *irregularitas num.* 23. Nauar. *consil.* 1. *hoc tit.* Villalobos *in summa tr.* 11. *dif.* 35. *num.* 1. Leandrum *dict. tract.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 43. Zetolam *in praxi Episcop. p.* 1. verb. *irregularitas*.

14 Et confirmatur, quia quando defectus membri grauem, atque indecentem deformitatem affert, vel impedit vsum ordinis, inducit irregularitatem simpliciter in laico, ne ordines suscipere possit ad ordinem nondum susceptum: ita Suarez aliter exemplificans *dict. disp.* 51. *de censf. num.* 11.

15 † qui *sub num.* 12. ex dictis colligit, non solùm mutilationem membri, sed etiam abscissionem partis eius, vel etiam solam debilitationem membri, si hoc impedimentum ministrandi afferat, eandem inducere irregularitatem; quia hæc non fundatur formaliter (vt ita dicat) in carentia membri, sed in prædicto membro debilitato: sic probans ex *cap. Presbyt. de Clerico debilit. & agrot.* ibi: *Quia nec securè propter debilitatem, nec sine scandalo, propter deformitatem* membri, *hoc fieri posse confidemus*, declarans ibi prædictas illas duas rationes adductas, quia in eo casu concurrebant, non quia simul ambæ necessariæ sint, cum quælibet earum per se sufficiat.

Ad tertiam quæstionis partem quid dicendum 16 de illo, qui sibi partem digiti volens absciderit, respondetur ex dictis in verf. *ad primam*, sub verf. *nec obstant*, & ex *ibi*, dictis, etiam respondetur ad casum de illo, qui caret digitis dextræ, quibus in missa fit crucis signatio, cum hæc sit deformitas notabilis: sic docent in terminis Henriquez *lib.* 14. *cap.* 8. *num.* 1. & *ibi litteru I*, cum Nauarro, Couarruuias, Viuald. Syluestro, Cardinali Panormit. Maiolo, & aliis glossa 5 *in dicto cap. lator.* verb. *sinistra distinctione* 55. Leander. *de irregul. tractatu* 2. *disputatione* 2. *quæst.* 45. Bonacina *eodem tract. quæst.* 2. *puncto* 2. *num.* 32.

Ad vltimam quæstionis partem de illo, qui 17 habet digitum medium, & indicem coniunctum sine diuisione; & licet affirmet esse irregularem Maiolus *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 14. quia qui Pollicem, & indicem habet simul coniunctum, est deformis, nihilominus, vt probabilius tenendum est, vt non sit irregularis; quia horum Digitorum coniunctio non impediret debitam celebrationem Missæ; sicut impediret coniunctio aliorum; ergo si alias hæc coniunctio non causet notabilem deformitatem, non efficiet irregularem, vt docent Henriquez *dicto lib.* 14. *cap.* 14. *littera I*, *num.* 1. & penes illum *litteru M*, Anton. Albetic, Rosella, & Tabiena, Leander *de irregularit. dicta disput.* 2. *tract.* 2. *quæstione* 64. etiam cum Syluestro *quæstione* 3. *numero* 4. *ac corpore vitiatis*.

Quare dubium potest esse, nùm sit irregularis 18 ille, qui caret digito illo, qui medius appellatur; & licet quod sit irregularis, resoluat Sayrus *de censf. dicto lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 16. verum contrarium existimant Campanil. *in diuersorio Iuris Canonici Rub.* 11. *dict. cap.* 17. *num.* 112. verf. *verum*, eo quia Digitus ille non deseruit Eucharistiæ; & sequitur Barbosa *in pastorali dictu alleg.* 42 *p.* 2. *n.* 21. *& in cap.* 6. *hic n.* 3. † Et sic quamvis Filliucius *tract.* 19. 19 *cap.* 6. *q.* 5. *dicto* 5. *n.* 172. & Pellizar. *dicto tract.* 7. *disp.* 5. *q.* 16. *n.* 64. affirment esse irregularem illum, qui caret Digito alio, præter Digitos Pollicem, & indicem. Sed verius docent Bonacina *dicta quæstione* 2. *de irregul. puncto* 2. *num.* 32. Toletus *lib.* 1. *cap.* 63. Lublinus dicto verbo *irregularitas n.* 23. Gibalin. *in c.* 3. *corsectario* 3. verf. *quarto*, Leandet *dicta disp.* 2. *q.* 44. non esse irregularem, † nisi casu, quo defectus Digiti esset talis, quod 20 vel induceret notabilem deformitatem, vel esset impedimentum ad aptè celebrandum: sic colligentes ex dicto *cap. lator dist.* 55. & ex glossa *ibi* verbo *sinistra*, quia carens Digito, sine quo potest Hostiam frangere non est irregularis, sicut, vt ait Bonacina non est irregularis, qui digitum manus non necessarium ad Euchatistiam eleuandam, vel frangendam, vel faciendum signum Crucis in infirmitate amisit.

QVÆSTIO II.

An qui Digitos senos habet in manibus sit irregularis? Vel an possit superfluos sibi Digitos amputare, illos habens in manibus absque irregularitate? An sit irregularis, qui manum habet mutilatam, aut manus articulatas, siue aridas, siue tremulas? Et an sit irregularis ille, cui deest vngula Pollicis? Et an possit Pontifex dispensare, vt celebret Sacerdos cum vna tantum manu, aut si vtramque habet truncam?

SVMMARIVM.

1 *Digitos habens senos in manibus non est irregularis, si exercitij vsum non detinent, vel nisi aliàs illos habeat in tali dispositione, quod causet deformitatem,* vt n.2.

2 *Digitos superfluos sibi amputari faciens, non est irregularis.*

4 *Manum habens mutilatam, est irregularis,* num.5.

5 *Deponitur ab Abbatia qui manu mutilata fuerit promotus, &* n.6.& 7.

6 Cap.exposuisti de corpore vitiatis.

7 *Sacerdos, qui manu mutilata nequit sacrificare, non prohibetur confessiones audire, vt supra* n.6.

8 *Manus habens aridas, aut articulatas, irregularis est, &* num.9. *nisi miraculoso, aut exquisito remedio restitueretur, vt* n.10.

9 *Brachio vno carens irregularis est.*

11 *Manus habens tremulas; sic vt periculum adsit subuertendi calicem, irregularis est.*

12 *Vngula Pollicis defectus, non facit quem irregularem si est fortis in Pollice, vt possit Hostiam frangere aut cum aliqua difficultate, & etiam si casu omisit ex opera res illicita, vt* n.13.& 14.

15 *Mutilatio casu contingens in membro non necessario non inducit irregularitatem, Quid si si ex culpa, &* n.16.

17 *Sacerdos vna carens manu, potest dispensari, vt sacrificet. Et quid si vtraque* n.18.

AD primam quæstionis partem, & ad sequentes, supposita iam adducta doctrina in Rubrica, & hic in textu nostro, *quæst.*1. & quæ repetitur *in cap.*2.3.4.*&* 5.dico quod qui senos habet digitos in manibus, non est irregularis, si exercitij vsum non detinent, nec propterea operario manus incommodatur iuxta glossam *in cap. qui partem*, & *ibi*, Archidiacon. *dist.*51. Henriquez *in summa lib.*14.*cap.*8.§ 3.Barbosa *in pastorali* 2.*p.alleg* 42.*num.*22.idem *in cap.exposuisti n.*3. *in fine hoc tit.* videndi sunt etiam Nauat. *cap.*27. *num.*200.§ 7. D. Antonin. Felician. & Hostiens. quos referunt idem Henriquez, & Leander. *de irregularit.tract.*2.*disp.*2.*quæst.*41. qui absolutè videntur negare.

Tamen Gibalinus *cap.*3. *q.*2. *confessor.*5. idem 2 Leander.Bauny *de cens.tract.*11.*q.*56.*in fine* Auila *p.*6.*disp.*3.*dubio* 1. vers.*sequitur tertio*, Reginald. citatus *sub q.*1. *num.*46. Filliucius *tract.*19. *cap.*6. *quæst.*4.*num.*165.Bonacina *de irregul.q.*2.*puncto* 2. *num.*11.Toletus *lib.*1.*summa cap.*63.*num.*5.dicunt Clarius, nisi alias illos habeat in tali dispositione, quod notabilem causat deformitatem, aut vsum aliorum Digitorum impediat, vt accidit index, & Pollez sub communi vngue existunt.

Ad secundam quæstionis partem, authoritate 3 glossæ, *in dicto cap. quia partem* 51. *dist.* docent Syluester verbo *corpore vitiatus,num.*4. Mayol.*de irregularit.cap.*14.*num.*15.Henriquez *dicto lib.*14. *cap.*8. §.3. *in fine*, Sayrus *de censuris sub dicto cap.* 8. *num.*2. Bonacina *dicto puncto* 2. *num.* 11. Barbosa *dicta allegatione* 42. *in pastorali numero* 23. quod potest quis sibi superfluos Digitos amputare, vel amputari, permittere; dummodo nullum sibi indebitè periculum immineat, aut maior deformitas suboriatur, Zerola *in praxi Episcop.*1. *p.* verbo *irregularitas*, vers. *tertio* ex Nauarro *dicto cap.*27.*num.*206.sic dicente,*secundo quod Caietanus confitetur, quod ille, cui vnus digitus abscinditur, sine quo bene celebrare potest, non est irregularis*, Leander.*dicta disp.*2.*quæst.*42. Felician.cum glossa *in dicto cap.partem*, & omnes alij ex eo, quia per hoc non tollitur ratio membri, sed monstri.

Ad tertiam quæstionis partem, an sit irregularis, qui manum habet mutilatam, & DD. communiter per textum *in dicto cap. exposuisti* 6. docent, quod habens manum mutilatam est irregularis; sic vt non possit ad ordines promoueri, docent Flamin.*de resignat.lib.*5.*quæst.*6.*num.*48. Bellet.*disquisit clerical.p.*1. *tit. de disciplina clericali num.*7.§.20. Campanil. *in diuersorio iuris Canon. Rub.*11.*cap.*17. *à num* 104. † Et ratio est, quia in 5 textu illo deciditur, vt ab Abbatia deponatur Abbas, qui mutilatus manu fuerit promotus, vt dicunt, *ibi*, Abbas, Zabarel. Auton. Ioannes Andr. Butrius, Ancarran. Hostiens. Panormit. Henriq. Boik. Innocent. Viuian. Alagon. & alij, quos refert, & sequitur Barbosa, *ibi num.*1. *&* 2.

Et confirmatur ex limitatione sequenti,de qua 6 Suarez *de cens.disp.*51.*sect.*2. *sub num.*13. dum ait, vt licet Sacerdos,cui manus v.g.sine culpa abscissa est, non possit celebrare, possit tamen confessiones audire; quia ad hoc ministerium non est necessaria manus, quamquam, si ille defectus antecessisset, nullomodo posset ordinari.Ex qua resolutione apparet bene Pontificem decreuisse *in dicto cap. exposuisti*, vt Abbas creatus tacitè dolosæ suæ manus abscisione ab illo cui talem defectum tacuit, sit deponendus ab Abbatia † Quod 7 quidem non sic contingeret si defectus ille abscisionis contingeret illi ex postfacto, & si ne culpa, quia tunc per regulam nostri, *cap.*1. *hoc tit. & cap.*2.*de cleric.Egrot.*in verbis ibi *ipsum autem in cæteris Sacerdotalibus officijs fungi minimè prohibemus*, quando talis defectus superuenit ordinationi sine culpa ad illum tantum vsum Ordinis, irregularitatem inducet, qui sine scandalo, vel periculo exerceri non possit: ita Suarez *vbi supra*, & DD. *in dicto cap.*1. de quo latè, *infra dico sub cap.*3.4. *&* 5. Barbosa *in pastorali dicta alleg.*42. *n.*17. Nauar.*in tract. de elect. & vanat. fori sect.*2. *quæst.*7.*n.*14. Torreblanca *de iure spirituali lib.*2. *cap.*13.*n.*17.

Ad

8 Ad quattam quæſtionis partem de illo, qui habet manus aridas, ſiue articulatas, eodem modo, ac in caſo præcedenti videntur firmare DD. vt talis ſit irregularis: ita Flamin. *dicta quæſt.6. n.49.* Henriquez *dicto lib.14.cap.* §.4. *in fine*, Campanil. *dicto cap.17.num.107.* Barboſa *in dicto cap.propoſuiſti ſub dicto num.* 2. Et eſt horum, & aliorum ratio, quia non poteſt decenter celebrationem Miſſæ peragere, Llamas 1. *p.methodi cap.* 1x.
9 §.5. *pag.*185. † Et Leander cum illo *dicta diſp.*2. *quæſt.*49. in verbis ſequentibus: *Demum quicumque membri defectus impediens celebrationem, ſiue vſum alicuius Sacri ordinis, conſtituit irregularem quoad illum actum, quem facere non poteſt indecenter, & cum notabili turpitudine, vt ſi quis totaliter brachium vnum, nullatenus eleuare poſſit, ſed cogatur vnico tantum Hoſtiam Sacram, & Calicem eleuare, vel alicuius manus totalem vſum amiſerit, vt fractionem Hoſtiæ nequeat facere ambobus*, Barboſa *dict.alleg.*4.*n.*17.

10 Vnde Heoriquez *vbi ſupra dicto cap* 8. *num.*4. & Gibalin. *dict. cap.*3. *quæſt.* 2. *conſect.* 3. dicunt qood ſic debilitatus, per accidens dicitur irregularis ob manuum aridam, qui, ſi exquiſito, aut miraculoſo remedio viuicetur, deſinat hic debilitatus eſſe irregularis.

11 Etiam ex his infertur, ad caſum de illo qui tremulas habet manus; adeo vt periculum ſit ſubuertendi calicem, vt docent Filliuc. *vbi ſupra tract.* 19. *quæſt.* 45. Lublinus verbo *irregularitas num.*23. Pellizar. *tom.*2. *tract.cap.*5. *ſect.*2. *quæſt.*16. *num.*64. Leander *dicta diſp.*2. *quæſt.*48. Barboſa *in dicto cap.propoſuiſti num.*2. *in fine*, cum Maiol. & Toleto, idem *dicta alleg.*42. *num.*17. vbi loquitur etiam de articulatis, & arridis.

12 Ad quartam quæſtionis partem de illo, cui deeſt vogula pollicis, iuxta deciſionem Pontificis *in dicto cap.fin.hoc tit.* dicendum eſt, vt non ſit irregularis, ſi eſt fortis in pollice, vt poſſit frangere Hoſtiam, de quo dicunt poſſe ordinari, Abbas Aotiq. Collect. Zabarella, Innocent. Bellamera, Ioan.Andr.Butr. Ancharran. Hoſtienſ. Panormit. Henriquez, Viuian. Alagona, & alij, quos refert, & ſequitur Barboſa *ibi* Tabieoa verbo *corpore vitiatus*, verſ. *vtrum auulſio*, Campanil. *in diuerſorio iuris can.Rub* 11. *cap.*17. *num.*112. quibus addo Leandr. *de irregul.dict.tract.*2. *diſp.*2. *quæſt.*47. & confirmatur ex adductis *quæſt. præcedenti*, de illo, qui caret digito alio, præter digitos pollicem, & indicem.

13 Vnde quamvis Maiol. Roſella, & Tabiena apud Henriquez, *lib.*14. *cap.*8. *num.*1 *litt. N*, & Armilla verbo *corpore vitiatus num.* 5. videantur docere, vt ſit irregularis, tamen ſi prædicti authores attentè legantur, firmant noſtram concluſionem, cum ſolùm, vt Armilla debeant intelligi, quando operam oando rei illicitæ, amiſit quis vngulam pollicis; imò & ipſe Henriquez, vt refert, & expendit etiam Leander acriter affirmat, vt non ſit irregularis, etiam caſu, quod non poſſit benè frangere hoſtiam; quia contrarium nullo iure probatur, ſed non benè, vt illico.

14 Vode à contrario ſenſu ex eodem Armilla, & Syluestro, verbo *corpore vitiatus*, inferunt Leander *vbi ſupra*, & Barboſa *in dicto cap.fin. num.*2. *in fine*, quod amittens vngulam pollicis caſualiter dando operam rei illicitæ, ſine diſpenſatione celebrare non poſſit interpretentur veram eſſe, cum illius carentia non impedit fractionem hoſtiæ, quia ſi impediret, quamvis rei illicitæ nouaodo amiſiſſet, nec celebrare, nec ordinare, poſſet.

Itaque pro vero intellectu horum omnium iurium, & aliorum tituli noſtri, generaliter diſtinguendo, dico quod licet mutilatio in aliquo membro pincipali inducat irregularitatem, ſi ob culpam contingat, vt docent adducti, & referendi *in cap.*3.4.& 5. Nauar. *in manuali dicto cap.* 27. *num.*196 Cardoſus *in praxi iudic.* verbo *Sacramentum Ordinis num.* 1x. Nihilominus diſtinguendum eſſe inter murilationem membrorum ad executionem ordinum neceſſariorum, in quibus nihil refert vtrum caſu, vel culpâ ſit ſequuta mutilatio. Quod ſi caſu nempè, & ſine culpâ venerit in paruo membro oullam, aut minimam inducente deformitatem, irregularitatem non operetur iuxta gloſſam *in dicto cap. fin. hoc tit.* dummodo rei licitæ operam daret, Borgaſius *de irre-* 15
gul. hoc tit. num. 5. verſ. *autem p.* 5. † Sed ſi ex 16
ptopria culpa in mutilatioоem incideret etiam ſi culpa ipſa mioima, irregularitatem incurrere dixit Barboſa *in paſtor.dicta alleg.*41. *num.*10. *in fine*, addens io hac irregularitare fieti ab Epiſcopo diſpenſationem, vt miniſtret in ſuſceptis per *cap.* 1. noſtri tituli, ex quibus patet *dict. cap.* 1. loqui de ſuſpenſione, ſed de irregularitate minima, & ſic diſpenſabili ab Epiſcopo cootra intellectum Suarez, quem impugnaui *ſub quæſtione* 1. *præcedenti*.

Ad vltimam quæſtionis partem ſuppoſitis quæ *ſupra* dixi de facultate diſpenſandi cum corpore vitiatis ſub hoc textu, & *cap.*2. ac in aliis ad propoſitum *dicti cap.penult.* quoad primum punctum vt poſſit diſpenſare Pontifex, vt ſacrificet Sacerdos, qui vna caret mano: ita Henriquez *dicto lib.*14. *cap.*8. *n.*4. *litt. Q*, teſtatur ſe vidiſſe quendam irregularem, qui ob morbum impeditus erat manu diſpenſatum, vt celebraret, aſſiſtente ſibi miniſtro. † In ſecundo verò puncto ſi vtramque manum truncatam habet, etſi neger Auila *p.*7. *de cenſ. diſp.* 3. *dubio* 3. *concluſ.* 1. probabilius ſentit, vt poſſit diſpenſare, Henriquez *dicta litt. Q*, ſi cauſa iuſta exiſtat, & rationabilis ibi: *Nec liceret diſpenſatio, ſi truncatus eſſet, vtraque manu, niſi vrgente cauſa; ita vt per manum alterius Sacerdotis Hoſtiam eleuaret frangeret, & ſumeret*: ita illa, quem videtur ſequi Leander *p.*x. *de irregularit.diſp.*2. *quæſt.fin.* & 89 adhuc pro Auila vrget, quatenus exiſtimat oullam ob cauſam poſſe Papam diſpenſare licitè in tali irregularitate. 17

AD TEXT. IN CAP. II.
Super eo. De Corpore Vitiatis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Filius Canonici, num valeat ordinari remiſſiuè.*
2 *Maſculam habens in oculo, num valeat ordinari*, n.17. & 18. *vbi de habente illam alibi remiſſiuè.*
3 *Pitagoras ex faciei inſpectione admittebat, vel reprobabat diſcipulos.*

4 *Plato ex facie coniectatus fuit insignis ab Isocrates.*

5 *Faciei inspectione de moribus Iulianus coniectatus est à Sanct. Gregorio Nazianzeno Athenis.*

6 *Faciei fœditas sic improbum quem designat, vt aliter res miranda videatur.*

7 *Signa corporis ad dispositiones animæ solent syllogisari.*

8 *Facies sæpè significat quale sit cor.*

9. *Virtus exterior secreta cordis patefacit*, numero 11.

10 *Cordis intima clarescunt, ex operum specie.*

11 *Species corporis est simulacrum mentis figuraque probabilitatis.*

12 *Anima sæpe pulchra residet in corpore pulchro.*

13 *Physiognomia, & corporis pulchri integritas ad ordines exposcitur.*

14 *Sacerdotes apud Romanos eligebantur, qui erant genere excellentes, virtute præstantes, nec corpore trunco: idem apud Persas,* num. 15.

15 *Fœditas corporalis animi, morumque deformitatem iudicat.*

16 *Deformitas omnino difficulter bonus est.*

17 Cap. hinc etenim dist. 49.

1 DE duobus obiectis contra ordinandum patet hic in textu nostro, primum dè mascula in oculo, secundùm quod filius esset Canonici in verba ibi: *Tibi quod in oculo masculam habeas, & filius Canonici fueris obiectum.* Sed quia hoc secundùm spectat ad dispensationem requisitam, de qua *supra* dixi *in Rub. & toto tit. de filiis Præsbyterorum ordinand. vel non*, vt patet ex illis verbis textus nostri ibi; *Vt pro eo quod filij Canonici illius diceris in promotione tua ex multa dispensatione procedat*, ideò ad *ibi* dicta te re-
2 mitto. Et solùm hic agemus de ordinando, vel non, qui habet masculam in oculis, & per consequens de habentibus fœditatem in facie, siue à natura, siue propter aliquam mutilationem, aut deformitatem, ad quæ tendunt verba textus nostri ibi: *De mascula verò &c.*

3 Vnde antequam ad species talis masculæ descendamus visum est præter aliqua adducta in Rubric. præmittere, quod Pitagoras ex faciei inspectione discipulos admisisset, aut reprobasset, vt
4 testatur Aulus Gellius *noct. atticar. cap. 9.* † Et quod Socrates coniectauerit Platonem ex vultu insignem virtute, & doctrina futurum, vt tradit Iulius Saren. *lib. 5. de fato cap. 39.* quem referunt Torreblanca *de iure spirituali lib. 8. cap. 7. num. 11.*
5 *& 12.* Barbosa *in pastorali p. 2. alleg. 42. num. 4.* † Et S. Gregor. Nazianzenus Athenis Iulianum conspicien antequam imperio potiretur ex eius physiognomia, de moribus tale iudicium retulit vt referunt idem Torreblanca *dicto cap. 7. num. 14.* & Nicæphorus *lib. 10. cap. 37. Deus bone quantum malum Romanum fouet imperium.*

6 Quo fit vt Martialis *lib. 11.* epigram. in Zoilum ex corporis deformitate, atque faciei fœditate illum vocaret improbum, subiungens rem mirandam fore, si fortasse bonus esset in dicto sequenti.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus,
Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.

Cumque per signa corporis Logici Syllogizamus dispositiones animæ nobis ignotas, vt dicit Aristotel. *secundo priorum*, & aptimè sit physiognomia vtilis ad præsumptionem de aliquo capiendam Bald. *in l. 1. col. 2. cod. quorum appell. non recipiantur*, Hypolit. *in §. expedita num. 55.* Thomas Hacti *de ludo schachorum quæst. 5. princ. n. 66.* Gambara *de casibus reseruatis pag. 186. num. 14.* Caluacanus *de brachio Regio cap. 3. à num. 81.* † Iurisconsulti dicant faciem sæpè significare, quale sit cor, vt *in l. obseruandum ff. de officio Præsid. l. 3. ff. de testibus*; quod indicat Isaias *in cap. 3.* in verbis ibi: *Agnitio vultus eorum respondet eis.* † Hoc est virtus exterior secreta cordis patefaciat, vt docent ibi Lyranus, & Vatablus. 7 8 9

Et Propertius dicat quod, *ex operum specie clarescunt intima cordis*, quia exteriora indicant interiora, vt *in §. Pauonum inst. de rerum diuis.* item & Baldus *in lege obseruare codic. quorum appellat. non recip.* † Quod sicut turpis habitudo corporis declarat quem procliuem ad scelera, ita pulchra ad virtutes, speciesque corporis, sint simulacrum mentis, figuraque probitatis, Lucas de Pena *in l. 1. vers. secundo quæritur cod. qui ætat. vel profes. se excusauer. lib. 10. & l. 1. cod. de profes. qui in vrbe Constantinopol. lib. 12.* Matthæus de Meno *in tract. de modo studendi cap. 30.* Menoch. *de arbitr. casu 226. num. 5.* post Tyraquel. Torreblanca *dicto lib. 7. cap. 7. num. 6.* Thomas Acti *dict. quæst. 5. num. 26* D. Ambros. *lib. 2. de virgin.* quem çitat Zeuallos *in pract. quæst. 248. n. 13.* vbi *à n. 6.* multa de pulchritudine adducit. † Sæpeque in pulchro corpore pulchra resideat anima ex sententia Zini relata ab Alexand. *cons. 209.* incipit, *ponderatis numero* 10. vers. *dictus verò iuuenis.* 10 11 12

Ideò rectè in textu nostro, & in aliis nostri tituli physiognomia, & corporis pulchri integritas exposcitur; † quia si apud Romanos mos erat eos solos Sacerdotes eligendi qui & genere excellentes, & virture præstantes, nec tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trunco fuissent, vt refert Dionys. *lib. 2. Roman. antiquit.* † Et apud Persas vsu pariter receptum fuerit sacrorum ministros corpore integros admittendi nullam masculam habentes, nec aliqua corporis fœditate nototos Alex. ab Alex. *lib. 6. dierum genial. cap. 14* quia corporalis fœditas animi, morumque deformitatem iudicat argum. textus *in cap. quia diuersitatem de concess. Præbenda*, vbi Abbas *notab. 1.* Tyraquell. *lib. 2. connub. glossa 1. p. 2. num. 55.* Scobar. *de ratiocin. cap. 22. n. 1.* 13 14 15

Nec facilè esse dicat Bobadilla, *in sua politica lib. 1. cap. 8. num. 8.* cum aliis, vt qui omnino deformis est bonus sit, quid mirum vt in Ecclesia Catholica hæc exteriora etiam postulentur. 16

Præcipuè si consideremus ex sacra scriptura Leuit. *cap. 21.* vt refertur *in cap. hinc etenim 49. dist.* vbi Gregor. *in pastorali cap. 11.* mandans, vt ne qui vitiis est maculatus, sacrificium Deo offerat, latè, *ibi*, loquens, & omnino legendus in illo textu, in quo in principio sequentia verba referuntur à Domino loquente cum Moyse: ibi *loquere ad Aaron homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam non offerat panes Domino Deo suo, nec accedat ad ministerium eius* (vbi & repente subiungitur) *si cæcus fuerit si claudus, vel paruo, vel grandi, vel torto, naso, vel fracto pede, si manu si gibbus, si lippus, si Albuginem habens in oculo, si iugem, scabiem, si impetiginem, in corpore, vel ponderosus* 17

pondcrosus, vel herniosus: quæ omnia explicat *ibi* Gregor. & *in dicto cap.21. Leuit.* etiam additur, *Vt omnis, qui habuerit masculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedat offerre Hostias Domino, nec panes Deo suo.*

18 Ex quibus verbis rectè colligitur quæ competant ad materiam textus nostri, qui cum loquatur de habente masculam in oculo, rectè extendetur ad cæcum, ad lippum, ad habentem albuginem in oculo, ad nasutum, seu in eo mutilatum, ad illum, cuius aures sectæ sint, vbi de habente os difforme, aliavè faciei, & capitis difformia. De quibus singulis, *à quæstione* 1. hic.

QVÆSTIO I.

An mascula in vno solo oculo reddat ordinandum irregularem? Seu sint irregulares lippi, hoc est, qui lacrimantes oculos continuò habent, vel qui luscus est seu strabo, id est qui habet oculos distortos, aut dispares, vel sine palpebris, vel qui habet vnum oculum grandiorem altero, vel qui habet vnum tantùm oculum, seu qui caret virtute videndi oculo, qui vocatur Canonis? Et quid de cæco, ante, vel post ordines? Et qua dispensatione cæcus celebret?. Et an Episcopus possit dispensare cum monoculo ad minores ordines?

SVMMARIVM.

1 Cap.fin.dist.55.n.2.3.4.5.& n.23.& 24. & à n.25.& 28.

2 *Oculi defectus dextri aut sinistri ex deformitate inducit irregularitatem de iure*, numero 3.

3 *Oculi canonis defectus difficiliorem reddit dispensationem in ordinando, &* à num. 29. & 30.

4 *Corporis deformitas, aut membrorum etiam sine mutilatione eget dispensatione, vel consilio suffraganeorum.*

5 *Oculi macula, etsi secundùm aliquos inducat irregularitatem, verius solùm procedere quando parit deformitatem, non si parum perceptibilis sit, arbitrio Episcopi, vt* n. 6. *& explicatur*, ex n.7.

6 Cap.2.de corpore vitiatis intelligitur, n.7. 8. 9.10.11.12.

8 *Oculo maculatus; eget aliqua dispensatione; etsi arbitretur Episcopus, quod macula est leuis non sic in parua mutilatione vnguis pollicis casuali*, n.9.

10 *Episcopus determinat super macula, aut defectu corporis impediente ordinari, vel non, &* n.11. *qui debet esse proprius Prælatus, vt* n.14.

13 *Arbitrium, quo Episcopus determinat super magna, aut parua macula ordinandi est boni viri non liberè voluntatis.*

15 *Lippi dicuntur oculis obscurati humore defluente.*

16 *Lippi ad ordines irregulares non sunt, nisi ex horribili horrore apparente inspicientibus iuxta iudicium Episcopi, vt* n.17.

18 Cap.fin.dist.49.& à n.15.

19 *Luscus, seu strabo, qui habet oculos distortos ex magna deformitate reputatur irregularis non aliàs.*

20 *Oculos habens dispares, id est vnum altero maiorem ex magna deformitate erit irregularis*, n.22.

21 *Oculos habens sine palpebris ex magna deformitate, censetur irregularis, non alias.*

23 *Cocles, siue monoculus, id est qui vnum tantùm oculum habet, nec Clericus primæ Tonsuræ valet fieri*, n.24.

25 *Oculi albugo, siue carentia pupillæ; non inducens magnam deformitatem, non facit irregularem ordinandorum, vt* n.26.27.& 28. *& vide* n. 40. & 41.

27 *Oculo non carens, sed sola virtute videndi in solo oculo dextero, irregularis non est, si deformitas exterius non apparet.*

28 *Cæcus omninò ex vno oculo, quia eruitus, irregularis est.*

29 Glossa in cap.2.de verbor.signific.

30 *Oculi canonis defectus reddit quem deformem, sed forte non irregularem, vt* numero 32. & 33.

31 *Oculus sinister vulgò vocatur canonis.*

33 *Oculi canonis carentia, si suppletur sine deformitate; oculo dextro, non incurretur irregularitas ordine iam suscepto.*

34 *Oculo debilis, si videt lineas libri non est irregularis: aliter de illo, qui conuertit totum caput ad legendum, vt* n.35.

36 *Cæci omnino sunt irregulares ad ordines, etsi habeant oculos claros, si nihil vident*, numero 37.

37 *Sacerdos, cui superuenit cæcitas fit irregularis saltim ad celebrandum, non ad alia ministeria, quæ potest nihilominus peragere, vt prædicare, &c.* n.38.

39 *Cæcus ex dispensatione Papæ cum assistentia alterius Sacerdotis poterit celebrare.*

40 *Monoculus ad minores ordines nùm valeat ab Episcopo dispensari, &* n.41. *vbi de carente oculo, vel pupilla.*

VT omnia, quæ circa materiam textus nostri 1
de habente maculam, vel nubem in oculo rectè percipiantur, & per species designatas in titulo quæstionis clarescant, duxi dicere, ac præmittere generaliter ex textu *in cap. fin. dist.* 55. † 2
Quod licet oculi defectus non impediat absolutè sacrum ministerium: tamen propter deformitatem à Canonibus statutum esse, vt talis defectus irregularitatem induceret; & sic dixit Suarez *de censuris disp.51.sect.2.num.11.* nec vt ad hoc oporteat distinguere de sinistro, aut dextro oculo. † 3
Nam licet hoc possit conferre, vt si facilior, vel difficilior dispensatio, sed non inde referat quominus in vtroque casu inducatur irregularitas; quia Canones in hoc nihil distinxerunt, nec nobis relictam esse licentiam distinguendi, vt *dict. cap. fin.* insinuatur, & notauit *ibi* glossa addens iuxta hoc exemplum iudicandum esse de reliquis defectibus membrorum inducentium solam deformitatem.

Imò idem Suarez addens *dicta sect.2. num.* 14. 4
quod prædicta irregularitas contrahitur ex qualibet

bet notabili deformitate corporis, aut membrorum eius, licet sit sine mutilatione membri, aut partis eius, vel sine vlla ægritudine, aut proprio morbo iuxta communem resolutionem DD. ex D.Thoma *in 4.dist.25.quæst.1.art.2.quæst.4.* quæ sumitur *ex cap fin.hoc tit.*per argumentum à contrariò, & directè ex textu nostro, vbi committitur Episcopo cum consilio suffraganeorum iudicium, vel dispensatio in irregularitate orta ex oculi macula, quod non poterat esse, nisi ratione deformitatis, quia agebatur de quadam electione ad Episcopatum, cuius administrationi non poterat macula impedimentum afferre, sed deformitatem.

5 Vnde ad primam difficultatis partem videbatur dicendum non benè ex Pontifice in textu nostrò decisum, vt habens maculam in oculo, quæ non inducit magnam deformitatem, nec scandalum pariat in populo, non excludatur à Clericatu, nec etiam ab Episcopatu contra DD.antiquos, & ordinarios, Abbatem Antiq. Zabarell. Collect. Hostiens.Ancharran.Bellamer. Ioan. Andr. Innocent Panormit.Anan.Butrium,Viuian.Alagonam, Gimenez, Anton.Augustin. & alios, quos sequitur Barbosa sic intelligentes, & vt desumunt ex hoc textu Seraphin.Rot.*decis.625.* idem Barbosa *in pastorali p.2.alleg.42.num.30.*& addit Seraphin: *num.3.& 5.*in prædicto casu requiri Episcopi dispensationem; sicque prædictos implicatiuè loqui nec satis clarè, vt intelligatur; & sic Henriquez *lib.14.cap.8.num.2.*Filliucius *tract.19.cap. 6. q. 5. dicto 1.n.168.*Viuald.*de irregul. n.142.* affirmarunt esse irregularem, casu, quo macula, seu nubis foris appareat.

6 Verùm quia ipsi dicunt, quod si primò intuitu non appareat, nisi inspicienti subtiliter; ideò dicendum est rectè in casu textus nostri distingui debere: nam si macula leuem deformitatem causet; quantumvis primo intuitu appareat, non sit irregularis, vt docent etiam Nauar.*in c.27. n.199.* multi, quos refert *vbi supra*, Auila *p. 7. disp. 3. dub.*1.vers.*sequitur secundo*; cum Syluestro, Soto, Couar.Menochio, & Leandro *de irregul. tract.2. quæst.*10. Bonacina *eodem tract. quæst. 2. puncto 2. num. 3.* ideò secundùm hunc intellectum intelligendam esse inscriptionem nostri textus; secus autem quando macula, vel nubis, quam habet in oculo causet notabilem deformitatem; & hanc varietatem relinquit arbitrandam Pontif. Alex.III. Episcopo.

7 Sed offert se se illico dubium, quare si leuis sit macula, adhuc arbitrio Archiepiscopi relinquatur, & quare dispenset cum Episcopo attingat, & quando ex Suario possit dici, quod iudicium, seu dispensatio committitur Episcopo in irregularitate orta ex oculi macula; quia si macula leuis est irregularitatem non inducit, vt dicunt proximi relati Doctores. Si autem grauem deformitatem inducat, dispensatio, nonnisi à Pontifice Summo impertiri poterit, vt dicunt adducti, & Leander *vbi supra*, & Suarez *dicto num. 4. in fine*, vbi explicans verba textus nostri ibi, *Ex maxima dispensatione*, ait per illa indicari talem maculam, si deformitatem causet, magnam, inducere irregularitatem, & non committi ex dispensatione Pontificis, idem colligens etiam ex decretis *dist.25.*

8 Fatendum verò est hanc doctrinam veram esse, sed non inde negandum, vt si Episcopus arbitratus sit; maculam esse leuem, egeat nihilominus aliqua dispensatione, sic læsus, hancque impertiendam ab Episcopo ipso arbitratore: argum.eorum, quæ dicta sunt *in cap.1.in fin. 2.quæstionis*; eo quod adhuc restet aliqua deformitas
purganda. † Et in hoc differre paruam mutila- 9
tionem in vngue pollicis casualem, de qua *in cap. fin.huius tituli*, à parua macula in oculo, quæ aperiri facilè nequit aspectui cæterorum. E contra verò defectu illius vngulæ; quod si hoc displicet, dic securius in textu nostro non agi de dispensatione commissa Episcopo, sed tantùm de arbitrio super magna, aut parua macula eius iudicio relicta.

Offert se secundò aliud dubium, quare in ver- 10
bis sequentibus: *De macula verò Archiepiscopo prædicto mandauimus, vt cum consilio suffraganeorum suorum, quod exinde visum fuerit exequatur, in qua tibi ex maxima dispensatione curauimus prouidere*, cum reuera hoc Episcopo territorij soleat committi, & hoc sine aliorum consilio, vt patet *ex dicto cap.*1.& *ibi* iam adductis: nam cum dubitatur sit ne talis corporalis defectus, aut morbus, qui ordinis executionem impediat, aut scandalum gignat, spectet ad Episcopum determinare, vt docent Couar.*in clem.si furiosus p.1.num.5.*Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 45.* Nauar.*cons.1.num.3.hoc tit.*Auila *de cens.p.7.disp.3. dub.3.*Bonacina *eodem tr.disp.7. quæst.2. puncto 2. num.36.*cum aliis Barbosa *hic*, *& alleg. 42. n.60.* Campanill.*in diuers.Iuris Canon.Rub.11.cap.17. à*
num.82. † Ipsique remittatur quod sit modicum 11
vitium, aut quæ notabilis deformitas, vt docent Menoch.*cons.96.n.30.& 31. & de arbit. casu 226. num.*7.Seraphin.*dicta decis.225.num.*4. Henriquez *dict.lib.14.cap.8.§.1.* Salzed. ad Bernard. Diez *in pract.cap.17.num.16.*Bellet.*disquisit.Cleric.p.1.tit. de disciplin.Cleric.§.7.num.26.* Bartholom.de Bechis *in praxi nouit. disputat. 5. dub. 6. num. 2. in fine.*

Verùm dicendum est, ideò in textu nostro 12
causam fuisse commissam Archiepiscopo Cantuariensi cum consilio suffraganeorum; quia ibi agebatur de electione ad Episcopatum, quæ ad Papam, vel ex commissione ad Archiepiscopum spectat: sic explicat Suarez *de cens. dict. disp. 51. sect.2. sub num.16.* addens arbitrari super defectu semper pendere ab arbitrio Episcopi ex textu nostro, vbi notant Doctores, & *ibi dict.num.14.* & cum eodem aduertit Leander *dict.quæst.10.in fine*, non esse necessarium ad prædictum arbitrium consilium suffraganeorum, vbi commendat legendum Baunij *tractatu 11. quæstione 56. pagina 530.*

Et de prædicto arbitrio notant DD.*hic*, & iam 13
adducti *sub cap. 1.* verba textus nostri ibi, *Quod exinde visum fuerit*, importare arbitrium boni viri; non autem liberam voluntatem, vt dixerunt Menochius *de arbit.lib.1.quæst.8.à num.1.* Barbosa *hic num.3.*Fr.Eman.Rodriguez *quæst.regul.tom.2. quæst.119.art.3.vers.ex quibus* Gonzalez *ad reg.8.*
Cancel.§.7.proœm. num.112. † Additque Suarez 14
dict. num. 16. in fine prædictum iudicium cum proportione pertinere ad Prælatum, qui vel ordines confert, vel saltem dimissorias litteras concedere potest ad ordines recipiendos cum Angelo verb.*corpore viciatus*; & quod licet Syluester reiiciat ex congruentia philosophica sibi placere ait Suarez; quia talis Prælatus habet iurisdictionem quasi Episcopalem, ad quam magis hoc pertinet, quam ad characterem, ait tamen esse semper liberum Episcopo, qui daturus est ordines admittere

tere, vel reiicere tale arbitrium, de quo iam *sup.* dixi sub Rubrica huius tituli.

15 Ad secundam quæstionis partem, in qua de aliis deformitatibus in oculis ordinandi agendum est; & quia Gregor. *sub dict. cap. fin. dist.* 49. loquitur de lippo, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurat, quod in lippis, quorum pupillæ in oculis sanæ sunt, sed humore defluente infirmantes palpebræ grossescunt, & quæ quia infusione crebra atteruntur etiam acies pupillæ vitiatur: alia addens Gregorius ad spiritualia *ibi* videndus in vers. *lippus*; ideò optimè potuerunt DD. de lippis agere nùm sint irregulares.

16 In quo dubio breuiter Henriquez *dict. lib.* 14. *summ. dict. cap.* 8. §. 2. *in princ.* Cardosus *in praxi* verb. *Sacramentum Ordinis num.* 15. Barbosa *in pastorali dict. p.* 2. *alleg.* 42. *num.* 30. dicunt lippum esse irregularem, modo tamen longa, & diuturna, atque continua sit lippitudo, & horrorem inspicientibus afferat, absque subtili inspectione, Campanil. *dict. cap.* 17. *Rub.* 17. *num.* 74 idem Barbosa *in dict. cap. fin. dist.* 49. *num.* 6. Leander *dicta dicta disp.* 2. *resp.* 1. qui postquam refert *ex lenit.* 22. & *dict. clem lib.* 2. *const. Apostolic.* hos vetari eligi ad Sacerdotes, ait nullomodo lippos esse irregulares, nisi ex horrore dicto: sic etiam docuerunt apud illum, & Henriquez, Maiolus, Astensis, Rosella, Syluester, Viuald. *de irregul. num.* 143. *in antiquis*, & apud illum Nauar. *dict. cap.* 27. *n.* 199. glossa Episcop. Scalens. Filliuc. *dict. tract.* 19. *cap.* 6.
17 *num.* 168. † Qui etiam dicunt, vt faciendi iudicium facultas, quis horror notabilis, vel non relinquetur per textum nostrum arbitrio Episcopi.

18 Et prædicta confirmari videntur ex sequentibus verbis Gregorij *in dict. cap. fin. dist.* 49. ibi: *Et sunt nonnulla, quorum sensum carnalis vita operatio sanciat, qui videre recta subtiliter per ingenium poterant, sed vsu prauorum actuum caligant. Lippus itaque est enim sensum natura exacuit, sed conuersationis prauitas confundit* (cui benè per Angelum dicitur collyrio in vngue, vt videas) *Collyrio quippe oculos, vt videamus inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem, intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiunamus*, & vide *actor.* 3.

19 Ad alium casum de illo, qui habet oculos distortos, qui dicitur luscus, seu strabo, respondetur ex doctrina proximè iacta, nempè vt sit irregularis, si magnam deformitatem talis defectus inducat; secus si aliàs; sic Henriquez *vbi supra dict. tract.* 19. *cap.* 6. *quæst.* 5. *num.* 168. Leander *dicta disp.* 2. *de irregul. tract.* 2. *quæst.* 16. dicentes prædictum iudicium, etiam spectare ad Episcopum, vt *supra* diximus.

20 Et simili modo de illo iudicant DD. qui habet oculos dispares, hoc est, qui habet oculum altero maiorem, & grossiorem intelligentes in casu, quo talis magnitudo, seu disparitas inducat notabilem deformitatem, aliàs non item, vt docent Abbas *hic num.* 3. vers. *quæris glossa*, Barbosa *n.* 6. in glossa *visum fuerit*, in verbis: *Item pone quod habent vnum oculum maiorem altero*, Syluester verb. *corpore vitiatus num.* 5. vers. *si verò*, Campanillus *in diuers. Iuris Canon. dicta Rub.* 11. *cap.* 17. *num.* 75. cum Nauarro, Bonacina *de irregul. quæst.* 2. *puncto* 2. *num* 4. Henriquez *dict. lib.* 14. *cap.* 8. *n.* 2. Leander *dict. disp.* 2. *quæst.* 13. ita intelligentes dictam glossam nostri textus, qua videtur negatiua sententia adstrui *per leg. qui clauum* §. 1. *ff. de adil. edicto.*

Et dicendum est de illo qui habet oculos sine palpebris, qui si aspicientibus modo dicto horror magnus non causet, non erit irregularis; secus si causet, vt docent Henriquez *dicto lib.* 14. *cap.* 8. *num.* 2. in verbis sequentib. *Oculos habens prominentes non est irregularis, nec si valdè lippus sit, aut sine palpebris, nisi horrorem inspicientibus afferat absque subtili inspectione*, Leander *d. disp.* 2. *q.* 12. & *sub q.* 11. 21

De illo, qui habet vnum oculum grandiorem altero, dictum est hic in versiculo, & *simili modo.* 22

Ad tertiam quæstionis partem, an sit irregularis, qui vnum tantùm oculum habet, qui vocatur monoculus; id est cocles; & docent DD. quod talis sit irregularis; sic vt nec fieri possit Clericus primæ Tonsuræ per textum *in cap. fin. dist.* 55. vbi habetur ex Gelasio scribente Rufino Episcopo non esse præstanda iura Sacerdotij; cui oculus 23
erutus est. † Et inde nec istum fieri posse Cleri- 24
cum, etiam primæ Tonsuræ docuerunt Seraphinus *dicta decis.* 625. *num.* 1. 2. & 3. Nauarrus *in manuali dict. cap.* 27. *num.* 199. Campanil. *in diuers. Iuris Canonici Rub.* 11. *cap.* 17. *n.* 70. Barbosa *in dict. cap. fin. n.* 1. & *in pastorali dicta alleg.* 42. *sub n.* 30. Nauarrus *in praxi elect. var. fori sect.* 2. *quæst.* 8. *n.* 12. *in vltim. princ.* Torreblanca *de iure spiritnali dict. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 49. Henriquez *dict. lib.* 14. *cap* 8. *num.* 2. Auila *p.* 7. *de cens. disp.* 3. *dubio* 1. ex Syluestro verbo *corpore vitiatus quæst.* 6. Leander *dicta disp.* 2. *q.* 7. cum aliis, & Vmald. *de irregul. n.* 139. cum Archidiacon. Rosel. Tabiena, Armil Maiolo, & Nauar.

Dubium tamen est de illo, qui caret pupilla oculi, & respondent Seraphinus *dict. decis.* 625. *p.* 2. *num.* 1. 2. & 3. dicens sic fuisse decisum, & de præcedenti casu Nauar. *dict. cap.* 27. *n.* 199. Campanil. *dict. c.* 17. *n.* 70. Barbosa *dicta alleg.* 42. *sub dicto num.* 19. esse irregularem, quod probari videtur ex verbis textus *in dict. cap. fin dist.* 49. ibi: *Albuginem habet in oculo, qui veritatem lucis videre non sinitur; quia arrogantia sapientiæ, seu Iustitiæ secatur. Pupilla namque oculi nigra videt Albuginem, tollerans, nihil videt; quia videlicet sensus humanæ cognitionis, si stultum se peccatoremque intelligit cognitionem intimæ claritatis apprehendit; si autem candorem sibi Iustitiæ, siue sapientiæ tribuit, à luce se superna cognitionis, & eo claritatem veri luminis, nequaquam penetrat, quo se apud se arrogantiam exaltat, &c.* Per quæ verba arguitur ad prædictam resolutionem, & sic Henriquez *dict. lib.* 14. *cap* 8. §. 1. & 2. dicens esse irregularem habentem oculos, sed alterum ipsorum inhabilem; quia visu ille caret, quamvis sanus, & integer aliis videatur: idem *ibi num.* 74. vt refert etiam Barbosa *dict. num.* 19. *in fine*, extendit ad habentem in oculo Albiginem, & videtur tenere Viualdus *de irregul. num.* 141. cum in hoc casu, etiam requirit dispensationem, & ante illum glossa *in c.* 1. *de verb. signif. lib.* 6. 25

Sed contra hoc videtur esse communis resolutio incontrarium in illo, qui habens vtrumque oculum integrum, caret scilicet visu oculi dextri; quia huiusmodi defectus non impedit decentem vsum ordinis, nec inducit notabilem horrorem aut deformitatem: idem Nauar. *dict. cap.* 17. *num.* 199. Henriquez *dict. lib.* 14. *num.* 2. Auila *dict. p.* 7. *disp.* 3. *dub.* 1. vers. *hinc sequitur primo*, Filliuc. *dict.* 26

dict.tract.19.cap.6.quæst.5.dict.1. num.168. Bona-
cina *quæst.2. de irregul. puncto 2. num. 1.* Molioa,
Vgolin. Tolet. & Reginald. apud Dianam *p. 9.*
tract.6.ref.22. Pellizarius *tom.2.tract.7.cap.2. q.12.*
num. 58. Gibalinus *de irregul.cap.3. quæst.2. con-*
sect.1. verſ. *te tio*, Caſtrus Palaus *de cenſ. diſp. 6.*
puncto 12.num 3. Villalobos *tract.21. diſ.35. n.14.*
& confirmari videntur hæc ex dicendis inverſ. *ad*
27 *quartam.* † Et docet Suarez *de cenſ.diſp.51.sect.2.*
num 15. dicens eſſe communem reſolutionem, vt
ille, qui caret virtute videndi in ſolo oculo dex-
tro, ſi nec oculo caret, nec exterius pparet de-
formitas non ſit irregularis.

28 Nec obſtant dicta per contraria ſententia, quia
debent intelligi per dicta in verſ. *ad tertiam*, hic
de illo, qui cæcus eſt omnino ez vno oculo; quia
erutus per tectum, & Archidiaconum *in dicto c.*
29 *ſi euangelica fin dict diſt. 55* † De quo loquitur
gloſſa adducta *in dicto cap.2.de verb. ſignif. lib. 6.*
ſic tantùm intelligenda, etſi etiam videatur loqui
de carente viſu, additque Suarez vt poſſit quis
eſſe cæcus ex vno oculo, & non carere illo, nec
tunc ſemper ſit irregularis, ſed cum dictione, tum
ex deformitate, vel ſi non videat per oculum ſi-
niſtrum, qui dicitur canonis, de quo caſu hic *infra*
proximè verſ. *ad quartam.*

30 Ad quartam quæſtionis partem, an qui caret,
virtute videndi, oculo ſiniſtro, ſcilicet, qui vo-
catur canonis, ſit irregularis? In quo dubio, &
communis modus dicendi eſt, quod qui caret
virtute videndi in ſiniſtro oculo, ſit irregularis;
quia licet abſolutè non reddat faciem deformem;
facit tamen, vt ipſe actus celebrandi, ſeu legen-
di Canonem, cum quadam fiat deformitate †
31 Propter, quod oculum ſiniſtrum vocari ſolere
oculum canonis, dixerunt DD. inter quos Nauar.
in cap.27.num.199. Burgoſ. *p.5.de irregul.de corpo-*
re vitiat.num.4. Suarez *vbi ſupra ſub dicto num.15.*
& inter alia verba Nauarri videnda ponit ſequen-
tia Leander *de irregul. tract.2. diſp 2. quæſt.9.* ibi,
Et id:è cap.ſi Euangelia diſponens de carentia oculi
quæ grauem inducit deformitatem, non extenden-
dum ad carentiam viſus, quæ irregularitatem non
facit, loquens nempè, vt in caſu præcedenti de
parente ſolo viſu oculi dextri, & non ſiniſtri, de
quo ait teneri poſſe, vt ſit irregularis, *Cum ſit ne-*
ceſſe videre eo, vt canonē Miſſæ ſine indecora, & ni-
mia faciei ad populū conuerſione legere poſſet: magis
enim deformitas, quam defectus viſus in hoc vide-
expenſus: ita ille, quem ſequuntur Auila, Bona-
cina, & Diana *vbi ſupra* Baunij *tract.11. de cenſur.*
quæſt.56.aſſert.4 in fine, cum Layman. & Pelliza-
rius cum aliis *tom.1.tract.7.cap.5. ſect.2. quæſt.12.*
num.58.

Sed licet hæc ſit communis ſententia, video
32 eam etiam communiter limitari per *ſupra* relatos,
quādo etſi careat virtute viſiua oculi ſiniſtri cano-
nis, alia dextro oculo: ita rectè videt, vt ſolo il-
lo abſque deformitate queit legere canonem Miſ-
ſæ, cum illa deformitas vitari poſſit, vel peculiari
canone extra miſſale coram ſe poſito, vt dicunt
Filliucius *tract.19.cap.6. quæſt.5. dicto 1. num.168.*
Leander *de irregul.dicta diſp.1.quæſt.9.in fine*, cum
Auila, & Diana, vel miſſali ita aptato, vt dextro
oculo abſque oris conuerſione legere facilè poſſit:
quare optimè docuerunt Nauarr. *ſupra* Sayrus *de*
cenſ.lib 6.cap 8.num.8. Bellet. *diſquiſit.Cleric.tit.de*
de diſciplina Cleric.§.7.num.29. Bonacina *de irre-*
gul.dicta quæſt.2.puncto 2.num.2. Homo Bonus *de*
examine Eccleſ.tract.12.cap.2. quæſt.5. in obſeruat.
verſ. *maneat*, Molfeſ. Filliuc. & Diana, *vbi ſupra*,
quos ſequitur Barboſa *in paſtorali dicta alleg. 42.*
p.2.num.31. Bartholom. de Bechis *in praxi obſeruat.*
in admittend.ad relig.ſtat. nouit. diſp. 9. dubio 21.
num.6. videndus Gibalin. *de irregul.cap.3 q.1.con-*
ſect.1.

Quarè, etſi Henriquez *dict. lib.14 cap.8. n.2.* 33
videatur abſolutè negare in verbis ſequentibus
monoculus quamvis verè vterque oculus ſit clarus
ſi in ſiniſtro, qui dicicitur *canonis*, non videt, eſt
irregularis; ſecus ſi eo videt, ſed non dextro ocu-
lo: tamen debet intelligi iuxta dicta, & iuxta di-
ſtinctionem Suarez *in dicta diſp.51. ſub dict. n.15.*
in fine, vbi referens ex Nauarro *ſupra*, quod ſi
quis carens virtute viſiua in oculo ſiniſtro, tanta
polleat virtute in dextro, vt ſine deformi faciei
couerſione poſſit legere canonem, non ſit irregu-
laritaris: tamen id certiſſimum eſſe dicit, quando
talis defectus ſubuenit poſt ordinationem, ſed
antecedit, dicit practicè probabilem ſententiam
eſſe contrariam; quamvis tunc maturiori iudicio,
& prudentia, animaduertere oporteat, vt virtus
alterius oculi, & firma ſit, & ſufficiens ad illam
deformitatem tollendam, in lectione cano-
nis.

Et ſub hac diſtinctione valet amplecti Henri- 34
quez, *vbi ſupra litera X*, Toletus *lib.1. cap.63.*
num. 65. verſ. *hi omnes*, Filliucius *vbi ſupra* di-
centes, quod ſi oculo ſit debilis, dummodo videat
librum, & lineas, non ſit irregularis, quamvis chara-
cteres non legat.

Et quod aliàs qui eget ſpicillis ad legendum 35
eſſet irregularis, docentque Toletus Suarez *n.16.*
& Filliucius quod prædictus ex ſtylo Curiæ in-
diget diſpenſatione; quia deforme eſſet, totum
caput conuertere ad legendum; quod eſt ſecu-
rius.

Ad quintam quæſtionis partem de omnino cæ- 36
cis breuiter ex dictis videtur abſolutè dicendum,
vt ſint irregulares; quia cæcus fieri Clericus non
poteſt, *dict.cap.fin.49.dict.cap fin.diſt.55.* vbi Bar-
boſa cum pluribus; idem *in paſtorali dict. p.2.*
alleg.42.num.27. Bellet. *dict.tit.de diſciplina Cleric.*
dict.§ 7.num 22. Campanill. *dict. Rub.11. cap.17.*
num.51. Henriquez *dict.lib.14. cap.8. §.2.lit. L.*
Filliucius *dict.tract.19.num.167.* Raguſius *de Miſ-*
ſa in Eccleſia quæſt.7. Diana *dicta p.5 tract.6.ref.22.*
& probant Nauar. Viuald. & alij, quos ſequitur
Leander *de irregul.tract.2.diſp.2.quæſt.3.* Pellizar.
dict.cap.5.tom.2.tract.ſect.2. à num 50. Gibalinus
ſup c.3.de irregul.quæſt.2.conſect.2. Caſtrus Palaus
de cenſ.diſp.1.puncto 11.num.3. Et hoc licet habeat
oculos integros, & claros ſi nihil videt, quia ta-
lis nequit celebrare abſolutè, aut ſaltem ſine pe-
riculo, & ſcandalo: ita colligens *ex dicto cap.fin.*
diſt.55.

Imò erit irregularis Sacerdos, cui iam ſacer- 37
dotio initiato ſuperuenit cæcitas ad minus quoad
celebrationem Miſſarum, quia ſic conuincitur, ex
textu, & fundamentis nuper adductis *à num. 1.*
vt docent adducti, & Syluester, Maiol. Aſtenſ.
Tabiena, & Nauar. quos ſequitur Henriquez
ſup.dicto lib.14.8.ſect.2. num. 2. D. Thomas *3. p.*
quæſt.82.art.2.ad 3. Sotus *diſt. 13. quæſt. 10.* vide
Suarez *ſup. ſub num. 13.* † Sed dicunt prædicti, 38
& cum aliis Barboſa *dicta alleg. 42. ſub num. 27.*
adducens plura miranda de cæcis *ibi à num. 28.* vt
cæcus in ſuſceptis ordinibus poſſit miniſtrare, in
quibus viſui non eſt opus, vt prædicare, confeſſio-

nes

nes audire, & beneficia possidere illi dato coadiutore, si personale seruitium requirant, vt dicunt etiam Maiolus *de irreg.larit.c.*10.*verſ.cæcam vero, n.*11. Flamin.*de resignat.lib.*5.*q.*6.*n.*37. idem Bar-
39 bosa *disp.*1.*dist.*49.*n.*2. † At ex dispensatione Papæ cæcum posse celebrare Missam, si alius Sacerdos, aut vir expertus illi adsit cæco celebranti, docent Sotus *in* 4 *dist.*13.*q.*1.*in fine*, Henriquez *dict. c.*8.*n.*2. *litt. M*, se vidisse quosdam dispensatos à Papa, Leander videndus *de Eucharistia disp.* 8. *q.*64. Gibalinus *supra verſ.*1. Pellizar. *dict. q.*12. *n.*57. & alij penes eos idem Leander cum aliis *de irregul.dicta disp.*2.*q.*8. *contra Nugnam* 3.*p.*4.

40 Ad vltimam quæstionis partem, an Episcopus dispensare possit cum monoculo ad minores ordines, disputant per textum nostrum Balbus *decis.* 51. vbi affirmat dicens iura de hac prohibitione tractantia loqui tantùm respectu Presbyteratus, &
41 aliorum sacrorum ordinum; non autem respectu promotionis ad beneficium.† Sed Rubin.*decis.*23. dixit quod nec ad Clericatum promoueri posset, & de eo, qui caret oculo, vel pupilla, vt sit irregularis, etiam quoad Clericatum tenuerunt Rota Romana in vna pensionis 3.Iunij 1583. coram Seraphino, & Hartam. *decis.*91. dicens monoculum simpliciter esse irregularem, non autem eum, qui caret visu oculi dextri; & pro hac ex dictis videtur tenendum: & ita sentire conspicitur Riccius; qui hæc refert ad textum nostrum *collect.*1168.

QVÆSTIO II.

An carens omnino, vel ex parte naso, aut habens illum nimis paruum, aut magnum nimis, vel distortum, vel qui caret odoratus sensu, sit irregularis? An habens os distortum, seu labia corrosa, vel abscissa, aut cui pars linguæ fuit abscissa, vel qui caret omnino dẽtibus, vel qui furore aliquo sibi dentes extraxit, seu pugno euulsit alterius dentes; seu prominentia dentium extra os? Quid de muto à natiuitate, vel casu factus, & de Balbis?

SVMMARIVM.

1 *Facies, quæ est pars anterior capitis humani constans ex fronte, oculis, naso malis ore, & mento, si notabiliter sit difformis, inducit irregularitatem, aut si maculata esset nimis*, n.2.

3 *Nasus, pressus, grandis, aut tortus, deformitatem causans notabilem, prohibet quem ordinari: de ratione*, n.4.& 5.

5 *Odoratus sensu carens non est irregularis, &* n.6.

7 *Nasi abscissio, etsi suppleri possit; inducit irregularitatem ad ordines suscipiendos. Et quid, vt ministret in susceptis, si suppleatur, alio naso refecto.*

8 *Os deforme habens, & imperfectum non est admittendus ad ordines, quando foeditatem, aut horrorem generat, non tamen ordinis vsum, vt* n.9.

10 *Labia corrosa, aut abscissa nimis, si deformitatem magnam causant, faciunt quem irregularem ad ordines.*

11 *Linguæ defectus risum causans in loquela prohibet quem ordinari.*

12 *Dentibus omnino carens non est irregularis, nisi cum notoria culpa quis eos euulserit, non alias, vt* n.14.& 15.

13 *Dentes non numerantur membra: aliter censent Sotus, & Caietanus*, n 16. & 17.

16 *Dentem, aut dentes alteri iniuriosè euellens, non dicitur mutilator.*

17 *Pœna iuris in materia irregularitatis nunquam ampliantur.*

18 *Dentium prominentia extra os, parit irregularitatem.*

19 *Dentes prominentes potest quis licitè rescindere, qui tunc, cessante irregularitate, poterit ordinari, si periculum vitæ non adesset.*

20 *Mutus lingua carente, aut vsu eius, nequit ordinari; imo & perdit ordinis executionem, fallit vt* n.21.

21 *Mutus iam factus Presbyter poterit ministrare Eucharistiam præ consecratam ab alio; non vero baptizare, absoluere, consecrare, &c.*

22 *Demosthenes fuit balbus, qui calculis sub lingua positis R.litteram didicit.*

23 *Balbi & Blesi non sunt irregulares, nisi ex difficili locutione*, n.24. *Moyses fuit blesus.*

AD primam, & alias quæstionum partes hu- 1
ius corollarij, & aliorum, vt respondeamus breuiter generaliter, præmittendũ est, quod facies, quæ est pars anterior capitis humani constans ex fronte, oculis, naso, malis, ore, & mento, si notabiliter deformis sit inducit irregularitatem, vt in-
quit Nauar.*c.*25.*n.*72.† aut si illa adeo maculata 2
foret, vt propter scandalum, inhabilis esset ad ordines, Syluester verb.*homicidium* 3.*q.*4.*verſ. limita secũdo*, vel si esset aliquibus coloribus, vel vulneribus deturpata ex his, quæ scribit Maiol.*de irregul. lib.*1.*c.*21.*n.*1. verſ. *propterea*, refert, ac sequitur Barbosa *in pastorali p.*1.*alleg.*42.*n.*25. qua generalitate posset fieri iudicium iuxta doctrinã Suarez *de censſ.disp.*51.*sect.*1.*n.*16. de cæteris deformitatibus faciei, membrorum, aut sensuum, cum in particulari hoc semper pendeat ex prudentis arbitrio; de quo iam dicta sunt aliqua *in q.*1. textus nostri. Sed quia melius ex formatione casuum, & specierum decisio dubiorum clarescit; ideo pœna casus adductos *hic, & in c.*1.*& in Rubr.* opportunè duxi inquirere de his spectantibus ad deformitatem faciei, corporis humani potior pars, vt patet ex præmissis ad nostrum textum.

Igitur per textum *in cap. hinc, & hinc dist.*49. 3
DD. docent, quod qui nasum pressum, aut grandem, vel tortum detinet, prohibetur ordinari; videlicet, si illius paruitas magnitudo, vel tortuositas deformitatem pariat, vt explicant Salua *de benefic. p.*3.*q.*5.*verſ. item ille in principio post n.*44. Barbosa *in pastorali dict. allig.*42. *n.*38. idem *in dicto cap. hinc n.*4. & vtrobique cum Campanillo *in diuerſ. Iuris Canon.Rub.*11.*c.*15.*à n.*81.& Viualdo *in candelabro aureo de irregul.n.*491. censet id dirimendum arbitrio Episcopi.

Et ratio est, quia talis caret membro quidem 4
venustissimo, ex cuius carentia oritur in homine deformitas magna, & scandalum: sic Abbas *in c. fin. hoc tit.* Villadiego cum Nauarro *d.c.*27.*n.*200. verſ. *sexto*, Hostienſ. Raymon Goffred. & Innoc. quos sequitur *summ.confessor.lib.*3.*tit.*18. *in fin.* S. Thom. *in* 4.*dist.*25.*q.*2. Sotus *ibi q.*1.*art.*3. Maior. *lib.*1.*cap.*22. *in fine*, Viuald.*n.*150 Molina *de iust. tom.*2.*tract.*3.*disp.*70222. Filliucius *tract.*19 *cap.*6. *quæst.*5. *dicto* 4. Bonacinæ *quæst.*2. *de irregularit.*

puncto 2. *num.*5. Henriquez *lib.*14. *cap.*8. *num.*3. Pellizer.*tom.*2.*tract.*7.*cap.*5. *sect.*2. *quæst* 16. *n.*64. Gibalinus *cap.*3, *quæst.*2. *de irregul. consect.*2. qui omnes, & Leander. *de irregularitate tract.*2. *disp.* 2.*quæst.*33 & 34. idem docent, cum magna consurgit deformitas, quando quis habet nasum nimis paruum, aut magnum vel distortum cum Alberto, Speculatore, Hugo, Soto, quos sequuntur Viuald. *num.*149. & Henriquez *n.*2. ac cæteri proximè adducti.

5 Ad secundam quæstionis partem de illo, qui caret odoratus sensu idem videbatur dicendum sumendo argumentum ex verbis Gregorij, *in dicto cap. hinc dist.*49. ibi: *paruo autem naso est qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est* (naso quippe odores fœtoresque discernimus) *rectè ergo per nasum discretio exprimatur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus*; & referens alia verba, *Cantic.*7. concludit, *nasus enim grandis & tortus est discretionis, subtilitas immoderata, quæ dum plus quam decet excreuerit* 6 *actionis suæ rectitudinem ipsa confundit.* † At in hoc puncto verius est dicere, quod qui caret odoratus sensu non sit irregularis; quia ad ordines suscipiendos parum refert odoratus, dum nasum habeat quis integrum, Filliucius *tract.*19.*cap.*6.*q.*5. *num.*171. Leander. *dicta disp* 2.*q.*35. quare Gibalinus *supra dicto cap.*3.*q.*2.*consectar.*3. dixit vt qui caret sensu odoratus integro tamen naso, & non corroso, aut deformi, irregularis non sit; quia hic sensus vix necessarius est ad Sacra ministeria peragenda.

7 Pro complemento nostri dubij aduerto quod carentia nasi non difficulter potest suppleri alio naso refecto ex carne, vel alia materia carnis colore, vt tunc censeatur irregularitati occurri, quod intellligerem respectu illius, qui iam ordinatus est, sed non ante ordinationem; aliàs enim de facili fraudaretur iuris dispositio, *in dicto cap. hinc* 49. *dist.* faciliusque occurreretur illo modo caréti naso, quàm illud habenti paruum aut grande nimis: & hoc dictum videtur probari ex doctrina Suarez *dict. disp.*51. *de cens. sect.*2. *sub dict. num.*13. vers. idē est de defectu cæcitatis: nam antecedens omnino impedit Sacerdotium, vt patet *in dicto cap.*1. 49. *dist.* & Clarius *in Canon.*77. *Apostolor.* & patet ex dictis à Barbosa *dicta alleg.*42. *num.*33. cum Henriquez Molina, Bonacina *vbi supra*, & cum Mnlfesio, *tract.*2. *cap.*16. *num.*14. Ragusio *de missa in Ecclesia, quæsito* 8. *num* 25. dicentibus nasi abscisionem irregularitatem inducere propter deformitatem.

8 Ad tertiam quæstionis partem, an, os distortum, seu labia corrosa, vel abrasa, &c & in his casibus breuiter DD. respondent; inter quos Maiol. *de irregul. lib.*1.*c.*21. vers. *præterea*, Bonacina, *de irregul. disp.*7.*q.*2.*puncto* 2 *n.*6. Campanillo *dict. c.*17.*n.*86. & 87. Barbosa *dicta alleg* 42.*n.*4 vt habens os deforme, & imperfectum non sit admittendus ad ordines, videlicet quando fœditatem, aut horrorem generat, puta si corrosum, aut contortum esset, D. Thomas *d. q.*52.*q.*1. & ex illo Bauny *tract.*11 *q.*56. *assert.*3 *in fine*, & 5. Henriq. *lib.*14.*c.*8.*n.*2. Filiuc. *tract.*19.*c.*6.*q.*5.*dict.*4 *n.*171. Gibalin. *dict. c.*3.*q.*2. *consect.*2. & alij, quia huiusmodi defectus, quando notabilis est, verè tollit faciei, ac vultus claritatem; sic vt pariat irregularitatem.

9 Nec obstat dicere oris defectum non impedire ordinis vsum suscepti, aut susceptionem non habiti, quia respondeo cum relatis, & cum Leandro sub *dicta disp.*2.*tract.*2.*de irregul.q.*28.*in fine*, quod licet dictus defectus non impediat ordinis vsum, tollit tamen, vt dictum est, claritatē faciei faciendo deformitatem, quod satis est ad inducendam irregularitatem.

Et simili modo respondeo ad defectum illius, 10 qui habet labia corrosa nimis, vel abscissa, quia licet Viuald. *de irregularit. n.*163. dicat raro, aut nunquam contingere aliquem ob labiorum defectum esse ab ordinibus repellendum; cum sint rarissimi, vel nulli labiorum defectus. Tamen si contingat vt aliquis habeat labia corrosa penitus, vel abscissa, erit irregularis; quia magnum causat horrorē, aut scandalum ob deformitatem, qua laborat sic docēt Henriquez *vbi supra dict. cap.*8. *num.*3. Bonacina *dict. q.*2.*punct.*2.*n.*6. Filliuc. *dicto tract.*19.*c.*6.*q.*5. *n.*171. Bauny *dict. tract.*11.*q.*56.*assert.*3. vers *pates te in*, Leander. *q.*27. *dict. disp.*2 & Maiol. *de irregul. lib.*1. *c.*13. quatenus dicit illum esse irregularem, qui ob labia corrosa cibum ore vix continere potest.

Ad quartam questionis partem quid dicendum 11 de illo, cui pars linguæ fuit abscista, & licet Ioannes de Anania, *in cap. ex parte susceptis hoc tit.* Ego verò existimo distinguendum cum Toleto *lib.*1.*cap.*63. *n.*4.*fine.* Leandro *de irregul. tract.*2.*disp.*2 *q.*26. vt non sit irregularis, si adhuc habet loquelam, nisi talis sit loquela quæ excitat notabilem deformitatem, risum, aut abominationem, quia tunc verè permaneret irregularis. Applicabis alia, quæ dico dè muto, & Balbo *infra* in vers. *ad quintam.*

Et sic dicendum est, vt qui caret omnino den- 12 tibus, non sit irregularis, quia illorum priuatio nec aufert loquelam, nec impedit vsum Ordinum, neč inducit notabilem deformitatem, & sic nec irregularitatem, docent in terminis Maiolus *de irregul. c.*24. Archidiacon. *in c. maritum* 33. *dist.* Tabiena, & Rosella, quos citat, & sequitur Henriq. *d. lib.*14 *c.*8.*lect.*5.*n.*2. Sayrus *lib.*6.*de cens. c.*8.*n.*16. Vgolin. *de irregul. c.*69. Filiuc. *tract.*19.*c.*6.*q.*5.*n.*171. Gibalin. *c.*3.*q.*2.*consect.*2. Leander. *d. disp.*2.*q.*29. Bauny *tract.*11.*de irregul q.*56 *assert.*5.*pag.*530.*col.*2. Bonacina *de irregul. q.*2.*punct.*2.*n.*6. Viuald. *de irregul.* *q.* 154. † Non enim dentes inter membra nume- 13 rantur, vt cum aliis sequitur Farinac. *in fragm. litt.* C, *n.*574. Barbosa *in pastorali dict. alleg.*42.*f.*2.*n.*36.

Quare si non voluntaria, sed ex iusta causa vi- 14 delicet propter immensos dolores, atque continuos, dentium euulsio fiat, reuera nō prohibebitur sic læsus ordines suscipere, & in illis ministrare, vt asserūt Borgasius *in tract. de irregul. hoc tit. p.*5.*n* 4. Barbosa *d. alleg* 42.*n.*37. Quod si quis per iracundiam, & indignationem sibi dentes extraxerit, etsi non esse irregularem dicat Narbona, *de arte ad humanos actus requisita à n.*11.*c.*13.*n.*1 ex Bonacina, Viuald. & Barbosa. Ego dico id tantum procedere nisi cum notoria culpa id fecerit; secus si occultè etiam cum indignatione, etsi defectus sit notorius secundùm Abbatem, *in c. ex parte circa medium hoc tit.* quē refert, & sequitur Maiol. *lib.*1. *c.*14 Henriq. *dict. lib.*14.*c.*8.*n.*2. & *lit.* cum Speculatore, Archidiac. Tabiena, & Rosella, & Leander. sic tenet ex Viualdo *dict. disp.*2 *q.*31. addens nihil aliud voluisse Nauar. *c.*27.*n.*198. vers *secundo.*

Nec obstant Abbas, *sub dicto cap. ex parte post* 15 *n.*5. Sayrus *dict. lib.*6 *c.*8. *n.*16. Bonacina *dicta q.*2. *punct.*7. Viuald *p.*2.*de irregularit. n.*155 *in fine*, dicentes, vt qui etiam ex indignatione, aut impatientia sibimet ipsi dentem, vel dentes euulsit, excussitque ab ordinibus non repellatur; quia debent

intelligi

intelligi iuxta distinctionem adductam, fatentur verò Barbosa *in pastorali dicta alleg.4.* ... Syluester. verbo *Corpore vitiatus*, Maiolus *lib.1. c.24. vers. quod ita*, vt si ... sit hanc euulsionem ex indignatione processisse, non de facili esse Ordines concedendas.

16 De illo namque, qui pugno euulsit dentes alterius, & si Scotus, Cajetanus, & Suarez, quos refert Baunij *dict. tract.11. q.25.* existiment vt sit irregularis, quia in homine nomine membri, etiam veniunt dentes; eo quod in hac materia membri pars dicatur omnis, quæ specialem aliquam operationem habet cum membro principali, hancque probabilem vocet sententiam Leander *tract.1. de irregularit. disp.2. q.32.* Nihilominus ex proximè dictis, dico, vt non sit irregularis; quia talis ex-
17 traheos dentem, non dicitur mutilator. † Et quia pœnæ iuris in materia irregularitatis nunquam ampliantur iuxta textum *in cap. is qui 18. de sent. excommunicat. lib. 6.* vbi communiter Doctores, Couar. *in cap. alma mater, eodem tit.1. p.§.6. n.9. & p.2. §.1. à num.6. & in clem. si furiosus 1. p. à num.3. & §.1.* Riccius *collect. 904. cum seqq. ibi*, Barbosa *in dicto cap. is qui*, & nouissimè cum infinitis idem Suarez *disp 40. de cens. sect 4. num.15.* Saytus *lib.6. cap.2. n.4.* Scotus *dist.7. in 4 quæst. vltima*, Saytus *lib.7. disp.57. dub.3. in fine*, Hurtad. *disp.1. de irregul. dif.3.* Cornejo *disp.1. dub.8.* Filliucius *tract 19 c.2. q.5 n.35.* Bonacina *disp.7. de censuris q.1. puncto 2. n.4.* Pellizarius *tomo 2. tract.7. cap.5 sect.1. num.5.* Gibalinus *cap.2. q.1. n.4. de irregular.* Castr. Palaus *tract.6. disp.6. puncto 2. n.1.* & sic docent in terminis nostri dubij Henriquez *lib.14. cap.8. num.2. in Margarit. litt. S*, Narbona cum aliis *vbi supra*, Gibalinus *dicto cap.3. q.1. consect.* . Dentes enim, vt dicunt Viuald. *de irregul. n.154.* Henriquez *supra num 1. litt. A*, cum Innocent. & Bartol. Socino, Couarru. *in dict. clem. n 7* Nouar. *cap.17. n.206.* & Baunij *dicta quæst.25.* non sunt membrum principale hominis, sed solùm seruiunt ori.

18 De dentium prominentia extra os, dico vt patiatur irregularitatem; quia magnam profectò parit deformitatem in facie: sic docent Maiol. *lib.1. de irregularit. cap.24.* Vgolinus *eodem tract. c.50. n.3.* Bonacina *eodem q.2. puncto 2. num.6.* Baunij *dicto tract.11. q.56. assert.9. pag.530 col.2.* Gibalin. *dict.*
19 *cap.3. q 2. consect.2.* † addentes quemlibet licitè posse sibi dentes prominentes rescindere, si inde nullum periculum vitæ immineat, & tunc iam cessante irregularitate posse ordinari.

20 Ad quintam quæstionis partem de muto à natiuitate, vel casu facto, seu de Balbis; igitur de muto, & lingua carente, & de eo, qui vsum linguæ perdidit, aut non potente se explicare, respondeo, vt sit irregularis, ne promoueri possit; quia propter impossibilitatem perdit etiam ordinis executionem, docent ex D. Thoma *3. p. q.82. art.10. ad 3.* Sotus *in 4. dist. 13. art. fin. ad 3.* Tabiena verbo *corpore vitiatus, n.2. §.1. in fine*, Maiolus *lib.1. de irregularit. cap.26. n.2.* Alphonsus Viuald. *tract. de irregularit. n.162.* Iacob. de Graff. *lib.4. c.27. n.50.* Henriquez *dicto lib.14. cap.8. § 2.* Diana *p.5. tr.6. ref.22. vers. dico secundo*, Filliucius *tract. 9 cap.6. q 5. n.170.* Gibalinus *dicto cap.3. q.2. consect.3.* Pa-
21 blizar *tom.2. tract.7. cap.5. sect.2 q 14 n.61.* † addens ex Diana esse probabile, quod stante necessitate, & absentia Sacerdotis idonei, possit ministrare mutus Eucharistiam ab alio præconsecratam, & omnes DD. respondent dubio nostræ quæstionis, quod dissimile est ab hoc vltimo; quia Sacerdos mutus, siue quia caret lingua, siue quia vsum linguæ perdidit, minimè potest baptizare, absoluere, consecrare, &c. & ex Canone Apostol. 76. Leander *dicta p.2. tract.2. de irregularit. q.24.* per quem, & alij.

De Balbis inquam, vt Demosthenes, qui cal- 22
culis sub lingua positis R. litteram postea didicit.
† Et de illis, qui sunt linguæ impeditioris, aut 23
blesi, vt Moyses, dico vt non sint irregulares, nisi fortè notabilem difficultatem in loquendo haberent, vt docent Maiol. *dict. lib.1. c.25. n 3* Iacob. de Graff. *lib.4. c.27. n.50.* Saytus *de cens. dict. lib.6. c.8. n.17. & 21.* Hugolin. *de irregul. c.46. n.3. & 4.* Diana *dict. p.5. tract.6. ref.22. sub dicto vers. in fine*, Tolet. *lib.1. dict. c.93. n.4.* Villalobos *tract 21. p 1. dif.35. n.10.* Leander *dicto tract.2. disp.2. q.23.* Pellizar. *dicto c.5. sect.2. q.14 n.61.* Bonacina *de irregul. dict. puncto 2. n.6.* Barbosa *in pastor. dict. alleg.42.*
p.2. n.35. cum Viualdo *p.2. de irregul. n.162.* † vbi 24
limitat conclusionem quando defectus ille esset tam grandis, vt illum detineret, perfectè loqui, aut verba explicare; quia tunc non esset ad ordines assumendus; & iuxta hoc debet interpretari Henriq. *dicto lib 14. c.8. n.2. fine*, vbi negauit absolutè, etsi cum aliquo temperamento.

QVÆSTIO III.

An Surdus omnino, aut surdaster, aut qui vna aure caret, sit irregularis? An qui caret auriculis sit irregularis, etiam si crinibus possit talem defectum detegere? Vel qui per seipsum auriculam totam, vel partem amputauit? Vel ille, à quo per insidias, seu vi inimicorum abscissæ sunt auriculæ? Vel qui in pœnam culpæ fuit priuatus auricula? Vel qui alium auricula priuat?

SVMMARIVM.

1 *Auris secundùm quosdam est membrum corporis, alij negant*, n.2.
2 *Auris est tutela, & ornamentum.*
3 *Surdus omnino, verius est vt sit irregularis ad ordines*, n.4. & 6.
5 *Surdaster; id est qui difficulter audit; probabilius est, vt non sit irregularis ad ordines contra aliques*, n.7.8. & 9.
8 *Surdastritas non est de genere vitiorum, quæ arcet à sacris ordinibus.*
9 *Auriculis carens omnino est irregularis propter deformitatem magnam, si nequit illam celare, aliàs secus*. n.12. & 13.
13 *Auricula etsi sit verè membrum, eius carentia non facit irregularem, nisi ex magna deformitate*, n.14.
14 *Aurium incisionem patiens propria culpa, fit irregularis, etiamsi in parte sit abscissus per dicta*, n.15.
16 *Aurium abscissio facta per insidias inimicorum, non facit quem irregularem.*
17 *Aurium carentia fortuito, aut infirmitate accidens, non reddit quem irregularem.*
18 *Auricularum abscissionem in pœnam facta propter infamiam, fit irregularis*, vt n.19.
20 *Auriculam alium priuans, verius est vt non*

sit irregularis, sicut nec est ille, qui alium
dentibus primat, n.21.

1 AD primam difficultatis partem, & ad alias,
non sine difficultate respondent DD. quia
quidam existimant aurem esse membrum, per
glossam *in c. singula* vers. *oculos dist.* 89. Sotus *de*
Inst. lib. 5. *q.* 2. *art.* 1. Maiol. *lib.* 1. *de irregul. c.* 55. *n.* 5.
2 Fannac. *in fragm. crim. litt. C, n.* 4-5. † Alij inquam
dicunt autem non esse membrum cum necessaria
non sit auditui, sed potius tutela, & ornamentum
vt tenent Nauar. *in manuali c.* 27. *n.* 223. vers. *septi-*
mo infertur, Couat. *in clem. si furiosus p.* 3. *in initio*
n. 8. vers. *primam*, Henriquez *lib* 14. *c.* 8. §. 3. *in prin-*
cio Riccius *in praxi aurea res* 67. *n.* 5. & sic iuxta
distinctionem prædictam respondendum affirma-
tiuè, siue negatiuè; sed ego de vnoquoque casu
sentio resoluendum modo sequenti.

3 Igitur de surdo omnino, etsi Henriquez *lib.* 14.
c. 8. *n.* 3. expressè, & absolutè dicat quod surdus
non est irregularis, licet non sit eligendus in Ponti-
ficem, quamvis permanere debeat, si eligatur *ibi*
litt. Z, cui fauent satis Baunij *tr.* 11. *de cens. q.* 76.
vers. *primum dubium*, Nauar. *lib.* 1. *cons.* 7. & 8. *hoc*
tit. quatenus docet, etsi cum difficultate posse iure
4 defendi. † Adhuc dici debet, vt sit irregularis; sic
vt non possetad Sacerdotiū promoueri, eo quod
talis nequit celebrare absque occasione risus, &
ludibrij, Viuald. *de irreg. l. n.* 156. in antiquis per
verba sequentia, *Surda omnino*, id est, *qui sensu*
caret auditus, minimè est ad Clericatum admitten-
dus, vt probatur *ex canon.* 76. *Apostol.* Filliuc. *tr.* 19.
c. 6. *q* 5. *n.* 169. ex Maiolo *lib.* 1. *dict. c.* 25. *n.* 1. Bona-
cina *de irregul. q.* 2. *puncto* 2 *n.* 7. Nauar. *vbi supra*,
Sayrus *lib.* 6. *c.* 8. *n.* 17. Pellizar. *de irregul. tom.* 2.
tr. 7. *sect* 2. *q.* 33. *n.* 59. Leander *tr.* 2. *disp* 2. *q.* 15. Gi-
balinus *c.* 3. *q.* 7. *consect.* 3. Castrus Palao *disp.* 6. *c.* 11.
n. 3. Layman. *in Theolog. Morali dict. tr. lib.* 1. *tr.* 5.
p. 5 *c* 7. *n.* 1. Diana *p* 5. *tr.* 6. *res.* 22. *in princ.* vbi di-
cit quod surdus, & qui nullomodo audire potest
iure canonico, irregularis est; & ideò nec pro-
mouendus est, & promotus deiiciendus.

5 Surdaster verò; id est qui difficulter audit, pro-
babilius est, vt non sit irregularis; quia non inueni-
tur prohibitus ordinari in iure iure canonico; eo
quod vitiū aurium hoc, nisi in omnino surdo, non
est cur inducat irregularitatem. Potest enim sur-
daster absolutè celebrare vitando omnem occasio-
nem ludibrij, & risus; si tamen possit audire mini-
6 strum sibi respondentem. † Ob quod adducti
iam relati, Maiol. Bonacin. Viuald. Diana, Pellixas.
Baunij, Gibalinus, & alij de omnino surdo, etiam
dixerunt non posse celebrare sine ludibrio, & risu;
quia nimirum dum recitaret ante celebrationem
Missæ Psalm. *Indica me Domine*, vel non spectaret
responsionē ministri, vel tardè prosequeretur post-
quam minister respōdet, vel vocem eleuaret altio-
rem solito, quod in surdastro non sic inuenitus.

7 Quare non est audiendus Comitol. *lib.* 6. *q* 55.
quem referunt Baunij *dict. tract.* 11. *de cens. q.* 76.
vers. *primum*, Leander *dicto tr.* 2. *disp.* 2. *de irregul.*
q. 16. dum affirmauit ex regula generali nostri titu-
li, vt surdaster, quia vitiatus corpore non sit ordi-
nandus, cum surdastritas sit vitium auditus, seu
8 aurium, quæ ad corporis integritatem pertinet. †
Nam respondeo cum iam relatis surdastritatem
non esse de genere eorum vitiorum, quæ à sacris
ordinibus arcent, cum ad Diuina celebranda offi-
cia eum, quem afficit, non reddat absolutè inhabi-
lem, neque indecorum ministrum, sed secundùm
quid: ita illi. † Et sic Barbosa *in pastorali dicta* 9
alleg. 42 *sub n* 39. *in fine*, dixit cum Nauarro *dicta*
cons. 6. & 7. *hoc tit. n.* 3. & 4. in nouis, quod surdastri
etsi Præsbyterio possint insigniri; cum nullibi pro-
hiberi videantur, quod de omnino surdo vix posse
defendi ait; indeque infert illis, qui Præsbyresa-
lem susceperint ordinem vtilem esse dispensatio-
nem, etsi non necessariam, qua permittatur à Pa-
pa, vt in occulto sine socio aliquando celebrent:
& de surdastro sunt etiam ad idem videndi Regi-
nald *lib.* 30. *c.* 6. *n.* 50. Sayrus *de cens. lib.* 6 *c.* 8. *n.* 17.
Bonacina *dict. q.* 2. *puncto* 2. *n.* 7. Riccius *dicta re-*
sol. 37. *in praxi aurea*, Filliucius *dicto tr.* 19. *c.* 6. *q.* 4.
n. 169 & cum Barbosa *supra* Homobonus *tr.* 14.
in fine pag. 466.

Ad secundam quæstionis partem de illo, qui ca- 10
ret auriculis, ex dictis respondeo probabilius esse,
vt sit irregularis propter deformitatem, si talem
deformitatem celare nequit; quia carentia auri-
cularum, magnam profectò, & publicam ad-
ducit deformitatem; Nauar. *in man. ali cap.* 27.
num. 223. vers. *septimo infertur*, & *in hoc ti-*
tulo, cons. 5. *in* 2. addit Bonacina *supra puncto* 2.
n. 7. Auila, Castrus Palaus, & Leander illico refe-
rendi, † qui dicunt contra Henriquez *lib.* 14. *c.* 3. 11
n. 3. dicentem non esse irregularem; quia auricula
seu cartilago exterior, non est membrum, vt dixi-
mus *hic num.* 1. cum solùm deseruiat ad ornatum,
quod verum fatemur iuxta sententiam tenentium
non esse membrum, vt *ibi*; sed negari non posse
ex alio capite ob deformitatem, quam carentia
auricularum, accusat esse irregularem, & hoc ve-
rius si propria culpa contigisset, vt dico *infra*.

Quod si defectus ille auricularum tegi possit; 12
sic vt deformitas non appareat, existimo, vt pro-
babilius tenendum, quod non sit irregularis defe-
ctum illarum patiens; quia iam verè deformitas
cessat; & sic irregularitas, quam inducebat; &
quia vt proximè diximus auricula non est mem-
brum, vt docent Couar. *in clem. si furiosus* 3. *p. in*
princ. num. 8. cum aliis, quos sequitus Henriquez
lib. 14. *cap.* 8. *n.* 3. *littera E*, Auila *p.* 7 *disp.* 3. *dubio* 1.
vers. *sequitur secundo*, Ægidius *disp.* 18. *dubio* 13.
num. 108 Bonacina *de irregul. dicta q.* 2. *puncto* 2.
num. 8. cum Filliucio *dicto tr.* 19. *cap.* 6. *q.* 5. *n.* 169.
vbi nihil videtur dixisse Diana *supra dicto p.* 4. *tr.* 2.
res. 73. *in fine*, Leander *dicto tr.* 2. *disp.* 2. *res.* 18.
& 19. Bæsseus verbo *irregularitas* 2. *num.* 5 Layman.
lib. 1. *tr.* 5. *p.* 5. *c.* 7. *n.* 1. Castrus Palaus *disp.* 6. *pun-*
cto 11. *num.* 3.

Nec obstant Nauar. *vb supra*, Maiolus ex glussa 13
in c. singula dist. 89. Caietan. 2. 2. *q.* 65. *art.* 1. Sotus
lib. 5. *de Iust. q.* 2. *art.* 1. Viualdus *de irregul. n.* 158. in
antiquis, dicentes quod omnes, qui affirmant auri-
culam esse verè membrum, & inter membra
connumerari, debeant etiam affirmare, vt carens
dictis auriculis, quia vitiatus corpore, sit irregula-
sis: nam licet hæc sententia sit probabilissima, est
tamen probabilior proximè adducta *à n.* 10.

De illo qui per se ipsum auriculam, seu partem 14
abstulit, in quo puncto dico quod etsi, talis non
sit irregularis ex sola carentia; quia auris non est
membrum, & minus quando carentia est modica
per illa quæ dixi supra *in c.* 5. ex doctrina textus *in*
c. fin. hoc tit. sed quia *ibi* ex doctrina *dict. c.* 1. reso-
lutū est modicam digiti carentiam culpa Presbyte-
ri, de quo *ibi*, indiguisse dispensatione, vt Presbyter
ille posset ministrare, & per consequens in hoc
casu quamtumvis legi possit auricula abscissa, seu
pars abscissa sit minima, seipsum abscindens, ma-
neat

neat irregularis; quia etiam modica deformitas ex culpa propria incursa generat irregularitatem, & patet ex dictis ibi, per textum in cap. quia partem dist. 55. docent omnino videndi Nauar. in manuali dicto cap. 2. num. 198. Leander dicto tract. 2. disp. 2. quæst. 21. Viuald. supra num. 158. Baunij tract. 11. quæst. 56. assert. 3. & 5. Castrus Palaus dict. disp. 6. puncto 12. n. 1.

15 Et comprobant Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 25. num. 5. & 6. Henriquez dicto cap. 8. §. 3. Auila dicta p. 7. disp. 3. dubio 1. Conink. disp. 18. num. 108. Bonacina dicto puncto 2. num. 2. Viuald. p. 2. tit. de irregul. num. 158. vers. prima fit, Campanillus in diuers. iuris canon. cap. 17. num. 41. Barbosa dicta alleg. 42. sub. num. 49. p. 2. dicentes aurium carentiam propria culpa, aut notorij peccati causa accedentem, inducere irregularitatem; quia tunc infamia incurritur; quod intelligo verum tunc si est notorium, quod per indignationem, & impatientiam fecit sibimet abscisionem, aliàs non, iuxta Anton. & Cardin. in dicto cap. fin. hoc tit. & hoc licet Villadiego, quem refert Leander dubitet qui debet intelligi iuxta distinctionem adductam.

16 Ex his infertur ad dubium quando per vim, aut inimicorum insidias præcisæ sunt auriculæ alicui, quia cum in hoc casu nulla culpa ex parte abscissi data sit, non erit irregularis, nec prohibebitur promoueri ad ordines iuxta quæ dixi sub dicto cap. 1. per textum in dicto cap. quia partem dist. 55. in 2. eius parte, & cap. lator ibi, & in dicto cap. fin. hoc in tit. de quo sub dicto cap. 1. in fine quæst. 2. docent in terminis Henriquez dict. lib. 14. cap. 8. num. 3. Maiol. supra cap. 25. num. 5. Viualdus supra num. 160. Leander dicta disp. 5. quæst. 55. &
17 alij, qui idem dicunt de illo, qui fortuito, infirmitate, aut alia causa sine peccato auribus est orbatus: & confirmatur ex dicendis infra hoc tit. per textum in cap. 3. cap. 5. hoc tit. de sexto incunabulis, aut ex iusta causa, & tenent etiam Auila de cens. dicta p. 7. disp. 3. dubio 3. Conink. dicta quæst. 17. dubio 13. num. 108. Diana dicta p. 4. tr. 5. res. 73. in fine, Nauarrus dict. cap. 27. num. 222. Barbosa dicta alleg. 42. p. 1. sub dicto num. 39. circa finem.

18 Ad tertiam quæstionis partem quid dicendum de illo, qui in pœnam culpæ fuit priuatus auricula? Et licet Henriquez dicto lib. 14. cap. 8. n. 3. littera A, & Maiolus dict. cap. 55. num 5. videantur docere, vt non sit irregularis, quorum dictum suffragari potest, eo quod vt diximus iuxta probabiliorem sententiam, auris non sit mem-
19 brum. † Sed quia talis ex alio capite propter infamiam, scilicet manet irregularis; ideò contra illos dico, vt non possit ordinari sine dispensatione; quamtumvis capillis possiet tegere illud vitium; quia talis ex culpa propria, & admodum notoria, ac nota publica in iudicio fuit auricula mutilatus, vt sic infamis apud omnes maneret: ita docent Viuald. de irregul. supra num. 159. & Leander dicto tract. 5. quæst. 50. disp. 6. imò & ipse Nauar. supra num. 166. à quo discedere non videtur Henriquez supra, dum ait probabile esse ob infamiam esse illum irregularem.

20 Ad quartam quæstionis partem de illo, qui alium auricula priuat, videtur pro affirmatiua sententia, quod retulimus supra quæst. præced. de de illo qui pugno, euulsit dentes alterius in vers. ad quartam, ibi: De illo namque, vt in puncto etiam affirmant Nauar. in man. dict. cap. 67. n. 206. & 516. §. 1. Maiolus de irregul. cap. 90. num. 5. & alij esse irregularem, † Sed mihi probabilius videtur vt non sit irregularis; quia sicut in dicto vers. resoluimus dentes non esse membrum principale hominis, sic nec auriculas ex dictis hic à num. 1. & sic in terminis docent Henriquez, vt qui alterum priuat auricula non sit irregularis: ita Henriquez dicto lib. 15. c. 8. n. 3. & ipse Nauar. cons. 75. de sent. excom. ex eo eo quia qui alterum auricula priuat non est irregularis, Leander dicto tr. 2. disp. 2. q. 23. dicens hanc esse probabiliorem sententiam cum Couar. dicta 3. p. in princ. & in eodem tract. de irregul. uberius disp. 17. q. 7. A

QVÆSTIO IV.

An habens barbam carrosam, aliavè deformitate maculatam, sit irregularis? Et an qui capillis caret ob morbum gallicum, aut similem? Et an habens cicatrices in facie, seu faciem deformem? Et an color Æthiopis seu Mauri faciat ordinandum irregularem? Vel gibbum habet vulgò lobanillo *in facie?*

SVMMARIVM.

1 *Barbam carrosam habens, seu alia infirmitate maculatam non est ordinandus. Et quid de tingente barbam,* n. 2.

3 *Capillis carens ob morbum gallicum, seu alium, regulariter non est irregularis ad ordines, & pendebit ab Episcopi arbitrio, aliis de causis, vt* n. 4.

5 *Cicatrices in facie, si deforment ordinandum, illum reddunt irregularem, iudicio, Episcopi arbitrandum,* n. 6.

7 *Persona claritas in interiori, atque exteriori exigitur, in celebraturo Eucharistia Sacramentum.*

8 *Color Æthiopis, aut Mauri non prohibet quem ordinari, quia talis non parit deformitatem, &* n. 9. *contra Vgolinum, qui intelligitur, si niger ordinatus inter candidos risum causaret, vt* n. 10.

11 *Gibbum habens in facie vulgò* lobanillo, *si deformis redditur, & scandalosus, est irregularis Episcopi iudicio.*

AD primam difficultatis partem suppositis quæ dixi sub q. 2. de habentibus labia corrosa sub vers. ad tertiam, ibi: Nec obstare, nunc videtur respondendum cum Campanil. in diuers. iuris can. Rub. 11. c. 17. n. 98. & Barbosa sub alleg. 42. p. 2. de officio Episcopi n. 4. ordinandum non esse eum, qui barbam carrosam habet, aliavè deformitate maculatam, & hoc iuxta distinctionem appositam sub dict. vers. ad tertiam q. 2. quia si deformitas fuerit parua, non sic. 1

Quare optimè idem Campanil. n. 99. dicto c. 17. quē videtur sequi Barbosa d. n. 41. in fine, dixit non esse admittendam sententiam Maioli lib. 1. de irregul. c. 20. vers. vltimo asserentis barbam tingentes, nonnisi post pœnitentiam admittendos esse, & quandoque deponendos: & ad hoc possunt applicari, quæ docent DD. per textum in c. si quis 4. & c. Clericus 5. ibi, Clericus neque comam nutriat, nec barbam. de vita, & honest. Cleric. 2

3 Ad secundam quæstionis partem, an sit ad or-
dines irregularis, qui capillis caret ob morbum
gallicum? Et pro negatiuâ sententia videtur
respondendum, cum capilli inter corporis mem-
bra non debeant, annumerari, potiusque ad or-
natum corporis spectent, sicut de auriculis multi
dicunt; & quia vt testis est Vgolinus, nemo au-
deat affirmare, nùm sint membra, *in tract. de ir-*
4 *regul. cap. 4. §. 5. sub num. 1.* † Et quidquid hoc
sit Campanillus *dict. cap. 17. num. 36. in fine*, quem
refert, ac videtur sequi Barbosa *dicta alleg. 42. in
pastorali num. 24.* talis defectus poterit operari ir-
regularitatem Episcoporum arbitrio, non solùm
ob fæditatem, sed etiam quia aspectus huius-
modi affectus memoriæ omnium, aut repetit,
aut mandat illius causam, incontinentiam,
aut aliam nequiorem, scandalum producen-
tem.

5 Ad tertiam quæstionis partem, an habens ci-
catrices in facie sit irregularis, iam *supra* cum Bar-
bosa, & ab illo relatis *dicta alleg. 41. num. 25.* dico
quod si facies ita esset deformis, quod foret ma-
culata, & scandalum videntius pareret, sic nota-
6 tus sit irregularis. † Propter quod in puncto no-
stro dicendum est quod si cicatrices in facie pa-
riant notabilem deformitatem (quod iudicio Epis-
copi relinquitur) sic cicatricatus sit irregularis,
secus aliàs: ita etiam in terminis Filliucius *dicto
tract. 19. cap. 6. quæst. 5. dicto 4. num. 171.* & antea
7 Viuald. *de irregul. n. 147.* † Inquiens quia ad excel-
lentissimum Eucharistiæ mysterium celebrandum
in quo Christi diuinitas, & humanitas continetur
claritas personæ in interiori, atque exteriori ho-
mine requiritur: Sequitur Leander *in eodem tract.
p. 1. disp. 2. q. 38.* Gibalinus *eodem tr. cap. 3. q. 2. con-
sect. 3.*

8 Ad quartam quæstionis partem an color Æthio-
pis, aut Mauri faciat quem irregularem? Et vi-
detur negandum; quia color in facie non est
quid essentiale, sed accidentale; & sic Mauros,
& Æthiopes faciem nigram habentes nõ esse irre-
gulares dixerunt Maiolus *dicto lib. 1. cap. 21. n. 2.*
Bonacina, *dicta quæst. 2. puncto 2. num. 11.* Barbosa
in pastorali dicta alleg. 42. p. 2. num. 26. non enim
aliquo iure prædicti sunt ordinari prohibiti, &
docent Viualdus *num. 148.* Pellizarius *tom. 2. tr. 7.
cap. 5. sect. 7. quæst. 10. num. 55.* ex Diana *p. 4. tr. 2.*
9 *res. 84.* † quia inquiunt huiusmodi niger, aut
fuscus color non parit deformitatem, aut terro-
rem.

10 Et licet Vgolinus *de irregul. dicto cap. 50. n. 4.*
affirmet, vt talis color in facie, faciet quem irre-
gularem; dico nullomodo sic procedere apud
gentes nigras, dubium posset esse apud gentes
candidas, & tunc si Sacerdos niger incuteret de
facili risum, aut terrorem, inter tales gentes
irregularitatem producere illum colorem, viden-
tur sentire Filliucius *supra num. 171.* Clarius Bau-
nij *de cens. tract. 11. cap. 56. assert. 1.* in verbis se-
quentibus: *Quia cessante causa, cessat quoque effe-
ctus, cap. 70. de appellationib.* & sic Leander *de ir-
regul. tract. 2. disp. 2. quæst. 39.* concludit quod vbi hor-
rori non est, aut scandalo membri additio, aut
fœtus cessat irregularitas; indeque leprosum in-
ter leprosos (vt iam *supra* dixi) Æthiopem inter
Æthiopes ritè ordinatos celebrare posse sine
culpa.

11 Ad vltimam quæstionis partem, de illo, qui
gibbum vulgò *Lobamillo*, habet in facie, seu in
collo, respondeo, vt sit irregularis si sit talis, quod
ad risum, horrorem, vel scandalum moueat, vt
docent Viuald. *de irregul. num. 148.* ex Abbate, In-
nocent. Andrea, & Maiolo, Leander *supra q. 40.*
dicentes hoc relinqui iudicio Episcopi ex nostro
textu, *&* *c. 1.* iam dictis, & comprobatur ex distin-
ctionibus præhabitis.

AD TEXT IN CAP. III. IV. & V. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Virilium abscisionem patientes sunt in tri-
plici differentia ad effectum ordines reci-
piendi.*

2 *Mutilatus passiuè differt, à mutilato
actiuè.*

3 *Abscissus in parte membri propria voluntate
est irregularis, etiam si sit de membro oc-
culto non diferente deformitatem, si culpa
sit notoria, vt num. 4.*

HÆ tres decisiones Clem. III. *in cap.* 1
ex parte 3. & in cap. significauit 4. alia
Innocent. *in cap. ex parte 5.* pertinent
ad tres casus eiusdem speciei, quate-
nus loquuntur de illis, quorum virilia abscisa
sunt, vel sine voluntate, vt in incunabulis exi-
stentibus, seu sine affectatione, vt si secti sint
per insidias, aut à Barbaris, seu de illo qui sibi
fecit abscindi, vt gratior Deo redderetur existi-
mans sibi licere propter talem finem, vel de illo,
qui ex iusta causa, vt infirmitate &c. vt in prædi-
ctis omnibus capitibus; & de illis, qui se affecta-
tunt castrari, cum sani essent, vel se absciende-
runt, aut ab aliis abscindi fecerunt. Et cui
dispensatio competat iuxta quæstiones sequen-
tes.

Et vt ad singulas descendamus oportebat hic 2
repetere nonnulla generalia pro doctrina de qui-
bus *supra in Rub. & ibi in fine*, in vers. *& quia*,
vbi cum Suarez posui distinctionem inter passiuè
mutilatum, siue actiuè propria voluntate absci-
sum. † De hoc enim vltimo Doctores asserunt 3
abscindentem sibi partem membri fieri irregula-
rem, quamvis non sit notoria eius culpa, inter
quos Toletus *in summa lib. 1. cap. 63. in vltima re-
gula*, Molina *de Iust. tract. 3. disp. 67. n. 8. & disp.
70. n. 16.* Suarez *de cens. disp. 51. sect. 2. n. 6. & 8.*
vbi asserit quod quamvis non directè se ipsum
mutilet; sed ab alio, si tamen sua culpa mutile-
tur, & abscisio sit alcuius membri principalis,
semper irregularitas inducetur, etiam si mem-
brum illud sit occultum, & non impediat vsum
ordinis, nec afferat aliquam deformitatem, quæ,
vel scandalum in vsu ordinis indueat, vt docue-
runt Nauar. *in manuali, cap. 27. num. 198.* & aliis
cum Hostiensi, Ioanne Andrea, vt in casibus quæ-
stionum sequentium apparet.

Imò & procedere dicunt etiam si totum 4
membrum abscissum non sit, sed tantùm pars,
dum tamen adsit notoriè culpa iuxta sententiam
aliorum, qui exposcunt in omni euentu culpam
notoriam, iter quos idem Plaza *de delictis c. 24.
num. 13.* Iacob. de Graff. *in decisionibus aureis lib. 4.
cap. 27.*

*cap.*27.*num.*41.Vgolinus *de irregul. cap.*51. *num.*7. *&* 52. *num.*5. Henriquez *in summa lib.*14. *cap.*8. §.4.*lit.X*, *&* *cap.*19.quos sic explicat Barbosa *in pastorali dicta alleg.* 42. *sub dicto num.*12. vers. *in aliis*, vbi dicit quod in notoriam culpam incidit, qui voluntariè sibi mutilat.

QVÆSTIO I.

An qui non sua sponte sed incunabulis castrati sint fiant irregulares? Et an qui casu aliquo sine culpa aliqua? vel si à Barbaris abscissus sit? vel qui caret absque culpa testiculis?

SVMMARIVM.

1 *Castratus non sua sponte, sed incunabulis non est irregularis*, vt n.3.

2 *Abscissus in parte necessaria ad ordines, irregularis fit*, vt n.4.

3 *Facies castrati iam adulti non reddit illum irregularem propter defectum apparentem iam eo tempore, cum non reddat illum deformem.*

4 *Spadones, & Eunuchi communiter possunt ordines recipere, & beneficia obtinere.*

5 *Sectus vel castratus propter infirmitatem, aut languorem, vel ita natus, non est ordinari prohibitus, & in susceptis ministrare*, num.6.

7 *Castratus de consilio medicorum potest ad Sacros Ordines promoueri sine vlla dispensatione, aliter si sine tali Concilio*, vt numero 8.

9 *Abscissus à Barbaris, vel per insidias hominum, aut aliam persecutionem, non prohibetur ordinari, nec in susceptis ministrare.*

10 *Abscissus à Barbaris, aut per insidias potest eligi Episcopus, vel si in persecutione ei virilia abscissa sint*, n.11.

11 *Virilia secta alicui Dominorum potestate, non prohibent illum ordinari.*

12 *Testiculis absque culpa carens non est irregularis.*

1 AD primam quæstionis partem respondent DD. per textum *in dicto cap. ex parte* 3. *hoc tit.* cum aliis duobus sequentibus, & per textum *in cap. si quis à medicis, cap. eunuchus desumptus ex Can. Apostol.*21.*& cap. si quis pro ægritudine, cap. si quis in infirmitate, cap. lator, cap. præterea dist.*55. vt qui non sua sponte, sed incunabulis castratus sit, vel abscissus, licitè ad ordines promoueatur, vt colligunt Ordinarij Abbas, Antiq. Zabarella Bellamera, Ioan. Andr. Innocent. Hostiens. Butr. Collect. Anan. Ancharan. Panormit. Vitian. *pag.* 332. Alagona, Anton. Augustin. & alij, quos sequitur Barbosa *hic num.*1. Zenedus cum aliis, *collect.*69. Henriquez *in summa, lib.*14.*cap.*8.§.2. Nicolaus Garcia cum infinitis, *de benefic. p.*7. *c.*12. *num.*7. Sayr. *in claui Regia lib.*7. *cap.*9. *à num.*34. Belletius *disquisit. clerical. p.*1 *tit. de disciplina cleric.* §.7. *num.*36. Campanil. *in diuersorio iuris Canon. Rub.*21. *cap.*17. *sub num.*124. idem Barbosa *in dicto cap. si quis à medicis cum duobus sequentibus dicta dist.*55. *& in pastorali alleg.*42. *p.*2. *ex n.*12. *&* 14.

Sed contra hoc, & alia quæ in hac generali 2
quæstione subsequuntur, videntur obstare: nam quoties sine culpa aliqua pars membri abscissa est, propter quam quis deformis redditur, fit irregularis, vt contingit, in illo, qui orbatus est Pollice digito, aut alio quouis digitorum requisito ad consecrationem per textum *in cap.* 1. & melius, *per cap. fin. & glossam ibi*, nostri tituli, & à relatis ex dictis, sub præmisso, Barbosa *in pastorali sub dicto num.*12. *in principio*: quare Sotus *lib.*5. *de Iust. & iure quæst.*2. *art.*2. Caietanus 2. 2. *quæst.*65. *art.*1. affirmarunt, vt qui caret absque culpa testiculis sit irregularis.

Adhuc hac obiectione non obstante, dicen- 3
dum est in casu nostri textus, & de quo inquirimus, vt sic sectus non sit irregularis; quia ex huiusmodi defectu nulla exterior deformitas, nullaque inhabilitas ad altaris ministerium; imò nec vllum scandalum oritur, ob quod ex iam adductis firmandum est, incunabulis sectus est, nullomodo sit irregularis; quia ille defectus est occultus, qui quamvis iam adultis, atque viris factis appareat in facie, sed non est talis, vt reddat ordinandum fœdum, atque formidosum, & scandalosum visui: ita docent etiam Nauar. *in manuali dict. cap.*27.*num.*199.*& lib.*1.*consil. hoc tit. in editione noua cons.*2. Vivald. *de irregul. num.*139. Tolerus *lib.*1. *dict. cap.* 63. *num.*7. ex Innocent. *in cap. significauit hoc tit.* Fillluc. *tract.*19. *cap* 6. *quæst.*31 *num.*159. Bonacina *de irregul.* Bonacin. *in eo tract. quæst.*2. *puncto* 2. *n.*3. Leander *tract.*2.*disp.*2.*q.*55. Lublinus verbo *irregularitas num.*22. Llamas 1. *p. method. cap.*12.§.5. Gibalinus *cap.* 3. *quæst.*2. *consect.*4.

Contraria sententia intelligitur de illo, qui 4
abscissus est in parte necessaria ad ordines, vt in exemplo digiti pollicis, cuius defectus est exterior, & scandalosus; vt patet ex his, quæ dixi latè *sub cap.*1. *penult. & fin. huius tituli*; propter quod in textu nostro in verbo *eunuchus*, communiter docent DD. quod eunuchi, & spadones possunt ordines assumere, & beneficia obtinere; vt docuerunt iuxta conclusionem adductam *hic num.*1. & in vers. *adhuc*, Barbosa *hoc num.* 4. ex Rebuffo *in comment. l. spadonum* 128. vers. *qui spadones ff de verb. signif. pag.* 128. & alij iam relati, & referendi hic in vers. *ad vltimam.*

Ad secundam difficultatis partem de illo, qui 5
casu aliquo; & nulla culpa sua abscissus est; respondent *supra* adducti DD. per fundamenta ex *num.*1. posita, dicentes adeo vera esse, vt si quis sectus fuerit, vel castratus; videlicet propter infirmitatem, aut langorem, vel si ita natus sit possit fieri Clericus, † etsi iam sit possit in susceptis 6
ministrare ex *dict. cap. si quis à medicis* 55; *dist. dict. cap. eunuchus; cap. si quis pro ægritudine, dict. cap. si qui in infirmitate; cap. lator; cap. præterea dicta dist.* & ex nostro textu, *& cap. fin. hoc titulo*; Barbosa *supra dicta alleg.*42. cum Couarru. Belletio, Nicolao Garcia, & aliis adductis. † Et in tan- 7
tum procedere dicunt Nauar. *dicto cons.*2. Sayrus *hoc tit. dist.*3. Barbosa *in dicto cap. si quis à medicis* 55. *dist.* vt si sit castratus aliquis de consilio medicorum possit sine vlla dispensatione ad sacros ordines promoueri ab Episcopo.

Et quamvis Tolerus *dicto lib.*1. *cap.*63. *num.*7. 8
vers. *ex hac regula*, Balsamon. *in canone* 24. *Apostolorum*, affirment irregularitatem esse qui ob ægri-

tudinem, aut aliam necessitatem sibimet virilia absciderit, hoc potest contingere, quando quis ex proprio Consilio, non autem medicorum, alteriusve periti absciderit, vel si casu non haberet alium hominem peritum, qui talem actionem exercere posset secus si haberet, vt sentiunt Syluester verbo *Corpore Vitiatus quæst.2. num.3.* ex Raym. Maiol. *lib.1.cap.15.* quos citant, & sequuntur Viualdus *supra num.170.* Leander *dict.disp.2.quæst.60.* Gibalinus *supra consect.4. vers. dice tertio.*

9 Ad tertiam quæstionis partem de illo, qui à Barbaris abscissus est, vel per hominum insidias, aut aliam persequutionem, vt poterit ordinari, & in susceptis ministrare, cum careat culpa: docent

10 communiter Doctores per textum nostrum. † Et in tantum dicunt procedere vt talis possit in Episcopum eligi, vt dicunt Campanillus *in diuers. iuris canonici Rub. 1. cap.17 num.16.* Barbosa *hic*

11 *num.1. in princip.* † Vel si in persequutione ei virilia abscisa sint, *dict. cap. eunuchus dist.55.* Nauar. Henriquez, Viualdus Tolerus Filliucius, Bonacina, Lublinus Llamas, Gabalinus, Leander, & alij, *num.1.* adducti, & *num.3.* & idem DD. dicunt si Dominorum potestate alicui virilia secta fuissent, Barbosa cum Garcia, Sayro, Bellet, Campanillo, iam adductis, *in dicto cap. si quis à medicis, & dict. cap. eunuchus, & in pastorali dicta alleg.42. sub dicto num.14.*

12 Ad quartam quæstionis partem de illo, qui caret absque culpa testiculis, ex dictis facilè respondetur, vt non sit irregularis, vt docent omnes, *sub n.1. & 3.* adducti.

QVÆSTIO II.

An qui spontè, aut sine iusta causa sibi virilia amputauit, aut fecit amputari, sit irregularis? Et quid si ex indignatione, aut sua culpa acciderit? Et an sit irregularis ille, à quo dante operam rei illicitæ virilia amputata sint, vt si v. g. deprehendatur in adulterio? Vbi de aliis casibus? Et an qui zelo castitatis sibi per se, vel per alium amputauit virilia? Et quid si id fecerit ob conseruandum vocem? Et an incurrat irregularitatem qui euirationem, iussam à tyranno, vel quamcumque aliam mutilationem, quæ non sit partis necessariæ ad ordines, patiatur etiam si deformitatem inducat, vt maius malum euitet? Et an necessum sit abscisso virilia in puluerem redacta, aut sicca, secum portare, si fiat clericus, vt dicunt vulgares?

SVMMARIVM.

1 *Virilia sibimet amputans, aut amputari faciens spontè, aut sine iusta causa, est irregularis. Et quare n.2.*

3 *Virilia sibi amputans ex indignatione, seu culpabiliter, est irregularis.*

4 *Virilium abscissio contingens culpa abscissi, reddit illum irregularem, & n.6.*

5 *Virilia abscissa illi, qui dando operam rei illicitæ, vt si deprehendatur in adulterio, secundum aliquos, non faciunt illum irregularem, vt n.6. 7. 8. & n.13. alij contra ex n.9. affirmant, & à n.10. vide n.22.*

6 Cap. siquis 1.2. & 3. cap. is, qui dist.55. cap. maritum dist.33. Canon.23. Apostol.

7 Cap. qui partem dist.55.

8 *Dans operam rei illicitæ fit irregularis, si aliquis inde sit occisus, seu membrum perdidit n.12. & 16.*

10 *Adulter sectus à marito adulteri fit irregularis secundum alios; quia sua culpa exposuit se tali periculo, vt n.11. & idem si se exposuit rixæ, &c. vt n.12. de veritate cum distinctione, n.14. & 15.*

11 *Abscissus ex delicto sententia iudicis fit irregularis.*

12 *Irregularis est, qui fuit occasio rixæ, ex qua alius membrum perdidit.*

13 *Manus violentas in seipsum iniiciens mutilando, fit irregularis.*

14 *Opera illicita quæ immediatè est causa homicidij, facit quem irregularem, si homicidium, aut mutilatio sequatur; secus si non immediatè.*

16 *Dans operam rei illicitæ, vt ea, quæ est clericis periculosa, & si diligentia sit adhibitum, facit se irregularem morte casu inde sequuta.*

17 *Declarationes duæ Sacræ Congregationis intelliguntur in materia irregularitatis.*

18 *Opera illicita periculosa in se, sequuto homicidio, inducit irregularitatem, si diligentia non fuit adhibita non aliàs.*

20 *Membrum genitale amittens ex eo quod scienter se commiscuit habenti morbum Gallicum fit irregularis, non si ignoranter secundum aliquos, sed verius vt non in vtroque casu, vt n.21.*

23 *Virilia sibi abscindens castitatis zelo, obsequium gratum Deo præstando, nihilominus fit irregularis, n.24. & 25.*

24 *Origenes sibi zelo castitatis amputauit virilia, & inde fuit peccati reus, vt n.30.*

25 *Castrati, siue secti solent maioribus vexari stimulis carnis, n.28. & 29.*

26 *Castrans se, vt euitet lubricum carnis non potest promoueri.*

27 *Plasmati adeo non per abscissionem corporis debent existimare posse à se concupiscentias corporis amputare, sed per disciplinam religionis, vel abstinentiæ, n.29.*

28 Matth cap.19. *de eunuchis, qui se castrauerunt propter regnum Dei, intelligitur.*

29 *Carni repugnare nescit, qui non ad ieiunia, flagellationes, humi cubationes, frequentiam confessionis, & Eucharistiæ, sed ad amputanda virilia confugit.*

31 *Virilia sibi amputari faciens, ad conseruandum vocem, incurrit irregularitatem, numero 32.*

33 *Abscindens se propter medelam, si peritus non sit in arte medendi, incurrit irregularitatem.*

34 *Euirationem iussam à Tyranno patiens, seu aliam mutilationem, quando incurrat irregulari*

gularitatem, n.35.

36 *Virilia secum portare abscissus non tenetur, vt possit ordinari, & ministrare in susceptis, contra vulgi errorem*, & n.37.

37 *Eunuchus virilia arefacta, aut in puluerem redacta secum gestare non debet ad obuiandam irregularitatem*, & n.36.

1 AD primam difficultatis partem DD. per textum nostrum, & sequentes resoluunt, quod qui sponte, aut sine iusta causa sibi virilia amputauit aut amputari fecit, fit irregularis; sic vt clerici fieri non possint: ita docent Rebuffus *in praxi beneficiali tit. de dispensat. cum Corpore Vitiat.num.15. & 56.* Bellet *disquisit. clerical. p.1. tit. de disciplina clericali §.7.num.12.* Barbosa cum ordinariis, *hic num.1. & 2. & in pastorali part.2. alleg 42. sub num.13. ex cap. si quis abscidit, & dict. cap. si quis pro agritudine 55. dist.* Cardosus *in praxi* verb. *Sacramentum Ordinis num.16.* Garcia *de benefic. p.7. cap.12. à num 7.* Molfesius *in summa Theologia moralis tract. 2. cap. 16. n.16.* Ragusius *de missa in Ecclesia quæst.12. num.2.* Machado *de perfecto confes. p.3. tract.17. docum.6. num.4.* Torreblanca *in pract. iuris spiritualis lib.12. cap.13. n.53.*

2 † Et reddit rationem Canon. Apostolor. 21. ibi, *Qui sibi virilia imputauit clericus non efficitur; Qui enim ipsius homicidia est, & inimicus creatoris Dei*, & *in canonibus Apostolorum 22. & 23.* dicitur, vt refertur, *in cap. si quis absciderit dist.55.* per dicta verba, & sequentia: *si quis, cum clericus fuerit absciderit semetipsum, damnetur, quia, sui est homicida*: ita docent alij relati, *hic quæst.1. num.1. & 3.* & *in tota quæst.* & Leander. *de irregularitate tract.2. disp.2. q.56.*

3 Vnde & similiter respondendum est quando quis se amputauit ex indignatione, seu culpabiliter, vt docent relati, & Bellet. *dict. §.7. num.9.* Campanil. *in diuersorio iuris Canon. Rub.13. c.17. num 32. & 33.* Barbosa *hic num.6.* & omnes per glossam, verb. *absciderint*, ibi ex indignatione.

4 Quod si sua culpa abscissio virilium contingat, fit etiam irregularis, docent præter ordinarios in textu nostro Couarruu. *in clem. si furiosus 1. p. in princip. num.6.* Maiol. *de irregul. lib.1. cap.15.* Placa *de delictis cap.24. num.10. & 14.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de dispensat. cum Corpore Vitiat. num.16.* Viuald. *in Candelabro aureo tit. de irregularit. ex vitio corporis à num.174.* Cardosus verb. *Sacramentum Ordinis n.16.* Henriquez *in summa p.1. lib.14. cap.8. §.1. in fine*, Nicolaus Garcia *dicto cap.12. p.7. de benef. num.8.* Torreblanca *dicto lib.2. de iure spirit. cap.13. num.55.* cum pluribus Zenedus ad decretales *collect.69. num.1.* vbi *n.3.* pulchrè quærit *cur carens testiculis non sit pilosus*? Barbosa *in pastorali dicta alleg.42. num.14. in fine*, idem *in dict. cap. si quis à medicis dist.55. num 3.* & exemplificatur ex dictis in vers. *ad secundam*, sequenti.

5 Ad secundam quæstionis partem an sit irregularis ille, à quo dante operam rei illicitæ, virilia amputata sint? In quo dubio, quod primo exemplificatur in adultero inuento cum propria vxore illius, qui virilia adulteri amputauit, seu fecit amputari, discordant DD. alij negantes; quia non est in iure expressum, quod in hoc casu irregularitas incurratur expressè, quæ non est extendenda ad casus non expressos per regulam textus *in cap. is qui de sent. excommunic. lib.6.* & ex his, quæ dixi de legibus pœnalibus, *in cap. penult. supra de const.*
† Et quia textus *in cap. si quis 1.2. & 3. cap. is qui* 6
dist.55. cap. maritum dist.33. & dict. Canon. 22. & 23. Apostol. si in rigore inspiciantur, loquuntur de propria culpa seipsum mutilandi ex indignatione; aut aliquo zelo indiscreto iuxta verba textus nostri, *ibi affectauerit*: *nam hæc*, verba, vt ait Turrianus *de cens. lib.9. disp.62. dubio 4.* debent interpretari in hoc casu, sicut in materia de censuris secundùm suam proprietatem, Suarez *de cens.* vbi adducens etiam prædicta iura *de cens. disp.51. sub num.8. sect.7.* ait hoc vitium plenè requirere propriam voluntatem, vt indicat textus noster, & quod nemo dicet eum qui cum adultera peccat affectare, vt à marito abscindatur.

Et confirmari videtur hæc sententia *ex cap. qui* 7
partem dicta dist.55. de quo *supra sub cap.1.* quatenus per verba finalia ibi: *In illis voluntas est iudicata, quæ sibi causa fuit*, per quæ indicatur specialis quædam audacia, & ferocitas in se ipsum quæ non reperitur in sola indirecta voluntate exponendi se periculo id patiendi ab alio, sicut in aliis iuribus ferentibus censuram contra eos, qui præsumunt, aut temere faciunt, &c. Quæ expendens Suarez vbi proximè, & ante *in suo tract. de cens.* colligit non sufficere indirectam voluntatem per ignorantiam &c. ad incurrendas illas censuras; & sic videri in præsenti; & ita, & ex aliis hanc docent sententiam Præpositus *in 2.p.q.5. dubio 124. num.127.* Hurtado *de irregul. disp.2. diff.14. num.52.* Acuña *in decret. p.1. dist.33. cap.2. n.6.* quatenus dicit hanc irregularitatem incurri propter culpam actiuæ passionis Ægidius Coninck. *disp. 18. dubio 14. num. 108.* putans affirmatiuam sententiam vniuersaliter non esse veram, sed tantùm quando defectus mutilationis, seu abscisionis ipsi mutilato in se, vel in causa fuit voluntarius iuxta illa, quæ tradit *numero 64. 74. & 77.*

Et confirmatur secundo, quia licet maneat ir- 8
regularis, qui aliàs dans operam rei illicitæ membrum casu perdidit, vt tenent plures DD. per *supra* dicta quos refert Nicolaus Garcia *de benefic. dicta p.7. cap.12. ex num.3. & 4.* cum aliis, ex quibus dans operam rei illicitæ, ex qua mors alicuius sequuta est, etiam præter eius intentionem est irregularis, † tamen videtur id in- 9
telligi quando debet operam rei illicitæ exponendo se tali periculo, seu ex suo genere periculosæ, & inductiuæ homicidij, velut periculosæ Clerico prohibitæ; & sic illum adulterum videri non manere irregularem, nisi fortè temerè accessisset ad vxorem alterius, & sine sufficienti cautela, moraliter exponens se tali periculo, vt tradunt Suarez *disp.45. sect.6. num.7.* & Vasquez *in 1.2. disp.100. num.41.* vbi videtur docere etiam in vlloque casu non esse irregularem, & alij infiniti, quos refert Garcia *supra sub num. 12. & 13.* inter quos Sotum, Couar. Socio. Anchar. Cordub. Valentiam, P. Ioannem Vellam, Vgolin. Zerolam, Sairum, Vegam, Petr. Ledesm. Toletum, Auilam, Cumel. Molinam, & Salas, quibus etiam accedunt Filliucius, & Bonacina, quos refert Leander *de irregularit. tract 2. disp.2. quæst.59. in princip.* quibus accedit Henriquez *lib.14. summa cap 8. num.4.* in illis verbis: *At si adulter prauidens periculum, captus à marito adultere fuit exsectus, non videtur irregularis.*

Alij verò in prædicto casu, & sine distinctione 10
docent

docent esse irregularem adulterum sectum à marito adulteræ : sic docent Hostiens. *in cap.fin. hoc tit.* Nauar.cum communi *in man.cap.27.num.198.* Couar.*in c em.si furiosus de homicidio p.1. in princ. n.6.* Rebuff.*ad tit.de dispens.cum corp.vit.num.16.* Viuald. *in Candelabro aureo de irregul. num. 174. hoc tit.* Villadiego *eodem tract. col. 2.* Vgolinus *cap 51.num.3.* Saytus *de cens.lib.7. cap.7. num.12. & 13.* Molina *de Iust.tract.3.disp.70.num.18.* Campanill.*in diuers. iuris can. Rub.11.cap.17.num.11.* Barbosa *hic sub num. 3.* Syluester, Armilla candelabrum aureum, Graf.Ludouicus Lopez, Manuel.Rodrig.& alij, quos refert idem Garcia *dict. cap.12.num.8.& 9.* Reginald.*tom.s.lib.30. tract.2. puncto 2.cap.5.num 47.* Villalobos *in summa tom 1. tract 21.diffic.35.num 6.* Ioannes de la Cruz *in direct.p.1.de irregul.dubio 2.conclus.2.* iterum Barbosa *in cap.si quis a medicis dist 55.num 4. & in pastorali dicta alleg.42.p.2.num.15.* cum Villal. *in tr. de irregul. de corp. vitiat col.2.* Machado *lib. 1. de perfect.confes.p.3.tract.17.docum.6 num.5.* Diana *p.4.tract.2.res.60.* qui etsi contrariam dicat probabilem tenet banc, & inter antiquos Abbas, Innocent. Ioan. Andreas, Angelus, Sotus, Maiolus, & Episcopus Scalens. quos citat, & sequitur Viual.*supra*, & inter modernos Bonacina *de censuris disp 72.dubio 4.* Filliucius *tract.19.cap.6. q 2. num.77* Lublinus verb.*irregularitas num.28.* Leander etiam cum Bernardo Diez *dict.tract.2.disp.2. quest.59.*

11 Et omnes quidem ex ea ratione, quia probabilius est, vt irregularis sit ille, à quo ob suam culpam, aut delictum abscinditur membrum,aut pars membri, siue à Iudice, siue ab alio in vindictam delicti, quod commisit; eaque de causa eodem modo procedere in casu nostro, quando membrum virile, aut testiculi abscinduntur, vel à marito adulteræ, vel à Iudice in delicti vindictam, quod commisit, non quidem speciali ratione mutilandi se voluntariè, quod solùm conuincit fundamentum contrariæ sententiæ, sed ex ea ratione mutilandi; quia videlicet fuit causa suæ mutilationis, licet indirecta.

12 Et idem procedere dicunt adducti DD. vt refert etiam Diana, si contingeret in rixa, si ipse fuit occasio rixæ,in qua ei abscissum est membrum seu ex alia aliqua ratione dando operam rei illicitæ; & sic in hoc casu incurrere irregularitatem, qua abscissus eo ipso incurrit, hoc inhonestum, sicut etiam incurrit, qui dans operam rei illicitæ ex qua mors alicuius sequuta est etiam præter eius intentionem, vt dixit Syluester *de homicidio §. 2.* & refert Garcia *supra dicto cap. 12. num. 10.* etsi Suarez *de cens 51.sect 2.sub dicto num.8.* primam sententiam à nobis adductam fundet; adhuc pro hac secunda resoluit *ibi in princip. & in fine*, in vers. *nihilominus*; vbi quod ex ratione generali mutilandi, vel existendi causam mutilationis alicuius, non videtur posse excusari irregularitas: nam si esset simili modo causa talis mutilationis,

13 in alio esset irregularis; ergo & in se ipso.† Comprobans amplius: nam quando aliquis in se ipsum temerarias manus inijcit, non solùm consideratur deformitas, aut impossibilitas ad administrandum, verum etiam nec perfecta membri mutilatio necessaria sit: sic ille, de quo dixi aliqua *supra quæst. 1.*

14 Adhuc ego existimo vtramque veram esse sententiam cum distinctione sequenti de qua etiam sub vers. *ad secundam*, in verbo *& confirmatur secundo*: nam si opera illicita immediatè est causa homicidij, nempè per quam occiditur homo, vt quando quis mittens sagittam, aut scindens arborem, aut proiiciens lapidem, aut quid simile faciens, occidit hominem aut est causa mediata: nimirum, quando aliquid facit, vnde mors hominis aliunde euenit, vt qui commisit adulterium propter quod adultera occisa est à marito, aut protulit verbum iniuriosum; propter quod affectus se occidit aut induxit alterum ad rixam, in qua occisus est ab aduersario. Et in primo casu sicut quomodolibet illicita, & prohibita opera facit hominem irregularem, etiam præmissa omni diligentia ex regula textus *in cap.dilectus, & cap. litteris 2. de homicidio*, ita in eo, qui commisit adulterium, aut stuprum, propter quod occisa est à marito, si periculum aliquod imminebat vt qui erant fœminæ nobiles, vel maritus, aut parentes tales, de quibus præsumi poterat eos scire posse & scientes occisuros.

In secundo verò casu, quando illud periculum 15
non adesset immediatè aliter sentiunt Tolet. *lib.1. cap.79.seu 82.in editionibus nouissimis*, dicens doctrinam Soti, Couar. & aliorum non esse absolutè tenendam, sed cum prædicta distinctione, vbi ait confirmari posse *ex cap. fin. de homicidio lib.6.* & amplectitur, Nicolaus Garcia *de benefic. dict.cap.12.p 7. num.13.14 & 15.* aduertens hanc doctrinam videri bonam, & menti iurium conformem, † Addit tamen cum Couar. & aliis *sup.* 16
quod vbi opera illicita est, vti periculosa Clericis, prohibita tunc, si ex ea causa sequitur mors, sit indistinctè irregularis, quantacumque diligentia sit adhibita, vt in casu *cap. sua nos de homicidio*; licet id limitet Auila *supra disp. 6. sect.1. dubio 1.* & contradicat Lorca *1. 2. disputat. 33. de peccatis.*

Iuxta quod ait Garcia accipiendam esse quan- 17
dam declarationem S.Congregationis, quam adducit *in dicto lib.7.cap.11.num.52.& 53.* vbi censuit Congregatio incidisse in irregularitatem illum qui omni diligentia, vt præcaueret adhibita, dum operam rei illicitæ daret solo casu fortuitò homicidium commisit,& insimul ibi etiam contrarium decreuisset in verbis sequentibus ibi secunda: *Fuit dictum quod istud caput non inducebat nouam irregularitatem; & ideò ille qui dabat operam rei illicita, & omnem adhibuit diligentiam, ne sequeretur homicidium, deinde sequatur, non incurrit irregularitatem, ex dict. cap. ex litteris, & cap. fin. de homicid.* quas duas declarationes cum prædicta distinctione componit.

Et insuper videtur confirmari distinctio relata 18
ex doctrina Hostiensis, Panormitani, & Anan. vt refert Garcia *dict.cap.12.p.7.sub num.13.in fine*, etiam ex eodem Toleto, vel aut opera erat periculosa in se, vel ex circunstantia aliqua, vel consuetudine, aut non in primo casu, si periculosa inducat irregularitatem,si non adhibita sit diligentia.

Sin autem periculosa non erat illam non indu- 19
cat; quæ distinctio, etsi de secundo casu tantùm loqui videatur, illum subdistinguens; non est tamen extra proportionem ad primum. Et sic concludo iuxta relatos modos veras esse tot Doctorum ambas sententias.

Ex his infero ad casum, quando v. g. aliquis 20
quia cognouit aliquam mulierem habentem morbum gallicum, amisit membrum genitale ex contagio illius: nam vt dicunt communiter DD.

solent

solent homines illud admittere ex tali excessu; ob idque esse in culpa: sic amplecti videtur Barbosa *in pastorali dicta p.2. alleg.41. num 16.* cum Fr.Eman.Rodriguez *in summa tom.1.cap.158.n.7.* ambo limitantes nisi ignoranter eam cognouisset quam sanam putabat, & repetit cum eodem Rodrig.*in dicto cap.si quis à Medicis 55. dist. num.3. & in texta nostro dicto num. 3. in fine.* Et videtur sic docere summa Corona *in 3.p. c. de irregul.n.4.* vt refert Garcia *d.tr.p.7. cap.12. num.16* ibi: *Aut à Medicis propter infirmitatem causatam, non ex illicito actu, aut sua culpa.*

21 Sed quia hæc sententia oimis dura videtur, etsi prædicta membri amissio præcesserit ex dicta copula illicita, ac vt dicunt Couar. *in dicta clem.si furiosus 2.p.§.4 num 9. in fine,* Ludouicus Lopez *in instruct.conscientia 1.p.tom.2. cap 27.* & Nicolaus Garcia *dict. cap 12.p.7. de benefic.num.17.* ea est causa multum remota ipsius amissionis mēbri; & sic non videri causatam irregularitatē cum copula sit causa contagij, & morbus contagio receptus causa cancerationis, seu putrefactionis membri canceratio autem, seu putrefactio causa amissionis, seu abscisionis illius, maximè cum iste non peccauerit nisi contra castitatem, & charitatem, exponendo se periculo talis morbi quæ remota dicunt esse ad amissionem; & ob id in hoc casu placet admodum hæc sententia; eo quod hæc mutilatio sit meritum, nec causet deformitatem, aut scandalum in absciso.

22 Aliter verò dicendum est de illo, à quo absciditetur membrum, seu pars illius, siue à Iudice; siue ab alio in vindictam delicti ex adductis sub dicto vers. *ad secundum,* iuxta *ibi* longè adducta, aut ex tali causa ab ipso absciso, vt *ibi* dixi.

23 Ad tertiam quæstionis partem quid de illo, qui castratus zelo, alterusvè honesti finis sibi per se vel per alium amputauit virilia? Et communiter resoluunt DD. esse irregularem; etiam si occultè id fuerit, & ex ignorantia, putans per hoc se
24 obsequium gratum præstare Deo, † vt fecit origines, de quo refert Henriquez ex Nicephoro *lib.5.historiæ cap.8.*& colligunt Doctores *ex dict. cap si quis s, & cap. hi qui dist.55.* ex eo quia se hoc modo secare est illicitum, etiam ob castita-
25 tem seruandam. † Præterea quia huiusmodi sectio non est medium ad castitatem huiusmodi castrati, & secti à maioribus vexentur stimulis carnis, vt fatentur communiter DD. ita docent Toletus *de Instr.lib.1.cap.53.num. 11. vers. vltima regula,* Henriquez *lib. 14.cap.8. num. 4.* Filliucius *dict.tract.19.cap.6.quæst.2.num.160.* Viuald. *n.166. vers.de illo autem;* Bonacina *dicta quæst.2. de irregul.puncto 2.num.34.* Leander *eod. dict. tract.2. quæst. 58.* & omnes per textum *in dicto cap.4. hoc tit.* Rebuffus *in comm. ad dict. leg. spadonum 128. vers. fiat tamen aliquis ff. de verb. signif.pag. 487. & praxi benefic. tit. de dispens. cum corpore vitiatis num.15.& 16.*Bellet. *de disciplina Cleric.§.7. n.12.* Cardosus verbo *Sacramentum Ordinis: num. 16.* Nicolaus Garcia *dicta p.7.quæst.12.à num.7.* Mosfesius *in summa Theolog. Morali tract. 2.cap. 16. num.16.*Raguf.*de Missa in Ecclesia quæst.21.n.2.* Machado *4. perfect. confess.0.3. tract.17. docum.6. num.4.*Torreblanca *in pract.de iure spirituali lib 2. cap.13.num.5:* Barbosa *in pastorali dicta alleg. 41. p 2.sub num.13.idem in dicto cap.4 hic sub num.2.*
26 † Dicens etiam cum Amescua de potestate in se ipsum *lib.1. c.10. à num.16.*quod castrans se,vt euitet lubricum carnis, non potest promoueri, idem *in dicto cap.si quis pro ægritudine d.jl. 55. n.1.& 2.*

27 Et confirmatur etiam ex potissima ratione, quam in triplici parte refert, ac sequitur idem Barbosa, ac tuentur proximè adducti, quia non per abscisionem corporis adeo plasmati existimare debent posse à se carnales concupiscentias amputare, sed per disciplinam religionis, vel absti-
28 nentiæ. † Vnde docent DD.illud Math. 19.quatenus Dominus noster dicit esse eunuchos, qui se castrauerunt, propter Regnum Dei, esse intelligendum de eunochis spiritualiter; id est de his, qui se abstinent perpetuò à concubitu fœminarum; prout interpretantur D. Augustin. & alij, quos congerunt Couar. *in dicta clem. si furiosus p.1.in initio num.6. vers. quinto* Bellerius *disquisit. Cleric.p.1 dict.tit.de disciplina Cleric.§ 7 num. 3.* Campanil. *in diuersor. iuris canonici dicta rub. 11. cap.17. num. 12.* vbi etiam secundum Chrysostomum, quem refert Sotus *de Iust. lib. 5. quæst. 2. art.1. in fine,* dicit intelligi posse de illis, qui non per membrorum abscisionem, sed per malarum cogitationum interemptionem, se castrauerunt.

29 Quapropter ait Barbosa *in dicto cap. si quis,* carni repugnare nescit, qui non ad ieiunia flagellationes, humicubationes, frequentiam confessionis, & Augustissimæ Eucharistiæ, sed ad amputanda virilia confugit, cùm certum sit eunuchos libidine magis incendi, vt benè probant Sayrus *de cens.lib.1.cap.7.num.12.* Petrus Gregor. *Syntagm.iuris v.2.lib.7.cap.2.*videndi sunt Salzedus ad Bernard.Diez *in pract. cap.17 num. 9. in nouis ed.* Zenedus *ad decretal. collect. 89. num.4.* vbi cum pluribus loquitur aduersus dicentes ad benè seruiendum Deo requiri, vt quis castratus,
30 & eunuchus sit. † Et ideò aduertunt Cardinalis Baron. *annal. Ecclesiast. tom. 2. anno Domini 208.* Lessius *de Iust.lib.2.cap.8.dubio 14.num. 98. in fine,* Sayrus *in Claui Regia lib 7.cap.9.num 24* ad medium Origenes passim à Doctoribus peccati mortalis argui eo quod se eunuchum fecit liberius fœminis intra domum prædicaret sine periculo incontinentiæ.

31 Ad aliam partem quæstionis de illo, qui se fecit abscindi virilia ad conseruandam vocem, etsi neget Castrus Palaus *disp. 6. de censuris puncto 2. n.m.4.* ac videatur sequi Pellizar. *tom.2. tract. 7. cap 5.sect.2.quæst.16.num.64.vers.quod autem;*quia nullus est textus, qui hanc irregularitatem indu-
32 car. † Tamen tenera ex proximè dictis tenendum est, vt fiat irregularis; nam si propter finem seruiendi Deo, castratus non effugit irregularitatem, minus quidem poterit effugere, si ob finem seruandi vocem, se abscindit aut fecerit eius virilia abscindi? ita docent Viuald. *de irregularit. num.166.* Llamas *p.1.methodo cap.12.§ 4.pag.184.* Bonacina *supra quæst.2.puncto 2. n.34.*cum Nauar. Molina, Auila, & Filliocio *vbi supra,* Lublinus verbo *irregularitas n.28.* Leander *de irregul. dict. tr. 2. disp.2. q. 57.* dicens longè probabilius esse; tum quia sic habetur *in cap. Presbyterum, & c. continebatur de homicidio,* tum etiam quia qui culpabiliter sibi virilia amputauit, aut amputari permisit, manet irregularis. † Et addo id confirmari 33
ex doctrina Borgasij *de irregul. de corpore vitiatis num 4 vers.voluntarie:* nam etsi quis pro medela se abscindat, modo peritus in arte medendi non sit fiet irregularis, vt dixi iam *supra quæstione 1.*

&

& sequitur Barbosa *in dicto cap. 4. hoc tit. num. 2. in fine.*

34 Ad quartam quæstionis partem, an incurrat irregularitatem qui euirationem iussam à Tyranno vel quamcumque aliam mutilationem, quæ non sit partis necessariæ ad ordines patiatur etiam si deformitatem inducat, vt maius malum euitet? In quo dubio suppositis quæ dixi de admittendo minus malum propter vitandum maius *in Rubrica de const. sub q. 16. fin.* hic referendo breuiter duas contrarias dicam, quid sentiendum & Sotus *de Iust. lib. 5. q. 2. art. 1. conclus. 3.* Salon. & Aragon. 2. 2. q. 65. *art. 1.* Sayrus *in Claui Regia lib. 7. c. 9. num. 7. ad finem,* affirmant, vt talis incurrat irregularitatem, peccatumque committat: & pro hac parte faciunt dicta hic in vers. *ad certiam.*

35 Sed contrariam opinionem docent Petrus Nauar. *de rest. lib. 2. cap. 3. n. 98. & 99.* Sa *in aphorism.* verbo *homicidium,* in fine Toletus *in summa lib. 5. cap. 9. n. 4.* laté Lessius *de Iust. lib. 2. c. 9. dub. 4. n. 101.* subdeos etiam ex propria voluntate, absque tamen iussione Tyranni sine peccato fieri posse, quando prudenter crederetur illum hoc facto ad misericordiam commouendum, refert Barbosa *in dicto c. eunuchus 8. dist. 55.*

36 Ad vltimam quæstionis partem, an necessum sit abscisso virilia in puluerem redacta, aut sicca secum portare, si fiat Clericus, vt dicunt vulgares? Et in hoc puncto dico; vt sit error vulgi opinantis Præsbyterum, aut Episcopum celebraturum teneri virilia arefacta, & in puluerem redacta, secum deferre, non enim ad id constringuntur, vt docent Doctores per glossam *in dicto cap eunuchus 55. dist.* Ancharran. *in nostro cap. 3.* Abbas *n. 6.* & Barbosa *n. 5. in fine,* Hostiensis *in dicto c. fin. hoc tit.* Albertus Trot. *de vero, & perfecto Clerico lib 1. c. 16. num. 8.* Syluester verbo *corpore vitiatus n. 3. vers. nec est necessarium,* Plaza *in epitome delict. lib. 1. c. 25.* Bellet. *dicto tit. de disciplina Cleric. §. 7. n. 17.* Campanil. *dicta Rub. 12. hoc tit. in diuers. iuris canon. n. 16.* Zenedus *ad decretal. dicta collect. 69. n. 2.* Salzedus ad Bernard. Diez *in pract. dicto cap. 17. num. 13.* Villadiego *de irregul. cap. 11. n. 3. pag. 159.* Felicianus *de censur. tit. de irregul. pag. 417. c. 6.* Rebuff. *in praxi tit. de dispens. cum corpore vitiat. n. 15.* Viuald. *in Candelabro aureo de irregul. corpore vitiat. n. 181.* Auila *de censur. p. 7. disp. 3. dubio 1. §. sequitur tertio,* idem Barbosa *in dicto cap. eunuchus,* per glossam *ibi* verbo *si in persecutione,* ibi: *Non est ergo necesse &c.* idem *dist. cap. si quis à Medicis dicta dist. 55. sub num. 1. in fine,* Toletus *in summa lib. 1. cap. 63. n. 4. ad finem.*

37 Et est ratio, quia id nullo iure probatur; & sic dicit Nauar. *in man. dicto c. 27. n. 200.* in verbis sequentibus *quinto dico*, esse errorem vulgi dicere oportere eam, cui abscissa sunt virilia ea arefacta, aut in puluerem redacta secum gestare ad celebrandum, vt ait glossa recepta *in dict. c. eunuchus 55. dist.* & Hostiens. *in dict. c. fin. hoc tit.* dicit melius etiam fore quod nonnulli nec virilia gestarent, cuius falsum dictum est verum, quando ob illud non essent irregulares; & sequitur Syluester supra & ex dicta glossa etiam Ancharran. & Ioan. Andr. Llamas, *1. p. methodi c. 12. §. 5.* Leandet *de irregul. dict. tr. 1. disp. 2. q. 61.* cum aliis, & Bonacina *eodem tr. dist. q. 2. punct. 2. n. 31.* & alij.

QVÆSTIO III.

An eunuchus, qui occultè, sed spontè se fecit castrare, sit ab Episcopo dispensabilis, vt ad Sacros ordines promoueatur? Et an mulier, quæ erumpente ipsa natura, in masculum transiuit, possit initiari Sacris ordinibus inconsulto Papa? Et quid de ordinato sub præualente sexu virili, si postea fœmineus præualeat, num censeret, proferendo verba? Et an possit Episcopus dispensare cum religioso in irregularitate contracta ob defectum corporalem, seu prouinciales, & alij Prælati habentes quasi Episcopalem iurisdictionem, seu alij non sic habentes? Et cui incumbat vitium corporis declarare in Religioso vitiato?

SVMMARIVM.

1 *Glossa* in cap. significauit 4. hoc titulo, numero 2.

2 *Dispensatio irregularitatis ex vitio corporis contracta fit à Papa.*

3 *Dispensatio cum eunucho, qui spontè castrare se fecit, potest fieri ab Episcopo, & quare* num. 4.

5 *Euiratio facta occultè, etsi publicè appareat, est dispensabilis ab Episcopo,* numero 6. & 7.

6 *Abscissio voluntaria integri membri, si sit occulta est dispensabilis ab Episcopo, etiam si contingeret ex propria culpa,* n. 7.

8 *Mulier erumpens in virum, nequit ordinari propter indecentiam,* n. 10. *maximè si defectus sit publicus, & contigit sæpius, vt* n. 13. 14. 15. 16.

17 *Papa potest dispensare cum muliere erumpente in virum vt ordinetur, seu reddita vir, vt* num. 11.

11 *Fœmina absolutè reddita vir, nequit ordinari & vide,* n. 22.

12 *Mulier erumpens in virum, verè iam masculus est.*

13 *Fœmina aliquando erumpentes in virum referuntur, &* n. 14. 15. & 16. *& etiam de casu in Lusitania,* n. 15. *& num possit ordinari,* num. 22.

17 *Sacerdos si postea præualet in fœmineo sexu, verius est vt nequeat ministrare, vt* num. 19. & 20.

18 *Sexus virilis requiritur ad conferendum characterem Sacerdotalem.*

19 *Character Sacerdotalis imprimitur in anima; sic vt si mortuus resurgat, possit sacrificare,* num. 20.

21 *Vxoratus semel mortuus, si resurgat, potest alteram ducere in vxorem.*

23 *Episcopus, inspecto iure communi cum Religioso in irregularitate contracta ob defectum corporalem, leuem, & occultum potest dispensare,* n. 24.

25 *Corporis*

25 *Corporis vitiati macula, an sufficiens sit, spectat declarari ad Prælatum ordinaturi. Et quod si Prælatus Religionis declarauit, possit Episcopus.*

1 PEr glossam *in cap. significauit 4. hoc tit.* in vers. *nostra* de qua *supra* latè *sub c. 1.* quatenus ibi dictum est illam dispensationem, etsi ab Episcopo factam, dimanare tamen à Papæ facultate, vt sentiunt Salcedo ad Bernard. Diez *in praxi c. 17.* Riccius *in praxi aurea resol. 16.* Sed quia alij dixerunt dispensationem, de qua ibi esse propriam Episcopi vt notat Barbosa *in dicto c. 4. n. 3. in princip.* cum Villadiego, & Syluestro; ideo nunc præter illa, quæ iam adduxi, oportet de sequentibus difficultatibus inuestigare in persona Episcopi, & Prælatorum regularium, de quibus etiam sub Rub. *hic* dixi *q. 2.*

2 Ad primam igitur difficultatis partem, quæ est propria nostrorum iurium, possunt pro negatiua sententia nonnulla adducta in relatis locis considerari. Et quia ex glossa, & verbis *d. c. significauit 4. hoc tit.* communiter, vt iam *in dict. q. 2. dub.* dixi in vers. *ad tertiam*, DD. tenent communiter Episcopum, vel alium superiorem non posse dispensare super irregularitate ex vitio corporis, sed Summũ Pontificem tantùm, vt *ibi* dixi sub vers. *ad secundam*, ex multis hic non repetendis, quorum plures refert Barbosa *hic dict.* n. 3. inter quos Innocent. Hostiens. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Panormit. Anania, Couar. Nauar. Molina, Bonacina, Campanil. & Ludouic. Miranda. Secundo quia irregularitas, de qua in prædicto casu, reducitur ad homicidium voluntarium, & etsi occulta sit per Trid. Papæ est reseruata.

3 Sed adhuc Pater Andreas Gerunda *de Episcopatu lib. 2. disp. 5. c. 3. n. 21.* cum Auila *v. 7. de cens disp 3* vers. *contraria sententia*, adducta *à canone 2. Apost. 1. dub. 3. concl. 1.* Diana *p. 10. tr. 13. miscel. res. 25.* docent posse Episcopum dispensare cum eunucho, qui spontè castrare se fecit ex ea ratione,

4 † quia quamvis notorium esset eum euiratum; id tamen per delictum factum fuisse occultum, cum hæc irregularitas ex delicto sit, & non ob vitium corporis, vt communiter sentiunt alij apud Auilã; & licet aliquid DD. extendant reseruationem irregularitatis ex homicidio voluntario occulto contractæ ad mutilationem voluntariam occultam; sed Gerunda, & Diana quidquid Syluester, & Tabiena in contrarium iudicauerint, probabilius dicunt contrarium, tum innixi rationi, tum decreto congregationis Cardinalium, Trid. relato à Suarez *de cens. disp. 44. sect. 4 n. 32.* Emanuel. *in summa cap. 187. conclus.* 1. qui expressius fauent huic sententiæ.

5 Et confirmatur ex doctrina Auilæ *de irregul. dict. disp. 3. dubio 3. concl. 2.* dicens sto publicè constet de euiratione; dummodo delictum sit occultum posse dispensari ab Episcopo cum eadem sit ratio de hoc, ac de excommunicato occulto publicè celebrante; & mirantur Gerunda, & Diana de Syluestro verbo *corpore vitiat. n. 9. & 10. ad finem* pro se citante textum *in dict. c. 1. hoc tit.* cum dicant nonmodo *ibi* loqui de Clerico publicè monomachiam obeunte, cuius delictum erat manifestum; sed in illo etiam casu glossam docere posse Episcopum dispensare.

6 Et vlterius confirmatur in terminis, quia etiam si facta sit abscisio voluntaria integri membri; si tamen sit occulta posse Episcopum dispensare virtute dicti Concilij Trid. *sess. 24. c. 6 de reform.* notant Syluester *supra n. 2. q. 10.* Henriquez *lib. 14. c. 8. lit. A*, Angelus verb. *corpore vitiatus n. 1.* Auila *dict. p. 7 disp. 3. dict. 3. dict. concl. 2.* † qui etiam dicit, idem procedere si abscisio contingeret ex propria culpa, dummodo occulta sit, tametsi abscisio sit notoria, & sequitur Diana *dict. p. 10. tr. 13. miscel. 3 res. 11 in fine.* 7

Ad secundam quæstionis partem an mulier, quæ erumpente ipsa natura, in masculũ transiuit, possit initiari sacris ordinibus, inconsulto Summo Pontifice? Et suppositis quæ dixi de Hermaphrodito *supra sub Rub. de ætate ordinand.* iuxta quæ insinuaui etiam in Rubrica nostri tituli *q. 4. sub n. 1.* & quia iam *in dict. Rub. de ætate ordin. n. 36.* dixerim adhuc irregularem existere propter vitandum scandalum. 8

Et quamvis sint nonnulli dicẽtes posse ordinari, quia olim fœmina verè est vir, nunc, & quia secundùm Hurtadum *de irregul. disp. 2. dif. 14.* & aliis Hermaphroditus in quo prævalet sexus virilis potest ordinari, vt tenent, & Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 5. q. 7.* † Adhuc verò in nostro casu tenendum est, vt resolui *in dicto n. 36.* quia sicut ex communi doctrina Hermaphroditus, qui prævalet in sexu masculino, etsi absolutè capax sit ordinum, vt verè, cur nequit ordinari; quia indecens omnino est quod ad altaris mysterium assumatur tale mõstrum, maximè si defectus publicus sit, & non aliter ad sacros ordines assumi, nisi ex Papæ dispensatione. † Similiter quidem de fœmina in virum conuersa, quæ licet absolutè iam reddita sit vir, & sic capax ordinum; non tamen admitti debebit ad illos ordines propter maximam indecentiam, quæ esset, quod in altari ministret is, qui aliquando fœmina fuit: ita in terminis docent Lezana *in summa tom. 4.* verb. *irregularitas num. 13. & 14* Diana *p. 10. tract. 13. miscel. 3. res. 36.* cum Cornejo, Bonacina, & Suarez, & cum Nauar. Bonacina Sayro, & aliis; idem Diana, quos etiam adduxi *sub dicta Rub. n. 34.* non enim negari potest eam monstruositatem indecentiam continere & talem quod in eo defectu nullus alius à Pontifice dispensare possit, vt alios referens notant Megala *in 3. p. instit.* Peregrin. *lib. 7. cap. 1. q. 3. n. 13.* Castrus Palaus *tom. 6. disp. 6. puncto 11. n. 1.* Auila *de cens. dict. p. 7. disp. 3. dub. 5.* 9 10 11

Nec obstant argumenta Leandri; quia licet mulier illa in virum erumpens, iam verè masculus sit; at quia indecens vir remaneat, & cum maxima deformitate scandalosa; eo quod proximè visa fuit mulier, non poterit liberè ordinari sine tali dispensatione Pontificia: sic idem Diana *dict. res. 36.* vers. *ad argumentum*, del Castillo *de Sacramentis tom. 1. tract. 6. disp. 1. dubio 20. num. 292.* idem firmantes de Hermaphrodito prævalente in sexu virili, vt docuerunt *num. præcedenti* relati. 12

Inquires verò, num casus nostri dubij queat exemplificari aliquibus casibus, cum sit quid rarum in natura; & præterquam quod ex doctrina Hypocrat. *lib. 6. epydemiarum cap. 8.* Galeni *lib. de vsu part. & lib. de anatom. administ. æguineta*, Auicennæ, Rasis, & aliorum non contemnendæ lectionis; verum fatentium omnino, & Philosophiæ consentaneum, rationique conformare; eo quod non solum inualescendi vis immutetur viris, & fœminis, sed naturæ quoque instrumenta sint inuersa; quia non modo nati infantes, sed ætate etiam prouecti in omnium oculis ex fœminis mares facti sint. Ego sic contingere posse; imò & de facto iam sæpius 13

ſæpius contigiſſe ex ſequentibus verificari iudico,
narratis à bonis, & fide dignis viris.
14 Igitur quod ſic contingerit apud varias natio-
nes reſtes occulari fatentur, tam antiqui, quàm
recentiores; ſiquidem Titius Liuius ab vrbe con-
dita, *lib.*41. Hiſtoriarum Principis, narrat apud
Chaſſios accidiſſe Amaſiæ vxori Gorgippi, &
Spoletanæ mulieri, & alijs Et Iouian. Pontan *in
Hiſtoria Neapolit.* Cocceus Sabellicus *lib.9.exem-
plorum*, Anton. Torquemada *in hort. Dialog.*1.
narrant de muliere Caietæ, quæ per 14. annos
nupta Piſcatori in virum migrauit; & de Emilia,
quæ Antonio ſponſæ nupta Ciui ebulano poſt
annum nuptiarum 12. in virum mutata, quæ ſoluto
matrimonio, vxorem duxit, & filios pro-
creauit.
15 Et apud Luſitanos in oppido Ezgueyta *Maria
Pachaco*, cum eius ætatis eſſe inciperet, qua fœ-
minis menſtrui fluores inchoantur, loco liquidi
humoris è locis, ei virile membrum eripuit; ſicque
ea puellæ ſubito adoleſcens ephebus apparuit, &
cum ſexu veſtitum virilem, & nomen aſſumpſit
vocatuſque eſt *Emanuel Pachico*, vt narrat Ama-
16 tus Luſitan. *cent.2.curat.*39. † Et apud alios teſta-
tur accidiſſe Plageton. *M rub.lib.*1. in verbis ſe-
quentibus *Virgo quædam*, Smyrnæ nata Philotis
nomine, cum matura viro tradita eſſet à parenti-
bus, maſculino enato membro in virum euaſit.
Quin & laudicæ, quæ eſt in Syria mulier Æteta,
nomine etiam, nunc cum marito degens è fœ-
mina vir extitit, cui nomen Æterus Præſide Ahe-
nis Merino Romæ Conſul. *l. Lamia, & Æliano
vetere*; & hæc omnia, recenſens Torreblanca *in
practica iuris ſpirit.lib.5.c 9.n.*20. firmat hoc poſſe
euenire, & ſæpius euenisse; & poſt illum Diana
*dicta reſ.36.p.10 tract.10.miſ.*3.
17 Ad alium caſum è contra, an ſi Ordinarius ſub
præualente virili, ſexu, poſtea fœmineus præua-
lens de facto proferat verba conſecrationis panis,
& vini ſupra debitam, valide conſecraret? In quo
dubio ſatis curioſo video loquentes de Caſtillum,
dict.tom.1.tract.6 diſp.1.dubio 20.*num.*293.& Dia-
nam *dict.p.10.tract.13. miſcel.3. diſt. reſ.*36. *in fin.*
ad vtramque partem ratiocinare, & nihil reſoluen-
tes; & quod adhuc valide conſecrat, & ritè ſua-
18 dent: † Quia licet ad primo conferendam Sacer-
dotalem poteſtatem, & Characterem requiratur
ſexus virilis, ſaltim præualens: tamen ad retinen-
dum Characterem ſemel in anima impreſſum non
videatur requiri referunt, nec ad retinendam po-
teſtatem; imo à paritate nec viatoris dicunt poſſe
argumentum ſumi: nam ſicut non viator retinet
ſuum characterem, & poteſtatem, quam acce-
perat in tempore quo erat accipiendi capax: ita
ſimiliter in Hermaphrodito philoſophandum eſſe.
19 At pro parte negatiua dicunt vt facere videatur
ſequens conſideratio ab inſtitutione Sacramenti
in verbis ſequentibus: *ſi non inſtitutio ipſa Sacra-
menti*, (quæ in fieri conſiſtit, & quando Sacra-
mentum fiebat, ſubiectum erat capax) *ſaltem in-
ſtitutio gradus Sacerdotalis, qua virum requirit, vt
talem gradum habeat; nec enim Chriſtus inſtituit
Præſbyteras, ſed Præſbyteros. Vnde fit actionem illam
conſecrandi non habere effectum; quia actio conſe-
crandi debet fieri à Præſbitero, & illa cum ſit ſim-
pliciter fœmina, non eſt Præſbyter*: ita illi. In quo
dubio, etſi non definiant Theologi dicti; vide-
tur potius pro hac ſecunda ſententia negatiua reſ-
pondendum, ſumpto argumento à contrario ſenſu
in verſ. *ad ſecundam*, de muliere verſa in virum.

† Quia etſi negari non poſſit characterem Sacer- 20
dotalem imprimi in anima, in tantum, vt ſi ſemel
mortuus reſurgat, adhuc Sacerdos maneat, va-
leatque ſacrificare, ſi Præsbyter antea eſſet. † Quod 21
non ſic contingit in vxorato, qui ſemel mortuus,
ſolutus ita fuit ab vxore, vt ea poſſit nihilominus
alio viro nubere licitè ex dictis *ſupra ſub tit. de Sa-
cram. non iterandis.* Tamen in caſu de quo loqui-
mur videtur, vt debeat hoc totum conſiderari reſ-
pectu capacitatis ſubiecti, in quo ordines adſunt,
quia ſicut *ſupra* diximus *ſub dicta Rub. de ætate
ordin. ex n.* 31. qualitas ſexus virilis ſit præciſè ne-
ceſſaria in ſuſcepturis ordines; è contra ſit excluſa
alia ſexus fœminei propter rationes *ibi* adductas
etiam ex *n.*32. & ſic conſiderari poſſe, vt ex quo
per exempla poſita, † in verſ. *igitur*, de illis mu- 22
lieribus iam nuptis, quæ erumpentes in viros vxo-
res contraxerunt, quaſi à principio incapaces co-
ëundi cum viris, & ſimiliter in caſu noſtro à prin-
cipio characterem impreſſum non fuiſſe erga
Deum, cui abſcondi non poterat illum tanquam
virum ordinatum; quia ſic gentibus apparebat re-
uera eſſe mulierem, vt poſtea comperto apparuit,
præcipuè ſi in eo ſemper inualuit poſtea ſexus.
Ad tertiam quæſtionis partem an poſſit Epiſco- 23
pus diſpenſare cum Religioſo in irregularitate
contracta ob defectum corporalem? Et ſuppoſitis
aliquibus quæ adduxi *ſub q.2. Rub. & ſub* c.1. & 2.
hoc tit. quod in hoc dubio eſt duplex ſententia.
Prima affirmans, eo quod ſicut poteſt diſpenſare
cum ſponte mutilato, quantum ad membrum
occultum (de quo iam dixi *quæſt.præced.*) (ſeu exce-
pto caſtrato, vt dicit Syluester. verbo *Corpore Vi-
tiatus n.*1. ex hoſtienſe, Tabieoa, Roſella, & An-
gelo, & ſic cum Religioſo diſpenſare poſſit, vt
celebret cum ligneo pede, de quo caſu dixi etiam
*ſub dicto cap.*1. *& ſub Rub.* ſecunda tamen negat,
vt docent Caſtrus Palaus *de cenſ.diſp.6. puncto.*12.
in fine, cum Nauarro Suarez, Sayto, & aliis, &
Cornejo *in tract.5. de irregul.diſp.*12. *dubio vnico,
q.fin.* Leander *tract.*2. *de irregularit. diſp.*2. *q.*83.
† Tamen ego vtramque veram exiſtimo, primam 24
inſpecto iure communi quando ob paruitatem vi-
tij corporis, ſeu occultationem illius, competit
Epiſcopis diſpenſare cum corpore vitiatis, vt dixi
*quæſt.præced. & in Rub. ac dict. cap.*1. contrariam
negatiuam, ſi hæc diſpenſatio priuilegio Ponti-
ficio concesſa ſit Prælatis religionum, vt ſolet, &
ibi explicaui, etiam de aliis Prælatis habentibus
quaſi Epiſcopalem Iuriſdictionem.
Ad vltimam, cui incumbat ſuper vitio corporis 25
declarare? dubitare ſolent DD. & quia de hoc
ſupra in Rub. dixi *dict.q.*2. & quod ad Epiſcopum
etiam inter religioſos docent plures *ibi* relati, niſi
expreſsè Prælatis regularibus id ſit commiſſum.
Alij verò quod ad ſolos Prælatos circa ſuos ſub-
ditos, an defectus ſit ita notabilis, vt inducat irregu-
laritatem; ſed eorum plures admittunt liberum
eſſe Epiſcopo ordinaturo admittere, vel reiicere
tale arbitrium futurum à Prælato religionis.

Qvæ

QVÆSTIO IV.

An qui vitio corporis censetur ad ordines recipiendos irregularis; sic etiam, vt nec ministret, in susceptis, etiam in parte, nec vt retinere possit beneficium semel iam ritè acceptum? Et quod dicatur medicum vitium, quæ notabilis deformitas, cui incumbat declarare?

SVMMARIVM.

1 *Corporis vitium etsi antecedens impediat quem ad ordines promoueri; non tamen impedit in susceptis ministrare in actibus non impeditis à tali vitio*, n.2.

3 *Beneficium potest conferri ei, qui sine sua culpa incidit in irregularitatem, si talis possit ministrare circa vsum requisitum in dicto beneficio, vt exemplificatur*, n.4.

4 *Beneficium simplex potest conferri ei, qui duos digitos, & dimidium palmæ amisit.*

5 *Laborans morbo caduco non est inhabilis ad obtinenda beneficia simplicia; non sic si requiratur in aliquo Ordo Sacer*.n.6.

6 *Beneficium simplex potest obtinere Laborans infirmitate occuli sinistri, aut capitis, etsi ad Sacros Ordines promoueri non possit.*

7 *Ægrotus morbo impediente vsum curati beneficij, non impeditur suscipere simplex.*

8 *Clericus incidens in cæcitatem non valet obtinere beneficium simplex, cum recitare Canonicas horas non valeat.*

9 *Vitium modicum quod dicatur ad ordines, Episcopus arbitratur.*

10 *Episcopus arbitratur super defectu, qui impedit aut non ordinis executionem.*

11 *Confessarius nequit arbitrari super defectus impediente ordinis vsum.*

1 QVia quæstio hæc claudit materiam irregu-
laritatis ex corpore vitiato prouenientis, ea-
que ad partes *supra in Rubrica*, ac in iuribus clausa
sit; ideo nunc breuiter respondeo quod vitium,
seu defectus corporis absque culpa proueniens,
impedimentum præstans executioni alicuius actus,
seu officij ordinis propter impotentiam, seu de-
bilitatem, vel insignem deformitatem; licet quoad
ordines suscipiendos irregularitatem inducat ab-
2 solutè. † Tamen quantum ad susceptos non
reddat quem ex toto irregularem, sed solùm quoad
illum actum seu officium ordinis, ad quem est in-
habilis, propter dictam impotentiam, vel debi-
litatem, aut deformitatem insignem *cap.2. de cle-
rico agrot.* Abbas, Villadiego, Couarruu, Salcedus,
Nauar. Vgolinus, *Graf. summa Corona*, Henriquez,
Ludouicus, Eman. Rodriguez, quos sequitur, &
refert Nicolaus Garcia *de benef. p.7. cap. 12. ex
num.* 18.

3 Quare dixit Nauarrus *in manuali cap.17.n.249.
seu* 241. vt possit dari beneficium non requirens
maiorem vsum ei, qui sine sua culpa incidit in
irregularitatem, quæ nascitur ex defectu ad vsum
vnius ordinis, & non alius iam suscepti. † Et
4 consequenter in casu *dicti cap.2.* ei qui duos Digi-
tos, & dimidium palmæ amisit sine sua culpa
possit conferri beneficium non requirens celebra-
tionem, non sic si requirat illam, & sic posse illi
conferri beneficium simplex, & docent Vgolin.
de irregul.c.65.§.1.n.4. Cosm. Philiarc. *1.p. lib.4.
cap.6. ad fin.* Henriq. *lib.15. summ. cap.14. §.1. in
glossa lit. E, & c.56. §.1. gloss. lit. E, & lib.14. c.1.
§.5. glossa E*, Tolet. *in summa cap.57.* Sayrus *lib.6.
c.2.n.23.* Lessius *de Iustitia, & Iure lib.2. cap. 34.
num.221.* Auila *disp. 2. dubio 6. & disputatione 3.
dubio 2.*

Et confirmatur ex his, quæ refert, & sequitur 5
Nicolaus Garcia cum aliis *dicto c.12. n.20. & 21.*
quatenus decisum refert in vna Tulen. Canonica-
tus, & Præbendæ de anno 1551. per Rotam,
quod laborans morbo caduco, non sit inhabilis
ad obtinenda beneficia simplicia; quia non est
delictum, † licet secus in beneficiis requirentibus 6
ordinem scilicet sacrum, vt per Caputaq. *decis.
236.p.2.* & confirmat cum Azor. *lib.6.p.2.cap.4.
q.14* dicente eum, qui postquam primam tonsu-
ram legitimè suscepit, sinistri oculi infirmitate,
aut capitis morbo ita laborat, vt ad sacros ordi-
nes promoueri non possit; posse beneficium sim-
plex obtinere; dummodo deformitatem non af-
ferat talis morbus. † Et Suarez *de cens. disp. 51.* 7
sect.2.n.18. vt refert etiam Garcia, ait quod ægro-
tus morbo impediente vsum ordinis, irregularis
est ad beneficium curatum de nouo suscipiendum
ad simplex, non ita si iam sit Clericus, vt inde
sustentetur.

Quod si Clericus incidisset in cæcitatem, dicit 8
Lessius *de Iust. dicto lib.2. cap.34.n.130.* vt non vi-
deatur posse obtinere, seu ei conferri beneficium,
etiam simplex: nam cæcus est incapax, cum præ-
ces canonicas recitare nequeat; & refert etiam
Garcia *dict. c.12. n.21.*

Ad vltimam quæstionis partem, quia ex iam 9
adductis *in dict. Rub. & in cap.1.* item *in q. praced.*
circa finem facilis est resolutio, ea nempè vt spe-
ctet ad arbitrium Episcopi considerare, quod di-
catur modicum vitium, vel quæ dicatur notabilis
deformitas: sic Doctores *per cap.2.* & *ibi* glossam
penult & vltim. hoc tit. vbi Abbas *n.1.* Menochius
*cons.96.n.30. & 31. & de arbitr. casu 226.n.7.8.15.
& 16.* Seraphin. *decis 625.n.4.* Henriquez *lib.14.
summ.c.8.§ 1.* Beller. *tit. de disciplina Cleric. §.7.
num.26.* Machado *lib.1. de perfecto confessor. p.3.
docum.6. n.9.*

Et inde etiam quando dubitatur sit ne talis 10
corporis morbus, vel defectus, qui ordinis execu-
tionem impediat, vel scandalum gignat, Episcopi
est determinare. † Ita quod non sufficit arbitrium 11
confessarij, vel alterius Prælati inferioris, vt pro-
bant Couarru. *in clem. si furiosus p.1. in initio n.5.*
Auila *de cens. p.7. disp.3. dub.3.* Bonacina *de irregul.
q.2. puncto 2.n.36. in fine*, Nauar. *cons.1. hoc tit. n.13.*
Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30.n.45.*
Ragus. *de missa in Ecclesia q.8.n.3. in princ.* Barbosa
in pastorali alleg.42. p.2. n.60. & cum eo Alcedus
de præst. Episcop. p.2. cap.6.n 61. Diana *resol. moral.*
& Ioan. Machado quos refert idem Barbosa.

Qvæstio V.

Medica curatio, quæ perficitur in aliquo viro sine testiculorum denudatione ab aliqua tunica, & sine aliqua læsione vasorum deseruientium solum soluendo partem processus peritoꝛij, quæ deorsum tendit ad testiculum, & supra illum integrum testem deducendo ad inguiem, intra quod reclusum relinquitur parti inferiori tunica coarctata per ligaturam; per quod vulnus curatur communi modo, quo reliqua vulnera, an efficiat spadones, vel eunuchos iuxta Bullam Sixti V. sic vt non valeant inire matrimonium, & perinde ita curatum, aut curatos ordinari?

Svmmarivm.

1 *Curationis testiculorum modus Hernicorum practicatus Vallisoleti, non auferens generationem, nec inhabilitatem ad contrahendum matrimonium recensetur.*

2 *Doctor Gaspar Brabus Regis Philippi IV. Medicus Cameræ, & noster amicus nos impellit ad colloquendum de hoc dubio.*

3 *Curatio hernica in testiculis, non prohibens matrimoniari, potius spectabat ad matrimonij impedimentum illud* si forte coire nequibis.

4 *Spadones largo modo dicuntur illi, qui secti in vno teste, alium reconditum habent ad inguiem intra reclusum.*

5 *Opinio probabilior est sequenda in materia spectante ad valorem Sacramentorum, sed in puncto contrariam dicitur, & quare?* n.16. & 17.

6 *Secti in vno teste retinentes alium intra inguiem, nec matrimonium contrahere prohibentur, & multo minus ordinari.*

7 *Spadonum genera trium referuntur, & ad nullum applicatur curatus per sectionem, aut compressionem vnius testiculi, & reconditionem alterius,* n.8.

9 *Coëundi, & verè seminandi facultas, etsi generatio non sequatur, facit homines habiles ad matrimonium.*

10 *Seminis prolifici generatio, non impeditur, dato, quod tota tunica testiculorum nudaretur, & à tunica erythroide, vt* n.11.

11 *Seminis generatio perficitur à carne testium.*

12 *Testes reconditos habentes, non habent qualitates generationi contrarias.*

13 *Genitalia hominum, & mulierum ex Galleno habent proportionem ad generationem, etsi in magnitudine differant.*

14 *Medici creduntur votum proferendo, quod curati in testibus, modo dicto, non sunt inhabiles ad matrimonium, & quare?*

15 *Matrimonium semel contractum, non est inualidatum, opposita curatione hernica, de qua in dubio.*

16 *Spadones secundùm quid, & improprij non priuantur à matrimonio, nec ab ordinibus.*

17 *Viri seminandi, & coeundi facultate pollentes, solent esse ornati barbis, & pulchros habere filios, vt exemplificatur ex Leandro & de alio ab auctore viso.*

QVia iste casus fuit nouus, & ex nostra Hispa- 1
nia ad felic. memor. Innocent. X. Pontificis
maximi delatus, cui responsum illico non præbuit
Sacra Congregatio, & existimans eius resolutio-
nem pendere à iudicio, & relatione Medicorum,
rescripsit, vt collegium Medicium celeberrimæ
Academiæ Vallisoletanæ, in cuius ciuitate Medici
magni consulti, sicut solent ibi curare. † Inter 2
quos in tali vniuersitate primarius, magni quidem
nominis, litterarum, & prudentiæ, sicut apud
omnes, & nunc conseruat in hac curia Matritensi
inter Prothomedicos à cubiculis nostri magnani-
mi Regis, Philipi IV. ab anno præterito 1657.
Doctor Gaspar Brabo, noster amicissimus iam
diu, qui hoc in anno 1661. mecum colloquendo
super hoc puncto, iterum, atque iterum firmauerat
super curatione referenda. Ideo ego, quia locus
videtur aptus nostro titulo de Corpore Vitiatis
ordin. vel non, præcipuè textus huic *cap.* 3. & aliis
huius tituli, vbi de spadonibus, incisis, atque castra-
tis; ideo ne amitteretur in nostris scriptis hæc
quæstio curiosa, & necessaria, placuit de illa dis-
serere, atque cum tanto Magistro, me impellente,
ac aliis hernicæ professionis resoluere; item ex do-
ctrina Theologiæ moralis professorum.

Et quamvis hæc disquisitio potius videatur esse 3
de impeditis matrimonium contrahere iuxta illud
dirimens impedimentum, *si fortè coire nequibis*, de
quo agemus sub tit. *de sponsalib. & matrimonio*; sed
quia potest reponi non ineptè in nostro titulo, nec
sit alius locus aptior ideo hic deliberaui ponere ad
petitionem D. Gasparis amici nostri, vt sic facilius
ad manus haberi valeat. † Igitur pro negatiua sen- 4
tentia facit, nam etsi detur hos homines non esse
propriè Spadones; largo tamen modo possunt
dici tanquam inepti admittendum verum semen,
cum habeant testes, non extra, sed intra inguiem.
Tum quia ex modo curationis videtur, vt huius-
modi homines non possint emittere verum semen,
videlicet ob solutionem continuitatis in tunica ex-
terna testiculorum. † Sed iste casus spectat ad va- 5
lidè conficiendum, & perficiendum Sacramen-
tum, in quo semper debet eligi opinio securior,
nec sufficiat minus probabilis, & certa, iuxta quæ
adduxi, *supra sub tit. de Sacram. iterand. vel non*;
imo vt quamtumvis opinio probabilis sit, non ces-
sat periculum irritationis, vt sustinent Petrus Soto,
lib. de instruct. sacerd. lect. 2. de Eucharistia, Suarez
*tom. 4. in 3. p. disp. 26. sect. 6. n. 5. & tom. 3 p. 3. disp. 21.
sect. 4. ad finem*, Pater Bardi. *de conscientia discept. 4.
cap. 31. n. 7.* Lanfranc. *opusculo 1. c. 3. n. 6.* Merolla
tom. 1. disp. 3. cap. 4. dubio 3. n. 34. Bresserus, *lib. 5.
c. 10. num.* 105. *&* 111. ergo, vt nec matrimonium
celebrare valeant, nec ordinari per dicta *sub hoc
tit. & cap. 1.* vbi latè de spadonibus, sectis, &
Castratis.

Tamen si pro contraria sententia in materia 6
matrimoniali, sit bene fundata opinio, quod isti
possunt matrimoniare, & sine dubio poterunt or-
dinari; imo etsi matrimonio iungi prohiberentur,
non quidem ad ordines ascendere per dicta sub
nostro, *c.* 3. Est ergo regula in Bulla Sixti V. quod
eos tantum eunnchos inhabiles ad matrimonium
declarauerit, qui vtroque teste carēt, cuius de causa
semen emittere non possit, vt dicunt Gaspar. Hur-

tado

tado *de matrim. disp.22.dif.5. n.17.* Martin. Perez
8 *de matrim. disp.37. sect.3. num 5.* & alij: † Et clatum sit spadonum esse genera tria, nempè Thlibiæ, qui ab infantia genitales partes amiserunt; eo quod à parentibus illis exsectæ, & inutiles redditæ sint; item Spadones, qui à natiuitate testiculos non habent, tertio Castrati, qui ferro exsecti sunt, de quibus latè dico, *sub*
7 *hoc cap.3.* † At sic est, quod homines, de quibus in hoc dubio loquimur non comprehenduntur sub Bulla Sixti V. cum nec careant testibus, nec habeant illus concussos, vel attritos, vt testantur Hernici *infra* referendi; eo quod verum semen emittunt. Ergo cum amplius valeant in dubio proposito, nempè generare, vt probant Leander *de Sacram.tom.2.tract.9.disp.21.quæst.16.* Basilius Pontius *lib.7. de matrim. cap.68. num.31* Verricelli *de Apostol. eis missionibus tract.14 q.143. sect.7.n.m.70.* Diana *p.11.* legendus *fol.203.* agens de prædicta curatione, quando, etsi non generarent ad valorem matrimonij, sufficeret coëundi potestas, & verè seminandi, vt docent relati: Sequitur non esse istos arcendos à matrimonio, nec ab ordinibus suscipiendis.

9 Sed de prædicta generandi facultate in relatis hominibus, item coëundi, atque seminandi Hernici restantur, dicentes per relatam curationem fieri leuem tunicæ scissionem, & quæ facilè à natura curatur, sine quod actus, & caro testiculi
10 patiantur; † item & datu quod tota tunica nudaretur, non impeditur seminis publici generatio; prout nec in testibus mulierum carentibus illa; tum quia vulotione facta vulnus abstergitur, & curatur à natura; prout contingit in leui-
11 bus externis vulneribus. † Et quia seminis generatio perficitur à carne testium; prout est pars similaris, media facultate, & temperie illorum, quæ non patitur ex vi curationis; indeque resoluerunt relati Medici Pintiani *in voto suo §.8.* probantes *in §.6.* in casu adducto non nudari testiculos à tunica erytroyde nec impediri polifici seminis generationem, quod in tali casu non amittant testes, nisi situm, & locum, non autem qualitates, & substantiam, quam prius habebant.

12 Et idem ait Pontius supra adductus; quem ex Galleno *lib.2. de semine*, sequitur Diana adducta *miscell. num.224. in fine*, eo quod intra corpus testes recondantur, tales non habere qualitates conseruationi contrarias, sed similes, cum testis qualitates, sint caliditas, & humiditas, sed con-
13 seruatio à similibus procedit. † Ergo nihil interarit ad generationem impediendam, quod testes sint reconditi intra inguiem, & non extra, cum & vt Gallenus *dict. lib.2. de semine*, referens proportionem inter genitalia masculi, & fœminæ in sequentibus verbis declaret, *est enim proportio maxima inter genitalia masculi, & feminæ; omnia si quidem genitalia membra, tum masculi, tum fœminæ habere eadem videntur, positione tantum, & magnitudine differentia; quia & vasa testes nutrientia vtriusque sexus ex eisdem venis, & arteriis procedunt.*

14 Quare dum aliter à Sacra Congregatione Concilij responsum non habeamus, vt spectabat Diana, *vbi supra fol.210.in fine*, ac in materia hac plurimum sit credendum in arte peritis, vt sunt tot Hernici *num.22.* illius magnæ vniuersitatis, dicendum ast, non esse solùm probabilem, sed certam, & apertam Hernistarum illorum senten-

tiam, ac perinde Basilij, Leandr. & Dianæ, ac Verricelli relatam sententiam de Valido matrimonio contrahendo à relatis vitis tali curatione laborantes, † ac proinde Vicarios, ac Episcopos 15 solitos esse sine dubio & scrupulo, admittere relatos homines ad contrahenda matrimonia, & post matrimonium contractum, si aliqui ex illis, nullitatem in foro externo tentaret, debere Iudices Ecclesiasticos contra illos sententiam pronunciare, quia in conflictu opinionum illa est amplectenda, quæ fauet valori matrimonij, vt post Hostiensem, Butr. & Abbat. *in cap. si vir. de cognatione spirituali*, Felin. *in cap.1. de fi[illegible]*, docent Chuchus *lib.5.instit.moral tit.1.num.157.* Beiet. *conf.80. num. 21. & 22.* Gail. *obseruat. lib.2. obseruat. 94. num. 19.* Menoch. *de præsumptionibus lib.1. præsumptione 71. num. 3.* Franc. Molin. *de comparat.17.lib.1.num 15. in fine*, Thomas Sanchez *lib.1. de matrimonio d.18 num.6.* cum multis, dicentes omnes, & Diana *supra* cum illis sub vers. *vnde*, hoc faciendum esse à Iudice, etiam contra communem, & præferri opinionem singularis alicuius Doctoris celebris, quæ in probabili ratione fundata, matrimonio faueat, illudque sustineat opinione plurium Doctorum impugnantium, nisi textu aperto innitatur.

Quare satisfaciens Diana cum Bossio *de contractu matrimonij cap.4. §. 11. num.2.* cum Vasquez, Salas, & aliis, & nouissimè Tamburin. 16 *in decalog. lib.1. cap.3. §. 4. num. 20.* ad oppositum de probabiliori, atque tutiori opinione amplectenda in materia Sacramentorum, referens, ex Lorca, & Martinez, dicentibus, etiam sufficere opinionem minus tutam; dum sit probabilis in re, quæ non sit contra Ecclesiæ vsum, consuetudinemque, vel præceptum de tali modo in administratione Sacramentorum seruando, vel si non derogetur obligationi charitatis, & misericordiæ recipientis remedium proximi, cui tandem assentitur Diana legendus respondet in puncto nostri dubij, probabiliorem esse opinionem nimium istos viros dictos Spadones, secundùm quid non priuari à matrimonio ineundo, † quod 17 ali verum ex dictis; præcipuè, si considere cum Basilio *supra*, similes viros vlira facultatem seminis emittendi, esse ornatos Barba, pilisque, non flaccidis, sed virentibus, & Leander, ac Diana referunt de quodam homine huius Diœcesis Toletanæ, qui cum a Chirurgo vnus læsus testis auulsus esset, alter vero non læsum recorderet intra corpus, habilis inuentus fuit, non solùm ad coëundum; imo etiam ad generandum; quippè duos filios habuisse, seque Leander vidisse nimis pulchros, patremque illorum viventem, pilosum, & ornatum, & hoc videmus pluries, & audiui de quodam malo barbaro, vulgo dici vno teste carente, alium que reconditum habente, qui ex vxore habuit plusquam decem filios, quorum viuere vidi sex quasi ad hæc tempora; & sic minus ab ordinibus prohiberi resoluendum est per dicta *hic, & sub hoc cap 3.*

AD RVBRICAM ET TITVLVM

De Bigamis non Ordinandis.

SVMMARIVM.

5 *Bigamia impedit quem ordinari ob defectum perfectæ significationis Sacramenti Christi cum Ecclesia, & ob incontinentiam*, n.2. & 10.

3 *Castitatis, & viduitatis hortator, non potest esse qui frequentauit matrimonia.*

4 *Bigamiæ species triplex, vera, interpretatiua, & similitudinaria, vna quaque exemplificatur, etsi alij referant, plures, alias, vel duas tantum*, vt n.5.

6 *Bigamus effectus quoquomodo prohibetur ordinari, etsi accedat Episcopi consensus, &* num 10.

7 *Bigamia nihil aliud est, quàm nuptiarum multiplicatio.*

8 *Bigamus appellatur ille, qui non solùm bis, sed etiam ter, aut quater nuptias contraxit.*

9 *Monogamus est quasi vnius vxoris vir.*

1 QVSA inter impedimenta ad ordines suscipiendos non modica reputatur Bigamia, seu Digamia *ex cap.* 1. *& 2. hoc tit. & cap. 1. dist. 32. & canon.* 56. *Apostolor.* ideò Doctores, tam antiqui, quàm moderni, & tam Rubricanij, quàm iurium exploratores de hoc impedimento, latè scribentes, docent Bigamos, non quidem ob peccatum ab ordinibus arceri sacris, cum nuptiæ etiam secundæ, tertiæ, vel vlteriores non sint peccatum iuxta textum *in cap. Acatius*, & similibus *dist.* 26. sed ob alias duas rationes, vnam mysticam, aliam moralem, illam primariam & perfectam, ob defectum scilicet perfectæ significationis Sacramenti, quæ est coniuncti Christi cum Ecclesia ex Paulo *ad Ephes.* 5. vt est vnius viri cum vnica sponsa, quod sic alias incontrahente secundas nuptias non procedit *ex dicto cap. Acatius*, *& cap. debitum*, *hoc titulo*, vbi Doctores latissimè.

2 Secundùm verò moralem quia, cum Clericus debeat esse continentiæ, & viduitatis hortator, iuxta quæ latè dixi *in tit. de filiis Presbyt.* nec possit esse talis, qui coniugia frequentauit *ex cap. vna, c. qui sine crimine dist.* 26. quia de incontinentia eius
3 præsumitur, *cap. proposuisti dist.* 81. † Nec possit esse hortator viduitatis, castitatis, & continentiæ, qui coniugia frequentauerit *ex dicto cap. vna*, *cap. fin. dist.* 26. cum dicamus, quod habens filios non potest habere frontem, alios de incontinétia redarguendi, *cap. sicut*, vers. *vnde* Paulus 47. *dist.* Barbosa, *in pastor. p. 1. tit. 2. glossa 4. num. 2.* in vers. *vnius vxoris*; ideò ex his, & aliis infra referendis iure optimo hoc impedimentum canonicum, quod irregularitatem inducit decretum. Et de his amplius *infra in dicto cap. delictum hoc titulo.*

4 Solent etiam DD. triplicem speciem Bigamiæ proponere, propriam, id est veram cum quis v.g. successiuè plures vxores legitimas duxit, & cum eis copulam habuit. Secundam quando non intercessit verum duplex matrimonium, sed virtualiter, siue ex intentione, vti quando quis contraxit cum vna sola, sed vidua, vel repudiata, quæ tamen suum primum matrimonium cũsummauerat *cap. si quis viduam dist.* 50. similitudinariam tertiam, quam incurrit ordine sacro insignitus, vel voto castitatis solemni adstrictus cum aliqua contrahens, & consummans, *cap. quotquot 27. q. 1. c. à nobis 1. hoc tit.* licet illa sit virgo. Et quia de istis omnibus ad plures casus DD. se extendunt, quos refert de hac materia tractantes relati à Barbosa *hic*, inter antiquos & modernos enumerat 62. Barbosa; & cum in corpore quæstionum alios etiam recentiores ego referam intendens ad vnguem materiam hanc præcallere; ideò nec illos
repeto, nec de nouo adduco. † Addoque com- 5
muniter sic triplicem diuidi Bigamiam; tamen aliquos DD. plures alias species addere; si quidem ex communi Theologorum Montaygnen. *de Bigamia quæst.* 6. ponit sex Bigamiæ species; imò & ipse fatetur quod sint septem species, sed & quod octo modis contrahatur, tenent Syluester *in summa* verbo *Bigamia*, Couar. *in clem. si furiosus 1. p. relect. §. 2 de homicidio*, Nauar. *in manuali cap. 27. num.* 195. Salzedo *in pract. ad Bernard. Diez c. 16. videnda l. 5. tit. 5. p. 1.* vbi Gregor. refert Zeuallos *in pract. quæst. 557. & q. 558.* qui in fine refert ex glossa *in cap. 2. hic*, vt solùm sit duplex Bigamia, vera scilicet, & interpretatiua, quam testatur communem Montaygne. *supra quæst. 4. num. 5. ad finem*, *& dicta quæst. 6 ad finem*, cuius contrarietatis effectum adducit Rebuffus *de pacificis possess. num.* 193.

Et tantùm pro cõplemento huius præmissi Ru- 6
bricæ, dicendum est, quod si quis Bigamus effectus sit ex aliqua prædictarum trium specierum, excluditur à Clericatu, vt *in cap. 5. & per totum 26 dist. cap. maritum 33. dist. cap. præcipimus*, *& c. cognoscamus dist. 34. cap. quicumque*, *& cap. non confidat 50. dist. cap. 5. & 2. dist. 45. cap. à multis de ætate*, *& qualit ordin. cap. 1. hoc tit.* & vt sicut prohibetur ordinari; ita pariter consequi beneficia Ecclesiastica, vt docent Rebuffus *in tract. de pacificis possess. num.* 192. Corrasius *de benefic. p. 3. c. 4. num. 2.* Sayrus *de cens. lib. 6. cap. 5. num. 9.* Auila *de cens. p. 7. disp. 8. dubio* 5. Nicolaus Garcia cum infinitis *p. 7. de benefic. cap. 6. num. 1. & 2.* proptereaque obseruant Nauar. *cons. 3. num. 1. hoc tit.* Flamio. *de resignat. 1. p. quæst. 3. num.* 192. etiam si accedet Episcopi consensus Azor. *inst. mor. p. 2. lib. 6. cap. 4 q. 15.* Barbosa *in pastorali p. 2. alleg. 49. n. 56.* & alij referendi communiter.

Vnde si dubites adhuc quid sit Bigamia, res- 7
pondeo, vt nihil aliud sit, quàm nuptiarum, seu matrimonij multiplicatio; & inde Bigamum dici qui binas contraxit nuptias, sicut Monogamus, qui vnas dumtaxat; & hoc ita esse colligunt clarè DD. ex ipsius nominis ethimologia, quod componitur à *bis*, & *gamo*, græcè, hoc est bis matri-
monio iunctus, seu copulatus. † Indeque à for- 8
tiori appellari bigamum, qui non solùm bis, sed etiam ter, aut quater nuptias contraxit, vt omnes fatentur, & docent Canonistæ *in tit. nostro hic & lib. 6.* Nauarrus *in man. cap. 27. num.* 195. Maiolus *lib. 1. cap. 33.* Henriquez *lib. 12. summæ de matrimonio cap. 6. §. 9. & lib. 14. cap. 4* Suarez *de cens. disp. 49. sect. 9 & sequent.* Vgolinus *cap. 56.* Sayrus *lib. 6. cap. 3.* Auila *de censuris p. 7. disp. 8.* Couar. *in clem.*

olem. si furiosus 1.*p*. §. 2. Filliuc. *tract*. 19. *cap*. 4. Viuald. *de irregul*. vbi de prima specie, nempè de bigamia, Bonacina *quæst*. 2. *de irregul. puncto* 5. Thomas Sanchez *de matrim lib*.7 *à disp*.83. Layman. *lib*.1. *tract*.5. *p*.5. *c*.6. Hurtadus *de irregularit. disp*.13 Ioseph. Gibalinus *de irregul. cap*.3. *quæst*.4. *num*.1. Machado *de perfecto confes. tom*.1. *lib*.1. *p*.3. *tract*. 17. *docum*. 3. Castrus Palaus *de cens. disp*.6.
9 *puncto* 8 Andreas Valensis *sub n*. 1. † Vbi qood sicut monogamus est quasi vnius mulieris, seu vxoris virginis etiam bigamus quasi duarum mulierum vir nuncupetur; & Theologi scholastici cum D.Thoma *in* 4 *dist*. 17. *q*.5. *art* 1. *&* 22. *q*.66.

10 Et quod omnis bigamia inducat irregularitatem tamquam certum ex proximè adductis iuribus, & ex nostro tit. & *dist*.26. *&* *dist*. 34 *in cap. si quis à Clericis*, *&* *dist*.77. *cap. qui cumque*, *&* 28. *q* *vltima*, docent omnes sic etiam probantes ex Trid. *sess*.23. *c*.17. *de reform.* dicentes introductam esse ob defectum adductum ex Sacramento, nempe qoia, qui cum duabus contraxit, non potest apte significare dictam vnionem Christi cum Ecclesia vnica eius sponsa; de quo sunt legendi præter ordinarios, & proxime adductos Gibalinus *supra dicta q*. 4. *propos*. 1. *num*. 5. Pellizar. *tom*.2. *tract*.27. *cap*.5. *sect*.2. *à num*.82.

QVÆSTIO I.

An irregularitas ex bigamia seu polygamia inducta sit iure Diuino, vel tantum Canonico? Et an ad illam contrahendam requiratur quod vtrumque matrimonium sit consummatum, seu sufficiant sponsalia? seu amplius requiratur seminis emißio, intra vas mulieris, & quod ipsa insimul semen emittat?

SVMMARIVM.

1 *Bigamia dicitur propriè contrahi quando vir duas, vel plures vxores duxit successiuè, secundam post mortem primæ*, n.11.
2 *Polygamia dicitur quando quis simul habet, aut habuit plures vxores viduas* n.16.20. & 21.
3 *Bigamiæ irregularitas potius iure Canonica inducta, quàm diuino*, n.4.
4 *Omnis irregularitas inducta est à iure Canonico: vbi quæ sit eius definitio.*
5 *Paul* 1. ad Timoth.3. & n.3. *potius intelligitur de polygamia, quàm de bigamia*, n.6.7.8. 9.10.11.12 & n.16.
8 *Apostolorum præcepta non omnia fuerunt Diuini iuris.*
9 *Mulier à Sacerdote eligenda in vxorem, non ab alio ducta debet esse.*
10 *Sacerdotes in Testamento veteri, non nisi cum vnica numquam vxorata contrahebant.*
11 *Apostoli verba*, vnius vxoris virum 1. ad Timoth.3. *Et ad quos Ecclesiæ Ministros porrigantur*, n.12.
12 *Præpositura in rigore, videtur significare quodcumque Ecclesiasticum beneficium.*
13 *Bigamus à tempere Apostolorum prohibitus fuit ordinari Episcopus, vel Diaconus.*
14 *Episcopum, vel Sacerdotem quærit Ecclesia, vel de monogamia, aut de virginitate sanctum.*
15 *Nuptiæ secundæ apud Ethnicos aliquid habebant culpæ.*
16 *Polygamiam in lege Euangelica impiè hæretici aliqui dixerunt esse licitam, quod falsum est, vt definitur in Trid. Concilio*, n.17. 18. & 20.
18 *Polygamia omni lege fuit prohibita ex primæua institutione Dei.*
19 *Repudij libellus permissus à Moyse ad duritiam cordis eorum, vt Christus respondit.*
21 *Polygamia, & Bigamia qualiter differant; item & Digamia.*
22 *Bigamia non contrahitur per solum matrimonium ratum, aut sponsalia, nisi matrimonio consummato*, vt n.23 & n.25.
23 *Matrimonium copula non consummatum minimè sufficit ad significandum matrimonium Christi cum Ecclesia per Incarnationis mysterium.*
24 *Matrimonij non consummati Sacramentum solùm significat vnionem verbi cum Ecclesia per Charitatem, & gratiam, aliter per consummatum*, vt n.25.
25 *Sponsalia multiplicata sine copula, non inducunt Bigamiam, & cum copula si sint tantum de futuro.*
26 *Bigamus non fit qui ducit in vxorem ab alio ductam, & nondum cognitam, seu morte præuento*, vt n.28.
27 *Bigamia non contrahitur ex solo matrimonio cum vidua, nisi consummato.*
29 *Bigamia verius est, vt non contrahatur ex sola vasis penetratione non effuso semine, nec requiritur concursus mulieris*, vt n 30.

AD primam difficultatis partem an irregularitas ex Bigamia sit prohibita iure Diuino, aut tantùm Canonico, vt clarius respondeam, quàm alij DD. solent, hoc dubium excitantes, mihi visum est distinguere inter Bigamiam, & Polygamiam; illa quidem propria vocatur qoando post primam vxorem mortuam, vir secundo, vel tertio, seu pluries successiuè alias nuptias facit absque eo, quod simul, & eodem tempore viuant plures vxores vnius viri † Secunda verò spectat ad pluralitatem vxorum vnius viri viuentium in eodem tempore, vt explicant DD. *infra*, referendi, & de hac, omnes, *in cap. gaudemus*, *de diuortiis*, & in aliis illius tituli. 1 2

Igitur quamvis de prima specie, quæ dicitur propriè Bigamia, aliqui Canonistæ affirment, *in cap. nisi cum pridem* §. *persona de renunciat*. Marianus Socinus *in cap. ad audientiam de homicidio*, vt referunt Henriquez, & Leander. *infra* Turrianos *in cap*.1. *lib*.1 *aduers. Man. de Burgens*. Petr. Soto *lect*.18. *de matrim.* sic colligentes ex illo Pauli 1. *ad Timoth*.3. *&* *ad Timoth*.1. Volentis Episcopum, & Diaconum esse vnius vxoris virum; & sic hoc esse præceptum à Christo Domino mediis Apostolicis. 3

Tamen re vera hæc irregularitas, est tantùm inducta iure Canonico, sicut, & aliæ cæteræ irregularitates, de quibus DD. agunt per textum *in cap. is, qui de sent. excommunic. lib*.6. vbi secundum omnes irregularitas definitur, qood *sit impedimentum Ecclesiasticum, Iure Canonico introductum* 4

ductum, ex se directè, ac primariò impediens perceptionem ordinum, & indirectè, & consequenter eorum vsum, vt docent Suarez *de censf. disp. 40. sect. 1. num. 2.* Filiucius *tract. 19 cap. 1. q. 1. n. 2.* Auila *p. 7. disp. 1. dubio 1. conclus. 1.* Hurtado *disp. 1.* Bonacina *disp. 7. quæst. .. puncto 1. num. 2.* Nauar. Villalobos, & Leander. cum illis, *de irregul. tract. 1. quæst. 2.* & abundè explicant etiam DD. antiqui *in cap. curandum dist. 34.* ibi, *non aspiret ad ordines*, & ibi, *in cap. si cuius vxorem dicta dist. 34.* ibi, *seu ad ministerium Ecclesiasticum admitti non potest*, leges quæ latè scribit omnino legendus idem Suarez *tota disp. 40.* cum aliis, *de censuris.*

5 Et in terminis probant D. Thomas *in 4. dist. 29. art. 1. & in addit. quæst. 66. art. 5. ad 2.* Henriquez *lib. 12. cap. 6. num. 11. in textu, & in margine lit. N*, Gibalinus *de irregul. cap. 3. q. 4. num. 6.* Sayrus *lib. 6. cap. 3. num. 20.* idem Suarez *disp. 49 sect. 5.* Bonacina, *de irregul. disp. 7. q. 2. puncto 5. num. 14.* Filiucius *tract. 19 cap. 4. q. 10. n. 129.* Auila *p. 7. disp. 8. dub. 4.* Leander. cum communi *tract. 3. de irregul. disp. 6. quæst 4.* qui sic tenentes respondent ad locum *vnius vxoris virum*, nullum alium esse in tota Sacra scriptura, quo probari valeat iure Diuino statutum esse hanc irregularitatem; & ex illis verbis solum probari excludi secundas nuptias: nam vt ait Suarez *dicta disp. 49 sect. 5. sub num. 2.* siue fuerit vidua, siue aliter corrupta, siue virgo, si illam tantùm habuerit, dicetur vnius vxoris vir inferens ibi in vigore non comprehendi bigamiam interpretatiuam, multoque minus similitudinariam.
6 † Et esse probabile ibi comprehendi bigamiam, quæ contrahitur simul ducendo secundam vxorem, viuente prima; quia licet reuera vna illarum sit vxor, tamen simpliciter, & consueto modo loquendi ille non dicetur vnius vxoris vir; & sic dicit plures expositores intelligere Apostolum in dictis verbis potius exclusisse plures vxores simul, quàm successiuè.

7 Vel si existimes prædictum Canon. Apostoli, loqui de bigamia de qua in hoc tractatu agimus, respondetur Cum communi DD. vt nullum inducat præceptum, sed tantum proponere admonitionem, vt patet ex verbis ibi, *oportet*, sub quo multa alia requirere, quæ non sunt absolutè & ex præcepto necessaria; imo addit Suarez, *dicta sect. 2 num. 1.* quod si, vt probauimus admittamus illud Apostoli fuisse præceptum; non inde sequi fuisse diuinum, sed Apostolicum, quod etiam Apostolorum Canones confirmant alia adiciens referenda, *infra in cap. super eo hoc tit.*

8 Et sic concludimus, quatenus ad primum dictum de Bigamia, certum esse Apostolum in eo loco solùm tulisse legem positiuam humanam, vt testatur communis Theologorum & Canonistarum; nec esse verum, sed omnino falsum omnia, quæ præceperunt Apostoli esse iuris Diuini: nam cum ipsi constituti essent etiam à Spiritu sancto. Episcopi ad regendam Ecclesiam Dei plurimas leges authoritate sibi concessa, tum Episcopali ordinaria, tum Apostolica sanciuerunt, quæ Iuris Diuini non sunt, nec à Christo Domino positæ, cuiusmodi autem esse istam legem de bigamis à Sacris Ministeriis remouendis existimauit semper Ecclesia, vt adducunt iam *supra* adducti: nam vt in Rub. diximus, & amplius docet Barbosa explicans *in pastorali D. Pauli locum 1. part. tit. 2. glossa 4. ex num. 1.* bis coniugatus, non possit significare vnionem Christi cum Ecclesia vnica sua sponsa; quia non esset vnicus, ex quo diuisit carnem suam, *cap. acutius 27. dist. cap. debitum hoc tit* vbi glossa, verbo *Sacramentum*, ob idque Apostolum dixisse, vt is Episcopus ordinetur quem vnius vxoris virum fuisse, aut esse constiterit. † Nam sacra semper 9
habita est ista præceptio, vt etiam de muliere Sacerdotis eligendi eadem intelligeretur seruanda conditio, ne fortè illa priusquam in matrimonium eius veniret qui aliam non habuisset vxorem alterius viri, esset experta coniugium.

Et Iure ab Apostolo optimè constitutum paret 10
quia si in veteri Testamento *Leuit. 2.* hæc Sacerdotalium coniugiorum forma seruata, quanto magis sub reuelata iam gratia constituti Apostolicis debemus seruire præceptis, vt quamvis quis bonis moribus præditus, & sanctis operibus inueniatur ornatus nequaquam tamen, vel ad Diaconi gradum, vel ad Presbyterij honorem, vel ad Episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non vnius vxoris virum, aut vxorem eius, non vnius viri fuisse constiterit, vt ex Leone *epistola 59. ad Episcopos Africanos*, refert Anton. Augustin. *in epitome Iuris Pontificij veteris lib. 4. tit. 6. cap. 7.*

Quod si obstes dicendo Apostolum *in dicto lo-* 11
co 1. ad Thimot. 3. vnius vxoris virum, tantùm loqui de Episcopo, & Diacono; nihil verò de Præsbytero, & de Subdiacono dixisse: tamen ego ex D. Ambrosio *epistola 82.* & cum Suarez *de censf. dicta disp. 49. sect. 2. sub num.* intelligo non solùm de Episcopo, verùm, & de Presbytero, sic statuisse, vt est verosimile, cum statim transferat Paulus sermonem ad Diaconos, prætermissis Presbyteris; item etiam quia in eisdem Diaconis eandem conditionem requirit, vnde à fortiori Paulum supponere dicunt eandem in Præsbyterio postulari. Et addit Ambrosius Patres Concilij Niceni addidisse, *Nec Clericum quemquam debere esse, qui secunda coniugia sortitus sit:* Vnde significare hanc bigamiam propriam & rigorosam, vt extenditur ad alios Clericos infra Diaconum, non esse Apostolicam.

Sed D. Augustin. *tract. 41. in Ioannem*, videtur 12
extendere sermonem Pauli ad omnes Clericos, quamvis non simpliciter sed de ordinandis ad præposituram Ecclesiæ loquatur, licet glossa *in cap. 1. dist. 81.* per præposituram intelligat quodcumque Ecclesiasticum officium: tamen in rigore plus significare ait Suarez *dict. numero 1.* & sine dubio ex vi illorum verborum Pauli hanc irregularitatem non extendi vltra Diaconos; indeque cum Lucius 3. *in dicto cap. super eo hoc tit.* solùm dixisset, *In Bigamis contra Apostolum dispensare non licet, vt debeat ad Sacros Ordines promoueri*, intelligi Apostolum solùm loquutum fuisse de Sacris Ordinibus, qui eo tempore tantùm ad Diaconum extendebantur, vt exposuit, glossa *ibi* verbo *dispensare*, sed idem Suarez *dicta sect. 5. disp. 49. dict. num. 1. in fine*, addit *in canone 16.* Apostolorum apertè extendi ad omnes Clericos.

Ex dictis inquam benè possumus dicere, non 13
Iure Diuino, sed potius positiuo Ecclesiastico, etsi à tempore Apostolorum bigamum non esse ordinandum Episcopum, & Diaconum, & insuper cum D. Isydoro *lib. 2. cap. 6. de Ecclesiast. officiis.* † Quod vt vnius virginalis matrimonij, sint qui eliguntur ad ordinem Pontificatus, Sacerdotem

cerdotem quærit Ecclesia, aut de monogamia ordinatum, aut de virginitate Sanctum; quia vt ait Hieronymus *nullopacto*, ad Occeanum Digamos, vel Concubinarios carenis insertus decet subire Sacerdotij ministerium;& sicut *in Leuitico* 21.scriptum, ac præfinitum est, quales debeant eligi Sacerdotes: *Si ergo Clericus monogamus fuerit, & vxor eius Digama, noli eum ad ministerium applicare*: Hæc etiam præcepta Tito idem Apostolus de ordinandis Clericis dedit, & ob id Seruius in illud Virgil.

Huic vni forsan potui succumbere culpa.

15 Apud Ethnicos secundas nuptias aliquid habuisse culpæ testari videtur, exponens culpam dici propter antiquum ritum, quod repellebantur à Sacerdotio secundo nupti, & quod Romæ pudicitiæ simulacrum colebatur, quod nefas erat attingi, nisi ab ea quæ semel nupsisset, vt refert Barbosa *dicta glossa 4 sub numero 1. in fine.*

16 Iam ergo si locum Pauli præcisè intelligatur iuxta litteram, vt Episcopus sit tantùm *vnius vxoris vir*, iusque Diuinum statuere, hoc debebis intelligere de secundo modo in principio nostri dubij adducto, nempè de Polygamo, quatenus restringitur ad illum, qui simul habet duas vxores viuentes, & non successiuè: nam licet in lege euangelica licitam esse polygamiam, impiè dixerint Anabatista, & Lutherus, prout illos referunt Cardinalis Bellarmin. *tom.2. controuers. de matrim. contr.3. cap.*10. Valentia *in 3.p. tom.4. disp.*10. *q.*1.
17 *puncto 3.* vers. *quod igitur attinet.* † Tamen catholica veritas definita in Concilio Trid. *sess.24. canone* 2. aliud docet in sequentibus verbis: *Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere vxores, & hoc nulla lege Diuina prohibitum esse, anathema sit.*

x8 Nec id de nouo in Trid. cautum, sed etiam antea per verba textus *in dicto cap. gaudemus de diuortiis* ibi: *Nec vlli vnquam licuit insimul plures vxores, nisi cui fuit Diuina reuelatione concessum*, & ex Syriaco Papa *in epistola* 1. & ex Innocent.I. *in epistola* 9.& ex pluribus aliis iuribus contentis *in tit. de sponsa duorum*, & apud Gratianum 4.*q.*3.*cap. an non*,& ex primæua institutione Dei, de *Genes.* 2. *Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna*: ex quo loco notant omnes illa verba: *adhærebit vxori suæ*, & etiam illa, *Et erunt duo in carne vna*, quæ polygamiam excludunt: & *ex cap.*19. *Matth.* vbi interrogatus IESVS à discipulis, licita esset vxoris repudiatio, respondet quod non, & adducit supra dictum locum Genesis.

19 Et cum Iudæi instarent Moysem permisisse libellum repudij, respondit Christus, *Ad duritiam cordis vestri permisit Moyses vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem non fuit sic*, & ex illo Paul. *ad Corinth. epistola 1. cap.*7. ibi: *Vnusquisque habeat vxorem suam*, & ex aliis quam plurimis locis, de quibus apud Bellarm. & Valent. *supra.*

20 Et quia de hoc puncto tractant infiniti, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez *de matrim. lib.7. disp* 80.& *ibi* ex vers. *cæterum*, & posterum rum Ægidius Conincx. *de Sacram. tom* 2. *disp.*26. *dubio* 5. *num.*15. Menochius *de arbitrariis Iudic. casu* 420. *ex num.* 46. Ledesma *de matrim. q.* 65. *art.*1. *conclus.*3. Cæsar Carena *de offic. Inquisit. p* 2. *tit.*5. *de polygamia* §.1. distinguentes inter ius naturale primæuum, & secundarium, quo prohibita fuit polygamia, de quo latissimè *in dicto c. gaudemus de diuortiis*, & aliqua dixerim *infra sub cap. litteras de restit. spol.* ideò nunc iuxta locum in principio adductum dices sententiam illorum, qui existimarunt bigamiam, inducere irregularitatem ad ordines iure Diuino, intelligi tantùm de hoc vltimo modo quando quis insimul duas habet vxores, non si successiuè, tunc enim solùm adest irregularitas iure positiuo Ecclesiastico stabilita propter causas in hoc dubio positas, & quas retuli *sub Rub. hic*, & docet Pontifex *in dicto cap. debitum hoc tit.*

Etenim etsi DD. soleant inuoluere bigamiam 21
digamiam, & polygamiam; sic vt sub tractatu polygamiæ, & de bigamia agant, aut è contra. Tamen quia inter impedimenta matrimonij impedientia, & dirimentia annumeratur ligaminis impedimentum, quod vocatur polygamia; sic vt vocatur, quando quis ducit duas, aut plures vxores, omnibus viuentibus. Bigamia tamen quando prima mortua successiuè, viduus alteram ducit, vt in toto tit. de secundis nuptiis, & in hoc nostro tit. ideò rectè manet explicatus prædictus locus Pauli iuxta impedimentum ligaminis & polygamiæ, & iuxta differentiam, quam communiter constituunt relati DD. inter polygamiam, & bigamiam, de qua etiam Ægidius Triullench. *de Sacram. lib.7. cap.19. dubio 14. in princ.* Basilius Pontius *de matrimonio lib. 7. cap.* 47. Leander *de Sacram. tract.*19. *disp.*18. *quæst.*1. Magister *sent. in* 4. *distinctione* 28. & cum eo omnes scholastici.

Ad secundam quæstionis partem, an ad con- 22
trahendam bigamiam requiratur quod vtrumque matrimonium sit consummatum, seu sufficiant sponsalia? Et licet nonnulli existimauerint per matrimonium ratum, contrahi bigamiam, vt existimauit Magister sententiarum *in 4. dist.*27. & Rosella verbo *Bigamia num.*2 Montagna *tract. de irregul. quæst.4. num* 1. *& quæst.6. num.*7. vbi aiunt professum ineuntem matrimonium, neque illum consummantem, effici irregularem, quia textus *in cap. quotquot* 27. *quæst.* 6. sola voti transgressio considerat quæ in matrimonio consummato etiam reperitur, vt supponit Anton. *in cap. qui Clerici numer.* 6. vbi dicit tunc posse Episcopum dispensare in ea bigamia similitudinaria, & ex aliis.

At dicendum est in quavis specie bigamiæ 23
nullam irregularitatem contrahi quæcumque matrimonia ineantur, & cum fœmina cuiusvis status, nisi carnalis commixtio in illis matrimoniis intercedat, vt expressè definitur *in dict. cap. debitum hoc tit. de contrahente duo matrimonia, vel cum vidua*, vbi similiter decernitur contrahentem cum vidua à priori viro non cognita, minimè esse irregularem, quamvis cum illa consummet, nec similiter si contrahat cum vidua à priori viro cognita, vel qualitercumque corrupta, si cum illa culpam non habeat ex ea quidē ratione, quod matrimonium copula non consummatum minimè sufficiat ad significandum matrimonium Christi cum Ecclesia per incarnationis mysterium contractum, nec vir ille dicatur carnem suam in plures deiicisse; ac proinde eiusmodi matrimonium qualitercumque contractum sufficiens non esse, & aptum ad tollendam perfectam Sacramentalem matrimonij significationem, vt patet etiam *ex c. fin.* 34. *dist.* quod est ex Gelasio Papa: & cum hac

genera

generalitate docent D.Thom.*in 4.dist.27.quæst.3. art.1.q.1.ad 3.& ibi* Palud.*quæst.4.art.2.* Couar.*in clem.si furiosus de homic. p.2. §.1. num.2.* vers. *primum*, Thomas Sanchez *de matrim. lib. 7. dicta quæst.83. ex num.4.* cum Villadiego, *Candelabro aureo*, Palacios, Petr.Soto, Syluester, Armilla, Tabiena, Toleto, Petro Ledesma, & aliis; quibus addo Pellizar.*de irregul.quæst.*30. Gibalin.*c.3. quæst. 4. num.* 4. Leander *dict. tract.2. disputat. 6. quæst.*10.

24 Et confirmatur ex doctrina eorum; quia matrimonij non consummati Sacramentum solùm significat vnionem verbi cum Ecclesia per charitatem, & gratiam, aliter verò per consummatum, vt dictum est: quare Magister *sent. dicta dist.*27. ab omnibus reprobatur per textum *in dicto cap. debitum*, vt dicit Sanchez *supra num.* 5. vbi ait, nec similiter audiendos esse Rosellam, & Montaygnam; quia etsi *in dict.cap.quotquot*, non fiat mentio copulæ; fit tamen in aliis textibus proximè relatis, quibus petitur copula ad bigamiam contrahendam, vt docent Anton. *in cap. nuper num.7.hoc tit.* Abbas *num* 3. Tabiena verbo *Bigamia quæst.3.fin.* Palazios *in 4.dist.7.disp.4 col.6.* & similiter videntur tenere alij DD. qui explicantes casum bigamiæ similitudinariæ, quam ordine sacro, aut professione ligatus matrimonio inniens incurrit aiunt, *Si matrimonium ineas, & consummes*; inter quos Richardus *in 4. dist.27. art 4. quæst.1.corp.& ibi* Paludan.*quæst.4. art.2. num.*12. Astensis *2.p.summæ lib.6. tit.7. art. vnico quæst.2.* Nauar.*in man.cap.27.n.*195. Anton. Cucus *lib.4. instit.moral.tit.21.num.160.& 167.* Toledo *lib. 1. sum.cap.26.num.7.* Valentia *4. p. disp 7. quæst. 19. puncto 3.in 1.specie irregul.* Sa verbo *irregularitas ex bigamia*, idem Thomas Sanchez *dict. num. 5. in fine*, cum Viualdo, Philiarco, Petro Ledesma, Graffis, Ludouico Lopez, & alij illico referendi.

25 Et sic euenit, vt multiplicata sponsalia, etiam cum copula subsequuta non inducant irregularitatem, quia quemadmodum matrimonium ratum & non consummatum non significat eam vnionem Christi cum Ecclesia per incarnationem, nec è contra per sponsalia de futuro significetur, etiam si copula intercedat quia per illa sponsalia *quamtumuis* repetita, quæ adhuc matrimonium non sunt, non deficit, illa reperens à vera significatione Sacramenti; & sic nec sit bigamus, nec fiat irregularis, vt docent Valentia *in 4. disput. 7 & 19.punct.5.col.*1437. Bonacio.*de irregul. disp.7. quæst.2.punct.5.num.6.* Leander *supr. q.9.* Barbosa *in pastoral.alleg.49.p.2.num.*13. cum D.Bonacina, vbi etiam docet quod multiplicitas matrimonij rati, nondum consummati non inducit Bigamiam.

26 Quare DD. docent per textum *in dicto cap. debitum* in vers. *sed minimè cognitam*, quod bigamus non sit, ac per consequens Sacerdos fieri non prohibeatur ille, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minimè cognitam duxit vxorem, vt Sayrus *de cens.lib.6.cap.4.num.9.13.& 16* Sanchez *de matr. lib. 2. disp.13. num.1.& supra dict. lib.7. disp. 83. num.4.* Campacill. *in diuers. iuris canon. Rub.11.cap 6.num.*15. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.30. num 85. in fine*, Bellet. *disquisit. Clerical.p.1.tit.de disciplina Clericali §. 6. num.25.*

27 † Et quod bigamia non contrahatur ex solo matrimonio cum vidua, sed requiratur copula, & consummatio docent Couar.*supra in dict.clem. si furiosus p.1.§.2.num.2.* Mayolus *de irregul.lib.c.33.* Frat.Barth.de Bechis *in praxi obseruanda in admis. ad relig.statum nouitiis disp.5.dub.3.n.3.* Rota apud Farinac.*decis.519. n.5. p.2. recent.* vbi quo modo prohibetur copula, Barbosa *in dict. cap. debitum num.2.* † Et idem *in pastorali p.2. alleg.49. n.13.* 28
confirmare videtur, dum dicit bigamum non esse qui dicit vxorem, eam, quæ contraxerat matrimonium cum altero morte præuento, ante illius consummationem *ex dicto cap. vltim. 34. dist.*

Ad tertiam quæstionis partem an requiratur ad 29
bigamiam seminis emissio intra vas mulieris, & quod mulier etiam seminet? Et quia latè disputat ad vtramque partem idem Thomas Sanchez *dict. lib.7. disp. 83. num.6.* referens partem negatiuam ex Angelo, Tabiena, Armilla, Paludano, quos sequitur Henriquez *lib.11. de matr. cap.15. num.5.* Viuald. Auila, Palazios, & alij, quos refert Leander *de irregul.tract.2.disp.6.quæst.6.& 7.* quia per hanc copulam, vasisque penetrationem, præsumit Ecclesia seminis emissionem, & perfectam consummationem matrimonij; & quod deficiat Sacramenti significatio quoad externa, & ex aliis pluribus fundamentis. † Tamen requiri 30
immissionem seminis, vt irregularitas contrahatur bigamiæ; non enim dicitur consummatum matrimonium sola vasis penetratione, etiam virili membro facta, nec dicitur matrimonium consummatum, vt dictum est, nec representat vnionem, aut matrimonium Christi cum Ecclesia per incarnationem, vt docent Sanchez cum infinitis, Leander cum Ægidio, Hurtado, Gibalino, Cornejo, Villalobos, Pellizar. dicentibus etiam seminationem mulieris non requiri per consummando matrimonio, nec ad concursum generationis, de quo alibi.

QVÆSTIO II.

An qui ante Baptismum duas habuit vxores legitimas, & cum vtraque consummauit, sit Bigamus maneatque irregularis post Baptismum? An qui contrahit duo matrimonia, sed vtrumque inualidum sit Bigamus? Et quid si duo consummat matrimonia, alterum quidem irritum? Et an bigamia cadat super infidelem pro tempore infidelitatis? Et an monogamia fuisset in honore apud gentiles?

SVMMARIVM.

1 *Sanct. Augustinus, & S. Hieronymus inter se contrarij in materia Bigamia, numeris sequentib. explicantur. Bigamus iuxta Hieronymum non efficitur, qui ante Baptismum in infidelitate plures duxit vxores,* n.2.3.& 4.

2 Canon. 17. Apostolorum relatus in cap. 1. dist. 33.

3 *Bigamia non est impedimentum naturale ad ordines, & qualiter canonicum*, ex n.6. *in fundamento videtur esse naturale*, vt num. 12.

4 Baptismo

4 *Baptismo solutum apparet quidquid in veteri homine gestum est, sed non bigamia in infidelitate contracta*, n.8.9.*explicantur*, n.13. 14.& 15.

5 *Iudaus effectus Christianus non punitur de delictis ante Baptismum commissis.*

6 *Bigamia impedimentum non induxit Ecclesia ad ordines suscipiendos, in alicuius delicti pœnam, vt ea per Baptismum vna cum delicto remittatur; sed quia id matrimonium non est aptum ad significandum Christi coniunctionem cum Ecclesia.*

7 *Corrupta ante Baptismum, non consecratur post illum, instar Virginum*, numero 8.

9 *Culpa lauacro tollitur, sed non lex.*

10 *Bigamus dicitur qui ante Baptismum habuit vnam vxorem, post Baptismum alteram.*

11 *Factum ex duplici matrimonio prouenit à lege natura.*

12 *Consanguinitas in secundo, & vlterioribus gradibus, est quid naturale in se; etsi in quantum obstat matrimonium, sit quid Ecclesiasticum.*

13 *Baptismus, etsi remittat infamiam; & irregularitatem, non tamen remittit inducta ex defectu Sacramenti*, & n.24.

14 *Baptismi effectus quatuor, anima ablutio gratia infusio &c.*

16 *Bigamiam non incurrit ex duobus matrimoniis inualidis, aut vno inualido ex defectu significationis, etsi incurratur irregularitas ex delicto, vt à n.17.*

19 Cap. nuper hoc tit. ex num.16. & num. 21. in fine.

20 Canon.18. Apostolor.& n.16.

21 Glossa in cap.2. hoc tit.

22 *Bigamia non cedit super infidelem, pro illo tempore, quo est in infidelitate, nisi adueniente Baptismo*, n. 23.

24 *Baptismo peccata remittuntur non vxorum numerus aboletur.*

25 *Monogamia etiam apud Ethnicos fuit in magno honore, & multis probatur eorum exemplis.*

26 *Turtur abstinet se à coitu cum secundo.*

27 *Matrimonio vno contentis corona pudicitiæ fuerunt honorati.*

1 AD primam quæstionis partem, in qua non parum laborant interpretes ad sedandas sententias contrarias inter D. Augustinum, & S.Hieronym. eo quod iste putarit illa matrimonia ante Baptismum, seu vnum illorum, & aliud contractum post Baptismum, non facere bigamum, nec irregularem contrahentem illa per textum *in cap.1. dist.* 26. vbi refertur eius epistola relata ad Oceanum, & in epistolam D. Pauli 1. *Timoth.*3.quæ refertur *in cap.1.28. quæst. 3. & epist. 1. ad Titum*; sentit ergo D.Hieronym. dicta matrimonia non imputari ad hanc irregularitatem contrahendam; quod ea iam baptizato non imputentur, quasi nouus homo per Baptismum effectus sit, sicut nec stupra, & adulteria ante Baptismum patrata, ei imputantur.

2 Et facit secundo canon. Apostolorum 17. relatum *in cap.1.dist.*33. ibi: *Si quis post acceptum baptisma, secundis nuptiis fuerit copulatus, non potest fieri Episcopus, non Presbyter, non Diaconus*; secus ergo videtur à contrario sensu, quando ante Baptisma, cum ergo infidelis sit incapax ordinis; quid mirum, vt sit etiam incapax prædictæ irregularitatis quæ priuationem habilitatis ad ordines suscipiendos importat.

Et confirmatur deinde, quia cum bigamia non sit impedimentum naturale, sed Ecclesiasticum ad ordines, vt dixi *q.1. ex num.*1. sequitur vt qui ante Baptisma contraxit plura matrimonia non sit irregularis, nec bigamus; quasi non inclusus in dicto impedimento canonico ad ordines. Ex his, & aliis hanc tenent sententiam nonnulli, ac sustinent glossa ordinaria, & Lira 1. *Timoth.* 3. Maior.*in 4.dist.27.quæst.6.dubio vltim.* Almaio. *in 4. dist.25. q.1.* † Et amplius ex eo; quia quidquid in veteri homine gestum est in Baptismo, solutum apparet *in cap.deinde 26.dist.* & sentit Abbas *in cap. gaudemus de diuortiis*; non enim Baptismus solùm confert gratiam; quia deletur peccatum originale, & actuale, verum etiam delet omnem pœnam peccatis debitam, vt docent D.Thom.*quæst.69.art.2.*Penzan.Conink. & Nugnus *ibidem*, Bonacina *de Sacram. disp.2.q.2. puncto 7.n.5.* 3 4

Vltimo facit; quia Iudæus effectus Christianus minimè puniri potest delictis ante Baptismum commissis, Farinac.*in praxi crim.p.3 q.98.n.*145. & citat Barbosa plures *in dicto cap. gaudemus de diuortiis num.*23.quibus addes Ricciul.*de iure personarum extra gremium Eccles.existent.lib.4.tit 68. num.17.& in tract. de neophitis cap.9. num. 16.* & faciunt quæ dixi *supra sub cap.1.de filiis Presbyt.* vbi quod professio in religione, tollit irregularitatem contractam ex illegitimitate, & quæ dixi *in c.16.q.4. de iudic.* 5

Nihilominus communior, & receptior est sententia, vt ex quo qui infidelitate plura matrimonia contraxit ex Baptismo eleuatus, iam est Christianus effectus, maneat obnoxius bigamiæ incapacitate ad ordines, & sic irregularis, ex eo præcipuo fundamento; quia Ecclesia non induxit impedimentum hoc ad ordines suscipiendos in alicuius delicti pœnam, vt ea per Baptismum, vna cum delicto remittatur; sed quia id matrimonium, non est aptum ad significandum Christi coniunctionem cum Ecclesia; qui defectus æquè inuehitur in matrimonio ante Baptismum ac post illum initio. † Sicut ante Baptismum corrupta non consecratur post illum instar virginum, & probant DD.cum S.Augustino *in epistola ad Titum*, & de bono coniugali *cap* 18.relato *in cap.acutius dicta dist.26.& in cap. fin. 28. q3.* & ex S.Ambrosio *lib.1. de officiis cap.fin.* relato *in cap. vna dicta dist.* 26. dicentes sic iam definitum ab Innocentio I. *in epistola 2. cap.5. & epistol. 22. cap.2.* & refertur *in dicto cap. si quis viduam el 1. dist.* 34. referunt ac sequuntur D. Thomas *in 4. dist.27.q.1.art.4.& in supplement.ad 3.p.art. q.66. art.4.*Couar.*in dicta clem.si furiosus p.1.§.2.num.5.* Bellet.*disquisit.Cleric.p.1. tit. de disciplina Cleric. §.5 num.148.& §.6.num.17.* Fuscus *de visitation. cap 3. num. 26.*Campanil. *in diuers. iuris canon. Rub.11. cap.6. num.3.* Ricciulus *de iure personar. extra grem.Eccles.exist.lib.2.cap.7.num.21.*Cardinal.Bellarmin.*de Clericis cap 24.*vers. *contra verò.* † Grisald.*in decis. fidei*, verbo *bigamia decis. 3.* vbi concludit assertionem tenentem contrarium, bigamiam scilicet auferri per Baptismum temerariam esse, quidquid distinguat Henriquez *in summa lib.14. de irregular.cap.17.§.2.* 6 7 8

Et

quem regula *dicti cap.* non debet extendi, etsi extendatur, erit tantùm propter irregularitatem ex delicto contractam, non propter bigamiam.

20 † Nec obstat Canon. 18. Apostolorum, vbi qui duas sorores, aut neptem suam acceperit, expressè reiicitur à Clero, quia ibi non reiicitur à statu Clericali propter defectum Sacramenti, qui in eo coniugio duarum sororum reperiantur, sed propter incestuosum coniugium in cuius criminis pœnam, fuit imposita irregularitas quæ non est in specie bigamiæ.

21 Vnde propter eandem rationem, etsi in secundo casu affirmet dari irregularitatem ex bigamia glossa *in cap. 2. hic*, verb. *in bigamis*, Speculator *tit. de dispens. §. iuxta num. 6.* vers. *& scias*, Goffredus *in summ. hoc tit. lib. 6.* Ioan. Andreas *num. 1.* Anchartan. *num. 5.* Domin. 5. Anton. *in dict. cap. nuper num. 8.* Abbas *num. 4.* Cardin. *ad fin. Theologi cum D. Thoma in 4. dist. 27. quæst. 3. art. 1. quæst. 1. in corp.* inter quos Durand. Palud. Maioris Ricardus Bellarmin. Valentia, Henriquez, & cum infinitis aliis Sanchez *dicto lib. 7. disp. 84. sub num. 3.* in vers. *posteriorem.* At verò relati DD. secundæ sententiæ, inter quos Ægidius, Hurtadus, Ioannes Præpositus, Gibalinus, & Leander §. 11. negatiuam sententiam docent; quia non est cur detur hic irregularitas bigamiæ in iure non expressa; etsi illa detur ex delicto propter affectũ ad aliud matrimonium nullum. Etsi volueris hanc corroborare sententiam adiicies plura fundamenta, quæ congerit Suarez *dict. sect. 2. disp. 49. ex n. 5.* vbi latè loquitur respondens ad textum *in dicto cap. nuper, & ibi ex num. 1.* & de dicto secundo casu quando vnum fuit matrimonium validum, aliud verò inualidum; etsi consummatum. Et hæc sententia in vtroque prædicto casu videtur distare à ratione similitudinariæ bigamiæ, de qua *in dict. c. nuper* latè loquimur.

22 Ad tertiam quæstionis partem, an bigamia cadat super infidelem pro tempore infidelitatis? At quia hæc difficultas venit resoluenda ex dictis in hac quæstione vers. *ad primam*; ideò licet Suarez relatus à Barbosa *in pastorali dicta alleg. 49. num. 3.* dicat vt non sit irregularis pro illo quidem tempore; quia infidelis non est subditus Ecclesiæ nec obligetur legibus ab ea impositis super bigamia incurrenda; & ita videatur fatendum pro tali tempore.

23 Tamen si contingat, vt ibi diximus, quod ille infidelis baptizetur, iam tunc illud duplex, aut vnum matrimonium contractum in infidelitate, erit ei impedimento, vt ibi diximus ad ordines recipiendos, eo quod id matrimonium non est aptum ad significandam coniunctionem Christi cũ Ecclesia cum talis defectus æquè inueniatur in matrimonio ante Baptismũ, ac post illum initum.

24 Et confirmantur vltra adducta *supra à dicto n. 1.* ex Innocent. *in epistola 22.* vbi pro inconuenienti infert quod plura matrimonia ante Baptismum contracta, postea non computentur, vt plura; qui & in altero loco concludit, *In Baptismo peccata dimittuntur, non vxorum numerus abolettur*, & infra: *Nullus ergo contra Apostolum tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat vnius vxoris virum, siue ante Baptisma esse nominatum, siue post Baptismum*, & clarissimè *in epist. 1. cap. 5.* ait: *Eum esse irregularem post Baptismum, qui ante Baptismum viduam duxit vxorem*, & *c. 6.* generaliter statuit, ne is, qui secundam vxorem duxit Clericus fiat, & *infra*, inquit: *Si ab aliquibus existimatur ante Baptismum si fortè quis accepit vxorem, & eam de sæculo recedente, alteram duxerit in Baptismo esse dimissũ satis errat à regula:* etenim D. Suarez benè agens *dict. disp. 49.* fundamentis contrariis satisfaciens *ex n. 12. 13. & 14.* concludit sic tenendum, cum potuerit Ecclesia in hunc modum comprehendere, vt impeditos ad ordines, etiam post Baptismum susceptum illos, qui ante in infidelitate constitutos duplicia matrimonia contraxerunt.

Ad vltimam dicendũ est in tanto honore fuisse Monogamiam, vt dixerit Tertulianus, quod apud Ethnicos est maximo honore, vt & virginibus legitimè nubentibus vniuira pro nuba adhibeatur, etsi auspicis initium est, item in quibusdam solemnibus, & auspiciis, vt prior sit vniuiræ locus: ita loquitur in exhortatione ad castitatem, vbi etiam dixit: *Certè flaminica nonnisi vniuira est: nam diuo ipsi Pontifici maximè iterare matrimonia non licet, quod Monogamia gloria est*, & ad vxorem, *Regem sæculi Pontificem maximum rursus nubere nefas est*, cuius rei rationem esse posse ait Anastas. Germon. *de sacror. immun. lib. 2. c. 5. n. 8.* quia vxorum multiplicatio euidentissimum præbet incontinentiæ argumentum; alia scribens ex Cornelio Tacito, *lib. de mor. Germon.* vbi & ex Tertulliano refert exemplis quantam etiam, fœminæ sæculares ob vniuiratus obstinationem sint famam consequutæ, vt dico, & ex Demostenes, apud Athenienses eorum Regem sacrificulum non potuisse, nisi virginem ducere, ipsamque suæ virginitati magno, solemnique iureiurando coactam fuisse, testimoniũ perhibere † Nam & Turtur à copula sua fuerit casu intercedente diuisa perpetua se abstinentiæ lege constrinxit gratiamque, vt ait Cassiodor. *lib. 9 var. epist. 33.* coniunctionis non repetit quam reliquit, fidem seruat, dum laudem pudoris ignoret, & moribus studere deprehenditur, quod nulla viduitatis conuersatione gloriatur; & sic Valerius Maximus *lib. 2. c. 1.* scribit apud veteres, & quidem Ethnicos eas, † quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honoratus fuisse; imò ait Gellis *lib. 10 c. 13.* flaminis matrimonium, nisi morte dirimi non esse ius; si qui flamini, vt scribit Anastasius Germonius *supra n. 10. & 12.* & in parablitis ad nostram Rubricam, sine vxore, nec eidem rursus cum secunda vxore Sacerdoti licebat esse; si hæc ita inter gentiles, quando plus inter fideles Christianus debent obseruari dicta *in Rubr. nostra, & infra in Rubro.* 25 26

AD TEXT. IN CAP. I. II. & Penult hoc tit De Bigamis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentes publici ordinari prohibentur. Quod si de facto ordinentur recipient characterem*, n. 2. & q. 1. ex n. 7. & 13.

3 *Episcopus poterit dispensare ad ordines minores cum pœnitentibus publicis.*

IN his duobus iuribus præcipuè loquemur de bigamia propria & vera; quatenus impedit ad ordines ascẽdere ea ligatos; & quia *in princ.* 1

c.in verſ. Pœnitentes, Pontifex docet, quod publicè pœnitentes non ſunt ordinandi, etiam ſolemni, pœnitentia peracta; eo quod infamia laborent, vt etiam diximus de pœnitentiatis in officio Sanctæ inquiſitionis, *ſupra ſub Rub. de temporib. ordin. & de ætate ordinandor.* & *alibi*, & iſte caſus non pertineat ad impedimentum bigamiæ, de quo hic loquimur.

2 Ideo ad ibi dicta requires in locis proximè adductis, & de iſtis Barboſa, *hic ex n.3. & in paſtorali p.2. alleg.43.* qui cum Campanillo, Maxio Alterio, Salcedo, Maiolo, & aliis dicit quod, ſi de facto ordinentur recipient Characterem, & patet quidem ex rationibus, & fundamentis adductis, *ſupra ſub Rubr. de Sacramentis non iterandis.*

3 Item addunt relati, vt data neceſſitate, poſſit quidem Epiſcopus diſpenſare cum iſtis ad ordines minores, vel propter Eccleſiæ vtilitatem. Et *in dicto cap.2.* hic multa adiiciuntur de pœnis, quibus ordinantes bigamos, ſunt plectendi, & qua de cauſa ſit cum illis diſpenſandum; item & de diſpenſatione cum Bigamis, &c.

QVÆSTIO I.

Quare bigami exiſtimentur mariti repudiatarum vxorum, cum pateat nullum poſſe propriam legitimam vxorem repudiare? Et quare vero Bigamia dicatur illa; quæ ex duobus matrimoniis oritur ſucceſſiuè contractum ſecundùm, mortuâ primâ vxore, cum hic nullus detur ſubſtantialis defectus ex parte Sacramenti in ſecundo matrimonio; & è contra videamus pœnitentiam iure imponendam propter ſecundas nuptias? Et an ad Bigamiam veram contrahendam ſufficiat duplex matrimonium exterius contractum, & conſummatum, quando contingit alterum eorum inualidum eſſe?

SVMMARIVM.

1 *Repudiatarum vxorum, id eſt ob cauſam fornicationis ſeparatæ mulieres intelliguntur*, n.4. & n.14.

2 *Repudium lege antiqua permiſſum, reprobatum eſt.*

3 *Repudiata mulier poteſt intelligi, quæ iam cognita propter conſanguinitatem, vel aliam legitimam cauſam dimittitur.*

5 *Bigamus dicitur qui repudiatam ab alio vxorem, cognitam in vxorem de facto ducit*, n.6. & 7.

6 *Mulier eiecta dicitur quæ cum à ritè viuente reiicitur.*

8 Cap. de his 31.q.1.n.11.12.13. & 14.

9 *Bigamus dicitur qui ſecundas nuptias contraxit poſt mortem prioris coniugis, & vtraſque conſummauit*, n.10.

10 *Nuptiarum ſecundarum defectus; etſi non ſit contra ſubſtantialem ſignificationem Sacramenti; eſt tamen contra, vel potius præter eius perfectionem.*

13 Cap 7. Concilij Neoceſaren.

14 *Nuptias ſecundas contrahentes, quando pœnitentia plectrerentur.*

15 *Bigamia vera non contrahitur ex duplici matrimonio, altero eorum inualido, ſed tantùm interpretatiua.*

16 *Irregularitas interpretatiua Bigamiæ, & non vera, contrahitur ex duplici matrimonio, altero nullo.*

Licet verba *cap.1.* hic ibi, *vel repudiatarum* 1
mariti communiter exponant DD. antiqui,
inter quos Abbas, & Ægidius, Bellamera *n.1.* ideſt
ob cauſam fornicationis ſeparatarum, & diuiſarũ;
Iuxta textum *in cap. ſi quis viduam diſt.50.* † Et 2
quia repudium lege antiqua permiſſum iam eſt
reprobatum, *in cap. gaudemus de diuortiis*, lege
diuina, & humana, vt *ibi*, latiſſimè dicimus; interim
videndus cum infinitis Thomas Sanchez
lib.10. de matrim. diſp.1. † Et ſic quod repudiata in 3
textu noſtro dici poſſet, qui iam cognita propter
conſanguinitatem, vel aliam legitimam cauſam
dimittitur ex ſententia Petr. quem refert Ægidius,
& Panormit. quem refert etiam Suarez referendus;
nihilominus cum poſita ſint, *in tit. de bigamis*, &
Canones faciant mentionem, non ſolum de bigamis,
ſed & de polygamis, de quibus *in q.1. noſtra
Rubrica*, & verba dicta in rigore ſumpta, poſſine
adaptari ad matrimonium contractum cum repudiata
vxore alterius legitima: † Ideo potuit benè 4
Pontifex loqui de bigamia in hoc caſu contracta,
quæ licet vera non ſit, ſed potius polygamia, aut
bigamia interpretatiua; de qua latè loquimur, *in
c.3. hoc tit.* ſic vt quemadmodum illam incurrit, qui
aliam quâcumque modo corruptam ducit, vel qui
viduam à proprio viro cognitam, etiam inualidè
ducit; ita ſimiliter quiſquis repudiatam de facto
duceret, etſi inualidè, quo in ſenſu exiſtimo prædicta
noſtri textus verba non alienari à communi
eorum ſenſu.

Vnde ad primam difficultatis partem reſpon- 5
dendo dico, quod ſiue loquamur de lege antiqua iudæorum permittente repudium iuxta quatuor dicendi modos Thomæ Sanchez *d.q.1. ex n.4.* ſiue inter gentiles, & infideles, optimè deciſum à Pontifice *hic* bigamiam in prædicto caſu contrahi; quia ſicut *in q.2. à n.1. Rubrica*, & *ibi* in verſ. *ad vltimam*, bigamia contrahitur ab infideli binas nuptias contrahente modo *ibi* dicto; ſic & in caſu repudiatæ vxoris alterius; quia ille ſecundus maritus quantũuis nulliter contrahat quantùm in ſe fuit, illam ducit, quæ iam cum alio legitimè eſt vxorata, tamen quæ diuiſerit eſto repudiata fuerit, etſi de facto à marito exiſtimante ei licere, vel diuortiata tantùm ob fornicationis cauſam; qui modus exponendi non videtur alienus aſſenſu dictorum verborum.

Sed quia verba hic relata, *repudiatarum mariti*, 6
explicat latè Suarez *de cenſur. diſp.48. ſect.2. n.6. & ſect.3. ex n.10.* dicens hic non contrahi veram bigamiam, ſed interpretatiuam, per *dict. cap. ſi quis viduam diſt.5. cap. maritum 33. diſt.* ibi, *qui viduam, aut repudiatam*, vbi conſtat loqui de dimiſſa ab alio viuente, *in cap. ſi quis viduam 34. diſt.* ibi, *ſi quis viduam, aut eiectam*, acceperit, & *in cap. vidua*, declaretur eiectam vocari, quæ à marito viuente reiicitur, ſupponendo huiuſmodi repudiatam cognitam eſſe à ſuo marito; & ſic quod hæc Bigamia duplici titulo poſſit contrahi; vel quia tale matrimonium contractum eſt cum corrupta ab alio; vel quia tale matrimonium

comparatur

comparatur matrimonio cum vidua; quia talis fœmina bis matrimoniom contrahit.

7 Verum quia Nauarrus *conf.1. hoc tit. & in manuali cap.27. num.195.* ait per vnicum matrimonium cum corrupta non contrahi bigamiam interpretatiuam, de quo *infra q.2. vers. ad secundam*, nisi matrimonium validum sit? & quia matrimonium cum repudiata à vero marito primo, nullum semper fuerit in omni lege ex *dicto cap. gaudemus de diuortiis*; eo quod numquam arbitratum sit aliquando fuisse toleratum. Tamen negari non posse, concludit Suarez latè *ibi num.12.& 13.* adducta decreta non statuisse prædictam bigamiam, quia tale matrimonium in Ecclesia permitteretur; sed quia non erant de futuri quidem facto repudiata ab aliis ducerent.

8 Ad secundam quæstionis partem videtur dicendum, vt nulla bigamia incurratur ex eo quod vir, qui cum vna contraxit, ea mortua, secundo cum alia contrahat, cum secundæ nuptiæ de iure nostro Canonico permissæ sint in toto tit. *infra de secundis nuptiis*, vbi latissimè loquimur; indeque nullus incurratur substantialis defectus cur talis bigamia procedat contra Sacramenti significationem; & tunc magis dubia redditur resolutio, si in cidamus indecisionem textus *in cap. de his 31. quæst.1.* vbi pœnitentiam imponendam esse deprehenditur propter secundas nuptias, ac si illæ essent illicitæ.

9 Nihilominus ex dictis *in dicta Rub.* nostra constat proprissime iuxtas textus nostros *in cap.1.& 2.* bigamum dici, qui secundas nuptias contraxit post mortem prioris, coniugis, & vtrasque consumauit; quia hæc iterata susceptio matrimonij vocatur defectus Sacramenti, non quia talis Sacramenti secunda susceptio peccaminosa sit, cum certum de fide sit tale matrimonium per se honestum, ac licitum esse, vt supponitur cum D. Thoma, & aliis Theologis *in 4. dist.42.* & cum Canonistis, *in dicto tit. de secundis nuptiis, & in cap. aperiant. cum sequentibus 31. quæst 1.* & Concilio Cartagin.4. *c.1.* sed quia tale matrimonium non est ita accommodatum ad perfectam illius Sacramenti significationem, vt sub dicta Rubrica exposuimus.

10 Vodesit vt non obstent difficultates propositæ in nostro vers. *ad secundam*. Non prima, quia licet defectus ille non sit contra substantialem Sacramenti sigificationem negari non potest, quin sit contra, vel potius præter eius perfectionem; quia quamvis matrimonium sæpius contrahatur, nunquam significatur coniunctio Christi cum pluribus Ecclesiis, seu sponsis, cum illa duo matrimonia inter se non coniungantur ad illam significationem reddendam, sed vnum quodque per se significet coniunctionem vnius cum vna, & vnicuique eorum per se considerato, accidentaria sit alterius significatio, nec propterea ibi vlla intercidat falsitas, nec irreuerentia Sacramenti, quæ ad culpam sufficiat, vt DD. dicunt; solum ergo ex parte subiecti consideratur à iure quidam defectus in significatione; quia talis vir vere, & in reipsa non est vnus, vnius, vt dicitur, *infra in cap. debitum hoc tit.*

11 Non difficultas ex *dicto cap. de his 31. q.1.* quæ non minimum torquet interpretum ingenia; qua de causa glossa, *ibi*, caput illud putat intelligendum de secundis noptiis contractis, viuente primo coniuge; & idem videtur habere glossa *in cap. si quis 32. q.6.* vbi in eodem sensu accipi videntur verba ibi: *si quis fueris multis nuptiis Copulatus, pœnitentiam agat*; quam expositionem sequitur Turrecremata cum aliis, sed Suarez *de censuris disp.48. sect.1. sub num.3.* ait in hoc sensu textum illum non facere ad rem præsentem; & quod sit probabilis expositio; quia hoc videntur significare verba ibi, *qui frequenter vxores ducunt*, vbi in originali, scilicet Concilij Neocesar. *cap.3.* alia translatio habet ibi: *de his, qui in plurima matrimonia incidunt, tempus quidem constitutum est, sed conuersio, & pœnitentia eorum tempus contrahit*, vbi aperte ait videri esse sermonem de pluribus matrimoniis peccaminosè contractis, & de hoc dicit Suarez *dicto num.3. in fine*, iuxta hanc expositionem dicendum esse etiam illum, qui secundas nuptias contrahit, viuente prima coniuge, appellatum esse bigamum: iterum idem Suarez *ibi sect.1. sub n.6.*

Verum prædictæ expositioni obstat, quia vbi 12
in secunda parte illius textus probibetur adesse conuiuio secundarum noptiarum, textus græcus eiusdem concilij expresè facit mentionem bigamiæ; idem Suarez responderi posse, ait, caput illud compositum esse ex duobus Capitibus Neocesariensi, tertio scilicet, & septimo; ideoque in illis duabus partibus posse sermonem esse de secundis noptiis in diuerso sensu.

Sed quia huic expositioni non parum vrget, 13
cap.7. dicti Concilij Neocesariens. quod est pars 2. textus *dict. cap.* in decreto, iuxta verba Græca aperte dicatur bigamiam petere pœnitentiam; quod idem est, ac esse pœnitentia dignum; ideoque Præsbyterum non debere suum consensum talibus nuptiis præbere per præsentiam suam; imo & quia in secundo matrimonio videtur esse minor reuerentia, & quasi quædam indecentia, ad quam significandam consueuerit Ecclesia negare his secundis nuptiis solemnitatem illam publicæ benedictionis, vt tradunt Theologi locis citatis, & Summistæ verb. *nuptia*, aperteque colligatur, *ex c.1. & cap. vir. dict. tit. de secundis nuptiis*. † Ob 14
id possumus dicere etiam, si sermo sit de secundis nuptiis legitimè contractis, post mortem prioris coniugis; propter illas tamen pœnitentiam fuisse solitam imponi, non propter culpam, quæ necessario insit, sed propter aliqualem incontinentiam, quæ præsumitur, & propter aliorum exemplum, eo, vel maximè, vt expendit Suarez *dicto n.3. in fine*, quod concilium illud prouinciale est, & non constet morem illum imponendi pœnitentias propter secundas nuptias legitimas ab Ecclesia Romana vnquam fuisse acceptatum. Et has quidem expositiones esse iuxta omnia nostri *cap.1*, verba, non ineptè poterit intelligi, vbi sit sermo de digamo, de marito repudiatæ, & de pœnitentibus; quia si vt communis intelligit, & ego etiam verba ibi, *vt digami* (pœnitentes) *vel repudiatarum mariti ad sacerdotium non ascendant* sermo sit de publicè pœnitentibus; aliis de causis; & infamia notatis, iuxta textus *in cap. ex pœnitentibus dist.50. cap. quicumque, cap. si ille, cap. non confidat. cap. canones cap. confirmandum, cap. illud ibi, & c. fin. dist.50. cap. nullus cap. pœnitentes 55. dist.* vbi cum infinitis Barbosa *in dict. c. ex pœnitentibus n.1.2.& 3. & in textu hic n.3. & 4.* item *in pastorali alleg.43. n.67. & 8.* sed quia illa verba sub *tit. de bigamis* inserta sunt non sine causa dictos intellectus placere posse DD. qui sic excogitant pronuntiabunt.

Ad tertiam quæstionis partem an ad veram bi- 15
gamiam contrahendam, sufficiat duplex matrimonium exterius contractum, & consummatum

quando contingit alterum eorum inualidum esse; quia solent aliqui DD. de hoc dubio disputare agentes de vera bigamia; ideò de illa nunc agendum duxi, etsi reuera proprius pertineat ad bigamiam interpretatiuam, de qua, & quibus modis contingat dico *infra in cap. nuper hoc tit.* & in puncto nostri dubij dicendum est hanc bigamiam non esse veram, cum ad hanc, vt dixi in Rubrica, omnes requirant duplex matrimonium, verum, & validum, vt *ibi* dixi, & colligitur ex *dicto cap. nuper*, ibi: *Licet in veritate bigami non existant*, quidem scilicet plures vxores habentes simul: ita Suarez *de censuris disp.49. sect.1.n.5.* idem à fortiori dici posse scribens de habentibus plures successiuè, alteram tamen non verè, quia tunc reuera non iteratur Sacramentum, nec sit defectus in significatione; & sic nec vera bigamia. Non enim ille reuera vnquam habuit duas vxores, nec simul, nec successiuè.

16 Vnde idem Suarez infert, vt si vlterius quæratur an in eo casu contrahatur irregulatitas, respondet non contrahi irregularitatem veræ bigamiæ; posse tamen contrahi aliam bigamiæ interpretatiuæ, de qua dicimus *in dicto cap. nuper*; additque hanc differentiam non multùm inter se ad effectum irregularitatis; posse tamen aliquid referre, ponderata rescripti proprietate ad dispensationem obtinendam; vel ad interpretandam potestatem concessam ad dispensandum in irregularitate bigamiæ; iuxta quæ latè dico de dispensatione *in cap.2. hic.*

QVÆSTIO II.

An bigamia incurratur per multiplicem concubinatum, deficienti matrimonio Iure, vel de facto? An Bigamus sit, qui ducit eam, quæ ab alio corrupta est? Et quid si non recepto semine? Vel quæ integra manens, semen virile receperit, aut extraordinariè, sodomiticivè cognita est? Et an Bigamus verus sit, qui primo legitima superstite, & nondum vxore cognita, ad alias transiuit nuptias, illasque consummauit, si postea coactus ab Ecclesia ad priorem vxorem redeat, ac illam cognoscat? Et quid si quispiam prioris matrimonij nullitate cognita, propter impedimentum dirimens, aut ex defectu consensus aliud ineat? Et quid si ignorauerit impedimentum subesse, quo postea cognito, matrimonium separetur Iudicio Ecclesiæ?

SVMMARIVM.

1 *Bigamia non incurritur per multiplicem concubinatum*, num. 2. *etiam à Sacerdotibus*, *vt* n.3. & 4.

2 *Coniunctio concubinaria nihil habet cum coniunctione Christi cum Ecclesia.*

3 *Concubinatus prohibetur plus Sacerdotibus.*

4 *Clericus plures habens concubinas non est bigamus.*

5 *Bigamus nunquam creditur, qui cum pluribus fornicatus est, aut cum vna corrupta.*

6 *Bigamia contrahitur per duo coniuncta, matrimonium præcedens, & vsus venereus subsequens.*

7 *Bigamus est, qui ducit eam, quæ ab alio corrupta est, alij è contra docent, ex* n.10.& 11.

8 Cap. qualis 30. quæst. 5. cap. vnico de cleric. coniug. lib.6.

9 *Christus Dominus vnicam, & Virginem sibi copulauit Ecclesiam.*

11 Cap. penultimo hoc tit.

12 *Bigamus non est qui contrahit cum corrupta alio instrumento, præter virile membrum, Sodomiticè, aut membro immisso, sine seminis immissione, secus si immisso, vt* n.13.

14 *Bigamus est, qui prima vxore superstite, & non cognita, aliam duxit, & postea Iudicio Ecclesiæ ad primam redijt, eamque cognouit.*

15 *Bigamus est nihilominus, qui prioris matrimonij nullitate cognita, aliud contraxit, & consummauit, si scienter fuit in culpa, vt* n.16.& 17.

16 *Nuptiæ secundæ contractæ post primum matrimonium, licet aliunde inualidæ sint, sufficiunt ad irregularitatem inducendam: idem si inualidæ antecedant, & validæ subsequantur, vt* n.17.

18 *Irregularis iudicatur, qui priori legitimo matrimonio dissoluto, contrahit aliud de facto, si posterius iniuit conscius impedimenti irritantis.*

19 *Bigamus est, qui duo matrimonia ex parte sui affectus contrahit, opere subsequuto.*

20 *Bigamus num sit qui ex defectu consensus, sciens nullitatem primi matrimonij, secundum contraxit, &* n.24. & 25.

21 *Rebaptizans non incurrit excommunicationem, si secundum præstitit Baptismum sine intentione, &* n.26.

22 *Hæreticus si tantùm exterius negat fidem, non tamen mente, non incurrit hæretici pœnas.*

23 Cap.1. de sponsalibus lib.6. n.27.

25 *Argumenta à simili solent esse efficacia.*

28 *Bigamia vera contrahitur sine delicto ex duplici matrimonio. Interpretatiua autem si in contrahente adsit culpa, & delictum, &* num. sequentibus.

32 *Vxores duas simul ducens, Iure Ciuili infamia notatur, & Iure Canonico punitur.*

33 Cap. nuper hoc tit. & à n.28. & num. seqq.

36 *Bigamia matrimonij contracti cum vidua vxore legitima alterius contrahitur ex defectu significationis Sacramenti cum ex delicto.*

37 *Bigamiam ex delicto incurrit, qui duo scienter matrimonia nulla contraxit, aut vnum, & si ignoret nullitatem contrahet illam propter indecentiam, vt* n.38. 39. & 40. *vt explicatur*, n.41.

39 Cap. Presbyterum dist.28.

41 *Impedimentum publicæ honestatis incurritur sine delicto ab impubere contrahente, non propter culpam, sed propter indecentiam.*

AD primam difficultatis partem suppositis 1
quæ dixi *supra in Rubr. & in textu nostro* ad contrahēdam bigamiam, requiri quod matrimonia
verè,

verè, siue interpretatiuè cōtracta sint propter rationes ibi adductas, & quæ apparent, *ex cap. debitum, hoc tit.* ideo dicendum est nullomodo incurri bigamiam per multiplicem concubinatum, quia nunquam bigamia incurritur absque matrimonio de iure, vel de facto inito; id est valido, vel irrito; & sic non contrahi ob plurium cuiuscumque status concubinatum, vt expressè de Præsbytero plures concubinas habente decernitur, *in cap. pe-*
2 *nult. hoc tit.* † ex ea ratione, quia cum desit matrimonium cum illis coniunctio illa concubinaria nihil habet cum coniunctione Christi cum Ecclesia, nec instituta sit ad illam significandam, atque ideo ab eius significatione minimè deficiat, cum ille defectus (vt latè diximus) ratio sit irregularitatis bigamiæ, docent præter ordinarios Couar. *in clem. si furiosus de homicidio p. 1. §. 2. num.* 2. Zenedus ad Decretal. *collect.* 12. *num.* 2. Fr. Eman. Rodriguez *in summa tom. 1. cap.* 58. *conclus.* 1. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *num.* 85. Bellet. *disquisit. clerica. p. 1. tit. de disciplina clericor. §. 6. num.* 35. Campanillus *in diuers. iuris Canon. Rub.* 11. *cap* 6. *n* 10. Thomas Sanchex *de matrim. lib. 7. disput.* 83. *num.* 3. sic testatus ex communi DD.

3 Et confirmatur ex *dicto cap. quo circa penult. hoc tit.* qui licet loquatur de Sacerdote, cui plus prohibeatur concubinatus per titulum, *de vita, & honest. cleric.* & titul. *de cohabitatione clericorum, & mul.* adhuc si habeat plures concubinas, non contrahit Bigamiæ speciem vllam, nec similitudinariam, cum ad incurrendam bigamiam, vt dixi in locis citatis duo requirantur coniunctim, nempe copula, & matrimonium, vt docent *ibi*, Abbas, Antiq. Zabatella. Bellamera, Ioannes Andreas, Innocent. Hostiens. Butrius Collect. Henriq. Anania, Ancaran. Panormit. Viuianus, Alagona, & Barbosa cum aliis, & hoc de iure aut de facto initum, vt dicit etiam Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 146. quia vt dixit Armilla *in summa* verbo *Bigamus num.* 2. nullus fit Bigamus, nisi contra-
4 hendo, & cognoscendo. † Ob quod merito nec clericus plures habens concubinas Bigamus sit; quia tanquam vxores ductæ non sunt, vt requirit textus *in cap. nuper hoc tit.*

5 Et confirmatur secundo, quia qui pluribus fornicatus est, aut cum vna, & corrupta, nunquam creditur Bigamus, vt ex doctrina, *dict. cap. penult. hoc tit.* Barbosa *in pastorali p. 2. alleg.* 49. *n.* 12. dicit vbi addit, vt nec sit bigamus, qui ante, aut post matrimonium cum meretricè rem habuit ex *cap.*
6 *fraternitatis dist.* 34. † Duo namque ait coniunctim pernecessaria esse, matrimonium scilicet præcedens, & vsus venereus subsequens, vt docet Thomas Sanchez *dicto lib. 7. disp.* 83. *de matrim. num.* 3. *&* 6. vbi addit non oriri bigamiam, nec irregularitatem in foro conscientiæ ex copula, absque seminis virilis immissione intra vas fœmineum sed in solo foro externo ob præsumptionem perfectæ culpæ.

7 Ad secundam quæstionis partem de eo, qui ducit eam, quæ ab alio corrupta est; in quo dubio etsi ex proximè dictis videatur dicendum, vt non sit bigamus, nihilominus video plures Doctores firmantes, vt incurrat bigamiæ irregularitatem per Canon. Apostol. 18. relatum *in cap. si quis viduam* 50. *dist.* vbi eodem tenore, & eadem ratione prohibetur clericis matrimonium cum vidua, atque
8 cum corrupta meretricè. † Item ex *cap. qualis* 30. *quæst.* 5. in verbis ibi: *qualis debeat vxor esse, quæ habenda est secundum legem Virgo casta, & desponsata in Virginitate*, ex Leone Papa, & *ex cap. vnico de cleric. coniug. lib. 6.* ibi, *qui cum vnicis, & Virginibus contraxerint*, vbi clare petitur virginitas vxoris, ne vir eius efficiatur irregularis. † Et 9
quia Christus Dominus vnicam, & Virginem sibi copulauit, vt per incarnationem perfecta significatio matrimonij Christi cum Ecclesia procederet, ita Gregor Magnus *lib. 2 Epistola* 25. *relatus in cap. præcipimus* 32. *dist.* Leo I. *epist.* 1. *c.* 2. Innocent. I. *Epist.* 22 *Concil.* 4. *Carthagin. can.* 69. *Vale c.* 1. *Can.* 1. *Tolet.* 1. *can.* 3. *& Tolet.* 4 *canon.* 18. *&* 43. vbi habetur, qui viduam, aut corruptam ducit, à clero reiiciatur, & videtur docere Sanchez *supra disp.* 84. *num.* 7. Suarex Gibalinus, Boracina, Auila, Pelizarius, & alij relati à Leandro, *de irregularit. tract. 2. disp. 6. q.* 12. *&* 13 vt refert, *q.* 16. vbi in fine resoluit certum esse contrahentem cum corrupta ab alio esse irregularem & probabilius talem irregularitatem; non solum ex infamia, si eius corruptio notoria sit orta, sed etiam ex bigamia.

Sed Ioseph Gibalin. *tract. de irregularit. cap.* 3. 10
quæst. 4. *num.* 10. *pag.* 82. Emanuel Sa, verbo, *irregularitas* ex bigamia *num* 2. Bellarmin. *lib. de cleric. cap.* 24. *sub fine*, videtur pro negatiua stare, & videtur etiam Barbosa *in pastorali dicta alleg.* 49. *n.* 12. vt iam retuli in vers. *& confirmatur secundo*, hic dicentes nullam oriri irregularitatem bigamiæ, sed tantum infamiæ ex matrimonio cum corrupta, etiam ab alio; quia bigamiæ irregularitas & defectus Sacramenti contingit, ex eo quod vir diuidat carnem suam in plures, atque non sit vnus vnius, aut vxor non sit vnica vnici; eo quod cum alio coniuncta fuerit. At qui dicunt quod hæc carnis diuisio non repetitur cum corrupta extra coniugalem thorum, & pro hac sententia faciunt dicta hic in vers. *ad primam*, de habente plures concubinas, nec animo maritali, & quæ dicit Nauar. *in consil. de bigam. & in man. cap* 27. *num.* 195. quem refert Suarex *de cens. disp.* 48. *sect.* 3 *n.* 13. dum negat contrahi irregularitatem ab eo, qui contraxit matrimonium cum corrupta, & soluta, si matrimonium fuit inualidum, vel si contingat vxorem separari à marito priori propter matrimonij nullitatem, & postea duci ab alio, etiam inualidè propter impedimentum irritans interueniens, contra quem idem Suarez firmat contrahi Bigamiæ irregularitatem; quia in vtroque contrahitur matrimonium cum corrupta, vel vidua, si non iure, saltim de facto, & cum opere subsequuto.

Et sic stando Suarex pro prima sententia, con- 11
firmat, *dicto n.* 13. *in fine*, ex illis iuribus, quæ de matrimonio cum repudiata loquuntur, de quibus iam retuli. *sub q.* 1. hic ex *n.* 1. nam illud matrimonium nullum est; & nihilominus quia est cum corrupta ab alio marito, inducit irregularitatem, addens nihil referre secundum iura ad Bigamiam interpretatiuam, an fuerit cognita à marito viuente, vel mortuo, vel à vero marito de iure, vel tantùm de facto, aut etiam omnino ab alieno; sed quia ex *cap. penult. hoc tit.* dictum est hic in vers. *ad primam*, nullomodo ex pluribus concubinatibus contrahi bigamiæ irregularitatem, cum deficiat maritalis affectus, & dictum sit, *ibi*, & *quæst.* 1. item & sub Rub. veram bigamiam contrahi ex duplici matrimonio successiuè valido, copula subsequuta, & de matrimonio cum vidua procedat bigamiæ interpretatiuæ irregularitas, siue validum sit, aut non vt latè dicimus, *in c. nuper hoc tit.* & *ibi*, dicemus, vt

non sit bigamus vir corruptus ducens Virginem similiter, nec è contra debeat procedere, iuxta rationes secundæ sentētiæ Gibalini, & aliorum quando contrahit cum corrupta ab alio simpliciter, nullo præhabito contractu matrimoniali de iure, aut de facto, cum in tali casu non deficiat Sacramenti significatio, sicut deficit in repudiata, vel eiecta à primo marito, vt diximus *in dicta quæst.1. à num.1.* vel in vidua, vt *ibi, & in dicto cap. nuper.*

12 Ad tertiam quæstionis partem, quid si non recepto semine, vel integra manens, semen virile receperit, aut extraordinariè, Sodomiticevè, cognita est, in quibus casibus de primo videtur respondendum, vt *supra in Rub. quæst.1.* vers. *ad tertiam*: quare si contingat, vt aliqua sit corrupta, non virili membro naturali, nec seminis effusione, sed aut instrumento aliquo, aut membro virili non intromisso semine, minimè aliquis contrahens, fiat bigamus, aut irregularis, quod verè carnem suam in plures non diuiserit; quia in priori illa copula fœmina ea non effecta fuit vna caro cum viro, deficienti seminis immissione, vt docent Bellam. *in cap.2. hoc tit. q.4. n.9.* & sic etiam de voluntariè polluta, absque viri congressu, cum sit materialiter virgo, illam ducens non erit irregularis, nec erit bigamus, si prior vxor, aut fœmina, quam ducit, sit sola copula extra vas cognita, aut Sodomiticè, vt benè docent Viuald. *in candelabro aureo 2. p. n. 23. & 25.* Sanchez *de matrim. p.7. disp.83. n.7.*

13 E contra verò, quamvis fœmina verè virgo sit quoad corpoream integritatem; si tamen virile semen ex concubitu, quacumque arte receperit, id sufficere ad bigamiam dicendum est; quia ea copula matrimonium consummatur, & efficitur vna caro cum eo, cum quo concubuit, Sanchez *vbi proximè*, & Viuald. & idem Sanchex *lib.2. disp 21. n.2.* non enim ad bigamiam consideratur virginitas formalis, sed diuisio carnis in plures; quippè violenter rupta (vt dicemus) cum seminis immissione est formaliter virgo, & tamen illam ducentem reddit bigamum.

14 Ad quartam quæstionis partem, an bigamus verus sit, qui prima legitima superstite, & nondum vxore cognita, ad alias transiuit nuptias, illasque consummauit, si postea coactus ab Ecclesia ad priorem vxorem redeat, illamque cognoscat? in quo dubio etsi possint applicari nonnulla, quæ adduxi *in cap. litteras de restit. spoliat.* præcipuè per dicta *ibi q.2. & 3.* cum aliis; in proposito vero, & vt *infra* etiam dico ex sententia D. Thomæ *in 4. dist.27. q.3. art.1. quæstiunc.2. ad tertium*, Thomæ Sanchez *dict. lib.7. de matrim. disp.84. num.4.* & Astensis *in 2. p. summa lib.6. tom.7. art. vnic. quæstiunc.2.* dicendum est, vt sit bigamus, ac irregularis, quia si secundam cognouit, & postea Iudicio Ecclesiæ compulsus est redire ad primam, & eam cognoscat, iam tunc verificatur hunc duo iniisse, ac consummasse matrimonia, alterum de iure, & alterum de facto per dicta *supra*, & dictum de repudiata *q.1. n.1.* videbis *infra in cap. nuper q.2.* vers. *ad quartam.*

15 Ad quintam quæstionis partem quid dicendum est de eo, qui prioris matrimonij, nullitate cognita, aliud contrahit? In quo dubio, & pro negatiua sententia facit, quia quando prius matrimonium fuit, illo dissoluto, nulla sit indecentia in secundo matrimonio, nec culpa per se loquendo, vt arguit Suarez referendus, & videtur docere Henriq. *lib.12. de matrim. cap.6 n.9. in comment. lit. X*, quatenus dicens vt sit irregularis duplex matrimonium iniens; temperat, quando vbi semel matrimonium irritum contraxit, cognita nullitate eius, ad aliud transeat ex eo fundamento, quod iterans Baptismum, quando prior fuit irritus, non sit irregularis.

At nihilominus in casu hoc dicendum est, vt 16
fiat bigamus irregularis; quia sic contrahendo,
sciens fuit in culpa ex affectu maritali; & quia
sicut secundæ nuptiæ contractæ post primum
matrimonium validum, & mortua prima vxore,
licet aliunde inualidæ sint, sufficiunt ad irregulari-
tatem inducendam. † Sic & è contra etiam si 17
inualidæ antecedant, & validæ sequantur, idem
contrahetur impedimentum, cum ille diuersus
ordo, nec ad decentiam, nec ad significationem,
nec ad culpam, quidquam referat; & quia ius
nihil distinguit inter plura matrimonia simul,
vel successiuè, hoc vel illo ordine facta: ita
Suarez *de censuris dicta q. 49. sect. 1. n.9. in fine*,
& mihi videtur verum de illo, qui sciens impedi-
mentum, nihilominus contraxit, etsi inualidè ma-
ritali affectu; cum hic etiam reperiatur delictum,
& carnis diuisio. † Et ob id alij DD. vt refert 18
Sanchex *vbi supra dicta quæst.84. n.6.* dicunt esse
irregularem illum qui priori legitimo matrimonio
dissoluto, contrahit aliud de facto, id est irritum;
quando conscius impedimenti irritantis posterius
innuit. Tota verò difficultas consistit quando con-
trahens ignorauit impedimentum, de qua dico
hic in vers. *ad sextam.*

Nec obstat fundamentum contrariæ sententiæ, 19
cum in casu hoc reuera quantum ex parte sui affectus duo matrimonia ineat, & bigamia incurratur, vt iam diximus, & latè *infra in dicto cap. nuper*, ob solum affectum duo matrimonia ineundi cum opere subsequuto, vt latissimè probatum relinquit idem Sanchez cum infinitis *dicta disp. 84. n.3.* qui *ibi n.5.* respondet ad dictum fundamentum, Henriquez de Baptismo, dicens in casu Baptismi, non esse in iure inflictam irregularitatem propter iterationem Baptismi irriti; imo ait esse præceptum illius iterandi.

Tota vero difficultas est in assequendo, an 20
æquè procedat nostra sententia, quando sciens
nullitatem primi matrimonij ita sentiat nullum
esse ex defectu consensus: nam licet adducti DD.
& alij, si talis nullitas proueniat ex impedimento
dirimenti vt, v.g. consanguinitatis, aut affinitatis,
ita doceant non tamen æquè si illa nullitas proue-
niat ex defectu consensus; quia hic deficit affectua
intentionis contrahendi matrimonium; non enim
iste habuit animum contrahendi tale matrimo-
nium. † Et confirmatur, quia licet rebaptizans 21
maneat irregularis; si tamen id faciat sine inten-
tione conferendi secundum Baptismum, non in-
currit irregularitatem. † Item quia licet hæreticus 22
incurrat excommunicationem; si tamen quis ex-
terius neget fidem, non autem mente, non in-
currit hæretici pœnas, vt est commune.

Et confirmatur denique quia ob similem cau- 23
sam Pontifex *in cap.1. de sponsal. lib. 6.* statuens per sponsalia contrahi impedimentum publicæ honestatis, excipit in verbis sequentibus: *Nisi fuerint sponsalia nulla ex defectu consensus*: sic docent hanc partem Paulus Grisaldus *in decisionibus fidei*, verb. *bigamia*, Viuald *de irregularit. n. 8.* Henriquez *lib.12. de impedimento matrim. cap.6. num.9.* qui requirunt intentionem perficiendi matrimonium,

trimonium, quæ deficit, deficiente consensu ad contrahendum, etsi tantum de facto

24 Sed Suarez *dicta disp.49. de cens. sect.2 num.10.*
legendus *num.* 4. acerrimè defendit contrarium;
quia ius nihil distinguit inter nullitatem ortam
ex impedimento consanguinitatis, aliovè impe-
dienti, aut ortam ex defectu consensus, & quia
cum dicitur hanc irregularitatem incurri propter
affectum intentionis cum opere subsequuto, non
intelligitur de intentione efficiendi verum coniu-
gium, sed intentione exterius contrahendi, quæ
nunquam deesse potest supponens exteriores nu-
ptias voluntariè, & liberè exterius contrahi; &
quod hic sit sensus probat, nam alias sequeretur
contrahere hanc irregularitatem Sacerdotem ex
ignorantia contrahentem tales nuptias secundas;
non vero qui scienter, & ex malitia illum contra-
ctum facit, & consummat; & quia ad illam in-
decentiam, quam hæc lex bigamiæ conside-
rat, sufficit affectus ad illum exteriorem contra-
ctum, cum opere subsequuto, sine causa; ergo
25 (concludit) alius consensus postulatur. † Ad-
dens quod in his rebus argumenta à simili effica-
26 cia sunt; quia standum est iuris dispositioni: †
Præterquam quod nunquam desit aliqua dissimili-
tudinis ratio, vt in exemplo illo, quod in contra-
rium relatum est de rebaptizante, dicens quod
ratio est diuersa; quia illa irregularitas fuit intro-
ducta in detestationem erroris asserentis baptis-
mum posse iterari; qui error non fouetur, nisi
ab his, qui intentione rebaptizandi id fa-
ciunt.

27 Nec obstare ait Suarez exemplum illud assumptum à simili ex *dicto cap. vnico de sponsal. lib. 6.* quod nihil probat, quia illud impedimentum ex sponsalibus contractum, minimum est; obidque noluisse iura antiqua, vt oriretur, quando ex defectu voluntatis sunt nulla, dicitque signum huius esse, quod nouo iure id extensum est ad omnes casus nullitatis: ita ille.

28 Ad vltimam quæstionis partem, de illo, qui ignorauerit impedimentum subesse, quo postea cognito, matrimonium separetur; & quod idem respondendum sit, vt in vers. *ad quintam*, de illo qui sciuerit matrimonium esse inualidum: nam cum ad bigamiam delictum minimè desideretur, sed affectus ineundi duplicis matrimonij, eo subsequuto de facto, & opere subsequuto, ac consummato contraheretur: ita docent Ioannes Andreas *in cap. vnico num.1. super glossa 3. hoc tit. lib.6.* vbi Ancharran. *num.5.* Dominic. *num 5. vers. in ea glossa* ibi Francus *num.4.* idem Ioannes Andreas *in cap. nuper hoc tit.* & Anton. *num.* 8. Cardinalis *ad finem*. Abbas *num.4.* Anchartan *num.1. notab.* 3. Henric. *num 23.* Angelus verb. *bigamia num.9.* & ibi Syluester *quæst.7.* Montagna *de bigamis q.6. num.8.* quam communiorem esse scribit Thomas Sanchez *de matrim. dict. lib.7 disp.84. num.6. in fine.* Et hanc tenentes respondent ad textum *in cap. nuper 4. hoc tit.* dicendo quod textus iste non ponderat affectum delinquendi, sed affectum duplicis matrimonij ineundi, eo subsequuto de facto, & consummato, cum ad bigamiam delictum minimè desideretur; & quod licet *ibi* Pontifex argumentis ex duplici delicto petitis vsus fuerit ad monstrandam huius bigamiæ Iustitiam; eam tamen non inducere, ad probandum illam ex delicto contrahi, sed ad ostendendum non esse nouum in iure affectum effectu carentem puniri.

Alios nihilominus video docere, vt in hoc se- 29
cundo casu non sit bigamus, qui ignorans, &
bona fide contraxit; eo quod hic ad secundas nu-
ptias transiens, minimè deliquerit, & ex parte al-
tera fuerit irritum matrimonium posterius, ac
proinde, vt non debeat nocere, cum non præstet
effectum, quod de iure non sortitur effectum
iuxta *cap. non præstat de regul. iuris*, docent sic
Archidiaconus *in dicto cap. vnico de bigamis in 6.*
num 1. & in cap. cognoscamus num.1. dist.34. dicit
fortè ita esse, Bellamera *in dicto cap. nuper q. 2.*
n.5. hoc tit. & sustinet dicens fortè ita esse Astensis
2.p. summa lib.6. tit.7. art. vnico quæst. iunc.2. & hanc
amplectitur idem Thomas Sanchez; quia for-
tioribus nititur fundamentis, *vbi supra dicto n. 6.*
in fine, qui ante medium addit iuxta hanc opinio-
nem idem dicendum esse de irregularitate contra-
hentis duo matrimonia irrita, nam si ignoret
vtrumque esse irritum, illam non incurret biga-
miam; quia defuit delictum, & ex altera parte
fuit vtrumque matrimonium nullum; indeque
nullo pacto præstare impedimentum ad ordines;
& videtur amplecti Suarez *dicta disp.49. de cens.*
sect 2. sub num.10. nam dicens impossibile esse, vt
qui secundam ducit, viuente prima vxore, habeat
verum consensum, & intentionem efficiendi ve-
rum matrimonium; nisi interueniente ignorantia
iuris aut facti. † Addit tunc alienum ab omni 30
ratione, & ab omnium opinione, vt irregularis
fiat, qui bona fide, vel per ignorantiam ducit se-
cundam vxorem; non verò qui scienter, & per
malitiam. † Et sic dicentibus pro prima senten- 31
tia bigamiæ irregularitatem non indigere culpa, vt
incurratur, respondent DD. secundæ sententiæ
id verum esse in aliis bigamiæ modis, qui ob Sa-
cramenti defectum instituti sunt, vt diximus in
Rub. & *hic a quæst.1.* secus procedere in bigamia
interpretatiua, qualis est hæc, de qua loquimur
in isto casu, & dicto vers. *ad quintam*, quæ non
ob significationis defectum, sed ob delictum in-
curritur, vt probant *ex dicto cap. nuper hoc tit.* vbi
delictum ponderari videtur ad hanc incurrendam
princ. textus, vers. *vnde illum*, & vers. *sicut in ca-*
none, vbi Innocent III. duo argumenta de cri-
minosis affert, vt inde inducat iure optimo irregu-
laritate affici ineuntem, de facto posterius matri-
monium. † Alterum iure ciuili notari infamia 32
duas simul vxores ducentem, *l. eum qui ff.*
de adulter. Alterum verò iure canonico, *cap.*
Præsbyterum 28. distinct. Præsbyterum, qui
non legalibus nuptiis detinetur, puniri; & sic
concludunt verè textum intelligi, quando in
posteriori matrimonio adfuit culpa; & *ibi* Ho-
stiens. reddens rationem illius textus *num. 5.* verb.
in ipsis, punientis affectum; quia in maleficiis vo-
luntas spectatur, non exitus, vt *in l. Diuus ff. ad leg.*
Cornel. de sicariis.

33 Vnde tenentes hanc sententiam possunt eam corroborare ex resolutis *supra in Rub. quæst.2. vers ad secundam*; item & *ex dicto cap. nuper*, quia expressè dicitur in eo casu non incurri bigamiam, & irregularitatem ob defectum Sacramenti quando saltem alterum matrimonium est irritum; nullam ibi deesse matrimonij significationem, cum matrimonium irritum, non sit aptum ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesia, sicut nec concubinatus; & ideò ab illa nequeat deficere, & quod validum, cum sit vnicum, non deficiat; & cum dicatur ibi incurri hanc irregularitatem propter affectum du-

plicis matrimonij ineundi, nec hic incurratur defectu significationis à fortiori dicendum esse firmant incurri ob solum delictum; si quidem non datur alius modus incurrendi, nisi ob delictum, vel ob significationis defectum, qui in nostro casu non inuenitur; & sic solùm oriri ex delicto.

34 Quare si contrahens duplex matrimonium norit alterum esse irritum, quamvis crederet alterum esse verum, & validum, vel vtrumque norit esse irritum incurrer hanc irregularitatem; quia in vtroque casu inuenitur affectus ad duplex matrimonium cum opere subsequuto, nec desiderari dicunt DD. delictum in vtroque, vt constat, & sequitur Sanchez videndus *dicto lib. 7. de matrimon. quæstione 84. numero 2. & num. 6. post medium.*

35 † Vbi addit quod quando contrahitur alterum irritum sciente, & alterum validum, siue hoc, siue illud præcedat, incurratur hæc irregularitas, vt fatentur DD. contrariæ opinionis, & tamen in solo altero matrimonio delinquitur idem Sanchez *sub dict. num. 6.* & per dicta *ibi num. 3.* vbi iterum confirmat ex natura bigamiæ similitudinariæ, quæ oritur ex delicto tantùm, vt probauimus *ex dict. c. nuper 4. c. fin. & c. 3. hoc tit.*

36 Et in hac sistendo sententia ego breuiter distinguendo puto dicendum in genere suo duplicem esse bigamiam interpretatiuam, prima quæ oritur ex matrimonio celebrato à viro cum vidua, quæ fuit vxor legitima alterius mariti, de qua loquimur *in cap. de bigamis 3. hoc tit.* & hanc quidem nullum in se continere delictum dicendum est per insinuata *supra sub quæst. 1.* huius tituli, & ex toto *tit. infra de secundis nuptiis*; quatenus ipsæ permissæ sunt absque delicto, & in hanc bigamiam incurri ex defectu tantùm significationis Sacramenti, in quo deficit vnitas Sacramenti patet *ex cap. debitum hoc tit.* in verbis ibi: *Cum ergo propter Sacramenti defectum inhibitum sit, ne bigamus, aut maritus viduæ præsumat ad Sacros Ordines promoueri quoniam nec illa est vnica vnici, nec iste vnus vnius, &c.*

37 † Alia quidem quæ oritur ex delicto, vtpotè quando duxit vxorem ab alio marito repudiatam, aut de facto contraxit scienter, nulliter duo matrimonia, aut vnum, etsi alterum validum; quia, etsi hic bigamia interpretatiua non contrahatur aduersùs vnitatem Sacramenti, matrimonij, vt diximus, incurrit tamen in illam iuris interpretatione; propter delictum affectionis, ita attentati ad contrahendum duplex matrimonium de facto sciens, vel vtrumque, aut saltim nullum esse vnum: quâ distinctione iam res est clara, & Doctores primæ sententiæ debent intelligi de matrimonio, cum vidua, etsi consanguinea; dum tamen ignoretur consanguinitas, cum in tali contractu nullum delictum adsit in iure, nec infamia; DD. quidem secundæ, vt diximus modo dicto.

38 Adhuc non manemus in tuto; si quidem idem Suarez *dict. disp. 49. sect. 2. num. 8.* contra Archidiaconum *in dicto cap. nuper cap. 1. hoc tit. lib. 6. & dict. cap. cognoscamus 34. dist.* ait hanc irregularitatem contrahi, etiam si per ignorantiam vtrumque matrimonium contractum sit, cum contrahatur, non propter culpam, sed propter publicam significationem incontinentiæ, & quandam effigiem, vel similitudinem defectus Sacramenti & hoc supposito firmat manifestum esse ignorantiam, aut bonam fidem nihil referre ad prædictam excusationem quia in vniuersum irregularitas, quæ sine peccato contrahi potest, non impeditur propter bonam fidem. † Nec obstare scribit textum *in cap. Presbyterum dist. 28.* vbi propter similes nuptias ex ignorantia factas, non irregularitas, sed quædam suspensio imponitur, & significatur esse propter delictum; eo quod ignorantia fuerit iuris, & culpabilis; quia respondet primo textum illum esse ex Canonibus Trulanis, qui non habent firmam authoritatem, maximè quoad hæc moralia, in quibus multa continent iuxta vsum Orientalis Ecclesiæ, quæ in Latina non sunt in vsu, vel in secundo dicitur forte impedimentum istud ibi positum esse irregularitatem nam quod talis Presbyter permittatur habere beneficium, non est contra intrinsecam rationem irregularitatis; & quod potuerit hoc ei indulgeri propter ignorantiam, & ne Presbyter cogeretur mendicare. Et vltimo addit cum Turrecremata ibi nuptias non legales non vocari secundas nuptias, sed quascumque à Presbytero contractas; & quod omnes istæ nullæ sunt, vt ibi dicitur propter illas, etiam si essent primæ, imponeretur illa pœna. 39

40 Quare infert Suarez, & ex aliis *num. 6. & 7. dict. sect. 2.* irregularitatem hanc contrahi propter culpam, sed propter indecentiam, vt sentit Ioannes Andreas, quem Abbas sequitur *in dicto cap. nuper*; & quamvis, *ibi* glossa, & Hostiensis loquantur de delicto tamen in eo textu dicit Suarez non esse aliquod verbum, quo significetur illam irregularitatem positam esse in pœnam delicti; quia verba illa: *Propter affectum intentionis cum opere subsequuto*, non necessariò includunt pœnam, vt per se constat, & sic vt glossa, & Hostiensis lato modo pœnam fortasse accipiant pro quocumque impedimento.

41 Et *ibi* Suarez *in dict. num. 7.* obiiciens quænam sit hæc indecentia, seclusa culpa, cum in eodem textu dicatur hanc irregularitatem non esse propter Sacramenti defectum; respondet quidem non esse propter defectum verum, sed apparentem, & attentatum, in quo interuenit eadem species incontinentiæ, & ad probandum affert exemplum cum Panormit. *ex cap. vnico de dispensatione impuberum lib. 6. §. 1.* vbi dicitur per matrimonium inter impuberes; quod nullum fuit propter defectum ætatis, publicæ honestatis impedimentum contrahi, quod non contrahitur propter culpam, sed propter quandam indecentiam; & sic in præsenti casu procedere; quia in publica Ecclesiæ æstimatione iste bis contrahens exterius matrimonium effectum bigamiæ participat; licet vere bigamus non sit, quæ omnia dubium reddunt intellectum *dict. cap. nuper* Et pro hac sententia, quæ communior est, vt *supra* diximus, facit etiam pietas non ligandi irregularitatibus animas fidelium, nisi de illis expressè constet in iure. De aliis dico *in dicto cap. de bigamis 3. & cap. nuper 3.*

Ab

AD TEXT. IN CAP. II. Super eo, hoc tit. De Bigamis.

PRÆMISSVM.

TExtvs iste quatenus communem habet materiam cum *cap. 1. hoc tit.* iam ex quæstionibus *ibi* iactis, & in Rubrica manet intellectus; sed quatenus punit ordinatores, qui bigamos ordinant; imò & ipsos bigamos ordinatos, cum quibus non est dispensandum; ideò rectè iam hic inquirimus de facultate dispensandi cum Digamis bigamiæ veræ; item & interpretatiuæ, at de dispensatinne cum Digamis, similitudinariis *infra* dicemus *in cap. fin. hoc titulo*, vbi latè de dicta bigamiæ specie.

QVÆSTIO I.

An Summus Pontifex possit in bigamia vera, & irregularitate ab ea orta dispensare? Et qua potestate? Et an Episcopus ad Sacros Ordines suscipiendos, seu ad minores, vel dispensare cum bigamis propriis, vt in susceptis ordinibus ministrent, vel saltem quoad minores ordines cum bigamis interpretatiuis? Et num Commissarius cruciatæ habeat facultatem dispensandi in bigamia?

SVMMARIVM.

1 Cap. nuper hoc titulo, & n. 7.

2 *Paul. 1. Thimoth. 3.* Episcopus sit vnius vxoris vir, & à n. 7. & 8.

3 *Dispensare Pontifex potest bigamis ad ordines etsi causa id faciat, non frequenter, &* n. 7. *& quare cum dicatur ex defectu Sacramenti*, n. 8.

4 *Bigamiæ irregularitas solo iure positiuo est inducta, non Diuino, vt aliqui existimarunt*, num. 5.

5 *Euangelica lege præceptum nullum existit positiuum propter fidei, & Sacramentorum præcepta.*

6 *Papa Lucius dispensauit in Bigamia cum Archiepiscopo Panormitano.*

7 Cap. lector. 34. distinct. numero 24. & num. 27.

9 *Apostoli, vt Episcopi condebant leges Ecclesiasticas, & consilia præbebant.*

10 *Concil Grangen. dispensauit in statuto Apostolorum, qui statuere Presbyterum, ob crimen fornicationis deponendum esse.*

11 *Apostolicæ constitutiones non transcendunt ius humanum.*

12 *Pontifex non solùm potestate absoluta, hoc est validè, & licitè dispensat cum bigamis.*

13 *Episcopi dispensant cum criminosis; nùm tamen cum bigamis, sunt diuersi intellectus*, numeris sequentibus, *&* à num. 20. *vbi de vero.*

14 Cap. vnico hoc tit. lib. 6. & o. 21.

15 Trid. sess. 23. de reform. in fine.

16 Cap. non confidat. dist. 50.

17 *Episcopo non licet dispensare in lege Apostoli, nec in Concilio.*

21 *Episcopus nequit dispensare cum bigamis veris, nec quoad beneficia simplicia*, n. 22. *fallit in necessitate, vt* n. 26. & 27. *Quid in bigamo interpretatiuo*, o. . 8.

23 Cap. 2. hoc tit.

27 *Episcopus in bigamia orta ex delicto occulto, num dispensare valeat.*

29 *Commissarius cruciatæ nequit dispensare cum bigamo vero, nec in interpretatiuo ex defectu Sacramenti, vt* n. 30. *secus si ex delicto, vt* n. 31. *& in bigamia similitudinaria, vt* num. 32.

AD primam quæstionis partem videtur dicendum, vt Pontifex nequeat dispensare per verba textus nostri ibi: *Cum bigamis contra Apostolum dispensare non licet, vt debeant ad Sacros Ordines promoueri*, & ex *cap. nuper 4. hoc tit.* in vers. *nos autem* ibi: *Tanquam cum Digamis non liceat dispensari*, glossa *ibi* cum aliis; en qood vitium bigamiæ consurgit ex defectu Sacramenti quod tollere non subest potestati Pontificis. 1

Secundo quia hæc irregularitas habetur ex iure Diuino iuxta illud D. Pauli 1. Thimoth. 3. vbi admonet, *Episcopum debere esse vnius vxoris virum*, idest non bigamum, vbi nomine Episcopi comprehendit omnes Sacerdotes. Deiode quia etsi possit dispensare in irregularitate propter crimen; quia quia quando fundatur in crimine, facta, pœnitentia, exhibita satisfactione, tollitur indignitas, & restituitur homo ad statum, in quo iam est capax dispensationis, & non sic, quando est defectus Sacramenti, in quo fundatur bigamia, nec per pœnitentiam reparari, nec auferri potest; & ita docent nonnulli, vt iuuant Suarez, Saochez, Leander, & alij *infra* relati. 2

Nihilominus vera sententia est vt possit Pontifex dispensare in bigamia vera orta ex defectu Sacramenti. Primo quia omnis irregularitas bigamiæ est dispensabilis per Ecclesiam. Item quia impedimentum hoc non est ex Diuino, aut naturali iure. Item quia Apostolicæ constitutiooes non traoscendunt ius humanum; imò & licet Petrus Soto, *lectura 18. de matrim. pag. 13.* vers. *ex quibus denique*, concedat irregularitatem esse ex Iure Dioino; admittit verò Pontificem posse dispensare: idem, & *pag. 5.* vers. *restat* iam, & alij † Et ratio oostræ assertionis, est quia solo iure Pontificio hæc irregularitas est inducta. † Et quia in lege Euangelica nullum præceptum Diuinum positiuum existit præter fidei, & Sacramentorum præcepta, vt probat latè Thomas Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 52. num. 2.* Ergo cum hoc non pertineat ad materiam, & formam Sacramentorum, nec ad ipsa suscipienda sub præcepto, & non sit naturale, non erit Diuinum positiuum: ex his & aliis docent D. Thomas *in 4. dist. 27. q. 3. art. 3. corp.* & *ibi* Richard. *art. 4. q. 4.* Paludan. *q. 4. art. 5. num. 33.* Maioris *q. 6. concl. 2. sup.* Gabriel. *q. 3. art. 3. dub. 4.* Sotus *quæst. 3. art. concl. 1.* Metina *cap. de ieiunio quæst. de dispensatione in quadragesima* 3 4 5

ve

verſ. *his tamen non obſtantibus*, Thomas Sanchez *de matrim. dict. lib. 7 diſp. 86. num. 6.* Suarez *de cenſ. diſp. 49. ſect. 6. n. 1. 2. & 3.* Auila *de cenſ. p. 7. diſp. 8. dub. 4.* Bonacina *diſp. 7. quaſt. 2. punct. 5. num. 14.* Sayrus *lib. 5. cap. 6. num. 1.* Palaus *diſp. 6. punct. 8. n. 14.* Luyſius *lib. 9. diſp. 70. dub. 4.* Cornejo *diſp. 10. dub. 1. q. 4.* Hurtad. *de irregul. diſ. 20.* Bauoius *tr. 11. quaſt. 13.* Leander *tract. 2. diſp. 6. quaſt. 28.* Ex iuris peritis gloſſa *in cap. lector*, verb. *fiat diſt.* 34. vbi Archidiacon. *num. 1.* & Turrecremata *art. 1. num. 2.* Speculator *tit. de diſpenſat.* §. *iuxta num.* 3. & 4. Gofred. *in ſum. hoc tit. num. 11.* & Hoſtienſis ad finem; idem *hic num. 4.* Innocent. *num. 1.* Ioan. Andreas *num 9.* Anton. *num. 9.* Abbas *num. 6.* Cardin. *quaſt. 2.* Ancharran. *num. 2.* Bellamera *num. 1.* Henric. *in cap. 1. hoc tit. à num. 22.* idem Ancharran. *in cap. vnico hoc tit. lib. 6.* vbi Franciſc. *num. 4.* Anania *in cap. ſi vir num. 3. de adulteriis*, Staphileus *de litteris gratia. colum. fin.* Couar. *in clem. ſi furioſus de homicid. p. 1. §. 1. num. 4.* & reliqui omnes ſummiſtæ, & ſummarum authores, vt Angelus verb. *bigamia num.* 8. Syluester *ibi quaſt. 6.* Tabiena *quaſt. 7.* Armilla *num. 9.* Nauat. *cap. 27. ſumm.*
6 *num. 197.* Rota *hoc tit. in nouis deciſ. 1.* † & gloſſa *in dicto cap. lector.* refert Lucium Papam cum Archiepiſcopo Panormitano diſpenſaſſe, Flaminius *de reſignat. lib. 5. quaſt. 3. num. 197.* Azor. *inſt. moral. p. 2. lib. 2. cap. 4. q. 7.* Salzedus ad Bernard. Diez *in pract. cap. 16. litt. C*, verb. *diſpenſare*, Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 8. num. 34.* Ludouicus Miranda *in manuali Prælator. tom. 2. quaſt. 8. art. 2. concl. 1.* Barboſa *hic num. 4.* Henriquez *lib. 12. cap. 6. §. 11.* Marcel. Vulpeius *in praxi cap. 45. num. 8.* idem Barboſa *in paſtorali alleg. 49. num. 21.* eſt lex Regia 5 *tit. 5. p. 1.* vbi Gregor. Lopez verb. *dos mugeres*, & alij communiter.

7 Nec obſtant fundamenta contrariæ ſententiæ ex verbis Apoſtoli in textu noſtro, nec *in dict. cap. nuper*, nec verbum ibi poſitum; *licet*, non importat neceſſitatem, & impoſſibilitatem, ſed difficultatem; itavt ſenſus ſit non facilè, & abſque graui cauſa, diſpenſari poſſe; ita omnes, nec enim ibi Pontifex vſus eſt verbo *non poteſt*, ſed verbo *non licet*: ita explicant omnes relati, vel vt docet Thom. Sanchez *lib. 7. ſub dict. n. 6. diſp. 86.* vt non liceat Epiſcopis inferioribus, qui Pontificem conſulerunt bigamos promouere, & ſic Martin. Papa *in dict. cap. lector. 34. diſt.* diſpenſauit cum bigamo, vt Subdiaconus fieret. Suarez *ſupra*, dicit quod Papa habet hanc poteſtatem cum omni plenitudine iuriſdictionis, ſicut habet alias: & ita Suarez *dict. ſect. 6. num. 8.* dicit in verbis noſtri cap. ſolùm oſtendi reſpectu ſummi Pontificis difficultatem diſpenſationis, non impoſſibilitatem: & vtens verbo *licet* id non quidem dicat, quia id nunquam liceat, ſed quia non pro ſolo arbitrio, nec pro leui cauſa, ſed pro grauiſſima, atque rarò id liceat.

8 Nec obſtat aliud fundamentum ex eo quod hæc bigamia vera procedat ex defectu Sacramenti; quia ſi ob hoc redderetur impoſſibilis Papa ad diſpenſandum, ſequeretur, quod non ſolum de diſpenſatione ad Sacros Ordines, ſed ad quoſcumque procederet; & ſic eueniret vt non tantum de Sacris Ordinibus textus noſter loqueretur, & gloſſa intelligit per ordines Sacros ſolum vſque ad Diaconatum incluſiuè; quia de his tantum loquutus eſt Paulus; & quia olim, vt diximus, *in cap. penult. de ſeruis non ordin.* Subdiaconatus non erat ordo Sacer. vt *in cap. vltimo diſt.* 60. & *in cap. à multis de ætate, & qualitate ordinand.* aliquid *in cap. 1. & cap. fin. de Sacram. non iterandis*; imo amplius, ſi illa ratio vera eſſet, probaret etiam nullam irregularitatem fundatam in defectu ætatis v.g. vel alio ſimili poſſe per diſpenſationem auferri, durante illo defectu, quod aperte falſum dicit Suarez *dicta ſect. 6. num. 1. in fine*, addens quod licet defectus Sacramenti ſemper maneat, non neceſſario manet in ratione impedimenti ad ordines; quia quod talis defectus ſit, impedimentum non habet natura ſua, nec ex diuino iure, ſed ex Eccleſiæ prohibitione; quæ poteſt per diſpenſationem auferri, interueniente cauſa legitima, & Thomas Sanchez *dicto num. 6.* an non, vbi tale proximè dictum vt Pontifex non poſſit auferre defectum ſignificationis Sacramenti; quia ad diſpenſandum id minimè deſideratur, ſed ſolum, vt Pontifex tollat irregularitatem ex eo, defectu ortam: nam vt dicit Leander, hoc impedimentum, procedit ex ſolo iure humano. 9

Et ſic nec obſtare quod hæc irregularitas ſit inducta à D. Paulo, quia reſpondetur, vt *ſupra* hoc eſſe de iure humano; quia Apoſtoli erant etiam Epiſcopi; & vt Apoſtoli condebant Sacram Scripturam, & vt Epiſcopi vero leges Eccleſiaſticas vt *actor* 15. & conſilia præbebant, vt 1. Corinth. 7. Et confirmatur ex illo Pauli 1. Thimoth. 3. vbi petens Epiſcopum non percuſſorem, nihilominus non negat diſpenſationem Pontifici vt omnes ſentiunt iuxta Sanchez *ſupra*, & alios † Vbi addit in Concilio Gtangenſi diſpenſatum 10 eſſe in ſtatuto Apoſtolorum, qui ſtatuere Preſbyterum ob crimen fornicationis deponendum eſſe, de quo *in cap. fin. 81. diſt.* cuius oppoſitum *in cap. fin.* decretum. † Et Suarez *dict. ſect. 6. num. 1.* 11 *in fine*, explicat dicens, quod Apoſtolicæ conſtitutiones non tranſcendunt ius humanum; & addit quod quantum ad actus iuriſdictionis eſt in Eccleſia poteſtas æqualis poteſtati Petri, atque adeo ſufficiens ad diſpenſandum in omni iure humano, etiam Apoſtolico.

Aliqui dubitarunt an hæc diſpenſatio poſſet 12 fieri à Pontifice ex ſola eius poteſtate ordinaria? Et licet negarint Henricus *in cap. 1. hoc tit.* & Ioannes Stapbileus *de litteris gratiæ*, dicentes non poſſe Pontificem cum bigamis diſpenſare ex poteſtate ordinaria, benè tamen ex poteſtate abſolutè; hoc eſt valide; quamvis non licite. Tamen verius eſt vt dicunt Couarru. *in dicta clementina ſi furioſus de homicid. 1. p §. 2. num. 4.* Sanchez *dict. lib. 7. de matrim. diſp. 86. num. 7.* Auila *dict. p. 7. diſp. 8. dubio 4. concluſ. 1.* Luyſius *de cenſuris lib. 9. diſp. 70. dubio 4. fine*, Leander. *ſupra quaſt. 29.* poſſe etiam ex poteſtate ordinaria; hoc eſt non ſolum validè, ſed etiam licitè, exiſtente iuſta cauſa; quia per legem illam naturalem, diuinam, & humanam; licet Principi legis labori ſummo per diſpenſationem humanis legibus derogare; & ſic poſſe in irregularitate bigamiæ, cum ſit inducta iure humano, aut Pontificio, vt iam diximus; & ſic bene Couarru. proximè adductus improbat Henric. & Staphileum contrariæ ſententiæ defenſores.

Ad ſecundam difficultatis partem, quæ procedit circa facultatem Epiſcopi in diſpenſando 13 cum bigamis veris, aut interpretatiuis, maior eſt admodum difficulta, tum per dictas, *ſupra*, circa diſpenſandum cum filiis Præsbyterorum ad ordines, tum cum ſeruis, de quibus ſub proximis titulis, *de filiis Præsbyterorum*, & *de ſeruis non ordinandis*;

dinandus; & licet quidam existiment, saltim quoad ordines non sacros posse dispensare. Et alij etiam existiment vt possit etiam dispensare quoad maiores; eo quia Episcopi dispensant cum criminosis, vt *in cap. at si Clerici de iudic.is*, qui instar bigamorum sunt, & pariter Apostolus 1. Timoth.3. interdicat eis promotionem ad ordines,
14 vt refert tacito Autore, glossa hic. † Et contra istos sit alia sententia dicẽtium non posse Episcopum dispensare cum huiusmodi bigamis, etiam ad ordines minores; eo quod textus *in cap. vnico hoc tit. lib. 6.* interdicat bigamis in minoribus ordinibus deferre Tonsuram Clericalem, nec com-
15 mittat dispensationem Episcopo. † Et ex Trid. *sess. 23. de reformat in fine*, dum statuit minorum ordinum munia obeuntes debere esse Cælibes, & non bigamos, vt renuerunt Ioannes Andreas *in dicto cap. vnico hoc tit. num. 1. vers. in glossa*, secunda ibi *lector*, & ibi Ancharranus *num. 6.* Dominic. *num. 5. vers. in fine glossæ*, Franc. *num. 4.* & alij infra referendi, & vt probabilius amplectuntur Suarez *de cens. dicta disp. 49. sect. 6. num. 4.* cum Abbate *hic num. 5.* nam *in dicto cap. vnico bigami*, priuantur omni priuilegio Clericali, & *ex dicto cap. nuper, & cap. fin. hoc tit.* vbi hæc potestas simpliciter
16 eis negatur. † Deinde *ex cap. non confidat quisquam Pontificem, dist. 50.* nam Pontificem nomine *ibi* Episcopi intelliguntur iuxta omnium ex-
17 positionem, & manifestum contextum. † Vltimo, quia sicut Episcopo non licet dispensare in lege Apostoli; ita neque in generali Concilio, nec in iure Pontificio, nisi in casibus concessis; sed hoc ius excludens bigamos ab omnibus ordinibus etiam minoribus, vt minimum latum est à Concilio Niceno, teste Ambrosio *epistola 82. & in c. cognoscamus dist. 34.* imò & ostenderit esse Apostolicum in canonibus Apostolorum, nullibique inueniatur hunc casum esse concessum Episcopis ergo.

18 Alij inquam vt probabilius admittunt non posse dispensare in Sacris Ordinibus; benè tamen in minoribus, vt illos suscipiant, aut in illis ministrent, & hoc per textum *in dicto cap. lector 34. dist.* ex verbis ibi: *Lector si viduam alterius vxorem acceperit, in lectoratu permaneat, aut si fortè necessitas sit, Subdiaconus fiat; nihil autem supra similiter, etsi bigamus fuerit*: ita ex iuris peritis docent glossa hic verbo *dispensare*, vbi Hostiensis paulo post princip. & *in summa eodem tit.* Albericus *in dictionario litt. B*, Sanchez *dicto lib. 7. de matrim. disp. 86. num. 11.* cum Astensi, Syluestro, Armilla, Monaldo, Tabiena, Burgasio, & ex Theologis cum D. Thoma *in 4. dist. 27. quæst. 3. art. 3. corp.* & *ibi* Albertus Magnus *art. vlt.* Durand. *quæst. 4. in fine corp.* Paludan. Gabriel. P. Soto, & Dom. Soto, Palacios, Henriquez, Petr. Ledesma Graff. Bartholom. de Ledesma, Llamas, & aliis, quibus addo Castrum Palaum *disp. 6. puncto 4.* & penes illum Nauar. *in manuali dicto c. 27. n. 197.* Azorium *2. p. lib. 5. cap. 20. quæst. 6. & lib. 6. cap. 4. quæst. 8. & 11.* Saytum *lib. 6. cap. 7. num. 11.* Auilam *dict. p. 7. disp. 7* legendum *disp. 8. dubio 4.* Comitolum *lib. 1. quæst. 106. num. 5. & 6.* Mirandam *in manuali tom. 2. quæst. 8. art. 2. conclus.* Machad. *de perfecto Confess. lib. 1. sum. p. 3. tract. 17. documento 4 num. 3.* Petr. Cornejo *disp. 10. dubio 1. q. 5. dicto 2.* per textum nostrum, vbi sermo est tantùm de Ordinibus Sacris; & eo, quia cum Sacris Ordinibus sit votum castitatis solemne annexum per illos deputatur quispiam simpliciter, & perfectè Diuino Cultui; itavt amplius resilendi facultas non supersit, quod secus in ordinibus minoribus contingit. Refert alios hic Barbosa *ex num. 5.* idem *in pastorali alleg. 49. p. 2. num. 24.* cum Ioanne de la Cruz, & aliis; item Zeuall. *in pract. q. 558.* Alzedus *in praxi Episcoporum parte 2. cap. 6. num. 52.*

Alij verò existimarunt non posse Episcopum 19
dispensare cum bigamo vero, vel interpretatiuo, at posse admittunt, vt valeat dispensare in vsu ordinum minorum antea receptorum *per dict. c. lector*, & vt tradunt Nauar. *dict. cap. 27. num. 197.* Valentia *4. p. disp. 7. quæst. 19. puncto 3. in 1. specie irregul.* Manuel. *1. tom sum. 2. edit. cap. 158 concl. 2. num. 6.* Philiarc. *de officio Sacerd. tom. 1. lib. 3. c. ap. fine*, Sa *in summa*, verbo *irregularitas*, vbi de bigamia *in fine*, Vega *1. tom. sum. cap. 38. casu 1.* Viuald. *Candelab. Sacr. p. 2.* vbi *de irregul. bigam. num. 34.* & alij proximè relati; sed Chuchus *lib. 4. instit. moral. tit. 12. num. 186. & 187.* docet procedere, vt in minoribus valeat dispensare, quando bigamia est interpretatiua; secus quando vera.

Et sic alij autem docent quod non possit Epis- 20
copus dispensare, vt promoueatur ad ordines minores, & simplicia beneficia, posse tamen concedere, vt inseruiat in ordinibus minoribus ante susceptis, & vt beneficium simplex, quod antepossidebat retineat: sic Angelus verbo *bigamus num. 8.* Abbas *in cap. super eo hic num. 5.* & alij iam adducti, quos referunt *hic* Barbosa *num. 7.* idem *in pastorali p. 2. dicta allegat. 49. num. 23.* Sanchez *supra numer. 10.* Leander *infra quæstione 32.* & alij.

Ego tamen ex his omnibus opinionibus sim- 21
pliciciter, & absolutè, ac extra casum necessitatis, eligo vt meliorem, ac securiorem hic adductam sub vers. *ad secundam* ibi, *& contra istos*, nempè vt non possit Episcopus dispensare cum bigamis veris, nec quoad minores ordines, nec quoad beneficia simplicia, nec quod in susceptis ministret, & ducuntur DD. ex textu nostro, & *ex dicto cap. vnico, hoc tit.* vbi interdicitur bigamis in minoribus ordinibus constitutis deferre Tonsuram Clericalem, nec committi dispensationem Episcopo, vt *ibi* cauetur in Concilio Lugdunen. non enim queit Episcopus dispensare in Concilij generalis decretis, nisi specialiter ei committatur vt iam adduxi ex doctrina *dicto cap. etsi Clerici de*
iudiciis. † Et hanc sequuta est Congregatio 22
Concilij in Ferentiana 13. Aprilis 1630. in qua fuit resolutum bigamum effectum bigamia interpretatiua, etiam si antea constitutus esset in ordine ostiariatus, non posse mortua vxore dispensari per Episcopum, vt in ordine suscepto ministret: sic Barbosa *in dicto num. 5. & dict. alleg. 49. num. 22. & 25.* & præter iam adductos docent Villalobos *in summa tom. 1 tract. 21. dif. 31.* Turrianus *de cens. lib. 9. disp. 7. dubio 5.* Riccius *in decis. Curiæ Archiep. Neapolit. p. 1. decis. 331.* & Diana *p. 4. tract. 2. res. 72* & secundùm hanc sententiam fuisse decisum in Sacra Cardinalium Congreg. testantur Armendariz. *in addit. ad leg. Nauarra lib. 2. tit. 19. de foro comp. num. 16.* Nicolaus Garcia *de benef. p. 7. cap. 6. num. 5.* Piasecius *in praxi noua Episcop. p. 1. n. 60.* Franc. Leo, & Belletius relati à Barbosa cum Marcello Vulpeio, & aliis *dicto num. 22.* Machado *vbi supra lib. 1. document. 4. tract. 17. ex num. 1.* Felicianus de Vega *in dicto cap. etsi Clerici de iudiciis, §. de adulteriis*, videndus à *n. 141.* Tambur.

de

de Iure Abbatum tomo 2.*disp*.7.*quæst*.3.*n*.2.Molfesius *in summa Theologiæ Moralis tract*. 6. *cap*. 7. *num*.28 Riccius *supra p*.4.*decis*.331.*num*.8.*in fine*. Bartholom.de Bachis *in praxi nouiter. disp*.9. *dubio* 15.*num*.2.Leander *de irregul. tract*.2. *disput*.6. *quæst*.30.31.*&* 32.cum Bonacina, Baunij, & aliis: sic etiam colligentes *ex cap. sane* 1. *de Clericis coniugatis*, *& ex dict. cap*.17. Trid. *sess*. 23. *de reform*. Layman.*lib*.1.*sum. tract*.5.*p*.5.*cap*.6. *num*.7. Castrus Palaus *dict. disp*.6. *punct*.8. *num*.18, Luys. *lib* 9.*disp*.70.*dub*.5 Filliucius *tr*.19.*c*.4.*q*.12.*n*.127. & alij.

23 Et hac retenta opinone dicunt DD. huius sententiæ non obstare textum *hic in dict. cap*.2. quia argumentum à contrario sensu non est sufficiens; eo quod Papa solùm respondet ad id, de quo fuerat interrogatus, negans illam ordinationem, vel dispensationem esse licitam; loquitur enim *ibi* non tantùm respectu Episcopi, sed simpliciter; quid verò in aliis ordinibus liceat, ibi non definit: ita Suarez *de cens. dict. disp*.49.*sect*.6.*num*.5. vbi addit quod hæc ratio probat non tantùm de dispensatione ad susceptionem, sed ad vsum ordinum minorum; quia nullum est ius quod hoc secundùm magis, quàm primum concedat.

24 Et minus obstat *dict. cap. lector* 34.quod Nauar. & alij iam adducti citant: nam textus ille minimum, aut nihil probat; tum quia ibi conceditur facultas dispensandi cum lectore bigamo, vt ad Subdiaconatum ascendat, si necessitas id postulet. Tum etiam quia de ipso lectore non per modum dispensationis, sed iure ordinario videtur statui, vt in suo munere permanere possit: nam simpliciter hoc ei conceditur. Quod si esset intelligendum cum dispensatione fere non differret ab ascensu ad subdiaconatum, nam omnis dispensatio requirit aliquam necessitatem; quapropter dicit Suarez *dicto num*.5. *cap. illud*, non potuisse dare aliquam potestatem Episcopis; quia non est Martini Papæ, vt à Granano inscribitur, sed Martini Bracharensis, qui diuersos canones collegit, addens quod hic textus sumptus videtur ex Concilio Toletano 1.*can*.3.vbi longè aliter legitur, scilicet: *Item constituit Sancta Synodus, vt lector fidelis, si viduam, alterius vxorem acceperit, amplius nihil, sed semper lector habeatur, aut fortè Subdiaconus*, vbi etiam ad Subdiaconatum, specialem necessitatem, non requirit.

25 Imò addit iterum quod hoc Concilium prouinciale est, nec inueniatur à Papa confirmatum, nec Leo I V. illius mentionem fecerit *in cap. de libellis dist*.20. vbi numerat canones Conciliorum, quibus in iudiciis vtendum; item etiam quod post illum Concilium sunt alia decreta Pontificia, quæ prohibent Clericum bigamum ministrare etiam in minoribus ordinibus, videbis etiam Leandrum *sup*.*q*.34.*in fine*.

26 Ita Suarez; sed quia idem *dict. disp*.49. *sect*.6. *sub dict. num*.5. *in fine*, scribit quod licet in rigore iuris sit hæc nostra probabilior, & verior dicatque vt alia contraria adducta in dicto vers. *aliquam*, sit probabilis propter tantorum virorum authoritatem, & quod in praxi possit seruari, vbi fuerit vsu recepta, vt etiam admittit Leander *dict. q*.32.*in fine*, cum pluribus, quos retulit *dict. q*.31. ideò existimo non omnino aspernandam, nempè quoad hoc vt Episcopus valeat dispensare cum bigamis, vt ordines suscipiant, & vt in susceptis ministrent. Et sic communiorem sententiam, quam sequimur limitant multi quando v.g. necessitas vrgeat ob ministrorum penuriam, nec esset additus ad Pontificem ob loci distantiam; quia ob similem necessitatem potest Episcopus in lege Concilij generalis, vel Pontificia dispensare, vt dixit Barbosa *in pastorali p*.2. *alleg. num*.26. *& dict. alleg*.49.*sub dicto num*.25. Thomas Sanchez melius loquutus, & ab omni iniuria liberans explanando *dict. cap. lector* 34.*dist. dict. lib*.7.*de matr. disp*.86.*n*.14. Henriquez *lib*.11. *de matrim. cap*.6. §.11.

Item limito libenter iuxta supra dicta, quando bigamia interpretatiua consurgit ex delicto, de quo iam diximus *cap*. 1. *quæst. fin. & dico in cap*. 3. *&* 4. *hoc tit*. qualis est illa, quæ oritur ex duplici matrimonio neutro, existente valido, aut altero irrito; quia tunc poterit Episcopus si delictum sit occultum dispensare virtute Concilij Trid. *sess*.24.*de reformat.cap*.6. Henriquez *dict. c*.6. *in fine*, & Thomas Sanchez *dict. disp*.86. *num*.13. *in fine*. Et licet alij hanc limitationem porrigant ad bigamiam occultam, quæ non sit de delicto, sed ex defectu Sacramenti, inter quos Paludan. *supplem*. Tabiena, Gabriel, Armilla, quos refert Sanchez, & Turrecremata *in dict. cap. lector* 34. *dist. art*.2. *num*.11. *concl*.5. si scilicet consurgat ex facto, suapte natura sit occultum, secus si per accidens, vt si bigamia consurgat ex matrimonio clandestino. Tamen idem Sanchez ait hanc limitationem nullo iure probari, & ego cum eo. Quod si absolutè volueris amplecti dictam sententiam sine necessitate harum limitationum; respondet quidem ad fundamenta nostræ sententiæ *dict. q*.86.*num*.15.*ibi* legendus, & *sub num*.11. vbi ponderat verba *dict. cap. lector*, qui & *sub dict. num*. 14. addit, quod etsi decisio *dict. cap. lector* quatenus loquitur de Subdiacono, qui tunc temporis, non esset inter ordinatos in sacris, non videatur expressè correctum tenera tacitè, quoad hoc eius decisio cessarit tacitè, cum iam Subdiaconatus Ordo sit Sacer iuxta quæ dixi latè *sub cap*.1. *& fin. de Sacram. non iterandis*, aliquid *in c. pen. de seruis non ordin*. 27

Quod si instes cum iam relato Cucho *inst. mor*. quod nostra sententia semper limitetur, quando bigamia est interpretatiua; et si non sic quando est vera; nihilominus respondeo adductas sententias esse intelligendas de vtraque bigamia; quia quamvis iure non videantur distinguere, nec aliqui DD. tamen alij ita intelligunt inter quos glossa hic verbo *bigamos*, vbi Cardin. *in fine*, Ancharran. *num*.2. Ludouicus Lopez 2.*p. instruct*. vbi *de irregul. cap*.22. *in* 1. *irregularitatis specie*, Anton. *hic num*.8. Abbas *num*.5.*fin*. Villadiego *de irregul. c*.16. *num*.1.*vers. Episcopus suppl*. Pisanæ verbo *bigamia num. penult*. *& ibi* Angel. *num*.8. Gregor. Lopez *in dicta l*.5.verbo *dos mugeres tit*.5.*p*.1. Flamin. *lib*.5. *de resign. benefic. q*.3.*num*.196. Tolet. *lib*.1. *summæ cap*.26. *num*.8. Humada *p*.1. *tit*.5. *lib*.5. *glossa* 44. *num*.3. Sanchez *dict. disp*.86. *lib*.7. *de matrimonio sub num*.9. Leander contra alios *supra dict. tract*.2. *disp*.6.*q*.34.& addit quidem Suarez *dict. sect*.6.*n*.6. *in fine*, quod etsi Pontifex in textu nostro, præcipuè loquitur de veris bigamis, & propriis, de quibus loquutus est Apostolus; & ideò in eis maior sit difficultas, & rarior dispensatio, sed nihilominus cum proportione id locum habeat in bigamia interpretatiua; quam omnia adducta in suo gradu, & proportione æquè de illa probant. 28

29 Ad vltimam quæstionis partem, an commis-
farius cruciatæ habeat facultatem dispensandi in
bigamia? in quo dubio existimo respondendum
sub distinctione; quia si loquamur de vera biga-
mia, verius existimo, vt non possit dispensare ex
dictis proximè de Episcopo; tum etiam quia in
bulla excipiuntur aliæ irregularitates minores, &
sic videtur excepta bigamia, quæ est difficilis dis-
pensationis, & quæ est inuenta à tempore Apo-
stolorum: sic Auila *de censuris p.7. disp.8. dub.4.
conclus. 6.* Henriquez *lib 7. de indulgent. cap.13.
num.5.* Bardus *in Bulla cruciata part. 3. tract.2.
cap.1. sect.2. num. 13.* Castrus Palaus *vbi supra
puncto* 8. *num.*22. † Et idem ex dictis iam existimo
30 respondendum, vt nequeat dispensare in biga-
mia interpretatiua, quæ oritur ex defectu Sacra-
menti, vt est illa, quæ procedit de vxorato cum
31 vidua, † secus tamen si oriatur ex delicto, vt est
illa, quæ oritur ex polygamo, de qua iam dixi-
mus *in cap.1. quæst.1. ex num.1.* aut quando quis
contrahit cum duabus, saltim cum vna inualidè,
vt docent Rodriguez *in addit. ad Bullam* §.13.
num.6. Villalobos *in summa tract.27. conclus.13.
num.8.* Diana *1.p. tract.11. res.115.* Machado *de
perfecto confess. tom.2. summa lib.4. p.5. tract.1.
docum.2. in fine*, Leander *quæst. 40. dicto tract.2.
32 de irregul. disp.6.* † Et etiam in bigamia similitu-
dinaria, de qua latè dico *infra in cap. fin. hoc tit.*
& aliqua Doctores *in cap.3 & 4. hoc tit.* qualis est
illa, quam incurrit, qui habens ordines sacros,
aut est in religione professus, matrimonium con-
trahit. Vnde etsi aliqui apud Bard. *supra num.8.*
absolutè affirment, vt possit dispensare; quia
Bulla id videtur concedere commissario; eo quod
solùm excipiat quinque species irregularitatum,
super quibus non potest dispensare commissarius,
inter quas non inuenitur bigamiæ species: tamen
res est clara sub prædicta distinctione.

QVÆSTIO II.

An si bigamus proprius, vel interpretatiuus transeat ad Religionem, possit Episcopus cum eo dispensare ad Sacros ordines suscipiendos? Et an possit dispensare, quando merus Laicus bigamiam contraxit, qui nondum statum, aut priuilegia Clericalia habuit? Vel in casu, quod adsit legitima, & euidens causa, vt nobilitatis, & scientiæ? Et an ad impetrandam dispensationem in bigamia, debeat explicari quod nuptiæ ter, aut quater, aut pluries sint celebratæ, vt facere mentionem, quod est ligatus duplici bigamia? Et an proprius bigamus, aut interpretatiuus priuetur priuilegio fori, & Canonis; item & habitus Clericalis, ac beneficio Ecclesiastico, aliisve ministeriis Ecclesiæ? Et quid de bigamo similidinario?

SVMMARIVM.

1 Cap.2. qui Clerici, vel vouentes, n.3.

2 *Episcopus nequit dispensare ad Sacros ordines cum bigamo vero, aut interpretatiuo, nec cum bigamo verè Laico*, n.4. *nisi adessent causæ vrgentes*, vt n.5.

5 *Dispensandus in bigamia num debeat exprimere omnia, quæ contraxit matrimonia, re soluitur in praxi quod non*, n.8.

6 *Nuptias viginti celebrauit vir quidam Romæ & duas super viginti mulier quadam.*

7 *Vir laureo coronatus Romæ, qui super vixit mulieri, quæ præmortua fuit viro post 22. matrimonia.*

8 *Bigamus dispensandus sufficit, vt narret se bigamum esse.*

9 *Index dispensandus in irregularitate sufficit quod dicat condemnasse ad mortem, non quoties id fecerit.*

10 *Bigamiæ species narranda, vt dispensetur benè bigamus.*

11 Cap.1. hoc tit. lib.6. & num.12. cum aliis, & fin.

12 *Bigamus verus &, interpretatiuus priuatur priuilegio clericali canonis, & fori; sic vt pœna excommunicationis cogatur non deferre habitum, & tonsuram* n.13. & 14.

14 *Bigamus habitum deferendo, & tonsuram, verius est, vt peccet.*

15 *Bigamus verius est, vt nec sit capax alicuius beneficij Ecclesiastici absque dispensatione*, num.18.

16 *Collatio beneficij facta bigamo est nulla, & nec resignatio ei fit*, n.17.

18 *Bigamus semel effectus, nec tonsurari, aut beneficiari potest sine Papæ dispensatione, aut Episcopi.*

19 *Bigamus charactere ordinis suscepti non priuatur; eo imo, si accedat dispensatio bigamiæ poterit absque noua ordinatione beneficiari*, n.20.

21 *Bigamus nequit esse Ecclesiarum Sacrista, nec aditumm.*

22 *Bigamus similitudinarius non priuatur priuilegio Clericali.*

23 Cap. quisquis dist.84.

1 PEr dicta *supra in cap.1. de filiis Presbyterorum*, videtur firmandum. vt non egeat talis bigamus dispensatione vlla, cum talis transitus ad religionem, professione sequuta, auferat irregularitatem, aliasque inhabilitates per dicta etiam *in in cap.16. de iudiciis q.4.* & aliis. Ergo si quæstio adsit, num possit Episcopus dispensare, à fortiori respondendum esse, vt possit dispensare in bigamia propria, & interpretatiua, vt fauent aliqui DD. per doctrinam textus *in cap.2. qui Clerici, vel vouentes*, vbi Alex. III. commisit facultatem cuidam Episcopo, vt dispenset ad maiores ordines cum quodam bigamo casu, quo ad monasticam vitam transire velit: sic præter aliquos antiquos docent Albertus Magnus *in 4. dist.27. art fin.* Henric. *in dicto cap.2.* videbis *ibi* Barbosam, nec dissentiunt D. Thomas, Durandus, Alberic. Sylvester, Tabiena, Armilla, & alij, quos referunt Sanchez *de matrim. p.7. disp.86. num.13.* Turrecremata *in cap. lector dist.34.* & expressè Henriquez *in summa lib.12. cap.6. num 21. & lib.14. cap.20. num.2.* Viualdus *in Candelabro 2. p. de irregularit. bigamia; num.34.*

Verius tamen est vt quamvis prærogatiua professionis in religione sit tanta, qualem in adductis

locis demonstraui, adhuc absoluere sit dicendum, vt Episcopus nequeat dispensare cum bigamo proprio, aut interpretatiuo ad Sacros Ordines; quia nullibi in iure cauetur, docent expressè Paludanus *in 4. dist. 27. q. 4. art. 5. conclus. 4. vers. tertio*, Sotus *in 4. dist. 27. quæst. 3. art. 3.* Lopez Bartholomeus de Ledesma, Supplement. Gabriel, & alij, quos sequitur Sanchez *p. 7. disp. 86. num. 13.* dicentes nec vsu, aut more probant Couarru. Suarez *de censur. disp. 49. sect. 6. num. 8.* ita sentiens ex vi iuris communis Laysius *de censur. lib. 9. disp. 70. dubio 5. vers. alij limitant*, Castrus Palaus *de irregul. disp. 6. puncto 8. num. 15* Leander *tract. 2. disp. 6. quæst. 34.* & faciunt adducta *supra quæstione præced. in fine*, & quæ adduxi *supra quæst. 2. Rubrica* in vers. *ad primam*, & vers. *ad vltimam*, vbi quod Baptismus non tollit bigamiam contractam tempore infidelitatis: de quo videbis præter *ibi* adductos Suarez *dicta sect. 6 n. 9.*

3 Nec obstat textus *in dicto cap. 2. ne Clerici, vel Monachi*, quia vt dicunt DD. nostræ sententiæ, ac paret ex verbis illius ibi tantum agit Pontifex de bigamia similitudinaria, in qua non est eadem ratio defectus Sacramenti, sicut in vera bigamia, & interpretatiua, solùm poterit esse dubium ex iam dictis de bigamia, quæ oritur ex mero delicto, cum Baptismus, & professio aboleant pœnas delictorum per dicta in locis antea adductis.

4 Ad secundam quæstionis partem, an possit dispensare cum bigamo mere laico, qui nulla priuilegia Clericalia habuit; quamvis Henriquez *in cap. 1. hoc tit. num. 16.* Couar. *in clem. si furiosus de homicidio 2. num. 4.* Salced. *in addit. ad Bernard. Diaz, cap 16.* vers. *dispensare*, affirment, sed verius est vt non possit dispensare per dicta *supra quæst. 2.* præcedenti de Episcopo dispensante, & Sanchez dicit rem esse valdè dubiam, *dist. lib. 7. de matrim. disp. 86. num. 9. in fine*, & ego sic iudico per iam adducta.

5 Vnde etiam dico nec ex causa legitima, & euidenti, vt nobilitatis, & scientiæ, vt idem Sanchez dicit, nisi ac essent causæ necessitatis vrgentis iuxta quæ adduxi *in fine*, vers. *ad secundam*; & sic non est sustinendus Ludouicus Gomez *in tract. breuium num. 21.* qui Episcopum posse dispensare dixit in hoc casu.

6 Ad tertiam quæstionis partem an ad impetrandam dispensationem bigamia, debeat explicari, quod nuptiæ fuerint plures, quam duæ? Et adiectis hic quæ adduxi sub *tit. de rescriptis*, vbi quæ sint exprimenda ad dispensationes obtinendas, ac de narratiua facienda, & adductis nonnullis sub *dicto tit. de filiis Presbyterorum*, iam nunc breuiter. Et quia ex D. Hieronymo *Epistola 26. tract. 3. p. 3.* Tiraquellus *lib. de leg. Connub.* Boërio *decis. 186. in fine*, vt refert Mayolus *lib. 1. de irregularit. cap. 33. num. 14 in fine*, narrat sub Damaso Papa fuisse Romæ hominem, qui vigesies vxorem duxit, & omnibus superstitem fuisse, & quod etiam ibi extiterit mulier eodem tempore, quæ duos supra viginti habuerat maritos prædefunctos: † Il-

7 losque ambos inter se matrimonium iniisse; & quia Romæ magna esset expectatio vter prius eorum moreretur, & fuisset præmortua vxor, populusque coëgisset virum à lucubri funere abstinere, quinimo Lauro Coronatum, iussum fuisse palma in manus, tanquam victorem funus sequi; ideo cum tot possint multiplicari connubia, & ex tali casu tot commixti connubiis, non solum poligami putandi sint, sed quadam ratione infames, docet omnia matrimonia contracta narranda esse, cum reuera tot possint in numero esse, vt nulla à Pontifice concedatur bigamiæ dispensatio.

Sed in praxi, & in iure verius est, vt non teneatur volens in bigamia dispensari tot matrimonia narrare dicendo se esse trigamum, aut quadrigamum, seu plures alias nuptias celebrasse, cum nulla iuris dispositio hoc exposcat; indeque sufficere, vt tantum dicat se bigamum esse; & est ratio, quia adeo incapax est ordinis suscipiendi, ac repræsentandæ coniunctionis Christi cum Ecclesia trigamus, ac bigamus; deinde † quia iudex plures latrones suspendens, non opus est in dispensatione impetranda, quod mentionem faciat de illis, sed satis sit, vt dicat se morte damnasse hominem ita docent Nauar. *lib. 1. cons. hoc tit. in vtroque edit. toto cons. 1.* Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 6. n. 9.* Thomas Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 86. num. 24.* Villalobos *in summa tract. 21. de irregul. dif 31. n. 15.* vbi etiam exemplificat in frangente pluries, quam semel ieiunium, dicens cum eadem facilitate vtrumque absolui, Diana *p. 8. tract. 3. res. 58.* Garcia *de benef. p. 8. cap. 3. num. 76.* Castrus Palaus *de censuris disp. 6. puncto 8. in fine*, & antea *tom. 1. tract. 3. disp. 6. puncto 16. §. 4. num. 17.* Leander. *dicto tract. 2. disp. 6. quæst 41.* Auila *p. 7. de cens. disp. 8. in fine*, Bonacina *de irregularit. q. 2. puncto 5. num. 14.* cum Vgolino. 8 9

Quod si Maiolus loqueretur de facienda mentione speciei bigamiæ, an veræ, seu interpretatiuæ, tunc credo, vt debeat fieri earum mentio; quia difficilius in bigamia propria, quam in bigamia interpretatiua, & in hac quam similitudinaria dispensatur, siue earum vna narretur dispensanda, siue in dispensando omnes simul dictæ tres bigamiæ species concurrant; quia sunt diuersæ speciei: ita docent Sanchez, Castrus Palao *dicta disp. 6. puncto 8 in fine* Leander *supra quæst. 41. & 43.* cum Bonacin. & si duo quispiam init matrimonia valida, & alterum cum corrupta, cum adsit bigamia vera ratione duplicis matrimonij, & interpretatiua; eo quod alterum cum corrupta fuerit; & sic in reliquis casibus plures species concurrerint. 10

Ad quartam quæstionis partem de effectibus bigamiæ quoad priuandum priuilegiis clericalibus, seu habitu, beneficiis, ac pensionibus bigamum? Et quia occasione textus *in cap. 1. hoc tit. lib. 6.* vbi habetur quod bigamus est nudatus omni priuilegio clericali & Augustinus Barbosa *in pastorali p. 2. alleg. 49. post. num. 51.* latè expendat duas Bullas Sixti V. quibus paret dispensasse cum quodam tonsurato ad obtinendas pensiones Ecclesiasticas; etsi nupserit; & DD. ab eo relati *in illo cap. 1.* item & *in dicta explicatione Bullarum n. 3. & 4.* dicant, vt possit stare simul quod quis remaneat Clericus; non tamen gaudeat priuilegiis Clericorum ex Abbate *in cap. 1. num. 6. de vita, & honest. Clericor.* & sic vt licet bigamus nudatus sit omni priuilegio Clericali, sed non quod Clericus remaneat, vt etiam tenent Butrius *in cap. Ioannes num. 17.* Imola *num. 18. in fine de Clericis coniug.* idem *in cap. cum contingat*, & *ibi* Abbas, & glossa *de ætate ordinand.* Host. *col. 1.* Ioan. Andreas *col. 2.* Butrius *num 6.* Cardin. *quæst. 2.* Bellamera *quæst. 7.* Ancharran. *in fine* Abbas *num. 1.* Geminian. *in cap. Clerici col. 1. in fine*, vbi Præpositus *num. 4. dist. 11.* Abbas *in cap. 1. num. 6. de vita, & honest. cleric.* Felinus *in cap. sicut pro certo num. 2. de simonia* Gabriel *cons. 181. lib. 1. num. 3.* Rota *diuers. decis. 731. num. 5. & 6. part. 1.* Syluester *in summa in* 11

verbo

verbo *or..o*, Couar. *in cap. quia nos n.4. de testam.*
Cardinalis *in clementina dudum v 8. notabili de*
sepult. Gregor. XV. *decis.516. num.8 & 9* Rota
decis.1 num.6. hoc tit. in nouis; ideo iam breuitet
ad partes huius vers. *ad quartam*, Sigillatim res-
pondebimus.
12 Et sic si loquamnr de bigamo vero, aut inter-
pretatiuo in minoribus ordinibus tantum consti-
tuto, respondeo *ex dicto cap. vnico hoc tit. lib.6.*
iam contra Vgonem relatum à glossa *ibi*, vt ta-
lis bigamus priuetur ipso facto priuilegio Cleri-
cali Canonis, & fori, vt definit Gregor. X. *ibi*,
vt iam sentiont omnes Theologi, & Canonistæ
de bigamo vero, præter antiquos Suarez *de cens.*
disp.49. sect.5. num.4. Saytus *lib.6. cap.5. num.2.*
Viuald. *in candelabro aureo tract. de irregul. n.28.*
Palaus *de censuris disp.6. puncto 8. num.13.* Villa-
lobos *supra dicta dif.31. tract.21 num.12.* Auila *de*
cens. p.7. disp.8. dubio 3. Filiucius *tract. 19. cap.4.*
q.11. num.113. Luysius *lib.9. de censuris disp. 70.*
dubio fin. Et licet aliqui potuissent existimate hæc
non extendi ad bigamum interpretatiuum; quia
dict. cap. vnico, dum agit absolutè de bigamis,
solum de veris debeat intelligi; eo quod pœoa
non est extendenda, si clarè non compreheoda-
tur: argum. *cap. is qui de sent. excommunic. lib.6.*
13 † Tamen DD. adducti Suarez *dict. sect 5. num.5.*
Saytus *dicto lib.6. cap.5. num.2. & 3.* Palaus *disp.6.*
puncto 8. num.13. Villalobos *dicta dis.31. num.12.*
Auila *dubio 3.* Filiuc. *supra num.124.* Luysius *lib.9.*
disp.70. dubio vltimo, Leander *de irregul. dict. tr.2.*
disp.6. q.44. & 45. resoluunt vtrumque bigamum
in ea decisione Gregorij X. comprehendi, vbi de-
ciditur bigamos esse nudatos omni priuilegio Cle-
ricali, & foro sæculari adstrictos, non obstante
contraria consuetudine, & sub pœna excommu-
nicationis præcipitur, ne deferant habitum, vel
tonsuram, vt colligunt *ibi* ordinarij, Archidiacon.
Geminian. Viuian. & alij, quos sequitur Barbosa,
Azor. *instit. moral. p.6. lib.6. c.4. q.12.* Rota in Ferrar.
pension. 21. Martij 1627. coram R. P. D. Virili,
vbi fuit etiam dictum, quod licet bigamus denu-
datus remaneat omni priuilegio Clericali: tamen
per characterem impressum, & indelebilem, sem-
per habitu remaneat Clericus, Barbosa latè *in*
dicta alleg.49. post decl. n.52. vbi de materia *dicti*
c.1. hoc tit. lib.6.
14 Vnde infero ad aliam partem nostri dubij,
quod etsi Quintana Dueñas *tom.7. singul. tract.16.*
singul.4. n.2. dicat licitum esse bigamo deferre ha-
bitum Clericalem absque tonsura sine vlla dis-
pensatione, & licentia; sed verius est vt peccet
mortaliter; quia vt iam diximus *dict. cap. vnic.*
hoc titulo, lib. 6. hoc bigamis prohibet sub pœ-
na excommunicationis sententiæ in sequentibus
verbis: *Ipsis bigamis quoque sub anathemate pro-*
hibemus deferre tonsuram, vel habitum Clericalem:
ita Saytus *dicto lib.6. cap.5. n.4. & 5.* Paludan. &
Gabr. apud ipsum, Leander *supr. q.47.* Auila cum
Syloestro, & Angelo *dicta p.7. disp.8. dub.3. vers.*
secundo notandum est, Castrus Palaus *dict. disp.6.*
puncto 8. n.13. & alij.
15 Ad quartam quæstionis partem, an bigamus sit
capax alicuius beneficij Ecclesiastici? Et licet
Quiotana Dueñas *tom.2. singular. tract.16. singu-*
lari 1. latè defendat esse probabile, quod ille, qui
in minoribus initiatus, vxorem viduam duxit, pos-
sit ab ea iam solutus sine dispensatione bigamiæ,
beneficium obtinere: tamen ex dictis verius est,
vt egeat dispensatione, vt dicemus *in c.3. hoc tit.*

quia beneficium non Laico, sed Clerico confertur.
Sed bigamus de iure est incapax alicuius ordinis,
aut Clericatus; ergo, & beneficij, quod datur or-
dinatis, & hoc non solum duráte matrimonio, sed
etiam postea; donec mereatur dispensationem:
ita Saytus *dicto lib.6. de censur. cap.5. n.9.* Viuald.
in candelabro aureo de irregul. n.28. vbi ait hoc ita
obseruatum esse à Sanctissimo, Leander *dicto*
tract.2. disp.6. quæst. fin. nam sicut prohibetur or-
dinari, ita pariter consequi Ecclesiastica beneficia,
vt cum infinitis doceret decisum Nicolaus Garcia
de benef. p.7. c.6. num.1. & 2. Rebuffus *de pacificis*
possessor. n.193. Cottas *de benefic. p.3. cap.4. num.1.*
Barbosa *in pastorali dicta p.2. alleg.49. n.17.* † Et 16
propterea collationem beneficij factam bigamo
inualidam esse, obseruant Nauar. *cons.3. hoc tit.*
Flamin. Parisius *de resignat. benefic. lib.4. q.3. n.191.*
etiam si accedat Episcopi consensus, Azor. *instit.*
moral. p.2. lib 6. cap.9. 11. † Quo fit vt dixerint idem 17.
Flamin. Paris. *lib.4 q.4. n.17.* quem sequitur Barbo-
sa *in dicto cap. vnico hoc tit. lib.6. num 4.* bigamo
etiam tonsurato non posse resignari beneficium
Ecclesiasticum.
Nec obstat dicere ex adulteris sub vers. *ad* 18
tertiam, hic quod etsi bigamus nudatus sit omni
priuilegio Clericali, adhuc character tonsuratio-
nis maneat in illo; indeque si eius vxor moriatur
iam habilis maneat ad obtinendum beneficium,
& in ordinibus susceptis ministrare, quia ex iam
dictis in hoc textu, *& in cap.1. & in Rubrica*, se-
mel bigamus effectus, nec tonsurari, ordinatiuè,
ac beneficiari queit sine dispensatione Papæ, aut
Episcopi in his, quæ ipse potest dispensare iuxta
q.1. & 2. hic, cum ob bigamiam contractam ste-
terit inhabilis ad prædicta; etsi aliqui apud Sua-
rez *de cens. dicta disp.49. sect.5. n.3.* ex textu *in cap.*
lector, iam *supra* relato *dist.34.* vbi habetur quod
si lector cum vidua contraxerit, permittatur in
suo gradu ministrare; quia ex dictis apparet non
posse absque dispensatione cum *cap. fa è 1. de*
Cleric. coniug. & Trid. *sess.23. c.17. de reform.* om-
nino excludant bigamum ab omoi ordine Cleri-
cali, & vsu minorum ordinum.
At quia adhuc in tonsurato bigamo, character 19
maneat, vt docent iam adducti, & idem Barbosa
in dicta alleg.49. sub dicto n.17. cum Abbate; &
Imola, & cum Rota signanter in vna Veronen.
pensionis 23. Februarij 1600. coram Cardinali
Lanceloto, & Cæsar Augustana pensionis 18. Iu-
nij 1610. coram eodem. Tamen etsi ibi dicatur,
vt per bigamum Clericus priuetur exercitio, &
priuilegio Clericali, sed in fundamento ratione
characteris non destituatur clericatu; qooniam
d. c.1. hoc tit. lib.6. non dicit quod bigamus non
sit Clericus, sed solum quod est nudatus omni
priuilegio, † inde teneodum est quod si accedat 20
dispensatio bigamiæ, non egeat nooa ordinatione
ad obtinendum beneficia; & pensiones Eccle-
siasticas, siue dispensatio antecedat ipsi bigamiæ,
quæ dicitur præseruatiua iuxta Bullas Sixti V.
qeas, vt diximus, explicat omnino videndus D.
Barbosa *post dict. n.52. dict. alleg.49. in pastorali*, vbi
latè loquitur de hac antecedenti, & præseruatiua
dispensatione, & ego *infra q.3.*
Vnde infero cum Auila *parte 7. de censur. dis-* 21
putatione 8. dubio 3. vers. huic sequitur, Leandro
dicto tract. 2 de irregularit. disputatione 6. quæst.
48. qui refert Suarez, & Palaum, non posse
ipsum bigamum esse Ecclesiarum æditurum, seu
Sacristam, & Saytus *dict. cap. 5. numero 7.*

consequẽter docet nec posse citra dispensationem ad aliquem ordinem ascendere; imo nec ad primam tonsuram, de quo iam *supra* dixi, & docet Viuald. *in Candelab. de irregul. n.28.* & DD. communiter.

22 Ad vltimam quæstionis partem, an dicta *supra* hic in vers. *ad tertiam*, & vers. *ad quartam*, procedant in bigamo similitudinario? Et suppositis quæ *infra in cap. fin.* de hac bigamiæ specie, & de illius dispensatione; nunc breuiter respondeo vt bigamus similitudinarius non priuetur dicto priuilegio clericali; quia *dict. cap. vnico hoc tit. lib.6. cap.* † *quisquis 84 dist.* & alij solum loquuntur de clericis in minoribus constitutis, qui possunt; imo, & tenentur viuere, vt laicus; non verò de clericis in Sacris constitutis, nec de religioso professo, qui non possunt ad vitam laicam redire, & sic docent Sayrus, Suarez, Auila, Luysius, Castrus, Palaus, Villalobos, Leander *supra q.46.* istos ob bigamiam ab ipsis contractam per matrimonium nullum attentatum, non amittere priuilegium clericale; donec per sententiam iudicis, aut degradationem ab illo denudetur.

23 (margin number beside the line beginning "lib.6.cap.")

QVÆSTIO III.

An dispensatio præuentiua, & præseruatiua remouens de medio obstaculum canonis inductiui bigamiam, impediat bigamiæ incursum, & efficiat, vt permaneat præseruatus, non solùm clericatus habitu indelebilis, sed etiã exercitium ad effectum dispensatum? Et an dum Papa dispensat verè in defectibus iuris positiui remaneat quis propriè, & semper prout ab initio erat ante bigamiam, vel casum irregularitatis? Et an talis dipensatio sit ab initio purè præuentiua, seu dependeat à casibus futuris expressis in ea? Et an dispensatus pro pensionibus retineat clericatum illæsum ad effectum dispensatum. Vbi de Bullis Sixti V. loquentibus de præuentiua bigamia futura dispensatione? Et quas pœnas incurrat Episcopus ordinans bigamum, & ipse bigamus ordinatus?

SVMMARIVM.

1 *Pontifices solent præseruare ab incursu irregularitatis, vt cum Inquisitoribus fecerunt.*

2 *Clericus dispensatus ad Bellum, dicitur præseruatus ab irregularitate.*

3 *Dispensatio præuentiua, seu præseruatiua conseruat bigamum in executione ordinis, & retentione beneficiorum, ac si bigamia nunquam fuisset incursa.*

4 *Præseruatiua, & præuentiua dispensatio Papæ sic quem habilem reddit ad ordines, & beneficia, ac qui habilis est de iure, & n.5. explicantur contraria ex* n.6. & 7.

6 *Obstacula naturæ ad quos effectus censeantur dispensata à Papa*, n.9.

8 *Obstaculum omne remouetur, dum plenè dispensatur cum aliquo.*

10 *Dispensatio præuentiua in esse sui intelligitur ab initio pura licet vt quis eâ fruatur, sint casus spectandi.*

11 *Dispensatus pro pensionibus retinet clericatum illæsum.*

12 *Clericus quis esse, & quod non gaudeat priuilegiis clericalibus, possunt simul stare.*

13 *Sixtus V. nonnullas fecit dispensationes, præseruatiuas, vt obtineret pensiones non ordinatus, & pluries vxoratus, & n.14.*

14 *Pensiones extinguntur matrimonio, nisi præseruatæ sint dispensatione.*

15 *Dispensatio præuentiua præseruat, hoc est antecedens, & consequens tollit.*

16 *Sixtus V. præuentiua dispensatione aliud fecit, quàm Bonifacius VIII.* in dicto cap.8. hoc tit. de bigamis lib.6.

17 *Episcopus bigamum ordinans quibus incurrat pœnas insinuatur, & n.18. 19. & 20. vbi quod spectatur sententia.*

18 Cap. eos, cap. fin. de temporibus ordin. lib.6. cap. nullus pœnam dist.55. n.19.

21 *Bigamus ordinatus punitur, præcedente sententia*, & num.22. & 23. cap. si quis viduam dist.50.

22 Cap. quicumque dist.50.

23 *Bigamus ordinatus in minoribus incurrit pœnam priuationis Tonsuræ, & habitus.*

1 QVia solent Pontifices præseruare ab incursu irregularitatum futurarum, vt contingit, quando v.g. præseruant iudices in vim priuilegij antecedentis ab incursu irregularitatis, Sayrus *de censuris lib.6. cap.* 18. sicut inquisitoribus contra hæreticam prauitatem reos hæresis formalis, proteruos, ac obstinatos damnantibus relaxationi, vt patet ex Bullis *infra*, relatis *in cap. nuper 4. à princ. quæst.4.*

2 Et veluti quando dispensatur Clericus ad Bellum, qui tũc dicitur præseruatus ab irregularitate, Molina *de iust. tom.2. tract.2. disp.6. dubio 2. in conclus.* ideo nunc ad propositum propositorum dubiorum fiet illatio.

3 Ad primam igitur difficultatis partem respondeo cum Turrecremata, *in cap. quisquis ante n.1. ibi*, Præposito, *n.1.* Geminiano *ibi dist.84.* Molina *de iust. & iure dicto tom.2. disp.*108. vers. *quoniam eo ipso*, Suarez *de legibus lib.6. cap.11. num.4. & 5.* Sanchez *de matrim. lib.8. disp.1. num.1.* Azor. *instit. moral. lib.3. cap.15. in princip.* vt dispensatio præuentiua, & præseruatiua, quæ remouet, de medio obstaculum canonis inductiui bigamiam, impediat incursum bigamiæ, & efficiat, vt remaneat non solum præseruatus Clericatus habitu indelebilis, sed etiam exercitium ad effectum dispensatum respectu pensionum, aut beneficiorum iuxta tenorem dispensationi præuentiuæ, ac si bigamia numquam esset incursa: & addit Ioan. Andreas *in reg. in generali num.3.* vers. *quadragesimus septimus*, quod ita dispensatus remaneat idem, ac si non indiguisset dispensatione.

4 Est enim tanta vis Apostolicæ dispensationis præuentiuæ quoad effectus iuris positiui, quod quis dicatur esse in eadem habilitate; & quod idẽ sit esse habilem de iure positiuo communi, vel ex dispẽsatione Papæ, vt tradũt Ancharran. *cons.* 404. *in primo dubio*, Decius *cons.541. n.4.* Rebuff. *super concordia Rubr. de collat. §. præfatique ordinarij*, in verbo

verbo *idoneus*, & idem etiam esse, vt quis sit habilis de iure, quam ex priuilegio, tam in odiosis, quàm in fauorabilibus, Baldus *in l.cum ex oratione in princ. de excusat. tutor.* Rolandus *conf. 79. n. 7. lib. 1.* Barbosa *in pastorali post allegat. 49. ex num. 5. ad 9.* vbi addit ex decis. Cæsar. Augustana pensionis 18. Maij 1610. coram Cardinali Lancelloto *n. 13.* quod vbi adest dispensatio Papæ, præsumatur Clericatus ad effectum pensionis; nec per bigamiam amitti Clericatum, vt tradit etiam Capra *concl. 97. n. 82.*

5 Ad secundam quæstionis partem infertur responsio ex proximè dictis; nempè vt si Papa dispensat verè, & non fictè disponat; quia præueniendo efficit, vt etiam secundùm rei veritatem numquam sit incursa bigamia, vel irregularitas inducta ex dispositione canonis; itavt propterea verè, & propriè semper quis remaneat idem; prout ab initio erat ante bigamiam, vel casum irregularitatis *cap. lector. dist. 34.* vbi Anchar. *num. 1.* Turrecremata *dict. cap. quisquis dist. 84. ante num.* vers. *nisi cum tali dispensetur*, Præposit. vers. *tamen si corrigantur*, Gemin. *super 1. gloss.* vers. *nihilominus*, Ioan. Andreas *in dicta regula in generali num. 3. de reg. iuris lib. 6.* Sotus *diuers. decis. 505. num. 3. in fin. p. 1.* Barbosa *supra n. 10.* Decius *in cap. at si Clerici §. de adulteriis, de Iudiciis num. 168.* Oldradus *cons. 215. n. 5.*

6 His tamen resolutionibus obstant sequentia. Primo quod præuentio, & præseruatio dispensationis operatur quoad culpam, & pœnam, non autem quoad statum personæ. Secundo ex cæcorum, & mancorum, curuorum, ac spurij exemplis, qui si dispensentur ad succedendum remanet macula, Achiles *decis. 6. n. 2. qui filij sint legitimi*, Seraphinus *decis. 351. n. 4.*

7 Sed respondetur quod dicta exempla procedunt in casibus, in quibus macula est incursa; sed in præsenti non euenit bigamia incursus; eo quod iam adetat ante casum præuentiua dispensatio, sicque ob derogationem *cap. vnici hoc tit. lib. 6.* vbi bigamus denudatur omni priuilegio Clericali, vt dixi *quæst. praced. in fine*, sit obuiatum denudationi Clericatus, vel ad effectum pensionis, aut beneficij per tradita ab Oldrado *cons. 317. in princ.* Bartol. *cons. 17. n. m. 1. & 2. lib. 2.* Federic. de Senis *cons. 30.* vers. *sed dispensatio non est*, Bellamera *cons. 32. n. 5. & 17.* Abbas *in cap. fin. n. 4. de schismaticis.*

8 Et confirmatur quia hic in nostra specie loquimur de dispensatione præuentiua, quæ præseruat ab incursu bigamiæ, faciens vt de medio tollatur obstaculum, & conseruetur exercitium Clericatus ad effectus prædictos ex dispensatione præuentiua; quia vbi Papa plenariè dispensat, remouetur omne obstaculum, sicut cum plenariè legitimat cum derogatione obstantium, remouetur omnis macula natiuitatis, vt docent glossa *in auth. quibus modis naturales efficiantur sui, § fin* in verb. *participium*, Castro *cons. 41. n. 2. lib. 2.* Anchatran. *cons. 225. n. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 23. n. 32.* vers. *secunda est*, & paulo post, vers. *cum derogatione obstantium*, Rota *dicta decis. 505. n. 6. p. 1. diuers.*

9 Et sic quidquid sit quoad defectus naturales, cæcitatis, spurijtatis, curuitatis, aut mancitatis, quorum macula remanet non obstante dispensatione: tamen quoad effectus contrarios iuris positiui nulli dubium esse potest, quin dicta dispensatio præuentiua præseruet, alias impeditum ab incursu impedimenti, quod illum priuat ordinari, retinete pensiones, aut exercere in obtentis, vt latè expendit *Fermosin. de Offic. & Sacris Eccles.* Tom. II. alia congerens Barbosa *vbi supra ex num. 17. ad 20.*

Ad tertiam quæstionis partem ex dictis breuiter respondendum est, quod dicta dispensatio in esse sui intelligatur ab initio puta, & præuentiua, cum tempus dispensationis attendi debeat; licet vt quis fruatur præuentionis executione, expectandi sunt casus futuri expressi in dispensatione, vt docet Gigas *de pensionibus conf. 23. num. 10.* vers. *pars tamen*, Barbosa *post dict. alleg. 49. n. 11.* vbi addit ita fuisse dictum in Cæsar Augustana pensionis 18. Iunij 1590. coram Gypsio. 10

Ad quartam quæstionis partem breuiter etiam respondeo, quod dispensatus pro pensionibus retinet Clericatum illæsum, vt docent Turrecremata *in dicto cap. quisquis in principio*, vers. *nisi cum tali dispensetur*, Præpositus ibi: *Tamen si corrigantur*, & Geminian. *dist. 84.* Barbosa *supra n. 15.* 11

Ex quibus patet quod cum stare possint simul, vt Clericus quis remaneat, & quod non gaudeat priuilegiis Clericorum, vt iam diximus *supra q. 2. in fine*, Abbas *in cap. 1. n. 6. de vita, & honest. Clericor.* Barbosa *supra n. 4.* † Et consequenter euenit, vt cum Sixtus V. Cardinalis Montalto ex sorore germana pronepoti duas facultates transferendi pensiones concesserit, vnam ad fauorem vnius, vel plurium personarum Ecclesiasticarum, quibus translationes suffragari voluit perinde, ac si per ipsum Pontificem consistorialiter legitimis, & vrgentissimis causis de Cardinalium Consilio factæ fuissent. Alteram ad fauorem vnius, vel plurium personarum, etiam Hospitalium Regularium expressè professorum, aut alias similibus de causis incapacium, aut nondum Clericali charactere insignitorum ex nunc; prout ex tunc, postquam eodem charactere fuerint insigniti, omnino extitissent, sicut & alterâ eiusdem Sixti V. qua dispensauit D. Principem Peretum Pronepotem iam Clericali tonsura insignitum ad obtinendum, & percipiendum quascumque pensiones reseruatas, etiamsi contigerit, vel non contigerit contrahere matrimonium cum quacumque etiam vidua, & successiuè cum diuersis nupta, ac aliter corrupta semel, vel pluries; siquidem per dicta *hic q. 1. 2. & 3.* talis præuentia dispensatio remouet omne obstaculum, vt explicat legendus Barbosa cum multis apud *dict. alleg. 49. ex num. 1.* & sic etiam applicabis quæ *supra* adduxi *sub tit. de rescriptis, & ibi in cap. 20. de dispensatione ex nunc, prout ex tunc.* 12 13

Itaque licet per contractum matrimonij pensiones extinguantur, Gigas *de pension. q. 54. & cons. 23. n. 7. & 10.* sicut etiam patet in dicta Cæsar August. pensionis 18. Iunij coram Lanceloto 1610. ait, Pontifex reuiuiscendo pensiones, & præueniendo casum extinctionis, reliquit eas in primatio statu; sicut vna pars dispensationis, suppleat aliam, ac illam declaret ex regula textus *in l. qui filiabus ff. de legat. 1.* ob idque Suarez *de legibus lib. 6. c. 11. n. 4.* Azor. *instit. moral. lib. 5. c. 15. in princip.* Molina *dicta disp. 108. §. est vero.* † Barbosa *supra n. 12. & 13.* distinguendo inter dispensationem antecedentem, & subsequentem, dicunt quod antecedens præseruat, subsequens vero tollat, alia explicans refert Barbosa *n. 20.* vers. *Gratia*, & vers. *nec obstat*, vbi videtur quod Sixtus V. renouauit Constitutionem Bonifacij VIII. *in dicto cap. vnico hoc tit. lib. 6.* & quod prædictus Sixtus extinguat pensiones ob non delationem habitus, & tonsuræ; quod idem fecerit D. Bonifacius. 14 15

Hh 3 Sed

16 Sed respondent DD. & Barbosa vbi proximè cum illis, quod dictus Sixtus V. oon redditillum incapacem obtinendi pensiones, sicut aliter colligitur ex D.Bonifacio, vt iam *in fine quæst.præcedenti* dixi; item nec quod dicta constitutio Sixti innouet adductam Bonifacij, quia Bonifacius loquitur in clerico, qui cum vnica, & Virgine contraxit; qui si Tonsuram, & vestem clericalem deferat, retinet duo priuilegia clericalia Canonis, & fori, de quibus iam *in dicta quæst.2.* sicque amplius concedi in dicta Sixti V. constitutione, vt ex eius tenore hic relato patet.

17 Ad vltimam quæstionis partem quas pœnas incurrat Episcopus ordinans bigamum, & ipse bigamus ordinatus? Et adiunctis hic quæ dixi, *supra in cap. cum quidam 8. cap. non est compos de temporib. ordinat. & in cap. cum bene de ætate ordin.* vbi dixi de varijs pœnis, & suspensionibus, quas incurrunt Ordinatores, & ordinati propter defectus ibi expressos; nunc breuiter iam ad primum de Episcopo ordinatore bigamum responderi videtur; quod si scienter bigamum ordinet, iocurrat suspensionem annalem ipso iure à collatione ipsius ordinis, quem cootulit bigamo, nec non à celebratione. ita Nauar. *cons.3. & 4. hoc tit.* vbi etiam quod ordinans bigamum minoribus etiam ordinibus, & prima tonsura grauiter peccet mortaliter, nempe & etiam conferendo ei beneficium; sic vt nec valeat collatio.

18 Sed additio super dict. Consil. II. Nauarri refert. S. Congregationem censuisse Episcopum non potuisse dictas collationes facere, sed quod non incurrat ob hoc ipso iure in aliquam certam pœnam; & quidem docent Nicolaus Garcia *de benefic. part.7. cap.6. de bigamis ex num.6.* & Barbosa *hic num.2.* idem *in pastorali part.2. alleg 49. sub num.19.* de dicta pœna suspensionis à collatione ordinis, quem contulit bigamo, dicunt nullum esse Canonem, nam textus *in cap. eos, cap. fin. de temporibus ordinat. lib.6.* quibus nititur Doctrina Nauarri non loquuotur de ordinatiooe bigami; & sic illam pœnam non extendendam ad nostrum casum, cum pœnæ non sint extendendæ.

19 Et sic quamvis idem Nauarrus dicat etiam, vt prohibeatur vno anno amissando per textum, *in cap. nullus pœnitentem dist.55.* vbi de agunt de suspensione per annum integrum à celebratione, vt Syluester in summa verbo, *suspensio num.6.* Couarruu. *in clem. si furiosus part.1. initio num.10.* Viuald. *in candelabro aureo tit. de suspensione à num.57.* Henriquez *in summa lib.13. de excommunicatione cap.38. §.3.* Sayrus *de censuris lib.4. cap.12. num.20.* Suarez *dicta disp. 31. sect.5. num.6.* Sod videtur sentire hanc suspensionem noo esse ipso iure ferendam; & ita etiam videtur sentire Barbosa *in dicta alleg.49. sub num.19.* sic colligentes ex verbis ibi: *ab ea die, qua ei poterit hoc approbari,* quæ videntur denotare eam pœnam esse imponendam cum delictum in iudicio probabitur, vt docet etiam Barbosa *vbi supra.*

20 Et admonent Garcia, & Barbosa proximè adducti, quod quamvis ex noua constitutione Sixti V. contra clericos malè promotos, de quo iam dixi sub *tit. de tempor. ordin. & de ætate ordin.* à collatione ordinum, & executione Pontificalium, sit eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus existeret, illam esse iam redactam ad terminos iuris communis ex Trident. per aliam Clem. VIII. constitutionem, vt asseruit ipse Garcia *p.2. de benefic. cap.5. num.70.* idem *supra sub num.11. cap.6. hoc tit.* & sic quamvis deponi possit insuper à potestate, & officio ordinandi iuxta textum nostrum, & glossam *hic*, sed non quidem ipso iure ante sententiam, nec aliud suadetur ex verbis textus nostri ibi: *respondemus quod ordinatores eorum potestate, & officio ordinandi, & ordinati si ad Sacros ordines fuerint promoti, eis ideo sunt priuandi.*

De ordinato bigamo pœna, insinoatur in proximè relatis verbis, quæ non quidem ipso iure, sed per sententiam imponitur: etenim vt iam præcedenti quæstione diximus in fine; etsi sic ordinatus characterem percipiat, sed non inde habeat ordinum executionem: sic intelligit Barbosa *dicta alleg 49. pastoralis num.18. textum in cap. si quis viduam 50. dist.* reiecta distinctione glossæ verbo *dispensare*, in fine huius nostri textus, vbi tantùm in suscipiente minores ordines characterem posse ait conferri. 21

Nec obstat textus *in cap. quicumque dist.50.* 22
quatenus videtur probare bigamum non carere ordinis executione; quia vt iam *supra* diximus, textus ille procedit habita dispensatione, vt insinuant verba eiusdem textus ibi, *hac sibi conditione veniam à nobis intelligat relaxatam.* † Et adducit Vgolinus *de cens. cap.56. §.5. num.3.* Sayrus *d. tit. lib.6. cap.5. num.2. & 4.* cum quibus, & cum Barbosa, ipse Barbosa, quod sic ordinatus incurrit pœnam priuationis tonsuræ Clericalis, delationis habitus, & priuilegij cuiuscumque Ecclesiastici, nisi sit initiatus Ordine Sacro; quia iam non possit viuere, vt laicus; & idem refert Barbosa hic *n.3.*

AD TEXT. IN CAP. III. De Digamis, hoc tit.

PRÆMISSVM.

Vtvs textus species quatenus loquitur de Digamis Præsbyteris implebitur ex adductis, *infra in cap. fin. hoc tit.* vbi loquitur de bigamia similitudinaria, quæ in istis, & professis contingit. Quod si, vt *in cap. nuper 4. statim sequenti*, qui loquitur de illo, qui mortua eius vxore, promotus ad Sacros, & Præsbyter aliam ducit, dixeris noo ibi agi de bigamia similitudinaria, sed interpretatiua tantùm; & hoc idem debeat dici io decisione textus nostri: tunc recurres ad dicta *in dicto cap. nuper*; & *ibi*, dicamus etiam viduarum maritos contrahere bigamiam interpretatiuam, de qua DD. ibi, & *in cap. debitum*, vers. *ne digamus, aut maritus viduæ præsumat ad Sacros Ordines promoueri, &c.* hoc tit. & in textu nostro expressè de viduarum maritis definiat; ideo adiunges de prædicta bigamia interpretatiua, quæ dixi *supra sub Rub. & sub cap.1. hoc tit.* & dico, *in dicto cap. nuper statim sequenti.* a

AD TEXT. IN CAP. IV. Nuper, hoc titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Bigamia interpretatiua, & similitudinaria materie insinuatur, & n. 5.*
2 Cap. 3. & 4. de bigamis hic, *in quo bigamia casu intelligantur*, n. 3. 4. 5.
4 Cap. sanè 2. de Clericis coniug.
5 *Bigamia interpretatiua mensuratur à conatu ab effectu, & conatu binas contrahendi nuptias.*

1 VATENUS iam diximus in textu *hic*, sicut in *cap. 1. 2. & 3. hoc tit.* agitur de bigamia interpretatiua, de qua *ibi* plura adduximus, & *in Rub.* ac nonnulla addamus per quæstiones *hic*, & soleant DD. agere etiam, sicut *in cap. fin. hoc per nostrum cap. & in cap. 3.* proximè relato etiam de bigamia similitudinaria, illa nempè, quæ contrahitur à Præsbytero, vel ordinato in sacris; eo quod in textu *hic* verba sequentia ponantur ibi: *Sicut in canone legitur de Presbytero, qui non legalibus nuptiis detinetur*, & ibi in vers. *nos autem*, vbi loquitur Pontifex de Clericis. Tamen ego vt liberem textum hunc, & *dict. cap. 3.* à bigamia similitudinaria, tantùmque loquantur de interpretatiua; ideò visum fuit præstare verum intellectum ad textum nostrum, & *ad dict. c. 3.* proximè signatum.

2 Quare dico vt Pontifex *hic*, & *in dicto cap. 3.* non loquatur de solis Præsbyteris: nam quod hic adducit de Præsbytero contrahente nuptias non legales, solùm est argumentando, & gratia exempli, vt ex littera patet; non quia de solo Præsbytero quæstio proposita esset: ita docet Suarez *de cens. disp. 49. sect. 2. num. 6 post medium* in vers. *sed hæc*: sic colligens ex aliis verbis positis *in dict. cap.* sub dict. vers. *nos autem* ibi: *Cum huiusmodi Clericis, qui quantum in ipsis est secundas nuptias contraxerunt, &c.* vbi licet Abbas, & alij expositores intelligant sermonem esse de Clerico in Sacris constituto: nam propterea dicitur ibi matrimonium ab eo intentatum fuisse nullum. Tamen quia Hostiensis *num. 4* hic dicit etiam comprehendi Clericos in minoribus constitutos, qui secundo contraxerunt cum affine, vel consanguinea, & Monachos, quorum matrimonium nullum est ratione voti; ideo prædictus Suarez non censet specialiter factum hic in pœnam talium Clericorum, sed simpliciter propter secundas nuptias animo attentatas cum opere subsequuto.

3 Et ob id ait Suarez vt locum habeat decisio textus nostri in quocumque contrahente similes nuptias, & ex quocumque capite sint nullæ; sicque intelligi ab omnibus Doctoribus, quibus consentiunt Theologi, nec haberi addit Suarez sufficiens fundamentum ad restringendam illam decisionem ad solos Clericos; quia nullum verbum est, quo significetur hoc fieri in specialem pœnam Clericorum; alioquin quoties Canones de irregularitatibus loquuntur in personis Clericorum, non haberent locum in Laicis habentibus similes defectus: ita ille.

Sed huic explicationi videtur idem implicare ex aliis, quæ scribit *dict. disp. 49. sect. 2. sub n. 21.* 4
quatenus refert ex hoc textu, & *cap. sanè 2. de Clericis coniug.* ideò Sacerdotes esse irregulares, quia binas nuptias contraxerunt per verba hic: *Qui quantum in ipsis est secundas mulieres sibi matrimonialiter contraxerunt*, dicens verissimum hoc esse de Clerico, qui post susceptum Ordinem Sacrum duo matrimonia contraxit, nec hic Pontificem limitare responsum ad Clericos, qui susceptum Ordinem Sacrum vxorati fuerant, & vidui effecti ordinati sunt; sed loqui simpliciter de Clerico; & hoc amplius verificari *ex dict. cap. sanè 2.* vbi Sacerdos nuptias contrahens non dicitur irregularis; eo quod loquatur de Sacerdote contrahente primas nuptias.

At semper Suarez videtur residere in opinione nempè vt quamvis hic loquatur de Clericis; non tamen aliquid de bigamia interpretatiua, quæ oritur, vel ex duplici matrimonio nullo, vt quando Sacerdos in Sacris duo successiuè matrimonia contraxisset nulla, vel si ante Sacerdotium post Sacerdotium aliud irritum; quia ad rationem interpretatiuæ bigamiæ nihil refert, an illa duo matrimonia sint inualida; an verò vnum tantùm & aliud validum, cum ea irregularitas mensuretur ab effectu, & conatu binas contrahendi nuptias; hæc ersi longius videtur recolligere Suarez *supra* ex Richardo *in 4. dist. 27. art. 4. quæst. 3. ad primam*, ex Nauarro *lib. 1. cons. hoc tit. cons. 1. & in summa cap. 27. num. 105.* Hostiensis, & Panormit. respondentibus *ad dict. c. sanè 2. de Clerico coniugato.* 5

Quod si amplius instes cum alia communi DD. quod textus noster, sicut *cap. fin. hoc tit. & cap. 3.* includit etiam bigamiam similitudinariam, vt longè refero *in dict. cap. fin.* accipies proximè dicta ex Suarez declarationis gratia, seu doctrinæ ad textum nostrum, cum non multum referat, nùm textus noster loquatur de sola bigamia interpretatiua, aut etiam solùm de similitudinaria, vel de vtraque. 6

In vers. ibi: *Quod opinioni sit veritas praeferenda*, vltra quos refert *hic* Barbosa *num. 49.* ex Menochio, Mendoz. à Castro, Bruner. à Sole, & Pichardo *in § si quis rem num. 3. instit. de legatis*: applicabis quæ dico *infra in Rubrica de praesumpt. quæst. 1.* vers. *ad quintam*, vbi de fictionibus legum, & quando admittantur. 7

***

QVÆSTIO I.

An ex vnico matrimonio, contrahatur interdum bigamia interpretatiua? Et an illam incurrat, quando cum vidua nulliter matrimonium contraxit? Et an qui contrahit verum matrimonium cum vidua à priori viro cognita, & consummat illud, verè contrahat bigamiam interpretatiuam, & irregularitatem defectu Sacramenti? Et an qui contrahit matrimonium cum corrupta ab alio dicatur bigamus interpretatiuus? Et quare talis non efficiatur, quando illam duxit à se corruptam?

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas aliquando contrahitur ratione infamiæ, & sic propter vnicum matrimonium, vt v.g. cum Ancilla, scurrulis, seu mima, vel cenica.*
2 *Bigamia interpretatiua vna species est, quando quis contraxit nuptias cum vidua eas consummando.*
3 Cap. fin. hoc tit. n. 4. & 5.
5 *Bigamia similitudinaria metitur ab Ordine Sacro, & Monachatu, & matrimonio cum vidua, vel virgine.*
6 *Bigamiam interpretatiuam incurrit contrahens quomodo ab alio corruptam, vt meretricem, seu concubinam.*
7 Cap. meritum dist. 33. *quod non est magna authoritatis, vt n. 14.*
8 *Bigamus non efficitur qui matrimonium contraxit cum antea ab ipso corrupta*, num. 9. & 10.
9 *Filij nati ex priori concubinatu inter solutum, & solutam, fiunt legitimi per subsequens matrimonium.*
10 *Ducens vxorem à se corruptam, nec verè, nec interpretatiuè diuisit carnem suam in pluribus, & quare* sub n. 12. & 13.
11 *Vir censetur iuris interpretatione carnem suam diuidere in plures si contrahit cum ab alio corrupta.*
12 *Glossa* in dicto cap. maritum dist. 33. *verbo* concubinam, n. 13.
13 *Concubina potest intelligi alterius, quamuis ab vno solo cognita.*
14 *Meretrix dicitur qua multorum libidini patet.*

1 PEr *cap. 3. hic*, & textum nostrum agunt DD. de bigamia interpretatiua, de qua dixi nonnulla *in cap. 1. hic, & in Rubr.* Vnde continuando à matrimonio vnico cum vidua contracto, incipimus à primo dubio, an ex vnico matrimonio contrahatur bigamia interpretatiua? Et quia Doctores communiter profitentur certum esse ex vnico matrimonio aliquando contrahi irregularitatem propter conditionem personæ cum qua contrahitur, & interdum hæc conditio non spectet ad bigamiam, sed ad infamiam, vt si si quis v.g. contrahat cum Ancilla, scurruli, seu mima, vel cenica, fiat irregularis, etiam si illa virgo sit propter vilem conditionem personæ, cui similis efficitur, qui cum illa contrahit; & ideò arcentur ab omnibus ex Nauarr. Syluestro, & omnibus ex canone 17. Apostolor. *cap. si quis viduam 34. dist.* vbi glossa plures rationes huius irregularitatis adducit, & dicat Suarez certum esse hoc non pertinere ad bigamiam, sed ad infamiam vt dicit Suarez *de cens. disp. 49. sect. 3. num. 1.* & aliquo modo, etsi ad alium casum polygamiæ, de quo *supra in cap. 1. quæst. 1. à num. 1. & hic quæst. 1.* videtur hæc assertio infamiæ consummari ex textu hic: *Vnde illum comitatur infamia, qui duas simul vxores habet.*

Et quia aliquando conditio personæ pertinet 2 ad defectum Sacramenti in quantum virtute includit duplex matrimonium, vel indicium incontinentiæ, & tunc censeantur insurgere aliæ species bigamiæ interpretatiuæ, quæ ad tres possunt reuocari. Nam primò insurgit ex matrimonio cum vidua, quæ cum primo marito consummarit, & postea cum secundo, vt Pelagius Papa declarat *in cap. fin. dist. 34.* etsi Magister sententiarum oppositum censeat, *in 4. dist. 27.* Barbosa *in dict. cap. fin.* ex Syluestro, & alij *in cap. debitum hoc tit.* ibi: *Ne digamus, aut maritus viduæ præsumat ad Sacros Ordines promoueri*, nec debeant audiri alij ex Rota *hoc tit. decis. 1. in nouis*, existimantibus hanc non esse interpretatiuam, sed veram bigamiam, quod est alienum à proprietate verbi, cum ibi maritus verè non contraxerit binas nuptias; sed quia fit vna caro cum fœmina, participans conditionem eius, & defectum significationis, quod facit ex parte mariti interpretatiuam, non veram bigamiam; ideò de difficultatibus hic iactis existimamus agendum.

Ad secundam quæstionis partem, an bigamiam 3 vir incurrat, quando matrimonium nullum cum vidua contraxit? In quo dubio non deficiunt Doctores firmantes contrahi bigamiam interpretatiuam, primo *ex cap. fin. hoc tit.* vbi Subdiaconus, qui viduam duxit irregularis declaratur, etiam si matrimonium cum ea contractum nullum sit propter affectum intentionis cum opere subsequuto: & ex textu nostro probat Richardus *in 4. dist. 27. art. 4. q. 3.* quod in diuersa specie loquitur, vt iam visum est hic in præmisso; sed eam tenent ex eodem fundamento, & ratione Couar. *in clem. si furiosus de homicid. 1. p. §. 2. num. 2. vers. 1. & 2.* dicens esse communem sententiam approbatam à Doctoribus Theologis *in 4. dist. 27.* & à Canonistis *per dict. cap.* Rota *hic decis. 1. in nouis*, vt refert Suarez *dicta disp. 49. sect. 3. num. 7.* plures refert Sanchez *de matrimonio p. 7. disp. 84. num. 10.* cum Gofredo, Hostiensi, Alberico, Astensi, & Montagna, quibus addi possunt Cornejo *de irregul. disp. 10. dubio 2. q. 3. vers. sed quia tale*, Gordon. *lib. 7. q. 18. n. 33.* Bonacina *disp. 7. q. 2. punct. 5. n. 8.* Sayrus *lib. 6. c. 3. n. 7.*

Et fundatur amplius, quia *in dicto cap. fin.* non 4 habetur ratio prioris matrimonij spiritualis quantùm ad reddendam rationem illius irregularitatis; sed in eo solùm quod ille sit tractandus, tanquam maritus viduæ; deinde quia illa irregularitas, quæ contrahitur ex duplici matrimonio

vno

vno ſpirituali, & altero carnali ſubſequuto, & alterius rationis, quod contrahitur etiam per matrimonium cum virgine: quare hanc amplectitur ſententiam Suarez *ibi ſupra dicta ſect. 3. ex dict. n.3. & ſub n.5. ibi.*

5 Nihilominus alij probabilius docent in prædicto caſu non contrahi bigamiam interpretatiuam eo quod nullo iure id caueatur; & inde ſuccedat regula non præſtat *de regul. iuris lib.6.* ibi generaliter traditur quod minimè præſtet impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum; item quia quamvis ratio reddita *ex dicto cap. fin. hic*, & ex textu noſtro videatur hunc caſum amplecti, quod *ibi* ſit ſermo de Clerico in Sacris conſtituto, qui vel ante ordines aliud matrimonium, vel poſt ordines ducit viduam; adduntque Doctores huius ſententiæ, vt ratio adducta, quod habuerit ſcilicet affectum contrahendi, opere ſubſequuto, non ſit integra ratio, ſed in ea ſuppleri debeat, cum iam aliud matrimonium contraxiſſet, ſiue verum ante ordinem, ſiue ſimilitudinarium per votum ſolemne Ordini Sacro annexum, & ſic nihil referre ad eam irregularitatem, ſiue viduam, ſiue virginem duxerit: hanc docent Valentia *in 4.p.diſp 7.q.19. puncto 3. in 1.* ſpecie irregularitatis, Henriquez *lib. 12. de matr. cap.6.num.9.fin.& in comment. littera Y*, Farinac. *in praxi fori de inquiſ.q.8. num.8. in fine*, Thom. Sanchez *ſupra dicta diſp. 84. n.11.* cum Manuël. Philiarco, & Ludouico Lopez, quibus addo Pellizarium *tom.2. tract.7.ſect.2. cap.5.q 33. n.87.* & Ægidio *num.101.* Leandrum *tract.2.de irregul. diſp.6.q.13.* Reginal. *lib.30. tract.2. n.87.* Auilam *p.7.diſp.8.* Gibalinum *dubio 2.* Medices *2.p. ſumma tit 9.q.28.* Gibalinum *de irregul. cap.3. q. 4. n.16. pag.90.* Caſtrum Palaum *tom. 2. diſp.6. puncto 8. num.4.* Barboſam *in paſtorali alleg 49.num.5.* Gregorium Lopez, *in l. 4.* verbo *que ſea tit. 1.p.1.* Flaminium *de reſignat.lib.5. q.3.n.191.* Nicolaum Garciam *de benef.p.7.cap.6.num.15.* Campanillum *in diuerſ.iuris can.Rub.11.cap.6.num.5.* Belletium *in diſquiſit.Cleric.p.1.tit. de diſciplina Clericali §. 6. num.1.* Ioannem Machado *in tract de perfecto Confeſſario lib.1 p 3.tract.17.docum.3.num.7.* Thomam Valaſcum *allegat.41.num.12.* noſter Collega D D.Didacus Garcia, & Tranſmiera *in ſuo peruvili tractatu de polygamia q. 4. num. 14. num 1.* Nauarrus, quem plenè refert Suarez *vbi ſupra dicta diſp.49 ſect.3. num.4. in manuali dicto c.27. num.195.& in hoc tit. lib 1. conſ.1.* vbi duplex adducens fundamentum dicit Romæ in Sacra Pœnitentiaria ita fuiſſe concluſum.

6 Ad tertiam quæſtionis partem, an dicatur bigamus interpretatiuus, qui ducit ſibi vxorem ab alio corruptam? Reſpondebis ex dictis *ſupra in cap. 1. hoc tit. q. 2.* verſ. *ad ſecundam.* Quibus ſuppoſitis ad propoſitum, dico quod incurritur bigamia interpretatiua, quando quis aliam quocumque modo corruptam duxit, meretricem ſcilicet, aut concubinam ex *ibi* dictis, & per DD. *in cap.maritum 33.diſt.cap.qui aliquo 31.diſt.* Nauar. *in man.cap.27.num.195.verſ.Interpretatiua eſt,* Rebuffus *de pacif.poſſeſſ.num.193.verſ.quintus,* Flamio. *de reſign.dict. lib.5. q.3. n. 192.* Campanillus *dicto cap.6.num.6.* cum infinitis Thomas Sanchez *dicta diſp.84.lib.7. n. 7.* Barboſa *in paſtorali dicta alleg.49.p.2.n.6.*

Et probant inſuper DD. quos adduxi in dicto
7 verſ. *ad ſecundam*, & Suarez *de cenſ. diſp.49. dicta ſect.3.* vbi expendens verba *dicti cap.maritum*, ibi: *Qui vnam vxorem non matronam, ſed concubinam habuit, non poteſt eſſe Clericus, nec etiam ille, qui meretricem in matrimonium aſſumpſit*, dicit quod etſi ex priori parte gloſſa *ibi* citans textum *in cap. curandum, & in cap.præcipimus 34.diſt.* vbi abſolutè dicitur eum qui fœminam, non virginem in vxorem duxit, ordinandum non eſſe; & ſic qui accipit in vxorem priorem concubinam non ducat virginem, ſicut ſequuti ſunt Hoſtienſis, Hugo & alij; nihilominus ex communi DD. docet hanc irregularitatem ſolùm contrahi, quando quis ducit corruptam ab alio, vt tenent gloſſa *in cap. ſanè 1.de Clericis coniug. & in cap. debitum hoc tit.* verbo *cognita*, & verbo *diuitiæ*, quibus locis Abbas, & communiter DD. & alij proximè referendi, aliàs inquam obſtaret magnopere textus *in c. penult. hoc tit.* de quo dixi latè *in dicto cap.1. q. 2.* verſ. *ad primam*, & declaratur ex dictis *hic in* verſ. *ad quartam.*

Ad quartam quæſtionis partem, quare biga- 8
mus non efficiatur ducens vxorem à ſe corruptam? Et reſpondeo id procedere; quia matrimonium contractum cum priori concubina, retrotrahitur, & in iure reputatur, quaſi factum cum illa ante primam copulam. † Et confirmatur ex doctrina 9
textus *in cap. tanta qui filij ſint legitimi*, vbi filij nati ex priori concubinatu inter ſolutum, & ſolutam, efficiuntur legitimi per ſubſequens matrimonium; & ex doctrina *cap.vnici de Cleric.coniugat lib. 6.* vbi Clericus coniugatus, tunc ſolùm priuilegio clericali, quando virginem duxit, & tamen ſi duxit illam, quam ante matrimonium virginem agnouit, eodem gaudet priuilegio iuxta gloſſam *ibi* receptam: ita Suarez *dicta ſect 3.n.7.*
† Vbi confirmat; quia ille duxit à ſe tantùm 10
cognitam, nec verè, nec interpretatiuè diuiſit carnem ſuam in pluribus, cum illa non fuerit à pluribus cognita docent Theologi cum D. Thoma *in 4.diſt.27.q.3.art.1.q 3 ad 1.* Richard. Paludan. Maior. Supplem. Gabriel Sotus, Palacios, & Caleja, quos refert, & ſequitur Thomas Sanchez *de matr. dicta diſp.84.num.13.* cum Petro Ledeſma Sa, Toleto, Valentia, Rodriguez, Vega, Vitald. Nauarro, & aliis, quibus addo Reginald. *lib. 30. in praxi ſpirit.tract.2.num.82* Bonacina *de irregul. diſp.7 q 2.puncto 5.num.2.* verſ. *dixi cum vidua,* Auila *p. 7. diſp. 8. dubio 1.* verſ. *ſecundo contingit,* Cornejo *eodem tract.diſp.10.dubio 2 q.3.* verſ. *ſed quid ſi ducat*, Leander *dict.tr.2.diſp.6.q.15.* Pellizar. *tom.2.tract.7.cap.5.ſect.2.q.32.num.86.* Caſtrus Palaus *tom.6.diſp.6.puncto 8.num.4.* Filliucius *tract.tr.19.cap.4.* Gibalinus *dict.tract.cap.3. q. 4. concluſ.n.28.*

Et confirmatur vlterius, quia cum fœmi- 11
na, cum qua vir efficitur vna caro, diuiſerit carnem ſuam in plures, cenſetur etiam virum diuiſiſſe ex iuris interpretatione, quod hic nullatenus reperitur, eo quod vxor non diuiſerit carnem ſuam in plures cum ab vno ſolo cognita fuiſſet; & ſic etiam docent vltra plures ordinarios Couar. *in clem.ſi furioſus p.1.§.2.n.2.in fine,* Campanillus *ſupra dicto cap.6.num 6.* Sayrus *de cenſ.lib.6. cap.4. num.17* Bellet. *diſquiſit.cleric tit. de diſciplina cleric. §.6. num.27.* noſter Collega Tranſmiera *dicta q.4.de polygamia à num.3.* Barboſa *dict.alleg.49.in paſtorali num. 7.* cum Machado, & aliis; & hanc ſequuntur Thomas Sanchez, & alij 40. DD quos refert *dicta diſp. 84. num. 14.* vbi ſatisfacit fundamentis contrariæ ſententiæ idem Barboſa *in c.debitum num. fin. hoc tit.* cum Couarruu. Sanchez,

Nauarro,

Nauarro, Belletio, Campanillo, Viualdo, Henquez, & Emanuel.

12 Nec tunc obstant glossa *in dicto cap. maritum*, verbo *concubinam*, Hostiens. Ioan. Andreas, Imola, Ancharranus, Archidiaconus, Astensis, quos pro contraria sententia refert Sanchez *vbi supra dicto num.* 13. & Leander *dict. quaest.* 15. eo quod ex illo matrimonio cum corrupta, vel cognita ab illo, qui cum ea postea matrimonium contraxit, noo possunt significari nuptiæ inter Christum, & Ecclesiam, quam virginem ipse sibi copulauit; cum reuera adsit corruptio tempore consensus, & consummationis matrimonij.

13 Quia respondeo iura, quibus possit eorum opinio fundari dicentia fieri irregularem eum, qui ducit noo virginem intelligenda esse aut verè, aut secundùm fictionem, seu æstimationem iuris & hoc modo, vt diximus, qui ducit illam, quam ipse solus cognouit, virginem ducere censetur, vt explicat Suarez *dicto num. 7. in fine*, addens *in dicto cap. maritum*, per *concubinam*, intelligi posse alterius concubinam, quamvis vno solo cognitam, quæ in rigore non comprehendebatur

14 sub nomine meretricis. † Nam meretrix dicitur *Quæ multorum libidini patet*, vt ex D. Hieronymo *epist.* 128. affertur *in cap. 34. dist.* imò addit iterum textum illum non esse magnæ authoritatis: nam licet à Gratiano referatur, ex Gregorio tamen reuera dicit esse Gennadij sub nomine Augustini *lib. de Eccles. Dogmat. c.* 72.

15 Nec quod colligunt aliqui Doctores *ex cap. fraternitatis, & cap. fin.* 34. de quorum intellectu loquitur idem Suarez *dicta disp. 49. de cens. sub n. 6. in fine*; & ego latè *infra in dict. c. debitum hoc titulo.*

QVÆSTIO II.

An censeatur bigamus interpretatiuus qui contrahit cum vidua, existimans illam esse virginem, cum tamen sit corrupta à priori marito? An qui postquam duxit virginem, quæ adulterata est, illam carnaliter cognouit, sciens, aut ignorans? Et etiam si ipsa vi oppressa, ab alio cognita fuit? Vel qui coactus ab Ecclesia per censuras, vt ad vxorem rediret, illam cognouit? Et an incurrat prædictam bigamiæ irregularitatem, qui cognouit vxorem, quæ ex falso rumore, & fama mortis primi sui mariti, secundas nuptias contraxerat.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus est qui contrahit cum vidua existimans virginem esse.*

2 Cap. si cuius 34. dist. n. 3.

3 *Bigamus est qui cognouit propriam eius vxorem post adulterium, etiam non publicè scitum.*

4 Glossa in cap. 2. hoc titulo.

5 *Bigamus dicitur etiam qui, vtcumque ignorans adulterium vxoris cognouit, alioter si procederet defectus ex infamia, vt numero 6.*

7 *Bigamia irregularitas verius est, vt contrahatur, si vir cognouit vxorem ab alio vi cognitam*, n. 8.

9 *Bigamus verius est, vt dicatur vir qui compulsus, vt redeat ad suam vxorem adulteram, eam cognouit, vt* num. 10. 11. & 12.

10 *Bigamia apta est oriri ex facto proprio licito, & meritorio, vt* n. 11.

11 *Iudex qui tenetur iuxta leges iudicare incurrit irregularitatem ex facto sibi licito.*

13 *Bigamus est maritus primus, qui existimatus mortuus cognouit vxorem propriam iam cum alio nuptam, vt* num. 14. *etsi compulsus sit a Iudice redeat ad dictam, vt* numero 15.

AD primam difficultatis partem, etsi affirment Sa, verb. *irregularitas bigamia n. 3.* Petrus Ledesma *de matrim. quæst. 66. art. 3. col. penult.* excusari à bigamia ita contrahentem; quia hic nec est delictum, nec dolus, sed verius est, vt patebit ex hic propositis quæstionibus, & ex adductis *supra in Rub. & cap.* 1. talem viduam ducentem, quam existimabat virginem esse bigamum & irregularem, si matrimonium cum ea consummat; quia hæc irregularitas, vt patet *ex cap. debitum*, hic contrahitur ob defectum significationis Sacramenti, qui potest æquè inueniri, siue scientia, siue ignorantia adsit: ita io terminis Gibalinus *de irregul. cap. 3. quæst. 4. num. 9. in fine*, Castrus Palaus *disp. 6. punct. 8. num. 6.* cum aliis, & Leander *de irregul. tract. 2. disp. 6. quæst.* 14. dicentes quod nec ignorantia viri viduam duceotis excusabit ab irregularitate, vt si v.g. ipsa falsò iuraret se virginem esse, & à priori marito minimè cognitam fuisse. 1

Ad secundam quæstionis partem, an qui vxorem post adulterium cognouit, & de illo, qui sciens illam fuisse adulteram cognouerit? Et cum iste casus habeatur expressus *in cap. si cuius 34. dist.* quod est ex Concilio Neocesariensi *cap.* 8. vbi communiter DD. & sint nonnulli DD. distinguentes inter publicè adulterantem, aut secretò; adhuc licet Gibalinus *de irregul. cap. 3. quæst. 4. num. 12. & 32.* ex Sa *supra num. 2. & 3.* Petr. Ledesma *cap. 32. de matrim. conclus.* 6 Innocent. Rebuff. doceat vt maritus, qui solus sciens eius vxorem adulteram esse, eam cognouerit, non contrahat bigamiæ irregularitatem; solùm tameo ex infamia, si adulterium fuerit publicum, non si occultum. 2

† Nihilominus ex proximè dictis respondeo illum contrahere bigamiæ irregularitatem, etiam si adulterium fuerit, quod nemo alius, quam adulter, & maritus sciens, & illa vxor: sic DD. communiter *in dict. cap. si cuius, & cap. si Laici 34. dist.* quia vir cognoscendo vxorem suam ab alio corruptam, efficitur maritus corruptæ, iudicaturque, ac si cum corrupta ab alio contraxisset, vt diximus *quæst. præcedenti*, ita etiam Thomas Sanchez *dict. lib. 7. de matrim. disp. 84. num.* 15. cum vtroque Soto, Ledesma, Henriquez, Lopez, Toledo, vsque ad 50. tam ex Theologis, quàm ex Iuristis, quibus adhærent Suarez *de cens. disp. 49. sect. 3. num. 6. & 7.* Saytus *cap. 3. num.* 19 Reginald. *cap 30. in praxi num.* 82. Bonacina *disp. 7. quæst. 2. puncto 5. num.* 12. Auila *dicta p. 7. disp. 8 dubio* 1. Cornejo *disp. 10. de irregul. dubio 2. q.* 4. Pellizar. 3

dict.

dict. quest. 32. *num.* 86. Castrus Palaus *tom.* 6. *disp.* 6. *q.* 18. Bauuij *tract.* 11. *de irregul. q.* 12. §. *tertio contingit pag.* 60. Layman. *lib.* 1. *Theol. Moralis tract.* 5. *p.* 5. *c.* 6. *n.* 3. & alij communiter, adiunges quæ dixi *in c.* 1. *hic q.* 2. *vers. ad quintam*.

4 Et quia horum omnium fundamentum est adductum *hic* sub *vers. ad primam*; ideò etsi in adultera ignorata à marito, dicant non procedere dictam bigamiæ irregularitatem glossa *in cap.* 2. *hoc tit.* verb. *in bigamus*, Rebuff. *de pacific. possess. n* 194. Gregorius Lopez *in l.* 35. *tit.* 5. *p.* 1. Antonius Cuchus *lib* 4. *inst. mor. tit.* 22. *num.* 175. Palacios *in* 4. *dist.* 27. *disp.* 4. Sa, Petrus Ledesma, & alij, quos adducit Sanchez *dict. lib.* 7. *de matr. disp.* 84. *sub dict. n.* 15. quia actus ob quem irregularitas contrahitur debet esse actus hominis, quatenus rationalis est, ac proinde liber, & voluntarius, & iuuant nonnulla, quæ adduxi *supra in cap.* 1. *vers. ad vltimam*.

5 Nihilominus dicendum est etiam in prædicto casu ignorantiæ, si vir postquam eius vxorem adulteram, cognitam sciuerit, eam in fide matrimoniali defuisse; non inquam si vxor moriatur, posse illum ad ordines ascendere sine dispensatione; quia hæc irregularitas non imponitur in pœnam alicuius delicti, aut culpæ, sed ob defectum significationis Sacramenti, qui reipsa interuenit; quia sicut ipsa vxor carnem suam in plures diuisit sic vir illam cognoscens, censetur carnem suam in plures diuisisse, & consequenter contrahere hanc irregularitatem, vt cum pluribus docuit Sanchez *supra dicto num.* 15. Soarez, Nauar. & cæteri adducti addentes dictam ignorantiam conferre ad

6 dispensationem obtinendam. † Quod non sic eueniret, quando ex delicto procederet dictus defectus; quia tunc ex alio capite ignorantia liberaret ab irregularitate, quæ potius est ex infamia iuxta quæ dixi *in dicto cap.* 1. *q.* 2. *vers. ad vltimam*; & ita etiam docent Nicol. Garcia cum multis *de benefic p.* 7. *cap.* 6. *num.* 16. Belletius *disquisit. Cleric. tit. de disciplina Clericorum* §. 6. *num.* 39. Paulus Comitolus *respons. moral. respons.* 1. *q.* 106. *num.* 3. Campanillus *in diuers. Iuris Canon. dicto cap.* 6. *n.* 7. Villalobos *in summa tom.* 1. *tract.* 21. *diffic.* 31. *n.* 6. Diana *p.* 4. *tract.* 2. *res.* 40. Barbosa *dicta alleg.* 49. *numero* 8. Trasmiera *de polygamia dicta quæstione* 4. *numero* 19. Thomas Valascus *allegat.* 41. *num* 14.

7 Ad tertiam quæstionis partem, de marito cognoscente vxorem adulteram, quæ cum alio fornicata est, non sponte, sed vi præcisa; & quamvis in hoc casu existiment etiam aliqui non contrahi irregularitatem bigamiæ; quia hæc irregularitas non incurritur nisi ex delicto, aut infamia, quæ non concurrunt in casu vxoris sic cognitæ, nec rursus ex infamia mariti aliqua fit vis, aut dolus, vxori facta non est, inter quos Præpositus *in* 3. *p. q.* 5. *de irregul.* & Gibalinos *eodem tract. cap.* 3. *q.* 4. *consect.* 5. *num.* 29. vbi addit quod si talis vis ignoretur, & solùm adulterium sciatur, indeque notetur turpitudine aliqua maritus tandiu irregularis sit, quandiu illa propudij nota manebit, & vxori famæ non consuluerit.

8 Nihilominus dici debet, vt hæc contrahatur irregularitas ex bigamia interpretatiua; quia dolus, & vis illa, licet excuset fœminam à culpâ; non tamen efficit matrimonium illud aptum iam ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesiâ, cum hic defectus æquè resultet, siue ex parte vxoris culpa intercesserit, aut infamia, siue non; quia solùm spectatur factum; non enim hic agitur de vitio promouendi ad ordines, sed de significationis defectu, quem potest pati ignorans vt diximus, & etiam ex copulâ carnali habita ab adultero cum vxore, vi præcisa, & dolosè cognita, vt arguitur ex rationibus, quas cum infinitis refert Thomas Sanchez *de matrim. dicto lib.* 7. *disp.* 84. *sub num.* 15. *in fine*, cum glossa *in cap. nemo*, verb. *virgo dist.* 32. vbi Turrecremata *à num.* 1. Montagna *de bigamia q.* 6. *n.* 5. Henriquez *lib.* 12. *de matrim. cap.* 6. *num.* 10. Mayolus *lib.* 1. *de irregul. cap.* 33. *num.* 6. Palacios *in* 4. *dist.* 27. *disp.* 4. *colum.* 4. Viualdus *in Candelabro Sacram.* 2. *p.* vbi *de irregularit. bigamia num.* 7. Campanillus *supra dicto c.* 6. *num.* 7. Diana *dicta p.* 4. *tract.* 2. *res.* 40. Barbosa *in pastorali dicta alleg.* 49. *p.* 2. *num.* 10. Suarez *dicta disp* 49. *sect.* 3. *n.* 16. Castrus Palaus *disp.* 6. *punct.* 8. *num.* 6. Leander *tract.* 2. *de irregul. disp.* 6. *q.* 20 Filliucius *tract.* 19. *cap* 4 *q.* 6. Pellizarius *tom.* 2. *tract.* 7. *c.* 5. *sect.* 2. *q.* 32. *n.* 36.

Ad quartam quæstionis partem de marito coacto ab Ecclesias per censuras, vt coniugatur cum propria vxore adultera? Et visis adductis *en cap.* 1. *q.* 2. *vers. ad quartam*, licet negent nonnulli, vt in hoc casu non sit bigamus irregularis; eo quod iniustè puniretur ob actum, ad quem tenebatur contra *cap. Nabucodonosor* 23. *q.* 4. & quia eodem actu mereretur vir, & damnaretur & dignus esset præmio, ac pœna contra textum *in cap. sciendum* 8. *q.* 1. & eadem res contrarios haberet effectus contra *l. qui hominem* §. *vlt ff. solnto matrimonio*; & quia vir tunc, non sibi præiudicat, quin possit accusare vxorem de adulterio; eo quod potius dicatur cognosci, quàm cognoscere vxorem, & tandem faciant plura quæ dixi *in cap. litteras de restitut. spoliat. quæstione* 2. 3. & 4. 9

Nihilominus probabilius tenendum est, vt talis maritus sit bigamus irregularis, siue lite pendente, vel quia nequit adulterium probare, aut ex alio capite compulsus sit redire ad suam vxorem adulteram, quam postea cognouerit carnaliter: pro qua sententia faciunt omnes adductæ rationes de viro ignorante eius vxorem adulteram vel cognitam vi præcisa, non inquam vt diximus requiritur peccatum ad illam contrahendam, sed defectus matrimonij Christi cum Ecclesia, qui oriri potest, vt hic ex facto proprio licito: ita docen Sanchez *dicto lib.* 7. *de matrim. disp.* 84. *n.* 16. cum D. Thoma *in* 4. *dist.* 27. *q.* 3. *art.* 1. *q.* 3. *ad* 4. & *ibi* Palud Supplem. Durand. Gabriel, Abulens. *in c.* 19. *Mathei q.* 72. *ad* 4. Castr. *lib.* 2. *de lege pænali, cap.* 4. Sotus, Veza Cruz, D. Antonin. Petr Ledesma, Ludouic Lopez, Manuel. Viuald. quos refert & sequitur D. Thom. Sanchez, & ex iuris peritis glossa *in dicto cap. si cuius in fine* 34. *dist.* Hostiens. *in cap. inquisit. statim in princ. de sent. excommun.* Cardinalis *ibi num. vnico* vers. *quod si reddit*, Henriquez *in cap.* 1 *num.* 18. *hoc tit.* & *in cap. significasti num* 20. *de diuortiis*, & *in cap. fin. num.* 5. *de adulter.* idem Hostiensis, *in summa hoc tit. q.* 9. Goffred. *ibi num.* 9. Albericus *in dictionario littera B*, verbo *Bigamia littera M*, verbo *matrimonium*, Dominicus Turrecrem. Montagna, Aufrerius, Bernard. Diez, & Salzedus cum eo, Albert. Trotius, Rosella, Supplem. Pisanæ, Angel. Syluestr. Tabiena, Nauarrus, Iolius Clarus, Mayolus, & alij, quos refert idem Sanchez *supra num.* 17. Gaeta *in cap. ad limina* 30. *q.* 4. *num.* 156. Ioannes Gutietrez *canon. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 5. Flaminius Parisius *de resign.* 10

resign. benefic. lib. 5. quæst. 3. num. 188. Zenedus *in in collect.* 166. *ad decretal. n. fin.* Couarruu. *in clem. si furiosus de homicidio* 1. *p.* §. 2. *vers.* 4. Borgasius *de de irregul. cap.* 5. *hoc tit. num.* 46. Antonius Cuchus *lib.* 4. *instit. moral. tit.* 12. *n.* 165. quibus addo Suarez *dicta disp.* 49. *sect.* 3. *in fine*, Auilam *de censuris p.* 7. *disp.* 8. *dubio* 1. §. *tertio modo*, Sayrum *lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 19. Cornejo *de irregul. dicta disp.* 10. *dubio* 2. *q.* 4. *vers. sed quid si maritus*, Leander *dicto tract.* 2. *disp.* 6. *q.* 21. Campanillus *dicto cap.* 6. *num.* 8. cum Bonacina, & aliis *dicta alleg.* 49. *sub dicto n.* 10. & alij communiter.

11 Nec obstant fundamenta contrariæ sententiæ, per quæ illam sequuti sunt Ioannes Andreas, Antonius, & Anchairanus *in dicto cap. inquisitioni de sententia excommunicationis*, Gibalinus *de irregul. cap.* 3. *q.* 4. *consectario* 6. *num.* 30. quam dicunt probabilem Sayrus *dicto lib* 6. *cap.* 4. *num.* 20. Pacificus *in* 4. *dist.* 17. *disp.* 4. *col.* 4 quia ea iam adductis respondeo hanc bigamiam non inducere rationem punitionis, & pœnæ; & sic mirum non esse si contrahatur absque delicto; imò ob actum meritorium, & obligatorium, vt contingit in Iudice, qui cum teneatur pœnam mortis reo inferre iuxta leges nihilominus irregularitatem incurrit illam inferens; non quidem ex delicto, sed ex significationis defectu consurgentem: ita respondent relati pro nostra sententia.

12 Nec cætera obstant, quibus respondet Thomas Sanchez *dicta disp.* 84. *lib.* 7. *de matrimonio n. fine*: namad illud de illo actu non mereri, & demereri respectu eiusdem respondet, quia meretur augmentum gratiæ, & gloriæ, demeretur antem respectu irregularitatis dicens quod hoc non est propriè demereri, cum hæc irregularitas non sit pœna, ac proinde hi affectus non sint contrarij, & ad aliud dicit longè diuersam rationem; quia ius accusandi, amittitur per copulam post adulterium habitam; eo quod cum illa fit actus amicitiæ, præsumatur, ac censeatur condonatio iniuriæ, quod haberi nequit, vbi culpa non est spontanea, sed præcepto Iudicis coacta; at in casu nostro irregularitas procedit, eo quod deficiatur à significatione coniunctionis Christi cum Ecclesia, ad quod nihil refert copulam coactam esse, resoluit idem Sanchez, & alij communiter.

13 Ad vltimam quæstionis partem, de illo, qui cognouit vxorem, quæ secundas nuptias celebrauit, existimans maritum fuisse mortuum? Et licet Gibalinus *dicto tract. de irregularitate c.* 3. *q.* 4. *consectario* 7. *num.* 31. teneat nullam contrahere bigamiam; eo quod illud secundum matrimonium fuerit inualidum, & illa fœmina non fuerit facta vna caro cum isto viro putatiuo, vnitate sufficienti, ad repræsentandam vnitatem connubij Christi, nullumque delictum, aut infamiam interfuisse primo marito, nec ipsi vxori.

14 At contraria sententia etiam in hoc casu est probabilior, & sequenda ex iam resolutis in adductis dubiis *hic*, & *q.* 1. eo quod iste primus maritus, qui ab vxore existimabatur mortuus, rediens titulo matrimonij, atque maritali affectu, accedit ad suam vxorem ab alio cognitam, & materialiter adulteram, cum etiam in isto casu, sicut in adductis iam consurgat defectus significationis Sacramenti ex diuisione carnis fœminæ, quæ de facto pluribus communicata fuit: sic docent Nauarrus *in manuali dicto cap.* 17. *num.* 195. Toletus *in summa cap.* 71. *num.* 7. Filliucius *dicto tr.* 19. *cap.* 4. *q.* 6. Bonacina *disp.* 7. *q.* 2. *puncto* 5. *num.* 11. Leander *de irregularitate dicto tract.* 2. *disp.* 6. *q.* 22. Sayrus *dicto cap.* 4. *num.* 19. Suarez *dicta disp.* 49. *de cens. sect.* 3. *num.* 16. qui benè loquitur, concludens ibi per ignorantiam, non materialem actum sed malitiam eius, reddi inuoluntariam, per vim autem vtrumque; & quod hoc discrimen nihil referat ad rationem irregularitatis, vbi commendat videndum Leon. Pap. *epist.* 85. *aliàs* 87. *ad Africa Episcopos.*

Quare idem Suarez *ibi* Campanillus *diuers. Iuris Canonici Rub.* 6. *cap.* 11. *num.* 8. Barbosa *in pastorali alleg.* 49. *sub num.* 11. cum Bonacina, & Sayrus clarius exemplificando, dicunt bigamum fieri qui exteras prouincias peragrauit, longissimoque tempore à patria abfuit; itavt probabiliter ferè omnes suspicati sint ipsum mortem cum vita commutasse; indeque licuerit præcedente iudicio Ecclesiæ, mulieri nubere alteri: nam si consummato cum secundo viro matrimonio, rediens primus, qui absens erat, ac muliere instante ipse fuerit à Iudice compulsus iterum illi iungi, si illam cognoscat profectò fiat bigamus ex iam adductis. 15

QVÆSTIO III.

An si matrimonium cum vidua, vel corrupta sit validum iuxta Ecclesiæ præsumptionem, quamvis in foro exteriori, non sit tale, incurratur irregularitas bigamiæ interpretatiuæ? Et an si de facto cohabitet vir cum sua vxore adultera, si amplius non cognoscat, & de aliis remissiuè.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia inualida ex sui ex præsumptione Ecclesiæ super valore eorum, inducunt publicæ honestatis impedimentum*, n. 3.

2 *Bigamia irregularitas, nec interpretatiua incurritur, quando quis contrahit cum vidua, vel corrupta, matrimonium inualidum ex se, etsi validum præsumptione Ecclesiæ*, num. 4.

3 *Matrimonium iniri cum consanguinea prioris sponsæ de futuro, aduersatur publicæ honestati.*

AD primam quæstionis partem, repetitis quæ diximus *hic*, *q.* 3. & aliis *sub Rub.* iam breuiter dico, quod etsi affirment aliqui propter rationes adductas in præcedentibus quæstionibus, & per alias, quas congerit Thomas Sanchez *de matr. p.* 7. *disp.* 83. *sub num.* 6. cum in casu sequenti, nempè ea sponsalibus, quibus deest internus consensus, tamen in solo foro externo, & quoad Ecclesiæ præsumptionem valida sunt; proinde oriatur impedimentum publicæ honestatis in vtroque foro eo quod illud sit inductum ob publicam indecentiam, quæ in eo casu reperitur, perinde, ac si sponsalia essent valida, cum iuxta hominum, quos cordis interna latent, sint valida, & faciunt aliqua adducta *in Rub. q.* 1. *vers. ad secundam*, & *vers. ad tertiam*, eamque sententiam in proposito casu, docent Paludanus *in* 4. *dist.* 27. *q.* 4. *art.* 3. *num.* 20. 1

&

& art.4.n.29. Supplem. Gabriel *ibi q.3. art.3. dubio 2.* Tabiena verbo *bigamia q. 5. in fine*; idque in vtroque foro affirmant Palud.& Supplem. Gabriel, *ibi* exemplificantes, vt si cõsensus fuit fictus, vel ante Concilium, ad fuit copula animo fornicario. Et faciunt rationes adductæ *hic q. 1. vers. ad secundam*, quæ faciunt multum probabilem hanc doctrinam.

2 At verius, & probabilius est non incurri bigamiam, cum non præstet impedimentum, quod de iure non sortitum effectum iuxta quæ dixi *supra q.1.hic*, vers. *ad secundam*, ex vers. *nihilominus*; quare docent DD. quod si virium corruptionis fœminæ occultum esset, aut id matrimonium; ita vt sine scandalo posset ille ad ordines promoueri, non indigeret dispensatione, vt in simili docuit idem Sanchez *dicto n 6. & disp. 84. n.12.* vbi in terminis sic habet, & Henriquex *lib.12. de matrim.cap.6.n.9. in comment. littera T.* Viuald. *de*
3 *Sacram.2.p. vbi de bigamia, n.8.* † Nec obstat ratio contraria, quia sponsalia id impedimentum pariunt; eo quod publicæ honestati aduersetur iniri matrimonium cum cõsanguinea prioris sponsæ de futuro, quæ inhonestas reperitur, quoties in exterioribus sunt vera sponsalia, & solùm ob de-
4 fectum consensus irrita sunt, † quod in bigamiâ non contingit, non enim ea oritur hic; cum tantùm irregularitatem inducat ob defectum significationis matrimonij Christi cum Ecclesia, qui non reperitur, vt sæpè diximus, quoties matrimonium non est omnino copula consummatum per dicta *in Rubrica dicta q. 1. vers. ad secundam*, & vers. *ad tertiam.*

5 Ad secundam quæstionis partem, quæ deseruit pro intellectu quæstionis 2. de merito commiscente se cum adultera, & aliorum non coosummantium matrimonium; etsi ad secundas nuptias conuolent, iuxta quæ aduertunt DD. *in cap. debitum statim sequenti*, & iuxta quæ repetita sunt *in Rubrica, & in cap.1. & hic*, breuiter respondeo ex communi DD. ex D. Thoma *in 4.dist.27.q.3.art.1. quæstiunc.3. ad 4.* & Suarez *de cens. disp.49. sect.3. num.14. in fine*, vt bigamiæ interpretatiuæ irregularitas cesset quando vir vxorem adulteram amplius non cognouit; quia tunc corruptio vxoris nullo modo cadit sub actu matrimoniali ipsius viri, & quod merito comparetur in hoc casu illi, qui matrimonium ratum contraxit cum corrupta ab alio, quod cum illa non consummauit, iuxta illa, quæ dixi *supra in Rub.q.1.vers. ad secundam* vbi probaui, quod ad contrahendam bigamiam requiritur, vt vtrumque matrimonium sit consummatum.

QVÆSTIO IV.

An Polygami delictum propter suspectam hæresim priuatiuè subiaceat Tribunali Inquisitorum, etsi Reus ex solo duplici, præuentus fuerit, vel ab Ecclesiastico, vel à Laico Iudice? Et an sine metu irregularitatis possint Curiæ sæculari tradere illum, alio delictum irretitum, siue Familiares delinquentes, qui nequeunt potiri foro inquisitionis?

SVMMARIVM.

1 *Polygamus præuentus in carcere à Iudice Laico vel Ecclesiastico remittitur Inquisitoribus, & numeris sequentibus, & à num.24.25.26. & 27.*

2 *Sentire malè videtur de Sacramento matrimonij, qui duas simul viuentes ducit sibi vxores, & n.9.*

3 *Inquisitores nonnisi probabita, & visa sufficienti informatione ex libro Parochiarum atque ex dictis testium, quibus constet de duplici matrimonio contracto cum duplici vxore viuente, nequeunt incarcerare nec procedere in Polygamum denunciatum, n.4. & 5. vbi quando sola informatio per testes sufficiat alia, n. 6.*

4 *Polygamum remittunt Iudices, vel Laicus, aut Ecclesiasticus præuenientes, & incarcerantes ad carceres Sancti Officij vna cum processu originali.*

6 *Polygamum se negans, quando non adest sufficiens informatio, quid faciendum ab Inquisitoribus.*

7 *Vxoris primæ superuiuentia probari debet à Fiscali Sanctæ Inquisitionis, etsi non dum vir secundò nubens probauerit eius primam vxorem morte præuentam fuisse, etsi iam ex tali facto dicatur vir ille inquisitionis reus; vt n.8.*

9 *Polygami cognitio, & punitio priuatiuè spectat ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis in Regno Hispaniæ propter suspectam hæresim, etsi de iure communi pertineret ad Iudicem Laicum, vel ad Ecclesiasticum, vt n. 10. & n.45. & n.60.61. & 62.*

11 *Sentire malè de Sacramento aliquo ille dicitur qui aliter sentit, aut docet, aut vtitur quam quod S.Romana Ecclesia prædicat, & obseruat, qui excommunicatus est, vt hæreticus censetur, & n. 13. & 14.*

12 *Matrimonium est vnum ex septem Sacramentis Ecclesiæ, quod est coniunctio vnius maris cum vnica fœmina, n.15.*

13 *Factis plus solet demonstrari, quam verbis dici.*

14 *Christianæ fidei inimicum est, quem simul multas vxores habere, n. 16.*

16 *Nuptias binas contrahere eodem tempore factum est hæreticale, n.17.36.& 44.*

17 L.fin. de ritu nuptiarum.

18 *Vxores plures cuiquam nunquam licuit habere, nisi aliquando ex dispensatione Diuina, explicatur, n.19.& 20.*

19 *Aliquid contra ius naturæ tripliciter dicitur.*

20 *Polygamia quali modo dicatur contra ius naturæ.*

21 *Solicitantis in confessione crimen, quod ante Bullas Pontificias puniebant Episcopi, sibique solebant reseruare, iam Bullis Pontificiis subicitur Inquisitoribus, propter suspectam hæresim, vt n.22.*

23 *Polygamus non tam luxuria instigatus, quàm abutendo Sacramenti matrimonij secundam duxisse censetur.*

24 *Inquisitores priuatiuè ad Laicos etiam præuenientes incarcerando puniunt Polygamos.*

25 *Opera, per quæ aliquis dissidet à communi vita, & conuersatione fidelium, aut ab Ecclesia probatis ritibus, aut à receptis patrum doctrinis, & præceptis, aut hæresim inducunt, aut hæresis suspicionem.*

26 *Hæresis cognitio est omnino Ecclesiastica, n.64.*

27 *Episcopus, vel eius Vicarius, non per se, sed una cum Inquisitoribus cognoscit de haeresi, aut suspicione haeresis, & qualiter concurrat,* quando n.28.& 29.

29 Clem.1.de hæret.*qualiter*, practicetur.

30 *Inquisitores, aut Episcopus prius citando hæreticum, vter eorum præferatur de iure in cognoscẽdo. Quid in inquisitione Hispanica?*

31 *Edicto in hæreticos, Episcopi non promulgant, sed Inquisitores.*

32 *Polygamiæ delictum pluribus rationibus suadetur esse mixti fori iudicis laici, aut Ecclesiastici, non vero Inquisitorum* n.33.34.& 35. *sed non sic, vt contra nonnullos, adductos,* num 40.

33 *Inquisitores non se intromittent in cognoscendo de diuinationibus, sortilegiis, & vsuris non sapiertibns hæresim.*

34 *Polygamia solet potius à Rusticis patrari libidine, aut causa lucrandi dotem, vt solent interrogati ab inquisitoribus respondere, & quod non sentiunt male de fide, & Sacramento expenditur,* à n.50.

55 Cap.accusatus §.sanè de hæret. lib.6. num.36. 37.38.& 39.

36 *Hæreticus tantùm ille dicitur, qui circa ea quæ sunt fidei errat per intellectum, & pertinaciter adhæret errori.*

37 *Accusatus de hæresi per testes, vel aliter conuictus negans se hæreticalia dixisse, vel credidisse, etsi asserat se credere aut credidisse quod credit Ecclesia, condemnatur, vt hæreticus.*

38 *Hæresim manifestam pariunt baptizare imaginem, rebaptizare puerum.*

39 *Vxorum plurium contractus sapit hæresim manifestam, & quare?* à n.46.

40 *Polygamum præuentum à Iudice Laico, remittendum esse Inquisitoribus, vt torqueant super intentione, & abiurare faciant; deinde restituendum Laico, qui præuenit, vt puniat illum super Polygamia, dixerunt Genuens. & Franchis, sed non benè,* n.42.

41 *Polygamiæ crimen variis pœnis, legibus Imperatorum punitur, & Iure Castellæ sigillatur Polygamus in fronte, ferro igneo, explicatur,* à n.44.& 45.

43 *Sortilegia, & diuinationes hæresim sapientes, spectant ad tribunal Sanctæ Inquisitionis priuatiuè, secus si non sapiunt, vt* n.45.

44 L.eum qui duas cod.de adulteriis.

43 *Leges ciuiles contra sortilegos, & diuinatores insurgunt acriter.*

46 *Dæmonum inuocatio ad tentandum pudicitiam mulieris non sapit hæresim, nec est de iurisdictione Inquisitorum, sed ordinarij Iudicis.*

47 *Amoris causa facta in sortilegiis, & incantationibus ad captandas puellas non sunt prauitatis hæretica.*

48 *Inuocatio Dæmonum, vt quis sciat futura sapit hæresim.*

49 *Dæmones inuocare, & eos consulere, etiam sine adoratione; & exhibitione honoris, est hæreticale sortilegium.*

50 Cap. firmiter de summa Trinitate, & fide Catholica, n.51.

51 *Rusticitas, & idiotissimum non excusant à facto hæreticale nuptias binas eodem tempore contrahentem cum pluribus vxoribus.*

52 *Minores rationis compotes non excusantur ab obseruantia legis naturalis, & Diuinæ, vt in Sacramentis, & articulis fidei, etsi mitius puniantur, quam maioris ætatis, vt* num.53.

54 *Uxorem secundam contrahens existimans primam mortuam ex longissima absentia mitius punitur, sed non excusatur à facto hæreticale, vt* n.59.65.& 66.

55 *Binas nuptias contrahens palam, aut secretè, quoad excusandam Polygamiam non differt,* n.56.& 57.

56 L.fin.ff.de ritu nuptiarum.

58 *Polygamus traditus a iudice Laico, non ex eo, quod torqueatur ab Inquisitoribus supra intentione, purgat omnino delictum, manet enim post torturam factum hæreticale purgandum abiuratione, & aliis pœnis.*

59 *Absentia longa Polygamum non excusat, cum semper secundã uxorem ducendo in dolo stet.*

60 *Polygamus in inquisitione Romana, est vehementer suspectus de hæresi, in Inquisitione Hispanica de leui tantùm, qualiter intelligatur,* à n.61.

63 *Polygamiæ processus, etsi captus ab Episcopo, qui aliàs de Iure habet cognoscere de omnibus causis, nequit ab illo prosequi sine Inquisitore, & quare* n.64.

64 *Causa Inquisitoribus delegata, semper intelliguntur delegatæ priuatiuè quoad Iudices Laicos, quoad Episcopos qualiter in praxi?*

65 *Poligamus se denuncians Inquisitoribus antequam sit testificatus, non includitur in carceribus secretis Sancti Officij, sed in particulari domo, dum causa agitur.*

66 *Polygamus Plebeius qualiter puniatur, si excusationem aliquam habeat?*

67 *Binas nuptias simul contrahens, est suspectus de fide, etsi neutram vxorem carnaliter cognoscat.*

68 *Sponsalia contrahens bina cum duabus simul, si eis copulet, num sit Sanctæ Inquisitionis reus, vt* n.69. 70. *fallit* n.71.72.73.74.75.

70 *Sponsalia secundò celebrans solutus à priori non fit bigamus.*

71 *Sponsalia secundò probans celebrasse cum pacto expresso non contrahendi, nisi post mortem alterius, non subditur inquisitioni, nec qui tantùm tractauit de ducenda alia, viuente prima in nostra Inquisitione Hispanica, vt* num.72.

73 *Sponsalia bina de futuro contrahentes sine copula, non sunt inquisitionis rei,* & n.74. *De praxi Romana, & Hispanica,* n.75.76.

75 *Polygamia vera in nostra Hispania tantum est, quæ punitur ab Inquisitoribus abiuratione de leui, quæ pœna cessat in Polygamia attentata, vt* n.76.

77 *Sacerdos in sacris, & Monachus professus, nuptias contrahentes, rei sunt S.Officij.*

78 *Consulens alicui, vt binas nuptias contrahat punitur, vt ipse Polygamus in S.Officio.*

79 *Mandans binas contrahi nuptias, & Procurator, qui nomine illius, quem scit vxoratum puniuntur in S.Officio, vt ipse Polygamus.*

80 *Testes falsi quorum depositione quis ad Polygamiam conuolauit, puniuntur in S.Officio, vbi quid, si neges testis se deposuisse coram Notario Ecclesiastico, faciunt Inquisitores.*

81 *Plygama mnlier puntiur in Sancto Officio æquè ac Polygamus.*

82 *Vir*

82 *Vir solutus scienter, ducens in vxorem ab alio maritatam, est reus Sancti Officij contra Canteram, nisi ignoranter fecerit*, n. 83.
84 *Philippi IV. Regis decretum declarans polygamia delictum, pertinere ad inquisitionem.*
85 *Dispensationes praeseruatiua, sine praeuentiua, vt quis non incidat irregularitatem qua, & quid operentur*, & n. 85. & 86.
86 *Inquisitores, & caeteri ministri Sanctae Inquisitionis tradentes haereticos comburendos Curiae saeculari praeseruati sunt dispensatione Pontificum praeseruatiua ab irregularitate, etsi tuta e im protestatione fiat*, num 87. *quid in praxi*, n. 90. & *quare* n. 91.
88 Cap. nouissimis de verb. signif. explicatur.
89 *Couarruuias docuit praxim, vt Inquisitores damnarent reos inquisitionis tradendos Curiae saeculari coram laice, sed non benè*, vt num. 92.
91 *Protestari non tenentur Inquisitores dum tradunt reos haereticos comburendos Curiae saeculari, vt effugiant irregularitatem.*
92 *Inquisitores, & Iudices Ecclesiastici tradentes Reos Laico Iudici non cooperantur ad mortem nec sunt causa proxima mortis, aut mutilationis.*
93 *Barones Regni Valentiae non sunt admittendi per inquisitores ad familiatum ad Sancti Officij iuxta pragmaticam illius Regni.*
84 *Familiaris Sancti Officij in Regno Valentiae auxilians in aliquo bannitum, amittit forum inquisitionis.*
95 *Familiaris delinquens, si praeuentus ab inquisitoribus non potest gaudere foro inquisitionis videtur vt possit tradi Iudici Laico, vt puniatur sine metu irregularitatis*, n. 96. & 97. *sed verius contra*, à n. 99.
96 Bulla Greg. XIV. de immunitate Ecclesiastica gaudenda.
97 *Curia saecularis nequit contrahere reos ab Ecclesia sine consensu Ecclesiastici Iudicis, aut interuentu personae Ecclesiasticae.*
98 L. 20. tit. 11. lib. 4 recopilat. cum eius concordia non liberat ab irregularitate.
99 Cap. sententiam sanguinis, ne Clerici, vel Monachi.
100 *Inquisitores incarcerantes rigidè delinquentes, si inde mors contingat, incidunt irregularitatem.*
101 Cap. si Iudex Laicus de sent. excommunicationis lib. 6.
102 Cap. tua nos de homicidio.

1 QVia haec disceptatio torsit admodum interpretum ingenia temporibus retro etsi iam in praxi videtim absque scrupulo vallisoletitem & hic maritti, vt cumque praeuentos in carceribus reos, etsi ob aliud delictum quando contingit peti ex causa duplicis matrimonij, vel ab Inquisitoribus illius tribunalis, aut ab Inquisitore huius Curiae, tunc Iudices Regij vulgò *los Alcades de Corte* sine obice remisisse omninò, subtrahentes se à cognitione, & punitione illius delicti spectantes solùm post punitum reum in sancto tribunali illius restitutionem ad carceres laicos, in quibus praeuentus erat, vt si ex alio delicto procederetur, v. g. homicidio, lattocioio, & c. aliave causa ciuili, sic contra restitutum iudicium; ita tamen vt si fortè ex solo delicto duplicis matrimonij praeuentus in carceribus foret, omninò inhibitus nunquam semel punitus ab inquisitoribus posse incarcerati, vel ab Episcopo, vel à Iudice Laico quantumuis graui, vt iterum super eodem delicto puniretur.

Vnde cum occasione textus nostri in vers. *Comitatur infamia, qui duas simul habet vxores*, n. 2. & 3. Barbosa *hic* dicat, vt videatur malè sentire de Sacramento matrimonij, indeque contra eum tanquam suspectum de haeresi procedere inquisitores sanctae inquisitionis: sic probans cum Perez *ad leg. ordinam. tit. 1. lib. 5. pag. 44. in fine*, Menochio *de arbitr. casu 140. n. 14. lib. 5. de praesumpt. praesumptione 6. n. 27.* Nauar. *sub tit. de haereticis cons. 1. n. 8.* Azeued. *in l. 5. n. 3. tit. 1. lib. 5. noua recop.* Gutierrez *in pract. lib. 2. q. 8. n. 1.* Farin. *in praxi crim. p. 5. q. 140. n. 14.* Emanuël. Doualle *de incantatione, & empsalm. sect. 3. c. 1. n. 14. in princ. & c. 3. n. 5.* Ideò cù hic agam' is in textu nostro non tantùm de bigamo, qui duas simul habet vxores viuas in proposito, & hic loquitendum de praedicto dubio. 2

3 Quod praehabita sufficienti informatione recepta à Dominis Inquisitoribus, debet constare antequam, vel apprehendant polygamum, seu praecipiant extrahi à carcere Episcopi, vel Laici Iudicis, & vt sufficienter fiat praxis quotidiana Sancti Officij docet, ad fundandá contra polygamos intentionem, primo loco probanda esse duo matrimonia contracta, testibus, & libris Parochiarum, vbi contracta fuere coram Parocho, & testibus, desumpta fide ex illis compulsando partitas vtriusque matrimonij, assumendo testes cuiusque matrimonij instrumentarios, qui praesentes fuerunt, & insimul cuiusque Parochi, qui contrahentes binas nuptias velarunt: nam de omnibus singulis curant ministri pro S. Officio informationem capientes, qua praesentata, visa, atque considerata, vt solet admodum contra caeteros delinquentes in fidem Catholicam: tum Domini Inquisitores petunt inquisitionis reú ad se pertinentem, quem mittunt Episcopus, seu Iudices Laici, tradendo illú ministris S. Officij, qui cum mandato tribunalis comparent. † Et tunc non solùm iudices illi, aut eorum quilibet, transmittunt reum, verùm processum originalem informatiuum quem fabricarint super duplicis matrimonij causa aut alia qualibet fidei, nulla de processu tali copiá siue notula remanente apud Notarium Episcopi, aut Tabellioné Laici: nam quoad illos omnes, talis cógnitio sopita, atque sepulta fuit in perpetuum; itavt tantùm illis restet prosequi aliam causam extra fidem, super qua detento in carceribus reum incapissent cognoscere, quae tunc temporis, dum de causa fidei cognoscit, ac punit, inquisitionis Tribunal suspensa relinquitur sub silentio; quousque personae delinquentes. fiat restitutio illi Ecclesiastico Iudici, aut Laico, è cuius carcere, mandato S. Officij extractus fuit propter fidei causam; & quatenus ad proximè dictú de Episcopi iurisdictione in polygamos, distinguens, vt infra in vers. *sicut da n. 26. & 64.* 4

5 Nec insimul praecisè requiritur, quod prae habita polygamiae informatio compleatur testibus ocularis, & partitis librorum Parochiarum; quia si fortè constito de identitate personae delinquentis vnum ex illis matrimoniis nequeat libro Parochiae probari, vel vtrumque; quia libri deperditi fuere, vel quia Parochi fidem io illis non fecerunt de tali matrimonio contracto; tunc quidem sufficiet informatio sola per testes integrae fidei: nam cùm agatur de validitate vnius matrimonij, & inualiditate alterius declaranda, per quam esset (si non

per validissimos testes, ac omni exceptione maiores de tali duplici constaret ad incarcerandum reum Polygamiæ) procedere: de quo puncto, optimè collega oostet litteris, & prudentia conspicuus, harumque materiarum inquisitionis antiquus professor D. D. Didacus Garcia & Trasmiera; electus nunc Episcopus Zamorensf. *in tract. de polygamia, quæst. 4. per totam*, ad vnguem, explicans Gennens. *in praxi Archiepiscop. Neapolitana, cap. 21. num. 24.* Cæsar Catena *de officio inquisit. p. 2. §. 9. tit. 5. de Polygamis*, & alij penes eos, nouissimè Bordon. *de officio inquisit. cap. 22.* vbi ex *num. 75.* ponit qualiter polygamia probetur modo scilicet dicto; ad quod præter prædictos testes de contracto vnoquoque matrimonio solent ministri examinare vxorem singuli matrimonij, & vicinos loci, vbi inhabitauit reus cum vnaquaque vxore tractans matrimonialiter.

6 Et clara de prædicta praxi testatis Diana *p. 4. tract. 7. res. 4. vers. nota primo*, in tantum procedere firmat quod licet reus seipsum deculerit, fit nihilominus probandum duplex illud matrimonium per legitimos testes, aut testimonium authenticum de libro Parochi; & quod satis est, vt dicant testes mulierem habiam fuisse pro vxore rei, illumque eam tractasse, vt communiter solent aliæ vxores tractari, scilicet vidisse eos eunres ad Ecclesiam, & inde venientes, & in vna domo simul viuere, vt coniuges: & addit Bordon. *de officio Inquisitorum, num. 78.* quod si quando per libros Parochorum, vel per instrumenta dotalia non probatur duplex matrimonium, & vnicus sit tantum testis probans primum, & superuiuentiam vxoris tempore secundi matrimonij, reus neget dictum primum matrimonium, aut superuiuentiam vxoris, tortura subiiciendus sit, etsi adhuc perduret in negatiua matrimonij, sit dimittendus, si nihil aliud contra ipsum obstat; quia per torturam rigorosam euacuauit probationem illius vnici testis; sed si fateatur illud primum, neget tamen superuiuentiam, teneatur tunc probare eius mortem contigisse ante celebrationem secundi matrimonij; non enim ait, vnicus testis sufficit, sed duo necessarij sunt omni exceptione maiores ad elidendum dictum prioris testis fauore Fisci contra prætensum reum producti; & apud nos non sufficit primi matrimonij testis vnus, etsi non torqueatur ex dictis *infra* in fine.

7 Quod si probato secundo matrimonio legitimè celebrato, reus deprehensus esset nondum ab eo, probata morte primæ vxoris, iuxta terminos textus *cap. in præsentia de sponsalibus*, & *in cap. Dominus de secundis nuptiis*; nihilominus ex parte Fisci Sanctæ Inquisitionis necessario requiritur probatam esse supemiuentiam primæ vxoris tempore, quo cum secunda in facie Ecclesiæ, seu ritè matrimonium cum alia celebrauit reus, aperta est Sancti Officij praxis, quæ ex dictis colligitur; quia præter quam quod crebriori calculo DD. si reus non præmissa praxi illorum iutium, teste saltim vno fide digno de visu mortis primi coniugis, ac famæ publicæ aliis examinatis, qui deponant de

8 morte illius. † Aliter contrahens secundò, non certus de morte sui primi coniugis, desinat certiorari de morte, fit iam Sancti Offici inquisitionis reus, vt docent Farinac. *de heresi q. 178. n. 71. vers. nec exempla per eum addncta* Massin *in praxi S. Officij p. 9. assert. 43. prima impressionis*: idem Cæsar. Catena *dict. p. 2. §. 4tit. 5. n. 27. 28. & 29* contra Simanchas *de chathol. instit. tit. 40. de matrimonio num. 3. vers. quid si ob longam ab sentiam*, & Gutierrez *pract. quæst. lib. 2. q. 8. n. 3. vers. hac quamuis rectè procedere*, Matienz. *lib. 5. recopilat. tit. 1. l. 5. glossa. 2. n. 4.* nam ita contrahens secundum matrimonium exponit se morali periculo Polygamiam committendi, & Sacraméto matrimonij abutendi, testatus sic practicatum Cremonæ ipse Catena in similibus casibus, & adhuc vt contra illú Sanctum Tribunal procedere valeat, vt debet ex parte fisci certo, & modo dicto probari superuiuentia primi coniugis, vt idem Catena testatur, *dicto §. 9. n. 54. concludens*, cum D. Matienz. *dict. tit. 1. lib. 5. l. 5. glossa 3. n. 8. recopil.* ad prædictum effectum, de quo agitur, non sufficere probari superuiuentiam alterius coniugis ex præsumptione, quod quilibet præsumitur viuere centum annis.

Quibus præmissis, & aliis, quæ hic possent 9 adiici pro apparatu ad hanc difficultatem firmandum est iure, & ratione, etiam seclusa praxi pro Sancto officio allegata, vt nec Episcopus quantumvis de iure communi iudex competens sit ad cognoscendum contra hæreticos, vel suspectos de hæresi, nec vllus alius ex iudicibus laicis possit, ad valeat cognoscere, vel contra viium, vel contra mulierem Polygamos in Regnis Hispaniæ, ac cæteris, vbi Bullis Pontificiis datum est à summis Pontificibus priuatiuè cum exclusione ad omnes alios iudices cognoscere, & punire dictos hæreticos, aut de hæresi supectos; & sic nec Polygamos; eo quod Polygamus sit de hæresi suspectus, præsumitur namque malè sentit de Sacramento matrimonij, & teoere licitum esse plures vxores simul ducere, pro vt sentiebant Anabapt. Lutherus, & Spureissimus Mahometus.

Hinc Sccacia, *de iudiciis causar. lib. 1. cap. 12.* 10 *num. 55.* probat quoad iudices laicos hoc delictum cognosci, atque puniri priuatiuè ab Inquisitoribus, & Anton. Sousa *in aphorism. inquisit. lib. 1. cap. 35. num. 18.* dixit, stando in iure communi culpa contrahentium binas nuptias ad vtrumque iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem spectabat; nunc autem ad solos Inquisitores, & quod eatat declaratio summi Pontificis ad Inquisitorem Lusitaniæ.

Et comprobatur, nam cum ille dicatur malè 11 sentire de Sacramento aliquo Ecclesiæ, qui de eo aliter sentit, aut docet, quod sancta Ecclesia Romana prædicat, & obseruat, & iste sententiam excommunicationis incurrat, & vt hæreticus censeatut, *cap. ad abolendam in principio de heret. & in cap. accusatus §. cum vero ibi: seu in Ecclesia Sacramento errauerit eodem tit. lib 6.* † Ergo cum 12 matrimonium sit Sacramentum verè, & propriè ea septem legis Euangelicæ Sacramentis, vt de fide definitum est in Concilio Trid. *sess. 24. de reform. matrim. Canon. 1.* & vt latè, & cum multis probant hanc Catholicam veritatem, & sine hæsitatione, Tertulian. *de exhortatione ad castitatem c. 1. vers. vno matrimonio*, Isidorus Hispaleos. *de Officio Eccles. lib. 2. c. 19.* latè Iudoc. Coccin. *tom. 2. Thesauri Catholici lib. 9. art. 2.* & alij citati à Barbosa *in dict. Trid. & in dicto cap. ad abolendam n. 1. & 2.* Albertin. *de agnosc. end. assert. Cathol. & haret.* videndus de hac quæstione præter alios ea proposito agens per totam, & *ibi, à n. 44. 49. & 50* cum aliis. † Vbi idem 13 putat dicendum de eo, qui aliter vtitur Sacramentis Ecclesiæ, quàm Ecclesia vtatur, cum plus sit factis demonstrare, quam verbis dicere *ex l. si tamen §. ex quib. ff. de edilitio edicto. cap. dilecti de appellat. & ex l. Paulus ff. rem ratam haberi*, vbi non tantùm ratum aliquid habetur verbis, sed etiam actu.

14 actu. † Et quia inimicum fidei Christianæ sit,
quem multas vxores insimul habere, vt dicit
textus *in cap. gaudemus de diuortiis*, sequitur, vt
qui illas contrahit, faciat directè contra institu-
tionem matrimonij in Paradiso terrestri instituti,
15 † quæ est coniunctio vnius maris cum vnica fœ-
mina Math. *cap.* 19. non vnius cum pluribus fœ-
minis, vt habetur Genes. 2. ibi *adhærebit vxori*,
non vxoribus, & ibi *erunt duo in carne vna*, non
in pluribus, & vna costa fuit in vna, non in plu-
res mulieres conuersa; prout exponunt Pontifices
*in dicto cap. gaudemus de diuort. & cap. debitum
hoc tit. iuncto cap* 1. *de voto lib.* 6.

16 Secundo probatur esse factum hæreticale con-
trahere binas nuptias simul, & eodem tempore;
ex eo, quia cum hæresis sit dogma falsum Catho-
licæ veritati contrarium in eo, qui Christianam
fidem est professus, vt latè Albertin. probat *de
agnoscend. q.* 1. & plura contrahere matrimonia, seu
plures habere vxores eodem tempore, sit inimicum
fidei Christianæ *dict. cap. gaudemus*, cum eo ipso
quod contrahit, putet sibi licere binas contrahere
17 nuptias, † per textum *in l. fin. ff. de ritu nuptiarum*,
vbi dicitur quod si qui duxerit vxorem consangui-
neam, vel collateralem, & affinem in gradu ve-
tito palam, vt errans punitur; non autem vt con-
tumax; idest, vt dolosus, qui quia palam fe-
cit, leuius punitur, quam si clam; nam si clam,
dolo videretur fecisse, indeque grauius punire-
18 tur † sequitur etiam dicendum, vt cum numquam
vni viro licuerit in lege naturæ simul habere plu-
res vxores, nec de consensu vxoris, nec propter
sterilitatem, nisi ex dispensatione Diuina: *dicto
cap. gaudemus*, vt dixi in principio nostri textus,
ex pluribus idem Albertin. *dicto n.* 14. quod est sine
dubio, nec eget vberiori comprobatione, quod
saltim sic binas nuptias contrahens, sit de hæresi
suspectus, quod malè sentiat de Sacramento ma-
trimonij.

19 Tertio probatur; quia licet aliquid contra ius
naturæ tripliciter dicatur. Primo si includat intrin-
secè, & in se malitiam, vt odium Dei, peccatum
contra naturam, & hæc similia, quæ ita in se sunt
mala, vt nec Deus dispensare valeat, cum sim-
pliciter repugnent Diuinæ omnipotentiæ, & eius
infinitæ bonitati. Secundò, si malum dicatur ra-
tione adiuncti, vt copula habita cum fœmina,
ante matrimonium, post vero sit licita; quia vtitur
re sua. Alio inquam modo dicatur malum ratione
periculi peccandi contra naturam; & sic, Sacer-
doti prohibitum sit iure naturæ cohabitare cum
iouenibus mulieribus extraneis.

20 Nec polygamia dicatur prohibita primo modo;
cum copula simpliciter, & omnibus modis spe-
ctata, non sit de se, & intrinsecè mala, sed tan-
tùm secundo modo ratione adiuncti. Nam homo,
qui per primum matrimonium vsum sui Corporis
tradidit vni fœminæ, non potest eiusdem sui cor-
poris tradere dominium alteri, cum non amplius
sit Dominus, & eueniat, vt pluralitas vxorum iure
naturæ secundario tantum prohibita sit, in qua
Deus, qui omnium Dominus est absolutas potest
dispensare, vt fecit Genes. *cap.* 30. ac refertur, *in
dicto cap. Gaudemus de diuortiis*, & in aliis iuribus,
& casus hic sit illo iure prohibitus; sequitur, vt
deficienti ea speciali Dei dispensatione, numquam
alicui binas contrahere nuptias liceat, vt argumen-
tatur Pater Franc. Bordonus inter alia, *cap.* 22. *de
abusu Sacram. in suo libro de officio Inquisitorum ex
num.* 58. ad dubium, de quo *hic*.

Quartò quia etsi Inquisitores minimè ante Bul- 21
las Pontificias, Pauli IV. anni 1561. Die 16. Aprilis
editæ, & directæ Archiepisc. Hispalens. incipit, *cum
sicut nuper*, & Bullæ Pij VI. editæ anno 1564.
Die 6. Aprilis; item vigore decreti facti à supremis
generalibus Inquisitoribus, aprobati etiam à S.
Clem. VIII. de quibus Ludouic. à Paramo *de
origine S. Inquisitionis lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 168. & ex
decreto Pauli V. de mense. Aprilis 1612. quo fuit
dictum monendos esse omnes Inquisitores, vt con-
fessariis præciperent, quod abstineant ab omni, &
quacumque solicitatione, & ex constit. Greg. XV.
edita Die. Augusti 1622. incipit *Vniuersi Dominici*,
quam ad longum referunt Naldus *in summa* verb.
confessarius num. 41. Bariola *in in litteris pro Sancto
Officio editis, post suos flores directory*, quas, &
refert, confirmat Vrbanus Papa VIII. in sua
Bulla incipit, *in generali Congreg.* feria 5. Die 14.
Aprilis 1633. in verf. *Pij IV.* de quibus Diana *in
fine part.* 4. & multis aliis, quas idem Papa con-
firmat circa alios Sanctæ Inquisitionis casus co-
gnoscerent, & nec cognoscere possent solo iure
communi contra Clericos solicitantes molieres in
confessione, fuisseque Episcopos illius criminis
iudices competentes, Ludouicus à Paramo *dicto
lib.* 3. *quæst.* 10. *num.* 92. sic vt Episcopi solerent olim
sibimet seruare hunc casum; prout de variis Epis-
copis in regno Neapoli attestatur Graffis *de casibus
reseruatis lib.* 2. *cap.* 12. *à n.* 8. † Attamen quia post 22
dictas Bullas declaratum adest hosce confessarios
esse de hæresi suspectos in verbis sequentibus,
*Not in animum inducere nequeuntes quod qui de
fide Catholica rectè senserint, Sacramentis ab Ec-
clesia Dei institutis abutantur*, & vt in terminis
sentiunt Pegna *in directorio inquisit. p.* 2. *num.* 81.
verf. *ille quoque*, Salzedo ad Diez *in pract. crim.
cap* 85. *verf. hodie verò*, Graffis *de casibus reseruat.
lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 23. latissimè alias allegans Au-
gustin. Barbosa *de officio Ep scopi tom.* 2. *alleg.* 40. *à
a num* 40. *&* 41. Cæsar Carena *de officio inquisit.
p.* 2. *de confessariis solicit. tit.* 6. §. 1. *num.* 8. Diana
p. 4. *tract.* 7. *ref.* 6. Bordonus *de officio inquisit. c.* 23.
& alij communiter dicentes iam hoc delictum,
non solùm in inquisitione Hispanica, sed & in
toto orbe Christiano puniri ab Inquisitoribus
contra hæreticam prauitatem, sicut ad illos per-
tinet cognoscere in causis hæreticorum, & de
hæresi suspectorum *ex dicto cap. accusatus de I a-
lib.* 6. Freyras. ad Roderic. *de confessariis solicit. q.* 2.
Rodericus à Cugna *de confessar. solicit. dicta q.* 2.
num. 45. *verf. decipitur secundo*, & alij communiter
Sanctarellus de hæresi *cap.* 40. *dubio* 1. *num.* 5. cum
aliis.

Ideò infertur si ita Pontificis nimis consultò 23
declaratum in prædicto solicitationis delicto,
quod excusari admodum videbatur à fragili ti-
batione in confessariis audientibus peccata camis
sic vt de illis dici posset non abutendi Sacramen-
to pœnitentiæ, sed luxuriæ stimulo ad turpia sol-
licitasse non habentibus vxores, quibus ab eo
malo medcrentur, euenit, vt rigidius delictum
polygamiæ spectet ad cognitionem, & puni-
tionem priuatiuè Inquisitorum cum apertius
pareat, vt vir contrahens cum duabus, aut pluri-
bus vxoribus, non tam à luxuria instigatus, quàm
ex abusu Sacramenti Matrimonij faciat, malè do
illius vnitate sentiens contra institutionem in lege
omni naturæ, & gratiæ præceptam.

Quare his, & aliis fundamentis, quæ repeti 24
possunt de cæteris abutentibus Sacramento Ba-

prismi, ac aliis Sacramentis & quæ proximè adducti
referunt in præsenti quæstione, dicendum est, vt
priuatiuè pertineat ad inquisitores solos cognos-
cere, atque punire binas contrahentes nuptias eo-
dem tempore, etiam si iudex aliquis laicus præue-
nisset, incarcerando talem delinquentem, vt
dictum est, & docent præter relatos Seraphin
Freytas *in addit. ad Acuhnam in dict. cap 2. num.* 3.
Homobonus *in examine Eccles. p. 2. tract.* 11. *cap.* 5.
quæst. 18. Rojas *singul.* 98. *num.* 4. Henriquez *lib.* 12.
sum. cap. 2. *num.* 3. cum aliis, Bobadilla *in Politica*
lib. 2. *cap.* 17. *num.* 152. *in glossa littera A*, Ioannes
Lupus *in cap. per vestras* §. 18. *num.* 15. *de donat. inter virum, & vxor.* Bruous *de hæret. lib.* 1. *cap.* 2.
Pegna *in directorio p.* 2. *quæst.* 56. *comment.* 81. vers.
de eo, qui viuente prima vxore, Iacob. Graff. *lib.* 5.
Suarez *decisionum aurear. cap.* 18. *num.* 16. Ricciulus
de iure personarum extra gremium Eccles. existentium lib. 5. *cap.* 11. *num.* 19. Fernandez de Otero
quæst. iuris part. 3. *quæst.* 9. *num.* 2. Matienz. *lib.* 5. *recopil. tit.* 2. *lib.* 5. *glossa* 2. *num.* 5. plures alios refert,
& sequitur Farinac. *supra in princ. adductus de delictis Carnis in praxi quæst.* 140. *num.* 24. *& de hæresi quæst.* 178. *à num* 68. quibus fauent sequentes
etiam assertiones.

25 Prima deducta ex textu *in cap. excommunicamus el.* 1 §. *adiecimus de hæret.* nempe, quod Omnia
opera, per quæ aliquis dissidet à communi vita,
& conuersatione fidelium, aut ab Ecclesiæ probatis ritibus, & consuetudinibus, aut à receptis
Petrum doctrinis, & præceptis, quæ communes
magis, quam priuatos mores respiciunt, aut hæresim inducunt, aut hæresis suspicionem: ita Pegna
ex hac causa sentit. *in director. p.* 3. *comment.* 24. *in fine*, vers. *denique*, Cæsar. Carena *dicta p.* 2. *de Polygamis* §. 2 *num.* 14. vers. *probatur*, vbi io vers *at ducere duas*, ait quod factum ducendi duas vxores, est opus, per quod Polygamus dissidet à
communi vita fidelium, qui vnica vxore, vel viro
sunt contenti ab Ecclesiæ probata consuetudine,
quæ hanc Polygamiam prohibuit vt iam *hic, & in principio textus nostri, & quæst.* 5. *dictum est.*

26 Secunda ex his, quæ adduxi *in cap. fin. de iudiciis quæst.* 2. *per totam*, vbi disceptando latè, num
laicus iudex possit cognoscere de nudo facto rei
spiritualis, & sic de hæresi, expendens textum *in cap. vt inquisitionis* § *prohibemus de hæreticis lib.* 6.
ibi: *cognoscant, vel iudicent. à num.* 32. resolutum
ex cognitionem illius criminis, in cognoscendo,
puniendo vel absoluendo, esse omnino Ecclesiasticam. Et cum iam in nostra Hispania tot diplomatibus Pontificiis datum sit solis Inquisitoribus
processare, cognoscere, ac punire hæreticos, aut
de hæresi suspectos, sequitur vt in casu, de quo
hic, ita procedat, in tantum vt laici iudices præuenientes incarceratione reos huius delicti, aut
alterius criminis, sint obnoxij in quocumque statu,
remittere Polygamum pertitum ex causa fidei ab
27 Inquisitoribus, modo in principio relato. † Idem-
que procedere in Episcopo, alioue quouis Ecclesiastico iudice præueniente, cum ea tantum differentia, quod Episcopus, vel eius vicarius, qui per
se solos cognoscere non valent de hæreticis, aut
de hæresi suspectis in Regnis nostris, vel vbi adsunt Tribunalia Sanctæ Inquisitionis cum omnimoda, ac priuatiua iurisdictione, qualem apud
28 nos habent. † Tantum vocatur ab Inquisitoribus,
quando processus rei est in statu sententiæ, tormenti, aut diffinitiuæ, qui vna cum inquisitoribus
suffragium præstat punitionis, aut absolutionis,
siue suspensionis de delictis hæresis, aut hæreticalibus reorum. † Et hoc modo practicari, *clem.* 29
multorum de hæret. §. 1. circa hoc solùm apud nos
Inquisitores obseruatam, & aliorum iurium Pontificum, vt docent Sanctarellus *de hæreticis cap.* 40.
dubio 2. *num.* 15. Acugna *de confes. solicit. quæst* 2.
num. 5. Valerus *in different. vtriusque fori dis.* 3.
num. 5. Sousa *in aphorismo inquisit. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 11.
Pegna *in directorio p.* 3. *q.* 52. *comment.* 101. & alij
penes ipsos Diana *part.* 4. *tract.* 8. *res.* 2. vbi commendat videndum Riccium. *p.* 3. *decis.* 279. *num.* 5.
Bobadillam *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 72.
† idem Diana *ibi resol.* 47. qui disputans de quæ- 30
stione, an Inquisitores citando reum simul eodem
tempore cum Episcopo, sint Episcopo præferendi,
allegans Azorium Simanc. Paramum, Rojas,
Molin. atque Zanardum, dicentes ad minus, vt
sit peruentioni locus iuxta dictam *clem.* 1. resoluit
tamen *ibi*, in vers. *verum* cum Molina *de iust. tom.* 5.
tract. 5. *disp.* 19. *num.* 17. & Sousa *dicto lib.* 1. *cap.* 15.
ait in nostra Hispania id locum non habere, in
qua soli Inquisitores processum formant aduersùs
reos in rebus fidei, ac proinde ipsi soli sunt, qui
illos citant, non vero Episcopi. † Quia si Episcopis 31
edicta contra hæreticos in Hispaniis promulgare
non permittitur, multo minus permittitur citare,
vt coram ipsis compateant.

Nec obstant fundamenta contrariæ sententiæ, 32
quibus conati fuere nonnulli ante praxim iam visitatam in maioribus tribunalibus laicorum remittendi prædictos reos ad sanctum inquisitionis Tribunal, non solum hic obseruatam Matriti, atque
Vallisoleti, vt vidi, & in aliis Audientiis regiis,
nempè Granatensi, Hispalensi, & Galleciæ, intra hæc Regna positis, verum, & extra diu, & sæpius inquisita, est certiorata, vt in Regna Sardaniæ, Maioricarum, Lusitaniæ, vt Sousa, & Acugna
supra testantur, ac in Siciliæ Regno; quia etsi maximè vigeant ex decisione textus *in dicto cap. accusatus* §. *sanè hoc tit. lib.* 6. & ex aliis, quæ ponit Albertinus omnino legendus, *agnoscend. ex num.* 5.
ad 14. & insuper vsque ad finem plura excitans,
quibus rigidè, non ad Inquisitores, sed ad laicos,
iudices, aliosve Ecclesiasticos spectare valeat cognitio in binas contrahentes nuptias, imò & de-
beat. † Quia cum *in dicto* §. & aliis sequentibus, 33
qui loquuntur de sortilegiis, diuinationibus, &
quæstionibus vsurarum, prohibeat Pontifex, ne
Inquisitores si intromittant in cognoscendo de illis
nisi hæresim manifestè saperent † Et hoc idem 34
venit dicendum de casu nostro, qui à communiter accidentibus solet pattari à Rusticis, & ab
hominibus idiotis, & ferè vestialibus credentibus, hoc ipsis licitum esse, & Ecclesiam sic tenere
nec videatur, vt contrahens binas nuptias malè
sentiat de fide, cum potius captus libidine carnis,
aut dotis lucrandi causa illas contrahere videatur
quàm quod dissentiat à Sacramēto, & eo plus quod
nunquam tales rei interrogati de intentione sentiant contra institutum Ecclesiæ Catholicæ de vna
vxore tantùm ducenda, soleantque respondere
fatendo matrimonij vnitatem, & secundo vel tertio matrimonium contraxisse: aliqua ex prædictis
causis, & frequentius multo respondendo informatos fuisse primam coniugem decessisse, & sic
contingere aliquoties testibus falsis aliquas informationes fecisse vt vidi in Tribunali Sanctæ Inquisitionis Vallisoletana, sed non inde nos titubant.

Non primum *ex dict. cap. accusatus* §. *sanè*; 5

quia

quia etsi ratio Pontificis ibi: *Cum negotium fidei (quod summè priuilegiatum existit) per occupationes alias non debeat impediri*; indeque Inquisitores de diuinationibus, aut sortilegiis, nisi hæresim saperēt manifestè, intromittere se non debeāt, nec punire talia exercētes, sed eos relinquere suis Iudicibus puniendos; quæ ad casum nostrum porrigi videtur ex proximè adductis, in quo hæresis, nec suspicio eius videtur inueniri. Tamen quia vt dictum est *supra* à vers. *quibus præmissis*, binas contrahentem nuptias ipse solo facto contra ritum Ecclesiæ Catholicæ operando, saltim suspectum de hæresi esse. Ideò licet inter nos Catholicos posset intelligi ex mente contrahentium illas non fuisse porrectum ad sentiendum malè de fide sed factum ipsum sic Ecclesiæ contrarium aliud probat; non enim Ecclesia de occultis iudicat, sed de actibus externis, vt vulgaris est regula; indè fiet, vt sicut non liberetur à punitione inquisitorum facta hæreticalia patrando, de quibus constat; negata intentione, vt praxi quotidiana obseruar.

36 † Etsi acerrimè pluribus fundamentis iudicis, Rojas *p. 1. de hæresi à num. 1. & à num. 35.* latè agens probat hæreticum non dici eum, qui verba hæretica, ac ritus, & cæremonias iudaicas dixerit, ac fecerit credulitatem, intentionem, atque errorem in intellectu prorsus negando, dicens inaduertenter, ac ignoranter id dixisse, vel fecisse, & se esse paratum ad correctionem Ecclesiæ, cum hæreticus tantùm ille dicatur, qui circa ea, quæ sunt fidei errat per intellectum, & pertinaciter adhæret errori per voluntatem approbans falsa pro veris, & vera pro falsis, certa pro incertis, aut incerta pro certis; sic vt nullum opus exterius quantumvis horrendum sit, hæresis absque errore intellectus, siue absolutè sit error in intellectu, siue in eo, vt moto à voluntate eligente, taliter quod in hæretico requiratur falsa credulitas ex parte concupiscibili, *cap. excommunicamus § credentes de hæreticis*, vbi DD. & alij *in cap. quicumque eodem, in cap. firmiter de summa Trinita-*

37 *te, & fide Cath.* † At quia singulariter in decisione Rotæ 875. in antiquis, quæ incipit, *accusatus de hæresi*, in eodem tit. dicitur, *Quod si accusatus de hæresi, & per testes, vel aliter est conuictus & negat se talia hæreticalia dixisse, vel credidisse, quamvis asserat se credere, & credidisse, quod credit Ecclesia, nihilominus, vt hæreticus negatiuus, & impœnitens, est condemnandus, & brachio sæculari tradendus*, sicut eam sequuntur Hostiensis *in summa de hæret. col. 2.* Anania *in dicto c. excommunicamus §. adiicimus num 6.* Calderinus *cons. 2 dict. tit.* Afflictis, Boërius, Petr. Rebuffus, Albertin. *de agnoscend. assert. q. 7. num. 6. & q. 8. à num. 7.* idem *in Rub. de hæret lib. 6. q. 13. num. 50. in fine, & in cap prim & q. 22. num. 28. & q. 29. n. 4. & q. 34. num. 5. & q. 36. num. 1. in fine dicto lib. de agnoscend.* Simancas *de Cathol. instit. cap. 48. n. 25. & in enchirid. cap. 53. num. 10. & cap. 61. num. 2.* Iulius Clarus *in practica crim. § hæresis*, vers. *& nota in hoc proposito*, & eam refert ad litteram Bernardus de Bisnieto inter decisiones, quas recolligit *in tit. de hæresi*, videtur etiam ex apertis fundamentis à nobis adductis pro nostra sententia, nullo modo respici posse, vt aliqua ex relatis causis de fundamentis contrariæ sententiæ maneat liber, & immunis, qualitercumque se excuset, binas contrahendo nuptias, saltim à suspicione hæresis, sicut Albertin. latè probat *de cognoscend. dicta q. 23. à num. 14. & à num. 49.* respondens ad textum in *dicto §. sanè*, legendus omninò; quia subtiliter theologicè, & iuridicè loquitur, satisfaciens etiam aliis relatis fundamentis *ex num. 65.* † Vbi latè 38
loquutus de intellectu *dicti cap. sanè*, & expendens aduerbium *manifestè* ex mente Doctorum, dicunt ea sapere hæresim manifestam, quæ ex natura sua præ seferunt aliquid, quod est hæresis manifesta, vel quando ex illis benè, & necessariò sequitur hæresis manifestè, puta *Baptizare imaginem*, præ se ferret, quod illa est capax illius Sacramenti, quod est hæreticum *rebaptizare puerum*, infert quod Baptismus potest bis conferri contra legem Diuinam, & humanam, *cod. ne Sanctum Baptisma iteretur.* † Ex præmissis, & aliis infe- 39
rendo *vsque ad num. 96. in fine*, in vers. *sic ergo*, concludit ex hoc contractu plurium vxorum hæresim manifestè sapiente, sequi malum, aut prauum sensum de Sacramentis Ecclesiæ, de quibus sic sentire esse hæresim manifestam *ex dict. cap. ad abolendam accusatus §. cum vero de hæret.* Et cum Sacra Scriptura decidat matrimonium esse coniunctionem vnius cum vna, & non plurium, sequitur vt contra hoc sentire sit hæresis manifesta; & sic quod stamus in terminis *dicti §. sanè*, quia sicut inquiritur ibi se intromittit de sortilegiis, & diuinationibus sapientibus hæresim manifestè, sic pari ratione de hoc crimine, in quo est error manifestus, lege naturali, Diuina, & humana damnatus.

Vnde licèt nonnulli dixerint delictum contra- 40
hentis binas nuptias, esse mixti fori, inter quos Simancas *de Catholicis instit. tit. 40. de matrimon.* quem sequutus fuit Gutierrez *in praxi Archiepiscopali Neapol. cap. 84. in antiquis, & cap. 68. in nouis num. 12.* vers. *item si bigamus*, ex inueterata consuetudine illius Regni, dixerit polygamiam esse delictum mixti fori; ita tamen, vt si Polygamus sit præuentus à Curia sæculari, debeat remitti ad Iudices violatæ religionis, qui illum torqueant super intentione, & abiurare faciant; deinde teneantur illum remittere ad Curiam sæcularem, quæ illum punit Polygamia, & Franchis *decis. 36. num. 4.* dicens in suo Regno Neapoli punitionem huius delicti spectare ad Iudicem Lai-
cum. † Pro quibus facit textus *in l. eum qui duas* 41
cod. ad leg. Iuliam de adulteriis, & integer tit. cod. de hæret. vbi variis pœnis, etiam ab Imperatoribus crimen hæresis olim punitum inuenitur, & in legibus Castellæ binas contrahentes nuptias vxorum simul viuentium, & è contra, cautum est signari in fronte ferro igniti cum signo, vt ab omnibus cognoscantur à Ioanne I. Rege Castellæ contra legem, quæ prohibet quem in facie bullari, de qua dixi latissimè *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit.* † Ad similitudinem diuinationum, 42
sortilegiorum, & aliorum, de quibus dixi latè *in cap. cum sit generale de foro comp. & ibi q. 8. & in cap. tuam de ordine cognit.* vbi DD. posse dici delictum horum contrahentium binas nuptias esse mixti fori, scilicet Ecclesiastici, & sæcularis, & consequenter esse locum præuentioni, vt arguit Albert. *à num. 74. dist. 23. de cognoscend.* aliis vtendo exemplis, inter quæ de crimine sodomitico, de quo dixi *in dicto cap. cum sit generale q. 5.*

Tamen eorum dictum intelligit ipse ibi proce- 43
dere in diuinationibus, & sortilegiis, non sapientibus hæresim; de quibus delictis, tunc dicitur dari præuentionem inter Episcopos, aliosvè Iudices Ecclesiasticos, & inter Iudicem Laicum, secus tamen, quando dicta delicta saperent hæ-

resim manifestam, quorum cognitio priuatiuè spectar ad Inquisitores *ex dicto §. sanè*, Eymericus *in directorio Inquisitor. p. 2. cap* 42. vbi Pegna *comment* 67. Simancas *de Cathol. instit. cap.* 62. Perez *in l. 9. tit. 1. lib. 8. de ordinam. pagina* 11. *remissiuè* Salzed. ad Bernard. Diez *in pract. cap.* 107. *alias* 110. *litt. A*, vers. *& generaliter*, Azeuedus *in l. 5. tit. 1. lib. 8. recopil. à num.* 14. Riccius *collect.* 1378. Martha *de iurisdic. p. 2. cap.* 12. Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 9. cap. 16. q. 4.* Suarez *de relig. tom. 1. lib. 2. de superstit. cap. 19. num.* 11. Martin. del Rius *disquis. magicar. lib. 5. sect. 2.* sub vers. *septimo requiritur*, Griland. *de sortileg. lib. 2. q.* 11. Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 38. num.* 92. Emanuël. Doualle *de incantationibus, & empsalmis opusculo 1. sect. 3. cap. 1. num. 2. &* 3. Farinac. *in praxi crimin. p. 1. q. 20. à num. 70. & in tract. de hæresi q.* 181. *à num.* 91.

44 Quæ tamen in contrahentibus binas nuptias, vtraque vxore simul viuente, aut è contra non procedunt; quia isti delinquentes ipso quidem facto delinquendo contra vnitatem matrimonij, sunt, vel hæretici, vel de hæresi suspecti, cum illud factum sit hæreticale, vt benè probat idem Albertin. *dict. q 23. de agnoscend. num. 65. & 66.* cum Decio, Franco, Dominico, Abbate, & aliis, ac patet ex *supra* adductis. Nec obstare quod prædictum delictum sit etiam punibile legibus laicis *ex dicta l. eum qui duas cod. de adulter. & lege Regia*; quia vt respondet idem Albertin. *dict. q. 23. de agnoscendis num.* 74. forsan non esset inconueniens dicere hoc crimen esse mixti fori, si non esset annexa illi aliqua qualitas, quæ faceret illud esse fori Ecclesiastici; puta, quia ille contractus saperet hæresim, vel contrahens videretur malè sensisse de Sacramentis; quia talis qualitas faceret illud crimen esse merè Ecclesiasticum per ea, quæ dixi de hæresi *in dicto cap. cum sit generale de foro comp. & in dicto cap. fin. de iudiciis q. 2.*
45 *circa finem.* † Secus si illa qualitas non esset, vt patet in dicto crimine sortilegij, & diuinationis; quod si non sapit manifestam hæresim, est crimen mixti fori; quia licet Ecclesia de hoc cognoscat, *in cap. contra idolorum 21. q. 5. & in cap. Episcopi eadem causa, cap. ex tuarum de sortilegiis*; nihilominus leges ciuiles contra tales insurgunt grauioribus pœnis, vt *tot. tit. cod. de malefic. & Mathemat.* quare textus *in dicto cap. accusatus dict. §. sanè lib. 6. de hæret.* non dicit quod Inquisitores remittant sortilegos, & Diuinatores, quando eorum delicta non saperent hæresim manifestam Episcopis seu Diœcesanis, sed suis Iudicibus puniendos satis innuens, quod præter Episcopos, Iudices sæculares, sunt Iudices horum sortilegorum, & Diuinatorum; indeque fieri; quod si in delicto binas contrahentium nuptias non subesset notoriè aliqua qualitas, quæ tribueret iurisdictionem Ecclesiæ, puta suspicio hæresis Laici à sæculari, Clerici vero ab Ecclesiastico Iudice puniri possent: *argum. textus in c. 2. de iureiur. lib 6. cap. qui causam qui filij sint legitmi*, Abbas, & alij *in dicto cap. cum sit generale de foro compet.* idem Albert. *dict. q. 23. num. 76 in fine*, vbi hoc ponit sub proreftatiorꝛ; imò potius amplectitur, sicut & nos, hoc crimen binarum nuptiarum esse saltim suspectum de hæresi per fundamenta à nobis tradita; & sic priuatiuè de illo cognoscere Inquisitores, sicut de cæteris criminibus hæreticalibus.

46 Nec implicat dicere, vt quemadmodum inuocatio Dæmonum, quæ fit ad tentandum pudicitiam mulieris, vel huiusmodi, non sapit hæresim; quia inuocatur Diabolus ad id quod ei maximè conuenit, cum sit tentator animarum; & in eo casu iurisdictio non ad Inquisitores spectet, sed ad ordinarium, vt dicunt Antonius Faber. *in decis. 1. cod. de sortilegiis*, Riccius *in collect.* 1378. *super dict. cap. accusatum §. sanè de hæreticis*, † qui *ibi*, 47 *& in Curia Archiep. Neapol.* respondit non esse hæreticæ prauitatis, quæ fiunt in sortilegiis, & in incantationibus ex causa amoris ad captandas puellas, sicut referunt etiam decisum signanter pluries ipse *dict. collect.* 1378. Clarus *in §. hæresis in fine*, Farinac. *in collect. criminalium in decis.* 90. & alij per consil. Oldradi 210. secluso abusu Sacramentorum, & sacramentalium, & verborum Sacræ Scripturæ, & seclusa ipsius Dæmonis inuocatione per verba deprecatiua, Eymeric. *in directorio p. 2. q.* 43 Pegna *in commentario ibi sub litt. N*, §. *qui dedit pocula*, Petr. Binsel. *in comment. leg. 4. cod. de maleficiis, & Mathemat.* Scacia *de iudiciis. tom. 1. cap. 12. num.* 39. Farinac *de delict. q. 20. n.* 80. Catena cum aliis *de officio Inquisitorum p. 2. tit. 12. §. 7. à num.* 48. vbi explicat; & sic contingere in contrahente binas nuptias, si dicat se id fecisse captus amore, aut propter dotem lucrandam. † 48 Quia respondeo, vt patet *ex dicto § sanè*, in sortilegiis, & diuinationibus à facto, & intentione patrantis ea delicta pendere, núm hæresis adsit, necne. Sed si factum sit tale, quod sapiat hæresim manifestam, quale est inuocatio Dæmonum, vt quis sciat futura; quia tribuitur Diabolo id, quod est proprium Dei, scilicet ventura præscire, sicut omnes docent. † Imò ex glossa *in dicto §. sanè* verbo *sapere* ibi, *Dæmones consulere*, notent del Rius 49 *de Magia dicto lib. 5. sect. 15. in fine*, vers. *dico sexto*, Farinac. *de hæres. dict. q. 181. §. 2. à num.* 72. latè disputans Azor. *p. 1. instit. moral. lib. 9. cap. 23. in principio*, inuocare Dæmones, & eos consulere, etiam sine adoratione, & exhibitione honoris, esse hæreticale sortilegium. At in casu nostro semper factum hæreticale inueniri, quod non desinit esse tale ex intentione ipsius contrahentis binas nuptias cum satis probatum sit ipsum factum per se facere patrantem de hæresi suspectum; quod vt probauimus facit tale delictum priuatiuè spectare ad Inquisitores, cum sit semper cum abusu Sacramenti.

Et sic non obstat aliud contrariæ sententiæ 50 fundamentum, nempè (vt plurimom) binas contrahentes nuptias, esse idiotas, & Rusticos, & excusari ab hæresi, iuxta illud Innocent. Pontific. *in dicto cap. firmiter de summa Trinit. & fide Cathol.* cum aliis. Quia respondetur dictum Innocent. *ib.* non sic simpliciter esse intelligendum, vt vulgus allegat, sed cum grano salis legendum, & allegandum; loquitur enim primo in his, quæ sunt de apicibus fidei, scilicet de tribus personis in Trinitate (quæ Deus est) attestante D. Augustino *lib. 10. de Trinit. cap.* 3. quod in his nihil periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. † Et loquitur se- 51 cundo quando quis errat motus aliqua ratione naturali, puta, quod in Diuinis maior, vel prior sit filio, vel quod tres personæ in Trinitate, sunt tres res à se inuicem distantes, quod non est in proposito casu: nam error iste, quodquis possit duas vxores superstites habere, est supinus notum est enim Christianum non posse habere plures vxores, sed vnam tantùm, tum quia hoc peccatum, siue hic error est in his, quæ sunt de

iu:e

iure naturali (vt iam diximus) indeque non ca-
dere illud in ignorantiâ ; & sic hoc in casu non
habere locum dictum Innocentij ; prout euiden-
ter sentit Cardinalis Zabarella *in clem. 1. §. porrò col. fin. de summa Trinit.* Albertinus *dicta q. 23. de agnoscend. num.* 70. legendus *ad num.* 73. Et secun-
dùm hanc distinctionem leges plura, quæ dixi *in*
52 *Rub. de fide Cath. & in dict. cap. firmiter.* † Nec
enim minores rationis compotes ea ignorantia ex-
cusantur ab obseruantiâ legis naturalis, quæ cum
ipsa natura oritur, nec legis Diuinæ ex doctrinâ
textus *in l. 2. cod. de in ius vocando. cap. qui in ea dist.* 38. taliter, vt minor ætas excusetur in Sacra-
mentis, & articulis fidei, in quibus par vitium est
decipere, & decipi posse, vt scribunt Ioan. de Ana-
nia *in cap. ex litterarum de Apostatis* : idem Al-
bertin. *supra num.* 71. vbi cum Speculatore *in tit. de summa Trinitate*, dicit quod ignorantia iuris
naturalis neminem excusat ; sic vt ignorans id
ignorabitur etiam si sit Paganus, vel homo Sylue-
ster semper in Montanis nutritus ; ita quod nun-
quam ad eum prædicatio peruenerit, vt dixit etiam
Cardinalis *in clem. 1. de consanguinitate, & affinit.*
iuris quidem ignorantia neminem excusat, vt
DD. docent per textum *in l. constitutiones Princi-pum cod. de iuris, & facti ignorant.* Catena *de offic. Inquisit. p. 2. tit. 5. §. 4. num. 29. vers. nec etiam est.*
53 † Solùm enim quoad pœnæ inflictionem contra
contrahentes binas nuptias erit disparatio inter
maiorem, & minorem ætatem per titulum de
delictis puer. *& dict. cap. ex litterarum de Apo-statis*, in vers. *minor ætas*, quem notant Tyraquel.
cum multis *de pœnis temper. cap. 20. à num. 3.* Bar-
bosa *ibi num. 3. Quod ob ætatem teneram, & flores-*
54 *centem mitius quis punitur.* † Et sic Diana *4. p. tract. 7. dict. res. 4.* vers. *non desinam*, dixit quod si
adsit aliqua præsumptio in fauorem rei, nempè,
quia propter longam absentiam vnius coniugis,
quæ dicebatur defuncta loco fustigationis, & tri-
remium, damnandum binas sic contrahentem
nuptias, ad exilium, & in pœnam pecunia-
riam.
55 Nec obstant nonnulli facientes differentiam in-
ter contrahentes prædictas binas nuptias palam,
vel secretè, de quibus vocibus plura in proposito
cumulat idem legendus *dict. cap. 23. de agnoscend. à n. 77. & à num. 81.* vbi quod palam contrahens
binas nuptias, censetur esse in errore, hoc est;
56 quia præsumit sibi licere. † Vt est textus *in l. fin. ff. de ritu nuptiar.* sic vt in his, quæ sunt de genere
permissorum, si in specie sunt prohibita plus pu-
niatur faciens delictum clam, quàm palam ; quia
in eo est præsumptio maioris doli, vt facit textus
in l. existimo ff. de administ. tutor. l. pupillus §. sanè si quidem ff. de authorit. tutor. l. vxor cod. de repu-diis, cum aliis quia, contra hoc sentit author Re-
portorij inquisit. in verbo *contrahens*, vers. 1. post
medium, & in verbo *pertinax*, vers. *secundo*, quem
videtur sequi Simanchas *de Cathol. instit. tit. 40. de matrim. n. 4. in princip.* dicentes ambo delictum
quoad punitionem ab Inquisitoribus admitten-
dam videri in eo casu tantùm ; quo palam vxores
57 plures ductæ sunt, secus si secretè quas distinctio-
nes non admittimus, quia siue secundùm matri-
monium contractum sit palam, siue clam, semper
polygamus est de hæresi suspectus, sicut in specie
docuerunt ipse Albertin. *dicto cap. 23. n. 89. vers. ex quo infero*, Salzed. *vbi supra*, Farinac. *de delictis carnis dict. q. 178. num. 7.* vers. *contrarium videtur*,
Cæsar Carena *de offic. Inquisit. p. 2. de polygamis num. 16. & 17.* noster Collega Doctus Trasmiera
de polygamia lib. 2. q. 1. à num. 6. & alij communiter;
quia polygamus semper facit opus, quod dissidet
à communi vita fidelium, ab Ecclesiæ approbatis
ritibus, & à receptis Patrum doctrinis, semperque
abutitur Sacramento matrimonij, ex quo abusu
oritur hæresis suspicio ; & sic licet grauius peccet,
aut palam, aut secretè contrahendo ; id tamen
non impedire, quin ita delinquens sit de hæresi
suspectus, maximè cum hæreses non solùm palam,
sed etiam occultè committantur, vt post glossam
in dict. clem. 1. de hæreticis, DD. adducti, & alij
docent.

Nec obstat dicere, quod si postquam traditus 58
est reus ille à Curia sæculari præueniente Inquisi-
tores polygamum illum torquendum super intentio-
ne omnis hæresis suspicio purgetur ; indeque de-
lictum binarum nuptiarum vtraque vxore viuente
maneat Ecclesiasticum, siue Laicum (hoc est
mixtum) quia respondetur ea dictis, & cum no-
stro Trasmiera *lib 3. de polygamia cap. 1. per totum, lib. 2. q. 2. à num. 20* & Carena *p. 2. de offic. Inquisit. tit. 5. §. 3. sub num. 20. vers. etsi, & num. 21. & 22.*
qui ait cum Matienzo Girlenzio *cons. 137. à n. 9.* &
Farinac. semper post torturam manere factum
hæreticale contra vnitatem matrimonij, & sic hæ-
resis suspicionem purgandam per abiurationem,
& puniendam per pœnas à iure statutas ; & quia
non videtur posse dari casus, in quo cesset hæresis
suspicio inducente duas vxores, cum semper in tali
adsit abusus Sacramenti matrimonij, in quo ma-
net hæresis suspicio, & Azeuedus *in l. 5. tit. 1. lib. 5. recop. num. 3. in fine*, in glossa *no temiendo a Dios*, ad-
dit nunc in Hispania solos Inquisitores procedere
contra polygamos, & ita, vel ob eiusdem delicti
frequentiam, vel ob alias causas particulari iussu
fuisse statutum.

Nec obstat quod aliquando sic binas nuptias 59
celebrans possit allegare bonam fidem, credendo
v. g. probabiliter ob longam absentiam mortuum
esse primum coniugem, sicut illam allegabant Si-
manchas, & Gutierrez *vbi supra*, quia respondetur
imò potius præsumi in eo, quod de iure facere
non poterat, nec debebat, Menochius *cons. 215. vo-lum. 3. num. 7.* etenim talis videtur fuisse dispositus
quantum in se fuit ad contrahendum secundum
matrimonium, tam si prima vxor mortua, quàm si
viua, vt dicit Carena *supra dict. p. 2. tit. 5. §. 4. n. 29.*
alia referens. Et sic conclusionem defendunt *in dict. cap. accusatus §. sanè de hæreticis lib. 6.* Domi-
nic. & Franc Bald. *in l. 3. cod. de summa Trinit. & fide Cathol.* & *ibi* Paulus de Castro, Franciscus
Squilacen. *de fide Cathol. cap. 15.* Alphonsus à Ca-
stro *lib. 1. de iusta hæret. punitione cap. 1.* Rojas cum
Palacios Rubios *singul. 98. num. 4.* qui idem repetit
de hæreticis *p. 1. à num. 540.* cum Felino, Lapo,
Couar. Ludouic. Carrer. Rusella, Brumb. & aliis,
videndus Farinac. in additionibus suis ad omnia
eius opera *ad dict. quæstion. 140. ad numer. 24.* &
alij.

Et hæc omnia confirmatur quia cum Inquisi- 60
tores absolutè procedant, & indistinctè contra bi-
nas nuptias contrahentes, solùm difficultas restat,
an tales delinquentes sint de vehementi, vel leui-
ter suspecti tantùm de fide, in quo diuersus est
modus sentiendi inter Doctores, cum Piasecius
in praxi p. 2. cap. 4. art. 6. n. 9. & Genuensis *in praxi Archiep. cap. 18. num. 6.* & alij tradant vehemen-
ter esse suspectos, & quod tantùm de leui Siman-
chas *dict. tit. 40. num. 6.* & alij. Et quia praxis Hif-

panie

paniæ hoc secundum admittit, vt testantur Suarez *de fide disp.24.sect.2.num.4.* Moura *de incant.opusc. culo 1.sect.2.num.4.* Sousa *in aphorismo inquisitor. lib.1.cap.35.num.10.* qui non torquentur, vt idem obseruat, Sousa *de consess.solicit.tract.2.cap.13.con-*
61 *clus.3.num.11.* † Ex eo quod tales præsumuntur contrahere apud nos binas nuptias ex luxuriâ, vel cupiditate lucrandi dotes, secus tamen si rei essent infectæ hæresis Caluinianæ, & Lutheranæ, aliterque procedat stylus Romanæ inquisitionis, vbi torquentur dicti rei, & abiurant de vehementi, vt testantur Naldus *in summa*, verbo *vxor num. 2.* Riccius *in addit. ad instit. Canonic. lib.4. tit.2.* Farinac. *de hæres. dict. q.178. num.68* Ricciulus *de iure personarum lib.1. cap.11. num.19. & 30.* Genuens. & Pegna. Diana cum illis, *p.4. tract.7. res.4* Aloysius Bariola *in aphorism. lit. V*, verf. *vxor* §. secundo in verbis sequentibus: *Si quis aliquam ducat vxorem, priori viuente, hoc spectat ad Sanctum Officium, & ex decreto vrbis confessi, vel conuicti, præmissa tortura in forma abiurant de vehementi coram Congregatione, & ad remum transmittuntur per quinquennium, vel septennium pœnitentiis salutaribus iniunctis Inquisitorum arbitrio*, videndus Carena *dicta p.2. de polygamia tit.5. §.19. & 11. à num.55. & 57.* vbi benè de tortura, & abiuratione
62 in præsenti casu dispungit. † Ex qua praxi vtcumque sumpta, visum est prædictum delictum non ad Episcopum, non ad Laicos Iudices pertinere, sed ad Inquisitores, quorum est eam abiurationem de vehementi, aut de leui imponere.
63 Vnde si processus contra polygamos sit cœptus ab Episcopo tanquam ordinario loci, qui vt talis potest cognoscere omnes causas iure ordinario, quas potest cognoscere Inquisitor iure delegato (licet ab eodem processus posset perfici) non tamen sine Inquisitore poterit Episcopus causam expedire, nec reum torquere, vt dixit Azeuedus *supra in dict.l.35. tit.1. lib 5. recop.* quem sequitur Carena *dict. tit.5. §.3. n.22. in fine*, dicens sic fuisse pluries practicatum in Episcopatu Cremonæ in causis Polygamiæ, Gonlenz. *dict. consf.137. à n.9.* sed ex nobiliori praxi, quia omnes causæ hæresis, & suspicionis ipsius, delegatæ sunt Inquisitoribus & Polygamiæ causa sit ex his, quæ hæresis suspectum reddunt polygamum, dicendum etiam in his polygamiæ causis incarcerationem, processionem, & cognitionem pertinere in Regnis Hispaniæ ad solos Inquisitores, adstante simili Episcopo, aut eius Vicario iuxta notata *supra hic*
64 *in vers. secunda ad elem. 1. de hæret.* † Et quia causæ Inquisitoribus delegatæ semper intelliguntur delegatæ priuatiuè quoad Iudices Laicos, vt dixit egregiè Scacia *de iudic. ciuil. & criminal. & hæretical. lib.1. cap.12. num.53.* quoad Episcopos, etsi cumulatiuè. At iuxta praxim in dicto verf. *ad missam* apud nos; & sic euenire, vt si polygamus præueniatur ab Episcopo, debeat remitti ad carceres inquisitionis, vt *ibi* eius causa sequatur, & finiatur, sciendo tantùm sententiam torturæ, siue diffinitiuam cum suffragio Episcopi, vel eius Vicarij habentis ab ipso mandatum, vt est stylus communis, & incōcussus in nostris inquisitionibus Hispanicis, ac fauet stylus Romanæ Inquisitionis adductus *supra num.60.* vbi acrius puniuntur polygami.
65 Et amplius fiat doctrina Castri Palai, *in summa tom.2. tract.4. disp 8. num.19. §.2. num.2* putantis, vt si contingeret prædictos binas nuptias contrahentes ante testificationem se ipsos Inquisitoribus deferre, tunc quidem in carceribus secretis recludendos non esse, dum causa eorum agitetur, sed in aliqua particulari domo, vt vidisse dicit Compostellæ obseruatum. † Potantis etiam, vt si Ple- 66
beius sit polygamus, non debeat cædi flagellis, sed exilio aliquo, vel pœnâ pecuniaria condemnari: sic etiam sentientis de illo, qui aliqua ratione apparenti ductus de morte prioris coniugis, probat secundum matrimonium contraxisse, repetit Diana *dict.4.p.tract.7.res.4.* verf. *nota etiam.* Ex quo videtur quod licet pœna sit mitior, vt supra de minoribus dictum est, at cognitio semper sit Inquisitorum. Videbis *supra à num.50.* Et his inquam diebus perlegi vidi quandam consultationem manu scriptam plenè, & cum iudicio elaboratam ab altero Collega nostro, & valdè amico DD. Gundisaluo Brauo, & Grajeta huius nostri Senatus Decano qui in omnibus vir prudens, peritus, ac litteris versatus, & in pertinentibus ad Sanctum Officium diligentissimus, hanc sequutus plura fundamenta.

Pro complemento breuiter aliqua notanda duximus. Primo contrahentem binas nuptias scienter esse suspectum de fide, quamvis nullam vxorem carnaliter cognoscat, vt docent Albertin. *de agnoscend. dict. q.23. num.49. & 55* & sequentibus *60. & 66.* Patin. *de delictis dict. q 140. p.1. num.24.* Sousa *in aphorism. inquisit. lib. 1. cap. 31. num.5.* Diana *dict. p.4. tract.7. res 4.* verf. *notandum est.* † 67 68
Limitantis si contraheret sponsalia cum duabus, quamvis eas carnaliter cognoscat; non enim tunc contrahit matrimonium; & sic non esse suspectum de fide dicit, & Riccius *in praxi aurea var. resol.373. per totam*, negat crimen coniugati contrahentis sponsalia, spectare ad Inquisitores; quia non debet fieri extensio. † Sed in hoc casu contrarium 69
sequitur, Carena *dict. p.2. de Offic. inquisit. tit.5. §.6.* cum Costa *de remediis subsidiariis*, alios cumulante *rem.15. num.18.* eo quod negari non possit, quin ex sponsalibus, tanquam à præparatoriis inferatur ad matrimonium, de quo dixi *sub Rub. de iudic.* & consequenter, quod iste voluerit verè duas vxores simul ducere, & sic abuti Sacramento matrimonij: nam vt dixit Menoch *de arbit. iudic. casu 360. n.7.* quamvis contrahens sponsalia non sit illo genere, & qualitate suspectus, quo suspectus est ducens duas vxores: attamen negari non posse ait, qui etiam sic sponsalia contrahens aliquo modo sit de hæresi suspectus: benè concludit Carena respondens contrario fundamēto cum nostro Trasmiera *de oblig. denunciandi q.4. cap.5. num.3.* Albergin. *in manual qualificatorum c.27. n.28.* quibus addo Bordon. *de officio Inquisit. dict. cap. 22. num.7. & 14.* dicentem quod etsi sponsalia, & matrimonia in multis differant; sunt tamen idem ratione effectus, quatenus in vtroque oritur suspicio hæresis.

At quia *supra in Rub. sub q.1. verf. ad secundam*, 70
dictum est per bina sponsalia, aut vnicum matrimonium cum vna, & sponsalia cum alia vxore, non incurri bigamiæ irregularitatem, & similiter nec in casu nostro polygamiæ aliquam speciem, cum pœnæ extendendæ non sint vltra casus expressos, *cap. is qui de sent. excomm. lib.6. cum vulgatis.* Quare, etsi in praxi Domini Inquisitores soleant cognoscere propter attentata sponsalia: *argum. plurium*, quæ dixi *infra in Rub. & cap 1. & 2. de præsumpt.* tamen nunquam in hoc Supremo Cōsilio, nec Vallisoleti vidi nullos incarcerati polygamos in secretis sine plena informatione dupli-

cis

cis matrimonij cum duabus viuentibus eodem tempore solemniter celebrati; quia magnoperè prius inuestigatur modo in principio scripto de plena informatione, aliàs suspenditur polygamiæ causa.

71 Etsi adhuc Carenæ sequatis sententiam in praxi & aliorum, quos proximè retuli, nihilominus ego eam limitandam esse puto cum eodem Bordonio *dict. num. 74. in fine*, quod si reus probet sponsalia se contraxisse cum facto expresso non contrahendi nisi post mortem alterius coniugis tunc non sub-

72 datur reus inquisitioni. † Et mixta proximè dicta est repellendus casus de vxorato, qui non contraxit matrimonium, nec sponsalia, cum alia viua coniuge, sed tantummodo tractauit de ducenda alia; quia etsi Carena *supra dicto §. 6. in fine*, de tali reo dicat, quod omissa omni abiuratione, debet pœnis arbitrariis puniri ab Inquisitoribus: legeodus ipse *toto §. 7.* vbi latè defendit adductam sententiam, quam noster Trasmiera *de Polygamia lib. 2. q. 3. num. 16 vsque ad finem*, dicit in inquisitione Romana vniuersali practicari sententiam, quam sequuntur Carena, & alij, sed postea dicit non sic procedere de stylo nostræ Hispaniarum inquisitionis.

73 Quare, etsi de contrahentibus bina sponsalia de futuro, idem acerrimè defendat Carena *dicto §. 7. p. 2. à num. 46.* eo quod D. Didacus Cantera (quondam Collega Diui Æmiliani apud Salmantinos) *quæst. criminal. p. 4. cap. 4. de adulterio n. 29. vers. sed dubium consistit*, qui dum esset Murciæ Inquisitor. ita iudicauit contra quendam Ioannem Merinum (licet ipse diceret, de quo etiam constabat) quod nolebat contrahere matrimonium; quia non obstante illius protestatione, firmat dictum Merinum fuisse punitum pœnâ contraheotium binas nuptias; & quod ita fuit iudicatum in hoc supremo Consilio, & ambo, quia iuxta *cap. is qui de sponsalibus*, ex iuris & de iure præsumptione, sponsalia de futuro, sequuta copula, transeunt in verum matrimonium; nihilominus ex proximè dictis, dubia est eorum resolutio: nam quamtumvis fateamur ex doctrina *leg. 1. §. fin. ff. de his, qui notantur infamia*, bina matrimonia contrahentes, & bina sponsalia comparari quoad infamem, quem sic etiam communiter intelligunt ex doctrinâ textus *in dict. l. eum qui eod. ad leg. Iul. de adulteriis*, in illis verbis: *In ea enim re, non iuris effectus, quo ciues nostri matrimonia contrahere plura prohibentur, sed animi destinatio*: de habente vnam vxorem, & aliam sponsam eodem tempore, Cauall. *res. crim. 98. num. 32. cent. 1.* Farinac. *de delictis carnis dict. q. 140. n. 27.* cum aliis, ac dicat D. D. Rodericus de Acugna *de confessariis sollicitantibus q. 5. n. 8.* cnnarum in delictis S. Officij pu-

74 niri ab Inquisitoribus. † Adhuc non præstant euidens fundamentum: quia fatendo Riccius *dicta res. 373.* delictum Polygamiæ esse punibile cum deuentum fuit ad actum proximum, puta sponsalia, maximè ad præsentiam Parochi instrumenta dotalia, & publicationes secundùm omnes negat punitionem pertinere ad Inquisitores, sed tantùm ad alios Iudices ordinarios rei spectare dicit.

75 Et licet dict. Cæsar Carena *dicto §. 7. num. 43.* referat de prædicto puncto practicasse ad modum, ac sæpius Romæ, & quod habito longo colloquio in Congreg. S. Officij facta coram Card. compareo anno 1637. inquisitore Montareo, & consultoribus, resolutum fuerit per eos posse Inquisitores hæreticæ prauitatis de iure cognoscere causas istorum coniugatorum, qui prima coniuge viuente, sponsalia cum secunda contraxissent maximè si coram Parocho; quia scilicet Parochus sigillatim consensum sponsi, & sponsæ accepisset, quomagis apparet de voluntate contrahendi secundum matrimonium verè, & effectualiter. † 76

Nihilominus consideranda est praxis nostra non procedendi, nisi contra Polygamos veros, in quibus abusus Sacramenti consideratur, vt retulimus; non enim in casibus proximè adductis, in quibus dict. Collega noster Trasmiera *dict. lib. 2. de Polygamia q. 4. num. 15. & 16.* negat contrahentem bina sponsalia subdi iurisdictioni Inquisitorum; quia cum in huiusmodi contrahente, non adsit Sacramentum, nequit considerari abusus illius, iuuat Sousa *in aphorism. inquisit. lib. 1. dict. cap. 35. num. 6.* quem referunt ipse Carena, & Diana *dicta p. 4. tract. 7. res. 4 vers. sed hic*, qui quamvis à Carena pro se adductus sit citatus, ipse tamen praxim Carenæ *ibi* in vers. *quodquidem*, videtur admittere in inquisitione Romana, dicens ibi posse procedere; quia ibi Polygami abiurant de vehementi; & sic pro attentantibus tantùm polygamiam temanere abiurationem de leui; in nostra tamen inquisitione Hispanica non sic; quia, vt diximus Polygami, vt suspecti de hæresi abiurant tantùm de leui. Et sic concludit, quod si attentantes tantùm Polygamiam de leui abiurarent, puniretur delictum attentatum, vt consummatum, nesciens quid tunc ab inquisitoribus faciendum, optimumque fore consilium, si Siciliæ Inquisitores exposcerent determinationem à nostro supremo generali Inquisitore.

Pro complemento etiam possent hic adiici alij 77 plures casus videlicet de ordinato in sacris, aut Monacho professo nuptias cõtrahentibus, sed non propriè, cum ex aliis principiis super illis decernatur, de quibus legendi sunt omnes iam adducti, Diana, Carena, Bordonius, Simanchas *dict. c. 40. ex num. 5. de Cathol.* & alij penes eos: quare concludimus cum eodem Diana *dicta p. 4. tr. 7. res. 4. vers. notandum est*, cum Moura *de incant. opuscul. 1. sect. 3.* † Quod si aliquis consulat alicui, vt binas 78 nuptias contrahat incurrit easdem pœnas, quas idem Polygamus, iisdemque punitur; & sic refert idem Moura perpetuo mente tenendum vidisse in praxi damnatam eadem pœna matrem consulentem filiæ, vt secundo nuberet, ac ipsam filiam; quia non minor contra matrem ita concutientem suspicio non benè sentiendi de matrimonio insurgebat, quam contra filiam: repetunt Cæsar Carena *dict. p. 1. tit. 5 §. 8. num. 51.* noster D. Trasmiera *de polygamia lib. 3. q. 5. per totam.* † Qui etiam *lib. 2.* 79 *q. 13. & lib. 3 dict. q. 5. & de oblig. denunciandi q. 4. cap. 5. num. 4.* & Carena *dict num. 51. in fin.* addunt idem omnino dicendum de mandante polygamiam, & contraheote per procuratorem secundum matrimonium, quinimo, & de procuratore ipso, si sciat eius, cuius oomine secundum matrimonium contrahit, habere vxorem.

Item quod testes falsi, qui deposuerunt coram 80 Episcopo de morte primæ vxoris: ita vt ea de causa præstita est licentia viro ad secundas nuptias, cum alia, possunt ab Inquisitoribus puniri, quando sibi constat illos falsum dixisse, quia fuerunt causa contractæ Polygamiæ, sine quibus vir non contraxisset secundum matrimonium, in tantum quod etsi testis neget deposuisse, & appareat de subscriptione sui dicti coram Notario facta, tunc ei non

sit

ſic credendum neganti, ſed Notario, dumtamen
facta ſit depoſitio ſimul coram vicario, alias tes
maneat ſub dubio; ſic vt tantum poſſint inquiſi-
tores pergere ad inueſtigandum quis auctor fuerit
falſitatis, qua noo comperta, non poſſint vlterius
cogooſcere: ita Bordonius, *de officio Inquiſit. dict.*
cap. 22. *n. fin.* & ante illum omnino legendus; quia
latè loquitur Cæſar. Carena *in eodem tract. p.* 2. *tit.* 5.
§. 13 *à n.* 67. *ad* 73. ex doctrina Giurbæ, Bobadillæ,
Guazini, ſeſſ. Natæ, Laurent. Rolandi à Valle,
Farin. & aliorum.

81 Vltimo quod hucuſque dicta habeot locum in
muliere Polygama, ſicut habent in viro Poly-
gamo, quia etiam in illa interuenit abuſus Sacra-
menti, vt defendunt Simanchas, *de Cathol. cap.* 40.
de matrim. n. 5. Petrus Maſſinus *in ſua praxi S. Offi-*
82 *cij p.* 9. *aſſert.* 36. † Et idem de viro ſoluto, qui
ſciente contrahit cum maritata, quidquid dicat
Cantera, *p.* 4. *quæſt. crimin. cap.* 4. *num.* 19. eo quod
talis conttahens præſumitur potius conttahere cum
maritata ad eam ſeducendam, & calore libidinis,
quam animo aburendi Sacramento Eccleſiæ, cum
hæc ratio militet etiam in ipſa Polygamia & io
quocumque Polygamo, qui tamen indiſtinctè ſub-
duntur Inquiſitorum foro: ſic Carena, *dict.* §. 8.
num. 47. & 49. Souſa *in aphoriſmo inquiſit. lib.* 1. *dict.*
83 *cap.* 35. *num.* 9. † qui non excuſar hunc vitium ab
hæteſis ſuſpicione, niſi ignoranter contraxerit cum
maritata. Et facit Abbatis Doctrina *in cap.* 2. *de*
ſponſa duorum gloſſa in l. vtrum ff. ad leg. Pompei,
84 *de parricidio l. ſi quis vxori ff. de furtis.* † Et hæc
manifeſtè iam certa in praxi apparent, cum poſt
longam competentiam inter conſilium Aragoniæ,
& hoc ſupremum Ioquiſitionis conſilium, & poſt
factas conferentias, & conſultationes, fundamen-
tis iuridicis ad Regem noſtrum Philippum IV. viſa
conſultatione noſtri Concilij 25. Decemb. 1659.
qua ſatisfactum fuit aliis dicti coosilij Aragoniæ
prætendentis ad eius iuriſdictionem pertinere
cognitionem cauſæ Michaëlis Fiori ſuper de-
licto duplicis matrimonij. Et viſis omnibus ſua
Maieſtas in decreto ſequeoti remiſit hanc & ſimi-
les cauſas ad forum S. Inquiſitionis, declarando
eſſe illarum Inquiſitores iudices priuatiuos in ver-
bis ſequentib. *el conocimiento de eſta cauſa pertenece*
à la inquiſiçion, y an ſi è mandado que por el conſeio
de Aragon ſe ordene, quela Iuſtiçia ordinaria alçe
lamano de ella y remita el preſo, y los aucto a la
Inquiſition de Cerdeña.

85 Ad ſecundam quæſtionis partem ſuppoſitis *hic*
dictis, *à n.* 1. & quæ dixi *in cap.* 2. *hoc tit. q.* 3. de
diſpenſationibus Pontificiis, quæ vocantur præ-
ſeruatiuæ, ac præſentiuæ, quales ſunt ibi exem-
plificatæ, & illæ, quas imperiti ſont Paolus IV.
die 29. Aprilis 1557. & Pius V. vt teferunt, *director.*
inquiſit. p. 2. *cap.* 1. Sayrus *lib.* 6. *cap.* 17. *n.* 15. Scorcia
in conſtit. Pontific. epithome 10. *Theorema* 34. *in fine.*
86 † Statuentes inquiſitores, conſultores, & alios
inquiſitionis miniſtros eſſe immunes ab omni irre-
gularitate quantumcumque, & quomodocumque
ad hæreticorum condemnationem concurrant, tra-
dendo illos curiæ ſæculari; quia ſi credimus gloſſæ
cap. ad abolendam. de hæret. verbo *Laicus*, reum
tunc, non tam tradi, quàm relinqui vt indicauit
Eymericus, *in director. p.* 3. *in nouo modo terminandi*
proceſſum fidei n. 108. qui videtur diſtinguere inter
reum laicum, & clericum; quod non admittit benè
loquens Suarez *de cenſuris diſp.* 45. *num.* 10. vbi do-
cet tuta conſcientia vtroſque in hæreſim incidẽtes,
87 ac pertinaces rectè tradi. † Sed tutius, eſſe ait, vt
fiat traditio cum ea tamen proteſtatione, † quæ 88
commendatur *in cap. nouimus de verb. ſignif.* ibi *effi-*
caciter debet pro reo intercedere, vt citra mortis
periculum circa eum ſententia moderetur: nam ex
quo degradatus eſt Clericus ſuo priuilegio cleri-
cali, non aliter tradetur Clericus, quam laicus cu-
riæ ſæculari, cum iam, vt laicus reputetur ad verba
eiuſdem textus, ibi, *qui fuerit degradatus, tanquam*
exutus priuilegio clericali, ſaculari foro per conſe-
quentiam applicetur, & licet Roſinus *art.* 33. neget
quando hæreticus eſt relapſus, pro illo eſſe inter-
ceſſionem illam faciendam; at idem Suarez, ex
verbis, ſequent. *dicti cap. nouimus*, ibi, *propter hoc*
vel aliud flagitium, non ſolum damnabile, ſed dam-
noſum, reiicit Roſinum *ſupra ſub num.* 13. eo quod
Eccleſiaſticus iudex non ſit periturus flagitium,
qui potius debet oſtendere animom ad abſoluen-
dom, cui abſolutioni iuuat *Regia lex* 60. *tit.* 6. *p.* 1.
iqi, *pero ſu Prelado deue rogar por el quele aya al-*
guna merced, ſiquiſiere; quæ verba referuntur ad
ius canonicum antea ſic præcipiens.

Et quamvis Couar. relatus à Suarez *ſupra dict.* 89
diſp. 45. *ſub n.* 11. & 12. dicat tutius eſſe, quod inqui-
ſitores noo tradant ſic damnatos iudici ſæculari,
ſed eos condemnent coram iudice laico, atque ita
damnatos, à propria iuriſdictione dimittant, vt
ipſe poſtea ſuum munus exequatur. † Tamen 90
quia iura antiqua *in cap. cùm clerici de iudiciis, cap.*
degradatio de pœnis lib. 6. *cap. ſi quis Sacerdotum*
11. *q.* 1. & Concilium Trid. *ſeſſ.* 13. *c.* 4. *de reformat.*
vtuntur verbo, *tradendi*, ſeu *in dicto cap. nouimus*,
verbo, *applicatur*, ad quod Villalobos *in ſumma*
p. 1. *tract.* 21. *diſ.* 25. *n.* 8. & 9 legendus reducit ver-
bum, *tradendi*, Trid. & antiquorum iurium: † Et 91
ex dictis coonceſſionibus Pauli, & Pij *ad dict. cap.*
directorij, ait talem interceſſionem non eſſe oeceſ-
ſariam; imo Simanchas, *de Cathol. inſtit. tit.* 34.
num. 47. docet nullam proteſtationem neceſſariam
eſſe in conſignandis hæreticis brachio ſæculari. &
videntur admittere loquentes etiam de aliis iudi-
cibus Eccleſiaſticis iuxta intellectum, *dict. cap. no-*
uimus, Didacus Perez *in l.* 3. *gloſſa* 1. *pag.* 90. *col.* 2.
in princip. & *col.* 92. verſ. *ſed eſt dubium tit.* 4 *lib.* 8.
ordinam. Zerola *in praxi Epiſcopali p.* 1. verbo, *hæ-*
retici §. 12. Barboſa *in dicto cap. nouimus n.* 3. dicen-
tes, vt debeat fieri relato curiæ ſæculari, abſque
metu irregularitatis; quamvis per huiuſmodi tra-
tiooem ſequatur mors, vel mutilatio, videndi Fil-
liucius *tom.* 1. *tract.* 19. *cap.* 9. *n.* 244 Layman. *lib.* 3.
ſect. 4. *tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. in terminis Maiolus
de irregul. cap. 9. *num.* 8. & *cap.* 10. *num.* 5. *lib.* 2. &
lib. 5. *cap.* 48. §. 2. *num.* 9. Henriquez *lib.* 4. *cap.* 12.
n. 5. & *ibi Margarita lit.* C. Madin. *in ſum. lib.* 1. *c.* 11.
§. 10. Leander *de irregul. tract.* 2. *diſp.* 7. *reſol.* 39.
& 40. Diana *p.* 4 *tract.* 7. *reſol.* 51. Barboſa *in cap. ex-*
communicamus 13. *de hæret. n.* 5. cum Simanchas,
Feliciano, Viualdo, Pegna, Azeuedo, & Zerola,
Sanctarellus *de hæreſi cap.* 26. *num.* 7. qui etiam di-
cunt inquiſitores nullam irregularitatem incurrere
etiam ſinon præmittant proteſtationem, & inſtent
pro ſententiæ executiooe, ſi Iudex ſæcularis illam
differat, & quod poſſint Inquiſitores inſtare ſub
graui comminatione, vt comburatur, tenuerunt
etiam Sayrus *de cenſ. lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 15. Auila
p. 7. *diſp.* 1. *ſect.* 1. *dub.* 2. verſ. *ſequitur* 2, Diana *p.* 4.
tract. 8 *dict. reſol.* 51. Suarez *de cenſ. diſp.* 47. *ſect.* 1.
num. 10 Pelizarius *tom.* 3. *tract.* 7. *cap.* 5. *ſect.* 4. *q.* 9.
num 163. & alij per eos contra Couarr. *in clem. ſi*
furioſus de homicidio p. 2. §. 5. *num.* 6 *in fine*, tenen-
tem ſententiam negatiuam ſequentibus verbis,

Et

& sanè si argumentatio Speculatoris foret valida, sequeretur ex ea posse absque metu irregularitatis Inquisitores iudici sæculari consulere, vt hæreticus ei traditus morte afficeret. Quod verum non est, nec Iure Pontificio probari potest. Sed contra illum scribunt relati, & Cornejo *disp.* 11. *de irregularit. dub.*1.*q.*2. Gibalin. *eodem tract. n.*62.*c.*4. *difficult.*14. *q.*3. *consect.*7. Sconcia *in Bullis Pontificum epitome* 10. *theorema* 34. & praxi sic docet.

92 Et probant relati, ac referendi, quia Iodices Ecclesiastici, & inquisitores tradentes degradatos reos, vel hæreticos Curiæ sæculari, non cooperantur ad mortem, Gaspard. Hurtado *de irregularit. disp.* . . *dif.*11.*n.*42. Emanuël Sa, verbo *irregularitas* §. *ex deformatione licita n.*4. Mercerius *in* 3.*p. q.*24. *de irregularit. dub.*6. Bonacina *de censur. disp.*7.*q.*4.*puncto* 1.*n.*27. non enim sunt causa proxima, quæ necessaria est ad incurrendam irregularitatem ex defectu lenitatis, nempè dictum, vel factum ex natura sua tendens ad mortem, Homobonus *in examine Eccles.p.*2.*tract.*12.*c.*1.*q.*2. Vega *in resp. casu* 37.*p.*1. Turrian. *de cens.lib.*9.*disp.*66. *dub.*3 Megalius *in* 3.*p.instit.* Peregrin.*lib.*7.*cap.*5. *n.*39. Bizoxerus *in summa c.*5 *de cens.num.*1.§.*dixi septimo.*

93 Vnde ad nostri dubij responsionem, quæ non est facilis negotij, de qua diebus proximè præteritis, fuit dobitatum in nostro Consilio supremo Inquisitionis coram Dom. meo D. Didac. de Arxe, & Reynoso Inquisitore generali, nec resoluti in persona cuiusdam Domini *Baro* Regni Valentiæ Familiaris S. Officij in carceribus illius inquisitionis præsentati, atque detenti, in quē Marchio de Camarasa, Comes Riuadauiæ, & Castri *ibi* Prorex, & Regentes Curiæ sæcularis exposcentes sibi tradendum, nec gaudendum foro inquisitionis, vt comprehensus in concordatis inter illum Regnum, & inquisitionem anni 1568. & 1594. quibus cauetur præcipuè *in c.*10. ne admittantur
94 ad Familiares, Barones illius Regni. † Et eo quidem, quod ille Baro auxilium occultatione præstaret, ne quidem ex Bannistis apprehenderetur, & inueneram in terminis disputantem Dianam *de irregularit. p.*4.*tract.*2.*res.*101. dum inquirens, *an Inquisitores possint remittere Familiares Iudici Laico, quando non gauderet priuilegio fori absque metu irregularitatis?* post longam concertationem visus amplecti, vt possint illos remittere iurè ac sine tali metu, nihilominus concludit, interrogatus de illo casu ab Inquisitoribus Regni Siciliæ in casu tanti momenti consulendum esse summum fidei quæsitorem, ac hoc Sanctæ Inquisitionis consilium; ideò in puncto iuris dicam quid sentiendum.

95 Igitur quod licet non adsint pro Inquisitoribus aliæ Bullæ præseruatiuæ, seu præuentiuæ, sicut relatæ Pauli IV. & Pij V. videtur vt in quocumque casu, etsi non præuenissent reum incarcerando Iudices Regij, & Laici, iam Familiares delinquentes, quàm cæteri noo familiares possint remitti Laico sine metu irregularitatis. Primo ex fundamentis proximè iactis, nempè vt sic tradendo non sint Inquisitores, sicut nec Iudices Ecclesiastici caosa immediata mutilationis, aut mortis delinquentis traditi Curiæ sæculari, non enim isti Iudices dictant sententiam sanguinis, nec ad eam inducunt, sed solùm permittunt, vt à sæculari brachio capiatur, & iudicetur; in quo, vt resoluit Suarez *supra dict. disp.* 47. *num.*13. in fine noo concurrunt per se ad mortem.

Secundo suadetur ex Bulla Gregor. XIV. *de immunitate Ecclesiastica*, cuius verba referunt communiter DD. de immunitate Ecclesiarum scribentes, quam & refert Scorcia *in const. Pontific. epitome* 152. *Theorema* 385 vbi loquutus super intellectu illorum verborum *ibi*: *Nec possint tradi curiæ sæculari, donec Episcopus, vel eius deputatus cognoscat, an reus commiserit illa crimina, & tunc de Episcopi mandato consignetur curiæ sæculari*: sic in fine §. 4. *&* 5. † Vbi Pontifex pro- 96 97
hibet, ne ipsa curia sæcularis sibi arroget authoritatem extrahendi delinquentes, sed solùm cum licentiâ Episcopi, vel eius Officialis, seu Vicarij, non alterius inferioris, etiam si fuerit ordinarius nec non interuentu personæ Ecclesiasticæ habentis ab eo authoritatem in casibus in Bulla expressis, & *in c.p. inter alia de immunit. Eccles.* in quibus immunitate loci Ecclesiastici non gaudent confugientes ad eam, nisi requisiti noluerint interuenire capturæ, vt cum Couarru. Guido Papa, Claro, Saliceto, Ambrosio, & Farinac. explicat *ibi Theorema* 386. cum ergo debeat extractio fieri authoritate Episcopi, & non aliter sequitur vt liceat Iudicibus Ecclesiasticis tradere illos, præstando saltim assensum absque metu irregularitatis.

Tertio suadetur ex concordata *legis Regiæ* 20. 98
*tit.*1. *lib.* 4. *recop.* vbi Narbona *glossa fin. num.* 1. Diana *dicta res.*101. ex cuius verbis cauetur, quod Familiaris delinquens si præuentus est in carcere inquisitionis ibi sit detinendus; donec pendente inter Iudices Laicos terminetur iuxta praxim cautam in ipsa lege an Familiaris pateat delicti exceptuati in ipsa concordia, remitti mandetur Iudici Laico. Et patet quod delicta mihi exceptuata sunt ex maioribus, ratione quorum Iudices sæculares solent frequenter pœnam sanguinis irrogare de facto, & absque scrupulo irregularitatis, Inquisitores tradunt curiæ sæculari similes Delinquentes, & ex sola concordata dictæ legis Regiæ, quam nec audiui, nec legi fuisse ab vllo ex Pontificibus confirmatam; ergo prouenit à solo assensu Domini Inquisitoris generalis, cum quo tunc temporis facta fuit, ac prosequitur cum successoribus, qui forte ad hanc admittendam praxim moti sunt prædictis, & aliis similibus fundamentis Iuridicis absque vlla dispensatione præseruatiua; quod idem credi; imò sequi potest in Polygamo præuento ab Inquisitoribus, si à curiâ sæculari ex alio graui delicto petatur.

Contra hæc videntur quod Iudices ferentes 99
sententiam mortis sine effusione sanguinis, irregularitatem ex defectu lenitatis incurrant; quia certum est, quod voce *sententiam sanguinis*, Pontifex Innocent. III. *in dicto cap. sententiam sanguinis, ne Clerici, vel Monachi*, intelligit sententiam mortis, vel mutilationis, quocumque modo hæc fiat. Et sic euenire, vt si mors sine effusione sanguinis contingat, aut fiat, vel vt cum quis suspenditur, vel suffocatur, aut alimento priuatur aut inedia, aut carceris fœtore affligitur; ita vt inde moraliter, ac celeriter sequitur mors, perinde sit, vt præter Canonistas, ibi Barbosa *in dicto c. cum multis*, vbi glossa, Suarez *dict. disp.*47.*sect.*1. *num.*2. Filliuc. *tract.*19. *cap.*9. *q.*6. Pelizar. *tom.*2. *manual. cap.*5.*sect.*4.*q.*7.*num.* 61. Machado *lib.*1. *p.*3.*tract.*18.*docum.*2.*n.*2. Couar. *in clem. si furiosus* 2.*p.*§.5.*n.*7 Sayrus *lib.*6 *cap.*15.*n.*4. Gibal. *de irregularitate cap.*4. *consectario* 7. *diff.* 3. *pagina* 261. Leander *de irregul. tract.*2. *disp.*7. *quæst.*7. & 16.

100 † Deinde quia hoc idem de Inquisiroribus, qui hæreticos muto includendo, aliovè modo affligendo, ita ipsis, aut aliis reis victum diminuerent, vt famè perirent, aut eo carcere includerent, ex cuius fætore breui extinguerentur, qui tunc dictam irregularitatem incorrerent de iure; sic vt non iuuarentur dicta dispensatione præseruatiua Pauli IV. & Pij V. cum tantùm loquantur de inquisitoribus tradentibus hæreticos Curiæ sæculari: sic docent Vgolin. & cum eo Gibalious *supra dis.3. in fine*, Leander *quæst.*17. qui tantum limitant in eo casu, quod ioquisitores muro includendo victum non oegarunt; quia ille carcer non est tam arctus, quin viuere diu possit, quamvis non sine molestia, & incommodis, etsi contingat, vt reus sic immuratus moriatur.

101 Secundo ex *cap. si Iudex Laicus de sent. excom. lib.6. & dict. cap. nouimus*, quibus patet ex vi præcepti Apostolici, ac dispensatione præseruatiua Iudices Ecclesiasticos tradendo reos Curiæ sæculari, non iocurrere irregularitatem, sicut neque Inquisitores tradendo hæreticos per indultum dict. Pauli IV. & Pij V. & in re tam necessaria, qualis est expurgare Rempublicam Christianam à peruersione hæreticorum. Sed in casu de quo loquimur nullibi cautum est Iure Canonico, nec alia speciali dispensatione præuentiua Pontificum; ergo vtcumque Familiares Polygamos, aut alios delinquentes tradant Curiæ sæculari, incurrent Inquisitores irregularitatem; præcipuè, si cousideremus præceptum tradendi Familiares, dimanare à concordia Regia, & Domini Inquisitoris generalis, qui nullam ad id potestatem habuerunt.

102 Tertio, quia vt colligitur *ex cap. tua nos*, de homicidio, vbi DD. & Adamus, Tannerus docet *in 3. p. D. Thomæ disp.6. quæst.*10. *dub.*13. *num.*106. quod detegens malefactorem, vt comprehendatur, incurrit irregularitatem. At in casu nostro, vt considerat Diana *dicta p.4. tract.2. res.*101. vers. *& tandem*, non solùm detegunt Inquisitores malefactorem Familiarem, sed Curiæ sæculari tradunt, ergo videtur resoluendum, vt sicut ad tollendos scrupulos, & pacandas conscientias, Pontifices solent dispensare, & concedere multa priuilegia, quæ io rigore necessaria non forent, arctiori quidem causa, & in casu nostro, debeat à Pontifice requiri, atque postulari alia specialis, & præuentiua dispensatio, vt omnis metus, siue suspicio irregularitatis fugiatur. Et perpensis his vltimis fundamentis placuit potius hæc sententia D. Inquisitori generali D. Didaco de Arce Doctissimo quidem, & D. D. Christophoro Moscoso nostri Consilij & de Coosilio Castellæ admodum erudito, & cæteris de nostro Consilio prudentissimis atque literatissimus.

AD TEXT. IN CAP. V. Debitum, hoc titulo. De Bigamis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Bigamia irregularitas, vt contrahatur, requirit matrimonia ritè contracta, & corporum commixtionem.*

2 *Sacerdos minimè fieri prohibetur, qui ducit vxorem ab alio viro ductam, sed minimè cognitam.*

3 *Sacerdos fieri non prohibetur, qui duxit vxorem illam, quam prius cognouit.*

4 *Matrimonium ratum consensu perficitur, consummatum copula.*

LICET per hunc textum soleant DD. in- 1
tegrum de bigamis materiam tractare, at cum iam ex dictis *supra ad Rubr. & in cap.1. & 4.* integrè illa explicetur, & *in cap. fin.* & dictum sit *ibi* latè veram bigamiam contrahi ex duobus matrimoniis successiuè contractis ritè, & consummatis; ad quod conducunt verba textus hic, *& commixtio corporum*, aliàs si ea commixtio noo reperiatur in vtroque: etsi in vno tantùm bigamiæ irregularitas non contraherur, vt indicant verba sequentia: *Profectò coniugium illud, quod non est commixtione corporum consummatum, non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum, & Ecclesiam, per Incarnationis Mysterium est contractum.* † Quare optimè concludit Ponti- 2
fex *hic*, quod bigamus non sit, ac per consequens sacerdos fieri non prohibeatur ille, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minimè cognitam duxit vxorem, nec ex solo matrimonio cum vidua, nisi cum ea copulet, & consummet iuxta quæ dixi *in Rub. quæst.*1. vers. *ad secundam*, & vers. *ad tertiam*, *& ibi quæst.2. & in cap.1. quæst 1. & ibi quæst.2.* & quæ dixi de matrimonio cum vidua *in cap. nuper 4. hoc tit.* & ad hæc tendunt verba ibi: *Cum ergo propter Sacramenti defectum inhibitum sit, ne digamus, aut maritus viduæ præsumat ad Sacros ordines promoueri; quoniam nec illa est vnica vnici, nec iste vnus vnius profectò, vbi deficit inter huiusmodi coniuges commixtio Corporum, non deest huiusmodi signaculum Sacramenti. Vnde is, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minimè cognitam duxit vxorem, quia nec illa, nec ille carnem suam diuisit in plures, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoueri.*

Et sic ad hæc vltima verba possunt adiungi 3
quæ retuli *in d. c.1. q.2. à n.1.* vbi dum agens de materia textus *in cap. penult.* hic egi de quæstione, *an bigamia incurratur per multiplicem concubinatum, deficiente matrimonio Iure, vel de facto?* Et quia ex verbo *diuisit*, Barbosa *hoc n.5.* dicit quod is, qui duxit vxorem à se primo corruptam, potest promoueri, cum Couarru. Sanchez, Bellet. Henriquez, Viualdo, Emanuël; ideo de ratione adiunges *hic* quæ adduxi *in dicto cap. nuper q.1.* in vers. *ad quartam.*

In verbis ibi: *Quod cum duo sint in coniugio,* 4
videlicet consensus animorum, & commixtio corporum, de quorum significatione ad propositum de bigamia explicat Pontifex Innocent. III. in verbis statim seqoentibus. Tamen quia ex istis verbis significantur requisita ad matrimonium ratum contrahendum, scilicet consensus contrahentium; item, & matrimonium consummatum per copulam; ideo de vtriusque differentia, & de praxi post concilium *in tit. infra de sponsalib. & matrim.* dicemus vnde iam ad difficultatem, quam solent DD. tractare hic per glossam, Iudico solùm deueniendum.

QVÆSTIO

Qvæstio I.

An vir corruptus ducens virginem, & cum ea copulans, sit bigamus, & irregularis? Et quia negatiuè respondetur, tunc inquiritur de ratione, quare maior castitas in vxore, quàm in viro requiratur, cum fides eorum soleat ad paria iudicari?

Svmmarivm.

1 *Vir corruptus contrahens cum Virgine, non fit irregularis* num.2. *& de ratione,* num.3.4.5.& num.14.

4 *Consensus matrimonij ineuntis, non cadit supra se ipsum, sed fertur in alterum coniugem, &* n.5.

6 *Actus nullus sortitur speciem à termino* à quo, *sed a termino ad* quem, & n.10.

7 *Fœmina si capax esset irregularitatis, efficeretur vtique irregularis propter viri corruptionem, sicut efficitur vir ducens corruptam.*

8 *Matrimonia duo legitima cum duplici vxore Virgine contrahens, est verè bigamus.*

9 Cap. si quis viduam el.2. dist. 34. & numero 11.

10 *Irregularis efficitur consummans duplex matrimonium, non ob vitium matrimonij initi, sed ob ipsius multiplicitatem.*

11 *Castitas maior cur requiratur in fœmina, quàm in viro*, n.15.& 16.

3 *Vir post mortem vxoris incontinens per vagum concubitum, non reddit Sacramenti significationem imperfectam, aut defectuosam.*

14 *Adulterium vxoris, & viri ad paria, quoad diuortium iudicantur. Quid in praxi*, numero 16.

15 *Delicta mutua, compensatione tolluntur.*

16 *Adulterium fœmina maiorem irrogat iniuriam viro, quàm adulterium viri ipsi fœmina.*

17 *Bigamus verus, & interpretatiuus ex vidua, nequit ordinari; quia nec illa est vnica vnici nec vir vnus vnius.*

1 ET quod bigamus, & irregularis fiat corruptus, vir contrahens cum virgine, suadetur ex dictis, *supra in cap. nuper de viro contrahente cum corrupta ibi quæst.1. & 2.* latè, & videtur suaderi ex verbis hic: *quoniam nec illa est vnici, nec iste vnus vnius*; patet enim quod vir carnem suam diuisit in plures, nempe in vxorem, cum qua consummat, & in fœminam prius fornicariè cognitam.† At vero DD. communiter contrarium do-
2 cent per glossam in verbo *cognitam*, hic dicentes talem virum, nec esse bigamum, nec irregularem, quia non est id expressum in iure, sicut est in casu, quo vir contrahit cum corrupta, sicut docet Sanchez cum infinitis *de matrim.disp.84. lib.7. num.9.* Castrus Palaus *disp.6. puncto 8. num.4.* Filiucius *tract.19.cap.4.q.8.num.*116. Leander *de irregularit. tract.2.disp.6.quæst.17.* Bonacina *quæst.7. puncto 5. num.7.*& alij *infra* referendi à quibus rationem inquiremus.

Vnde laborant interpretes in perquirẽda ratione 3
differentiæ, cum in proposito videatur, vt maior vrgeat ratio contra virum corruptum ducentem Virginem, quam si Virgo duceret corruptam; siquidem in priori casu verè vir carnem suam diuiserit in plures, nimirum in vxorem, cum qua consummat, & in fœminam prius abeo fornicariè cognitam, quod non contingit in posteriori casu, vbi fictè, & interpretatiuè dicitur carnem suam in plures diuisisse, iuxta quæ dixi de contrahente cum vidua, aut ab alio corrupta, *in Rub. & in cap.nuper 4. hoc tit.* & ad minus in vtroque casu deficit significatio matrimonij Christi cum Ecclesia, in quo vterque intactus est, vt in dictis locis latè explicuimus, & patet ex textus nostri littera.

Sed adhuc communiter DD. insistunt firmando 4
virum illum non esse bigamum, & irregularem propter rationes plures, quas adducit glossa *hic* in dicto vers.*cognitam*, vbi leges, quas refutans D. Thomas *in 4.dist.27.quæst.3.art.1.quæstione* 3. illam quidem veram rationem tradit ab omnibus ferè postea sequutam Theologis, & nonnullis iuris peritis; nempè quia consensus matrimonium ineuntis non cadit supra seipsum, sed fertur in alterum coniugem. Atque ita ipsemet contrahens 5
sit, quasi terminus à quo; is autem, cum quo contrahit, sit quasi terminus ad quem fertur alterius coniugis consensus. † Sed nullus actus sorti- 6
tur speciem à termino *à quo*, sed à termino, *ad quem*, ergo vitium corruptionis ipsius viri, qui est terminus à quo respectu sui matrimonij non debet ipsi nocere, vt irregularis efficiatur, sed vitium corruptionis in termino ad quem. † Atque 7
subinde expendunt DD. si ipsa fœmina irregularitatis capax esset: efficeretur vtique irregularis propter viri corruptionem, sicut vir talis efficitur ducens corruptam; & hanc tenent etiam Maiol. *de irregularit.lib.1.cap.33.n.3.vers.altera*, Couar. *in clem.si furiosus de homicid.p.1.§.2.num.3.* Vgolinus *de irregul.cap.56.§.3.* Tiraquel. *in l.1. connubial. num.35.* Zenedus *ad Decretales collect.166. num.4.* vers. *item*, Sayrus *de cens. lib.6. cap. 4. num.13.* Suarez *eodem tract.disp.39.sect.3. num.9.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. num.86.* Ioannes Gutierrez *de matrim. cap.107. num.11.*vers.*ratio* Campanil. *in diuers. Iuris Canonicis Rub.11.cap.6.num.11.* Barbosa hic *num.4 & in pastorali part.7. allegat. 49. num. 14.* cum eisdem.

At quia huic veræ rationis acriter impugnat 8
Bellarminus, quam referunt Barbosa, Campanil.& Thomas Sanchez *infra*, referendus *lib.1. de cleric.cap.24. ad finem*, ex eo quod duo matrimonia consummans legitima cum duplici vxore Virgine, est verè bigamus; & irregularis, cum tamen in termino ad quem non sit vitium, sed in ipsomet viro ad duplices nuptias transeunti: inde concludit hunc ducentem corruptam, non esse irregularem irregularitate bigamiæ, sed quod ita statuerit Ecclesia ob Dignitatem ordinum, cum nulla differentiæ ratio possit assignari.† Item quia 9
in cap.si quis viduam el.2.dist.34. de quo *sub Rub. & in dicto cap.nuper*, dixi) prohibetur Sacerdos fieri qui duxit fornicariam, similiter qui duxit Ancillam, aut Comœdiatum Actricem, vbi nullum locum habet bigamia, Sed sola infamia.

10 Nihilominus non obstat Bellarminus, cum ratio D. Thomæ, & aliorum firma, sit petita ex termino à quo, & termino ad quem iuxta relata *hic* in vers. *sed adhuc*, petita quidem ex similitudine actuum naturalium, qui speciem à termino ad quem sortiuntur; quia etsi non omnino conuincat, vt in cæteris moralibus rebus euenit, respondent DD. pro nostra sententia, & præcipuè Sanchez ad rationes Bellarmini *lib. 7. de matrim. disp. 84. num. 9. in fine*, legendus ad primam, quod consummans duplex matrimonium non efficitur irregularis propropter vitium matrimonij initi, sed ob ipsius multiplicitatem, ac proinde non spectetur, an vitium sit à termino à quo vel ad quem, ex quo actus speciem sumit, sed quando est vnicum matrimonium cum corrupta, ait vt tunc consurgat irregularitas ex ipsius matrimonij vitio, ac proinde iure optimo peti vt id vitium consurgat ex termino
11 ad quem: † Nec obstare ait eius secundam rationem ex textu *in dicto cap. si quis viduam*, cum non sit impedimento, quod in illo textu plures irregularitates signentur ex diuersis causis; ita Sanchez.

12 Verùm quia Suarez *de cens. dict. disp. 49. sect. 3. num. 8. & 9.* de hoc dubio agens sub difficultatis quæsito cur maior castitas ex parte vxoris, quàm ex parte viri requiratur ad effectum bigamiæ; Et adducendo rationem prædictam D. Thomæ, qua inducit satis metaphoricam esse, & subtilem pro qualitate materiæ: aliam ponit dicendo, fortasse Ecclesiam considerasse moralem etiam rationem; quia defectus virginitatis in sponsa maior est indecentia, & vir potest facilè illam vitare; esseque quandam infamiæ notam ducere ab alio cognitam extra matrimonium; & hæc omnia cessare ait quando corruptio præcessit ex parte viri, qui etiam irregulariter loquendo valdè est difficile Virginitatem seruare ante matrimonium; indeque Ecclesiam noluisse ad hoc obligare omnes ordinandos. Nec difficile reddere matrimonium cuiuscùmque hominis prius incontinentis, quod sequeretur si per illud quis fieret irregularis.

13 Vnde fit vt non obstent alia, quæ *in dicto cap. nuper* scripsi probans virum virginis, quæ adulterata est, esse bigamum, si ante adulterium illam cognouit, & post illud, & contra euenire, vt si vir qui Virginem duxit postea concubinam habeat vtrum dicatur bigamus irregularis; eo quod diuisit carnem suam in plures. Quia respondetur, quod licet vir post mortem vxoris, quam solam, & Virginem prius duxerat, incontinens sit per vagum concubitum; non ideo reddat Sacramenti significationem imperfectam, aut defectuosam; indeque in eo casu non dari irregularitatem probat Suarez *dicto num. 9. in fine*; quatenùs est ex defectu Sacramenti; non enim ait propter illud crimen esse aliquam irregularitatem à iure impositam, nisi redundet in publicam infamiam: ita ille, cui & ego ego adhæreo cum existimari possit iura canonica non excogitasse à primis illam rationem Diui Thomæ, & aliorum, sic methaphisicam, etsi in se vera sit ad propositum nostri dubij.

14 Contra hæc omnia possumus insurgere, dicendo quod sicut vxoris adulterium est causa sufficiens, vt vir ab ea diuertat, sic & è contra adulterium viri, vt ab illo diuertat vxor; quia vir, & vxor sunt pares in causa celebrandi diuortij ob adulterium, ac proinde, sicut vir innocens potest ab adultera diuertere; ita & è contra vxor innocens à viro adultero *ex cap. fin. 32. q. 7. cap. idolatria 28. q. 1. cap. Apostolus 32. q. 7. cap. præcipue 32. q. 5. cap. vxor. q. 7. cap. si quis vxorem el. 1. in fine 32. q. 1.* & ex Paul *ad Corinth. 7.* cum infinitis Thomas Sanchex *de matrim. lib. 10. disp. 3 num. 6.* de quo videbis plura, quæ scripsi *in cap. litteras, de restit. spoliator*, & alibi, & agam latè *infra de diuortiis*.

Tamen non hæc obstant; quia etsi regula iuris 15
sit vt mutua delicta, mutua compensatione tollantur; in sic mutua adulteria viri, & vxoris, vt tractãt DD. *in cap. ex litteris de diuortiis*, ex disputatione DD. *ibi*, cuius species alia videtur esse. At ad nostrum casum nihil facit prædicta obiectio, cum hic agamus de bigamia ob defectum significationis Sacramenti matrimonij Christi cum Ecclesia, qui non sic inuenitur æque in viro adulterante, sicut in vxore adultera, quam postea cognouit vir iuxta rationem adductam D. Thomæ. † Imo 16
videmus vt vxor propter viri adulterium etsi innocens non diuertat, è contra verò viros diuertere ex adulterio vxoris, quod quidem paret contingere; quia maior est iniuria, quæ irrogatur viro ex adulterio vxoris, quàm vxori ex adulterio viri; etsi non inde vxor innocens repellatur à diuertendo propter viri adulterium, vt communis fatetur, & hæc pars iuuatur ex dictis cum Suarez *hic* in vers. *verum*, quare amplius non insistimus in disputanda hac quæstione, cum iam satis liqueat.

Nec obstant relata textus nostri, *supra in prin-* 17
cip. ibi: *quoniam nec illa est vnica vnici, nec ista vnus vnius*; quia vt videbis ex verbis paulo ante ibi: *cum ergo propter Sacramenti defectum inhibitum sit, ne digamus, aut maritus viduæ præsumat ad Sacros Ordines promoueri*, quibus traditur vera ratio, cur veri bigami, de quibus dixi *in cap. 1.* prohibeantur ordinari; item & bigami interpretatiui, quales sunt contrahentes cum viduis; de quibus latè, *in dicto cap. nuper 4.* & reddit rationem Innocent. III. in citatis verbis: *quoniam nec illa est vnica vnici, nec iste vnus vnius*, quæ distant à sensu, ad quem applicabantur in obiectione, vt paret ex iam longè dictis in præcitatis locis, & in Rub. imo, & in hac quæstione.

AD TEXT. IN CAP. VI. Quia circa, hoc titulo. De Bigamis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Presbyter adulteri, incestuosus, stuprator, seu plures habens concubinas, num dicatur irregularis, & n. 4.*

3 *Fornicationis simplicis peccatum, quale remissiuè.*

EXTVS iste quatenus decidit, vt non 1
sit bigamus, qui plures habuit concubinas, manet intellectus, *supra in cap. 1. q. 2. vers. ad primam.*

Quatenus vero in vers. ibi: *Tanquam simplici* 2
fornicatione notatis, explicant Azot. *instit. moral. p. 3. lib. 3. c. 17. quæst. 7.* vers. *in hac*, quod ideo hæc dicitur fornicatio simplex, non quia non sit etiam

facti

facrilegium, fed vt distinguatur ab aliis luxuriæ peccatis speciali qualitate, & substantia affectis, in quæ incidit Presbyter v.g. ab adulterio, stupro, vel incestu; nam cum in Sacri Ordinis susceptione adsit votum solemne castitatis; ideo ratione illius committit clericus fornicans incestum; quamvis mulier ex sua parte committat tantùm simplicem fornicationem, Azor. *dict. cap.17.q.7.* Barbosa *hic n.3.4.& 5.* cum Emanuël Nauarro, Zenedo, Franchis, Sanchez, Menochio, Surdo, Stephano Gratiano. Nec mihi displicet explanatio Ægydij Bellameræ; ideo quidem de simplici fornicatione Papam egisse ad differentiam bigamiæ, irregularitatis ex ea contractæ, de qua principaliter dubitabatur, an scilicet eam incurrent Presbyter plures habens concubinas? & quod merito negarit Pontifex; quia tanquam vxores ductæ non sunt, vt requiritur *in cap. nuper 4. hic*, vt *ibi* dixi, & *in c.1. ac in Rubrica*.

3 De peccato simplicis fornicationis adiunges quæ dixi *supra in cap.9 de ætate, & qualitate ordinand.* verf. *ad tertiam*, & adiunges quæ scribunt Doctores *in tit. de cohabitatione Clericorum, & in cap. vt Clericorum de vita, & honest. Cleric.* vbi de pœnis, & de dispensatione ad ordines.

4 Nec hic ex verf. *si Presbyter*, aliquid potest adiungi de bigamia similitudinaria, de qua latè dico *in cap. fin.* statim sequenti, cum Clericus plures habens concubinas, nullam tamen sub affectu matrimoniali, qui saltim requiritur ad contrahendam bigamiam hanc.

AD TEXT. IN CAP. FIN. Nullus, hoc tit. De Bigamis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconatus ordo, num sufficiens sit ad contrahendam bigamiam similitudinariam, &* n.2.& q.1. n.10.

1 AD textum istum quatenus loquitur de Subdiacono contrahente matrimonium cum vidua, possunt applicari dicta *supra in cap.3. & in cap. nuper 4. hoc tit.* sed quia potest aliquis opponere, quod iuxta ius antiquum Subdiaconatus ordo computetur inter ordines minores per textum *in cap. ex antiquis dist.55.* & per illa, quæ notaui *in cap. miramur penult. de seruis non ordinandis, & supra in cap.1. cum cap. fin. de Sacram. non ordinandis*; ideo posses hic applicare intellectum, quem præstiti in præmisso *dicti cap. nuper*, ad textum illum per verba ibi: *Quod cum huiusmodi Clericus*, quæ de constitutis in minoribus ibi intellexit Suarez; & sic istum textum; sicut illum pertinere ad bigamiam interpretatiuam, de

2 qua dixi *ibi* latè. † Tamen quia multi illum etiam intelligunt de similitudinaria: nam Presbyter contraxit; & hic de Subdiacono cum vidua contrahente, sermo fiat, & Subdiaconatus ordo inter sacros iam reputetur, vt *in dicto cap. miramur, de seruis non ordinandis, & in Rubrica de temporib. ordinat. & de ætate ordinandor. & in dicto cap.1. & fin. de Sacram. non iterandis*, & bigamia simili-

tudinaria, vt iam signaui in principio Rubricæ dicatur illa, quam incurrit ordinatus in sacris, sed professus in religione nuptias contrahens; ideo de illa, & eius effectibus, ac de illius dispensatione hic agendum iudicamus cum communi Doctorum.

QVÆSTIO I.

An ex vnico matrimonio nullo interdum contrahatur irregularitas propter bigamiam similitudinariam? An professus matrimonium iniens cum vidua sit irregularis? Et quid si Clericus in sacris constitutus? Et an si virginem ducat? Et an desideretur copula, & qualis?

SVMMARIVM.

1 *Bigamia similitudinaria contrahitur ex vnico matrimonio nullo, cum Clerico in Sacris constituto, vel Religioso professo, contra aliquos, qui eam negant*, numero 2. 3. & 7.

3 *Bigamia similitudinaria datur iuris introductione*, n.4.5. & 6.

4 Cap. quotquot 27. q.1. & n.5.6.& 8. & n.16 & 17.

5 *Bigamia similitudinaria contrahitur ab illo, qui voto castitatis ligatus est, nam adstrictus voto solemni censetur, spirituali quodam matrimonio coniunctus cum Christo, & Ecclesia*, n.6.

8 *Bigamus similitudinarius efficitur per quæcumque vota substantialia religionis constituentia personam inhabilem ad contrahendum matrimonium.*

9 *Clericus in sacris contrahens cum vidua à primo marito cognita, fit irregularis*, numero 10.

10 *Subdiaconus vnico tantùm matrimonio inito, eoque irrito fit bigamus, non ob defectum significationis Sacramenti, sed defectum intentionis. Et de ratione*, n.11.

12 *Bigamiam similitudinariam multi dicunt non contrahi à Clerico in Sacris contrahente cum virgine, sed tantùm cum vidua, vel si contraxisset vnum matrimonium ante ordinem, aliud post cum virgine*, n.13. 14. 15. & 16. *Verius si cum virgine, vt à* n.17. & n.20.21.

14 Cap. fanè 3. de Clericis coniugatis numero 19.

15 Cap. Presbyter dist.28. cap. Presbyterum eadem distinctione.

16 *Bigamia similitudinaria est magis propria quando professus, vel professa contrahit matrimonium.*

17 *Bigamus est qui castitatem promissam violat.*

18 Cap.1.& 2. qui Clerici, vel Monachi.

20 *Bigamia non similitudinaria, sed propter ordinis irreuerentiam videtur illa, quæ oritur ex matrimonio contracto cum virgine à Clerico in sacris.*

21 *Professus, vel in sacris constitutus, ob duo fit irregularis, si contrahat.*

22 *Professus, seu clericus in Sacris, vt bigamus fiat contrahendo, num debeat interuenire copula remissiuè.*

1 AD primam quæstionis partem liquet responsio ex dictis in vers. *ad secundam*, & *quæst.2.hic* cum ergo *supra in Rubr. in cap.1.& cap. nuper*, loquuti simus de bigamia vera, quæ contrahitur ex duplici matrimonio successiuè valido, & de bigamia interpretatiua, quæ oritur ex matrimonio cum vidua, vel ex vnico matrimonio valido, & alio inualido eodem tempore ex quo vocatur polygamia, de qua *ibi*, & *in dicto cap.1. q.1. à n.1.* & ad similitudinem fit iure introducta alia bigamia, quæ vocatur similitudinaria, quæ oritur ex matrimonio nulliter contracto à clerico in sacris constituto, vel à religioso professo. Ideo rectè Doctores concludunt interdum ex vnico matrimonio nullo, contrahi irregularitatem propter bigamiam similitudinariam, vt constat appertè
2 ex *infra* dicendis: † quod est verum, etsi glossa *in cap.2.hoc tit.* dixerit duplicem esse tantùm bigamiam veram, scilicet & interpretatiuam verbo, *in bigamis*, quasi ex eo velint aliqui negare dari bigamiam similitudinariam, quam testatur esse communem Montagne, *de bigamis q.4.num.1.ad finem*, cuius contrarietatis effectum videndum esse apud Rebuffum, *de pacificis possessoribus n.193.* commendat Zeualos *in pract.quæst.157. in fine*, vt no-
3 taui sub Rubrica. † Et Suarez *de censuris* dixit *disp.49.sect.3.num.1.* similitudinariam dari ex iuris introductione, quia sine illo esse non potest, cum ex natura rei non sit, & colligitur ex communi summario textus nostri, ex quo omnes dicunt quod subdiaconus, qui viduam duxit, & cognouit, bigamiæ pœnam incurrit; licet bigamus non sit. Et rationem huius bigamiæ reddunt Campanillas *in diuers. iuris Canon. Rub.11. cap.6.num.12.* Barbosa cum eo *in dicto cap. nuper. 4. num. 5.* ex affectu scilicet intentionis cum opere subsequuto.

4 Ad secundám quæstionis partem nonnulli respondent, quod si professus contrahat matrimonium, illudque consummat, non incurrat bigamiæ irregularitatem, quia verba textus *in cap.quotquot.27.quæst.5.* ibi: *Quotquot Virginitatem pollicitam præuaricata, sunt professione contempta inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt*, falso extendatur à nonnullis ad professum: sic Henriquez *lib.12.de matrim.c.6. n.50.* Palaçios *in 4.dist.27.disp.4. colum.7.* Gibalin. *de irregularitate cap.3. q 4.à num.19.dict.cap.quotquot*, solum loquitur de fœminis, quæ Virginitatem promissam præuaricatæ sunt, interdicens eas inter Virgines, aut Diaconissas consecrari.

5 Sed quia ex dicto textu de bigamia similitudinaria Doctores profitentur, quæ contrahitur ab illo, qui voto castitatis ligatus est, quale promittitur à Religioso professo, vel in Sacris Ordinato: sic si post horum quilibet matrimonium contrahat, † quia adstrictus voto solemni censetur spirituali quodam matrimonio coniunctus cum Christo, & Ecclesia, & deinde volens carnaliter cum alia coniungi per matrimonium, censetur celebrare duo matrimonia, quamvis autem secundum carnale, scilicet inualidum sit per impedimentum procedens à voto solemni, vel Sacro Ordine, Et quia tamen adest effectus intentionis cum opere subsequuto, inde iudicetur bigamus similitudinariè propter similitudinem ad verè bigamum, docuerunt per illum textum Nauar. *in manuali cap. 27.num.19. vers. similitudinaria*, & *cons.1. hoc tit. num.7.vers.ex quibus*, Couarruu. *in clem.si furiosus p.1 §.2.num.2.vers. tertio*, Flamin. *de resignat.beneficior.lib.5.quæst.3.num.190.* Nicolaus Garcia *de beneficiis p.7.c.6.n.15.* Sanchez cum aliis *de matrim. lib.7.disp.85.num.8.* Beller. *disquisit. Clerical. p.1. tit.de disciplina Clericali §.6.num.40.* Bonacina *de cens.disp.7.quæst.2.puncto 5. num.2.* vers. *bigamia* Filiucius *tract.19.cap.4.* Auila *de censuris p.7.disp.8. dub.1.vers.bigamia similitudinaria*, Luysius *de censuris lib 9 disp.70.dub.3.* Vasquez *in tract. manu scripto de matrimonio*, Palaus *tom.6. tract. de cens. disp.6.puncto 8.num.15.* Petr. Cornejo *de irregularis.disp.10.dub 2.quæst.5.* Bauny *tract.51.de irregularis.quæst.12.pag 459.* Hurtad. *disp.2.de irregular. dif.13.num.43.* Machado *lib.1.sum.q.3.tract.17. docum.3.num.12.* Barbosa *in dicto cap. quotquot.* & *in pastorali p.2.alleg.49.num.55.* & *hic* in textu nostro Vgolin. *de offic.Episcopi cap.56. §.3. num.4.* Campanil. *in diuers.Iuris Canon.Rub.11.cap.6.n.12.* Richard. Palud. Ledesma, Valentia, Sa, Toleto, Rodriguez, Ludouicus Lopez, & alij, quos citat Sanchez *supra*, Leander. *de irregul. tract.2. disp.6. quæst.23. in fine*; ideo à nobis dicendum est talem professum esse irregularem.

Et insuper probatur ex Concilio Aureliano, 7
cap.23. ibi: *Monachus in Monasterio conuersus, si pellici postea, vel vxori fuerit sociatus tanta præuaricationis reus, numquam Ecclesiastici gradus officium sortiatur.* Et ex Concilio Toletano II. sub Bonifacio II. *in cap.1. de clericis, & Monachis*, & præter adductos docent ex Theologis, Maiorus, Sotus, Calera, Angles, Vega, Rosela, Armila, Tabiena, Astensis, Clamas, Viualdus, ex iuristis Speculator, Monald, Alterius, Angelus, Borgasius, Montagna, Turrecremata, quos referunt Sanchez, Leander, & alij *supra* ex modernis.

Nec obstare docent DD. nostri verba textus *in* 8
dicto cap. quotquot; quia vt dicit Sanchez *dicta disp.85. lib.7.de matrim. num.8.* licet ibi sermo sit de fœminis id à fortiori in viris procedere firmat: ita ille, sed videtur melius respondendum cum Suarez, Bulsamon, Dionys. Filiucio, Gibalino, & cum Pellizario *quæst. 34. num. 88.* quos sequitur Leander *supra* quod in textu, *dicti cap. quotquot* sermo sit de vtrisque; quia licet à Gratiano in genere fœminino proferatur; in textu tamen Græco in masculino haberi modo sequenti *quotquot Virginitatem pollicitam præuaricati sunt*, vel vt alia versio habet) *quicumque Virginitatem profitentes &c.* & ita tenendo Suarez *sub dicta sect.4.n.2.* addit *ibi*, in fine applicari ad professionem religionis, etiam per quæcumque vota substantialia religionis, & constituentia personam inhabilem ad matrimonium, quia per illa fit vera Virginitatis, seu castitatis professio.

Ad tertiam quæstionis partem, an Clericus in 9
Sacris constitutus contrahens cum vidua, incurrat bigamiæ irregularitatem? Et licet ex adductis *supra* in vers. *ad secundam*, videatur dicendum, vt non incurrat, sicut existimatunt non incurrere professum, Henriquez, Palacios relati à Sanchez *supra dicta disp.83.n.7.* & Gibalinus *ibi* adductus, & Basilius *de matrim.lib.7. cap 15. n.7.* quia idem debet dici de Clerico in Sacris, ac de professo.
† Tamen sine dubio tenendum est ex textu no- 10
stro, quod Clericus in Sacris constitutus viduam cognitam à priori viro, vxorem ducens, ac cum illa consummans, efficitur irregularis, cum Ponti-

fex

fex hic expresſè proferat Subdiaconum non eſſe
propriè bigamum ex inito vnico tantùm matri-
monio; eoque irrito; nec quod defecerit à ſigni-
ficatione Sacramenti matrimonij, ſed ob affectum
intentionis ineundi matrimonij cum opere carnali
ſubſequuto, eſſe irregularem inſtar bigami: ſic
colligunt ex hoc textu Abbas antiquus, Zabarella,
Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andreas, Hoſtienſis,
Innocent. Panormit. Anania, Butrius, Barboſa, &
alij Ordinarij hic, Viuianus *in rationali libri 1.
Iuris Pontificij pag. 339.* Alagona *in compend. iuris
can. pag. 121.* Nauarrus *in dict. cap. 27. man. n. 195.
post medium, & dict. conſ. 1. hic num. 3.* Sanchez
dict. diſp. 85. lib. 7. de matrim. num. 1. Campanil. *in
diuerſ. iuris canon. Rub. 12. cap. 6. n. 12.* Rota apud
11 Farinac. *deciſ. 357. num. 2. p. 2. recent.* † Et poteſt
eſſe ratio, quia ſicut *ex cap. 3. cap. nuper, cap. debi-
tum*, alij viduarum mariti laici, fiunt interpreta-
tiuè irregulares vt *ibi in dict. cap. nuper*, diximus
ita fiant bigami ſimilitudinarij Clerici in Sacris
conſtituti cum vidua contrahentes matrimonium,
opere ſubſequuto, etſi per ſe nullum ex iam di-
ctis. Et ſic hanc bigamiam incurrere exiſtentem
in Sacris, qui cum vidua, vel ſecunda vxore con-
trahit, Dominic. *in cap. vnico num. 6.* & Franc. *n. 5.
hoc tit. lib. 6.* Petr. de Soto *lect. 18. de matrim. pag. 4.
verſ. hac igitur,* Anton. Cuchus *lib. 4. inſt. mor. tit. 12.
n. 160. & 161.* & alij.

12 Ad quartam difficultatis partem quid dicen-
dum ſi Clericus, aut profeſſus contraheret cum
virgine, & exiſtimant plures illam bigamiæ ſimi-
litudinariæ non incurrere; quia quemadmodum
Laicus cum virgine contrahens, illam non incur-
rit; etſi à ſe prius cognita, vt dixi *ſupra in dict. c.
nuper 4. q. 1. verſ. ad vltimam*, ita hic. Secundo
quia textus inducentes bigamiam hanc, loquuntur
de conſtituto in Sacris, qui duplex init matrimo-
nium, alterum ſcilicet ante Ordinem Sacrum, &
alterum poſtea, vt *in dict. cap. nuper*, vel quando
poſt Ordinem Sacrum ducit vnicam viduam, ta-
13 men, vt in textu noſtro. † Quare vt *ſupra* dictum
eſt, ſicut in Laico matrimonium contrahente
cum vidua, vel ab alio corrupta verificatur bigamia
interpretatiua naſcente ex affectu duplicis matri-
monij, & ex defectu vnionis Sacramenti matri-
monij cum Eccleſia iuxta *dict. cap. debitum*, & quæ
dixi *in dicto cap. nuper*, ita in Clerico, cum non vi-
deatur alia ratio militare, quam ex affectu, opere
ſubſequuto, vt docent Anton. *in dict. cap. nuper,
n. 7. & ibi* Abbas *n. 3.* Palatios *in 4. diſt. 17. diſp. 4.
col. 7.* Henriquez *lib. 14. de irregul. cap. 4. ſtatim in
princ. in comment. & lib. 12 de matrim. cap. 6. n. 10.
in comment. lit. I,* Tolet. *lib. 7. ſum cap 8. fin.* dum
ait nullo textu probari hanc irregularitatem Cleri-
ci ineuntis matrimonium; & ita eſſe incertam, qui-
bus addo Gaſpar. Hurtad. *diſp. 2. de irregul. diſ. 13.
num. 48.*

14 Et hæc ſententia fulcitur amplius ex textu *in
cap. ſanè 2. de Clericis coniug.* vbi dici videtur de
Sacerdotibus matrimonium contrahentibus, non
manere irregulares: ſic Abbas *in dict. cap. nuper
num. 3. per dict. cap. ſanè*, dicens in eo caſu Sacer-
dotem tantùm eſſe ſuſpenſum, & non ſuſpenſio-
ne propria, ſed latè ſumpta, quæ per ſolam pœni-
tentiam auferri poteſt, quando delictum eſt oc-
cultum, & ſic videtur exponere Hoſtienſ. *in dict.
cap. nuper num. 7 & in dict. cap. ſanè*, dum ait pro-
pter illud delictum Sacerdotem eſſe à ſuo officio
ſuſpenſum, quando crimen eſt notorium; ita vt
irregularis fiat celebrando; ſi autem ſit occultum
ſignificat nullum contrahere impedimentum; imò
& Archidiac. ac ſumma Piſana, quos citat Sylue-
ſter, dixerunt hanc irregularitatem non incurri, niſi
tale matrimonium contrahatur cum corrupta, qui
ſupponere videtur *dict. c. ſanè*, loqui de Sacerdote
contrahente cum virgine.

Itaque Suarez *de cenſ. dicta diſp. 49. ſect. 4. ſub* 15
num. 4. ait videri hanc eſſe probabilem opinionem
quoad omnes Clericos in ſacris; quia nullum eſt
ius, quod expreſsè illos faciat irregulares propter
vnicum matrimonium cum virgine, & quod alio-
qui ſit alia pœna in iure, quæ pro illo caſu impo-
ſita videtur *in dict. c. ſanè*; & quod *in cap. Præſby-
ter diſt. 28.* ſolùm dicitur, vt Præsbyter in eo caſu
ſit deponendus, & *in cap. Præſbyterum eadem diſt.*
& quod ſi ex ignorantia culpabili in hoc crimen
inciderit, non priuatur Cathedra, ſeu beneficio,
ſed ſolùm officio ordinis, vt patet ex gloſſa ibi,
& ex Gratian. *in §. vltimo, diſt. 32.*

Quod ſi obſtes dicendo profeſſos hanc irregu- 16
laritatem incurrere etiam cum virgine contrahen-
tes ex dictis ſupra in verſ. *ad ſecundam*, videtur
reſpondendum cum eodem Suarez *dicta ſect. 4.
num. 5.* vt hoc argumentum non efficax ob regu-
lam generalem, quod in irregularitatibus non va-
let argumentum à ſimili ſine expreſſo iure (de
quo *in cap. is qui de ſent. excomm. lib. 6.*) Deinde
quia in profeſſione religionis videtur eſſe ratio
ſpecialis, cum ibi magis contrahatur ſpeciale vin-
culum cum Chriſto ratione cuius matrimonium
poſtea ſubſequens inducit bigamiam ſimilitudina-
riam, referens hoc vinculum non inueniri in Cle-
rico in ſacris; quia nec ratione ipſius ordinis, vt
per ſe conſtat, nec ratione voti, quod ſolùm per
accidens ex ſtatuto Eccleſiæ impedit, & dirimit
matrimonium contrahendum; non vero diſ-
ſoluit contractum; indeque Rota dixerit *in deciſ. 1.
hoc tit.* Bigamiam ſimilitudinariam ſolùm eſſe,
quando Monachus, vel Monialis profeſſa matri-
monium contrahit de facto. Et ſic patet textum
in dict. cap. quotquot 27. q. 1. ſolùm loqui de re-
ligioſis.

Nihilominus probabilius docent alij DD. Cle- 17
ricum in ſacris incurri hanc bigamiæ ſimilitudina-
riæ contrahentem etiam cum virgine, & ex ſolo
vnico matrimonio, iuxta gloſſam *in cap. ſuper eo 3.
hoc tit.* quatenus dicit eſſe bigamum, qui caſtita-
tem promiſſam violat, quæ citat textum *in dicto
cap. quotquot*, quod ita videtur intelligendum, quia
profiteri caſtitatem in proprietate latina, ſignifi-
cat omnem ſolemnem modum aſſumendi ali-
quam obligationem: quare licet nominet Mona-
chum, eſt quaſi materialiter, & gratia exempli,
non ad limitandam irregularitatem: ſic Rota *in
dicta deciſ. 1. de bigam.* Paludan. *in 4. diſt. 27. q. 24.*
Suarez *d. ſect. 4. diſp 49 de cenſ. n. 3. & 6.* vbi quod
hoc modo eſt ſatis expreſſa incitato iure hæc irre-
gularitas.

Et confirmatur primo *ex cap. 1. qui Clerici, vel* 18
vouent. vbi dicitur poſſe Epiſcopum cum Diacono
qui vxorem accepit poſt peractam pœnitentiam
diſpenſare, vt Diaconi officium exequatur. Se-
cundo *ex cap 2. eodem*, vbi deciditur de Subdia-
cono, qui vxorem accepit, vt ſi ad religionem
tranſeat, concedat Epiſcopus ei aſcenſum ad or-
dines ſuperiores; quod ſi tranſire nolit, minimè
permittat eum in Subdiaconatu miniſtrare, nec
ad alios ordines promoueri, ſed ſolùm in mino-
ribus miniſtrare; ex eo quia hic poſt matrimo-
nium ſimilitudinarium initum cum Chriſto per

votum solemne castitatis ordini annexum de facto ad alias nuptias transiuit, eas consummans copula. Tertio confirmatur ex doctrina *dicti cap. nuper hoc tit.* quia licet principalis casus eius, non sit de hac bigamia, vt ibi diximus tamen Pontifex videtur in argumentum à simili adducere, vt Suarez ait, addens sic etiam interpretari *dict. cap. Præsbyterum dist.* 28.

19 Imò idem Suarez quod textus *in dict. cap. sanè 2. de Clericis coniug* rectè intellectus, non solùm non obstat, verum, & quod hoc confirmet: nam *ibi* dicitur Sacerdotem, qui nuptias contrahit post longam pœnitentiam, & vitam laudabilem, posse ad executionem ordinum restitui per dispensationem sui Episcopi, non ergo Pontificem negare manere irregularem, quin potius supponere committendo dispensationem Episcopo concurrentibus illis circunstantiis. Et sic docent hanc sententiam Angelus, verb. *bigamia num.* 7. Syluester *n.* 3. & *ibi* summa, Rosella, & Armilla *n.* 7. D. Antonin. 3. *p. tit.* 28. *cap.* 3. Nauar. *in man. cap.* 27. *dict. n.* 195. Couar. *in clem. si furiosus* 2. *p.* §. 2. *num.* 2. Maiolus *lib.* 1. *de irregul. cap.* 33. *num.* 7. Flamin *de resign. benef. lib.* 5. *q.* 3. *num.* 190. Humana *p.* 1. *tit.* 3. *l.* 5. *super gloss.* 34. *num.* 1. ex antiquis Iuristis Abbas *in dict. c.* 1. *qui Clerici, vel vouentes*, ibi Alex. de Neuo *n.* 4. Hostiensis *in sum. hoc tit n.* 3. Aufrerius *decis. Tolosana* 235. *num.* 5. Rebuff. *de pacificis possess. n.* 194. idem Couar. *in* 4. *decret.* 2. *p. cap.* 6. §. 3. *num.* 1. Borgasius *de irregul. p.* 5. *hoc tit. n.* 47. Anton. Cuchus *lib.* 5. *instit. mor. tit.* 12. *n.* 114 Matienc. *lib.* 5. *recopil. tit.* 1. *Rubrica glossa* 1. *n.* 157. Zeuall. *in pract. q.* 558. *n. vnico*, ex Theologis Durand. *in* 4. *dist.* 27. *q.* 4. *n.* 7. Supplem. Gabriel, Sotus, Zelara, Angles. Petr. Ledesma, Bartol. Ledesma, Ludouic Lopez, Viuald. Vega, ac Llamas, quos sequitur Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *disp.* 85. *num.* 5. *in fine*, quibus addo Campanill. *in diuers. iuris can. dict. Rub.* 11. *cap.* 6. *num.* 12. Barbosam *hic num.* 3. *in fine, & in pastorali dicta alleg.* 49. *num.* 15. *in fine*, Auilam *p.* 7. *disp.* 8. *dubio* 1. vers. *bigamia*, Bonacin. *disp.* 7. *q.* 2. *puncto* 5. *n.* 2. *in fine*, Filliuc. & Cornejo, quos sequitur Leander *de irregul. tract.* 2. *disp.* 6. *q.* 24. *in fine.*

20 Quod si velis hanc bigamiam appellare non similitudinariam, sed propter ordinis irreuerentiam, & in pœnam incontinentiæ; & sic velis conciliare Doctorum sententias, vt conciliat Sylu. verb. *bigamia*, in princ. non est cur sit contradicendum, quia textus adducti probant hunc esse irregularem; at non probant hunc esse bigamum: ita cum multis ex adductis Sanch. *sub dict. n.* 5. in vers. *quod si nolis*, dicés non conferre ad rem moralem, siue vnum, siue aliud dicatur modo fateantur hunc esse irregularem; quia licet dicamus bigaesse bigamiæ similitudinariæ irregularitatem, tenebimur dicere non ob defectum significationis, sed ob delictum contrahi, vt *ibi* dixi etiam per textum *in dict. cap. nuper*, vt tenuerunt Anton. *hic num.* 9. Abbas *num.* 6. Henriquez *lib.* 6. *de matrim. num.* 11. Manuël. *tom.* 1. *summæ in* 2 *edit. cap.* 158. *in penult.* Vega *tom.* 1. *summa cap.* 38. *casu* 1. *in fine*, Layman. *in Theologia Morali lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 5. *c.* 6. *dict.* 2. Castius Palaus *disp.* 6. *de cens punct.* 8. *n.* 12. Pellizar. *de irregul. q.* 34. *cap.* 5. *sect.* 2. *num.* 102. ex Ægid. Gibalin. *eodem tract. cap.* 3. *q.* 4. *n.* 21. & 22. & omnes hi per textum *in dicto cap.* 1. *qui Clerici, vel vouentes, & dict. cap.* 2. *eodem.*

21 Quare videtur non extra rem fuisse loquutum Syluestrum, dum dixit professum, vel in sacris constitutum esse irregularem propter duo. Primo ob similitudinem ad verè bigamum, & hoc modo solùm esse talem, quando corruptam ducit, quia si ordo non adesset, adhuc esset bigamus. Secundo modo ratione præsumptionis de incontinentia, & ad maiorem Sacri Ordinis reuerentiam; & sic irregularem, quamvis ducat vnicam, & virginem, vel vt Hostiensis *in dicto cap. sanè Sacerdotes*, verb. *ex vndegenus de Clericis coniug.* Abbas *ibi num.* 2. & Imola *num.* 2. dicunt Clericum in sacris contrahendo matrimonium esse suspensum, non ea suspésione, quæ irregularitatem inducat celebrando, sed esse suspensum instar cuiuslibet notarij criminosi, ac proinde si matrimonium non sit notorium, sed occultum, minimè indigere dispensatione; sed probabilius dicendum est ex adductis in vers. *nihilominus*, hunc cum virgine contrahentem incurrere irregularitatem bigamiæ similitudinariæ ob rationem similitudinis dictam.

Ad quartam quæstionis partem, an vt hanc irregularitatem incurrant professus, siue in sacris constitutus contrahendo cum vidua, vel virgine, desideretur copula consummata, seu qualis? Respondebis per dicta *supra in Rub. q.* 1. vers. *ad secundam, & tertiam*, & *in cap.* 1. *q* 2. ex vers. *ad secundam*, ex dictis *in dicto cap. nuper*, vbi affirmatiuè. 22

QVÆSTIO II.

An Iesuita post biennium iam ab eo votis simplicibus emissis, matrimonium contrahendo, incurrat bigamia similitudinaria irregularitatem? Et an illam incurrat, qui post emissum votum simplex castitatis matrimonium contrahit? Aut illam contrahat vir solutus ducens in vxorem Monialem iam professam? Et an bigamia similitudinaria priuet in Sacris constitutum, aut professum priuilegio fori, & canonis; item & beneficiis, aut Officiis Ecclesiasticis?

SVMMARIVM.

1 *Iesuita post biennium verè dicuntur Religiosi; & sic irregulares ex bigamia, si contrahant matrimonium*, n. 2.

3 *Bigamia irregularitatem verius est, vt non incurrat qui voto simplici castitatis adstrictus contrahit*, n. 4.

5 *Bigamus similitudinarius non censetur contrahens solutus, contrahens cum moniali professa.*

6 *Bigami similitudinarij non priuantur priuilegiis Clericalibus.*

AD primam quæstionis partem fortè nonnulli respondent negando in verè professis dictam bigamiam, cum textus *in cap. quotquot* 27. *q.* 1. solùm loquatur de fœminis, quæ virginitatem promissam præuaricatæ, sunt interdicens eas inter virgines, aut Diaconissas consecrari ex doctrina Henriquez, Gibalini, & Basilij Pontij, quos retuli *q* 1. vers. *ad primam*, & sic multò facilius in Iesuitis negabant. 1

Tameṇ

2 Tamen quia ibi resolutum est Religiosos professos matrimonium contrahentes, incurrere irregularitatem bigamiæ similitudinariæ, & eodem modo hic in præsenti casu resoluendum putamus quia post constitutionem Gegorij XIII. de qua aliqua *sub tit. de temp. ordin.* Iesuitæ post biennium emittentes vota simplicia, verè dicuntur Religiosi & sic inhabiles ad matrimonium contrahendum. Quod si de facto contrahant, etiam cum virgine illos esse irregulares docent Pellizar. *de irregul. cap. 5. sect. 2. q. 34. num.* 88. Ioan. Præposit. *q. 5. n.* 136. Leander *tract. 2. disp. 6. q.* 27. Filliucius *tract. 19. q. 9. n.* 119. Luysius *de cens. lib. 9. disp. 70. dub. 3. in fine*; quod si de contrahente cum virgine intendas dicere aliud, recurres ad longè adducta *q. praced.* vers. *ad tertiam.*

3 Ad secundam quæstionis partem, an illam similitudinariam incurrat, qui post emissum votum castitatis, simplex contrahit matrimonium? Et licet firment Borgasius *de irregul. p. 5. hoc tract. n.* 29. Maiolus *de irregul. cap. 33. lib. 1. num.* 7. & Ludouicus Lopez *de irregul. num.* 22 *in* 1. specie irregularitatis, quos refert Thomas Sanchez *lib. 7. de ma-*
4 *trim. disp. 85. num.* 11. † Tamen verius est, vt illam non incurrat; quia non reperitur in iure, sicut reperitur in eos, qui post emissum votum solemne castitatis matrimonium contrahunt ita docent idem Sanchez, & cum eo Leander *supra q.* 25. Luysius *de censuris dicto lib. 9 disp. 70. dub.* 3. non enim de isto simplex votum emittente est eadem ratio, ac de professo, vt patet, & dicimus latè *ad titul. de regularibus*, *& qui Clerici, vel vouentes.*

5 Ad tertiam quæstionis partem de soluto contrahente cum Moniali professa, idem resoluendum esse existimo; eo quod nullibi hæc irregularitas reperitur in iure, & faciunt pro hac sententia omnia, quæ adduxi *in cap. debitum hoc tit. ibi q.* 1. quæ hic valent applicari pro maiori fundamento: sic docent Henriquez *de matrim. dict. lib. 12. cap. 6. num.* 10. & cum eo Thomas Sanchez *dicto lib. 7. disp. 85. num fin.* vbi dicit, vt merito discedatur à contraria sententia, Leander *vbi supra q.* 26. Cornejo *de irregul. dubio 2. disp.* 10. vers. *sed quid de Laico, qui est intelligendus*, Saytus *de cens. lib. 6. cap. 4. sub fine*, Gibalinus *de irregul. cap. 3. q. 4. consect. 10. n.* 34.

6 Ad quartam quæstionis partem, adiectis hic, quæ adduxi *supra in cap. 2. q.* 1. vers. *ad vltimam*, vbi diximus verbum similitudinarium non priuari dictis priuilegiis; licet per ibi dicta vers. *ad quartam*, aliter videatur resoluendum; siquidem bigamus verus, & interpretatiuus priuantur; præstat differentiæ rationem Suarez *de cens. disp. 49. sect. 5. num.* 7. quia Clerici in sacris; donec degradentur, nunquam priuantur priuilegio Clericali, nec habitu, & Tonsurâ; item quia illi non possunt contrahere verum matrimonium; ob idque semper maneant in statu Clericali; addens quod cum dicta bigamia similitudinaria non contrahatur, nisi à Clerico in sacris, vel professo, vt dictum est *hic q.* 1. inde eueniat, vt tales, licet irregulares sint, non tamen priuentur.

Qvæstio III.

An Papa solus dispenset, seu possit etiam Episcopo cum Clerico in Sacris constituto, qui contraxit matrimonium cum vidua vel corrupta? Quid si contraxit cum virgine? Et nùm Abbates saculares, seu Commissarius cruciatæ, aut Prælati Regulares queant cum illis dispensare? Et an Episcopus possit dispensare in bigamiâ similitudinariâ religiosi professi? Seu absolutè dispensare, quando talis bigamia oritur ex delicto occulto?

Svmmarivm.

1 *Dispensare ad Papam spectat, quoties constat, vt nec Episcopi, nec alij possint dispensare.*
2 *Dispensare potest Episcopus ad ordines, vel vt ministret cum vnica, & virgine Clerico contrahente; secus si cum vidua, vel corrupta, vel si duplex matrimonium init, vt distinguitur*, n. 3.
3 Cap. sanè, & cap. 1. qui Clerici, vel vouentes.
4 Cap. nuper. hoc tit.
5 Cap. 2. ne Clerici, vel Monachi.
6 *Episcopus potest dispensare cum Clerico viduam ducente quoad beneficium.*
Cap. Presbyterum dist. 28.
7 *Abbates saculares si iurisdictionem Episcopalem non habeant, nequeunt dispensare cum bigamo similitudinario.*
8 *Prælati regulares iurisdictionem habentes, dispensant cum suis subditis in bigamia similitudinaria, &* n. 9.
9 *Commissarius cruciata potest dispensare cum bigamo similitudinario.*
10 *Episcopus potest dispensare cum professo, qui contraxit cum vnica, & virgine, contra Astensem, vt* n. 11.
12 *Episcopus potest dispensare cum bigamo similitudinario ex delicto occulto, &* n. 13. *vbi expenduntur diuersi modi dicendi Thoma Sanchez, &* n. 14.

PRo vberiori explanatione harum difficultatum repetes hic quæ adduxi *supra in cap. 2. hoc tit.* vbi de Papâ dispensante in irregularitate bigamiæ veræ, & interpretatiuæ, ac quando Episcopus, seu alij possint in illis dispensare, *ibi sub q. fin.* aliquid *ibi num fin.* de dispensatione bigamiæ similitudinariæ; cumque circa necessitatem Pontificiæ dispensationis idem quod ibi dicendum sic quoties constet quod Episcopus nequeat dispensare, ad Papam recurrendum esse patebit. Quare nunc solùm agendum elegi de Episcopali dispensatione, aliorum inferiorum, de quibus etiam nonnulla *ibi* adduxi. 1

Ad primam ergo quæstionis partem de Episcopo diuersa comminiscuntur DD. vt respondendeant: nam quidam ex doctrinâ *cap. nuper 4. hoc tit.* inter quos Maiolus *de irregul. cap. 33. num.* 7. 2
quem

quem referunt Thomas Sanchez, Suarez; Candet, & Barbosa *infra* referendi negant Episcopo facultatem dispensandi, quamvis Clericus vnicam, ac virginem ducat. Alij verò inter quos Ioannes Andreas *in cap.1.n.2.& in cap.2.in fine*, vbi Cardinal. qui Clerici, vel vouentes docent quod si Clericus maneat in sæculo, possit Episcopus dispensare; secus si religionem ingrediatur: sic reprobata distinctione glossæ, & aliorum ita concordantes *dict.cap.1.& 2.* Alij inquam censuerunt tunc posse Episcopum dispensare, quando contraxit cum virgine, vel viduâ, & eam non cognouit: sic Anton. *in dicto cap.1.qui Clerici, vel vouentes n.9.& c.2. fin.* Et alij volunt posse Episcopum dispensare; quamvis corruptam duxerit, vt supponere videtur Henriquez *lib.12.de matrim.cap.6.num.10.* vbi ait difficilius dispensare Episcopum, quando Clericus cum viduâ, alias corrupta contraxit; imò Palacios *in 4.dist.27.disp.4.conclus.15.* ait quando ante Ordinem Sacrum, nullo matrimonio copulatus est, sed postea corruptam duxit, posse Episcopum dispensare, non vt promoueatur hic ad vlteriores Sacros Ordines, sed vt in susceptis ministret: videbis Ioannem Machadum *de perfect.confess. lib.1. p.3.tr.17.docum.4. à n.4.*

3 Vera tamen distinctio, & communiter ab interpretibus recepta est, quod si Clericus ille cum vnicâ, & virgine contraxerit, possit Episcopus dispensare; secus si cum vidua, vel corrupta, vel si duplex matrimonium iniit, & ad probandum primam assertionem, adducunt textum *cap. sanè Sacerdotes, de Clericis coniugat.* in verbis ibi: *Sanè Sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt post longam pœnitentiam, & vitam laudabilem continentes officio suo restitui poterunt, & ex indegentiâ sui Episcopi habere executionem.* Et vlterius probant *ex dicto cap.1.qui Clerici, vel vouentes*, dicit posse Episcopum Diacono, qui vxorem acceperit, post peractam pœnitentiam ei reddere dispensatiuè Diaconatus officium. Et addunt quod licet textus hi non explicent quando cum virgine, & vnicam est vnitum matrimonium, ita necessario sint intelligendi, ne aduersentur duplici textui neganti in his casibus dispensationem scilicet *in dict. cap. nuper* ibi: *Tanquam cum digamis non liceat dispensari*, & *cap.nostre*, sic docent glossa dict. verbo *dispensatiuè in dict.cap.2.* verb. *in Subdiaconatu.qui Clerici, vel vouentes*, Abbas *in dict. cap.2.ibi* Alex.de Neuo *in fine*, Ancharran. *in dict. cap.1.notab.2.ibi* Præpositus *num.8.* Ioan. Andr. *in dict.cap.sanè*, Thomas Sanchez *lib.7. de matrim. disp.85.num.20.* videndus *ex num.16.* cum Astensi, Monaldo, Turrecremata, Rosel. Tabiena, Armilla, Couar. Nauarro, Chuco, Paludano Toleto, Petr. Lesma, Valentia, Philiarco, & aliis, quibus addo Gimenez. *in tract. breuium num. 20.* Ludouicum Mirandam *tom.2.q.2. art.2. conclus.3.* Ægid. Coninch. *de Sacram.disp.18.dub 11. num.122.& dubio 14.num.112.* Vgolin. *de officio Episcopi p.2. c.57. §.4.num.3.* Barbos. *in eodem tract.p.2.alleg.49.n.26.* Zerolam *in praxi p. 1. verb. irregularitas num. 7.* Felician. de Vega *in cap.etsi Clerici § de adulteriis de iudiciis n.147.* vbi respondet ad textum *in dict. cap. nuper*, Alzedum *in praxi Episcopali p.4. c.6. num.49.* vbi *num.50.* etiam respondet *ad dict.cap. nuper*, Garciam *7.p.de benef.cap.7.n.15.* Castrum Palaum *de cens.disp.7.puncto 8.n.19.* Leand. *de irregul.tract.2. disp.6. q.39.* Luysium *disp.70. lib.9. dubio 5.* Dianam *p.4.tract.2. ref.62. fine*, Cornejo *disp.10.dubio 2.cap. fin.* Filliucium *tract.19. cap.4.* [illegible] *num.* 123. Bonacinam *disp.7. q. 2. puncto 7.* [illegible] *de cens.tract.11.q.13.quæst.4.dicto* [illegible] *disp.49 sect.6.num.10.* dicentem esse [illegible] concessam esse potestatem Episcopo dispensandi in irregularitate proueniente ex bigamia similitudinaria.

Nec tunc obstant textus *in dicto cap. nuper*, & 4 hic textus noster: non loquuntur de contrahente duplex matrimonium, aut cum vidua; & in casu nostro ducens Clericus matrimonium cum virgine nec verus, nec bigamus interpretatiuus fit, nec fictus, quamvis appelletur bigamus, saltem secundùm aliquam significationem, ac similitudinem; eo quod indigeat dispensatione: sic respondent Conar. *in clem. si furiosus de homicidio 1. p. §. 2. vers.2.* Thomas Sanchez *sub dict.n 20.*

Quod si replices ex textu *in dicto cap.2.qui Clerici, vel vouentes*, Episcopis solùm concedi dispensandi facultatem, cum Clerici sunt pœnitentes verè, ac religionem ingrediuntur: tamen ipse Sanchez ex communi DD. intelligit illum textum tantùm ex consilio, eo quod Episcopus, vt dictum est, possit iure suo dispensare, vt dicitur *ibi in dict. cap. 1.* vt explicant glossæ, & DD. adducti, nec Abbas, & Alex. de Neuo iam adducti dicentes non debere Episcopum dispensare, quando Clericus ille pœnitentiæ signa minimè exhibet aliud sentiunt, etsi Angelus, Syluester, Rosella, & Armilla *vbi supra*; videantur requirere illam pœnitentiam *per dict.cap.2.* 5

Et licet proximè dictum sit Episcopum non 6 posse dispensare cum Clerico in sacris constituto viduam ducente quoad officium, at secus dici non debet in beneficio per textum *in cap. Presbyterum dist.28.* de quo quæst. præced. quod est ex Synodo 6. in Trullo *cap.26.* ibi: *Presbyterum non legalibus nuptiis detentum Cathedram quidem habere, sed ab officio abstinere præcipimus*, vbi glossa verb. *habere*, ait beneficium hunc retinere, sed abstinere debere ab officio, vt docent Ioan. Andr. *hic in fine*, Anton. Card. *opposit.2.* Abbas, & Bellamera *in fine*, Thomas Sanchez *dicto lib. 7. de matrim. disp. 86. num. 21.* & cum illis etiam Barbosa *in dicto cap. Presbyterum num.1.* vbi addit cum Ægid. Coninck. *disp.18.dub.114.num.110.* Auila *de cens p.7.disp.8. dub. 4.* quod solus Papa dispensare potest cum Clerico bigamiam incurrente ex matrimonio contracto cum vidua, Leander *disp.6. tract. 2. q.37.* cum Suarez contra Henriquez, & Palacios, & ibi cum Suarez *de cens dicta disp.49.sect.2.num 8.* intelligit verba ibi: *Non legalibus nuptiis*, de quibusbet scilicet nuptiis à Præsbyteris contractis; quia omnes sunt prohibitæ, & ex dicta glossa *habere*, cum eodem Suarez *disp. 26 sect. 3. à num. 4.* infert suspensum non priuari beneficio.

Ad secundam quæstionis partem, num Abbates 7 sæculares, Commissarius cruciatæ, aut Prælati regulares possint in dicta bigamia similitudinaria dispensare? Et adiunctis hic, quæ de his omnibus posui *in dicto cap fin. hoc tit.* circa hanc bigamiam similitudinariam. De Abbatibus dico, vt de iure nequeat dispensare, si iurisdictionem Episcopalem non habent, sin autem habeant, aliter quidem quia tales dispensant in votis, & exponunt confessores, sicut Episcopi; quia de his iura clarè intelliguntur: ita iudicant Suarez *in dicta disp. 49. sect. 6. de cens. sub dicto num. 18.* † dum docet ob 8 eandem rationem posse Prælatos regulares, qui quasi Episcopalem Iurisdictionem exercent, vt Generales, Prouinciales, &c. in eodem impedimento

mento cum suis subditis dispensare, sicut dispensat Episcopus cum suis, & docent etiam Leander *de irregularit. disput.6.tract.2. quaest.38.* Diana *dicto tract.2. res.63. tractat.2.* Castrus Palaus *dicta disp.6.puncto 8.num.21.* Miranda *in manuali Praelator.tom.2. q.8. art.2.* quod est verum, etsi Henriquez neget *lib.12.summa cap.6. num.11. litt. F*, cum Soto, Martinez, & alij recentiores; eo quod haec irregularitas contrahatur in poenam delicti.

9 De Commissario cruciatae respondebis iuxta distinctionem, de qua dixi *sub dicto cap. 2. q. 1. vers. ad vltimam*, & de Praelatis religionum ex proximè dictis *hic* in dicto vers. *ad secundam*, cum Suarez, & aliis, & iuxta quae dixi *sub dicto cap.2.* & cum multis videndum Barbosa *dicta alleg. 49. ex num. 28.* vsque ad finem, de quibus *sub dicto cap. 2 & ibi num. 31.* ac Suarez *de relig. tom. 4. tract.8.lib.2.cap.1.num.11.* Sigismundus à Bononia *de elect.dubio 7.a.2.* affirmant posse Praelatos regulares in bigamia hac dispensare cum Nouitiis, ac professis sibi subditis in illis casibus, quibus id Episcopis licet vt diximus in vers. *ad primam* hic, & Felicianus de Vega aduertit *supra*, vt bigamia qualibet possit dispensari per prouinciales Praedicatorum virtute concess. Apostol.

10 Ad tertiam quaestionis partem, an Episcopus possit dispensare in bigamia similitudinaria Religiosi professi transeuntis ad matrimonium? In quo dubio ex dictis supra propter similitudinis rationem inter Clericum in sacris, & professum bigamos, vt dixi *hic sub q. 1. ex n.1.* ita docent in terminis Supplem. Gabriel *in 4.dist.27.q.3. art.3. ad finem*, Palud. *ibi* Turrecremata *in c.lector. dist.34.* Rosella, & Ludouicus Lopez, quos sequitur Thomas Sanchez *dicto lib.7.de matrim. disp.86. n.22.* & quamvis Astensis *in summa 2.p. lib. 6. tit 5. n.*
11 *vnico q.2.* oppositum sustineat. † Hoc tamen vt in simili refert Sanchez ex Henriquez *ibi num. 13.* ait intelligendum, quando professus, si ex licentia sui superioris subiiciatur Episcopo.

12 Ad vltimam quaestionis partem, an queat Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria, si ex hoc delicto occulto oriatur? Et adiectis quae dixi *in cap.fin.de temporibus ordin.& in dicto cap. at si Clerici §. in adulteriis de iudiciis circa finem*, breuiter respondeo iuxta mentem Trid. *sess.24.de reform.cap.6.* vt valeat Episcopus dispensare, quia vt probant communiter DD. quos retuli *sub q. 1.* hic sentiunt hanc bigamiam ex delicto, & non ex significatione oriri, cum multis Thomas Sanchez *disp.85.num.10.* idem in terminis *dict.disp.86.n.23.*

13 † Dicens verum id esse, quamvis Clericus ille in sacris constitutus, aut professus viduam duxerit post Sacrum Ordinem, vel professionem, cum antea nullo matrimonio iunctus esset; quia hic ex sola bigamia similitudinaria est irregularis; eo quod matrimonium irritum cum vidua non inducit bigamiam interpretatiuam, vt probauit *disp.84. num.11.* & docent Fr.Eman. Rodriguez *t. tomo in 2.edit.cap.158.n.penult.* Vega *1.tomo summae c. 38. casu 1.fin.* Barbosa *supra dicta alleg.49.n.27.* & Riccius *in praxi aurea ref. 210.*

14 Et idem Thomas Sanchez *sub dicto num. 23. disp.86.lib.7.de matrim.* idem ait procedere quando ante ordinem, vel professionem vnicum matrimonium validum cum virgine contraxit, & post ordinem, aut professionem aliud irritum cum quacumque, vel ante ordinem, & professionem duxit viduam, vel corruptam inualidè, postea aliud matrimonium iniit, ordine iam suscepto, aut professione emissa, vel post haec contraxit plura matrimonia cum quacumque foemina; quia in his euentibus, cum duo matrimonia non inueniantur valida, nec vnicum validum cum corrupta dicit solùm reperiri vltra bigamiam similitudinariam, aliam interpretatiuam, quae cum ex solo delicto consurgat, vt probauit *disp. 84. dicto lib.7.num.6.* & illud sit occultum, posse Episcopum illa dispensare concludit; quod ego admitto, si reuera procedat ex delicto, aliter inquam, si ex defectu significationis Sacramenti iuxta distinctionem positam, *sub dicto cap.nuper 4. hoc tit.*

AD RUBRICAM ET TITULUM.

De Clericis Peregrinis.

SUMMARIUM.

1 *Peregrini Clerici solent reputari suspecti ab Ecclesia, quia solent esse criminosi, fugitiui, infames, &c. qui ordinari prohibentur.*
2 *Incolatus Domicilij, originis, & beneficij qui sint propriè Episcoporum subditi remissiuè.*
3 *Ordinari nullus potest à non suo Episcopo, nisi litteris dimissoriis sui Episcopi.*
4 *Clerico extraneo in Concilio Calcedonensi sancitum erat, vt non liceret ministrare sine litteris commendatitiis proprij Episcopi.*
5 *Episcopo vllo ex Concilio Sardicensi sancitum fuit, vt non liceret ordinare subditum alterius ciuitatis sine consensu proprij Episcopi.*
6 *Clericus alienus prohibitus est suscipi, vt administret ex Concilio Carthaginensi sine litteris commendatitiis sui Episcopi, aut constet de promotione: idem ex Trident. numero 7.*
7 *Littera commendatitia ad Episcopos alienos debent dari Clerico peregrinaturo per proprium Episcopum.*
8 *Peregrini Clerici possunt etiam prohiberi ab Episcopo, ne celebrent in Ecclesiis regularium, nisi visis prius litteris commendatitiis proprij Episcopi, & n. 9.*
9 *Clerici exteri celebrantes in Ecclesiis regularium sine licentia Episcopi, incurrunt poenas.*
10 *Episcopus queit interdicere in suis Ecclesiis, ne missas celebrent Clerici exteri; quod si admissi sunt, item & admitti possunt ad administranda Sacramenta, si verè sint idonei, n.11.*
11 *Peregrini Clerici quibus legibus subiiciantur remissiuè.*

VIA Clerici peregrini ab Ecclesia reputantur suspecti, eo quod soleant esse criminosi, infames, excommunicati, fugitiui, aut in exilium missi, vel aliis similibus obnoxij, affirmantes, mentientesque se ordinatos à suis Episcopis, *cap. a fros. & cap.sequenti dist 98.cap.1. de tempor.ib. ordin. lib.6.* 1

ideo

ideo ad præmissos titulos circa requisita ordinandorum, optimo iure positus est titulus iste à compilatore; quia inter eos, qui ordinari non debent, vel non facilè, vel ab executione ordinis repelli, sunt, & Clerici peregrini, id est qui non subsunt iurisdictioni ordinantis, vt tota *dist. 71.* vbi Doctores.

Quare possunt adiungi huic Rubricæ quæ con-
2 gessi, *supra in cap. quod translationem 11. de temporibus ordinat.* vbi latè dictum est, qui propriè subditi ratione incolatus, originis, Domicilij, beneficij, Patrimonij, aliorumvè tituli sint, vt recipiant ordines à proprio Episcopo, in illisque de eius licentia ministrent.

Cumque aliquis ordinari non possit à non suo
3 Episcopo, nisi litteras commendatitias, & dimissorias adferat à suo, quarum exemplar descriptum est, *dist. 73.* vt aduertit Andreas Valensis, *hic num. 1. & 2. ex communi*, ideo adiunges quæ dixi *in dicto cap. 11. quæst. 9. 10. 11. & fin.* cuius examen debet procedere iuxta requisita, quæ posita sunt supra in titulo de scrutinio in ordine faciendo, non ab alieno, sed à proprio prælato, & alibi.

4 Quod si obijciatur nihil in nigro, nec in Rubrica cautum de admittendis ad ordines peregrinis, sed de non admittendis Clericis ad ordinum exercitium sine litteris testimonialibus propriorum Episcoporum fidem facientibus iuxta dispositionem, *cap. 1. & 2. hic* iam alio ex capite poteris adiungere dicta *sub dicta quæst.* 10. de Episcopo exercente Pontificalia in aliena Diœcesi, & alibi; ideo proprius scitu dignum est quod in Concilio Calcedonensi relato, *in cap. extraneo 9. dist. 71.* Sancitum erat, nec extraneo Clerico sine commendatitiis litteris proprij Episcopi vsquam
5 penitus liceret ministrare, † indeque rectè cautem in Concilio Sardicensi, *cap. 18. & 19.* relato à Gratiano *in cap. illud quoque 1. dist. 71.* prohibitum esse, vt nulli Episcopo liceat clericum alterius ciuitatis ordinare sine consensu Episcopi sui: alias, non sit rata eius ordinatio, idest quoad executionem.

6 Ac ex eadem causa in Concilio Carthaginensi 1. relata *in cap. primatus 6. cum aliis seqq. dicta dist. 71.* cautum reperitur ne extraneus Clericus sine commendatitiis litteris sui Episcopi suscipiatur, vel ministret; nulli enim licet Præsbytero alieno concedere facultatem celebrandi in sua Diœcesi, nisi de promotione constet, vel commendatitias litteras à proprio ordinario portet, vt patet *ex dict. cap. extraneo*, cum duobus sequentibus *dict. dist. 71.* Fr. Eman. Rodrig. *quæst. regul. tom. 2. q. 121. art. 1.* Marcus Antonius Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 40. n. 1.* Henriquez *in summa lib. 10. cap. 34. §. 6. in fine*, Suarez *de religione tract. de voto lib. 3. cap. 4. num. 9.* Barbosa *in dicto cap. primatus num. 2.* idem *in pastorali p. 2. alleg. 21. sub num. 1.* per textum *in cap. ina fraternitatis hoc tit.* & ex Concilio Bracharensi *vlt. act. 2. cap. 12.*

7 Fereque omnia hæc confirmantur nouissimè ex Trid. *sess. 23. cap. 16. vers. nullus*, dum iubet nullum clericum peregrinum sine commendatitiis sui ordinarij litteris ab vllo Episcopo ad Diuina celebranda, & Sacramenta administranda, esse admittendum, vt latè egit Campanillus, *in diuers. iuris Canon. Rub. 9. cap. 6. à princip.* cum multis idem Barbosa *in dicto decreto, & sub dicto num. 1. pastoralis*, Addens cum Azor. *instit. mor. p. 2, lib. 3. cap. 49. quæst. 1.* dari quidem Præsbytero peregrinationem suscipienti prædictas litteras, vt ei liceat in aliena Diœcesi Missarum sacrificia facere.

Et in tantum Episcopi valent prædictos Cleri- 8
cos peregrinos prohibere, ne celebrent in locis sui Episcopatus, vt se extendant ad prohibendos ipsos, ne celebrent exteri Sacerdotes in Ecclesiis regulariū, nisi prius ab ipso Episcopo visis litteris commendatitiis ipsi Sacerdotes admissi fuerint, vt referunt decisum Galet. *in Margarita casuum conscient.* verb. *Missa*, Riccius *in praxi fori Ecclesiast. decis. 750. in 1. edit. & resolut. 635. in 2. edit.* Armendar. *in addit. ad recop. leg. Nauarræ lib. 2. tit. 18. lib. de relig.* Naldus verbo *Missa num. 35.* idem Riccius *in decis. curia Archiep. Neapolit. p. 4. decis. 298.* Homo de bonis, *de examine Ecclesiast. p. 2. tract. 12. cap. 4. quæstion. 16. resolut. 3. pagin. 449.* & alij.

Imò & ipsi Sacerdotes exteri sæculares absque 9
licentiâ Ordinarij celebrantes in Ecclesiis regularium incurrunt pœnas inflictas in Synodo Diœcesana, seu perfecti Ecclesiarum regularium adstringi possunt, ad non permittendam celebrationem prædictam, nisi exhibita licentia Ordinarij, Sel *in select. canon cap. 13. num. 28.* referens decis. in Neapol. 17. Augusti 1630. Barbosa *dict. sect. 23. num. 16.*

Debent ergo Episcopi in suis Diœcesibus in- 10
terdicere, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti missas celebrare liceat iuxta doctrinam Trid. *sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebr. Missæ*, Azor. *inst. moral. p. 1. lib. 12. cap. 18. q. 9.* Alzedus cum eodem Barbosa *in pastoral. p. 1. c. 10. num. 30.* Thomas Sanchez *in opusculis moralibus lib. 7. cap. 1. dub. 47. num. 1.* sed non negatur vt sicut potest Episcopus admittere exteros Sacerdotes habentes litteras testimoniales suorum ordinum ad Missæ sacrificium. † Ita ad Sacramenta admi- 11
nistranda, dummodo illi verè idonei sint, prout refert, decisum idem Armendar. *lib. 7. de Episcop. lib. 11. tit. 18. num. 83.* Barbosa *in pastoral. dicta alleg. 21. num. 70.* Alzed. circa hæc notantur *in cap. 1. 2. & 3.*

At quia hic possunt adiici quibus legibus subij- 12
ciantur peregrini, aduenæ, & vagantes, adiicies que latè scripsi *sub Rub. de cons. q. 14.* & quæ differentia intercedat inter titulum nostrum, & titulum penult. *infra de Clericis peregrinantibus*, ideò etiam adiicies quæ in eo titulo scripsi.

AD TEXT. IN CAP. I. Tua nos, hoc tit. De Clericis Peregrinis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Vltramarini, & valdè remoti qualiter probare debeant suam ordinationem.*
2 *Patrum statuta sub obseruanda remissiuè.*
4 *Diligentiæ matura qua procedere debent in vitè Ordinandis remissiuè.*
5 *Ordines minores non præsumantur suscepti; eo quod maiores suscepti sint.*

6 *Vltra*

6 *Vltra marini termini Cautela inſinuatur remiſſiuè.*

1 QVIA Concluſio huius textus eſt, quod vltra marini, & valdè remoti ordinationem ſuam probare debent per quinque Epiſcoporū ſigilla; ideo rectè applicātur *hic* quæ dixi, *infra in cap. poſt ceſſionem 7. q. 1. & 2.* vbi plura de ratione, quare litteris Epiſcopi, ſeu ordinarij credatur, eiuſve ſigillo; vbi de aliis, quæ conducunt, *ibi, & q. 3. & fin.*

2 Et ex verbis ibi: *tutius eſſe, vt in his ſtatuta Patrum veterum obſeruentur, quam nouum aliquid ſtatuatur*: de hoc duo infra hic *q. 3.* & adiunges quæ dixi *in cap.* Capellanus de feriis *q. 4.*

3 Et pro ampliori enodatione adiuoges applicatiuè quæ dixi ſupra *in cap. tranſlato 3. de conſtitutionibus*, & alibi.

4 Et ibi: *Tamen, vt in ſuſpenſione aliquanto tempore habeantur, in quo plenius de actibus inſtruantur ipſorum.* Huc aliquomodo ſpectant maturæ diligentiæ, quæ præcedunt in ritè ordinandis iuxta quæ dixi *ſub tit. de ſcrutinio in ordine faciendo, & in cap. penult. & fin. de ætate, & qualitate ordinand. & in cap. ex ſtudiis 5. cap. mandata 6. cap. quoſdam 7. cum c. 8. & cap. ex præteritis, cap. cum in iuuentute 15.* & à contrario ſenſu *in cap. fin. de præſumptionibus.*

5 Et ibi: *& de inferioribus ordinibus inquiri oportet; quia poſſent contingere, vt aliquibus prætermiſſis, pſaltum feciſſent.* Huc ſpectant quæ dicuntur, *ſub toto tit. 29. de clerico per pſaltum promoto, infra lib. 5. de quo* nonnulla dicta ſunt, *ſub tit. de temporibus, ordinat. de ætate ordinand. de Sacramentis non iterandis*; non enim dicunt Rebuffus *in praxi beneficiali de forma litt. conſ. n. 28.* Craueta *conſ. 154. n. 45. volum. 1.* Menochius *de præſumptionibus lib. 6. præſumpt. 66. n. 3.* & cum illis Barboſa *hic n. 3.* & Beller. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de fauore clericor. perſonali §. 14. n. 21.* præſumuntur ordines minores ſuſcepti; eo quod maiores ſuſcepti ſint; quia potuit quis per pſaltum promoueri.

6 Et quia ad rationem ſpecialitatis noſtri textus poteſt applicari cautela termini vltra marini à legibus ſignati, ideo adiunges, *hic* quæ dixi *in cap. 1. de dilation. q. 2. ex n. 1. ad 10.*

QVÆSTIO I.

Quare Clerici peregrini, vltramarini, & valdè remoti ordinationem ſuam probare debeant per quinque Epiſcoporum ſigilla, vt admittantur ad celebrandum, & Sacramenta adminiſtranda hic v. g. in partibus; cum videamus multa eſſe Clericorum priuilegia peregrinantium; imò & aliorum peregrinorum? Et quod non requirantur plus, quàm tres ſubſcriptiones Tabellionum ſignantium, vt detur fides, quamtumvis arduis actis in remotis, & admodum longinquis partibus? Vbi aliquid de aliis tranſlatis, vocatis metecis, ſeu marecis?

SVMMARIVM.

1 *Peregrini Clerici ſpecialibus fauoribus iuuantur, n. 2.*

2 *Peregrini ſunt à nobis amandi.*

3 *Peregrini habent treugam, & ſaluum conductum.*

4 *Peregrinantes Romam non ſunt conueniendi ratione repreſſaliorum, durante peregrinatione, ſiue cauſa viſitandi Apoſt. Petrum, & Paulum, aliave iuſta cauſa.*

5 *Peregrino ſic fauores proſequuntur, vt ſint de foro Eccleſiæ, quoad res, quas ſecum portant contractus, & iniurias eis illatas.*

6 *Peregrini Clerici ad alienam Diœceſim non ſunt admittendi ab Epiſcopis, vt celebrant officia Diuina, vt promoueantur ſine litteris dimiſſoriis ſuorum Epiſcoporum.*

7 *Vltra marini, & valdè remoti clerici peregrini, non ſine magno examine ſunt admittendi ad vſum ordinum.*

8 *Peregrini clerici, etſi fauoribus iuuentur, debent nihilominus vt admittantur ad ordines, & eorum adminiſtrationem probare ſe ritè ordinatos præcipuè ſi vltra marini, & ignoti ſint & n. 9. 10. & 11.*

10 *Clericatus ſufficienter probatur per litteras commendatitias ordinarij, aut per teſtes, per indicia, & argumenta, aut per famam, & n. 14.*

11 *Vltra marini, & ignoti clerici, vt admittantur ad ordines, & ad adminiſtrationem Sacramentorum debet eſſe cum maxima informatione.*

12 *Hiſpani & contra montani, vt ordinentur ab Epiſcopis Italiæ quali cum probatione iuris, & Tridentini fiat, & ſub qua pœna Iuris, & Trid. & n. 13.*

14 *Clericatus probandi modos qui recenſeant.*

15 *Peregrinis non ſunt deneganda litteræ commendatitiæ ad tranſmigrandum, & ſic nec clericis non habentibus beneficium in titulum, & reſidentiam, & n. 16.*

17 *Clericus qui tantum beneficium ſimplex habet non poteſt cogi reſidere, nec prohiberi, quin iter faciat, quo mallit. Quod ſi adſtrictus ſit ſeruitio Eccleſiæ, nequit abeſſe, inconſulto Epiſcopo, n. 18.*

19 *Epiſcopus ſine iuſta cauſa nequit expellere ab eius Diœceſi, (aut prohibere, ne intret) Clericum peregrinum.*

20 *Clericus peregrinus, ſecluſo ſcandalo, quando poſſit celebrare, & n. 21. 22. & 23.*

21 *Clericus notus, etſi peregrinus non indiget litteris commendatitiis, vt celebret, vel ſi paulo ante cum dimiſſoriis proprij Epiſcopi fuerit ordinatus, vt n. 22.*

22 *Matritenſis curia non multum curat de exigendis litteris commendatitiis Canonicorum Cathedralium horum Regnorum, vt celebrare valeant.*

24 *Peregrini Clerici debent inſeruire beneficia per Vicarium, & peregrinari de licentia Epiſcopi, etſi Clerici non ſint.*

25 *Cathedras obtinentes qui volunt peregrinari ad D. Iacobū pro lurando grandi Iubilæo huius anni 1660. ſi vadant cum licentia gaudent fruitione ſalariorum iuxta conſtitutionem Salmantinæ Uniuerſitatis practicatam in cæteris, ſi legant, per ſubſtitutum durante peregrinatione.*

26 *Peregrini euntes, & redeuntes exteri à Regno ad S. Iacobum, non ſunt detinendi, ſicut vagabundi; quin potius eleemoſynis, &*

hospitio inuandi, sed non omnibus fidem esse dandam.

28 *Transfertbant se antiquitùs multi à propriâ Patriâ, aut iussu Principis, aut sponte, Principis rescripto, & quare,* o.19. & 30.

30 *Gentes olim plures mutationes fece unt fæcundi tate aliarum prouinciarum, & patria non præstante alimenta, aliisque de causis,* & num.31.

31 *Meretia dicebantur mutationes, quæ fiebant solemnes de vna prouincia ad aliam,* o. 32. & 33.

32 *Mateci dicebantur iussu ad Colonias colendas de vna ciuitate ad aliam.*

33 *Ciuitates Metrocomia dicebantur ex quibus Coloniæ deducebantur.*

34 *Coloniarum deductio facta fuit olim ex multiplici causa.*

35 *Coloniarum infrequentia solita fuit subueniri adiectione nouarum familiarum.*

36 *Mateci, seu translati poterant tempore transmigrationis de bonis suis disponere; sic vt fisco vindicarentur non distracta, & quare,* oum. 37.

38 *Translati iussu Principis possunt esse hæredes suis parentibus,* n.39.

39 *Coloni missi in Coloniam à quo dicantur.*

40 *Peregrini, siue Laici, siue Clerici possunt liberè de suis bonis testari sic vt etsi intestati decedant, nihil ad hospitem perueniat, sed bona per manus Episcopi sunt transferenda ad suos hæredes, aut impias causas absumenda,* & n.41.

41 *Hospitis pœna illius, qui bona Peregrini sibi applicat est tripli.*

1 FAcit primo difficultatem, quia vltra fauores peregrinantium infra referendos, fauentur peregrini in hoc quod in Ecclesia peregrinationis, si Episcopi sint, vel Presbyteri debent in suo gradu suscipi, & tam ad verbum faciendum, quàm ad consectandam oblationem inuitari, vt *in cap. Episcopi, vel Presbyteri 7.q.1.* qui, & possunt Tabernas ingredi *cap. Clerici 44. dist.* quod videtur contra textum *in cap. à crapula,* & alia *de vita, & honestate Clericor.* imò & solitum habitum mutare *cap Episcopi paulo post principium 21.q.4.* & licet eis accipere cibos ab excommunicatis, *cap. quoniam multos 11. q. 3.* & amplius solito comam relaxari *ex cap. si quis ex Clericis eodem tit. de vita, & honest. Clericorum,* quæ omnia sicut in cæteris Peregrinis laicis, quorum respectu sunt inducta innu-
2 merabilia priuilegia procedunt in Clericis. † Quia peregrini sunt à nobis amandi, & fauoribus prosequendi, vt *Deuteron. cap.* 10. ibi: *Facit Deus iudicium pupillo, & viduæ, amat peregrinos, & dat eis victum, atque vestitum; & vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Ægypti.*

3 Secundo facit, quia peregrini habent treugam & saluum conductum, vt aiunt Doctores *ex cap. si quis Rom. petas 24.q.3. & in cap. innouamus 2. de*
4 *treuga, & pace.* † Et sic videmus quod peregrinantes saltem ad ciuitatem Romanam, durante peregrinatione, non sunt conueniendi ratione repressaliorũ, vt Bart. dixit *in auth. omnes,* & *ibi* Bald. *cod. communia de success.* Alex. post Barthol. *in l.a.§. legatis ff. de iudiciis cap. vnic. de Clericis peregrinant.* vbi latè dixi, intelligentes DD. & Didac. Perez *in l.1. & 2. lib. ordinam. tit. 9. sub glossa* verb. *compar.* plura cumulans, nedum quando peregrinantur causa visitandi limina Apostolorum Petri, & Pauli; & sic causa deuotionis, vt loquitur *lex 1. dict. tit. 9. de peregrinis venientibus è longinquo causa visitandi D. Iacobum,* vbi ponuntur, & in tribus legibus sequentibus plures exemptiones talibus in hisce Regnis concessis, sed etiam quando peregrinantur ex alia probabili causa, & necessaria, peregrinatio enim ad Papam istius est effectus, vt interim nihil debeat nouari iuxta quæ latè dixi *in dicto cap. vnico, & in cap. dilecti de appellat.* Didacus Perez supra. Et applicabis hic quæ dixi *hic cap. fin. de foro comp. à quæst. 21.* vbi de legato non conueniendo tempore legationis.

Tertio in tantùm Peregrini fauoribus iuuantur, 5
quod etiam sint de foro Ecclesiæ, vt dixerunt Innocent. *in cap. significantibus de officio delegati,* Speculator *de competentis Iudicis additione §.1.n.27. vers.18.* quod dicit verum *sup.* Didacus Perez *in dict. l.1* glossa *scan seguros* in fine, quoad res, quas secum portant, & quoad contractus, & quoad iniurias eis illatas, vt dixerunt Panormit. *in dict. cap. significantibus col.2. num.6.* Firmianus *in suo repertorio,* verbo *peregrini,* & faciunt quæ dixi de pupillis, viduis, ac aliis miserabilibus personis *in cap. ex tenore 11. cap. ex parte 15. de foro competenti.*

Nihilominus, quia vera resolutio est non esse 6
recedendum à iure propter exhibendum fauorem peregrinis, euenit vt in textu nostro, & toto hoc titulo, Clerici peregrini ad alienam Diœcesim venientes non sint ab Episcopis admittendi ad celebranda Diuina in susceptis ordinibus, vel vt promoueantur ad ordines superiores sine litteris dimissoriis suorum Episcoporum ex textu nostro, & *ex cap. 2. dist. 72.* Didacus Perez *vbi supra sub dict. l.2. glossa 1. vers. 1.* alia cumulans, & faciunt dicta *supra in Rubrica, & dicenda infra in cap. 2. & 3.*

Quare si circa alienos Clericos non è longinquo 7
venientes, prædicta cautela præstata adhiberi, vt dictum est *hic* in Rub. quanto diligentior sit adhibenda, circa vltramarinos, & alios ex ignotis regionibus accedentes, nemo est, qui ignoret iuxta doctrinam textus nostri, & *cap. transmarinos 98. dist.* Didacus Perez *supra* vers. *cum autem,* & ante eum Ordinarij Abbas, Antiq. Zabarel. Collect. Hostiens. Ancarran. Bellameia, Henriquez, Ioan. Andreas, Panormit. Anania, Butr. & alij, & post illum cæteri ordinarij recentiores hic, inter quos Viuianus *in rationali pag. 340.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 122.* Gimenez *in concord. p.1. & 2.* Barbosa, Andreas Valensis, Ioan. Baptista Vanagel. & alij.

Et sic non obstant fauores adducti *ex num. 1.* 8
quibus amplius iuuantur peregrini, & exteri etiam Clerici, quàm Regnicolæ; quia illi non auferunt necessitatem, vt Clerici peregrini, & potius vltramarini, & ignoti probent prius authenticè anteà ritè suscepisse ordines, in quibus testantur posse administrare; quo quidem constito, iam tunc esse iuuandos prædictis, & aliis fauoribus, nemo est qui dubitet. Et sic patet quod dicunt Nauar. *cons. 1. n.1. sub tit de celebr. Missar. in antiquis,* aliàs *cons. vnic. n. 1. in fine hoc tit. in nouis,* Riccius *in decis. Curia Archiep. Neap. decis. 150. p.1.* peregrinum scilicet Clericum fidem facientem iustam de sua ordinatione posse admitti ad celebrandum; & quatenus spectat ad ignotos, & vltramarinos, adhibita quidem forma probationis textus nostri, &

9 & non aliter. † Nam vt insinuat Mandosius *in regul. 24. Cancellariæ, quæst. 5.* Commendatitiæ litteræ sunt de forma, quod plus videtur desiderari in casu vltra marino, cum maius periculum fraudis, & mendacij, ac falsitatis versatur. Qua de causa non est mirum, vt in textu nostro exigatur comprobatio per quinque Episcoporum sigilla de ordinatione Clerici vltra marini, vel ignoti, quamvis in argumento dictum est, vt tanta solemnitas in aliis actibus è longinquo venientibus exigatur, cum in nullo; quantumvis graui tale periculum inspicitur, quale potest contingere in celebrante, ac Sacra faciente eo quippè qui reuera non esset Clericus.

10 Nec his oberit dicere ex communi, quod clericatus sufficienter probatur per litteras commendatitias solius illius Episcopi, aut ordinarij, qui est superior ipsius clerici peregrini, vt *infra dico in cap. tua fraternitatis*, vel quod possit probari de perditis scripturis per testes, Couar. *in pract. cap. 33. n. 3.* Mascard. *de probationib. conclus. 303. num. 1. 2. & 3.* Bellet. *disquisit. Clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum personali §. 14 num. 15.* seu quod possit clericatus probari per indicia, & argumenta, Mascard. *conclus. 305. num. 5.* Parian. *de probat. p. 2. cap. 34. num. 70.* Nicolaus Garcia *de benefic. p. 7 c. 1. num 140. in fine*, Flaminius *de resignat. lib. 10. q. 3. num 31.* Aut per famam, seu communem opinionem, & reputationem, Bellet. *supra dicto §. 14. num. 14.* Farin. *in praxi crim. quæst. 8 num. 44.* Modernus *de iuris dict. p. 2. cap. 32. num. 6. & 7.* Rota *decis. 350. lib. 3. p. 3.* Flamin. *dicta quæst. 3. num. 70.* sic vt faciendo fidem de sua ordinatione alio modo, etsi litteris careat, valeat admitti ad celebrandum, Nauar. *cons. 1. num. 1. in fine de celebrat.* Riccius *in decis. curia Archiepiscopalis Neapol. p. 1. decis. 150.* Barbosa *in pastorali dicta alleg. 21. p. 2. num. 2.* idem in Trid. *dict. cap. 16. sess. 23. n. 11.* & alij communiter.

11 Nam respondetur etiam per ea, quæ latè dixi *in dicto cap. post cessionem 7. de probat. q. 1. & 2.* cum aliis, hæc inquam procedere cum casus contingit in clericis peregrinis, non è longinquo, vltra marinis, & ignotis omnino, sed de transeuntibus de vno Episcopatu ad alium intra confinia eiusdem Principis, in quibus sufficit sola fides proprij ordinarij vt decisum referunt Armendar. *in additionib. ad recopil. leg.* Nauar. *lib. 14. tit. 18. tit. 7. de Episcop. num. 56.* Barbosa *in pastorali dicta alleg. 21. num. 4. in dicto cap. 16. Trident. num. 8.* idem *in dicto cap. tua hoc tit. num. 2.* colligens id ex illo textu, dum ait ex dicto loco Trid. Clericum peregrinum, qui abiit in aliam Diœcesim sine commendatitiis sui ordinarij literis, non esse admittendum ab vllo Episcopo ad diuina celebranda, pluribus id probans iam supra adductis. In nostro autem casu propter maius fraudis periculum, maior cautela posita est, vt constat de clericatu.

12 Et confirmari videtur ex regula textus *in cap. 1. de temporibus ordin. lib. 6* vbi dicit Pontifex, quod Episcopi Italiæ non ordinant vltra montanos, nisi de licentia Papæ, vel cum litteris dimissorialibus sui Ordinarij, in quibus exprimatur causa, quare nolint, vel nequeant eos ordinare; & insuper ex Vrbano VIII. in sua const. contra malè ordinantes incipit, *secretis*, dat. 11. Decemb. 1624. approbante pœnas dicti cap. & innouatis motu proprio, & ex certa scientia, prohibetur omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Italia existentibus, ne quouis prætextu, & ex quocumque causa Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, alios quoscumque vltra montanos, & ex quibusvis locis extra Italiam oriundis, non solùm ad sacros, sed neque ad minores ordines, vel clericalem characterem promouere audeant, nisi cum dimissoriis proprij ordinarij recognitis à Nunciis, seu collectoribus Apostolicis in illis partibus commorantibus, eorumque subscriptionibus examinatis insuper à Vicario Almæ vrbis sub pœna suspensionis.

Tamen hæc limitari ait Barbosa *in dicto cap. 1. num. 4 idem in pastor. alleg. 8. p. 2. num. 6.* Campanil. 13 *in diuersorio iuris Canonicis, Rub. 9. cap. 1 num 9.* ex Monacho, Franch. Ioanne Andr. Ancharrano, & aliis supra, vt suspensio illius textus locum non habeat, nec liget eos, qui non propriè vltra marini, aut citra montani appellantur, sed medij; eo quod non vltra, aut intra montes degunt, & prædictam constitutionem, etiam referunt idem Barbosa *de Iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 33. n. 58.* Bonacina *de suspensione in particulari disp. 2. quæst. 2. puncto 10 num. 1.*

Et quod sufficiant ad clericatus probationem 14 litteræ Episcopi ordinantis, etiam non proprij modo constet de licentia, docent Seraphinus *decis. 742.* Beller *dicto §. 14 num. 21. in fine*, Barbosa *in dicto cap. tua sub num. 3. vers. sufficiunt*: quare vt latè de modis probandi clericatum certus sit, leges, quæ scribunt Bellet. *in dicto §. 14. à num. 10.* Garcia *de benefic. dicta p. 7. à n. 138.* Fr. Emanuël Rodriguez *tom. 2. q. 121. art. 1. in fine, & tom. 1. quæst. 43. art. 17.* Modernus *de iurisdict. p. 3. c. 31. à num. 5.* Mascard. *de probationib. conclus. 302.* cum tribus sequentibus, Flamin. *de resignat. lib 10. q. 3. à num. 30.* Gonzalez *in reg 8. cancellariæ glossa 61. num. 23.* Mastrillus *siciliæ decis. 113. num. 2.* Farinac. *in praxi p. 1. q 8. ex n. 41.* & alij.

Et cum fauores peregrinantibus concessi sint 15 omni iure noti; ideo communiter DD. dicunt litteras quidem commendatitias ad transmigrandum non esse denegandas ab Episcopo Sacerdotibus, & Clericis; qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia; prout etiam refert decisum Armendar. *supra num. 63.* † Et Sa- 16 cra Congreg. Cardinal. negotiis Episcopor. & regul. præposita, decretum fuisse, illos non posse reuocare subditos alibi degentes, nec eos cogere sed teneri litteras eis dare ea in volentibus morari si ratione beneficij non adstringerentur in sua Diœcesi residere. Et ita in causa propria obtinuisse ait Campanill. *in diuers. Iuris Canon. Rub. 9. cap. 6. n. 4.* in facti contingentia respondisse Riccius *in praxi fori Eccles. decis. 598. in 1 edit. & resol.* Alia cum multis Barbosa *in cap fraternitatis 5. de Clericis non resident.*

Quare optimè in Rota decisum fuit in vna 17 nullius beneficij 28. Maij 1604. coram Ludouic. inter eius impressas *decis. 175.* Riccius *supra decisione 524.* Barbosa *in pastorali dicta alleg. 21. num. 5. in fine*, idem *in dicto cap. 16. Trid. num. 7.* vt si Clericus habeat tantùm beneficium simplex nullam residentiam exposcens, non possit cogi in Diœcesi vbi beneficium adest, residere; imò & possit ire quod velit. † Tamen si esset adscriptus seruitio 18 alicuius Ecclesiæ illum non abesse posse, inconsulto Episcopo, asserit Sel *in select. Canon. cap. 13. num. 28.* attestans sic fuisse resolutum in Tarracinen. 19. Februarij 1628.

Vnde si dubitetur, an Episcopus sine causa possit 19 expellere alienum Clericum commorantem in eius Diœcesi, sine litteris sui Episcopi, qui nolit

exercere ordines, sed tamquam aduena, vbi commorari, vel possit ei ingressum prohibere in eius Diœcesi? Respondendum est, vt non possit, non data iusta causa, vt respondent Genuens. *in praxi Archiepiscop. cap.40. à num. 3.* legendus, & Barbosa resumptiuè *in pastoral. dicta alleg.21. p.2. n.4. in fine.*

20 Quod si Clericus peregrinus litteras commendatitias sui Ordinarij non habeat, nec fidem fecerit aliquo ex dictis modis, vel vt volunt Nicolaus Garcia *de benefic.* cum Mohedan. Puteo, Gutierrez, & aliis *dicta p.7. cap.1. num. fin.* Barbosa *in dict. cap. tua num.3.* talis licentia probetur sola assertione ordinantis; non inde dicatur suspensus: nam potest, secluso scandalo celebrare, prout resoluunt Nauarr. *conf.5. sub tit. de celebratione Missarum*, quod in nouis, *conf.1. hoc tit. & in man. cap.27. num.153.* Henriquez *in summa lib.10. c.34. §.6. in comment. litt. I,* Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.29. num. 42. vers. tempore*, Sayrus *decis.5. de celebrat. Missarum* Sanchez *in opuscul. mor. lib.7. c.1. dub.47. num. 2.* Barbosa *in pastoral. dicto cap.21. num.3. & in dicto cap. tua hoc tit. num. fin.* Campanil. *in diuers. Iuris Canonic. dicta Rub. 9. cap.6. num.7.*

21 Vnde infero quod si talis Clericus fuerit notus, non indigeat litteris commendatitiis sui Episcopi, nec etiam indigeat, si litteræ dimissoriæ fuerunt paulo ante datæ ad Præsbyteratum suscipiendum quia Episcopus approbans ad Præsbyteratum, satis videtur approbare mores; secus si magnum interuallum interfuerit; quia tunc hæ dimissoriæ non approbante mores præsentes, vt si v. g. per
22 decem annos antea fuissent datæ. † Et ob id in praxi vidimus in hac Matritensi Curia non curari de prædictis litteris exigendis Præbendatis Ecclesiarum Cathedralium, cum sint noti; aliter inquam ab aliis Clericis, etsi Parochis in alienis Diœcesibus, cum isti facilius possint fraudem facere, dum non constet de eorum Clericatu, & Parochia.

23 Et iuxta dictam distinctionem admitto dictum Parecij *in dicta l.2. ordinam. vers. notandum*, quatenus *ex dicto cap. tua 3. hoc tit. in fine*, admitti potest Sacerdos; non habens dimissorias Episcopi sui ad celebrandum occultè, non occultè, non autem publicè ex deuotione, Abbas, antiquus Zabarella, Collect. Innocent. Bellarmin. Ioan. Andreas, Anania, Butr. Hostiens. Panormitanus, Viuianus, Alagona, & Barbosa *in dicto cap. cum aliis.*

24 Infero secundo ex dictis quod peregrini debent inseruire beneficium per Vicarium, *cap. conquerente de Clericis non residentibus*, vbi Doctores, & faciunt quæ dico *infra hoc lib. de Officio Vicarij*; & quod debent Peregrini de licentiâ Episcopi, etsi Clerici non sint, *cap. magna de voto, cap. ex litteris de sponsalibus*, vbi DD. Rebuffus *in pract. benefic. tit. de dispens. de non residendo n.50. pag.461.* Peret. *in dict. l. ordinam. lib.1. tit.9. dict. glossa* 1. vers. *cum autem.*

25 Infero tertio, idem procedere in Cathedraticis, qui velint peregrinari hoc anno 1660. qui dicitur, ac est Iubilæi magni D. Iacobi, siue indulgentiæ generalis ad eius limina, vt idem Peretius censuit, scribens in alio anno dicti Iubilæi sub dicto vers. *cum adducta leg. 2. lib.1. tit.9. ordinam.* vbi loquens de Cathedraticis Salmanticæ, ait, vt possint impunè cessare à suis lecturis ea de caosa per constititutionem 11. illius vniuersitatis, addens; quod requiritur licentia Rectoris, & quod durante peregrinatione, legat per substitutum; quia ibi tantùm releuatur à personali lecturâ; non autem à præmissis, & ego credo etiam procedere in aliis vniuersitatibus, ex eodem fundamento.

Igitur peregrinatione durante, ad limina S. Ia- 26
cobi posse ire exteros, & venire petendo Eleemosynam, absque eo, quod dicantur vagabundi, patet *ex lege Regia Caroli V.* in pragmatica extraordinaria, quam ad litteram refert Peretius *in dict. l.2. ordinam.* vers. *item in peregrinatione*, dicens succurrendum esse à nobis peregrinorum necessitati iuxta illud *Deuteronom cap.14.* ibi: *Peregrino, qui intra portas tuas est, da, vt comedat; aut vende ei; quia tu populus Sanctus Domini tui est*, sed non omnibus fidem esse dandam, cum sæpè peregrini commentitia loquantur.

Vnum pro complemento notabis, quod licet 27
aliquis Clericus habens litteras dimissorias, admittatur ad celebrandum, transeundo; non tamen commorando, nisi iterum à suo Prælato vel sede Apostolica licentiam obtineat specialem vt *per cap. fraternitatis de Clericis non resident.* probant Hostiensis in textu nostro, qui de hac materiâ D. Fusius loquitur in *summa*, de hac materiâ Rebuffus *in praxi benefic. tit. de litteris dimiss. pag.18. & 19.* Peretius *in dicta l.2. ordinam*, in vers. *& licet*, alia ordinarij, Panormitan. & Bellamera, ac alij ex antiquis pro exornatione nostri textus adiunguot, sed proximè dicta, *& in Rub.* hic sunt propriè de materiâ.

Ad vltimum de aliis translatis quasi quodam- 28
modo ad peregrinationem spectet, & ad ius quod peregrinantibus conseruatur, breuiter respondeo antiquitùs referri de vno in alium locum varias gentes iussu Principis, aliquando sponte sua Principis impetrato rescripto, vt *in l. idem Vlpianus 12. §. fin. ff. de excusat. tutor.* aliquando verò in pœnam, vt de vtraque causa Cicero pro Cecinan loquitur ibi: *Certè quæris hoc solere me non præterit; quemadmodum si ciuitas adimi non possit in colonias latinas sæpè nostri ciues profecti sunt, aut voluntate, aut le-*
gis mulcta. † Et hoc ita factum, vel vt victos 29
hostes ea ratione deprimerent aliorum incolatu, vel vt regionem non ita munitam conseruarent, vel quia ob tumultum, proditionem, aut hostilitatem sedibus propriis pellebantur, & eorum domus, & agri militibus, qui strenuè decertarent in præmium, vt obseruant Forcatolus *dialogo 18. num.5. & 6.* D. Laurent. Ramirez de Prado *in libello*, cui nomen *tessera legum* in vers. *sed vt dicta le-*
gis. † Ex multis D. Franc. de Amaya *in l. circa* 30
forma 4. cod. de iure fisci lib. 10. plura curiosa congerens *ex n. 5. & 6.* docens gentium mutatione, fæcunditate aliarum prouinciarum captas patria non præstante alimenta, vel horrore Cœli, vel quia paulatim genus humanum exuberauit, vel consilio exoneraodæ popularitatis gratia in
alios fines examina gentis eructasse. † Hasque 31
solemnes mutationes materias appellaras notat, cum Nicolao Bello *lib. 5. politica cap.75.* & quod Romani supra dicti moti sunt, & refert idem Amaya cum Strabo *lib. 3.* plures etiam intra Hispaniam, vt Hispalis, & Cordubæ ex Senec, Lypsio, Petro Gregorio, & aliis.

Qua de causa, vt prædicti translati vocaren- 32
tur Mætæci, quod iussu Principis ad colonias collocandas de vna ciuitate in aliam transferebantur.
† Pluresque voluerint Metroconias dicta, eas 33
ciuitates,

ciuitates, ex quibus coloniæ deducebantur, vt dicit idem Anania, etiam in l. 1. de Metropoli
34 Beryto. † Sequentes deductionem coloniarum factam fuisse multiplici de causa, vt referunt Sygonius lib. 1. de antiquo iure Italiæ cap. 2. Lypsius lib. 1. de magnitudine Rom. cap. 6. Alex ab Alex lib. 4 genial. cap. 10. Vbolfang. Laz. lib. 12 comm. Reip. Rom c. 2. P. Faber. lib. 2. semestr. cap. 4. verf. ea colonie deductio, Rosinus lib. 7. antiquit. cap. 47. & lib. 10.
35 cap. 23. † Quin & coloniarum in frequentiæ solitum fit nouarum familiarum adiectione subuenire, vt Liuius demonstrauit lib. 4. & Tacitus lib. 1. Historia idem Amaya in dicta l. 4. latè loquens.
36 Cumque dicti Mæteci, seu translati tempore migrationis possent de rebus fuis disponere, & prædia sua vendere ita; vt quæ ab eis distracta non essent fisco vindicarentur (nisi specialiter Princeps concesserit, vt ea sibi retineant; quamvis non
37 vendant) † ne alias amore Patriis incensi, & facultatem repetandarum Colonias desererent, vt doctè aduertit Platea, in dict. l. 4. num. 2. argum. l. milites 13. ff. de re militari, l. qui habebat 101. ff. de re milit. l. qui habebat ff. de leg. 3. l. quicumque § 1. cod. de cohort. lib. lib. 10.
38 Et quod qui iussu Principis de vna ciuitate in aliam translati sunt, possint esse hæredes suis pa-
39 rentibus, vt ex bonis authoribus scrutatur. † idem D. Franc. de Amaya in dicta l. 4. legendus ad plura alia ex n. 12. explicans à num. 14. Colonos missos in Coloniam ita dici ab agnorum noua dedicatione, & a num. 27. quare, etsi tales Coloni, seu Mæteci ex deductione illa amitterent ciuitatem; nihilominus suis parentibus existere potuerunt hæredes.
40 Ideò ad propositum, de peregrinis, aut laicis, siue Clericis potius dicendum est, vt possint libere de suis bonis testari, & disponere, auth. omnes peregrini cod. communia de succession. l. 2. & l. 3. tit. 24. lib. 4. fori, sic vt licet intestati decedant, nihil ad hospitem perueniat, sed bona ipsorum per manus Episcopi loci tradantur, si fieri potest
41 hæredibus, vel in pias causas erogentur. † Ita vt si hospes aliquid de bonis talium habuerit, triplum Episcopo restituat, quibus ei visum fuerit assignandum, non obstante statuto aliquo, aut consuetudine, seu priuilegio, quæ hactenus contrarium inducebant, & interdicit dict. auth. omnes, & lex 3. tit. 1. p. 6. Contra aliter præsumentes ius de suis rebus testandi vt in eo puniantur, in quo delinquerunt, pro vt culpæ qualitas exegerit: ita DD in dicta auth. & Didacus Perez in dicta l. 3. tit. 9. lib. 1. ordinam, glossa 1. in principio, & hoc optimo iure; licet in adductis Mætecis, & translatis obseruetur, qu a isti mutationem recipiunt, saltim iussu, aut rescripto Principis, vel in pœnam non redituri amplius in Patriam aliqua de causa ex iam adductis, quas congerunt DD. relati Peregrini in quam omnino sponte transferantur, vt libere possint ad Patriam redire; indeque non mirum, si retinendo bona officia, beneficia, aliosque honores queant libere testari, & aliorum esse hæredes.

QVÆSTIO II.

An peregrini laici aut Clerici possint transuerso itinere vagari. Quid de regularibus ad Indos missis? Et quid de exteris Peregrinis venientibus ad inuisenda Limina Diui Iacobi. Et an Clerici peregrini possint petere Elemosynam?

SVMMARIVM.

1 *Religiosi peregrinantes ad Indos recta via debent ire iuxta constitutionem Pij V. vbi patet de requisitis* num. 2. 3. & 4.
3. *Deo cooperari in salutem animarum, est omnium Diuinorum Diuinissimum.*
4 *S. P. Iabierius duo decies centena millium ad Christianam fidem reuocauit, & de morte ad vitam viginti ac amplius mortuos.*
5 *Episcopatus & Parrochia qua de causa olim diuisa fuerint.*
6 *Peregrinantes ad Sanctum Iacobum debent ire, & redire itinere recto, non flectendo, nec vagando per alios oppidos iexta dispositionem legis Regiæ Caroli V. vt* n. 7.
7 *Iudices, & officiales Iustitia qua cura debeant vti, vt exteri peregrinantes registrentur.*
8 *Peregrinantes exteri solent sæpius commentitia obloqui, & immeritos honores sibi vindicare.*
9 *Mendicare Clericis hostiatim indecorum est, & vitandum: fallit si fiat causa humilitatis,* vt num. 10.

Positis quæ de regularibus missis ad Indos, ac de exteris peregrinantibus ad Diuum Iacobum Cauta sunt satis respondebitur ad difficultatem. Igitur præmissis quæ nouissimè lato calamo scribit Angelus Berricellus, in tract. de missionibus Apostolicis cum infinitis nunc ad propositum loquitur Pontifex Paulus V. in sua constit. 56. ædita anno. 1600. incipiente, accepimus, cuius tenorem refert Pater Ioan. Baptista Scortia in selectis summorum Pontificum constit. epiteme theorema. 406. § 1. in verbis sequentibus iubet, vt regulares ad Indos missi ad propagandam fidem recte se transferant ad ea loca, & prouincias, ad quas à suis superioribus mittuntur, nec quo his praetextu absque superiorum licentia (cessante tamen legitimo impedimento) in itinere morentur, nec ad alia loca eis non destinata declinent sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda. † Veritus ergo 2 Pontifex ne suscepta solicitudo operariorum, euagatione, aut longiori mora, vel etiam fortè inter se dissensione res ad nihilum redigeretur; tres in dicta constitutione præcepit, vt non ex se sed ex missione, & licentiâ Superiorum iter arripiant. Secundo ne moras nectant, aut itinere subsistant. Tertio nec aliò diuertant, quam à eis destinata loca.

Et hæc quidem propter vitanda incommoda 3 sequentia, ne scilicet extra sua monasteria, & loca ociosè, periculosèque vagentur; & vt solicitè ambulantibus in tenebris, & vmbra mortis quàto citius lumē veritatis ostendant cū omnium Diuinorū diuinissimū sit cooperari Deo in salutem

animarum,vt docent Dionysius *de Ecclesiast. hie-*
*rarch.cap.*3. Ioan. Chrisost. *homilia* 3. *&* 4. *super*
Genes.& homilia 3. *in* 1. *ad Corinth.* quare vnusquis-
que ad hoc munus vocatus sibi dictum putare de-
bebit à Sponso Cœlesti: *Surge propera amica mea,*
columba mea, formosa mea, & veni, ad anima-
rum scilicet lucra *nescit* enim *Tarda molimina*
4 *Spiritus Sancti gratia.* † Et ne etiam alio diuer-
terent, quam ad eis destinata loca, tum vt vitare-
retur sociorum offeosa, ae quærelæ, si posteriores
introire, & irrumpere in labores, & messes prio-
rum operatiorum vellent: ita adducit Scortia, qui
referens singularia de missione S.P. Franc. Iabier.
Societatis IESV circa hæc omnia cum fructu duo-
rum decies centana millium ad Christianam fi-
dem adductorum, & quod ad vitam reuocarit vi-
5 ginti, & amplius mortuos. † Addit ea de causa
distinctos fuisse antiquitus Archiepiscopatus,
Episcopatus, Parochias, & cæteras Ecclesias, vt
Prælati suis finibus contenti absque aliorum of-
fensione curent, quæ Dei sunt *cap.* 3. 6. 7. 8. *& se-*
quent. 9. *q.* 2. tum vt facilius in omnem terram
exaudiatur sonus Euangelij, ad quem finem ip-
sosmet Apostolos inter se orbis prouincias diui-
sisse scribens.

6 Vnde iam de exteris venientibus ad limina S.
Iacobi, potuit cautum fieri ab Imperatote nostro
Carolo V. ne diuerterent à rectâ viâ, vt citius
fructus peregrinationis suæ dignos perciperent;
etsi aliis de causis videatur cautum in eius pragma-
tica extraordinaria, cuius verba refert Didacus
Perez *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 1. *ordinam.* glossa fin. *item pe-*
regrinatione, qua mandat, quod peregrini exteri
venientes ad hæc Regna ad S.Iacobum possint ad
ad eius Ecclesiam venire, & teddere ad suas
suas Patrias liberè quæstum eleemosynæ exigen-
do si velint itinere suo recto; non quidem va-
gando per alios oppidos, cum id nec naturalibus
7 permittatur. † Addens ad propositum intelligi
iter rectum iterando per populos, qui à recta via
flectunt transuerso, siue obliquo itinere per leu-
cas quattuor, plus, minusvè, & ne velint igno-
rantes excusari, præcipit, quod Officiales Iusti-
tiæ ordinariæ in primis locis nostri Regni, per
quæ communiter intrant itinerando, aut naui-
gando, hospitibus mandent, vt sibinet narrent
tales peregrinos venire; & quod si ipsis videatur,
faciant tenorem dictæ pragmaticæ poni, ac scribi
in quadam tabella hospitiorum, ac hospitalium;
& quod idem exequatur in Ecclesiâ Sancti Iacobi.
8 †. Et ea de causa cautum sic præstare; eo quod
non omnibus peregrinis sit adhibenda fides, cum
sæpè soleant commentitia alloqui, & immemos
honores sibi vindicare, vt habetur *in cap. afros*
dist. 83.

9 Ad vltimum ex his infero quod etsi non liceat
Clericis hostiatim mendicare, cum hoc sit mag-
num dedecus ordinis Clericalis: & ideò omni-
bus modis vitandum, vt docent Paulus Fuscus *de*
visitat. lib. 2. *cap.* 22. *num.* 13. *fine*, Nauar. *comment.* 2.
de regularib. ad cap. non dicatis 12. *q.* 1. *n.* 37. vers.
tertio Barbosa *in dicto cap. Diaconi sunt* 93. *dist.*
n. 3. subdens cum Nauar. Calderin. *cons.* 1. *de vita,*
& honest. Clericor. reprehensione dignos esse Cle-
ricos, qui peregrinantes mendicant; imò potius
se consensisse multis illos reprehendentibus, ta-
men ex ipso Nauarro ait posse Clericos deuotio-
nis causa aliquem pium locum visitantes, & exer-
centes humilitatem, & patientiam, sumpto pau-
pertatis habitu mendicare.

QVÆSTIO III.

An opiniones nouæ vitandæ sint, aut qua de causa ab antiquis dictis discedendum?

SVMMARIVM.

1 *Opiniones nouæ in ciuilibus, & humanis potius sequendæ fulciuntur ratione, & sub distinctione*, ex n. 11.

2 *Opinionem, seu sententiam vltimam videtur amplecti qui plures refert*, numero 3. & 4.

5 *Opinionem prima legis fundata ratione perpetua, vt inuariabilis qualis etiam, vt exteris peregrinantes non admittantur, celebrare sine litteris suorum Episcoporum, est sequenda.*

6 *Opiniones nouas adinueniri, quia sic expedit animabus multi dicunt si benigna sint. Alij dicunt esse perniciosum*, vt n. 7. & 10. *quid* num. 11.

8 *Via Regia, & callis tutior, securior, quamdeuij tramites, & sinuosi anfractus.*

9 *Magistris, & Præceptoribus nouis, qui insitata docuerunt, se tradentes in varia discrimina possunt impingere.*

10 *Pater Prado refert in libris recentiorum esse multas opiniones improbabiles.*

11 *Opiniones nouas sine firmo fundamento excitare periculosum est præcipuè circa Sacramenta, & in humanis, quando adest ratio immutatis*, vt n. 12. *aliter nunquam opiniones nouæ admittontur*, vt n. 13.

PEr iam adducta verba textus nostri in præ- 1
misso, quæ sunt, vt sequuntur ibi: *Tutius*
esse vt in his statuta Patrum veterum obseruentur,
quam nouum aliquid statuatur, &c. igitur quod
nouæ opiniones potius sint sequendæ in rebus
ciuilibus, & humanis; quia ex pluribus causis hu-
mana variantur, regula est textus cum vulgatis *in*
cap. non debet de consanguinitate, & affinitate;
deinde, † quia vt latè dixi per *caput Capellanus* 2
de ferijs q. 4. posteriorem sententiam videtur am-
plecti, qui plures tefert, vt ibi latè exemplificaui.
† Deinde quia per sæpius Pontifices, Imperato- 3
res, Reges, Principes Supremi, ac alij Legislato-
res ferendo leges, noua decernunt abrogando le-
ges priores iuxta quæ dixi *in cap. translato* 3. *de con-*
stitutionibus. † Item quia per relata verba non 4
videtur posita clausula irritans, ac prohibens in
futurum alias leges ferri iuxta quæ adduxi *supra*
in Rub. de constit. q. 8. vbi de lege irritante, & *in c.*
fin. de consuetudine.

At quia quoties prima determinatio in se con- 5
tinet rationem firmam, perpetuam, ac inuaria-
bilem, etiam in rebus humanis, vt exempli-
ficaui *in cap. ex litteris* 11. *eodem titul. de constitu-*
tionibus, non est deuiandum à lege primo lata;
ideò rectè in textu nostro cauetur circa peregrinos
exteros vltramarinos, vt non aliter si dicant se
Clericos, eis credatur, quam si secum ferant lit-
teras commendatitias sigillatas, authorizatas;
denique facientes quinque Episcoporum cum
præhabito examine, de quo loquitur Pontifex hic;
eo quod iam antea, vt dixi *sub Rub. & in quæst.* 1.
hic

hic taurum esset mature statutis veterum Patrum super prædictis Clericis peregrinis.

6 Vnde iam ad dubia proposita, & quia nouissimè amicus noster P. Magist. Fr. Ioan. Martinez de Prado Dominicanus *tom. 1. Theologiæ moralis q. vltima de opinionibus nouis*, *& laxis in §. 1.* referens plures à Castro Palao *tract. 1. disp. 22. puncto 1. n. 4. & cap. 5.* ex Ioanne Sanchez *in selectis*, Gerson. Diana, Caramuël. Pat. Anton. de Scobar. & Mendoza *in præloquio Theologiæ moralis cap. 3. num. 25.* & ex Panormit. *in dicto cap. capellanus de feriis*, & Imola *in cap. per tuas 2. de simonia*, docentes expedire animabus adinuenire nouas benignas opiniones. † Et *ibi* §. 2. referens motiua, propter quæ

7 alij asserunt esse in perniciem animarum docere nouas opiniones laxantes conscientias, tum locis Sacræ Scripturæ ex Patribus ionumerare affert Grauina *tom. 3. Cathol. præscript. p. 1 fol. 6.* & latius *q. 1. art 11.* in quo inquirit, an magis sit deferendum posterioribus opinionibus, quam antiquis Patribus (inquisitio profectà iuxta telata verba textus nostri) & magis ad rem controuersia *2. q. 1. art. 9. reg. 6.* pro examinatione doctrinam *fol. 263.* rursusque aduersùs libertatem opinandi, & nouas opiniones in libro intitulato *Congeminata vxor turturis cap. 16. sub tit. doctrina societatis in editione Coloniensi anno* 1638. *fol.* 308. inter quæ scili-

8 cet, quia concordia securitatem seruat. † Et quia via Regia, & callis tutior, securior, quàm deuij

9 tramites, & sinuosi anfractus. † Et quia nouis se tradentes præceptoribus, qui insusitata docuerunt, in varia discrimina possunt impingere, alia congerens ex M. Fr. Franc. Lopez Texada *in Theologia Morali tom. 1. lib. 2. tract. 3. controuersia 7. dub. 2. num. 35. fol. 35.* & ex M. Ioanne Baptista Lezana *consulto 48. num. 1.* cum Nauarro, Suarey, Martino Bresseru, & ex Michaël Ferro Manrrique *p. 2. mo-*

10 *ralib. quæstionibus quæst. 41. n. 9.* † Referatque idem M. Prado *in* §. 3. in libris recentiorum multas esse opiniones improbabiles sub illo asserto, vt periculosum sit asserere quamlibet opinionem in libro cuiuslibet iunioris esse probabilem. Et §. 4. sub illo asserto per se loquendo, periculosum esse, & moribus pestiferum nouas opiniones morales contra antiquas adinuenire sub specie benignitatis, curando auctores coacetuare, etiamsi rationibus, & iuribus contradicant, probans ex S. Gregorio, S. Damasceno, Ioanne Cassiano, ex rationibus, aliisque pluribus fateantur que *in* §. 5. posse esse probabiles aliquas opiniones benignas, & singulares, & *in* §. *fin.* consultet amatores nouitatum, & laxantium conscientias relatos *sub dicto* §. 1.

11 Ideò mihi visum iterum, atque iterum est hanc rem totam componere per illa quæ dixi *in dicto cap. Capellanus de feriis q. 4.* pœnalis habendo quam graue fit inconueniens nouas excitare opiniones sine firmo pede, ac fundamento impugnabili, cum ex iam adductis verbis textus nostri supponatur à veteribus patribus nimis excogitatum fuisse periculum in re graui admittendi ad sacra peragenda Clericos peregrinos, præcipuè

12 vltramarinos. † Sicut etiam dixetimus *in tit. de Sacramentis non iterandis*, *ac alibi sæpè*, *& sub dict. q. 4. dicto cap. Capellanus*, nullo vnquam modo circa substantialia Sacramentorum nouitates admittendas; imò, nec in ciuilibus, & humanis, quoties circa semel stabilita durarunt pro semper, ac durant ad semper rationes perpetuæ, quibus stabilita, ac fulcita perdurant immutabiliter iuxta exempla, quæ posui *supra in cap. cum consuetudinis 9. & in cap. ex parte 10. de consuetudine*, *& ibi in cap. cum inter 5. cap. cum venerabilis 7. & in c. ex litteris 11. de constitutionibus.* † Aliter verò 13 poterunt admitti, si nouarum opinionum fundamenta præualeant fundamentis antiquarum opinionum, vt contingit in derogatione legum, earumvè abrogatione, vt dixi *sub dict. cap. translata 3. de constit.* rescriptorum, siue priuilegiorum, vt *in cap. 3.* cum aliis de rescriptis. Et sic longius non tracto de hoc puncto; & hæc sic videntur distingui in verbis textus *dicti cap. Capellanus*, ibi: *Posterior sententia meliori*, *& subtiliori nititur fundamento.* Et iuxta quæ dixi *de conflictu opinionum in cap. 2. de re iudicata q. 1. & 2.*

AD TEXT. IN CAP. II. Inter Quatuor, hoc titulo. De Clericis Peregrinis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus non probatur proprio iuramento peregrinantis per inditia, & argumenta potest vt n. 2.*

2 *Inditia argumenta, coniectura, & præsumptiones, qualem probationem faciant remissiuè.*

3 *Peregrinus debet non solùm probare se Clericum, sed etiam se bonis moribus imbutum, & laudabiliter conuersatum, vt valeat ministrare in ordinibus, & ad altos in alieno Episcopatu.*

PRINCIPALIS materia textus 1 nostri manet intellecta per adducta *supra in Rub. & in cap. 1. tota q. 1.* applicando *hic* applicabilia *ibi* dicta sed quia in verbis ibi: *Offerentes iuramentum*, dubitaretur, nùm Clericatus probetur proprio peregrinantis iuramento, & regula sit, vt nemo in propria causa testis esse possit per illa, quæ dixi *in cap. 12. de iudiciis q. 11. & in cap. proposuisti 4. de probat. & in cap. insuper 6. cum aliis ibi notatis de testibus*; ideò & ad propositum optimè Pontifex respondet, vt non probetur proprio iuramento, nec quod iuramentum à Prælato, coram, quo tale intendit, sit deferendum: qua de causa possunt pro materia applicari longè dicta de delatione iuramenti *infra in c. fin. de iureiur.*

Et ibi: *Quod nisi de ipsorum ordinatione perindonea tibi constiterit argumenta*, iam *sub dict. q. 1. & cap. 1.* dictum est, indicia, & argumenta esse 2 vnum ex modis ibi positis, per quos Clericatus probetur. At si dubites qualem probationem faciant indicia, argumenta, coniecturæ, præsumptiones, & aliæ huiusmodi, adiunges hic plura, quæ adduxi *sub Rub. & titul. infra de præsumptionibus.*

Et ibi eos, *Nec in illis suscipere*, *nec ad maiores debes ordines promouere præsertim antequam conuersatio eorum fuerit approbata.* Per hæc verba 3 applicari possunt alia, quæ *sub dict. q. 1 cap. 1.* notaui; non enim sufficit, vt peregrinus probet se Clericum, vt in susceptis ordinibus ministret, sed

requiritur; vt Prælato coram quo se probat Clericum, constet de bona vita, moribus, ac conuersatione ordinandi ab alio, vt recipiatur in alieno Episcopatu ad administrandum. Et minus quidem ad superiores ordines suscipiendos antequam conuersatio eorum fuerit approbata per dicta *supra in cap. 1. & tit. de scrutinio in ordine faciendo, & in cap. penult. & fin. de etate, & qualitate ordinandorum in cap. 3. 6. 7. 8. 9. 15. & fin. de præsumptionibus.*

AD TEXT. IN CAP. III. Tuæ Fraternitati, hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus an probetur per vnum testem remissiuè*, n. 2. & 3.

3 *Testi vnico quando integra fides præstetur remissiuè.*

1 INSVPER materia propria huius textus, satis intelligitur ex adductis *supra in Rub. & in cap. 1. & 2. hoc tit.* hic etiam patet Clericos peregrinos, præcipuè ignotos, non esse ad celebrandum admittendos, nisi per litteras Ordinarij sui, siue per testes de ipsorum ordinatione constet, ob quod
2 abunde intelligitur ex ibi adductis. † Sed quia solent DD. dubitare, an Clericatus probetur sufficienter per testem vnum; ideò adiunges quæ latè scripsi *in cap. à nobis 28. de testibus q. 1. n. 30. & 31.* vbi de intellectu textus nostri, & solutionis quæ-
3 stionis propositæ. † Quod si ad maiorem tractationem interroges; num aliquando vnico testi integra adhibeatur fides, leges *ibi à num. 1.* dicta & in aliis quæstionibus, & quare Clericatus possit vnico teste probari *in dict. num. 30. & 31.* cum videatur esse contra formam textus nostri in numero plurali *per testes*, & præter ibi adducta applicabis hic quæ adducit Riccius *collect. 378. p. 2. & collect. 729.* Couarruu. *in practic. cap. 33. à num. 3.*

AD TEXT. IN CAP. FIN. Te Nobis, hoc tit. De Clericis Peregrinis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Instituendi facultas est Episcoporum, & Archidiaconorum in certis beneficiis.*

2 *Indigenæ, seu naturales aliis præferri debent circa obtinenda beneficia, & quare?* n. 4. & 5. *remissiuè.*

3 *Forensis, aut alienigena impetrans beneficium, non faciens mentionem de loco suæ originis, seu de sua Diœcesi, facit gratiam subreptitiam*, & n. 6.

4 *Papa intendit cuique prouidere in patriâ suâ.*

6 *Impetrans debet facere mentionem de loco; & Diœcesi, remissiuè.*

SEQVITVR textus iste de institutione, 1 quam solent facere Prælati minores de Clericis peregrinis in suis Ecclesiis sine licentiâ sui Episcopi Diœcesani. Et quia hæc pars omninò spectat ad titulum *infra de institutionibus, & quis possit de iure instituere, ac destituere*; & quod hæc facultas propriè sit Episcoporum; ideò ad ibi dicta te remitto; imò & possunt applicari quæ dico *infra sub tit. de Officio Archidiaconi*, quatenus, etsi sint inferiores Episcopis Diœcesanis, habent nihilominus ius in pluribus Diœcesibus instituendi, ac conferendi certa beneficia.

At quia ex vers. *cum sit honestati contrarium*, 2 notat hic Barbosa *num. fin.* ex Nicolao Garcia *de beneficiis p. 7. cap. 9. à num. 5.* quod indigenæ, seu naturales aliis præferri debent in prouisione beneficiorum, saltim de honestate, cum sit honestum, & rationi conforme quemquam in patriâ suâ beneficiari; imò, & iuri. † Et insuper colli- 3
gat quod si forensis, vel alienigena impetret beneficium, non facta mentione de loco suæ originis, seu de sua Diœcesi, gratia sit subreptitia.
† Cum Papa intendat cuique prouidere in patriâ 4
suâ per dicta ad glossam *in cap. properante de rescriptis*, & in quibus Diœcesibus exteri ex Summi Pontificis indultu, beneficia habere non permittatur, dixetim *in cap. bona memoria super verb. quæ de Regno Vngariæ*, supra *de postulatione Prælatorum*, & Couarruu. *in practic. cap. 35. à num. 4. & 5. vers. secundo.* † Ideo ego commendo legenda 5
à Lectore quæ dixi *in cap. cum deputati quæst. 8.* dum egi de illa quæstione: *An expositi, & quorum origo incerta est sine regulares, vel sine habiles ad officia publica*, de quo aliqua de expositis dixi *sub cap. 1. de filiis Presbyterorum*, & propriùs ad propositum, *in dicto cap. cum deputati quæst. 4.* vbi dixi de materiâ, *an exteri possint beneficari?* & quod exteri in nostris Castellæ, & Legionis, nec beneficiantur, nec aliis fruuntur honoribus, nec in aliis Regnis ibi signatis; & quod nec exteri à Regno debeant prouideri ad officia sæcularia de quibus omnibus notaui *supra in dicto cap. bona de postulat. Prælator.* & dico vberrimè *in cap. cum decorem de institutionibus*; ideò quatenus spectat ad punctum te remitto ad *ibi* dicta. † Et 6
quatenus impetrans debeat facere mentionem de loco, ac Diœcesi, applicabis quæ dixi *in cap. significante 34. & in cap. Rodulphus 35. de rescriptis* & quæ de tali impetratione non faciente mentionem de requisitis ibi in aliis iuribus; ob id non amplius agimus.

AD

AD RVBRICAM ET TITVLVM De Officio Archidiaconi.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Officia Dignitatum Ecclesiæ referuntur.*

2 *Archidiaconus seclusis consuetudinibus de iure est Vicarius Episcopi, habens iurisdictionem etiam fori contentiosi, habens etiam curam quoad Parochias, & Clerum imperans etiam Diaconis, Archipresbyteris, Presbyteris, & aliis Clericis*, vt numero 3.

4 *Archidiaconi dicti oculi Episcopi sunt, vbi fieri possit eligendi Magistri, seu Doctores, aut licentiati in Theologiâ, vel iure canonico, si iurisdictionem contentiosam habeant* vt n.5. *& promoti in publico gymnasio* vt n.6. *Quid apud nos Hispanos*, n.13.14. & 15.

6 *Gradus Doctoratus licentiaturæ, aut Magisterij in publico gymnasio est adipiscendus ab Archidiacono, alias ei non suffragetur, &* n.7. *seu à Decano, & alio quouis optinente primam Dignitatem post Pontificalem*, dist. n.7.8.9.10.

7 *Archidiaconus sic ita debet esse gradu insignitus, vt in supplicatione ad Papam pro eius Dignitate debeat facere mentionem de illo.*

8 *Gradus iuris ciuilis, medicinæ, aut artium non sufficit pro supplica in Archidiaconum præficiendo.*

9 *Archidiaconus, ideò dicitur oculus Episcopi, quia primus post illum, quasi ab eo in specula, & statione positus.*

11 *Decanus habens primam Dignitatem post Pontificalem, nullibi cauetur, vt debeat præcisè esse constitutus in gradu Doctoratus, siue licentiæ.*

12 *Dignitates Cathedralium, ac saltem dimidia pars Canonicorum earum iuxta desiderium Tridentini bonum esset, quod essent graduati, vbi commodè fieri posset, non ex præcepto, etsi aliter videatur infra imperatum Concilio Compostellano, & Toletano.*

13 *Archidiaconorum prærogatiuæ apud nos Hispanos in plurimum cessarunt, cum nullus in nostris Cathedralibus videatur post Episcopum primam obtinere Dignitatem, &* n.14. *vbi adducuntur declarationes, &* numero 15.

15 *Archidiaconorum vllus inuenitur in tota nostra Hispania, qui talem potestatem obtinuit qualem per titulum nostrum eis conceditur.*

16 *Concilia Toletan. & Compostellan. super necessitate graduum in Dignitatibus, & dimidia parte Canonicorum, non sunt in vsu, &* n.17.

18 *Archidiaconi Ecclesiæ Asturicens. habent iurisdictionem circa prouisionem, & lites aliquorum beneficiorum, in suis territoriis.*

19 *Archidiaconus etsi sit dignior Archipresbytero, & Primicerio su voce, si tamen non sit primus in choro, nequit dici oculus Episcopi, nec eget gradu potiri*, n.20.

20 *Archidiaconi nomen dicitur à Græco vocabulo, quasi ministrorum Princeps appellatur.*

21 *Archidiaconorum materiam, qui tractent.*

VCVS QVE à titulo de temporibus ordinationum actum est de ordinibus, de ordinandis, & præficiendis in Ecclesiis, & sic nunc à nostro titulo vsque ad titulum de Officio Vicarij agere conuenit de Dignitatum Ecclesiasticarum Officiis, vt quisque in Dignitate sua constitutus, officio, seu munere suo fungi debeat. Vnde quia plura de Episcopis, & Archiepiscopis, eorum vsu, & dignitate diximus in hoc tractatu de Officiis, & Sacres Ecclesiæ à titulo de Postular. Prælatorum, & de Electione, vbi plura de Episcopis, & Archiepiscopis aliqua *in tit. de authoritate, & vsu Pallij*, & plura alia *infra sub Rub. de Officio Archipresbyteri* vbi etiam de Papa, de Patriarchis, & Cardinalibus. † Ideò quia iuxta iuris canonici dispositionem inter Dignitates alias Ecclesiasticas, primum locum obtineat dignitas Archidiaconatus *ex cap. ad hæc hoc tit.* etiam quoad iurisdictionem fori contentiosi, cum cessantibus consuetudinibus, Archidiaconus, Vicarius est Episcopi in omnibus, † ad quem etiam pertinet omnis cura in Clero, tam in vrbe, quàm extra per Parochias *cap. 1. hoc tit.* curamque habeat animarum *ex cap. cum in cunctis §. inferiora supra de elect.* imperetque Diaconis, Archipresbyteris, Presbyteris, & aliis Clericis sibi subiectis, eiusdemque sit audire Iurgia singulorum, & cuncta, quæ correctione, & emendatione indigent corrigere, atque emendare, nisi ardua sint negotia, & excessus sit grauis; ita vt maioris sit necessaria præsentia, & maior authoritas *dict. cap. ad hæc*, & debent alia facere, quæ continentur in iuribus huius tituli *in Trid. sess. 24. cap. 2. & cap. perlectis dist. 25.* 1 2 3

4 Quare Archidiaconi, qui oculi dicuntur Episcopi in omnibus Ecclesiis, vbi fieri possit, eligendi sunt Magistri, seu Doctores, aut licentiati in Theologiâ, vel iure canonico, vt colligunt *ex dicto cap. 12. Trid. sess. 24.* Benius *de priuilegiis iuris consultorum p. 2. priuilegio 28. num. 2.* Nicolaus Garcia *de benefic. p. 7. cap. 7. n. 36.* Campanil. *in diuers. iuris canon. Rub. 7. cap. 6. n. 41.* Gonzalez *in reg. 8. Cancel. glossa 4 num. 68.* Galganetus *de iure publico lib. 3. tit. 21. num. 1.* Aloysius Riccius *in praxi aurea resol. 238. à num. 2. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 248. num. 4 & decis. 305. num. 11. p. 4.* Molfesius *in summa Theolog. Moral. tract. 6. cap. 8. n. 62.* Homobon. *de bonis de examine Ecclesiastico tr. 1. cap. 9. q. 55.* Nouar. *in sing. canon. conclus. 41.* Sebast. *in relectione de Ecclesiast. hierarch. disp. 12. §. 1. n. 9.* Squillante *de priuileg. Clericorum cap. 4. num. 109.* Barbosa *in dicto cap. 12. Trid. num. 4.* ipse *de Officio Episcopi p. 3. alleg. 60. num. 60. & in tract. de Canonicis cap. 5. num. 5.* repetit de Iure Ecclesiastico *cap. 24. num. 5. & in decision. Apostolicis*, verbo *Archidiaconus num. 5.* cum Massobrio *in praxi habendi concursum requisito 10. dubio 6.* † Adduntur 5

loqui de Archidiacono, qui est caput Capituli, primus post Pontificem, tales vocando *Decanos*, apud nos in sæcularibus Ecclesiis, in regularibus *Priores*, & in Galliâ vt plurimum *Præpositos*, de quibus *sub dicto cap. 1. de ætate ordinand. q. 1.* Ideò dicendum est iam in Archidiaconis cessasse prædictas prærogatiuas, vt patet etiam ex sequentibus declarationibus, quæ etiam generaliter loquuntur de quibusuis Archidiaconis, non habentibus primam sedem post Pontificalem, Barbosa *decis. Apostol. & in Bullario*, dicto verbo *Archidiaconus, num. 7.* ex S. Congregatione cum Piasecio.

14 Nam postquam à Trid. *in dicto cap. 12. sess. 24.* io vna Legionens. Congregatio censuerit dict. Trid. decretum in vers. *Archidiaconi*, intelligi de illis Archidiaconis, qui ea munera exercent, quæ de iure communi Archidiacooi debent exercere, aliàs enim Archidiaconus non fit ille Episcopi oculus, de quo Concilium statuit. Apparent aliæ tres declarationes, quibus liquet prædicta doctrina. Vna Episcop. Abulens. *vbi Congregatio censuit*, eos Archidiaconos, qui verè carent curâ animarum, & omni prorsus iurisdictione, & qui præter primum locum in choro, & statum in Capitulo, sunt sicut cæteri Canonici, & portionarij, qui non comprehenduntur *sub dict. c. 12. Trid. decreto.* Alia in verbis sequentib. *Archidiaconi, qui non habent curā, & iurisdictionem non comprehenduntur hoc decreto, & sunt Doctores vel licentiati.* Vltima ibi: *Hoc etiam debet intelligi de illis Archidiaconis, qui reuera, Archidiaconatus officiū exercent; secus si tantum nomine essent Archidiaconi*, referunt Anastas. Germon. *de indultis Cardinal. dict. §. quibusuis num. 4.* Flamin. Parif. *lib. 4. de resignat. q. 1. num. 9* Piasecius *in praxi Episcop. p. 2. cap. 5. n. 20.* Nicolaus Garcia *dict. p. 7. de benef. c. 7. num. 41.*

15 Quare cum iam hodie ipsorum Archidiaconorum in Curia, vel imperitia, seu Episcoporum potentia, omnis pœna, iurisdictio extincta sit, nec in tota Hispania vnus reperiatur Archidiaconus, qui totam adductam iuris communis retineat potestatem, qualis refertur *sub tit. nostro in cap. 1. & cap. ad hac*, cum aliis, vt testantur etiam Zerola *in praxi Episcopali*, verb. *Archidiaconus* Lælius Cæcus *de Republica Ecclesiast. tit. 24. à num. 13.* & meritò notent apud nos Hispanos iam hodie dicendum, cessasse obligationem illam dicti Tridentini, quod sint Doctores, aut licentiati, etiam post Nauarrum, & Garciam *supra* Vasconcelus *in harmonia Rub. iur. canon. sub hoc tit.* Sebastian. Cæsar *de Ecclesiast. hierarch. p. 2. disp. 12. §. 1. num. 10.* Anguian. *de legibus lib. 2 controuers. 4. num. 10.* cum Barbosa *de canon. dict. cap. 6. num. 9.* Solorzanus *de iure indiarum p. 2. lib. 3. cap. 14. num. 17.*

16 Ex his apparet responsum ad decretum 29. Concilij Prouincialis Toletani *Act. 2.* & Decreto 33. Concilij prouincialis Compostellani *Act. 3.* vbi cauetur, quod dignitates, & dimidia pars canonicatuum sunt graduatorum in sacra pagina, vel Iure Canonico, & tantùm Doctoribus, aut Magistris, vel licentiatis in Theologiâ, vel iure canonico, necessariò conferantur, vt latius habetur in dictis decretis non habere vim, aut robur, nec id in dictis Conciliis statui potuisse, vt dicit Nicolaus Garcia *dict. p. 7. cap. 7. num. 46.* vbi *num. 47.* addit nec obstare confirmationem concordiæ initæ inter Metropolitanum, & Episcopos ac capitula. Prouinciæ dictæ Compostellanæ facta à Pio V. anno 1569. quæ habetur impressa Salmanticæ anno 1595. post dict. Concilium 2. vice impressum de ordine D. Ioannis S. Clemente Archiepiscopi Compostellani, in qua *vltimo cap.* habentur sequentia verba. † *Item 33. cap. eiusdem actionis, vbi cauetur, quod Dignitates, & dimidia pars Canonicorum sit graduatorum in Sacra pagina, vel Iure Canonico iuxta decretum ipsius Concilij Tridentini, eum declaretur intelligi citra præiudicium optionis, & opeandi consuetudinis præscripta, vel à Sede Apostolica confirmata quod declarationi, & voluntati S. D. relinquatur.* Et postea Pius V. in dicta confirmatione: *Concordiam, & declarationes prædictas, & omnia, & singula in eis contenta quacumque authoritate prædicta Apostolica, per præsentes confirmamus declarantes diffinitionem optionis, nobis remissam, tunc dictæ opinioni locum esse debere eo modo, & tempore, quo illi ante huiusmodi Concilium locus erat, & non aliàs. Quia respondetur quod in dicta confirmatione non confirmatur dictum decretum 33. sed declaratio, quod intelligatur citra præiudicium optionis, declarando ei locum esse debere eo modo, & forma, quo illi ante huiusmodi Concilium locus erat, & non aliàs*; imò ait Garcia *supra num. 48.* nec dicta decreta Concilij Toletani, & Compostellani videri esse vsu recepta: nam semper dignitates, & Canonicatus prouidentur indistinctè, & iam non graduatis in ea Prouincia, Compostellana, & etiam in hac Toletana. 17

Vnde licet expertus fuerim ego in Ecclesiâ Cathedrali Austuricens. (vbi fui Canonicus Doctoralis) esse plures Archidiaconos cum iurisdictione ad prouidenda, vel omnia, aut nonnulla beneficia suorum destrictorum, præcipuè quæ sunt iuris patronatus, modo ibi practicatur oppositores, & præsentatos à Patronis audiendo, in iustitia sententiando, & conferendo nihilominus, vt vidi nec vllus istorum ibi habet primam sedem post Pontificalem, nec in Capitulo, nec in choro, cum in ea Ecclesia sint duæ præcedentes dignitates, Decanatus scilicet, & cantoris; ideò etsi illi graduati in plurimum essent, tamen de necessitate, non id requisitum extitisse, & carent prædicti Archidiaconi in illa Ecclesia aliis insignibus prærogatiuis, quibus Archidiaconus iuxta titulum nostrum debet frui. 18

Vnde licet Archidiaconus dignior sit Archipresbytero, & Primicerio in voce, loco, & administratione, & in aliis, vt consuluit Barbatia *cons. 5. lib. 2.* quem refert Cardinal. Tuschus *tom. 1. litt. A, concl. 482. num. 6.* & contingat, quod de consuetudine Ecclesiæ Archidiaconus non habeat iurisdictionem; quia tamen de iure communi habet nomen dignitatis, censeatur habere administrationem spiritualem, & in dignitate Ecclesiastica versari, vt dicit Vveyms ad const. 24. ex antiquo iure desumptas. Et per Concil Trid. speciatim innouatas *const. 1. n. 5.* † Nomenque eius à Græco vocabulo, quasi Ministrorum Princeps appelletur *in cap. 1. dist. 21.* eo quod Archos Principem, & *Diaconus* famulum, seu Ministrum Græcè significet, vt notant Petr. Gregor. *Syntagm. iuris lib. 1. cap. 10. in princ.* Anastasius Germon. *de sacr. immunit. lib. 3. cap. 3. in fine*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 1. num. 49.* Sebastian. Cæsar *vbi supra dict. cap. 12. §. 2.* Azot. *inst. mor. p. 2. lib. 3. c. 14. q. 1.* Castald. *in praxi ceremon. lib. 1. sect. 8. c. 7. n. 3.* adhuc quoad necessitatem gradus recipiendi, si 19 20

non fit prima Dignitas post Pontificalem; sic vt dici queat oculus Episcopi nullomodo comprehendatur ad prædictum effectum ex iam longè dictis.

21 Ad alia de materia Archidiaconi, ac de eius prærogatiuis dico infra, & sub Rubro, interim ad saturitatem leges Lancellotum, Conrad. *in templo omn. iudic. lib. 2. cap.* 8. Gullielm. Durand. *in speculo iuris lib. 4. sub hoc tit.* Sarmient. *lib. 3. selecti. cap.* 5. Grammaticum *decis.* 64. Zetolam *in praxi Episcop. p.* 1. & 2. verbo *Archidiaconus*, Lælius Cæchius *de Repub. Eccles. tit.* 24. *à num.* 13. Petr. Gregor. *Syntagm. dict. lib.* 15. *cap.* 20. Anastas. Germon. *dicto lib.* 3. *de sacror. immunit. cap.* 5. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. Fr. Hieronym. Roman. *de Repub. Christiana lib.* 3. *cap.* 10. Aloysius Riccius *dicta p.* 5. *collect.* 1618. Tuschus *tom.* 1. *litt. A, conclus.* 482. Nicolaus Garcia *dicto cap.* 7. *p.* 7. *de benef. ex n.* 36. Galganet. *de iure publ. lib.* 3. *tit.* 21. Machado *de perfecto Confess. p.* 4. *lib.* 4. *tract.* 7. *docum.* 5. Michaël Ferro *de praecd. Eccles. tota q.* 5. Valer. Reginald. *dicto lib.* 30. *in praxi pœnit. fori tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 49. Anton. Fabric. *in praxi Eccles. benef. tit. de benef. cum Dignit. personata, & officio num* 23. Flamin. Parisius *de resignat. benef. lib.* 2. *q.* 1. *à num.* 84. & 85. Sebastian. Cæsar *de Ecclesiast. hierarch. dict. p.* 3. *disp.* 12. §. 1. *de Archidiacono*, Sbroicum *de Officio Vicarij lib.* 1. *q.* 3. *à n.* 16. & *lib.* 2. *q.* 25. *per totam*, Barbos. *in dicto cap.* 12. *Trid. sess.* 24. vbi Farinac. & alij; item *in decisionib. Apostol.* & *Bullario* verbo *Archidiaconus*, & *de Canonicis dict. cap.* 5. *ac de Iure Ecclesiast. p.* 1. *c.* 24. & *in cap.* 4. *dist.* 25. & *in pastorali* 2. *p. sub dicta alleg.* 60. idem *in princ nostra Rub.* referens plures ex adductis, & ex ordinar. cum Petr. de Rauena, Martin. Mesnart. Dam. Venator. Lancellot. Cafarel. Canis. Vasconcel. Alexand. Casan. Bartholom. Carthagen. Ioan. Honor. Menochio, & Acugna, quibus addo Cironium, & Andream Valens. hic ad titulum nostrum.

QVÆSTIO I.

Archidiaconus, quare sit maior in Dignitate Archipresbytero, cum ille tantùm præsit Diaconis, iste verò Presbyteris? Vbi de officio Diaconorum, & Subdiaconorum? Et quo tempore vtrique creati? Et de Diaconissis? Et nùm Apostoli fuissent vxorati?

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyteri Dignitas instituta est, vt præsit cæteris Sacerdotibus in Cathedrali.*

2 *Archidiaconi Dignitas posita est de iure in primo gradu post Episcopum cum stallo primo in Choro, & Capitulo, item & cum iurisdictione.*

3 *Archipresbyteri Dignitas inferior de iure est Archidiaconali, quia hæc habet iurisdictionem in contentiosis, illa tantùm iurgia amicabiliter componere, & n. 4.*

4 *Archidiaconus, vt in statione, & specula positus debet prospicere actus totius Ecclesiæ, & ad Episcopum referre.*

5 *Archidiaconus videtur præesse Diaconis, qui inseruiunt Presbyteris simplicibus.*

6 *Diaconus Græcè, idem est, quod Latinè Minister, quia Sacerdoti ministrat, & aliis Clericis ministeria dispensat, & res sacras populo. Alij verò potius dicuntur assistentes vt n. 7. & 11.*

8 *Diaconorum officium est Sacerdotibus assistere, oblationes ad altare inferre, quibus etiam prisco tempore pertinebat ministrare Calicem, & assistere Episcopis cum prædicabant, ne ab insidiatoribus infestarentur.*

9 *Diaconi quare etiam dicebantur oculi Episcopi.*

10 *Diaconorum nomen, quorum officium versabatur circa administrationem eleemosynarum, & bonorum Ecclesiæ, poterat etiam personis non Ecclesiasticis accommodari.*

11 *Diaconus dictus sic à verbo Græco, quod significat* ministro, *seu* famulo.

12 *Diaconi viduis ministrabant in locum Apostolorum, quos non decuit derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis*, n. 13.

13 *Fabianus Papa, & Martyr (vt legitur in suis lectionibus) diuisit septem Diaconis regionem, qui pauperum curam haberent, expenditur*, à n. 43.

14 *Archidiaconus in tit. de Officio Archidiaconi sumitur pro Sacro, sicus in veteri Testamento Leuitæ, in quorum locum Diaconi successerunt, ministrabant Sacerdoti.*

15 *Diacono, dum ordinatur solus Episcopus imponit ei manus super caput; quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.*

16 *Diaconi olim propter penuriam Sacerdotum, poterant solemniter baptizare, quod olim ratione officij nequeunt facere, alias incurrent irregularitatem.*

17 *Diacono licet, in absentia Sacerdotis, & in necessitate ministrare Eucharistiam eo præsente.*

18 *Diaconi officium est, vt legat Euangelium populo in loco altiori vertendo faciem versùs Aquilonem, vt ostendat verbum Dei contra Diabolum, dirigi ex effectu, de quo,* num. 19.

20 *Diaconus alia officia exercet, vt cantare confessionem, turificare Chorum, & alios Prælatos, & Canonicos. Quid de mansionariis seu Magistratibus sæcularibus*, n. 41. 42. 43. & 44.

21 *Turificandi modus à Ministro in Ecclesia Asturicens. & Vallisolet.*

23 *Subdiaconatus vox est Græca dicta Hypodiaconus, id est subministrans Diacono*, numero 24.

24 *Subdiaconi officium est Calicem, & Patenam ad altare deferre, & Diaconis tradere eisque ministrare vrceolum aquæ, & mantile tenere Episcopo, Presbyteris, & Diaconis pro lauandis ante altare manibus, aquam præbere.*

25 *Subdiaconus catenus dicitur Diuinis Sacramentis inseruire, quatenus vasa sacra lintea panem, & vinum admirabili Eucharistiæ Sacramento præparat.*

27 *Subdiaconus habet legere epistolam solemniter ex præcepto Ecclesiæ, non ex vi ordinationis*

non

non sic alius in minoribus constitutus, ut num. 28.

29 *Diaconus, & Subdiaconus ex monitu Concilij Tridentini, saltem singulis mensibus inserviant Sacrificio Missæ solemniter, & Eucharistia Sacramentum sumant, aliàs non permittantur ad altiorem gradum ascendere, nisi aliud videatur Episcopo,* numero 30.

31 *Diaconi Apostolici debent esse in sacris sub pœna amissionis emolumentorum.*

32 *Subdiaconus, qui in vim dispensationis Apostolica cum vidua contraxit, si retinet pensiones Ecclesiasticas, de iure gaudet priuilegio fori contra aliquos,* numero 33.

33 *Subdiaconi olim potuerunt uti matrimonio ante ordines contracto.*

34 *Diaconi, & Subdiaconi Presbyteri, si ministrant in Missa solemni, & voluerint celebrare, vel iam celebrarint, debent accipere pacem immediatè ab Episcopo post duos Diaconos assistentes, aliàs Episcopo non celebrante, Subdiaconus accipit pacem à Canonico, qui eam dedit Episcopo, &c.* n. 35.

36 *Diaconus, & Subdiaconus inservientes celebranti, debent esse eiusdem ordinis, & non inferioris cum celebrante.*

37 *Diaconorum, & Subdiaconorum Doctores, qui plura scribunt.*

38 *Diaconorum, & Subdiaconorum creatio à quo tempore fuerit.*

39 *Diaconatus, & Subdiaconatus ordo fuit à Christo institutus contra aliquos ex* n. 40. & 41.

41 Actor. cap. 6. de Diaconis: *explicatur* n. 53. & 54.

Diaconi septem, qui ad mensas, & pauperum curam adhibebantur, non ordinabantur ad ministerium altaris, & numero 51.

43 *S. Stephanus num Diaconus ad ministerium altaris electus, seu ad mensas, & curam pauperum.*

44 Cap. Dominus ad finem 93. dist.

45 *Anacletus* io epistola 3. cap. ad finem numero 59.

46 *Christus Dominus elegit duodecim Apostolos, in quorum locum Episcopi successerunt, & septuaginta discipulos, quibus Presbyteri.*

47 *Diaconi mensis præpositi, quanto tempore durarunt remissivè.*

48 *Subdiaconatus ordinis institutor fuit Christus Dominus, etsi in primitiua Ecclesia non fuerit sacer tempore Syriaci,* numero 61.

49 *Subdiaconis olim non permittebatur ingressus in sacrarium, nec contactus vasorum.*

50 *Subdiaconatus ordinis meminit Can. 40. Apostolorum.*

51 *Diaconi septem electi à S. Fabiano fuerunt, ut colligerent res gestas à sanctis Martyribus.*

52 *Subdiaconatus ordo à constitutione Gregorij Magni, probabilius videtur inter sacros reputatus, & Urbani II. & à quo tempore*

præcepta sit continentia in eo, etiam in Hispania, 0. 53.

54 *Continentia in Presbyteris & Diaconis à tempore Apostolorum, perdurat in Ecclesia.*

55 *Diaconissa apud nos vidua continentes vocata habebant promouere cæteras instruere mulieres de rebus, de quibus cum Episcopis, aut Diaconis agere debebant, & alia* 0. 57. & 58. *ubi de aliis ministeriis harum, & à* n. 59.

59 *Diaconissæ constituebantur in ministerium mulierum propter reuerentiam, si opus fuerit balnei gratia, aut visitationis, aut corporum inspectionis.*

60 *Adrianum quemdam nomine qui habuit Diaconissam in uxorem illicito ausu, anathemate feritur in Concilio Romano sub Gregorio I.*

61 *Diaconissarum officia eligebantur mulieres virgines, aut vidua ex unico matrimonio, qua contra peruersos quosdam dicentes eas potuisse ordinari, numquam ad ordines potuerunt ascendere,* ut numero 62. 64. & 65.

62 *Diaconissæ, & si consueuerint ordinari benedictione, & ceremonia; non tamen ordine Sacramentali.*

63 *Diaconissarum ordinationis Concilio mentionem facientia, intelliguntur de officio, & ministerio, non de ordine Ecclesiæ Sacramentali, &* n. 64. 65. & 66.

66 Cap. Diaconissam 27. q. 1.

67 *Diaconissas censuit Baronius inter laicales, & saculares personas.*

68 *Diaconissæ cessarunt ex abusu, sicut Corepiscopi propter audaciam ad maiora Ecclesiæ officia, ut* n. 74. & 85.

69 *Diaconissæ dictæ fuerunt non ab ordine, vel officio, seu ministerio, sed à viris, quorum uxores erant, sicut & Presbyterata.*

70 *Diaconissa, semper grauissa; sunt immunitate Ecclesiastica, quia religiosa persona videntur,* n. 72.

71 *Diaconissa ex Sanctis monialibus, & viduis, eligi cautum videtur ex Concilio Nicano, ut suum munus impleant, dum baptizantur fœmina.*

73 *Diaconissarum ætas, quæ erat constituta, & qua pœna plectantur si nuberent.*

74 *Fœminae sexus innata est ambitio.*

75 *Diaconissarum munus, qui tractarint & in quibus locis iuris utriusque.*

76 *Diaconissarum munus nullomodo necessarium ad Ecclesiæ gubernium.*

77 *Apostoli secundum quosdam fuerunt uxorati, secundum alios solus S. Petrus.*

78 *Apostoli, etsi uxorati fuerint, postquam ad Apostolatum vocati fuerint, non fuerunt suis uxoribus usi.*

79 Cap. fors 2. q. 6.

80 Cap. cum igitur 35. q. 1.

ET facit primo dubium, nam sicut Archidiaconus prouidet Clericis, & eorum necessitatibus, sic de iure communi Archipresbyter ciuitatis in Cathedrali Ecclesia, de iure communi est primò curare, ut cæteri Sacerdotes Diuina officia, & ritè celebrent, & eorum vitæ, & moribus, ac correctioni post Episcopum præest, 1

cap. perlectis verſ. *Archipreſbyter*.25. *diſt. cap*.1.2.
& 3. de officio Archipreſbyteri, Azor. *inſtit. moral.
part*.2. *lib*.3. *cap*.15. *quæſt*.3. Valer. Reginald. *in
praxi fori pœnit. lib*. 30. *tract*. 3. *cap*.3. *num*. 49.
verſ. *ſexta*, Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum
tomo* 1. *diſp*.25. *q*.4. *num*.3. Michaël Ferrus *de præce-
dent. q*.6. *num*.1. Galganetius *de iure publico lib*.3.
tit.22. *à num*.3. Sebaſtian. Cæſar. *de Eccleſiaſt. hie-
rarch. p*.3. *diſp*.12. §.2. *num*.5. Secundo, quia vt ait
Leo Pontifex. *in dicto cap*.2. *de officio Archipreſby-
teri*, præſit etiam Sacerdotibus, Cardinalibus,
eorumque miniſterium, vt vitam prouideat: Et
pro hac parte faciunt alia dicenda titulo ſe-
quenti.

2 Nihilominus quantumvis Archipresbyteri Di-
gnitas iuſtituta ſit in iure, vt præſit Sacerdotibus
in Eccleſia Cathedrali; ſed quia, vt iam *ſupra* di-
ximus *in Rub. & infra hoc titulo*, dicimus de iure
communi Canonico, Archidiaconi Dignitas poſita
eſt in primo gradu poſt Epiſcopum, ſimul cum
ſtallo primo in Choro, & capitulo; item & cum
Iuriſdictione, vt diximus, & apparet ex iuribus
tituli noſtri, vt *in cap*.1. *& cap. ad hæc* 7. cum aliis
3 † Ideò quamtumvis Dignitas Archipresbyteralis
inſtituta ſit, vt præ ſit Sacerdotibus modo dicto
Archidiaconalis Diaconis; ſed in puncto Iuriſ-
dictionali, aliiſvue hominibus, & præcedentiis,
ita Archidiaconalis eſt ſuperior ex dictis, *in Rub.
& infra*, cum conſtet declaratum à dicto T. id.
ſeſſ.24. *cap*.7. vt *infra tit. ſequente*, dicemus, quod
Archipresbyter non poſſit ſibi inobedientes in
eius officio coërcere, eiſque pœnam iniungere;
cum hæc exerceri non poſſint abſque Iuriſdictione,
quàm Archipresbyter noo habet, licet habeat fa-
cultatem eos admonendi, vt muoera eis iungenda
præſtent, & facienda ſuo loco, & tempore faciant
provt decet, ſolumque poterit componere iurgia
orta inter Sacerdotes, & Clericos in ſua Eccleſia
amirabiliter, & provt decet bono religioſo, non
quidem per viam iuris; itaque eueoit, vt cum ſe-
cundum Cardinalem *in Clem. II. de prabendis*, &
Andream Valenſem *hic num*. 1. *in fine*, plura ex
Iuriſdictione, ſeu foro cootentioſo comperant Ar-
chidiacono, quàm Archiptesbytero, cui cura exer-
citiumque fori pœnitentialis potiſſimum incum-
bit, vt patet ex *dicto cap*.1. *& 2. dict. cap. perlectis
§. Archipreſbyter. diſt*. 25. ideo maior Dignitas dica-
tur Archidiaconalis, quam Archipresbyteralis, &
vt talis primo hic agatur de Archidiacono, & poſt
4 tit. ſequent. † de Archipresbytero Item quia Ar-
chidiaconus, velut in ſpecula, & ſtatione poſitus
debet proſpicere actus totius Eccleſiæ, & ad Epiſ-
copum referte, *cap. Diaconi Eccleſia*, & *ibi*, gloſſa
diſt.93. indeque ratione Epiſcopi, cui ioſeruit,
dignior ſit Præsbytero, & Archiptesbytero non
fungente eo officio, *dict. c*.1. *de officio Archipræſbyt*.
Valenſis *hic n*.2. qui addit in fine, quod ei iure com-
muni adhæret. Dignitas; quæ maior cenſetur in
monaſteriis, & eorum Præpoſitutis.

5 Et quod Archidiaconus videatur præeſſe Dia-
conis, patet nam ſicut inter Diaconos ſunt qui in-
ſeruiunt Presbyteris ſimplicibus, vt dico *infra* in
verſ. *ad ſecundam*, hic ita quidam alij inſeruiunt
Epiſcopo, qui proinde Archidiaconi; quaſi Prin-
cipes, ſeu primi Diaconorum dicuntur, ſicut Ar-
chiepiſcopus dicitur Princeps, ſeu primus Epiſco-
porum, *cap. Cleros diſt* 21. idem Andreas Valenſis
hic ſub num.2. & alij communiter, ſed non inde
procedet ex iam dictis, quod Archipresbyteri; vt
præſides Sacerdotum, & Presbyterorum præcedant
Archidiaconis, qui tantum dicuntur Præſides Dia-
conorum ex differentia ante adducta vtriuſque
Dignitatis num præcedenti.

Ad ſecundam partem quæſtionis de officio Dia- 6
conorum, reſpondeo ex eodem Andrea Valenſe
hic num.1 verſ. *vbi notandum*, & ex *dicto cap. cleros*,
verſ. Græcè *Diaconi* 21. *diſt*. Durand. *in ration.
Diuinor. Officiorum lib*.2. *cap*.9. Michaël de Me-
dina *de continentia cap*.13. *&* 25. Petr. Gregor.
Syntagm. iuris lib.15. *cap*.20. *num*.1. Vaſquez *tom*.3.
in 3. p. diſp.236. *cap*.4. *in princip*. Galganet. *de iure
publico lib*.3. *tit*.25. *num*.1. Sebaſtian. Cæſar. *de
Eccleſiaſt. hierarch. p*.1. *diſp*.9. *num*.1. & aliis refe-
rendis, Diaconum Græcè idem eſſe, quod Latinè
Miniſter, quia Sacerdoti miniſtrat, & aliis Cle-
ricis miniſteria diſpenſat, & res ſacras populo
adminiſtrat. † Et ex officio quia etſi alij quoque 7
Clerici exiſtant miniſtri, ſolus tamen Diaconus
propriè ſortitur hoc nomen; quia ſolus circa res
ſacras Presbytero miniſtrat, eaſque fidelibus di-
ſtribuit *dict. cap. Diaconi* 93. *diſt*. Alij vero potius
aſſiſtentes dicantur, vt Syluester Papa docet *in
cap. nullus Acolytorum* 24 *diſt*. & quod Diaconus
vocetur Leuita à tribu Leui, à qua Diaconi origi-
nem ex veteri lege traxerunt probant DD. per
textum *in dicto cap. Cleros* 21. *diſt. & dict. cap.
Diaconi ſunt*, Barboſa *de Iure Eccleſ*. 1. *part. c*.35.
n.2. *& 3*. idem videndus *de officio Epiſcopi part*.2.
alleg.14. *n*.16.

Et licet nomen Diaconi videatur ſolùm com- 8
petere Eccleſiaſticis perſonis, cum eorum offi-
tium hodie ſit aſſiſtere Sacerdotibus, & eis in
omnibus, quæ in Sacramentis aguntur miniſtrare,
oblationes ad altare inferre *dict. cap. perlectis diſt*.
25. *& Clem. lib*.2. *conſtit. Apoſtolic. cap*.14. Euan-
gelium populo legere; ſeu decantare. Lælius
Cechius *de Sacram. tract. de ordine, cap*.1. *pag*.668.
col. ante fin. Stephan. Dutant. *de ritibus Eccleſ.
lib*.2. *cap*.23. *num*.3. imo & priſco tempore ad eos
pertineret miniſtrare Calicem, quando eo tem-
pore cum ſanguine miniſtrabatur fidelibus, Hen-
riquez *in ſumma lib*.10. *cap*.13. §.2. Petr. de Bollo
in œconomia canon. claſſe 2. *cap*.2. §.10. verſ. *Dia-
conorum nomen pag*.55. Torreblanca *de Iure ſpiri-
tuali lib*.2. *cap*.12. *num*. 36. imo ſpectaret ad eos
aſſiſtere Epiſcopis prædicantibus, & eos cuſto-
dire, ne ab inſidiatoribus infeſtentur. † Ob id- 9
que etiam oculi Epiſcopi appellantur *in dict. cap.
Diaconi qui*, *& cap. Diaconi diſt*. 93. Clem. *dict.
lib*.2. *conſtit. Apoſtolic. cap*. 43. Petr. Bollo *ſupra
claſſe* 3. §.1. *pag*.443.

Tamen quia etiam in primitiua Eccleſia offi- 10
tium Diaconorum verſaretur circa adminiſtratio-
nem eleemoſynarum, & bonorum communium
Eccleſiæ, Cardinal. Baron. *tom*. 2. *annal. Eccleſ.
anno Chriſti* 34. *pagina* 629. Vaſquez *in 3. part.
diſputatione* 236. *cap*.6. *num*.39. Barboſa *de Iure
Eccleſ*. 1. *part. dict. cap*.35. *num*.18. ideo optimè
Andreas Valenſis *hic dict. num*.1. verſ. *vbi no-
tandum*, potuit dicere *Diaconi* nomen eſſe gene-
rale, poſſeque etiam perſonis non Eccleſiaſticis
accommodari ob generalem ſignificationẽ verbi;
à quo deducitur. † Dictus ſcilicet Diaconus à
Græco verbo, quod *miniſtro*, ſeu *famulor*. ſigni- 11
ficat, quodque ad diuerſa miniſteria referri poſ-
ſit, & dicens inde vt Diaconi Latinè miniſtri di-
cantur *dict. cap. Cleros*, addit alios ſæculares;
alios ſacros dici poſſe. † Et facit etiam quia Dia- 12
coni

coni viduis ministrabant in locum Apostolorum, quos non decuit derelinquere Verbum Dei, & ministrare mensis, vt legitur *Actor. 6.*
13 † Et in recitatione Officij Sanctorum Martyrum Fabiani, & Sebastiani legitur, quod S. Fabianus Papa, & Martyr, qui regebat Ecclesiam à Maximino vsque ad Decium per quindecim annos diuisit septem Diaconis religionem, qui pauperum curam haberent; ex quo facto videtur iam fuisse creatos Diaconos in Ecclesia, sed à quo tempore *infra vers. ad quartam.*

14 Verum quod in titulo nostro hoc nomen *Diaconus* sumatur specialiter pro sacro, iam patet, & docet Valensis *hic*, vt dicatur minister comparatione Presbyteri, cui ministrare, subseruire, & subijci debet, *cap. legimus dist. 93.* in his, quæ traduntur *in dicto cap. perlectis §. ad Diaconum dicta dist. 25.* sicut in Veteri Testamento Leuitæ, in quorum locum Diaconi successerunt, Sacerdoti legi antiquæ ministrabant ex dictis etiam *supra.*
15 † Deinde quia dum ordinatur Diaconus, vt inquit Gregor. solus Episcopus, qui cum benedicit, ponit manus super caput illius; quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur, *dict. cap. Diaconus dist. 23.* cui & sub certis verbis ei traditur stola, & Codex Euangelij, stola quidem, quia Euangelium, quod per Christi iugum figuratur lectutus est.

16 Itaque quamvis olim in Ecclesia primitiua propter penuriam ministrorum possent Diaconi solemniter baptizare, vt notant Sotus *in 4. dist. 24. quæst. 5. art. 3.* Henriquez *in summa lib. 1. cap. 26. §. 4.* Marc. Anton. Genuens. *variar. resolut. lib. 3. resol. 16. num. 6. vers. tum demum.* Hodie verò ratione officij id facere non posse, nisi de licentia Episcopi, vel Presbyteri, ducent DD. per textum *in cap. Diaconis 93. dist. & in cap. constat. de consecrat. dist. 4.* Vasquez *in 3. p. q. 67. disp. 147. art. 5. sub num. 23.* Isydor. Moscon. *de Maiest. milit. Eccles. p. 2. lib. 1. cap. 1. pag. 385. littera A*; itavt irregularitatem incurrant; si absque licentia solemniter baptizarint, Henriquea *dict. lib. 10. c. 13. §. 2.* Vasquez *in 3. p. disp. 236. cap. 8. num. 90.* imo etiamsi faciant de licentia, & iussu Parochi, vt expressè tenent Nauar. *cons. 1. & 2. de Clerico excommunicato ministrante.* Henriq. *in summa lib. 2. cap. 29. §. 1.* dicens numquam licere Diacono baptizare solemniter etiam in casu necessitatis, vt referunt Marc. Anton. *var. resolut. lib. 3. resol. 16. num. 6.* Barbosa *dict. cap. 35. num. 29.* vbi addit cum eodem Soto, Nauarro, Henriquez, & cum Aldrete, Bonacina, Valentia, Victoria, & aliis, vt possit Diaconus non solemniter baptizare, Episcopo, & Presbytero absentibus, ac necessitate cogente, quod Clarius patet, si leges, quæ latè dico *infra sub titulo de Baptismo*, vbi qui possint esse illius ministri, aliquid *supra sub Rubr. de Sacram. non iterandis.*

17 Adduntque DD. *in dicto cap. firmiter*, vers. *si vero de summa Trinit. & fide Cathol.* Guillielm. Durand. *in rationabili officiorum lib. 2. cap. 9. n. 12.* Albertus Trotius *de vero, & perfecto Clerico lib. 1. cap. 22. num. 4.* Stephan. Durand. *de ritibus Ecclesiæ lib. 2. cap. 5. num. 3.* vt licet ministrare Eucharistiam solis tantùm Sacerdotibus competat: tamen in absentia Sacerdotis, vel in eius præsentia, data necessitate, Diacono id licere, vt alij DD. docent *per cap. Diaconos, & cap. præsente 93. dist.* & in terminis Sebastian. Cæsar. *de Ecclesiast. hierarch. p. 2. disp. 9. §. 1. num* 11. Ioan. Capistrano *de authorit. Eccles. fol. 51.* vers. *septimo Diaconus*, Fuscus *de visit. lib. 1. cap. 5. num. 10.* Galet. *in Margarita casuum conscient.* verbo *Diaconus vltimo*, Viuald. *in Candelabro aureo p. 1.* vbi *de Sacram. Eucharist. n. 89.* & alij.

Et quia iam diximus esse officium Diaconi 18
Euangelium populo legere, seu decantare; ideo dignum est scitu, vt tunc debeat ascendere ad altiorem locum, secundùm ea, quæ Isaias dixit, *cap. 40.* ibi: *super montem ascendere tu, qui Euangelizas Syon.* & iuxta illud Matth. *& Dominus in monte docebat turbas*, ac aliis de causis, de quibus Innocent. *de Sacro Altaris ministerio cap. 42.* Turrecremata *in cap. Apostolica num. 1. de consecrat. dist. 1.* Stephanus Durant. *dict. cap. 23. num. 11. & 12.* Isidor. Mascon. *de Maiest. milit. Eccles. p. 2. lib. 1. cap. 1. de ordine pag. 385. littera B*; imo addunt Altium, *de Diuinis Officijs cap. de celebrat. missar.* Simon. Vas. Barbosa, Frater Augustini Barbosæ *in tract. de significatis mysteriosis sacrific. Missæ cap. 40. num. 4 pag. 108.* idem Barbosa *dicto cap. 35. de iure Eccles.* cum Innocent. Stephan. Durantio, Moscon. Scort. & alij, *num. 34.* † Qui & dicunt 19
quod Diaconus ad legem dum Euangelium vertat faciem versus Aquilonem, vt ostendat verbum Dei contra eum dirigi, qui spiritui Sancto semper contrarius fuit, idest contra Diabolum ex eo quidem, quia durus, & frigidus ventus qui venit ab Aquilone sit effectus, quos Diabolius in illis, quos possidet operatur, reddendo scilicet eos frigidos, & torpentes in amore Charitaris, & dilectionis, & quod per Aquilonem Diabolus designatur, dicunt apertè probari ex illo Isaias *c. 14.* ibi *Lucifer; qui dicebas in corde tuo, sedebo in lateribus Aquilonis &c.*

Ex his etiam probatur, quod Diaconus debet 20
alia ministrare. Primo quod Diaconus Euangelij post sermonem, debet confessionem contare memoriter, & non ex libro, si fieri potest; sin minus minister inferior ei librum tenet, vt refert Barbosa ex Sacra Rit. in Alexandrina 15. Martij 1608. *in Bullario*, verbo *Diaconus num. 1.* Qui & debet turificare Chorum; sic vt nec ab eo munere excuseiur præstare contrariæ consuetudinis Sacr. Congreg. in dict. Alex. 15. Martij *in respons. ad dub.* 11. cuius meminit Aldan. *in compend. Canon. resolut. lib. 1. tit. 9. num. 35.* idem Barbosa *num. 2. & in decision. Apostolic. n. 4.* cumque munus sit Diaconi incensandi in Missa Pontificali, & quamvis sit ex Dignitatibus, & Canonicis post incensatum Episcopum, vt debeat incensare Magistratus sæculares, si adsint, & etiam alios Prælatos, Dignitates, & Canonicos incensare, refert idem Barbosa *in dict. decis.* verb. *Diaconus num. 2.* ex Aldano *dicto lib. 1. tit. 9. num. 33.* referente Sacram. Congreg. Rit. in Lucen. 10. Iunij 1600. & ex *num. 34.* idem Barbosa *in decis. num. 3. & in Bullario num. 4.* † Addit quod Diaconus de- 21
bet incensare Canonicos, & alios, non tamen mansionarios, quæ non video in praxi admissum in Cathedralibus Hispaniæ; & quod viderim in Ecclesia Austuric. vbi fui Canonicus, est quod solus Subdiaconus vestitus descendit ab Altari ad Chorum, vt turificet Episcopum paramentis vestitus, post tamen veniant Capellani cum superpelliciis, & turificent cæteros in Choro assistentes duplici ictu. In Vallisol. Ecclesia practicatur, vt Canonicus antiquior in Choro existés, accipiat Turibulum de manu Capellani, & turificet Episcopum prius trino ictu, illicoque Capellani turificant cum

cappis pluuialibus existentes,& illico cæteros Di-
gnitates , & Canonicos duplici ictu mansionarios
22 autem , & alios vnico. † Sed quod Diaconus
non debeat pacem dare Laicis , nec Domino loci,
habetur declaratum in Sacta Congreg. Rit. 5. Iu-
lij 1614. vt referunt Gauant. *in Rub. missal. p. 2.
titul.* 10. *num.*8. vers. *ordo* , Barbosa *in dict. decis.
num.* 6.

23 Ad tertiam de Subdiaconis , de quibus quia
quatenus spectat ad ordinem vt Sacramentum,
sub qua forma , & materia , de ætate ac aliis re-
quisitis ad talis ordinis rectam susceptionem di-
xerimus *supra sub Rub.& tit. de temporibus ordin.
& in Rub. & tit. de ætate , & qualitate ordinand.
& in cap.*1.*&* 3. *de Sacramentis non iterandis* , &
à quo tempore inter Sacros Ordines habitus *in
cap. miramur de seruis ordin. & infra hic* sub vers.
ad quartam , & de aliis pluribus requisitis ; nunc
iam ad Subdiaconi officium descendendo breui-
ter respondeo hanc vocem esse græcam dictam
Hypodiaconus , id est quasi subministrans Diaco-
no, vt DD. agnoscunt per textum *in dicto cap.
Cleros* , vers. *Hypodiaconos dist.* 21. Barbosa cum
multis *in pastorali p.*2.*dicta alleg* 14. *num.*3. idem
*de Iur Eccles.p.*1. *cap.*37. *num* 1. Sebastian. Cæsar
*de Eccles.hierarch.p.*2 *disp.*10.§.1.*num.*1.Gulielm.
Durand.*in rationali Diuinor.lib.*2. *cap.*8. Sotus *in*
4.*dist.*24.*q.*5.*art.*4..vers.*post Diaconum* , Galgane-
tus *de iure publico lib.* 3. *tit.* 26. *num.*1. & alij. †
24 Item quod eius officium Calicem , & Patenam
ad Altare deferre , & Diaconis tradere , eisque
ministrare , vrceolum quoque aquæ , & mantile
tenere Episcopo , Presbyteris , & Diaconis pro
lauandis ante altare manibus aquam præbere, *dict.
cap.perlectis* 25.*dist.*Petr.Gregor. *Syntagm.lib.*16.
*cap.*7.*num.*8. Vollo *in œconomia Canonica classe* 1.
*cap.*2. §. 10. statim à principio , Castald. *in praxi
cæremon.lib.*1.*sect.*7.*cap.*1.*num.*1.Carolus de Grassis
de effectibus in prælud. num. 289. Torreblanca *de
iure spirit.lib.*2 *c.*12.*a.*17.

25 Et ideò Subdiaconus accipit ab Episcopo Ca-
licem , & Patenam , & ab Archiepiscopo vrceo-
lum, vt docent Valentia *tom.*4.*disp.*9.*q* 1.*punct.*3.
Vasquez *in* 3.*p.disp.*236.*cap.*3. *in princip* Ocho-
gauia *tract.vniu de Sacram.Ordinis q.* 2. *num.*15.
Barbosa *de Iure Eccles.*1.*p.dict.cap.*37.*num.*29.qui
& num. 30. cum Boërio *de Republica Eccles. p* 2.
*lib.*2.*cap.*10.vers.*ex his planè pag.*176. Ægid.Co-
ninck.*de Sacram.disp.*20.*de ordine dubio* 3. & Va-
lerio Reginaldo *in praxi fori pœnit.lib.*30.*tract.*1.
26 *num.* 13. † Dicit eatenus verò dici Subdiaco-
num Diuinis Sacramentis inseruire , quatenus sa-
cra vasa , lintea , panem, & vinum ad Venerabile
27 Sacramentum Eucharistiæ præparat. † Qui &
etiam legit epistolam solemniter ex præcepto Ec-
clesiæ , sed non ex vi ordinis , quia eam alicubi
legit ex consuetudine Acolytus , vt dixerunt Du-
rand. *in rationali Diuinorum Officiorum lib.*2. *c.*8.
num 4.Henriquez *dicto lib.*10.*cap.*13. §.4 Barbosa
*supra num.*31.*&* 32.& ante eos Hostiens.& Inno-
cent.*in c.vt quisque Presbyter de vita , & honestate
Clericorum.*

28 Et quamvis ex S.Congregatione Rit.in Gerun-
den.21.Augusti 1601.vt sequitur *in Bullario*, verb.
Subdiaconus num. 1. idem *in decisionibus Aposto-
licis eodem verbo* , ex eadem S. Congreg. quam
refert Aldan.*in compend.canon.resolut.lib.*1.*tit.*26.
*num.*42.dicatur vt non possit exerceri Subdiaconi
officium à Clerico in minoribus constituto etiam-
si sit penuria Subdiaconorum , & consuetudo
non obstat , cum hoc intelligatur de solemni mi-
nistratione , cum paramentis ad altare , non si
canatur epistola in choro , vt solet etiam per Lai-
cum Sachristam cani.

Et sic rectè monuit Trid.*sess* 23.*de reform.c.*13. 29
vt Diaconi , & Subdiaconi , saltem singulis men-
sibus Missæ sacrificio solemniter inseruiant ; &
vt semel quolibet mense Eucharistiæ Sacramen-
tum sumant † Vbique statuerit , ne promoti ad 30
Sacrum Subdiaconatus ordinem , si per annum
saltem in eo non sunt versati ad altiorem gra-
dum , nisi aliud Episcopo videatur , ascendere
permittantur : de quo puncto latè cum multis di-
xit Barbosa *in pastorali dicta p.*2.*alleg.*18. *a princ.*
idem *dicto cap.*37.*de Iure Eccles num.*33. idem *in
Trid.dicto cap.*13.*n.*4. Valenzuela *tom.*2. *cons.*107.
*num.*1.Homobon.*de Bonis de examine Eccles.tr.*2.
*cap.*2.*q.*14.*&* 15. Molfes. *in summa Theologia mo-
ralis tract.*1.*cap.*1.*n.*55.Carol de Grass. *de effecti-
bus Cleric.in præludio à num.*326. Vgolin. *de Offi-
cio Episcopi cap.*26 §.27. & alij quod vtinam fre-
quentaretur iuxta Concilij mentem, ne parui pen-
deret exercitium talium ordinum.

Et quia Subdiaconatus ordo sit sacer,vt in locis 31
in principio adductis dixi ; ideò rectè Sacra Con-
greg. Rituum in vrbis Subdiaconorum 4. Martij
1606.statuit , vt Diaconi Apostolici debeant esse
in Sacris, quibus inde præcipitur sub pœnâ amis-
sionis emolumentorum officij, vt *infra* duos men-
ses ordinentur , refert Barbosa *in Bullario* in ver-
bo *Subdiaconi Apostolici* , idem in decis. Aposto-
licis verbo *Subdiaconus num.* 3. ex Aldano *dicto
tit.* 26. *num.* 52. † Qui & dicunt etiam , quod 32
Subdiaconus , qui in vim dispensationis Aposto-
licæ cum viduâ contraxit matrimonium , & pen-
siones Ecclesiasticas obtinet , de iure gaudet fori
priuilegio : sic Aldan. *dict. cap.*26. *n.*43. Barbosa
vtrobique *n.*2.

Itaque fit , vt si Subdiaconi olim potuerint vti 33
matrimonio ante ordines contracto , vt asserunt
Henriquez , Vasquez, Valent.Petr.Gregorius , &
Sebastian.Cæsar *dicta disp.*10. §.2. *n.*10. quamvis
aliqui apud Valent.*vbi supra puncto* 5.vers. *duode-
cimo obiiciunt* , existiment ex tempore primitiuæ
Ecclesiæ fuisse votum castitatis in matrimonio
ante ordinem contracto. Tamen quia succeden-
tibus temporibus cœpit Subdiaconatus ordo sa-
cer reputari , ac proinde antiqua illa consuetudo
vtendi matrimonio ante hunc ordinem contracto
reuocata fuerit , vt constat ex *ex cap.à multis,cap.
erubescant, cap.Subdiaconi, & c.placuit dist.*32. *&
ex cap.ante triennium , & cap. Episcopus dist.* 31.
Barbosa *supra à num.*18.*&* 22.*de Iure Eccles.dict.
cap.*37.& ego sub locis adductis , ex quibus cæ-
tera , quæ hic desiderentur de Subdiacono pos-
sunt colligi.

Nunc ergo pro complemento libuit de Dia- 34
cono , & Subdiacono iniungere , quod quando
sunt Presbyteri , & ministrant in Missa solemni,
& voluerint celebrare , vel iam celebrarint , de-
bent accipere pacem ab Episcopo immediatè post
duos Diaconos assistentes. † At Episcopo non 35
celebrante , tunc Subdiaconus accipit pacem à
Canonico , qui pacem dedit Episcopo , & illam
distribuit cæteris Canonicis per ordinem , &
reuertens ad altare , dat pacem Diacono , & ab-
sente Episcopo , Diaconus accipit pacem à cele-
brante , & dat pacem Sudiacono , qui illam di-
stribuit iuxta regulas cæremoniales Sacr.Congreg.
Rituum in iam adducta Alexander *in responsis*;
quam

quam citant Aldanus *in compend. Ca .on. dist. lib. 1. tit. 9. num. 36.* Barbosa *in decis. Apostol.* verbo *Diaconus n. 5.* idem *in Bullario n. 3.*

36 Deinde quod Diaconus, & Subdiaconus inseruientes celebranti debent esse eiusdem ordinis, & non inferioris cum celebrante, contraria consuetudine non obstante, quæ potius abusus, & corruptela est; ita refert idē Barbosa *in Bullario,* verb. *Diaconus n. 6.* ex Sacra Congreg. Rit. in Calagurit. 7. Septemb. 1593. & in Cenetani Februarij 1615. & in Terulen. 8. Februarij 1631. & in Controuen.

37 1629. Martij 31. † Quod si de vtrisque Diaconis, & Subdiaconis plura licite desideras, leges quæ coegerunt Crespen. *in sum. Eccles. disciplina* verb. *Diaconus*, Cupars, *in repetitione cap. oportet.* 79. *dist. in Rub. Diaconatus*, Iacobus de Graff. Vasq. Henriquez, Petr. Gregor. Michal Medina Carolus de Graf. Molfes. Galganet, Sebastian Cæsar. Machad. & Castald. qui de Diacono loquuntur in locis iam *supra*, adductis, & Barbosa cum illis, *de iure Ecclesiast. cap. 35. num. 36.* idem *cap. 37. v. fin.* vbi cum eisdem loquitur de Subdiaconis, & de vtrisque latè Machado, *de perfecto confes. tom. 2. lib. 4. p. 1. tract. 7. & tract. 8.* & alij communiter alia addentes de officio prædictorum.

38 Ad quartam difficultatis partem, quo tempore, tam Subdiaconi, quam Diaconi fuerunt creati, breuiter respondetur aliquibus suppositis, de quibus in locis figuatis, *hic vers. ad tertium*, & quoad Diaconos videtur, vt à tempore Apostolorum, sit eorum creatio ex illo *Actor. cap. 6.* quo constat; vt Apostoli elegerint septem Diaconos, quorum primus, & sanctitate præcipuus claruit videlicet Beatus Stephanus, & quot post aliquot tempora floruit eiusdem ordinis B. Laurentius: quare pro viribus contendunt Durand. *lib. 2. in ration. Diuinor. Officiorum cap. 3. a principio*, Alphonsus Salmeron. *in præd. locum Actor. 6.* Cardinalis Bellarm. *tom. 2. lib. de Sacramento Ordinis cap. 6.* Baron. *tom. 1. anno Christi 34. pagina 267.* ab Apostolis, fuisse institutum, Diaconatus Sacramentum, & videtur comprobare Boët. Epo *de Iurisd. Eccles. temporali quæst. 1. num. 11. in verbis sequentibus*, ibi: *Ita Diaconi quoque fuerunt Apostolorum iussu actor. 6. Constituti, qui Sacris ministrarent mensis, vt ipsimet Apostoli liberius vacarent Verbo Dei.*

39 Et sic etiam videtur verum quod Durand. *in 4. dist. 24. q. 2. num. 6.* Caietan. *tom. 1. opusc. ulorum tract. 11. art. vnico*, & Salmeron. *in dicto cap. actor. 6.* dixerunt nempè Diaconatum, & Subdiaconatum non fuisse à Christo institutos, nec esse Sacramenta, præcipuè si consideretur doctrina textus *in cap. Dominus ad finem 93. dist.*

40 Nihilominus dicendum est à Christo Domino fuisse institutum Diaconatus ordinem, vt diximus *supra in Rub. de temporibus ordinat, & de ætate ordinandorum*; item & sub *tit. de Sacramentis non iterādis*, vt patet ex communi Theologorum sententia quæ asserit Diaconatus ordinem non ab Apostolis, sed à Christo institutum fuisse: sic Caietan *dict. hoc Actor. 6.* & in illum *1. ad Timoth. cap. 3.* Michaël. Medina *lib. de continentia cap. 26.* Vasquez *tom. 3. disp. 236. cap. 4. num. 49.* Ochogauia *de Sacram. Ordinis tract. vnico quæst. 3. num. 8.* Ægid. Conioch. *de Sacram. Ordinis disp. 20. dub. 3. num. 13.* Rodericus de Acugna *in comment. ad cap. Diaconus 23. dist.* Paul. Layman. *in Theologia morali lib. 5. tractatu 9. cap. 4.* Machad. *de perfecto Confessor. tom. 2. lib. 4. part. 1. tractatu 8.* de-

cum. 1. à num. 1. & alij etiam antiquiores ex eo quia est citra controuersiam inter Catholicos hunc ordinem esse Sacramentum (vt probaui etiam in adductis locis) sed constat omnia Sacramenta à Christo ante ascentionem eius fuisse instituta, ergo: Deinde quia Christus (vt probaui abundè, *in dicta Rub. de Sacram.* non iterandis) per se ipsum omnia à Sacramenta instituit, & nullius institutionem Apostolis commiserit, vt etiam probaui, *sub tit. de Sacra Vnctione*, loquutus de institutore vnctionis, & Confirmationis Sacramenti.

Et insuper confirmatur ex Concilio Floren- 41
tino, vbi postquam dixit ordinem esse Sacramentum, illiusque materiam & formam explicarit, continuo ponit exempla in ordine Sacerdotij, Diaconatus, & Subdiaconatus. Item ex Concil. Trident. *sessione 23. cap. 2.* quatenus enumerans singulorum ordinum nomina, *in cap. 3.* ibi, absolutè definit ordinem esse Sacramentum, nulla facta exceptione. Imo & *ibi in Canone 6.* sic loquitur: *si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam Diuinam ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris, anathema sit.* Vbi sine dubio per ministros intelligi Diaconos, Doctores firmant, cum de nullis aliis æque certum sit, ac de Diaconis esse à Christo institutos.

Vnde non obstant fundamenta contrariæ sen- 42
tentiæ non illud *actor. cap. 6.* quia, vt merito aliqui ex præcitatis pro nostra communi sententia electione Diaconorum septem, de qua ibi narratur, non fuerunt ordinati septem illi viri ad ministerium Altaris, nec Sacramentum Ordinis susceperint; & sic illos non fuisse viros, de his; qui ministrabant ministeria, scilicet missæ, sed de his, qui ad ministerium mensarum, & pauperum curam habetent, adhibebantur, & amplius patet, quia cum omnia Sacramenta (vt dictum est) à Christo ante eius ascensionem fuerint instituta, sequitur vt cum dicta electio septem Diaconorum ad mensas facta fuerit post Christi ascensionem, vt constat, quod *dict. cap. actor. 6.* nec verba iam relata Boët. Epo non contradicant. † Et minus, vt *in dicto cap. narratur*, quod 43
statim post dictam electionem Stephanus faceret signa, & prodigia, ac populo ita sapienter prædicaret vt aduersarij non possent sapientiæ, & spiritui eius resistere; quia non proinde licet inferre ipsum fuisse ibi in Sacrum Diaconatus ordinem consecratum: nam etiam ad aliud munus electus, hæc præstare poterat, vt probant adducti, Barbosa *de iure Eccles. part. 1. cap. 35. num. 5. & 6.* & contra Durand. & Caietan. resoluunt merito Henriquez *in summa libro 10. cap. 3.* Valent. *tom. 4 disput. 9. quæstione 1. puncto 4.* Vasquez *in 3. part. cap. 27. quæstione 1.* Ochogauia *de ordine quæstione 4.* Paulus Comitol. *respons. moral. lib. 1. disp. 10. dub. 7. num. 46.* Scribon. *in theosi de ordine disp. 7. quæstione 3.* Layman. *in Theolog. mor. lib. 5. tract. 9. cap. 4.* Machado *supra*, Diaconatum, & Subdiaconatum fuisse à Christo institutos, & esse verè, & propriè Sacramenta; & sic Diaconos ex institutione Diuina electos asserunt Valent. *dicto tom. 4 disputatione 4. quæst. 1. puncto 2. vers. ad hæc*, Henriquez *dicto lib. 10. cap. 2. §. 1.* Ochogauia *dicto tract. vnic. de ordine quæst. 2. num. 7.* Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib. 2. cap. 23.* Coninch. *supra dubio 3. num. 2.*

44 Et sic nec obstat Cyprianus *in dict. c. Dominus ad finem 93. dist.* quia *ibi*, solùm dicens Christum nõ ordinasse Diaconos, sicut Præsbyteros, & Episcopos ordinauit, nõ sequitur illum non instituisse hunc ordinem; quia etsi nullum Christus confirmarit, non inde negari poterit quin Sacramentum Confirmationis instituerit, vt respondent Vasq. *dicta disp. 237. cap. 3* Barbosa *dicto cap. 35. num. 9.* & patet ex his, quæ abundè dixi *sub dict. cap. vnico, de Sacra Unctione* §. 1. vbi de Confirmationis Sacramento, & eius institutore Christo.

45 His tamen obstat Anacletus *Epist. 3. cap. ad finem*, in verbis sequentibus: *Amplius quam isti duo ordines Sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt*, quæ protulit postquam enumerauit ordinem Sacerdotum, & Epis-
46 coporum. † Sed respondetur Anacletum *ibi*, non loqui de omnibus ordinibus, quos ab Apostolis accepimus, sed de ordinibus solum Sacerdotij, & Episcoporum; quia Dominus elegit duodecim Apostolos, in quorum locum Episcopi successerunt, & septuaginta discipulos, quibus Sacerdotes respondent: sic Michaël Medina *lib. 1. de continent cap. 43.* Barbosa *de iure Eccles. dicto cap. 35. p. 1. sub num. 9.* dicentes rectè quadrare hanc expositionem verbis relatis Anacleti, dum ibi amplius in verbis sequentibus alloquitur, *Sacerdotum fratres, ordo vt partitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari.*

47 Quod si dubites quanto tempore prædictum ministerium Diaconorum, qui mensis præficiebantur, in Ecclesia perseuerauerit, & quo pacto; latè disputant Cardinal. Baron. *dicto tomo 1. anno Christi 34. pag. 269.* Vasquez *dict. tom. 3. disp. 236. cap. 4* cum quibus prosequeris dictam explicationem mensarum.

48 De institutore Subdiaconatus ordinis iam patet ex proximè dictis fuisse Christum; quam etsi ordo Subdiaconatus in primitiua Ecclesia nũ fuerit Sacer ex dictis *supra*, vt inquit Vrban. *in dicto cap. nullus dist. 60.* sic vt legamus hunc ordinem non esse adhuc Sacrum tempore Syriaci antiquissimi Pontificis Cathedram Petri tenenti anno Domini 381. & probat ex *cap. quicunque*, vbi glossa vers. *ad Diaconos 77. dist.* & tempore Luzij, *in cap. mi-*
49 *nistri 81. dist.* † Et ex eo quod olim Subdiaconis nõ permitteretur ingressus in Sacrarium, nec contractus vasorum Dominicorum, vt patet ex Concilio Laudicen. *cap. 21.* nec olim annumerarentur Sacris ordinibus, quantumvis Canonibus Apostolicis notus, vt dicit Boët. *cap. in comment. ad dict. cap. clerus 7. num. 8. de vita, & honest. Clericorum*, & multi alij, quos refert Barbosa *dicto cap. 35. n. 12. 13. & 15.* vbi probat è contra etiam olim licuisse Subdiaconis Sacra Vasa tangere. Tamen non inde, nec ex aliis poterit negari Subdiaconatus ordinem esse institutum à Christo Domino; quia sicut iam supra de Diacono dictum est per eadem fundamenta de Subdiaconatus ordine, vt sit Sacramentum à Christo Domino institutum, probant specifice præter, *ibi*, adductos Vasquez *dicta 3. p. q. 238. cap. 2. à princip.* Ægid. *de Sacram. dicta disp. 10 de ordine dubio 3.* Ochogauia *de Sacram. ordinis dict. tract. vnico q. 4.* Cæsar. *in relect. de Ecclesiast. hierarch. p. 2. disp. 10. §. 1 n. 2.* Machado *de perfecto confes. tom. 2. lib. 4 p. 1. tract. 7. docum 1. num. 2.* & ex eo etiam, quia de huiusmodi Subdiaconatus ordine, vtpotè de re antiqua, & vbique recepta, & à Christo Domino instituta loquuntur auctores illius temporis, qui sanè floruerunt in ipso Beatorum Apostolorum sanio aut non diu post superstites fuerunt, vt est apud Cyprianum, *lib. 2. Epistolarum epistola 10. & lib. 5. epist. 12.* & apud Eusebium, *lib. 6. histor. cap 33.*

Et confirmatur irrefragabiliter, ex eo quod *Canon. 40. Apostolorum*, cui refragari, & contradicere 50
impune, licet, meminerit huiusmodi Subdiaconatus ordinis, & faciunt quæ de hoc ordine dixi *in dicta Rub. de temporib. ordin. de ætate ordinandor.* item & *de Sacram. non iterandis.* Nec obstat quod iste ordo antiquitus non esset Sacer; quia non inde probatur vt non fuerit à Christo Domino institutus hic ordo.

Et sic patet nimis antiquam esse eius institutio- 51
nem; siquidem post tempus, S. Fabian. Pontifex per quindecim annos, vt patet in eius officio 20. Ianuarij, creauerit septem Subdiaconos, qui res gestas Martyrum à septem notariis scriptas colligerent.

Quod si desideras scire à quo tempore iste ordo 52
fuerit inter Sacros reputatus, repetes hic quæ dixi *supra in dicto cap. miramur de seruis non ord.* & licet clare noc constet; est quidem inter DD. probabilius inter Sacros anoumeratum, ac proindè continentiam annexam habuisse, & habere à constitutione Greg. Magni *in cap. ante triennium 31. dist.* atque *Vrbani II. in cap. erubescant eadẽ dist.* & glossa *in dicto cap. miramur*, prædictas constitutiones refert, vt *ibi* dixi, & luculentius Marcus Anton. Capet. in suo *tract. de perpetua Castit. Sacerd. cap. 7.* quem refert Campanil. *in diuers. iuris Canonici Rub. 2. num. 11. in fine, & Rub. 7. cap. 3. n. 12.* Vasquez *disp. 248. supra cap. 3.* Barbosa *dicto c. 37. de iure Eccles. n. 23.* Subdientes etiam hanc continentiam antiquitus promouendi cogebantur po-
liceri † Et quod licet in Hispania variatum sit quo 53
tempore incepisset castitatis votum annexum esse ordini Subdiaconatus: tamen vt habuisset principium in Consilio Illebiritano ex communi docent sententiam.

Et sic post aliam disputationem dicendum est 54
antiquam consuetudinem vtendi subdiaconos matrimonio, reuocatam fuisse ab illo tempore, quo iste Subdiaconatus ordo inter Sacros fuit reputatus, vt constat ex *dicto cap. à multis, cap. erubescant, cap. subdiaconi, & cap. placuit. dist. 32. & ex dicto cap. ante triennium, & cap. Episcopos 31. dist.* vt iam *hic* dixi in hac quæstione. Quoad Diaconatum, & Presbyteratum, quia semper Sacri Ordines reputarentur in Ecclesia Latina præceptum cõtinentiæ in matrimonio ante ordines contracto à tempore Apostolorum, vsque ad hodiernum diem sine aliqua interruptione perdurasse in Presbyteris, & Diaconis, resoluunt optimè Sotus *de iustit. lib. 7. q. 7. art. 2.* Vasquez *dicta disp. 248. cap. 2.* Medina *lib. 2. de continentia, cap. 39.* alia dico *hic* in vers. *ad vltimam.*

Ad quintam quæstionis partem de Diaconis, 55
adiunctis hic, quæ adduxi, *supra* de Episcopo *in in Rub. de officio Archipresbyt. sub q. 2.* & quæ dixi *supra in Rub. de electione*, vbi de electione Abbatissarum, & num viduæ moniales possint eligi in Abbatissas? Iam nunc breuiter respondeo, vt cum olim dicerentur Diaconissæ, quæ apud [illegible] viduæ continentes dicuntur; & aliquod munus, & Dignitatem in Ecclesia habebant, quarum præcipua munera erant, primum quidam cæteras instruere mulieres, de rebus, de quibus cũ Diaconis, aut Episcopis agere debeant, vt constat *ex clem. 1. lib. 2. const. cap. 57, aliàs 61.* † Et secundùm fori- 56
bus

bus Eccleſiæ mulieribus tantùm patentibus præeſſe, ſicut foribus, qua ingrederentur viri, & qui Hoſtiarij dicti ſunt præfecti erant ex eodem *Clem. dict. lib. 2. c. 15.*

57 Et tertium, nam ſicut munus Diaconi erat vngere Oleo Sancto frontem mulierum, quæ baptizabantur ita Diaconiſſarum abſtergere ne à viris aſpiceretur ex eodem *Clem. lib. 3. cap. 32.* & Concilium Nicænum 1. *cap.* 74. huiuſmodi Diaconiſſas ad hoc ſolum paratas eſſe, vt fœminas in
58 Baptiſmo ſuſcipiant. † Et Concil. Carthagin. 4. ſub Anaſtaſio *cap.* 12. admonet huiuſmodi Diaconiſſas debere eſſe tam inſtructas ad officium, vt poſſint apto, & ſano ſermone imperitas, & ruſticas mulieres tempore, quo baptizandæ ſunt, qualiter baptizatori interrogatæ reſpondeant, & qualiter accepto Baptiſmate, viuant. Quintum enim erat extra Eccleſiam, vt ſcilicet cum Epiſcopus ad Domus mulierum aliquem mittere vellet non mitteret Diaconum, ne quid mali infideles ſuſpicarentur, ſed mitteret Diaconiſſam ex eodem *Clem. dict. lib. 3. c. 15.*

59 Vnde S. Epiphanius *ad calcem librorum contra hæreſes in compendiario de doctrina de fide Catholica*, ait Diaconiſſas conſtitui in miniſterium mulierum propter reuerentiam, ſi opus fuerit Balnei gratia, aut viſitationis, aut inſpectionis corporum, & ſic continentia perpetua iſtis præ-
60 ſcripta erat. † Quare in Concilio Romano ſub Gregorio I. ipſe Gregor. anathemate percutit quendam nomine Adrianum Ephiphalarati filium qui Epiphaniam Diaconam illi ciro auſu, in vxorem habebat & illam ſimiliter, & eos, qui ei conſenſum præbuerunt, vt in Concilio Aureliano 2. *cap.* 17. *cauetur*, vt refert Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. 1. p. cap. 36. num.* 8. legendus *num* 7. ibi: *Fœminis quæ benedictionem Diaconatus, actenus contra interdicta Canonum acceperunt, ſi ad coniugium probantur, iterum deuolutæ à communione pellantur; quod ſi huiuſmodi contubernium admonitæ ab Epiſcopo, cognito errore, diſſoluerint in communionis gratia, acta pœnitentia reuertantur huiuſmodi, qui ſumpſerunt in coniugium, anathematizentur.*

61 Et quidem ad hoc munus eligebantur mulieres, aut virgines, aut viduæ, quæ tamen vnico contentæ fuerint thoro coniugali, vt docet *Clem. 1. lib. 6. conſt. cap.* 17. in verbis ſequentibus: *Diaconiſſa verò eligatur virgo pudica; ſi autem non fuerit virgo, ſit ſaltim vidua, quæ vni nupſerit, & fidelis, atque honorata ſit*, & quamvis non defuerint peruerſi homines, qui *ex cap. Diaconiſſam, & ex cap. Presbyter, & cap. mulieres 32. diſt.* deprehenderint fœminas licuiſſe ordinari, cum Diaconiſſæ, & Presbyteræ mulieres Canones illi meminerint, & refert Barboſa *in dicto cap. Diaconiſſam 27. q. 1. num.* 2. Tamen quia iam *ſub dicta Rub. de temp. ordin. & de ætate ordinand.* dictum eſt, mulieres omnino eſſe ordinum incapaces: argum. textus *in cap. in noua de pœnit. & remiſ.* ideò eorum dictum eſt omnino exulandum ex doctrina omnium Catholicorum Doctorum. Sunt enim fœminæ omnino incapaces eorum, quæ ſunt ordinis, vt argum. *dict. cap. in noua de pœnit.* D. Thomas *in addit. ad 3. q. 39. art.* 1. Victoria *relect.* 5. *de poteſt. Eccleſ. q. 2. num.* 3. Sotus, Angleſ. Maiolus, & Barboſa cum illis *ſup. num.* 2. Iulius Labor. *var. lucub. cap. 23. num.* 34. Campanillus *in diuerſ. Iuris Canonici Rub. 12. cap.* 2. & alij.

Quare etſi Diaconiſſæ conſueuerint ordinari 62
benedictione, & cæremonia, vt teſtatur Tertullianus *lib. de exhortatione ad caſtitatem cap. vltimo num.* 72. & de hac Diaconiſſarum benedictione extet Apoſtolica conſtitutio apud Clem. *lib. 8. cap.* 26 exterque earum ordinario in antiquo libro qui inſcribitur *Ordo Romanus*, & referat dictæ benedictionis verba idem Barboſa *dicto cap. 36. num.* 4. ac conſtet ex officiis, & muneribus, ad quæ deſtinatæ fuerint ab antiquo, nullo ordine Eccleſiæ Sacramentali ſignari; ideò rectè contra audaces quidem Doctores, reſoluitur nullo tempore fuiſſe ordine inſignitas, etſi benedictas ad officium ſibimet incumbens.

Nec obſtat in Concilio Arauſican 1. mentionẽ 63
fieri de Diaconiſſarum ordinatione, prout legitur in Concilio Calcedonen. *act. 15. cap.* 15. imò etiam in Aurelianen. & Turonenſ. 2. conſtare in vſu fuiſſe Diaconiſſæ ordinationem, ex dicto libro qui dicitur *Ordo Romanus*, qui apparet ſcriptus
poſt tempora S. Benedicti. † Nec quod ait Æneas 64
Syluius *de Hiſtoria Boëmica cap.* 16. de Mulida ſorore Boleſlai Bolmitum Regis, quæ eximia ſpecie virgo Sacris imbuta litteris, & multa pollens eruditione, Romam orationis cauſa petiuiſſet à Ioanne Pontifice Maximo, benignè excepta ipſius authoritate Monaſterium S. Gregorij in arce Pragenſi conſtruxerit, ibique Sacerdos conſecra-
ta ſit. † Quia reſpondetur ordinationem, de qua 65
prædicta Concilia loquuntur, ſignificare munus, & officium, ad quod Diaconiſſæ eliguntur; non quidem ordinis, ſed miniſterij, & gubernij, vt contingit in electis fœminis Monialibus ad Abbatiſſatus Dignitatem; & ſic Barboſa explicans caſum dictæ *Mulidæ dict. cap. 36. de Iure Eccleſ. n. 6. in fine*, intelligit illam in Abbatiſſam electam fuiſſe conſecratam, & benedictam; nos verò aliquo ordine, vel charactere Sacramentali initiatam,
† Et ſic Henriquez *in ſumma lib. 1. cap. 21. §. 2.* 66
litt. P, Campanill. *dict. cap. 2. num. 3. in princ.* reſpondent ad textum *in dicto cap. Diaconiſſam 27. q.* 1. Diaconiſſam non ita appellari, tanquam illo ordine initiatam, ſed aliis ex cauſis, & rationibus, ſcilicet etiam propter officium legendi v. g. homilias, vel Euangelia in Choro, ad quod deſtinabantur certis quibuſdam benedictionibus, & propter alias, quas repetit Barboſa *in illo cap.*

Ob quod potuit Baronius *annal. Eccleſ. tomo* 1. 67
anno 30. num. 218. cenſere prædictas Diaconiſſas inter laicales, & ſæculares perſonas, probans ſic ex Concilio Nicæno *cap.* 10. vulgato, & 17. ex his, qui ex Arabico tranſlati ſunt, *commemoramus* inquit: *Diaconiſſas, quæ in hoc ordine inuentæ ſunt quæ nec manus impoſitionem aliquam habent; itavt omnino inter laicas habeantur, ſimiliter Diaconiſſa, quæ in Catholico Canone non habentur ſimili loco; id eſt laicæ, & tanquam non conſecratæ deputen-*
tur. † Et confirmatur: nam aliquæ, quæ poſt 68
tempora ſucceſſiua (in quibus Diaconiſſarum ordo aboleri cœpit eo modo, quo, & Corepiſcoporum vſus ablatus eſt, qui cum aliqua minora officia in Eccleſia haberent, & maiora præſumerent, ſublati fuerint, vt teſtatur Damaſius Papa
in cap. Corepiſcopi 68. diſt. de quibus dixi *ſup.*) † 69
Et ſic dictæ fuerunt, non ab vllo ordine, quem ſuſcepiſſent, nec miniſterio, adeſſent deſtinatæ, ſeu conſecratæ, ſed à viris, quorum vxores erant; & ita *Preſbyteratas* dici vxores Presbyteri *in cap. vltimo 32. diſt.* docent ibi communiter DD,

& Vbaldens. *de Sacram. lib. 2. tit. 7. cap. 58. num. 70.* Michal. Medina *de continent. controuersia 6. cap. 7.* Paulus Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 9. c. 11.* Didacus de Narbona *in annal. comput. anno 4. q. 3. n. 1.* cum Barbosa, & aliis, Campanil. *in diuers. Iuris Canon. Rub. 11. cap. 2. num. 5.* vbi refert se huius rei veritatem à nonnullis hominibus, & Græcis expetiisse, qui omnes responderunt Sacerdotis vxorem apud eos Presbyteram appellari.

70 At licet hæc in se vera siot, nihilominus tales Diaconissas semper fuerunt immunitate Ecclesiastica gaudentes habitæ ad hunc effectum, vt per-
71 sooæ Ecclesiasticæ. † Et videtur colligi ex eodem Concilio Nicæno *Canon. 74.* probante Diaconissas, & illas ex Sanctimooialibus, aut viduis eligi coostituat, vt suum munus impleant, dum baptizantur fœminæ. Et faciuut plura, quæ adduxi *sub cap 2. de foro comp.* vbi de multis personis quæ etsi aliis Laicæ videantur; quia cohæreot
72 muneri pio, gaudent foro Ecclesiæ. † Ob idque Basilius Pontius *de impediment. matrim. cap. 10.* vers. *sed cum Diaconissæ*, vocat Diaconissas Religiosas personas; dum ait, quod Diaconissæ Religiosæ personæ benedictione, & cæremonia, vt *supra* ordinatæ afficerentur: alia repetit Barbosa *dicto cap. 36. de Iure Eccles. num. 6.* vbi explicat Baronij, & Coocilij Nicæni locum legendus *ibi*.

73 Ætas inquam istarum Diaconissarum propter munus, ad quem eligebantur iuxta diuersa tempora, modum habuit, cum aliquandò esset annorum quadraginta statura in Concilio Calcedonens. *cap. 15.* relato *in cap. Diaconissam 27. q. 1.* vbi præcipitur, ne Diaconissæ ante annos quadraginta ordinentur; pro quo diligens fiat probatio; quod si ordinarionem susceperit aliqua, & quantocumque tempore obseruauerit ministerium, & posteà se nuptiis tradiderit iniuriam faciens gratiæ Dei, anathema sit, cum eo, qui nuptiis ipsius conuenerit, vt refert Campanil. *dict. Rub. 11. cap. 2. n. 3.* vers. *primum*, Barbosa *dicto cap. 36. num. 3.* qui ex dicto Coocilio Nicæno *cap. 74.* ait nonnunquam illud tempus fuisse sexagenarium; sed vt explicatunt Iulius Laborius *var. lucub. tom. 1. tit. 4. cap. 34. num. 31.* vers. *atque hinc*, Pamel. *in scholio 72. in lib. Tertulliani de exhortat. castitatis*, Vasquez *3. p. tom. 3. disp. 245. cap. 3. num. 4* Sebastian. Cæsar *de Eccles. hierarch. p. 2. 2. disp. 9. § 3. num 4. & 5.* D. Didacus de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requisita anno 40. q. 3.* portet, tempus illud prius 40. annorum virginibus posterius viduis deligendis statutum erat, vtpotè quæ propter experientiam voluptatis maiori iudigerent examine, & probatione; quæ ætas multum cum ætate reqoisita in Mouialibus, in Abbatissis eligendis coalescit.

74 Vt diximus prædictarum Diaconissarum creatio ex multiplici munere eis concesso illis forsan insolescentibus, & maiora conantibus; prout innnata est fœmineo sexui ambitio aboleri cœpit apparetque vt primo apud Græcos fuerit sublata, & abrogata in Concil. Laudicens. 1. sub Syluestro *anno 320. Can. 11.* & vt refertur *in dicto cap. mulieres dist. 32.* & in latinâ Ecclesiâ in Concilio Arausicao. 1. *cap. 26.* in sequentibus verb. *Diaconissa omnimodo non ordinanda, si quæ iam sunt benedictioni, quæ populo impeditur, capita submittant.* Et in Coocilio Aurelian. 2. sub Syluerio Papa *c. 18.* ibi: *Placuit, vt nulli post modum fœminæ diaconalis benedictio pro conditione huius fragilitatis, credatur.*

Quare etsi vt diximus loogius Diaconissarum 75
officia ordinem, & muous percurrant Vasquez *dicta 3. p. tom. 3. disp. 243. cap. 3.* Iulius Labor. *var. lucub. tom. 1. tit. 4. dicto cap. 34. ex num. 28.* Sebast. Cæsar. *in elect. de Ecclesiast. hierarch. p. 2. disp. 9. § 3.* & cum Barbosa *in dict. cap. 36. de Diaconissis*, D. Didacus Narbona *dicto anno 40. q. 3.* Galganet. *de iure publ. lib. 3. tit. 51.* Campanil. *dicta Rub. 11. c. 2. à num. 3.* Basilius Pontius *de impediment. matrim. dict. cap. 10.* at nos cessamus in tractatione de munere istarum. † Cum iam, vt proximè diximus 76
non sint in vsu munera earum nec necessaria ad gubernium Ecclesiæ; & sic si quæ fortè desideres ab istis, & aliis, requires & à Barbosa cum aliis *in dict. cap. Diaconissam*, vbi DD. *& in auth. quo modo oporteat Episc. in §. Diaconissam, & in l. generaliter cod. de Sacrosanct. Ecclesiis*, vbi idem cum aliis multis.

Ad vltimam quæstionis partem, suppositis quæ 77
dixi hic in vers. *ad quartam*, in fine de continentiâ Presbyterorum, & Diaconorum à principio nascentis Ecclesiæ, nunc etsi noo minima contentio fuerit, & sit apud Catbolicos, an Apostoli fuissent vxorati; eo quod multi existimarent omoes vxoratos fuisse, vt ex Ignatio, & aliis refert Cardinalis Bellarmin. *tom. 1. lib. 1. de Clericis cap. 20. ad 4. argumentum.* Alij verò negent firmanter nullom scilicet præter Petrum vxorem habuisse, vt refert videndus Cardinal. Baroo. *annal. Eccles. anno Christi 57. & 66.* † At breuiter quidquid 78
sit, firmandum est cum omnibus Ecclesiæ Doctoribus, eos quidem post vocationem Apostolorum ad Apostolatum, vsos oon fuisse vxoribus; sed continentes profitentes verè Apostolicam vitam, vt ex Hieronymo refert Vasquez *in 3. p. D. Thoma disp. 249. cap. 8. à princ.* Barbosa *de Iure Eccles. dicta 1. p. de Subdiaconis cap. 37. num. 11.* dicens apertè sic colligi *ex verbis Matth. cap. 19.* ibi: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te*; quia cum hæc verba postea Christus Dominus explicaret ibi, *Et omnis, qui reliquerit patrem, aut matrem, aut vxorem, &c.* apertè voluit ipsos continentiam profiteri.

Vnde non potest impedimento esse textus *in* 79
cap fors 26. q. 2. in illis verbis: *Copula Sacerdotalis, neque legalis, nec Apostolica authoritate prohibetur Ecclesiastica, aut lege penitus interdicitur*, quibus videtur probari licita esse coniugia Sacerdotibus. Quia respondetur prædicta verba non esse ipsius canoois, sed Gratiani, qui oullum firmum fundamentum, aut testimonium habere potuit, vt negaret hanc legem esse Apostolicam; scilicet continentiæ; quare ei credendum non esse optimè respoodent Soto *de Iust. lib. 7. q. 6. art. 2.* in fine, Valentia *dicto tomo 4. disp. 19. q. 5. punct. 5.* vers. *secundo obiiciunt.* † Qui eodem modo respon- 80
dent ad textum *in cap. cum igitur 35. q. 1.* etsi plures desideres de authoritate ipsius Gratiani aliqua dictantis, vt de suo in decreto, quod compilauit leges, quæ de ipso, & authoritate eius discipuli Paleæ congessi *supra in Rub. de constit. q. 12.* vbi *an decretum Gratiani habeat vim legis*, vers. *ad quintam ex n. 34. & ex n. 38.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO II.

An Diaconi, ut munus sui ordinis adimpleant, teneantur prædicare? Et an sic continere, ut nunquam potuissent post ordinem Diaconatus susceptum contrahere matrimonium? Et an Papa dispensare valeat, ut in illo ordine constitutus possit ducere uxorem, sic ut liberetur ab obligatione ordinis, & beneficij? Et an Archidiaconi potestas porrigatur in Ecclesia ad alios Acolytos? Et an Archidiaconus fieri possit seu Canonicus, Portionarius, qui habet portionem aliqua pensione annua grauatam?

SVMMARIVM.

1 *Vincentius Martyr concionabatur quando tantum fuit Diaconus.*

2 *Diaconi officium non est ut prædicet præcisè, &* num.3. *nisi sit cum licentia Episcopi, &* num 4.

3 Actor. cap.8. *intelligitur de lectione tantum de cantanda, non de prædicatione.*

5 *Iesuitæ etiam in sacris non initiati prædicare valent Verbum Dei.*

6 *Continentia in his, qui sunt initiati in sacris, controuertitur, num sit de Iure Diuino, vel Ecclesiastico, & quod Ecclesiastici est crebrior sententia. Et quare, sed vide* num.20.

7 *Ordinibus Sacris constituti, ideo continere debent à nuptiis, & ab actu venereo; quia debent esse in omni mundicia, propter functionem, quam præstant rerum Ecclesiasticarum.*

8 *Ordinari non debet, qui dixerit non posse in castitate permanere.*

9 *Fornicator constitutus in ordine Sacro, est reus sacrilegij, etiam, si sentiat non ex voto, sed ex præcepto Ecclesiæ castitatis obligationem esse ordini Sacro annexam, &* num.10.

11 *Castitatis seruandæ statutum Ecclesiæ Sacris ordinibus annexa, componitur de authoritate Pontificis, & voluntate subditorum, præcipuè Ecclesiæ Latinæ, vide* numero 20.

12 *Ordinatus in sacris etiamsi ignoret obligationem continentiæ tenetur eam seruare, & quare* num.13.& 14.*ubi idem de Diaconis, & Subdiaconis.*

13 *Ordinati in sacris ipso facto taliter sunt castitati obnoxij; ac si expressè votum emisissent, sicut obnoxij ei sunt, qui longo tempore gestauerunt habitum religiosum.*

14 *Cælibatus ordinatis in sacris præcipitur.*

15 *Diaconus non est ordinandus, nisi qui speret, Deo auctore continere; & nec Subdiaconus, ut* n.19.& 20.

16 *Diacono constat aliquando ordinatos, qui, protestati fuerant se velle habere uxores ex Concilio Ancirano, quod abrogatum fuit in hoc à Concilio Trullano, ut* n.17.

17 *Concilium Anciran. permittens Diaconis matrimonium, qualiter intelligatur.*

18 *Diaconi iam omnino à tempore antiquo continentiam promittunt.*

19 *Clerici antequam Subdiaconi sint, ordinandi, interrogantur de animo seruandæ castitatis; quod si adhuc nulla facta interrogatione, & protestatione ordinantur, tenentur ad castitatem, ut* n.20.

20 *Ecclesia etsi non possit præcipere ordinandis votum continentiæ; potest tamen condere leges illi statui conuenientes.*

21 *Clericus qui in Sacris constitutus uxorem ducit, aut concubinam habet, caret officio, & beneficio Ecclesiastico.*

22 *Dispensare potest Papa, ut Diaconi, & Subdiaconi possint uxores ducere ex causa urgenti, ut* n.26.& 27.

23 *Sacer ordo dirimit matrimonium ratum postea initum.*

24 *Sacris Ordinibus initiatis nunquam permissum legitur, nec in Latina, nec in Græca Ecclesia, ut ducendo postea uxores, remaneant in exercitio Ordinis Sacri, & contra Caietanum, ut* n.25.

27 *Papa nequit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium Iure naturali; secus in illis, quæ dirimunt illud solo Iure Ecclesiastico,* n.28.

28 *Papa potest, quia uniuersalis Pastor, in omni Iure Ecclesiastico dispensare; & sic in impedimento voti solemnis & Ordinis sacri, in illo cum maiori causa, ut* numero 29.

29 *Dispensatio, ut professus valeat contrahere matrimonium, debet esse magis publica, quàm quæ requiritur in dispensando in Ordine sacro.*

30 *Abbas Panormitanus reprehenditur, dum dixit, ut salubre esset statutum arbitrio Clericorum, relinquens velint nuptias copulare necne.*

31 *Dispensatus constitutus in sacris, aut professus, ut contrahat matrimonium, liberatur ab oneribus ordinis, & beneficij, si de facto contraxit, non antea, ut* numero 32. & 33.

33 *Ordinatus, qui habitum mutauit post dispensationem liberatur ab oneribus ordinis, & professionis.*

34 *Archidiaconus non solum habet sub se Diaconos, & Subdiaconos, sed cæteros Ecclesiæ Acolytos, ut* n.36.

35 *Archidiaconus instruit Acolyto, qualiter se gerere debeat in suo officio, & præstat ei ceroferarium, id est candelabrum; &* num.36.

36 *Acolytus mancipatur ad accendenda Ecclesiæ luminaria.*

37 *Archidiaconus est superior Archipresbytero, Primicerio, Sacristæ, Custodi, &c.*

38 *Portionarius habens pensione grauatam portionem; non ob id prohibetur ascendere ad Archidiaconatum, & Canonicatum, si ex forma statuti portionario antiquiori permittatur optare.*

AD primam quæstionis partem affirmatiuè respondent Hugo de S. Victore *lib.* 2. *de* 1

Officiis

*Officiis Eccles. part. 3. cap.*11. Reban. *lib.1. institu. Sacerd.cap.7.* tum ex illo *actor.8.* qui constat, vt Stephanus, & Philippus ab Apostolis primo in Diaconos electi prædicauerint; & quia Augustin. *serm. 2. de S. Vincentio*, testatur quod ipse Vincentius Martyr concionabatur, quando tantùm fuit Diaconus; & confirmari videtur *ex cap. perfectis dist.* ibi, *prædicare*, & *ex cap. in Sancta 92. dist. 25.* ibi, *Ad prædicationis officium*; quibus & aliis sic hanc opinionem tuentur.

2 Sed reuera dicendum est non esse proprium Diaconalis muneris prædicare, nisi tantùm ea officia peragere, de quibus iam dixi *q.*1. sic docent D.Thomas *in 3.p.q.67.art.1.in principio*, Nauar. *cons.7.per totum de officio delegati*, Lælius Zechios *de Sacram.tract.de ordine cap.1.pag.668.in principio*, Moscon. *de Maiest. militantis Ecclesiæ p. 2. lib.1. de ordine pag. 384. litt. A, & B*, Valentia *tom,4.disp.9.de Sacram.Ordin.q.1. puncto 3.* Vasquez *in 3.p.disp.236. cap.8. num.89.* Gabriel *in 4. dist.24.q.1.art.3.* Medina *lib.1. de contin. cap. 30.* & alij per textum *in cap. adsicimus 16. q. 1.* & alij.

3 Nec obstant fundamenta contrariæ sententiæ, nec iura pro illa, quæ non sunt intelligenda de prædicatione, hoc est de explicatione Euangelij, sed tantùm de eius lectione, à Diacono tantùm decantanda, vt explicat glossa *in dict. cap. adsicimus*, & præter Nauar. *supra cons. 7. num.3.* Vasquez, & Valentia, Durandus *in rationali Diuinorum Officiorum lib.2. cap.9. num.10.* Barbosa *in cap. Diaconi 93. dist. num.2.* & per glossam *in dicto*
4 *cap. perfectis*, verbo *prædicare*; id est *legere*. †
Et sic prædictæ contrariæ opiniones ad concordiam docent reduci, vt prima locum habeat, quando interuenit licentiâ Episcopi, Prælati, vel alterius habentis ad illud munus iurisdictionem. Nostram verò intelligi si attendamus ad vim ordinationis Diaconi ipsius, cui ratione officij prædicandi munus Diaconis non sit concessum, nec illis, vt proprium tribuatur.

5 Pro complemento notabis Religiosos Societatis IESV, etiam Sacris Ordinibus non initiatos posse prædicare Verbum Dei, vt statuit Greg. Papa XIII. in sua constit. incipit *vigore* 20. Nouemb. 1584. quæ adest *in Bullario tomo 2. pagina* 481. Barbosa *de Iure Eccles. 1. part. cap. 35. num.*28.

6 Ad secundam quæstionis partem, quia satis ex adductis quæst. præced. liquet responsum, & magna sit inter Doctores controuersia, an continentia constitutis in sacris, sit de Iure Diuino, an tantùm de Iure Ecclesiæ? De qua cum infinitis latè disputat Thomas Sanchez *de matrim. lib.7. disp. 27. ex num.* 1. & crebrior sententia, sit eam percipi tantùm de Iure Ecclesiastico; imò quod continentia Sacerdotibus, & Diaconis imperetur à principio nascentis Ecclesiæ; ideò dicendum est sic talem continentiam obligare, vt non tantùm obliget continere actu venereo, sed
7 etiam à nuptiis perinde ac votum castitatis. †
Quia cum mancipentur in sacris constituti, functioni rerum sacrarum, omnis munditiæ eos condecet; & sic patet ex iuribus loquentibus absolutè de castitate, inter quos *cap.1. dist.28.* ibi: *Nisi qui se castè victurum promiserit*, *cap. Diaconus eadem dist.* ibi: *Professi continentiam*, & *in cap.1. dist. 31.* ibi: *Continentes esse in omnibus*, *c. de his dist. 28.* quod est in Concilio Toletano 2. vbi de promotis ad Ordines Sacros dicitur, *Cauendum tamen est iis, nequando suæ sponsionis immemores, aut ad terrenas nuptias, aut ad furtiuos concubitus vltra concurrant; quod si fortè fecerint, vt*
si sacrilegij rei ab Ecclesiâ habeantur extranei. † 8
Et *in cap.1. dist.27.* quod est Martini Pontificis ibi: *Si dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur*, & patet amplius ex Concilio Carthaginensi 2. *cap.2.* vt refertur *in cap. cum in præterito dist.84.* in sequentibus verbis: *Gradus isti tres conscriptione quadam castitati per consecrationes annexi sunt Episcopos* (inquam) *Presbyteros, & Diaconos ita placuit vt condecet Sacrosanctos Antistites, & Dei Sacerdotes, nec non, & leuitas, & qui Sacramentis diuinis inseruiunt continentes esse in omnibus.*

Et confirmatur quia qui solo Ordine Sacro 9
initiatus fornicatur est reus sacrilegij; quia vltra fornicationem virtuti temperantiæ annexam delinquit in religionem violans castitatis votum, in tantùm quidem vt si sentiat quispiam obligationem castitatis annexam Ordini Sacro, non esse ex voto, sed ex mera Ecclesiæ constitutione, vt sentiunt plures Doctores, quas refert idem Sanchez *dicta disp 27. num.9* adeo teneatur dicere sacrilegam eam fornicationem: nam cum Ecclesia castitatem præceperit Clericis ob reuerentiam ministeriorum sacrorum, quibus vacant, sequitur vt id præceptum pertineat ad religionem; ac subinde eius violatio sit sacrilega; & si quis vellet dicere id præceptum esse tantùm de abstinendo à matrimonio; patet quidem reprobatum esse in iuribus *hic num.* 1. adductis, vt in Concilio Tolet. 2. quod refertur *in dict. cap. de his dict. dist.*28. vbi expressè Clericos fornicantes tanquam sacrilegij reos ab Ecclesiâ reiiciendos esse decernitur: sic docens Abulens. *in cap.5. Math. q.204. col.2. vers. de primo patet*, Clictoueus de vitâ, & moribus Sacerdotum *cap. 1.* paulo post princip. Nauar. *in in summa cap.25. num.*108. Zelaia 4. *dist.37. q.3.* Sotus *de Iustitiâ lib.7.q.4 art.2.col.4. vers. de tertia propositione*, Gutierrez *in Canonicis lib.2. c.7. num 3.* Aragon. *2.2.q.88.art.11.col.2. §. his constitutis*, Toledo *lib.4. summæ cap.17. num.21.* Azor. *lib.13. instit. mor. cap.12. q.6. ad finem*, cum multis aliis idem Thomas Sanchez *dicta disp. 27. n. 19. 22. & 23. & ante num. 3. in medio.* † Legendus 10
idem Barbosa *lib. 3. votor. & consult. voto 77. ex num.30. & 34. ad* 41. cum multis aliis docens talem obligationem continentiæ adhærere Sacris Ordinibus initiatis, Diaconis, & Subdiaconis, siue teneamus hoc procedere immediatè ex præcepto Ecclesiæ imponentis talem obligationem, aut mediante voto proprio ordinatorum, aut iuxta alios modos dicendi, quos ibi refert etiam *ex*
num. 36. † *Ad* 41. vbi addit cum Turrecremata 11
in c. Diaconus 2.27. dist. & in cap. nullum 1. dist.28. quod statutum Ecclesiæ de seruanda castitate Sacris Ordinibus annexa, componitur de duobus, videlicet de authoritate Pontificis, & voluntate subditorum, præcipuè Ecclesiæ Latinæ, &c.

Quare notandum est, quod ordinatus Sacris 12
Ordinibus, etiam si ignorauerit votum ordini annexum, teneatur omnino continere, nec possit validè matrimonium inire eo quod potuerit iustissimam de cælibatu Clericorum legem inducere, atque ea ligare quoscumque in posterum promouendos, siue sciuerint, siue ignorauerint prædictam legem Ioannes Andréas *in cap. Ioan. num.17. q. 2.* & *ibi* Anton. *num.* 13. Ancharranus *num.*8.

num.8.q.2. Cardin. *num.6.q.1.* Imola *num. 15. de Clericis coniug.* Sanchez *dict. disp. 27. num.11* alia referens Barbosa, & omnes per glossam *in cap.*
13 *Presbyter dist.* 28. in verbo *ignorantia.* † Quia sicut docuit Gregor. de Valentia 2.2. *disp. 9. generali q. 5. puncto 3.* ipsa ordinis susceptio in Sacris Ordinibus fuit tacita, & expressa professio continentiæ, & suscipientes sic obligari, & ab Ecclesiâ compelli, ac si expressè votum emisissent castitatis, non secus, ac ij, qui longo tempore habitum religiosum gestauerunt: alia omnino videnda congerit idem Barbosa *in dicto c.1. dist.28.* vbi *num. 2.* dicit quod continentia in non coniugatis ad Sacros Ordines ascendere cupientibus cœpit iniungi; & ita Sacro Ordini esse annexa ex institutione Siricij Papæ anno 338. *in cap. plurimos 82. dist.* & asserunt glossa verbo *qui Sacramentis in dicto cap. præterito 84. dist.* & Clitei *lib. 6. de continentia cap. 4.* eamque confirmasse Innocent. I. anno 408. vt videtur deduci *ex cap. proposuisti dist. 82.* & ad ministros deinde extendisse Gregorium, colligit idem *ex cap. nullum dict. distinction. 28. & ex cap. ante triennium distinctione 31.*

14 Et quod ad Diaconatus, & Presbyteratus Ordinem promouendi continentiam tenerentur polliceri, ad idque compellerentur, probat *in dicto cap.1.* idem Barbosa *num.3. & 4. ex cap. nullum, c. præterea dicta dist.28.* expressius *ex dicto cap. proposuisti, & cap. plurimos dist. 82.* & confirmans id Leo Papa, extendit etiam ad Subdiaconatum, vt patet *ex cap. omnium Sacerdotum dist.32.* sed quia talis lex non obligauit illico; ideò Greg. Magnus cælibatum annexum Ordini Sacro, etiam Subdiaconatui mandauerit esse coniunctum, vt *in cap. ante triennium dist.* 32 & postmodum Vrban. II. *in cap. erubescant eadem dist.* ac postea ex Martini Papæ constitutione neminem ordinandorum teneri hanc continentiam expressis promittere verbis, sed tacitè, vt silentium ordinati pro consensu reputetur, *cap. Diaconus dist.27. & dict. cap. Diaconi dicta dist.* 28. de quibus iam aliqua dixi *sub q.1. hic.*

15 Ob id rectè ad propositum nostri dubij Diaconus non erit ordinandus, nisi qui speret, Deo Auctore se continere posse, vt *in cap. quicumque dist.77.* indeque ab initio Ecclesiæ fuisse ipsis, ac Sacerdotibus prohibitum contrahere matrimonium ex dictis *hic* in vers. *ad secundam*, & vt patet ex Canone 25. Apostolorum, aliàs 27. ac aliis antiquorum Patrum locis adductis per Cardinal. Bellarmin *lib. 1. de Clericis cap.19.* Azor. *inst. mor. p.1. lib. 13. cap.12.* Ægid Coninch. *de Sacram. Ordin. disp 20. à num. 10.* Suarez *tom.3. de relig. lib.9. ex cap. 13.* Squillante *de obligat. Cleric. part.1. à num.37.*

16 Huic tamen dicto videtur obstare, nam aliquando illo tempore, cum ad sacra ministeria idonei cælibes non adeo multi inuenirentur, & plerumque inter coniugatos essent nonnulli cæteris Digniores, hi ordinabantur Diaconi, ita tamen, vt si protestati essent velle vxores habere, nec posse se continere, licitè cum vxoribus permanerent, & ministerium Diaconatus retinerent. Si verò tacitè, vel expressè continentiam fuissent in ordinatione professi, & postea transissent ad nuptias à ministerio cessare deberent, vt in Concilio Ancyrano fuerat constitutum, de quo *in dicto cap. Diaconi 28. dist.* & sic posse colligi matrimonium validè tunc contrahi posse à Diaconis.

Sed respondetur in hoc Concilium illud esse 17
abrogatum in Concilio 6. generali can. 6. Trullano, vbi definitur Subdiaconis, & Diaconis nullomodo licere ad nuptias transire; quod si transierint esse ab vxoribus separandos, vt contendit Balsam *in comment. super Concil. Ancyrano*, quem sequitur Michaël de Medina *lib. 2. de contin. cap. 14. sub fin.* At melius Turrian. *lib. 2. de dogmat. Character §. ad hæc obiicient*, Boër. *de Republ. Eccles. p.2. lib. 10. §. à Subdiaconatu pag. 337.* Barbosa *de Iure Eccles. cap.35. p.1. num.11. & 12.* melius posse dici existimant dict. Concil. non habuisse ratum coniugium à Diaconis contractum, nec liberam facultatem eis concessisse illud contrahendi, & in matrimonio sic contracto vxore vtendi, sed tantùm statuere, vt ordinatus, qui sic ex licentiâ Episcopi contraharet, de gradu suo, & ordine non amoueretur, sed post huiusmodi nuptias in eo permaneret; ita tamen, vt vxore sua minimè vteretur; quia ibi solùm dicitur Diaconos de gradu suo remouendos non esse.

Et subdit idem Barbosa *dict. cap. 35. num. 13.* 18
postea sancitum esse, vt Diaconi omnino continentiam promitterent, sic colligens *ex c.1. dist.27. & ex cap.1. dist.31. & ex c. coniugatus de conuers. coniug.* † Et quod antequam Clerici à puerili- 19
bus annis educati ad Subdiaconatus Ordinem promoueantur, interrogentur de animo seruandæ castitatis, aut coniugij expetendi, quasi promissionem castimoniæ suæ absque coniugali necessitate sese spoponderint seruaturos Subdiaconi; & deinde Diaconi ministerium demandetur *per dict. cap. de his dist.28.* & quod postquam Subdiaconatus inter Sacros Ordines est relatus, tunc præscrutatio, quæ olim in Diaconatu fiebat, cœpit in Subdiaconatu obseruari.

Quod si talis interrogatio facta non sit, & 20
suo tempore, si ad ordines promouerentur, nulla protestatione facta, dicendum est ex dictis Subdiaconos, & Diaconos esse continentiæ omnino obnoxios; quia cum reuera obligatio, qua tenentur Clerici Sacrorum Ordinum ad continentiam seruandam, non consurgat immediatè ex constitutione Ecclesiæ, sed ex voto castitatis, quod Ecclesia suo præcepto annexuit Ordinibus Sacris, sequitur, vt cogat eos, qui Ordinem Sacrum assumunt, vt votum castitatis emittant non expressè, sed facto ipso, & tacitè; quamvis enim non voce voueant, at facto, & opere profitentur castitatem per Sacrorum Ordinum susceptionem; quia quamvis Ecclesia neminem possit absolutè cogere ad continentiam, quod sit res meri Consilij, *cap. integritas 32.q.2.* potest tamen in Ordine Sacro, quem confert, apponere conditiones, & leges iustas illi statui conuenientes, qualis est, vt ad illum promotus castitatem voueat, sicut, & merito tenent post antiquos Anton. Cuchus *lib.5. inst. moral. tit. 22. n.219.* Gutierrez *Canon. dict. lib.2. cap 7. num.2.* Spinò *in speculo testament. glossa 12. princip. num.2. vers. votum autem solemne*, Azor. *inst. moral. p.1. lib.13. cap.13. q.6. & cap.14. q.10.* P. Barbosa *in Rub. ff. soluto matrim. p.2. num.* 100. & 101. Augustin. Barbosa *in dicto cap.1. dist.28. num. fin.* cum infinitis legendus omnino Sanchez *dicto lib. 7. de matrim. dict. disp. 27. per totam, & ibi num. 10.* † Et sic 21

benè

benè DD. per textum *in c. decernimus dict. dist.* 28. decernunt vt si Clericus in sacris constitutus vxorem duxerit, aut concubinam habeat, careat officio, & beneficio Ecclesiastico: sic Abbas *in c.* 2. *qui Clerici, vel vouentes*, Bernard. Diez *in pract. cap.* 80. *num.* 2. Azor. *dict. lib.* 13. *cap.* 12. *q.* 3. & quod efficiatur irregularis; adeo vt nec in susceptis ordinibus ministrare, nec ad maiores ordines admitti, Couar. *in* 4. *p.* 2. *cap.* 6. §. 3. *num.* 1. Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 195. Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 22. *vers. item Clericus*, Farinac. *in praxi crim. p.* 5. *q.* 138. *num.* 98. cum multis Barbosa *in dicto c. decernimus*, Zeuallos *in pract. q.* 558. *num.* 1. Sayrus *de cens. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 22. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *cap.* 110. Bonacina *de matr. q.* 3. *puncto* 9. *num.* 8. Bellet. *disquisit. Cleric. p.* 1. *tit. de disciplina Cleric.* §. 5. *num.* 72. Viuald. *in Candelabro aureo p.* 1. *tit. de matrim. num.* 230. Matienz. *in Rub. tit.* 1. *glossa* 1. *num.* 157. *lib.* 5. *noua recop.* cum alijs, & benè Thomas Sanchez legendus *dicto lib.* 7. *de matrimon. disputation.* 85. *numer.* 5. *in fine.*

22 Ad tertiam quæstionis partem, an Papa dispensare valeat, vt constitutus in Ordine Diaconali possit ducere vxorem; sic vt liberetur ab obligatione ordinis, & beneficij? Et cum ex dictis iam in vers. *ad secundam*, videatur non difficulter respondendum; eo quod votum castitatis annexum Ordini Sacro sit ex constitutione Ecclesiæ

23 quæ potuit talem imponere legem. † Quia licet Ordo Sacer sit ex constitutione Ecclesiæ, quæ dirimat matrimonium postea irritum, vt *in cap.* 1. *&* 2 *qui Clerici, vel vouentes, cap. vnico de voto lib.* 6. *c. vt lex* 27. *q.* 1. quod ex Innocent. II. idemque diffinierunt Nicolaus Pontifex, & Alex. II. relati *in cap. nullus missam, & cap. præter hoc dist.* 32. *&* 6. *Synodus cap.* 6. & vt refertur *in cap. si quis eorum dist.* 32. *& ibi* in multis alijs capitibus, ac definierit Ioan. XXII. *in extrauag. antiquæ de voto,*

24 & Trid. *in Canon.* 9. *sess.* 24. † Nec vnquam permissum fuerit in Sacris Ordinibus constitutis matrimonium inire, siue in Ecclesia Latina, siue in Græca, vt de Ecclesia Latina patet *in cap. sunt quidem, c. Presbyteris* 27. *q.* 1. *& dict. c. decernimus dist.* 28. *cap. lectores dist.* 32. & quia ab initio nascentis Ecclesiæ id prohibitum fuit, vt constat ex Can. 27. Apostolor. ibi: *Qui ad Clerum promoti sunt, præcipimus; vt si voluerint vxores accipiant, sed lecto-*

25 *res, & cantores tantummodo.* † Et quod semper etiam apud Græcos fuerit irritum post ordines susceptos matrimonium contrahere, vt probant latè *instit. moral. lib.* 13. *cap.* 12. *q.* 3. *&* 5. Thomas Sanchez, & alij, *dicto lib.* 7. *de matrim. disp.* 28. *n.* 3. contra Caietanum dicentem, *in opusculo tom.* 1. *tract.* 27 *de dispensatione matrim in Eccles. accidentali quæst. vnica paulo post princip.* dicentem licuisse olim Græcis Diaconis matrimonium inire, vt probat, *cap. aliter dist.* 31. *& cap. Diacons dist.* 28. & cōtra Sotum *in* 4. *dist.* 38. *q.* 1. *art.* 1. *col. penult. vers. Colligitur, & lib.* 7. *de iustitia q.* 6. *art.* 2. *conclus.* 2. dicentem sic procedere, quando in ipsa promotione protestati essent continere nolle, cum ex proximè dictis verius sit dicere, vt in neutra Ecclesia in Sacris constitutis, etiam Diaconus tantum, aut Subdiaconus queat matrimonium inire ex dictis; & quia *in cap. si quis eorum dist.* 32. *&* 6. Synodo generali dicitur de Ecclesia Græca sic: *si quis eorum, qui ad clerum accedunt voluerit nuptiali iure mulieri copulari; hoc ante ordinatio-*

nem Subdiaconatus faciat, vt docent Suarez *in* 4. *dist.* 31. *q.* 1. *art.* 2. *conclus.* 4. *vers. pluribus*, Sylvester *in summa*, verbo *matrimonium* 8. §. 12. *dub.* 2. Couar. *in p.* 2. *cap.* 6. §. 3. *num.* 1. *in princip.* Salced. ad Bernard. Diez. *cap.* 80. *littera A*, Azeuedus *in l.* 1. *à num.* 56. *tit.* 19. *lib.* 8. *noua Recopil.* Petr. Crespen. *in summa Catholica fidei* verb. *cælibatus pag.* 165. Vasquez *de ordine disp.* 249. *cap.* 4. *num.* 32. & alia adducit videnda Barbosa *in dicto cap. ante triennium dicta dist.* 32. eundem videbis cum aliis, *in dict. cap. aliter*, vbi etiam contra Decinnum *in tract. eum lib.* 6. *cap.* 21. *n.* 5. *& c.* 22. *n.* 2. vbi & *n.* 3. ait quod etsi ille textus tribuatur Stephano ait tamen non constare quis ille fuerit, cum multi Pontifices Stephani nomine appellati essent, & apud nullius epistolam Canonem illum inueniri vt aduertunt Bellarmin. *in lib.* 1. *de Clericis cap.* 21. *vers. ad quintum*, & vt ius proximè adducti, & Sanchez *dicta disp.* 28. *num.* 7. *vers. ad tertium*, Quintana Dueñas *lib.* 1. *rerum Ecclesiasticarum c* 6. *n.* 9. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 14. §. 7. *litt. N*, Richard. *in* 4. *dist.* 37. *art.* 4. *q.* 1. *solution. ad* 2. & *ibidem* Scotus *q. vnica*, Sotus, & Couar. *vbi sup.* idem Bellarm. *dict. cap.* 21. §. *dico secundo*, & Azor. *supra cap.* 12. *vers. ad illud*, expendunt verba *dict. cap. aliter*, ibi: *Matrimonio copulentur*, non esse intelligenda, quasi in sacris constitutis, apud Græcos licet nubere, sed vt idem sit, ac matrimonio contracto licitè vti, & hac phrasi in ea significatione vti sexta Synodo, *cap.* 3. *& cap. gaudemus de diuort.* vbi Innocent. III. in sequentibus verbis, *Fideles homines matrimonialiter copulari liberè possunt*; id est matrimonio iam contracto vti, vt constat ex textu, & docet glossa *in dict. c. aliter*, verb. *copulentur.*

Tamen proximè dicta non obstant, vt valeant, 26 ac possint Pontifices dispensare in casu vrgenti, & causa publica exigente dispensare licitè, vt in Clerici in sacris constituti, & sic Diaconi, vel Subdiaconi possint matrimonium postea inire, & vxore vti sine peccato, quia illa potestas dispensandi, est in solo iure humano, ratione cuius solum, vt diximus id matrimonium dirimitur vt docent. Caietanus *in opusculo tom.* 1. *dict. tract.* 27. *de dispens. matrim. accident. Eccles. q. vnic.* vers. *quoad tertium*, Sotus *in* 4 *dist.* 38. *q.* 1. *art.* 1. *ad fin. corp. vers. quod si mihi*, Ledesma *in summa p.* 4. *q.* 55. *art.* 3. *paulo post princ.* Stunica *de voto q.* 6. *n.* 116. *&* 117. Ludouicus Lopez 2. *p. instruct.* vbi *de matrim cap.* 49. *col.* 3. paulo ante *vers. quæritur deinde*, Petr. de Ledesma *de matrim. q.* 53. *art.* 3. *dub.* 3. *in corolar.* quod infert ex tertia conclusione Thom. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. omnino legendus disp.* 8. *&* num. 4. cum aliis, qui agunt de exigendo debito coniugali, aut illud soluendo ab ipso dispensato, alia plura adducens *ex num.* 6. an Pontifex possit dispensare in voto solemni castitatis professi, vt liberè possit matrimonium inire, de qua dico *infra in cap. cum ad monasterium*, de statu Monachorum, interim leges ipsum cum multis duplicem scribentem sententiam, de quo casu etiam Barbosa refert infinitos pro, & contra *in dicto cap. ex n.* 12. *ad finem*, quos nunc non refero, acturus ibi de tali dispensatione in voto solemni castitatis professi.

E in proposito nostri dubij docent etiam alij 27 recentiores, inter quos Filliucius *tom.* 1. *tract.* 10. *num.* 303. Ægidius Trullench. *in decalogo lib.* 2. *cap.* 2. *dubio* 17. *num.* 4. clarè *de Sacram. lib.* 7. *cap.* 10. *dubio* 1.

dubio 1. vbi postquam cum aliis probat *num.6*. ex communi omnium sententia, quod Papa dispensare non potest in impedimentis Iure naturali, & Diuino matrimonium dirimentibus, Sanchez cum infinitis, *dicto lib.8. disp.6.* Bonacina *tom.1.*
28 *quæst. 2. de matrim. puncto 15. num.1.* † At concedentes, vt possit dispensare, in omnibus impedimentis, quæ solum dirimunt matrimonium iure Ecclesiastico; quia Pontifex est Pastor supremus, & generalis totius orbis, qui potest in omni Iure Ecclesiastico dispensare, etiam in omni gradu consanguinitatis præter primum; addunt quidem Trulenq. & Sanchez *dicta disp.8. num.6.* cum infinitis, vt possit Papa dispensare in impedimento voti solemnis, in ordine Sacro, quia illud votum annexum est ordini Sacro tantum Iure Ecclesiastico, & in voto solemni religionis, ex ea ratione; quia potest dari casus, in quo bonum totius Regni id requirat; & sic credendum esse Christum Dominum eam potestatem reliquisse Christi Vicario, ne in necessariis videatur bono Ecclesiæ defecisse.

29 Cum ea tamen differentia, vt maior causa requiratur ad dispensandum cum professo, quam cum ordinato in sacris, de quo nonnulli, quas refert idem Sanchez *dicta disp.8. lib.8. sub num.1. & 2.* existimant, vt possit Pontifex dispensare licite propter maius bonum speciale talis clerici, vbi
30 dicto, *num.3.* † Reprehendit Abbatem dicentem, *in cap. cum olim num.5. de clericis coniugatis*, salubre fore statutum arbitrio clericorum relinquens velint nuptiis copulari necne, quod experientia doceat plerosque non continere, ac votum in spirituale ipsorum detrimentum redundare, addentem par esse, vt Ecclesia se haberet ergo illos instar periti medici vti medicinis cessantis, dum eas non prodesse experitur, cuius libertatem loquendi redarguit etiam Axor. *dicto lib.13. instit. moral. cap.23. quæst. 5.* quia quod statuit Ecclesia circa Clericorum continentiam, habet certam, ac perpetuam decentiæ rationem ab ipsa Scriptura, ac sacris Patribus deductam, ex aliis fundamentis positis hic in hoc versiculo *ad tertiam*.

31 Quibus inquam suppositis, etsi posset contendi, vt nihilominus dispensatus, in sacris ordinibus constitutus teneretur, adhuc ad onera implenda ordinis sacri antea suscepti; quia vt iam diximus irregularis factus, etsi suspendatur à beneficio, & exercitio ordinum; nihilominus teneatur ad onera sibi incumbentia ratione ordinis, ad quæ degradatus manet etiam obnoxius ex his, quæ dixi supra.

32 Tamen reuera dici debet, vt talis per Pontificem dispensatus ad matrimonium, & etiam si professus in religione fuisset, omnino liberetur ab obligatione officij, & beneficij sic Mano & Rodriguez *tom.1. summa in 2. edit. cap.1. num.14.* Thomas Sanchez *dicto lib. 8. de matrim. disp.8. num.11.* dicentes eum teneri ad horas antequam ad nuptias transeat, secus vbi iam transiit; eo quod ante eum transitum nec desierit esse Religiosus, aut Sacerdos; cum nondum statum incompatibilem assumpserit, per quem status religiosus destruatur, probantes vberius ex eo signo; quia si mutato proposito, nollet vti dispensatione, maneret vtique religiosus, aut Sacerdos in Sacris absque nouo alio actu, ne illi permitteretur in sæculo diu permanere coniugium contrahere deferendo, vel saltem, vt dicit Thomas Sanchez, ex quo habitum mutet monachatus, aut Sacerdotalem, assumendo habitum sæcularem, vt vtatur dispensatione.

Quare et si Nauarr. *in cap. quando, lat. cap.7.* 33
num.10. affirmat professum teneri ad officium Diuinum, si concederetur sibi facultas ducendi vxorem; idemque deberet dicere de Sacerdote ad matrimonium dispensato, & cum effectu matrimonio ligato, cum verius sit per dictam dispensationem, modo dicto, effectuatam, vt desinat dispensatus esse Religiosus, & Sacerdos transeundo ad nuptias, habitu mutato; antea vero sacerdotem, cum quo dispensatum est teneri ad Officium Diuinum, dum habitum non mutet, ad vtendum dispensatione, quod nondum à statu sacerdotali recesserit possitque interim celebrare, ac beneficij fructibus frui, ac cæteris clericorum priuilegiis; postea non item; sicque intelligendum esse Nauar. existimo nec obstare dictum hic in principio de irregulari, vel degradato; quia hoc non est simile, cum in istis adsit alia ratio pœnæ grauantis irregularem, seu degradatum ad pœnam, cum sua culpa priuilegia amittat, alias enim commodum reportaret ex malitia sua contra regulam iuris, de qua dixi *in cap. super litteris de rescriptis*.

Ad quartam difficultatis partem, an Archidiaconi potestas porrigatur in Ecclesia ad alios Ecclesiæ Acolytos? Et suppositis quæ dixi in Rub. & *quæst.1.* quod Archidiaconus sit Princeps, Diaconorum, & Subdiaconorum, & quod Archipresbyter sit Princeps, ac primus cæterorum clericorum, vt ibi dixi, & dico latè tit. sequenti; ideo in hoc dubio videtur dicendum, vt Archidiaconis nullis aliis ministris, quam Diaconis, & Subdiaconis præesse valeat. † Solùm ergo inuenio, quod ille qui inter ordinatos in minoribus Acolytatus ordinem suscipit, de cuius officio dico, *infra tit. sequenti*, debeat prius ab Archidiacono instrui, qualiter in officio suo se gerere debeat, & tunc ab eo recipere Ceroferarium, idest Candelabrum Cum cereo, vt sciat se ad accendenda lumina Ecclesiæ mancipari, dum Euangelium legitur: ita docent Trot. *de viro, & perfecto Clerico, lib. 1. cap.19. num.10.* D. Rodericus à Cugna *in cap. Acolytus dist. 23. num.3.* Barbosa *de Iure Ecclesiast. part 1. cap. 38. num.12.* & alij, de quo solum videtur loqui textus hic *in cap. 2. vers. Acolytus*. 34 35

Sed quia ex *dicto cap. Acolytus 23. dist.* ex Concilio Carthagin. 4. desumpto, *cap 6.* Acolytus cum ordinatur, ab Episcopo quidem docendus est, qualiter in officio suo agere debeat, accipiendo ab Archidiacono Ceroferarium cum cereo, vt sciat ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari, & quod accipiat Vrceolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam Sanguinis Christi, videtur solùm ad Episcopum pertinere, vt illum doceat; at non est cur discedamus à sententia prima; nam ex quo Acolytum docere in prædictis pertinet ad Episcopum, & consequenter etiam pertinere ad Archidiaconum eo quod, vt dixi *supra in Rubr.* dicitur oculus ipsius Episcopi, & primus de iure, quàm alij cæteri in Dignitate Ecclesiæ Cathedralis constituti iuxta quæ dixi *hoc tit. in princip & quæst.1.* 36

Imo existimo dicendum, vt quamvis Archipresbyter intra Ecclesiam sit aliis Sacerdotibus, 37

& Acolytis superior, vt toto tit. sequenti dico; at verò Archidiaconus non solum est superior ipsi Archipresbytero, vt dixi sub principio Rubricæ, verùm & cæteris ministris inferioribus, vt primicerio sacristæ, custodi, de quibus patet in sequentibus titulis, & etiam aliis ministris inferioribus, vt patet hic ex *dicto cap.2.* in finalibus verbis, vbi postquam loquitur de Acolytis in sequentibus verbis, *Acolytos quoque ipse ordinet, quis eorum Candelabra, quis Turibulum deferre.* Addit alia, *quisve minorum in Ecclesia aliqua officia agere debeat*, quo pacto ex Antonio Augustino *in notis ad cap.1.hic*, & Barbosa *num.1. in fine*, aduertunt in libro Romani ordinis nuper edito esse verba sequentia ibi: *Obseruandum est septem esse Regiones vrbis Romæ, singulas Regiones, singulos Diacones regionarios habere, & vniuscuiusque regionis Acolytos per manum Subdiaconi regionarij Diacono regionis suæ, officij causa subditos esse hos omnes Archidiacono, qui Vicarius est Pontificis obedire, seruato vnicuique per eum proprij gradus ministeriali ordine.*

38 Ad vltimam quæstionis partem; quia de ea agit Riccius *collect.1618.* super Speculatore, *in titulo de officio ordinarij* §.1. obiter tamen postquam posuit aliqua de Archidiaconi, & Diacooi Iurisdictione; ideo ego pro complemento Rubricæ illam adiicio; etsi non adaptabilem, & respondeo cum illo, & cum Cardinali Puteo *in decis.155. lib.1.* quod si portio portionarij reperitur aliqua pensione annua grauata non ob id Portionarium esse inhabilem ad obtinendum Archidiaconatum, seu Canonicatum delatum ex forma statuti antiquiori portionario; quia tale statutum tantùm respicit, vt quis sit anterior; & idem dicunt idem Riccius, ac Puteus *in decis.217.& 219.lib.3.* si portionarius ascenderit ad dignitatem.

AD TEXT. IN CAP. I. II. Cap.IV.& VI.& ad hæc VIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus, & Decanus habent Iurisdictionem, sed minorem ea, quam Episcopus habet, & in quibus*, n.2.3.& 4.

Æc iura, & alia tituli nostri satis per adducta *supra in Rub.* expenduntur; quatenus sicut hic, & ibi posui generalia quædam, quæ ad officium, & Dignitatem Archidiaconi spectant. Itaque in his iuribus de aliquibus Iurisdictionalibus spectantibus ad Archidiaconum loquar; hadet enim, vt *ibi* diximus, ac patet in his iuribus, Archidiaconus non solùm exercete Archidiaconatus officium, verùm & Iurisdictionem in multis; licet inferiorem, vt patet ex *dict.cap.ad hæc.* Anton. Fabricius, *in praxi benefic.tit. de benefic.cum dignit. num.23.in fine*, Narbona *de appellatione à Vicario*
2 *ad Episcopum p.1. num.30.* † Nam ipse de iure quidem communi antiquiori, de quo, *in cap. perlectis dist.25. & in dict. cap. ad hæc*, Clericorum lites, & iurgia modica tamen audit Azon *inst moral.p.2.lib.3 c.14.q.2.vers.deinde*, Galganen. *de iure publico lib.2.tit.21.n.6.vers.iurgia*, Sebast. Cæsar *de Ecclesiast. hierarch. p.2. disp.12.§.1.n.5.*
† Qui, & authoritate Episcopi punit, & priuat 3
beneficiis, *cap. licet de pœnis, cap. referente de præbend.* Barbosa *de Iure Eccles. 1.part. cap.34.ex num.26.* idem *de Dignit. & Canonic. eodem n.26.*
† Idem *in dicto cap.ad hæc, num.2.& 4.* vbi quod 4
Archidiaconus non obtinet eandem iurisdictionem, quam Episcopus, sed inferiorem. Et iuxta hæc sunt intelligenda quæ docent Speculator *in tit. de officio ordinarij* §.1. Mohedan. *in decis.1. de foro comp.* Rot.diuers. *in decis.98.& in decis.90. de præbendis in nouis*, Riccius *collect.1618.* nempè quod Archidiaconus, & Decanus habent iurisdictionem de iure communi, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & exercent suam iurisdictionem contra quoscumque etiam inuitos, vt Rot. *in decis.30.p.6.*

QVÆSTIO I.

An Archidiaconus sic dicatur Vicarius Episcopi, vt habeat perpetuam Vicariam, & iurisdictionem ordinariam? An eodem iure visitare valeat? Seu an mittere in possessionem institutos ab Episcopo, seu valeat instituere? Et an sede vacante valeat exercere, eam iurisdictionem? Et an differant Archidiaconus, & Vicarius Episcopi in spectantibus ad iurisdictionem? Et quis eorum præcedat quoad stallum in Choro? Vbi de Vicario foraneo? & an possit causas criminales cognoscere sine capitulo?

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus post Episcopum dicitur esse Vicarius, ad quem pertinet omnis cura in Clero*, n.2.& 5.

2 *Archidiaconatus Officium est Dignitati annexum, & separatum ab Episcopo; sic vt nec Episcopus possit illud exercere, nec Vicariatum ab eo auellere*, vt n.4.

3 *Archidiaconus habet perpetuam Vicariam, & Iurisdictionem ordinariam.*

5 *Archidiaconus de Iure si Episcopus non visitet Diœcesim, debet tertio quoque anno eam visitare, & quo ordine*, vt n.6.

6 *Archidiacono visitaturo, vt visitationem expediat, potest Episcopus ei terminum, intra quem finiat assignare, & Comitatum, & equitatum præscribere*, vt n.7.

8 *Archidiaconus dum visitat Ecclesiam, iura, vel reditus, non amitit distributiones suæ Præbendæ; secus si Ecclesiam suæ Diœcesis*, vt n.9. & 10.

11 *Archidiaconus dum visitat nequit percipere fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex dispensatione, nisi pro tribus mensibus vacationis ex causa à Concilio permissis.*

12 *Archi*

12 *Archidiaconus de iure queit mittere in possessionem, institutos ab Episcopo, non sic de consuetudine, vt n.14.*

13 Cap. licet Episcopus de præbendis lib. 6. num.14.

14 *Possessionis immissio est quoddam ministerium pertinens ad executionem.*

16 *Archidiacono non conceditur institutio in beneficiis, nisi priuilegio, aut consuetudine,* vt n.16.

17 Cap.non satis 4 hoc tit.

18 *Archidiaconus qualem curam animarum non præstet, nisi nomine Episcopi.*

19 *Institutio auctorizabilis num concedatur Archidiacono.*

20 *Archidiaconus, nec sede vacante, nec infra octo dies præstitos capitulo, vt eligat vicarium potest exercere suam iurisdictionem, aliter de consuetudine,* vt n.21.

21 Trid.sess.24.de reformat.c.16.

22 *Archidiacono, etsi inferiori datur manutentio in administrando, sede vacante, etiam si de eius possessione non constet; si tamen constat de illa, quam habuit eius antecessor,* num. 23. & 24. *in praxi aliter, vt* num.25.

23 *Dignitas dicitur possidere.*

24 *Archidiaconus potest acquirere possessionem administrandi Episcopatum, tam in spiritualibus, quam temporalibus, & in ea manu teneri, si de pluribus actibus constet.*

26 *Archidiaconus non eam habet iurisdictionem, qualem Vicarius Episcopi; habet tamen suam perpetuam; Vicarius verò dependentem ab ipso Episcopo; & sic amobilem, &* n.27.& 28.

28 *Archidiaconus dicitur Vicarius natus, & legitimus post Episcopum.*

29 *Archidiaconus de iure, imo & de consuetudine in pluribus Cathedralibus præcedit Vicario Episcopi quoad stallum in Choro. Quid absente Episcopo,* n.30.

30 *Vicarius Episcopi, absente eo, præcedit Archidiacono, & aliis Dignitatibus ex declarat Sacra Congregationis,* vt num. 31. *sedebit tamen in loco suæ receptionis, si sit Canonicus,* vt n.33.

31 *Vicarius foraneus, nec de iure, nec de consuetudine nullam habet præcedentiam in Choro Canonicis, & Dignitatibus, qui si sit de corpore, debet sedere in loco suæ receptionis, aliter in Congregationibus,* vt n.32.

33 *Dignitas, siue Canonicus electus Vicarius generalis Episcopi, debet sedere in loco suæ receptionis in Choro.*

34 *Vicarius generalis Episcopi debet sedere in sede solita Chori pro Vicariis assignata, & sine præiudicio Archidiaconi.*

35 *Archidiaconus sine capitulo nequit causas criminales audire.*

1 AD primam quæstionis partem liquet ex primis nostri *cap.1.*verbis ibi, *vt Archidiaconus post Episcopum sciat se esse Vicarium, & omnem curam in clero ad se pertinere, tam in vrbe positorum, quam per paracias, &c.* & ita in terminis respondent post ordinarios Abbatem, Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andreas, Innocent. Butrium, Ananiam, Panormit. Hostiens. Anchar. Viuian. Alagonam, Gimenez, Anton. August. Barbosam, & alios *hic*, Rebuf. *in praxi benefic. tit. de forma Vicariatus, num.*199. Maranta *de ordine Iudicior. part.4. dist.5. princ. num.7.* Azor. *inst. moral. part.2. lib.3. c.14. q.2.* Moneta *de distribut. quotidiana part.2. quæst.1. n.26.* vers. *ratio,* Anton. de Prætis *in clypeo pastoralis officij cap 6. num.39.* Sbrocio *de officio Vicarij lib.1. q.3. n.17.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum p.1. num.22.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.1. c.10. n.2.* vers. *sexta*, cum ipsis Barbosa *hic n.2. & in pastorali p.2. alleg.54. n.16.*

Cumque Archidiaconatus officium sit Digni- 2
tati annexum, eiusque personæ de iure sit etiam
Vicariatus annexus; sic vt Archidiaconus habeat
officium separatum ab Episcopo, & itavt nec
possit Episcopus eius officium exercere, vt docet
Barbosa cum Sbrocio, & Narbona *de Canonicis*
cap.35. dict. num.36. † Sequitur vt Archidiaconus 3
habeat perpetuam Vicariam, & Iurisdictionem
ordinariam, vt notant DD. per glossam *dicto cap.*
ad hæc, vers. *in quadam,* vbi Barbosa *à num.5. &*
dict. cap.5. num 36. idem *de Iure Eccles. 1. part. dict.*
praxis Episcopalis parte 1. verb. *Archidiaconus.*
† Et quia talis Vicariatus minimè per Episcopum 4
auelli ab Archidiacono valet, vt docent Sbrocius
de officio Vicarij lib.3. tract.32. num.14. Narbona
dicta p.1. num.96. & Alphonsus de Narbona eius
Germanus *in l.59. glossa 1. n.16. lib.4. recopilat.*

Ad secundam quæstionis partem, quæ depen- 5
det à generalitate dicta, dicendum est quod cum
Archidiaconus de iure communi habeat præcipuè circa clerum omnem curam, cum reuera omnium Clericorum cura post Episcopum ei demandata sit, debeat quidem ipsa tertio quoque anno, si Episcopis non possit visitare, vt patet ex verbis, *hic in cap.1.* ibi: *siue de eorum conuersatione, siue honore, & restauratione Ecclesiarum, siue Doctrina Ecclesiasticorum, & cæterarum rerum studio, & delinquentium rationem coram Deo redditurus est,* & ibi, *vt de tertio in tertium annum, si Episcopus non possit paraciam vniuersam circumeat, & cuncta, quæ emendatione indigent, ad vicem sui Episcopi corrigat, & emendet,* & *in dicto cap. ad hæc 7. hoc tit.* in vers. *secundum vero Romani ordinis, &c.* Quare quidem suppositis hic, quæ *infra*, longè *in cap. inter cætera 15 de officio ordinarij*, & alibi sæpius de visitatione ab Episcopo facienda, & nonnullis, quæ posui *in cap. fin. de libelli oblat. post quæst.3 §.18 de praxi. & formulario visitandi*, iam nunc ad punctum Archidiacono visitatore modo sequenti inscribitur.

Igitur Archidiaconus, si quam visitationem 6
consueuerit legitimè exercere eam, assumpto notario, de consensu Episcopi, debet tantum per seipsum facere, vt statuit Concil. Trid. *sess.24. de reformat cap.3.* vbi cum multis Barbosa idem, *de Iure Eccles. dict. cap.34. p.1. ex num.11. & 13. & pastorali p.3. allegat.73. num.22.* Flores de Mena *variar. lib.3. quæst.24. num.22.* Sbrocio *de officio Vicarij lib.2. quæst.120.* Fuscus *de visitatione lib.1. cap 2. num.24.* Felician. Commen. *in man. visit.*
lib.1. tit.3. vers. *Archidiaconi.* † Imo & idem Bar- 7
bosa *dicta alleg.73. num.39. & de canonicis cap.5. num.14.* & Piasecius *in praxi Episcop. p.2. cap.3. num.62. pag.213.* addunt ex Sacra Congregatione declaratum, quod vt Archidiaconus visitationem expediat, possit Episcopus ei terminum præstituere, & præscribere Comitatum, & equitatum, ne oneri sit Ecclesiis, quas visitauerit, idem Barbosa *in decis. Apostol.* verb. *Archidiaconus*

num.17. & in Bullario, & in cap. mandamus 6. hoc tit. n.3.

8 Et pro Archidiaconis, dum visitant quoad percipiendum fructus in Cathedrali, in qua quilibet intitulatur, duxi sequentia notanda. Primum, quod dum Archidiaconus visitat Ecclesiam, iura, vel redditus suæ Præbendæ, non amittit distributiones quotidianas, cum visitando prædicta iura, & loca, seruiat, Ecclesiæ in re vtili: ita referunt decisum Nicolaus Garcia ex multis *de benef. p.3. cap.2. à num.333.* Zenedus *in pract. Canon. lib.1. quæst.1. num.36.* Moneta, *de distribut. quotid. p.2. q.11. à num.93.* Azorius *instit. moral. p.2. lib.7. cap.7. quæst.10.* Barbosa *dicta p.3. alleg.73. n.167.* idem *de Iure Eccles. dicto cap. 34. num. 15. & de Canonicis dicto cap.5. num.15.* Sanctarel. *var,*
9 *quæst.11. cap.9.* † Quod si propriam Ecclesiam non visitet, sed solùm Ecclesiam suæ Diœcesis, tunc non possit percipere distributiones, quamvis illam visitauerit ex officio, docent idem Garcia, *dicto cap.2. num.332.* idem Sanctarel. *dict. q.11. num.11.* Barbosa *supra dicta allegat.73. num.126. & de Canon. dict. cap.5. num.16. de iure Eccles. cap.34. num.16.* Zened. *supra num.26 & 74.* Moneta, *dict. quæst.11. n.63.* Armendar. *in addition. ad recopil. leg.* Nauarrez *lib.1. tit.6 de visitatione num.81. &*
10 *108.* † idem Barbosa *in decis. Apostol.* verbo *Archidiaconus num.15.* dicens, vt possit abesse vltra tres menses concessos à concilio, & quod lucretur fructus sui Archidiaconatus, qui lucrificunt per interessentiam; dummodo dari consueuerit ex legitima causa; non tamen distributiones quotidianas.

11 Vnde docent idem Garcia, *dicto cap.2. n.332. in 2. dubio*, Armendar. *dict. lib.6. de visit. num.82,* Barbosa *de Canonicis, & de iure Eccles. cap.5. & 34. citatis n.17.* vt vbique, quod eadem durante, visitatione, non possit ipse Archidiaconus percipere fructus illius Canonicatus, quæ obtinet ex dispensatione, vel ex illius Ecclesiæ consuetudine stante, quod fructus Canonicatus distincti sint à fructibus Præbendæ, nisi pro tribus mensibus vacationis ex causa à Concilio permissis, vt referunt decisum relati, animaduertentes hæc de lucrandis fructibus, locum habere, nisi extet Ecclesiæ consuetudo, vt Archidiaconus visitans, nihil fructuum percipiat; ipse Barbosa *in decis. Apostol.* verb. *Archidiaconus, num.14. & in Bullario*, de his omnibus eodem verbo ex vers. *Archidiaconus ratione*, cum tribus sequentibus adducens easdem Congreg. Concilij.

12 Ad tertiam quæstionis partem, an possit mittere in possessionem beneficij institutos ab Episcopo? breuiter respondeo ex doctrina textus *in dicto cap. adhæc 7.* in vers. *quod institutio corporalis*, vt possit; quia ad eius officium pertinet mittere in corporalem possessionem institutos ab Episcopo; sic Couarru. *lib.3. variar. cap.16. num.7.* vers. *tertius*, Barbosa *in dicto cap. adhæc num.6.* idem *de Canon. dicto cap.5. num.32. & de iure Eccles. dict. cap.34. num.32.* Petrus Gregorius *lib.15. Syntagmat. cap.20. num.6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.1. cap.3. num.49. vers. item mittere.*

13 Huic tamen resolutioni obstat textus, *in cap. licet Episcopis de præb. lib.6.* vbi responsum est ad Episcopum pertinere missionem in beneficiorum possessionem, quod & in praxi videmus quotidie
14 procedere. † Sed respondetur factum quidem immissionis in possessionem, quod est quoddam ministerium pertinens ad executionem de iure ex *dicto cap. adhæc*, cum vulgatis pertineat ad officium Iurisdictionale ipsius Archidiaconi, & sic dicunt adducti, & Parisius Flamin. *de resignatione* textum *in dicto cap. licet*, intelligi non quidem de ipsa missione in Corporalem possessionem, sed de sententia, aut decreto, quo Episcopus pronunciat institutum mittendum fore in possessionem, seu de ipso corporalis possessionis traditore, vel vt procedat de consuetudine, secundùm quam hodie ad Episcopum, non verò ad Archidiaconum spectat corporalis possessionis traditio.

Ad quartam quæstionis partem, quæ procedit 15
ex proximè adducta, videtur, vt nullo modo permittatur Archidiacono instituere in beneficiis, cum hoc esset concedere facultatem illi instituendi canonicè aliquem in beneficio ad animarum curam, vt prohibetur *in dicto cap. cum satis. 4. hoc tit.* vbi probant Abbas, Zabarella Collect. Ancharr. Bellamera, Hostiens. Henriq. Ioan. Andreas, Innocent. Panormit. Anania, Buttrius, Viuian. Alagona, Casal, Gimenez, Anton. Augustin. & alij ordinarij, Azorius *dict. cap.14. inst. mor. quæst. 2.* vers. *atque hæc quidem*, Galganetus *de iure publico dict. tit.21. num.6.* dicentes, vt Archidiaconus sine mandato Episcopi, nequeat committere curam animarum; id est vt non habeat institutionem auctorizabilem, consuetudine in contrarium non obstante.

Sed quia communis est Doctorum sententia, 16
vt possit priuilegio, vel consuetudine, talem institutionem facere, vt defendit Barbosa *in dicto cap. cum satis num.3.* in vers. *mandamus*, idem *in pastorali part.3. alleg.72. num.185.* cum aliis, & *de Canonicis dicto cap.5. num.30. de Iure Ecclesiast. dict. part.1. cap.34. num. 30.* ideo dicendum est quod si hoc habeat ex præscriptione nomine Episcopi legitimè præscripta, possit instituere in beneficiis, habentibus etiam curam animarum.

Quare docent adducti omnes textum *in dicto* 17
cap. cum satis, solùm prohibere consuetudinem, seu magis præscriptionem, per quam Archidiaconus intendit instituere in beneficiis nomine proprio; indeque Archidiaconum non posse ratione sui muneris curam committere animarum.
† Et iuxta hanc distinctionem existimo intelli- 18
gendos Ioan. Andr. Buttrium, & alios *in dict. cap. non satis*, dum dicunt sine consensu Episcopi, ex priuilegio, vel consuetudine Archidiacono, vel alij Prælato inferiori id competere non posse; & sic benè potuit Ludouicus à Castro *in comment. ad cap. venerabilis col.7. de consuetud.* intelligere textum *in dicto cap. non satis*, de consuetudine particulari, quæ non est consuetudo; vel de consuetudine irrationabili, quæ non habet vim abrogandi legem: etenim si Archidiaconus præscribat id ius nomine Episcopi faciendo institutionem, tanquam vicarius ipsius, non est cur repelli debeat.

Quod si dubites quis possit instituere, & de 19
Archidiacono ad hunc effectum, leges etiam quæ adducunt Balboa *in cap. cum Bertholdus de sententia, & re iudic. à num.13.* vbi de institutione authorizabili, de qua *in titulo de institut.* Mattha *de iurisdict. 2. part. cap 4. à num.4.* Et an Ecclesiarum prouisio pertineat ad Episcopum per textum *in dict. cap. non satis*, Gratianus cum multis *regula 156.* de quo plenè *in tit. de præbend. & de concess. præb. & aliis infra lib.3.*

Ad

20 Ad quintam quæstionis partem ; an Archidiaconus in ſede vacante poſſit ſuam exercere iuriſdictionem ; quamvis reuera de iure communi ſi Epiſcopus abſit, & eius officiales, tunc Archidiaconus munus exerceat Vicarij, vt docent Tuſchus *tom. 1. litera A, concluſione* 482. *numero* 10. Sbrocius *de officio Vicarij lib. 2. quæſt. 2. numero* 15. *& quæſtione* 26. *numero* 10. Tamen quia, vt iam diximus Archidiaconus non in omnibus habet ordinarum iuriſdictionem ; ideo euenit, vt nec ſede vacante Epiſcopali, nec infra illos octo dies, quibus à Capitulo, ſede vacante, Vicarij electio facienda eſt iuxta formam Trid. Concil. *ſeſſ. 24. in cap. 16. de reformat.* poſſit exercere iuriſdictionem, quam antea, viuente Epiſcopo, poterat exercere : ſic docent præter Ordinarios ; quia textus *hic in cap.* 1. & alia diſponentia de Archidiacono, loquuntur tantùm ſede repleta ; tum quia intra illos octo dies totum Capitulum poteſt, & debet adminiſtrare, vt dico latè *infra in cap. penult. de Officio Vicarij q. fin.* & in terminis Barboſa hic *in dicto cap. 1. num. 3. & 4.* idem *de Iure Eccleſ. dict. cap. 34. ex num. 35.* & *de Canon. dicto cap. 5. ex dicto num. 35.* per eadem verba, vt de aliis caſibus facit idem *in paſtorali p. 3. alleg. 44. num. 163.* & hoc quidquid teneat poſt Foler. & Abbatem ipſe Sbroicus *de Officio Vicarij lib. 1. q. 61.* & *in addit. ad quæſt. 3 eodem lib. 1.* & docent etiam cum aliis Riccius *in praxi fori Eccleſ. poſt reſolut.* 505. in notabilibus verſicul. *primo.*

21 At verò quamvis ſic de iure communi procedat, video tamen DD. aſſerentes, vt licet ex dicto iure adminiſtratio Epiſcopatus ſede vacante, ſpectet ad Capitulum *ex cap. bonæ memoriæ*, vbi Decius, & alij de appellat. ſed de conſuetudine eadem ſede vacante poſſe etiam ad Archidiaconum ſpectare ; ſic vt non obſtet nouiſſima Trid. diſpoſitio *in dicto cap.* 16. quatenus cum decreto irritante in fine illius poſito, quo inficitur titulus, & poſſeſſio contraria diſponit diſputatio Vicarij, ſede Epiſcopali vacante, ſpectet ad Capitulum ; quia reſpondetur, tale decretum non tollere detentionem, & inſiſtentiam facti, nec conſuetudinem contrariam de iure communi permiſſam, vt refert idem Barboſa *dicto cap. 5. de Canon. ſub dicta num. 35. & de Iure Eccleſ. dict. cap. 34. ſub dict. num.* 30. ex deciſ. Rotali Archidiacono Vincentio in vrâ Vicentinâ adminiſtrationis Epiſcopatus 16. Decemb. 1624. coram R. P. D. Remboldo impreſſa per Ludouicum Poſtium *poſt tractat. de manut. deciſ. 194. n. 2. & 3.*

22 Nec obſtare dicunt quod Archidiacono reſiſtat ius, eoque in caſu denegari manutentionem (vt dixi latè *ſub cap. licet de probation.*) inferiori abſque titulo, quia reſpondetur vt licet ius aſſiſtat Capitulo ; non tamen reſiſtit Archidiacono, tunc quia datur manutentio etiam inferiori, quando ipſius poſſeſſio eſt diuturna, Rota *deciſ. 595. n. 6. & ſequent. part. 1. diuerſ.* Beltramin. *in annotat. ad Gregor. XV. deciſ. 312. num* 4. verſ. *item aſſiſtentia.*

23 Imò eadem Rota in Vicentin. adminiſtr. apud eundem Poſthium addit non obſtare, quod non conſtet de poſſeſſione Moderni Archidiaconi ; quia in omnem euentum ſufficit quod conſtet de poſſeſſione ſuorum anteceſſorum in Dignitate ; quia cum ipſa Dignitas dicatur poſſidere adnotata per Felin. *in cap. conſtitutus num. 14. de reſcript.* Rota *deciſ. 1. de reſt. ſpoliat. in nouis, & deciſ. 99. num. 11. p. 1. diuerſ.* & coram Reu. Coccino Decano *deciſ. 86. n. 1.* euenit vt talis poſſeſſio Archidiaconi anteceſſoris iuuet ſucceſſorem.

Et confirmatur ; quia vt patet ex eadem deciſ. 24
Vicent. relata ab eodem Poſthio, & Barboſa *ſupra*, Archdiaconus poteſt acquirere quaſi poſſeſſionem adminiſtrandi Epiſcopatum, tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus, ſede vacante ; ſic vt debeat ei dari mandatum de manutenendo, ſi de huiuſmodi quaſi poſſeſſione conſtiterit ex pluribus actis geſtis per eum, tempore, quo ſedes vacauit concernentibus dictam adminiſtrationem & iuriſdictionem Epiſcopalem, & clarius patet ex Greg. XV. *in deciſ.* 411. & Rota in Miten. iuris corrigendi 8. Februarij 1626. coram D. Coccino Decano, qua probatur, vt poſſit dicta adminiſtratio ſpectare ex conſuetudine ad inferiorem, & iterum valent confirmari ex his, quæ generaliter dixi *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſ-*
ſionis, & propriet. † Quæ tamen in praxi Eccle- 25
ſiarum ſede vacante, non facilè obſeruabuntur ; quia Capitula ſede vacante acerrimè defendunt poteſtatem ſibimet à iure conceſſam, & à Trid. vt ſæpius expertus ſum.

Ad ſextam quæſtionis partem, an differant 26
Archidiaconus, & Vicarius Epiſcopi in ſpectantibus ad iuriſdictionem ? In quo videtur vt maior ſit Vicarij facultas in iuriſdictionalibus, vt *infra* dico *in tit. de Officio Vicarij Epiſcopi* ; quia licet officium miniſtrando Epiſcopo in collatione ordinum, & Chriſmatis confectione, & aliis ſimilibus, Archidiaconus ſit proprius miniſter ; ſic vt in caſu quo, vt accidit in multis Cathedralibus Eccleſiæ vniuerſalis, quod Archidiaconus conſuetudine ſit aliis Dignitatibus inferior, & retineat nihilominus officium miniſtrandi Epiſcopo in Sacramentis iuxta ritum dictæ Eccleſiæ vniuerſalis. Adhuc in puncto, de quo loquimur per *ſupra* iam dicta *in princ. huius cap.* cum Sbroico *dict. lib. 3. q. 32. num. 14* D. Ioan. Narbona *de appel. à Vicario ad Epiſcopum*, & eius germano *in dicta l. 59. recopil.* Barboſa *in dict. cap. 5. de Canon. n. 36. & 37. & de Iure Eccleſ. dicta p. 1. c. 34.* etiam *n. 36.*
& 37. & alibi. † Dicendum eſt Archidiaconum 27
multùm deferre in Dignitate, & Officio à Vicario Epiſcopi ; eo quod eius Dignitas duret etiam mortuo Epiſcopo ; ſed Officium Vicarij non ſic ; vel quia extinguitur mortuo Epiſcopo ; vel quia ex cauſa ad libitum Epiſcopi poteſt ab officio amoueri per illa, quæ dixi *in cap. 4. de foro comp. q.* 12. habet enim, vt diximus Archidiaconus ſeparatum officium ; itavt Epiſcopus non poſſit eius officium exercere ; Vicarius tamen ſimplex exequitur tantùm ea, quæ ad Epiſcopum ex officio pertinent ; quibus tamen ob diuerſas occupationes deſeruire nequeunt. Quod ſi Epiſcopus vellet eas exercere, poſſet, cum idem tribunal ſit, & ſibi ex officio competens, Vicario tamen dependetur ab Epiſcopo, vt dicemus *in dicto tit.*
de Officio Vicarij cap. penult. à q. 5. † Etenim *ex* 28
dicto cap. 1. hic in verſ. *vt Archidiaconus poſt Epiſcopum ſciat eſſe Vicarium*, probant vt iam *ſupra* dixi, illum eſſe poſt Epiſcopum Vicarium in omnibus ; eo quod ſit Vicarius natus, ſeu legitimus ſic dictus ; cum à lege ipſa nullo facto, aut miniſterio Epiſcopi conſtituatur, Sbroc. *dict. tract. de Officio Vicarij lib. 1. q. 26. num. 50.* Anton. Cuchus *inſt. moral lib. 2. tit. 9. de Officio Archiep. n. 17.* Al-

phonsus Narbona *in dicta l. 59. glossa in cap. 6. tit. 4. dict. lib. 2. recop.* Barbosa *de Canon. dicto cap. 5. n. 34. & de Iure Eccles. dict. c. 34. p. 1. dist. n. 34. & alibi.*

29 Quo ad aliam difficultatis partem, quis enim eorum procedat quoad stallum in Choro, si de iure communi hoc inspiciatur, credo propter adductas rationes, vt Archidiaconus deberet vtique præcedere; imò non obstantibus proximè dicendis scio in nonnullis Cathedralibus obseruari, vt semper Archidiaconus præcedat; imò & aliæ Dignitates, & Ecclesiâ Vallisoletanâ obseruat vt Vicarius Episcopi, nec inter Canonicos sedeat, sed inter portionarios; obquod nunquam vidi, nec in Choro, nec processionaliter Vicarius Episcopi incederet inter illos, nec vnà cum illis. Etsi viderim semper Vicarios sibi cõstitutos plures ex Collegio maiori S. Crucis, inter quos, D. Petr Galuez, nunc ex consilio supremo Indiarum bic Matriti; deinde D. Franciscum de Zarate; postea electo ibi Canonico Doctorali, post Inquisitorem Cæsar-Augustanum deinde Rotæ Auditorem, nunc Præsidem Cancellariæ Vallisoletanæ, & Episcopum Segobiens. nominatum à Rege postea quidem D. Sanchium de Villegas nunc Auditorem Granatensem, & vltimo tempore D. Didac. Sarmiento, & Valladares mei successorem in illa Inquisitione, & nunc electo Sacræ Rotæ Auditore, omnes quidem Cathedra Superiores in illa vniuersitate obtinentes, atque regentes.

30 Nihilominus video in puncto difficultatis iam per Sacram Congregationem Cardinal. negotiis Episcoporum, & Regularium Præpositorum in vna Theatina 6. Iulij 1618. declaratum, vt Vicarius Episcopi debeat illum præcedere, tam in Choro, quàm vbilibet, etsi Archidiacono solita sedes in Choro adimi non possit, ex ea ratione; quia Vicarius Episcopi generalis, absente Episcopo, debet habere primum locum super omnes Dignitates, & Canonicos, non obstante consuetudine, aliisque in contrarium; sicut & censuit Sacra Rituum Congregatio in Adrien. 7. Augusti 1610 & in alia Ferrarien. 20. Decemb. 1614. & in Militen. 13. Iulij 1619. vbi quod præcedit Capitulo, & Clero; & ita sentiunt Ioan. de Anuino *singul.* 28. Seraphin. *decis. 639. num.* 10. Zerola *in praxi Episcop. p. 1.* verb. *Vicarius* §. 15. Michaël Ferrus *de praecedent. Eccles. q. 5. num* 8. vbi *num.* 9. distinguit quidquid contrarium teneat Menoch. *cons.* 51. & 257. *à num.* 1. Barbosa *dicto cap. 5. de Canon. n. 55. & 56. & dict. c. 34. de Iure Eccles. etiam n. 55. & 56.*

31 Ad septimam de Vicario foraneo aliter quidem dicendum est; eo quod iste de iure, nec ex priuilegio nullam habeat præcedentiam in Choro, sessionibus, processionibus, & aliis actibus, & functionibus Ecclesiasticis supra Archidiaconũ, seu Archipresbyterum, & alios Presbyteros ipso Vicario antiquiores, & digniores. Iste enim foraneus debet stare, sedere, & incedere in loco suæ receptionis, & Dignitatis, ac si non esset Vicarius tam cum Cotta, quàm sine illa, non obstante
32 quacumque ordinatione Episcopi in contrarium † Præter quam in Congregationibus, quæ singulis mensibus de mandato Episcopi fiunt, in quibus tanquam Episcopi delegatus præcedere debet omnibus, non tamen processionibus missis, & aliis, quæ fiunt ante Congregationem, vt sæpissimè Sacra Congreg. Rituum declarauit iuxta 21. declarationes, quas refert Barbosa *de Canon. dicto cap. 5. num. 57.* idem *de Iure Eccles. dicto cap. 34. p. 1. eodem num* 57. per eadem verba. † Quas ego 33
intelligo procedere, quoties contingit, vt aliquis v.g. Canonicus, seu Portionarius Ecclesiæ Cathedralis, etiam ab Episcopo creatur eius Vicarius generalis totius sui Episcopatus; quia talis, non obstante Vicariatu debet sedere in Choro, & Capitulo, atque in processionibus in loco suæ receptionis Canonicalis, aut portionariæ; sic vt nunquam præcedat cæteros Collegas antiquiores in gradu suæ receptionis, nec si Dignitas inferior eligatur, talis Vicarius valeat præcedere alias Dignitates superiores, quia ex quo sit Canonicus debet sedere in proprio stallo; & cum habitu Canonicali; sic vt alias non lucretur distributiones quotidianas, vt declarauit Sacra Congregatio Rituum in Ægitamen. 20. Decemb. 1601. & in Suttrina 20. Octob. 1616. & in Oritana 5. Aprilis 1620. & in Callipolen. 21. Decemb. 1613. de quibus Aldan. *in compend. Canon. resolut. lib. 1. tit. 43. num.* 15. Barbosa *de Canon. cap. 18. num. 32. & in decis. Apostol. collect.* 514. verbo *Vicarius generalis circa locum n. 12. &* 13. cum aliis, & *in Bullario eodem verbo n.* 14. & *alibi.*

Quod si dubites quomodo sedere debeant Di- 34
gnitates in Choro, ne Archdiacono præiudicium inferatur, quando Vicarius generalis occupat primum locum Chori, & stallum Archidiaconi leges declarationem Sacræ Congreg. in Adrien. 7. Augusti 1610. quam referunt Aldan. *vbi suprà dicto lib. 1. tit.* 43. *num.* 19. Barbosa *in dict. collect. decis. num. 4. & in Bullario dicto verbo* vers. *Vicario generali occupante*, teste enim Sellio *in selectis Canon. cap. 36 num.* 29. debet habere locum secundum consuetudinem Ecclesiæ, quæ non est mutanda ex Sacra Congreg. Rituum in Alexandrina 15. Martij 1608. *in respons. ad 3. dub.* sic vt nec possit arbitrio suo sedem parare; cum debeat sedere in sede solita pro Vicariis assignata, vt declarauit Sacra Congregatio Rit. in Naritonen. 4. Maij 1606. quam referunt Sellius *supra dicto c. 36. num.* 40. Barbosa *in dicta collect.* 714. *decis. num. 1. & 2. & in Bullario,* vers. *Vicarij locus.*

Ad vltimam quæstionis partem, an possit cau- 35
sas criminales audire sine Capitulo? Et suppositis quæ iam dixi in principio Rubricæ, & hic, quod potest, & debet singulorum iurgia, & causas audire, vt docent Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 14. q. 2.* vers. *Deinde*, Galganetus *de Iure publico lib. 3. tit. 21. num. 6.* vers. *Iurgia* per textum *in dicto cap. ad hac.* Nunc breuiter respondeo quod de iure communi non potest audire causas criminales sine Capitulo, vt pulchrè refert decisum Caputaq. *in decis.* 202. *p.* 2. Riccius *collect.* 1618. *in fine*, quia istæ causæ sunt arduæ, & solùm potest leuia iurgia diffinire, vt iam diximus.

AD

AD TEXT. IN CAP. II. & III. Officium, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

HVIVS textus materia impletur ex dictis *supra in principio Rubrica*, & ex nonnullis *ibi* adductis *q.1. & inc.1. hic*. Sed quia *ibi* dicta potius spectanr ad iurisdictionalia Archidiaconi sibi competentia de iure communi; hic tamen in his capitulis 2. & 3. agat tantùm de spectantibus ad eius officium intra Ecclesiam exercendum, tam per se, quàm imperando, vt ab aliis ministris inferiotibus exequatur, ideò nunc de his interrogabimus.

QVÆSTIO I.

An Archidiaconus teneatur cum Episcopus celebret solemniter, & ipse etiam indutus paramentis Diaconalibus canere Euangelium, seu possit aliis committere? Et quæ Archidiacono competant, dum Episcopus solemniter in Ecclesiâ incedit? Et quæ alia circa horarum cantum præcipere, ac de custodiâ Sacrorum Vasorum? Et an absente Episcopo, præferatur Archipresbytero in celebratione Missarum solemnium, ac in deferendo solemniter Sacram Eucharistiam?

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus ministrante Episcopo, ex officio, & de iure tenetur canere Euangelium, seu alium, qui canat illud eligere, vt* numero 2.

3 *Archidiacono competit Episcopo solemniter celebranti ministrare.*

4 *Archidiaconus, dum Episcopus incedit in Ecclesia, plura exercet ministrando Episcopo, &* n.5.

5 *Archidiaconus sustinens baculum Episcopi celebrantis, est thurificandus immediatè post Diaconos assistentes.*

6 *Diaconi assistentes Episcopo, præcedunt tunc Archidiacono.*

7 *Archipresbyter si administret præcedit Archidiacono; item & in funeralibus, vt* num.8.

9 *Archidiaconus qui sedit à dextris Episcopi celebrantis in Cathedrali, sit in collegiata.*

10 *Archidiaconus Prothonatarius, si in Choro assistat cum habitu Prothonotariatus, & in processionibus, ac in Diuinis non lucratur fructus, & distributiones, cui tunc sedes assignatur inter Abbates.*

11 *Archidiaconus, qui est Prothonotarius potest vti habitu Prothonotariatus in actibus non competentibus sibi, tanquam Archidiacono.*

12 *Archidiaconus Prothonotarius non ex altari, sed ex Sacristia, vt faciunt cæteri Canonici, debet accipere paramenta promissa priuata dicenda.*

13 *Archidiacono ex officio spectat in Choro matutinum, aliasque horas intimare, vt incipiantur, & dare signum ad exeundum de Choro, vt* n.14. & 15. *Quid hodie*, n.24.

15 *Archidiacono competit lectiones, & responsoria Diuini officij lectoribus assignare, & cantoribus, & Acolytos, qui Turibulum, & cereum deferant, & disponere alia, quæ spectant ad celebrationem Diuinorum officiorum; & vasa Diuini cultus custodire, vt* num.16.

16 Cap.ea, quæ contra 3. hoc tit

17 *Negligentia in Iudice, vel Prælato in his, quæ facere tenetur, est peccatum mortale, &* num.18.

18 *Iudex Ecclesiasticus negligens in administratione rerum Ecclesiæ, est deponendus ab officio, & Dignitate.*

19 *Archidiaconus debet inspicere, vt Primicerius, Custos, ac Sacrista exequantur munus sui officij.*

20 *Archidiacono Rhemens. datum est reconciliare Ecclesias pollutas; non verè iam consecratas, & indultum per annum benedicendi paramenta, aliis vt* n.21.

22 *Archidiaconus habens duos Archidiaconatus pares, potest residere in quocumque maluerit.*

23 *Archidiaconus potest assistere à dextris suo Episcopo celebranti, & ad vesperas assistenti.*

24 *Archidiaconus quando abest Decanus, seu alia prima Dignitas in Cathedrale, potest conuocare Capitulum, & resoluere ibi dicta, etsi non sit in sacris.*

25 *Archidiaconus constitutus in ordine Presbyteratus, præcedit Archipresbytero in Diuinis, absente Episcopo, nisi ad alium pertineat functiones facere*, num.26. *& de ratione*, n.28. & 30. *fallit*, n.29. & 37.

27 *Archidiaconus in Sacris constitutus præfertur Archipresbytero in delatione solemni Sacræ Eucharistiæ, & quare*, n.28. & 37.

28 *Archiddiaconus de iure est maior omnibus post Episcopum, cuius Iurisdictioni subiacet Archipresbyter, nisi aliud suadeat consuetudo, vt* n.29.

29 *Archipresbyter in ciuitate Paduæ præcedit Archidiaconum; qui & installat Abbatissas exemptas, & beneficiatos in ciuitate, Archidiaconus extra.*

30 *Archidiaconus dum est simplex Diaconus, est minor in Diuinis Archipresbytero*, n31.

31 *Ordo Sacerdotalis inest solum personæ, non Dignitati.*

32 *Archidiaconus non Sacerdos, vt præferat Archipresbyterum venit à Dignitate, & officio, quod ei inest.*

33 *Archidiaconus sic ministrat Episcopo, sicut Diaconus Archipresbytero.*

34 *Archipresbyter, Præpositus, &c. vt præcedant Archidiacono, debet esse saltim per consuetudinem quadragenariam.*

5 *Archidiaconus, impedito Decano, & absente; Episcopo, debet celebrare Missas solemnes non tamen Primicerius.*

36 *Archidiaconi, etsi pracedant cateros Ecclesiasticos, nec dominare eos valent, nec in eos tyramidem exercere.*

37 *Archidiaconus Sacerdos, etsi praferatur in celebratione Missarum, & delatione solemni Sacra Eucharistia die corporis Christi, & in peragendis aliis solemnibus, vt in benedictionibus candelarum, Cinerum, Palmarum, &c. sed non sibi precisè incumbit ea ministrare.*

1 AD primam igitur quæstionis partem videtur respondendum, vt ad id teneatur ex dictis *supra in quæst.*1. *sub Rub.* quia etsi vt ibi diximus Diaconi officium non sit prædicare, sed Euangelium canere, & latè *in princip. Rubrica, & dict. quæst.*5. probatum sit Archidiaconum esse oculum Episcopi, & Principem Diaconorum, sequitur, vt necessario, ministraote Episcopo solemniter, debeat canere ipse Euangelium, nec illud canendum alij committere possit, sicut *supra cap.*1. diximus *ex cap. cum satis* 4. *hoc tit.* nequeat ipse Archidiaconus sine licentia Episcopi vlli committere curam animarum, non obstante consuetudine in contrarium.

2 At nihilominus ex nostro *cap.*2. aliter dispositum videmus in verbis sequentibus, *officium verò Archidiaconi est Euangelium, quando voluerit legere, vel alicui de Diaconis precipere, &c.* Nec aliud videtur colligi ex verbis sequentibus, *& quando Episcopus missam canit, ad iussionem illius induant se Leuita vestimentis Sacris*, quasi his vltimis verbis aliud suadeatur, cum Episcopus celebrat, quia respondetur, quod illius officium in Canendo Euangelium, non est præcisum per se, cum sufficiat, vt eligat alium ex Diaconis, qui canat illud. Et sic præter ordinarios Abbat. Zabarell. Collect. Archidiac. Bellarm. Ioan. Andr. Ancharran. Butr. Anan. Hostiensis, Innocent. Panormit. Viuian. Alagon. Himenez, Anton. Augustin. & alios, *hic*, docent Azor. *inst. moral. p.*2. *lib.*3. *cap.*14. *q.*2. vers. *Deinde*, Sebastian. Cæsar. *in velect. de Eccles. hierarch. p.*3. *q* 12. §. 1. *num.*7. Gal-
3 ganet. *de iure publico lib.*5. *tit.*21. *num.*5. † Barbosa *hic num.*2. idem *de Canonic. cap.*5. *num.*18. *& de Iure Eccles. lib.*1. *cap.*34. *num.*18. vtrobique cum eisdem referens, vt censuit Sacra Congregatio Rituum in vna Pisaurien. 10. Iunij 1600. ad officium Archidiaconi pertinere Episcopo ministrare & solemniter celebraturo. Episcopo Sanctum Euangelium, cum voluerit legere, & eos ante probatos designare, qui Euangelium, & Epistolam cantent, DD. *in cap. perlectis dist.*25. Nec obstat dictum ex *dicto cap. cum satis*, qui loquitur in alio casu difficiliori ad curam animarum spectante, vt ibi expendimus.

4 Ad secundam quæstionis partem, quæ competant Archidiacooo, dum Episcopus in Ecclesia incedit? Et dicendum est quod si Archidiaconus sit prima Dignitas io Ecclesia, debet exercere officium Præsbyteri assisteotis cum Pluuiali Episcopo celebranti iuxta formam cæremonialis, illique candelam. & Palmam benedictam ministrare, si sit in Sacerdotali Ordine constitutus, vt patet ex Sacra Congreg. Rituum declaratum in vna Reatina 10. Ianuarij 1609. vbi etiam quod recusans Cogeodus sit pœnis, & censuris, & in alia Brixien. 28. Maij 1616. ita Barbosa *de Canon. dict. cap.*5. *num.*50. *& de Iure Eccles. dicto cap.*34. *p.*1. *eodem num.*50. vtrumque addens, *n.*51. ex alia declaratione in Camarinen. 15. Martij 1608. quod dum Archidiaconus assistit apud Episcopum, censetur præsens in choro, tam in Ecclesia Cathedrali, quàm in alia; idem *in Bullario*, verb. *Archidiaconus* 2. & *in collect. decis. Apostol. eodem verbo num.*18. *&* 59.

Item quod Archidiaconus, qui sustinet Bacu- 5
lum Episcopi; dum celebrat solemniter, est Thurificandus immediatè post Diaconos assistentes, vt censuit eadem Congregatio Rit. in vna Bracharen. 28. Aprilis 1167. quamvis sit primus Archidiaconus, & alias prærogatiuas habeat, quod
ex eo procedit; † quia tunc Diaconi assisteotes 6
sunt altioribus indumentis induti, & immediatiores Episcopo celebranti, † sicut & de Archipres- 7
bytero dicitur, quod habet præcedere Archidiaconum, etsi sit Dignitas minor de iure communi, vt iam *sub Rub* dixi; si tamen administret, cum in Diuinis, præcedat Archipresbyter Archidiacono iuxta glossam, *in cap.*1. *de officio Archipresbyt.* Boët. *de authoritate magni consil num* 73. Anton. de Prætis *in Clypeo pastoral. Officij, cap.*637. Gam. *Lusitan. decis.*1. *num.*47. Menoch. *cons.*51. *num.*56. Gratian. *discept. forens. cap.*292. *num.*35. Hermosilla *ad Gregorium Lôpez glos.*2. *prolog.*1. *p. art.*5. *n.*72. Theodos. de Rubeis *in singularibus Rota tomo* 2. *p.*4. *tit. de praced. Prothonotar. num.*11. *pag.*488. Cantolor. *de praced. num.*63. Ferr. *de praced. tract.*1. *quæst.*5. *num.*12. Riccius *in praxi rerum foro Eccles. res.*556. *in* 2. *edit. & p.*4. eiusdem *praxis resol.*394. *num.*1. Lotherius, *de re beneficiaria lib.*1. *quæst.*16. *num.*114. & in terminis Barbosa *in collect. decis. Apostol.*40. verb. *Archidiaconus num.*8. ex relatis declarationibus, *& in Bullario eodem verbo num.*3. vers. *Archidiaconus, qui sustinet.*

Tamen si Archidiaconus, qui est prima Digni- 8
tàs cum Episcopo si concurreret in functalibus cum Archipresbytero, qui est secunda, & cui incumbit curam animarum, & defert stolam, quique in Ecclesia, dum facit officium præcedit, tunc est præferendus ipse Archipresbyter in via, ratione stolæ Iuxta declarat. Sacræ Congreg. Rituum in nullius, seu Troiana 4. Maij 1613. quam citant Iulius Labor. *variar. lucubrat. tom.*1. *tit.*2. *cap.*3. *num.*251. Barbosa *in collect. decis.* dicto verbo *Archidiaconus num.*23.

At vero Archidiaconus, qui sedet à dextris 9
Episcopi celebrantis in Cathedrali, debet vtique & à dextris sedere, dum celebrat in collegiatis, Sacr. Congreg. Rit. in Thelenesina 2. Martij 1602. Barbosa *in Bullario*, verbo, *Archidiaconus qui sedet n.* 4. *& in collect. decis.* 40. *eodem verbo, numero* 9. Sellius *in selectis canonicis cap.* 17. *num.* 2.

Notandú verò est quod si Archidiaconus sit ex 10
priuilegio Prothonotarius, non lucretur fructus, & distributiones sui Archidiaconatus, si cum habitu Prothonotarij in Ecclesiâ, Choro, & processionibus, ac Diuinis Officiis assistat; quia si voluerit in sua Ecclesia vti habitu Prothonotarij, reputatur tanquã extraneus; sic vt tunc ei locus sit assignandus, non inter Canonicos, & Dignitates, sed inter Abbates; imò nec possit in publicis functionibus in assistentia Episcopis, ac aliis actibus, sibi tanquam Archidiacono competentibus, vti habitu Prothonotarij, sed suo habitu Canonicali, vt censuit Sacra Congreg. Rituum in Asculana in Apulia 6. Martij 1610. Barbosa *de canon. dicto cap.*5. *num.*53 *&* 54. idem *de Iure Eccles. dicta p.*1. *dict. cap.*34. *dicto num.*53. *&* 54. *& decis. Apostol. dict.*

*dict.collect.40.num.25.26.& 27.*vbi adducit aliam
declarationem dictæ Sacræ Congreg.in dicta Af-
culan. in Apulia 19. Nouemb. 1611. & repetit in
Bullario, vers. *Archidiaconus qui sit ex priuile-
gio.*

11 Sed idem Barbosa *in dicto Bullario circa finem*,
ex Sacra Congreg. Rit. refert declaratum in vnâ
nullius terræ Pisciæ 19. Ianuarij 1612. & in dicta
Asculana 28. Ianuarij 1618. quod Archidiaconus,
qui ex priuilegio est Prothonotarius, potest vti
habitu Prothonotarij in actibus non competenti-
bus sibi, tanquam Archidiacono, idem *in dicta
collect. 40. decis. num.29.* ex Aldano *in compendio*
12 *Can.resol.dict.lib.3.tit.3.num.21.* † Qui, & *n.19.*
& idem Barbosa *ibi num.28. & in dicto Bullario*,
vers. *Archidiaconus Prothonotarius*, referunt de-
claratum in alia Asculan. 6. Martij 1610. quod
Archidiaconus Prothonotarius, non ex altari, sed
ex Sacristia, vt faciunt cæteræ Dignitates, & Ca-
nonici, debet sumere paramenta promissa priuata
Dicenda.

13 Ad tertiam quæstionis partem, quæ alia circa
horarum cantum præcipere possit, ac debeat
Archidiaconus iuxta verba textus nostri ibi: *Om-
ne Ecclesiasticum Officium, &c.* Respondeo pri-
mo, vt quia Archidiaconn de iure, tanquam pri-
ma Dignitas post Pontificalem aliis superior, &
maior habita, permanens in Choro ex officio
spectet in principio matutini horarum Canonica-
rum, ac Vesperarum intimare *Pater noster*, quo
dicto, spectet ad eum pariter, vt incipiatur *Do-
mine labia mea aperies, &c.* vel *Deus in adiuto-
rium meum intende*, & ad primam spectet dicere,
Dies, & actus nostros, &c. & *Deus nos benedicat,
&c.* ad completorium verò dicere, *Noctem quie-
tam, &c.* & *Benedicat, & custodiat nos*, & in
fine horarum, & matutini dicere, *Dominus det
nobis suam pacem*: ita Barbosa *de Canon dict. c.5.
num. 20. & de Iure Eccles. p.1. dict. cap. 34. eodem
num 20. & in dict collect.decis. Apostol.*vers. *Archi-
diaconus num.11.* idem in *Bullario dict. verb.*vers.
Archidiacono in Choro, Alderan. *in compendio
Canon.dicto lib. 3. tit.3. n.19.* ambo referentes de-
clarationes Sacræ Cong.Episcopor.& Regular. in
14 Theatina 18.Aprilis 1617. † Imò, & eidem Ar-
chidiacono spectat post hæc dare signum ad
exeundum de Choro; sic vt nullus assistentium
ante tale signum, etiam officio expleto, possit de
illo exire, ac egredi: sic idem Barbosa *de Cano-
nicis dicto cap.5. dict. num.20. in fine, & de Iure
Eccles. dicto cap. 34. eodem num. 20. in fine, & in
collect. decisione*, dicto verbo *Archidiaconus,
num 11.*

15 Item ex dict.vers.textus nostri competit Archi-
diacono lectiones, & responsoria Diuini Officij
Lectoribus, & Cantoribus assignare, atque Aco-
lytos, qui Cereum, & Thuribulum deferant;
& qui minora gerant officia ordinare, & omnia
denique, quæ ad Diuinorum Officiorum celebra-
tionem pertinent disponere, glossa, & DD. iam
supra adducti *in dicto cap.2.hic*, Sebastian. Cæsar
de Ecclesiast.hierarch.p.2. disp.10. §.1. num.7. Bar-
bosa *de Canon. dicto cap.5. num.19.* idem *de Iure
Ecclesiast.dicto cap.34.p 1.eodem num. 19.* item &
DD. antiqui per verba textus *hic dict. cap. 2.* ibi,
*Lectiones, aut responsoria in matrice Ecclesia dare
debet, & auscultare in tantum vt nullus Euange-
lium, aut epistolam, responsoria, vel quamlibet
in Ecclesia lectionem legat, & cantet; donec au-
sculetur ab ipso, Acolytos quoque ipse ordinet, quis
eorum Candelabra, quis Thuribulum deferre, quis-
vè minorum in Ecclesia aliqua officia agere de-
beat?*

Item etiam pro explicatione textus hic *in cap.* 16
ea, quæ contra 3. pertinet quidem ad ipsum Ar-
chidiaconum vasa Diuinis Ecclesiæ vsibus dicata,
sedulò custodire, vt docent DD. Ordinarij, &
moderni iam *supra* adducti *in dicto cap. 3.* de qui-
bus debet reddere rationem: ita docent Azor. *in-
stit.moral.p.2.lib.3.cap.14.q.2.§. Deinde*, vers. *ad
eundem pertinet*, Sebastian. Cæsar *in relect. Ec-
cles. hierarch. p.3. q.12.§.1. num.8.* † Barbosa *in* 17
*dicto cap.3.num.1.& 2.*vbi *num.3.& 4.* cum multis
addit ea glossa vers. *reatu*, & vers. *negligentia*,
quod negligentia in Iudice, vel Prælato in his,
quæ facere tenetur ratione officij, est peccatum
mortale. † Et quod vbicumque Iudex Ecclesia- 18
sticus est negligens in administratione rerum Ec-
clesiæ, est deponendus ab officio, & Dignitate,
vt per Abbatem *in cap. ea qua in principio de statu
Monachor.*Felin.*in cap.edoceri in fine de rescriptis,
& in cap.1.num.2. de treuga, & pace*, Bellet. *dis-
quisit.Cleric.p.1.tit. de exempt. Clericorum, & eo-
rundem honor.à muner.publ.§.9. num.4.* & ex aliis,
ad quæ coducunt quæ adduxi *supra de obligatio
ad ratiocinia, & alibi*: sæpius: & in terminis de
custodia vasorum idem Barbosa *de Canon. dict.
cap.5.n.21. & de Iure Eccles.dicto c.34. p.1. eodem
num.21.*

Item debet Archidiaconus inspicere, vt Primi- 19
cerius, & Sacrista, vel custos iniuncti sibi mune-
ris solicitudinem diligenter exequantur *ex cap.
perlectis dicta dist. 25. & ex hoc cap. 3.* vbi DD.
idem Barbosa *dicto c.5.de Canon. n.24. & de Iure
Eccles.dict.c.34. eodem n.*

Et ob id hæc, quæ Archidiacono permissa 20
sunt de iure intra Ecclesiam potest dici rectè con-
cessum esse Archidiacono Episcopi Rhemens. Vi-
cario indultum reconciliandi Ecclesias pollutas,
quæ prius non fuerant consecratæ; licet non sic
de pollutis iam consecratis, vt refert declaratum
Aldan *supra dicto tit.3.num.25* in vna Sacr. Con-
greg.Rituum in Rhemens. 9. Maij 1609. qui, &
*num.26.*ex alia Sacr.Congreg.Rit. in Ruthens. 9.
Maij 1609. † Similiter ait concessum per in- 21
dultum per annum benedicendi paramenta, stante
absentia Episcopi, qui etiam *d.tit.3.num.30.* refert
ex Sacra Congreg. Caminich. 24. Aprilis 1610.
concessam esse facultatem Archidiacono Cami-
ninch. Aquiliens. Diœcesis, & illius loci Vicario
ob longissimam absentiam ordinarij per annum
benedicendi paramenta, quorum ratio potest esse,
quia hæc in ministerio Ecclesiastico sunt necessa-
ria, etsi non de difficilioribus refert etiam Bar-
bosa *dict.collect.40.decis. Apostol. n.31.32. & 33.*
idem *in Bullario*, verbo *Archidiaconus n. ante pe-
nultimo, & penult.*

Et pro complemento harum rerum, quæ po- 22
test Archidiaconus facere intra Ecclesiam, non
sacrificando aut solemniter celebrando, adiicio
cum Nicolao Garcia *de benef.p.3. cap.2. n.185.* &
eodem Barbosa *in Bullario num.fin.*ex Sacra Con-
greg.Concilij declaratum, quod Archidiaconus,
qui habet duos Archidiaconatus pares in Digni-
tate potest residere in quocumque placuerit;
sed si aliter sit dignior, teneatur in eo resi-
dere.

Item Episcopo celebranti solemniter, vel 23
etiam Missam solemnem, & ad Vesperas assi-
stenti, potest à dextris modo suo loco præscripto
assistere

assistere Castald. *in praxi caeremon. lib. 1. sect. 8. c. 7. numer. 3.* Barbosa *de Canon. dict. cap. 5. numer. 23.* idem *de Iure Ecclesiast. dicto cap. 34. eodem num. 23.*

24 Vltimo vt licet iam hodie in Ecclesiis Cathedralibus Hispaniæ, & aliarum prouinciarum Decanus, siue Præpositus, aut alia Dignitas sit prior ipsi in sede, & honoribus, adhuc dicendum est, quod Archidiaconus, ad quem de consuetudine Ecclesiæ spectat, absente Diacono, conuocare Capitulum, & in eo proponere, ac resolutiones accipere, possit id exercere, etiam si non sit in Sacris, cum iste actus sit actus Iurisdictionis, qui competit Archidiacono, etiam in Sacris non constituto, cum ad Decanum non spectet ratione ordinis, sed antiquitatis, & superioritatis: sic cum aliis referunt declaratum in Sacra Congreg. Concilij Nicol. Garcia *de benef. 3 p. cap. 4. num. 26* Barbosa *dicta collect. 40. decis. Apostol. n. 3.* idem *in Bullario* verbo *Archidiaconus ad quem.*

25 Ad quartam quæstionis partem, an Archidiaconus, absente Episcopo, præferatur Archipresbytero in celebratione Missarum solemnium, ac in deferendo solemniter Sacram Eucharistiam? Ad primum dubium respondeo, præmissis quæ dixi *in Rub.* & dico *tit. sequenti de Officio Archipresbyteri*, quod etsi Archipresbyter præcedat in Diuinis Archidiacono, at limitatur quando ipse Archidiaconus est constitutus in Ordine Presbyteratus quia tunc cum sit par etiam in ordine, & maior in administratione, debet præcedere Archipresbytero, absente Episcopo in celebratione Missarum in Diebus solemnibus, & in aliis rela-
26 tis in declarationibus infra referendis. † Nisi ad alium pertineat, absente Episcopo, prædictas functiones facere iuxta Ecclesiæ constitutiones, & antiquam, ac immemorabilem eiusdem Ecclesiæ consuetudinem, vt censuit Sacr. Congr. in Iuuienacens. 9. Maij 1609. ita docent Beroius *cons. 22. num. 31. lib. 1.* Cardinalis Tuschus *littera A, conclus. 482. num. 16.* Barbatia *cons. 5. per totum lib. 2.* Rota *decis. 244. à num. 2. p. 1. recentissimor.* Lotter. *de re benef. dicto lib. 1. q. 16. num. 115.* Marcell. Vulpeius *in praxi c. 34. n. 13.* & alij.

27 Et ad secuodum deferendo Sacram Eocharistiam, absente Episcopo, si Archidiaconus existat Sacerdos io Diebus solemnibus, item & in benedictione Candelarum, Cioerum, & Palmarum, & aliis huiusmodi actibus, & functionibus Sacerdotalibus Sacra Congregatio Rit. censuit, ac declarauit in vna Regiens. 9. Decemb. 1600. quam refetuot Marcel. Vulpeius *in praxi iudicior. fori Eccles. cap. 34. num. 13. in fine*, Barbosa *dicta collect. 40. decis. Apostol.* verbo *Archidiaconus prima Dignitas*, ex dicta declaratione, & ex alia S. Agathæ Gotthorum 23. Mart. 1602. & in alia Iuuenacer. 17. Nouemb. 1607. & in alia Berens. 19 Ianuarij 1608. & in alia Penens. 24. Ianuarij 1615. & ex Rota in Vitebien. celebrationis Missarum 11. Decemb. 1609. quos & retuli *dicta collect. 40. n. 20.* quæ etsi præter illam Regiem, loquantur de præcedentiâ Archidiaconi Sacerdotis Archipresbytero in aliis functionibus Episcopalibus.

28 Ratio conclusionis vtriusque prouenit ex eo, quod de iure commuoi Archidiaconus est maior omnibus post Episcopum, sic vt Archipresbyter subiaceat iurisdictioni ipsius iuxta dicta *supra in Rub. & supra per cap. 1. cap. ad hac bonæ. & ex c. 1. de Officio Archipresb.* & sic colligatur ex ordine titulorum de officio vtriusqoe hic in Decretalibus Barbat. *cons. 5. num. 18. lib. 2.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 111. num. 80.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 15 q. 2. & 3.* Cardinal. Tuschus *dicta lit. A, conclus. 482. ex num. 11.* Petr. Greg. *lib. 15. Syntagm. cap. 22. n. 16.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 49. in princ.* Beltram. *in annot. ad Greg. XV. decis. 411. n. 5.* Rota *decis. 244. p. 1. recentissimor.* Marcel. Vulpeius *in praxi cap. 34. n. 12.* Barbosa *de Canon. dicto cap. 5. n. 38. & à num. 42. & de Iure Ecclesiast. in dicto cap. 34. dict. n. 38. & à num. 42.*

Limitatio huius duplicis conclusionis, nempè 29
vt absente Episcopo, prædictæ functiooes possint pertinere ad alias Dignitates, vel per constitutiones Ecclesiæ, seu consuetudinem; quia etiam præualet consuetudo Ecclesiarum, vt Archipresbyter, vel Præpositus, aut alia Dignitas Archidiacono, & aliis Dignitatibus præferatur; quia rationalis esse potest diuersa io huiusmodi rebus consuetudo propter diuersas causas, & officia singulis Dignitatibus attributa, Tuschus *dict. lit. A, concl. 582. num. 22.* Barbosa *dict. cap. 5. & cap. 34. num. 39.* qui & Alex. *cons. 142. lib. 6.* exemplificant in ciuitate Paduæ, vbi Archipresbyter præcedit Archidiaconum ex antiqua cõsuetudine; sic vt installet Abbatissas exemptas, & beneficiatos in ciuitate, Archidiaconos verò beneficiatos extra ciuitatem, & vterque ex Geminiano *in cap. penult. num. 6. de officio delegati lib. 6.* dicunt eandem esse consuetudinem in Ecclesiâ Taurinens.

Sed cessante tali consuetudine, quantumvis 30
DD. possint arguere *ex dicto cap. 1. de Officio Archipresbyteri*, quod in Diuinis, & intra Ecclesiam debeat præferri Archipresbyter Archidiacono, si ex aliis iuris regulis potest ad illum spectare, cum non sit nouum, in iure quod idem officium pluribus competat, ordinatiuè tamen; ita vt vnum alteri præferatur, vt in terminis celebrationis Missarum prosequitur Bero, *consuet. 22. à num. 23. lib. 1.* & quamvis celebratio Missarum sit de his, quæ spectant ad ordines, in quibus Archipresbyter dicitur maior Archidiacono, glossa Hostiens. & alij *in dicto cap. 1.* tamen illud debet intelligi cum præsupposito, quaodo scilicet Archidiaconus sit talis, qualit necessitas illius Dignitatis illam expostulat, hoc est *simplex Diaconus*, qui non ex necessitate tenetur suscipere Sacerdotium, *cap. gesta, cap. vbi 74. dist. cum concordatis*; secus si fiat Sacerdos, qui tunc respectu ordinis non est amplius maior, sed pars, vt benè seipsum declarat Hostiens. *n. 5. vers. cum sit par in ordine*, quem
alij sequontur. † Quia Ordo Sacerdotalis solum 31
inest persooæ non Dignitati; at quia respectu Dignitatis Archidiaconus præcedit; sequitur quod si factus sit Sacerdos, præcedat etiam in Diuinis Archipresbytero, cui aliàs de iure competit, quando Archidiaconus est tantùm constitutus in suo Ordine Diaconalis, qui solùm in eos requiritur de iure.

Quod si dubites quare Archidiaconus, non 32
Sacerdos præcedat Archipresbytero de iure communi, cum alioquin Presbyter Diacono sit superior *ex cap. Diaconos cum sequentib. 93. dist. cap. statuimus de maiorit. & obedientiâ*, ac patet ex dictis *supra in Rub. & tit. de temporib. ordinat.* item & *in tit. de qualit. ordinandor.* respondeo procedere à Dignitate, & Officio, quod inest ipsi Archidiacono,

diacono, cum propter ministerium semper Episcopo adhæreat, ac propterea oculus dicatur Episcopi, nec Officium Archipresbyteri sit ministrare, cum Diaconus, non Presbyter sit Minister.

33 Quare sicut Diaconus Presbytero, sic Archidiaconatus ministret Episcopo, euenit, vt propterea sit Archidiaconus supra cæteros maior apud Episcopum, sicut Cardinales apud Romanum Pontificem maiores Episcopo sunt: ita ex communi docent DD. adducti *supra*, Barbosa *dict. cap. 5. de Canon. num.* 41. idem *de Iure Ecclesiast. dict. cap.* 34. *eodem num.* 41. qui addit vtrobique quod in aliis Dignitatibus Diaconi constituti non debent Episcopis anteferri iuxta textum *in cap. peruenit el 1. distinct.* 93. nisi authoritatem gerant Prælati maiores, vt *in cap. fin. eodem dist.*

34 Et quia per dictas declarationes Sacræ Congreg. Rituum in Gien. & cæteras relatas, & aliam Rituum Congreg. in Metropolitanâ Ecclesiâ Bariensi, & in Rota Viterbien. quas ad litteram refert Barbosa *dict. cap. 5. de Canon. ex num.* 42. 43. *&* 44. *& in dict. num. dict. cap.* 34. *p. 1. de Iure Eccles.* quibus non obstante consuetudine, in fauorem Archipresbyteri, & aliarum Dignitatum pro Archidiacono responsum, & declaratum est; eo quod consuetudo, qua fundabantur, non esset sufficiens; & possis quidem dubitare, qualis ea consuetudo posset esse sufficiens. Respondeo de iure, vt præcedant Archipresbyter, Præpositus, seu Decanus Archidiacono, quod consuetudo debeat esse præscripta per quadraginta annos, aliàs non releuet, vt doceot Barbat. *cons.* 5. *num.* 6. vers. *pramitto etiam lib.* 6. Cornel. *cons.* 155. *col. penult. lib.* 4. Barth. *cons.* 136. *lib.* 1. Craueta *de antiquitat. tempor.* §. 1. *in 4. p. num.* 9. vbi *num.* 12. *& sequentib.* reprobat Aretin. *cons.* 23. vt referunt etiam Cardinalis Tuschus *dict. lit. A, dicta concl.* 48 a. *n.* 24. Barbosa *dicto cap. 5. de Canon. sub num.* 40. *& dicto num. in dict. cap.* 3. *p.* 1. *de Iure Eceles.* ac patet ex ex multis, quæ dixi *supra de consuet.* item *in cap. de quartâ infra de præscript.* nisi specialiter alia consuetudo immemorialis expostulerut, vt in iam dicta Sacra Congregatione Iuuenacens. Maij 1609.

35 Ex his iam patet rectè esse declaratum in Sacrâ Congreg. Rituum in Capuana 28. Aprilis 1607. vt sequitur Barbosa *in Bullario*, verb. *Archidiaconus, secunda*, quod quando est ipse Dignitas secunda, & Presbyter, abseote Episcopo, & impedite Decano, prima Dignitate, debeat celebrare Missas solemnes, & non Primicerij; licet id fecerint, quando Archidiaconus non erat præsens, idem Barbosa *dict. collect.* 40. *decis. Apostol. n.* 24. Aldan. *in compend. Canon. res. dict. lib.* 3. *tit.* 3, *n.* 17. & alij.

36 Vnùm tamen notandum est, quod licet hæc, & alia superioritatis competant Archidiacono in cæteros Ministros Ecclesiæ, etiam Dignitates, & Canonicos, debent tamen & ipsi Archidiacono cauere iuxta præceptum *cap. fin. dist.* 34. vbi DD. ne dominari in Sacerdotibus vellent, nec in Clericos tyrannidem exercere, cum oec id permittatur ipsis Episcopis: sic Barbosa *de Canon. dict. cap. 5. num. 41. in fine, & de Iure Ecclesiast. dicta p. 1. c. 34. eodem n.*

37 Alterum inquam pro complemento huius vers. *ad quartam*, notandum est, & ex præhabitis declarationibus, quod licet modo ibi dicto Archidiaconus Sacerdos præferatur Archipresbytero, vt absente Episcopo, Missas solemnes celebret, ac deferat Sacram Eucharistiam in festo, & octaua Corporis Christi, & vt cætera solemnia peragat, benedictionis scilicet Candelabrum, Cinerum, Palmarum, &c. id inquam non sibi præcisè ex necessitate incumbere, sed tantùm relinquatur in eius voluntate, & deuotione ministrare absque alia obligatione ex dicta Sacra Congreg. Rugien. 9. Nouemb. 1600. quam referunt Vulpeius *in praxi iud. fori Ecclesiast. dicto cap.* 34. *num.* 13. *in fine*, Barbosa *in dictis locis collect.* 40. *decis. num.* 20 *&* 22. & Bullatij, & Marins Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapolis. cap.* 52. *in nouissima editione.*

QVÆSTIO II.

An Acolyti, hoc est, minores alij Ecclesiæ Ministri subsint etiam Archidiacono, vbi præter solemnia ordinum minorum, de quibus sub. Rubricâ, & tit. de temporibus ordinat. ac de ætate ordinandor. & alibi supra scitur quale sit officium in Ecclesiâ scilicet Acolyti in specie Exorcistæ, Lectoris, Hostiarij, siue Sacristæ, Psalmistæ, Fossarij, & Psalmicantores? Et an omnes isti validè possint contrahere matrimonium officio Ecclesiæ remanendo? & nunc peccent ministerium adimplentes in peccato mortali?

SVMMARIVM.

1 *Acolyti subsunt Archidiacono, & institutione ordinis Acolytatus*, n. 4.

2 *Ministri diuersi sunt in Ecclesiâ, & quare, quorum primi sunt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acolyti, &c.*

3 *Acolytorum fit mentio, tanquam res tradita ab Apostolis.*

5 *Acolytus sic dictus à Græco vocabulo, quod* sequens *significat, aliter* Ceroferarius *dictus, eo quod sit ipsius ferre Candelabrum cum Cireo, &* n. 6.

6 *Acolyti officia in Ecclesiâ sunt tria præcipuè, &* n. 9.

7 *Acolytus prius debet instrui ab Archidiacono qualiter in officio se habere debeat, & tunc accipere ab eo Ceroferarium.*

8 *Subdiaconus pro Eucharistia administratione præparat aliqua, & Acolytus.*

10 *Acolytorum officiũ in deferende cereos ante Diaconum, quando legitur Euangelium in Ecclesiâ, non ad effugendas tenebras, cum sol in die rutilet, sed ad demonstrandum quod detenebris venimus ad lucem fidei.*

11 *Cerei qui Euangelium antecedunt, cuius gratia sunt in præcepto, & quid significent Ceroastra quid sibi velint*, n. 11.

12 *Incensus præcipitur deferri ante Euangelium in Thuribulo deferendo ab vno ex Acolytis ante Euangelium, & Cereos.*

13 Thuri

13 *Thuribulum significat Corpus Christi, in quo est ignis, scilicet Spiritus Sanctus, &c.*

14 *Tymiama quid significet.*

15 *Thuribulum etiam significat opinionem bonarum virtutum.*

16 *Diaconus pramittit Ceroferarios cum faculis, & incensu.*

17 *Prædicator debet de se odorem bona opinionis emittere.*

18 *Acolyti duo, qui praferunt Diaconum, quid significent.*

19 *Librum Euangelij quare pracedant Thuribulum, & Candelabrum.*

20 *Turificationis facienda in Ecclesiâ, remissiuè.*

21 *Exorcista debet exorcismos memoria retinere, & manus super energumenos imponere, & n13. vbi de alio officio eius.*

22 *Christus Dominus pluries (vt in Euangelio legitur) operatus est Damones adiurare eos expellendo ab obsessis, vt fecit septem fugando à personâ Beata Maria Magdalena.*

24 *Exorcista est nomen Gracum idem significans, ac adiurans, siue increpans.*

25 *Energumeni dicuntur à verbo Graco, quod significat detineri, atque impediri, quasi energumeni sint à Damone impediti, qui, & aliquando dicuntur lunatici.*

26 *Exorcizare nequit, qui saltim non est in ordine exorcizatus constitutus, nec in Ecclesiâ, nec in Domibus, quod olim de solis Christianis Tertulianus testatur.*

28 *Exorcizare Damones permittitur omni die curiosa miscere colloquia, & quare* numero 32.

29 *Exorcizantes Damonem, debent cauere, ne illum per modum obsecrationis abiurent, vt aliquid ab eo discant, vel auxilium accipiant, sed eum persequi per modum imperij,* vt n. 30.

31 *Exorcismus dicitur adiuratio contra Damones circa corpora obsessa, &c.*

32 *Exorcista vtentes vanis superstitionibus, miscendo Diuina humanis, & alia diabolica solent ab Inquisitoribus puniri.*

33 *Exorcistatus ordo, quando à Christo institutus probetur.*

34 *Exorcista est minor Acolyto, iste exercet circa mysterium altaris, ad quod ille nondum peruenit.*

35 *Lectoris officium, & Lectiones legere, & veteris Testamenti, & Sacrum historiarum libros rectè populo pronunciare, clare, & distinctè, & ea, qua Propheta dixerunt,* n. 36. & 37. *panes & fructus Diuinos benedicere,* num. 39.

37 *Lectoris officium in Ecclesia est circa tria,* n. 38. & 39.

40 *Lector dictus à legendo, quali voce debeat legere S. Isydorus prastat.*

41 *Legere in Pulpitu nequeunt nisi qui sunt ordinati Lectores.*

42 *Lectoris ordo, quando institutus à Christo.*

43 *Ostiarij officium idem est, ac ianitor, qui templi ianius praficitur, & custodia omnium, qua sunt intus, & extra fideles recipere infideles, & excommunicatos expellere.*

44 *Ostiarij officio, functus fuit Christus Dominus, quando eiecit de templo ementes, & vendentes, & quando dixit,* Attolite portas Principes vestras, &c.

45 *Ostiarius debet ex officio librum aperire ei, qui prædicaturus est, vestes sacras custodire, & curare ne fidelis, quam par est ad aram accedat.*

46 *Ostiarij officium est etiam campanas pulsare tempore sacrificij.*

47 *Campanarum pulsatori olim debebant esse induti super pelliceis.*

48 *Ostiarij alias Sacrista, quando institutus à Christo ordo, & qualiter,* numero 49. & 50.

51 *Psalmista officium idem aliàs, ac ordinatus prima Tonsura, est canere in Choro, atque benedictiones dicere, &* n. 52.

52 *Psalmista, seu Cantor is dicitur, qui Psalmos, & cateras laudes in Ecclesia cantat vocem pramittendo, subsequendo, & consonando.*

53 *Psalmista, etsi dicatur tantùm qui superpelliceo assistit pro ornatu alius Clericus in iure sapè vocatur talis, cui Episcopus mandat recitationem septem Psalmorum.*

54 *Tonsura prima vsus, quando ortus,* num. 55. & 56.

55 *D. Petrus Anthioquia pradicans Christum Crucifixum magno ardore, semel fuit in capite abrasus in ignominiam Christiani nominis.*

56 *Prima tonsura vsus à Nazarais incœpit, deinde ab Apostolis, vt alij sentiunt.*

59 *Fossarij alias vocati* Laboratores *erant illi, qui ad ministerium sepeliendi sine vlla Ecclesiastica ceremonia, ab Episcopo in Ecclesia instituebantur,* n. 58.

58 *Laboratores erant in Ecclesia ostiarij Coadiutores.*

59 *Ordines etiam minores ab initio nascentis Ecclesia semper in ea fuerunt.*

60 *Fossarij, & Psalmicantores nunquam fuerunt Ministri in Ecclesia de eo genere, quo alij Clerici, qui hodie non sunt in vsu.*

61 *Clerici in minoribus, si ducant vxores, & in habitu incedant, ac inseruiant Ecclesia gaudent priuilegio fori.*

62 *Ordinum minorum Clerici liberè possunt, ac potuerunt vxores ducere sine vlla culpa, vt* num. 63.

64 *Canon 25. Apostolorum.*
Nouella 22. Iustinian. de nuptiis collat. 4.

65 Cap. Lectores dist. 32.

66 Cap. Presbyteri dist. 34.

67 *Acolyti, & cateri Ministri implentes ministerium suum in peccato mortali, non peccant lethaliter.*

68 *Acolytorum ordo probabilius est, vt à Christo Domino manauit, etsi distributio in diuersas personas, alio currente tempore.*

QVia iam *supra* de nonnullis Ministris Ecclesiæ actum est, & ex nostro textu pateat 1
præter Diacono; & Subdiaconos, dari etiam alios inferiores Ministros, vt sunt Acolyti, quorum cura est pœnes ipsum Archidiaconum, vt sciat, num propria mynisteria adimpleant, imo & eam porrigat ad alios ministros Ecclesiæ, vt percipi videtur ex vltimis verbis nostri, *cap. 2.* ibi: *Acolytos quoque ipse ordinet, quis eorum Candelabra, quis turibulum deferre, quisve minorum in Ecclesia aliquâ*

2 *aliqua officia agere debeat?* † Et constat dari in Ecclesia ministrorum Varietatem ex Diuina institutione, vt in communi probatur ex Paulo ad Roman. 12. ibi: *Habentes de rationem secundum gratiam differentes, &c.* & 1. ad Corinth. 12 ibi: *Diuisiones ministrorum sunt*; & sic conueniens fuisse, quia hoc modo Diuina sapientia clarius elucet in Ecclesiæ ministeriis, ac melius consulatur humanæ infirmitati per diuersos ministros, per plures cooperatores ipsius Dei, vt colligunt DD. ex D. Thoma *in 3. p. q. 37. addit. art. 1.* & cum numerentur inter ministros in scripturis primo loco Episcopi, de quibus iam ad titulum de translatione, electione, & aliis, & Presbyteri, de quorum ordine supra *sub Rub. & tit. de temporib. ordinat. & de ætate, & qualit. ordin. ac de officio eorum tit. sequenti*; item Diaconi, & Subdiaconi, de quorum ordine in relatis titulis *sub tit. de Sacramentis non iterandis*, ac de eorum officio *hic in Rub. & tit. nostro*, ac vltra istos Acolyti, Exorcistæ, Lectores, & Ostiarij, de quorum ordine iam supra dixi *in dicto tit. de temporib. ordin. & de*
3 *ætate ordinandorum*; † ideo quamvis eorum non habeatur expressa mentio in scripturis, de istis occasione prædictorum verborum nostri textus opportunè hic agi potest, cum pateat authoritate Patrum connumerari proximè relatos ministros Ecclesiæ, tanquam res tradita ab Apostolis, vt referunt Eusebius *lib. 6. Ecclesiast. histor. cap. 35.* pluribus Bellarmin. *cap. 8.* Valentia *tom. 4. disp. 9. q. 1. puncto 2. § 6.* Filliucius *tomo 1. tract. 9. cap. 1. q. 5. 6. & 7.* Ægidius Trullenq. *de Sacram. lib. 6. cap. vnico, dubio 1. num 22.* ac confirmatur ex verbis Concilij Trid. *sess. 23. can. 2.* ibi, *Si quis dixerit præter sacerdotium, non esse in Ecclesia Catholica alios ordines, & maiores, & minores, per quos velut per gradus quosdam in sacerdotium tendatur, anathema sit.* De cuius Canonis intelligentia, præter relatos videndi sunt Torreblanca *de iure spirituali lib. 2. cap. 12. ex num. 9. & 43.* Molfesius *in summa Theologiæ moralis tract. 2. cap. 1. num. 17.* Thom. Valasc. *allegat. iuris tom. 1. alleg. 2. n. 4.* Valerius Reginald.
4 *in praxi fori pœnit. lib. 30 n. 3.* † Et sic sunt intelligendæ contrariæ opiniones Marchioi *tract. 2. p. 1. cap. 5.* Machadi *tom. 2. de perfecto confess. lib. 4. p. 1. tract. 2. docum. 4.* negantium quod ordo Acolytatus institutus sit à Christo, quando Ioan. VIII. prædicanco dixit: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris*, & Archangelij Fabij, Lublinij, & aliorum, quos citat Leander. *in summa tract. 6. de ordine disp. 2. quæst. 5. & q. 15.* quatenus probabiliter affirmant.

5 Quo supposito iam, & quod isti Acolyti subsint Archidiacono iuxta modum, de quo hic patet; ideo nunc de singulorum officio in Ecclesia Dei agendum existimaui. Igitur quoad officium, *Acolyti*, in specie, qui post maiores ordines proximè enumeratur; & sic inquam dictus à Græco vocabulo, quod *sequens*, significat; eo quod Subdiaconum sequatur, aliterque, *Ceroferarius*, dicatur; eo etiam quod ipsius sit ferre Candelabrum cum Cereo, quem etiam ipse accendit, sicut patet ex textu nostro in adductis verbis finalibus, & clarius *ex cap. Cleros §. Acolyti dist. 21.* Durant. *in rationali Diuinorum officior. lib. 2. cap. 5.* Galganetus *de iure publico lib. 3. cap. 27. num. 1.* Vasquez *de ordine disp. 236. num. 27.* Sebastian. Cæsar. *de Ecclesiast. hierarch. p. 2. disp. 21. § 4. num. 1.* Barbosa *de officio Episcopi p. 2. allegat. 22. n. 12.* idem *de Iure Eccles. lib. 1. c. 38. n. 1. & in dicto §. Acolyti dict. cap. Cleros*

n. 24. qui est, vocatur subsequens, & pedissequus, Trulenq. *supra dict. lib. dub. 1. n. 8.* † Respondeo 6
huius officium, & munus esse Candelabra, & luminaria ad altare deferre, quādo legendum est Euangelium, aut Sacrificium offerendum ad signum lætitiæ demonstrandum, & Vrceolo ad aram deponere, & portare, ac necessaria pro Eucharistiæ ministerio præparare, Archidiaconus sic ex *c. 1. dist. 25. & c. 1. § deseruientes dist. 33.* per quæ iura sic notat idem Barbosa *dicto c. 38. de Iure Eccles. n. 11.* vbi *n. 12.* vt iam supra probaui dicit cum Acugna *in comment. ad cap. Acolytus 23. dist. n. 3.* † Quod Aco- 7
lytus debet prius instrui ab Archidiacono, qualiter in officio suo se habere debeat; & tunc accipere ab eo Ceroferarium, id est Candelabrum, vt sciat se ad accendenda lumina Ecclesiæ; dum Euangelium legitur mancipari, vt notat etiam Tror. *de vero, & perfecto Clerico lib. 1. c. 19. n. 10. ad medium.*

Indeque prædicta pro Eucharistiæ ministerio, 8
etiam Subdiaconis præparare debet, sicut DD. docent ex D. Thoma *in 4. dist. 24. q. 1. art. 3. versi. Acolytorum ad 6.* Cardinal. Bellarmin. *de Cleric. c. 13. vers. quartus ordo* Stephan. Gratian. *de ritibus Ecclesiæ lib. 2. c. 23. n. 8.* Iacobus de Graffis *in aureis decisionibus p. 2. lib. 1. c. 9 n. 6.* Anastasius Germon. *de sacror. immunit. lib. 2. c. 2. n. 8. & lib. 3. c. 3. n. 56.* Carolus de Grassis cum multis, *de effect. Cleric. in præludio n. 287.* Barbosa *supra & in dict. c. Acolytus dist. 23. in fine* Petr. Greg. *syntag. iuris p. 2. lib. 16. c. 6.* Andreas Piscara Castald *in praxi cæremonial. lib. sect. 4. c. 1.* cum sequentibus, Rodulphus Cupers. *in repetitionis cap. oportebat 79. dist. in tit. de Acolytis.* † Et licet tot videantur officia esse Aco- 9
lytatus relata *n. præced.* Tamen Philibertus *tract. 3. p. 2. cap. 4.* Machadus *dict. docum. 4.* Leander cum Hurtado *dicta q. 15.* ponunt tria esse munera Acolytorum. Primum ministrare vinum, & aquam in vrceolis ad Eucharistiam efficiendam. Secundum præparare lumina ad Sacrificium, & illa vbi legendum est Euangelium gestare. Tertium Subdiacono, & Diacono deseruire.

Et amplius addo pro maiori declaratione Aco- 10
lytorum officium esse cereos deferre ante Diaconum quando legitur Euangelium in Ecclesiâ, non ad effugandas tenebras, cum sol in Die rutilet, sed ad demonstrandum quod de tenebris infidelitatis, venimus ad lucem fidei, & vt signum sit lætitiæ, quatenus sub typo corporalis luminis, lux illa in memoria habeatur, de qua dicatur: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*: sic S. Isydor. *l. b. 7. etymologiarum c. 12.* Alcuinus *de Diuinis Offic. c. de Tonsurâ Cler.* Concil. Aquisgranen. *c. 5.* & longè ante Isydor. docuit S. Hieron. aduersùs violantiū ibi: *Per totas Orientis Ecclesias quando legendū est Euangelium, accenduntur luminaria, iā sole rutilante non vtique ad fugandas tenebras. sed ad signū lætitiæ demonstrandum.*

Imò & alibi Alcuinus *de celebr. Missæ*, prodidit 11
cereos, qui Euangelij antecedunt monere gratia Euangelij mundum, qui erat tenebris peccatorum illuminatum, qui & paulo antea *in c. quid significent vestimenta.* dixit per Ceroastra significari dona gratiarum, per quæ illuminatur Ecclesia, & Ordo Rom. *de offic. Missæ*, quod duæ Candelæ præcedūt Euangelium propter genuinam dilectionem Dei, videlicet, & proximi, vel propter duo testamenta, quibus illuminatur genus humanum, seu propter duos resurrectionis testes, ideft Moysem, & Eliam, itemque Amab. *lib. 3. c. 18.* scripsit duos cereos, qui

ante Euangelium deferuntur designare legem, & Prophetas præcisè Euangelicam doctrinam.

12 Et quia vt patet ex adductis verbis textus nostri, spectet ad Archidiaconum ordinare Acolytos, quis eorum etiam turibulum deferat cum incensu; ideo dico, quod ordo Roman præcepit incensum semper deferri ante Euangelium, siue ad altare, siue ad *Ambonem* deferatur, quod quidem debet deferri ab vno Acolytorum ante Euangelium, & cereos, vt etiam obseruant Mycrolog *de Ecclesiast. obseruat. in fine* Berno *cap. de officio Missæ*, Durantius, *de ritibus dicto lib. 2.*

13 *cap. 23. num. 9.* † Qui & Amalar Fortum, *lib. 3. de Eccles. obseruat. cap. 18.* idem Fortun. *eodem lib. cap. 5.* obseruant Turibulum significare Corpus Christi, in quo est ignis scilicet Spiritus Sanctus ex quo bonus odor procedit, quem vniusquisque

14 electorum ad se vult rapere. † Et ambo in verbis sequentibus, *præuenit in Turibulo Tumama, quod significet corpus Christi plenum odore bono.*

15 Item etiam Turibulum significat opinionem bonorum virtutum procedentem de Christo; sic Amalor. *lib. 7. cap. 8.* qui addit quod ipsum Turibulum in Tribunal ascendit ante Euangelium, vt ibi suauem odorem ministret; Christi enim bona opera præcesserunt Euangelicam doctrinam, vt Lucas testatur, hæc Amalor, & Paulo aliter Rupertus *de Diuinis Officiis lib. 1. cap. 36.* vt refert Durantius *dicto num. 9.* dixit: *precedunt Ceroferarij cum Turibulo, per quæ significatur gaudium, & bona opinio; gaudium enim semper est in bono nuncio, bona quoque opinionis se esse nouerunt, qui bonum portant nuncium, qui & confidentem dicunt Christi bonus odor sumus*: ita etiam Durantius,

16 qui & *n. 10.* multis comprobat, & ex Innocent. *lib. 1. mysterior. missæ cap. 42.* dum etiam dicunt, quod Diaconus præmittit Ceroferarios cum ra-

17 culis, & incensu. † Quia Prædicator debet ex se odorem bonæ opinionis emittere secundum illud *Apostol. 2. Corinth. 2. Christi bonus odor sumus Deo*

18 *in omni loco.* † Vel per hoc quod Sacerdos præmittit duos Acolytos ante Diaconum, qui lecturus & Euangelium portantes cereos, & incensum, notatur quod Christus præmittebat binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quo ipse erat venturus præferentes Coruscationes miraculorum, & odorem virtutum.

19 Et rursus etiam idem Innocent. *dict. lib. 2. myster. Missæ dicto cap. 40.* Durand. *dict. lib. 2. de ritibus Eccles. cap. 23. num. 10. in fine*, adduxit ideo librum Euangelij præcedere Turibulum, & Candelabrum; quia Doctrinam Christi virtus, & fama præibat Euangelista testante Luc. IV. *exiuit Iesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exiuit in vniuersam regionem de illo, & ipse docebat*

20 *in Synagogis ipsorum.* † Hæc & alia, quæ possent hic addi deseruiunt pro Doctrina textus nostri, & poteris addere de Turificatione in Ecclesia, quæ ex multis declarationibus refert Barbosa, & alij per eum *in collect. decis. Apostol verbo, turificatio collect. 705.* idem *in Bullario eodem verbo*, & quæ dico, *infra in cap fin q 1. de officio Custodis.*

21 Exorcistæ autem officium, & monus est exorcismos memoria retinere, ac manus super energumenos, & à malis Dæmonibus obsessos cum inuocatione nomine Iesu imponere ex *cap. perlectis dicta dist. 25.* vbi quod pertinet etiam eos adiuuare adiurando illos per Dominum, vt exeat

22 ab eis Satanas. † Et quod hoc mysterium sit plures operatus Dominus, vt legitur in Euangelio, quod multos Dæmones, expulit & præcipuè à persona Mariæ Magdalenæ à qua fugauit septem de quo sunt videndi Anastasius Germon. *de Sacrorum immunit. lib. 3. cap. 3. num. 38.* Iacobus de Graffis, *in aureis decision. p. 2. lib. 1. cap. 9. num. 6.* Rodulph. Cupers. *in dict. cap. oportet dist. 79. sub tit. de exorcistis art. 1.* Carolus de Graf. *de effectibus Clerical. in preludio n. 186.* cum Henriquez, Petro Gregor. *vbi supra* Barbosa *in dicto cap. 1. dist. 25. num. 3.* Vasquez de ordine *difficult. 256. num. 23.* vers. *tertius* Cardinal. Baron. *annal. Eccles. tom. 1. anno Christi 56. num. 7.* Torreblanca *de iure Spirituali lib. 1. cap. 12. num. 29.* Machado *dict. documento 4. tom. 2. lib. 4. p. 1. tract. 2. num. 5.* Alciatus *lib. 4. Parerg. cap. 23.* Durand. *in rationali Diuinor. officior. lib. 2. cap. 6.* idem Barbosa *de iure Eccles. p. 1. cap. 3. num. 15.* vbi addit ex *cap. neque quemquam ad finem vers. hac autem de consecrat. dist. 4.*

† Specialiter quidem super Baptizandos in eo 13 videlicet actu, qui dicitur exorcismus Ægid. Trulenq. *de Sacram. dicto lib. 6. cap. vnico dubio 1. num. 19.* ex laudicens. Concilio *cap. 24. & 26.* vbi quod inter officia horum, sit legere exorcismos Ecclesiæ illis vexatis, præparando eos, vt Sacris interesse possint; & addunt alia duo Torreblancas *supra*, Hurtadus *de ordine difficultate 5.* & Leander. *de ordine tract. 6. disp. 2. q. 26.* nempe dicere populo, vt qui non communicant, dent locum alijs qui volunt communicare, & aquam in mynisterio Baptismi fundere; dicunt tamen hæc duo munera iam non esse in vsu, sed reuera ad officium horum spectat.

Et quia si dubites quare sic dictus exorcista, 14 respondeo à voce Græca, quæ Latinè est eadem, ac adiurans siue increpans, vt docent DD per *dict. cap. Cleros* vers. *exorcistæ dist. 21.* Guillielm. Durant. *in rational. Diuinor. officiorum lib. 2. dict. c. 6* Galganet *de iure publico lib. 3. tit. 17.* Barbosa *in pastorali p. 2. alleg. 11. n. 11.* idem *de Iure Eccles. dict. cap. 38. p. 1. num. 13.* cum illis etiam ipse *in dict. cap. Cleros dist. 21. vers. exorcistæ n. 25.* qui *in dicto cap. exorcista dist. 23.* per glossam, ibi: *super energumenum*, ibi: *Energumenis*, Durant. *in rationali Diuinor. officior. lib. 2. dict. c. 6.* vers. *qui autem* Pelagius *de plantu Ecclesiæ, lib. 1. c. 48. §. de irregularitatibus homicidij colum. 11. pag. 28.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 16. p. 2. cap. 6. n. 1.* † Dicentes *energumenos*, dici à verbo Græco, quod significat detineri, atque impediri, quasi energumeni sint à Dæmone impediti aliquandoque lunaticos dici energumenos, velut in eos agat luna: sic intelligenda dicta glossa ibi, *Energumens dicuntur Lunatici, & obsessi à Dæmone, &c.* 15

Et licet exorcizare Dæmones in Baptizandis 16 officium sit Sacerdotis, vt *in cap. Sacerdotes de consecrat. dist. 4.* vt ex stylo Ecclesiæ apparet, nihilominus non negatur, vt simplex exorcista id valeat efficere, sicut in obsessis corporibus potest ex *dict. cap. 1. dist. 25* Barbosa *dict. cap. 38 p 1 de Iure Ecclesiast. n. 17.* vbi ex communi DD. ait, quod qui non est in hoc ordine constitutus, nec possit exorcizare in Ecclesiis, nec in Domibus ex *cap. fin. dist. 69.* Alcuin. *de Diuinis officijs cap. 35.*

† Quamquam olim non tantùm ordinatos Clericos, sed etiam alios Christianos, & Corporibus obsessorum Dæmones in Christi fide eiicere testetur Tertullian. *lib. de idolatria cap. 11. & in apologia contra gentes cap. 23.* 17

Igitur exorcizare energumenos permissum est 18 omni Die, & in eos in Ecclesia introducere, vt

in

in cap. omnis Die de consecrat. dist.5. sed non de-
bent exorcistæ cum Dæmone iocari, & curiosa
negotia, vel colloquia miscere, quia, vt aduer-
tunt, Del Rius *disquisit. Magicar. lib 6. cap.1.*
sect.2. de remedijs spiritualibus, Diuinis, siu Ec-
clesiasticis, vers. *quartus est exorcismus*, Barbosa
29 *in dicto cap. exorcismus dist. 23. num.4.* † Imo
debent cauere ne Dæmonem per modum obser-
uationis adiurent, vel aliquid ab eo discant, vel
auxilium accipiant, cum hoc sit peccatum mor-
tale secundùm D.Thom.& eius expositores 2. 2.
q.90.art.3. & vt docent etiam Nauar. *in manuale*
cap.11.num.28. Suarez *tom.2. de religione tract.4.*
lib. 4. de abiuratione cap. 3. ex eo quidem quia
cum Dæmone, hoste Christi, & humani generis,
nullum colloquium, aut commercium societatis
30 cuiuscumque instituere, licitum est. † Sed tan-
quam vt hostem eum persequi per modum im-
perij, coactionis, & expulsionis, vt tradunt ex
S. Augustin. & Tertulliano, Paul Layman. *in*
summa Theologia Moralis lib.5. tract. 9. cap.14.
num 7. Barbosa *dict. cap.38. de Iure Eccles. n.20.*
31 *& 21.* † & ex eo quidem quia exorcismus, dici-
tur adiuratio contra Dæmones, quæ non solum
circa corpora obsessa, verùm etiam circa obsessas
animas per peccatum, vel infidelitatem exerce-
tur, vt *in cap. ante viginti de consecrat. dist. 4.*
videndus etiam textus *in cap. sicut nobis eadem*
distinctione.

32 Alia verò de Energumenis legenda dixi *supra*
in cap. unico de Sacra Vnctione, §. per frontis sub
q.13. & circa exorcizantes cum exorcismis nō ap-
probatis ab Ecclesia, adiunges hic nonnulla, quæ
dico *infra in tit. de sortilegiis*, quatenus solent
multi exorcistæ vti vanis superstitionibus, ac
orationibus, miscendo Diuina humanis, & alia
Diabolica quorum ratione solent tales ab Inqui-
sitoribus Sancti Officij puniri, vt de hæresi sus-
33 pecti. † Vnùm tamen notabis pro complemento,
quod licet communiter DD. negent quod ordo
exorcitatus non fuerit à Christo institutus, quan-
do Marci 6. & 16. exorcizans Energumenos, Dæ-
monia ab ipsis eiecit; sed probabiliter alij tenent,
inter quos citati ab Leandro *de ordine dicto tr.6.*
disp.2.q.9.& in terminis *q.13.*cum Machado *dicto*
tom.2.lib.4. part 1.tract.1. docum.4 & Philiberto
sibi contrario *dicto tract.2. part.4. cap.1.* in verbis
sequentibus: *Institutus hic ordo creditur quando*
Christus exorcista munere functus, Dæmones è cor-
poribus expellebat, eandem Apostolis potestatem
communicauit.

34 Vltimo notabis quod exorcista est inferior
Acolyto, quamvis maiorem videatur potestatem
habere, quia Acolytus exercet officium circa mi-
nisterium altaris, ad quod exorcista nondum
peruenit, cuius officium circa humiliora versatur:
sic probat Barbosa *dicto cap.38.de Iure Eccles.*per
textum *in dicto cap. 1. vers. deseruientes dist. 23.*
num. 22. per quem textum alij DD. † Lectoris
35 verò officium est lectiones legere, ac veteris
Testamenti, & Sacrarum historiarum libros rectè,
& verè populo pronunciare, quod etiam exercuit
Dominus noster Iesu Christus in medio seniorum
librum Isaiæ aperiens, & legens iuxta quæ tra-
dunt Anastasius Germon. *de sacror. immunit. dict.*
cap.3.lib.3. num.63. Rodulphus Coupers *in dicto*
cap. oportebat 79. dist.tit de ordine Lectoris art.1.
Carolus de Grassis *de effectibus Clerical. in prælu-*
dio num.285. Gregor. Lopez *in l.11. in principio*
tit.6.p.1. Petr.Gregor. *Syntagm. Iuris dict.lib.36.*
part.2.cap.4. Vasquez *de ordine disp.236. cap.2.à*
num.16. Soto *in 4.dist. 24. q.1. art. 5.* Alcuin. *de*
Diuinis officiis cap. de tonsura Clericorum, vers.
Lector, Durand.*dicto lib.2.cap.5. num.2. & 3.* Se-
bastianus Cæsar *in relect. de Eccles. hierarch. p.2.*
disp. 11. §.2. num.1. Torreblanca *lib.1. de Iure*
spirit.cap.12.num.40. Machado *de perfecto confess.*
lib.4.p.1.tract.2.lib.4. docum.3. num.3. Barbosam
dicto cap. Lector dist.23.num.fin.& de Iure Eccles.
dicto cap.38. num. 24. † Dicens cum adductis, 36
quod debet Lectiones pronunciare clarè, & di-
stinctè, & ea, quæ Prophetæ dixeruot populis an-
nunciare ex *dicto cap.Cleros dist.21.* vbi ipse *n 23.*
idem *in pastorale dicta alleg.11. num.10.* cum Gal-
ganeto *de Iure publico lib.3.tit.27.num.1.* & addit
Ægidius Trullench.*de Sacram.dicto tract.6.de or-*
dine quæst.vnica, dubio 1.num.20.& Concilio Car-
thagin.4.& Laodicens *dicto cap.24. & 26.* vt per-
tineat ad eius officium Cathecumenos docere ru-
dimenta fidei.

Ego tamen clarius aduerto, quod munera, & 37
officio Lectorum sunt tria, non solùm, vt dictum
est Lectiones Prophetarum(vt voluit Petrus Soto
Lectione 2.) sed etiam omnes Libros veteris, &
noui Testamenti, & interdum extra Missam, &
Euangelium alta voce recitare. † Secuodum non 38
solum Cathecumenis baptizandis fidei rudimenta
tradere, vt dictum est, sed etiam populo exponere
quæ ex scriptura perlegerit, vt habetur in Cathe-
chismo Romano *de ordine n.16.* etenim *in dicto*
*cap.perlectis dist.25.*traditur officium Lectoris esse
Vaticinia Prophetarum populo prædicare; hoc
est legere, vt supra exponimus, sicut declarat Bar-
bosa *ibi sub num 4.* in glossa *prædicare*, quia nec
Diaconus ex officio id valet efficere, vt dixi *in*
Rub.sub q.1.hoc tract. Nauar. *cons.2. de tempor.*
ordinat.in antiquis, & ob id potuit Turrecremata
dicere *in dicto cap. perlectis*, fortassis pro prædi-
catione accipi ipsam recitationem Prophetarum
alta, clara, & distincta voce prolatam. † Tertium 39
panes,& fructus nouos benedicere, vt refert Lean-
der *supra dicta disp.2.q.12.in fine*, Philibertus *tr.2.*
part. 3. cap. 3. per totum, Hurtado *dicta dis. 5.*
Torreblanca *dicta quæst. 12. num. 40.* Machado
dicto tom.2.docum.2.pag.4 Ludouicus *q.2.de ordi-*
ne art.14.dubio 2. pag.812. & alij, qui addunt, vt
hoc munus vltimum abrogatum fuerit contraria
consuetudine.

Sed qui *Lectores* à legendo dicti sunt, vt *in* 40
dicto cap Cleros dist.21.vers.Lectores, sicut docent
Durand. *in rationali Diuinor. officior. dicto lib. 2.*
cap.5 Galganet.*de Iure publico dicto lib.3. cap.27.*
*num.1.*Vasquez *de ordine dicta disp.2.6. num.27.*
Barbosa *ibi dicto n.23.& in pastorali dicta alleg.11.*
num. 12. & proximè à nobis dictum est alta voce,
& clara, atque distincta prolata; ideo visum est
cum S.Isydoro *lib.2.de officiis Ecclesiæ*, in sequen-
tibus verbis loquente ea repetere ibi: *Porro Lecto-*
ris vox simplex, & clara ad omne pronunciationis
genus accommodata plena succo virili aggrestem,
& sub Rusticum effugiens sonum, non humilis, non
adeo sublimis, non fracta, nec tenera, nihilque fœmi-
neum sonans, nec cum motu corporis, sed tantum
cum grauitatis specie.

Cumque hoc officium in pulpito exercere pro- 41
hibeantur, qui non fuerint ordinati Lectores, vt
colligit Barbosa ex *cap.1.dist.69. & cap.non liceat*
dist.92.de Iure Eccles.dicta p.1.cap.55.n.25.† Ideo
potest dubitari, num Lectoratus ordo, sit à Christo
Domino institutus, Luc. 2. quando in medio

seniorum, (vt dictum est) aperuit librum Isaiæ,
& in eo legit Spiritus Domini super me, & licet
communiter respondeant DD. quos citat Leander
in tract. 6. de ordine quæst. 9. disp. 2. institutum
esse simul cum reliquis ordinibus, tam minori-
bus, quam maioribus in nocte cænæ, sed ipse
cum aliis, quos citat eadem q. 10. & q. 11. & Phili-
bertus referens, tract. de ordine p. 2. cap. 1. num. 2.
pag. 190. dicunt probabiliter à Christo Domino in-
stitutum fuisse in dictis verbis Luc. 2. quibus satis
fauere Augustin. lib. 1. de Baptismo paruulorum
cap. 37. tomo 7. sic loquentem: attende illud est
eiusdem Prophetæ, quod de se completum, lectoris
etiam officio functus in Synagoga ipse recitat (Spi-
ritus super me.)

43 Ostiarij officium idem, ac Ianitor dictus, qui
templi ianuis præficitur, vt in dicto cap. Cleros. §.
Ostiarij 21. dist. Guillielm. Durand. in rational. Di-
minor. officior. lib. 2. cap. 4. Marcel. Vulpeius in praxi
fori Ecclesiast. cap 7. num. 10. vers. Ostiarius, Bar-
bosa de Officio Episcopi dist. 2. p. allegat. 11. num 9.
idem de iure Ecclesi. p. 1. dict. cap. 38. num. 26. & in
dicto cap. Cleres num 26. Galganet de iure publico
dicto lib. 3. num. 35. est Sacras ædes tueri, aperire,
& recludere, & omnia, quæ sunt intus, & extra
custodire, fideles recipere, & infideles, ac ex-
communicatos expellere, vt docent Alcuin. dict.
lib. de Diuinis Officiis cap. 35. in 3. tomo Bibliotheca
Sacra, Henriquez lib. 10. summa cap 9. § 2. littera
l. Anastasius Germon. dicto lib. 3. de Sacror. immu-
nit. cap. 3. num. 64. Iacob. de Graff. in aureis decis.
p. 7. lib. 1. cap. 6. num. 6. Rodulph. Cupers. in dicto
cap. oportebat. dist. 79. in tit. de ordine Ostiarij
Vasquez supra dicta disp. 236. cap. 2. n. 17. & 18.
Carolus de Graf. de effectibus Clerical. in præludio
à num. 283. Sebastian. Cæsar. de Ecclesi. Hierarch.
dicta p. 2. disp 11. §. 1. num. 1. Torteblanca de iure
spirit. lib. 1. dict. cap. 12. num. 41. Machado supra do-
cum. 3. num. 5. Barbosa dicto cap. 38. de iure Ecclesi.
44 num. 28. & in cap. Ostiarius dist. 23. † Addentes
quod Christus Dominus noster in propria per-
sona functus fuit hoc officio, quando eiecit emen-
tes, & vendentes de templo; item quando dixit
attollite portas Principes vestras, & eleuamini
portæ æternales, & alij ex D Thoma in 3. part.
q. 37. addit. art. 2. & ex Concilio Carthaginens. 4.
Canon. 9. Pontificale de hoc ordine, & Cathec.
Roman. de Sacram. ordinis, n. 15.

45 Sed quia Philibertus, in tract. 2. p. 2. cap. 3. per
totum, Ludouicus, vbi supra dicta quæst. 2. de or-
dine art. 14. dubio 2. pag. 812. Hurtadus dicta dis. 5.
Filliucius tract. 9. à num. 19. Torteblanca lib. 2.
pract. dict. quæst. 12. num. 40. fol. 54. Machado tom. 2.
de perfecto confes. lib. 4. p. 1. tract. 2. docum. 2. pag. 4.
Leander. de Sacram. dict. tract. 6. de ordine disp. 2.
quæst. 10. & multi alij pro ministerio Ostiarij,
addunt; ideo ergo cum illis dico nempe, vt ad
Ostiarium spectat aperire librum ei qui prædi-
caturus est, vt habetur in Pontificali Romano;
quod per non vsum abrogatum esse dicunt. Item
Sacras vestes, & totam Ecclesiasticam supellecti-
lem custodire, vt probant DD. ea dicto cap. per-
lectis dist. 25. & sic indicari per ipsammet formam
ostiariatus ibi: Sic age quasi Deo redditurus ra-
tionem pro his rebus, quæ his clauibus includun-
tur. Tertium curare, ne quis fidelis proprius,
quam par est ad aram accedat, & attente videre,
vt debita reuerentia Ecclesiæ adhibeatur.

46 Et denique campanas, seu cimbalum pulsare,
præcipuè tempore sacrificij; & ob hanc causam
dicunt dari ei cimbalum in eius ordinatione. † Et 47
Philibertus ex Concilio Coloniensi, & Durando,
notat quod prædicta campanarum pulsatio ha-
bebatur olim in tanta veneratione, vt campanas
pulsaturi super pelliceis per prius induerentur, de
quo tractatu campanarum dico infra in cap. 1.
& 2. de officio custodis q. 1. latè.

Sed quia ostiarius etiam vocetur Sacrista ex 48
his, & ex dicendis infra de officio Sacristæ custo-
dis, & thesaurary; ideo nunc iam solùm dubi-
tabis, num iste ordo fuerit institutus à Christo,
quando flagello ementes, & vendentes eiecit de
templo Matth. 21. & Ioan. 2. & licet negent Va-
lentia disp. 9. q. 1. puncto 4. Granadus controuers. 9.
tract. 1. disp. 1. num. 6. Ludouicus de San Ioan de
ordine quæst. 1. art. 1. dubio 3. Philibertus tract. 2.
part. 7. cap. 1. num. 3. Machad. tom. 2. lib. 4. part. 1.
tract. 2. docum. 5. num. 3. Reginald. lib. 30. num. 6.
Bonacina disp. 8. part. 1. num. 7. Henriquez lib. 16.
cap. 3. num. 1. dicentes institutum esse in vltima
cæna. † Sed alij, inter quos Archanæ Rubeus 49
dist. 24. & 25. pag. 291. ex Magistro Fabius incar-
natus in suo scrutinio Sacerdo: ali 1. p. tract. de or-
dine pag. 97. quem sequitur Samuël Lubtinus
1. p. summa, verbo ordo pag. 611. Victoria n. 225.
quatenus ait posse affirmari omnes ordines insti-
tutos esse à Christo, in particulari Cardinali
Ossius, in confess. Catholica cap. 51. de ordine,
Raynerius tom. 2. verbo ordo cap 22. pag. 415.
Esthius in 4. dist. 24. §. 9. 10. & 12. Nunus quæst. 37.
art. 5. pag. 876. Leander dict. disp. 11. tract. 6. de
ordine dicta quæst. 9. † Et alij probabiliter respon- 50
dentes, nempè institutum fuisse immediatè à
Christo Domino nostro, & in particulari, saltim
initiatiuè, quando præcipuum eius ordinis mu-
nus exercuit, ementes, & vendentes à templo
eiiciendo, & quando appellauit se ostium dicens
Ego sum ostium, si quis per me introierit saluabi-
tur, vt Ioann. cap. 10.

Psalmistæ officium, qui idem est, ac ordina- 51
tus tantum prima tonsura, de cuius ordine, for-
ma, & materia dixi iam supra sub dicto tit. de
temporib. ordinat. & de ætate ordinand. ac de priui-
legio Canonis, & fori Clerici tantum tonsurati,
sub tit. de Iudic. in cap. 2. ac supra in cap. Ecclesia
S. Mariæ 10. de constitutionib. Respondeo esse
canere in Choro, atque benedictiones dicere;
non quia hoc ministerium pertineat per se ad or-
dinem aliquem, cum hoc munus cantandi Diui-
num officium, licet ad totam plebem fidelium
non pertineat, non sit tamen ita proprium Cle-
ricorum, vt illi soli ad illud assumantur, vt do-
cent Cardinalis Baron. annal. Ecclesi. tom. 1. anno
Christi 44. num. 80. Vasquez de ordine disp. 236.
cap. 1. num. 5. Suarez de religione tom. 2. lib. 4. de
horis Canonic. cap. 9. à num. 14. DD. per textum
ibi in cap. Psalmista 20. dist. 23. vbi Barbosa, idem
in pastor. dict. alleg. 11. num. 8. & de Iure Ecclesi.
dict. c. 38. ex num. 31. Galganetus de Iure Ecclesi.
lib. 3. tit. 30. num. 1. † Qui docet vt Psalmista, seu 52
Cantor, is dicatur, qui Psalmos, & cæteras lau-
des in Ecclesiâ cantat, & omnes per textum in
dict. cap. Cleros dist. 21. ibi, Psalmista à Psalmis
canendis vocari, vbi in vers. Cantor habetur offi-
cium horum esse tripartitum, nam est qui vocem
præmittit, & qui canendo subsequitur, & qui
consonat, quorum primus dicitur præcentor, secũ-
dus succentor, tertius concentor, vidẽdus est etiam
textus in dict. c. 1. dist. 21. vbi etiam patet proprium
officium psalmistæ, canere benedictiones, laudes,
atque

atque antiphonas. Sed quia de iſtis Miniſtris Præcentore, ſuccentore, & concentore dico infra *in tit. de officio primicery*; ideo hic adiunges *ibi* dicta.

53 Quibus ſuppoſitis, etſi Torreblanca dicat munus; & officium Tonſurati tantùm eſſe Pelliceo ſuperindutum aſſiſtere Miniſtris Eccleſiæ, vt digne, ac reuerenter munera ſua exequantur; probabilius quidem eſſe dico, vt officium Clerici tonſurati ſit in Choro, vel in Eccleſia canere; indeque euenire, vt in iure ſæpè Pſalmiſta vocetur, cui & Epiſcopus mandat recitationem ſeptem Pſalmorum, vt dicunt Leander *de Sacram. tract. 6. de ordine diſp. 2. q. 6.* Philibertus *tract. 2. p. 1. cap.* 8. & alij proximè adducti.

54 Pro complemento dico, quod etſi, hæretici negent, vt vſus primæ tonſuræ ſit licitus, & honeſtus, & Caluinus etiam neget tonſuræ Eccleſiaſticæ vſum ab Apoſtolo Petro exortum fuiſſe: tamen vtrumque è contra probatur, primum ex vſu Eccleſiæ Catholicæ, benè ex ſcripturis, Patribus, Conciliis, & exemplis Sanctorum, Philibertus omnino legendus *dict. tract. 2. de ordine*
55 *cap. 1. pag.* 174. † Secundùm, vt ortum habuerit ab Apoſtolo Petro probant Beda *lib. 5. Victoria cap. 22.* D. Dionyſius *part. 2. Eccleſiaſt. hierarch. cap. 3. & 6.* alij Patres, quos citat, & ſequitur idem Philibertus *ſupra cap. 2.* Hurtad. *tract. de ordine, diſ.* 27. Bellarmin. *lib. 1. tom. 2. de Monach. cap.* 40. Sotus *in 4. diſtinct. 24. quæſt. 2. art. 1. poſt conclnſ.* 1. omnino legendi, Torreblanca *lib. 15. pract. cap. 5. num. 3. fol* 426. & alij dicentes talem vſum ortum habuiſſe à D. Petro: nam cum Apoſtolus ſemel magno ardore Chriſtum Crucifixum Antiochiæ prædicaret, nonnulli in Chriſtiani nominis, ignominiam caput illi abraſerunt; ſed ille ob Chriſti amorem illuſionem in gloriam, & infamiam, in honorem conuertens, præcepit omnibus Eccleſiæ Miniſtris tonſuram geſtare.

56 Non deſunt tamen ex Catholicis, qui exiſtiment tonſuræ vſum à Nazaræis incœpiſſe, & illorum exemplis poſtea ab Apoſtolis introductum, inter quos S. Iſydorus *lib. 3. de officiis cap.* 5. Baronius *tom. 1. annal. ſub anno* 58. *Chriſti n.* 122. Marquino teſte, Alcuinus *de Diuinis officiis c.* 33. at quia de Clericis tonſuratis plura dico *infra ſub tit. de vita, & honeſt. Cleric. ex cap.* 1. ideo de his non amplius.

57 Et licet hodie in Eccleſia Catholica non videantur alij miniſtri, qui ratione ordinis in ea munus, & officia faciant: tamen negari nequit, vt olim inuenirentur alij vocati, ſcilicet *foſſarij*, & *Pſalmicantores*, *foſſarij* quidem aliàs vocati laboratores erant illi, qui ad miniſterium mortuorum ſepeliendorum, nulla Eccleſiſtica cæremonia ab Epiſcopo inſtituebantur, & ordinabantur; licet officium habuiſſent Eccleſiaſticum, de quibus Cardinal. Baron. *annal. Eccleſ. dicto tom. 1. anno Chriſti* 34. verſ. *quinam fuerint in Eccleſia*, Henriquez *in ſumma dicto lib.* 10. *cap. 9.*
58 *§. 2. in comment. litt.* N. † Vbi ſubdit huiuſmodi laborantes Hoſtiario Coadiutores dari ſolere ex temporali deputatione Sacerdotis, Sebaſtian. Cæſar *in relect. Eccleſiaſt. hierarch. part. 2. diſp. 11. §. 4. num. 9.*

59 Et quia manifeſte inſinuat Trid. Concil. *ſeſſ. 23. de reform. cap.* 3. dum ait *ab ipſo Eccleſia initio ſequentium ordinum nomina, atque vniuſcuiuſque eorum propria miniſteria Subdiaconi, ſcilicet Acolyti, Exorciſtæ Lectores, & Hoſtiarij in vſu fuiſſe cognoſcuntur.* Quo probant DD. omnes ordines minores, qui nunc ſunt in Eccleſia ab initio naſcentis Eccleſiæ ſemper, & ſine vlla varietate in illa extitiſſe Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.*
1. parte, cap. 38. ſub num. 51. in medio. † Iam 60
euidenter apparet quod prædicti *foſſarij*, & *Pſalmicantores*, numquam fuerunt miniſtri in Eccleſia de eo genere prædictorum ordinum Eccleſiaſticorum, quos modo habemus, & qui ſunt Sacramenta Eccleſiæ, & gratiam conferunt, ſed eſſe, aut fuiſſe alios ritus Eccleſiæ, quibus homines ad peculiaria munera deſtinabantur, qui modo non ſunt in vſu.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an omnes 61
adducti in minoribus conſtituti, ſi ducant vxores, adhuc remaneant in officio Eccleſiaſtico ſuorum ordinum minorum? Et ſuppoſitis quæ dixi *infra in dicto cap. 2. de foro competenti*, vbi ſigillatim de Clericis in minoribus, matrimonio etiam copulatis, poſſint nihil gaudere priuilegio fori, & etiam Canonis, vt *ibi*, & *in dicto cap. cum non ab homine* 10. *de Iudic. & alibi ſæpè*; Reſpondeo poſſe adhuc in officio Eccleſiæ ſuſtineri, ſi incedant in habitu, & cum aliis requiſitis, de quibus ibi Eccleſiæ inſeruiant.

At quia poteſt eſſe dubium, num omnes con- 62
ſtituti in minoribus ordinibus queant liberè contrahere matrimonium; eo quod in Canone Apoſtolorum 25. diſponitur, ne Clericus vltra Lectorem, & Cantorem contrahat nuptias, quos etiam tantùm excepit, *nouell. Iuſtin. 22. de nupt. coll.* 4.
† *Et in cap. Lectores diſt.* 32. habeatur teneri 63
Lectores, aut vxorem ducere, aut continentiam profiteri, & *cap. Presbyteri* 34. *diſt.* tamen reſpondetur ſemper in vſu fuiſſe, ac durare, quod Acolyti, Exorciſtæ, Hoſtiarij, & Pſalmiſtæ, hoc eſt cantores, & tonſurati liberè queant matrimonium inire, vt ex dictis locis patet, & probant in terminis DD. per textum *in cap. ſi qui vero diſt. 32. & per cap. 1. de Clericis coniug.* Couarru. *de ſponſalib. part. 2. cap. 6. §. 3. num. 3. in fine*, Henriquez *in ſumma*, Armand. *lib. 10. de Sacram. ordin. cap. 2. §. 2. littera L, & lib. 2. de matrim. cap. 4. §. 39.* Azor. *inſtit. moral. parte 1. lib. 13. cap. vlt. quæſt.* 14. Filliucius *quæſt. moral. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 4. num.* 129. ſic vt ſic tranſeuntes ad matrimonium nullam culpam incurrant, cum iure ſuo vtuntur, nec faciant contra votum, aut aliquod iuris præceptum, vt dicunt idem Couarru. *dicto §. 3. num.* 4. Bann. *in 2. 2. quæſt. 12. art.* 1. Valentia *ibi diſp. 1. q. 12. puncto* 1. Azor. *inſtit. moral. dicta quæſt. 14. in fine*, Ægid. Coninch. *de Sacram. diſp. 23. dubio 3. num.* 57. Rebellus *de Iuſt. part. 2. lib. 4. quæſt. 8. n.* 27.

Quare non obſtant iura proximè adducta, non 64
Canon 25. Apoſtol. nec *dicta nouella 22. Iuſtiniani*; quia reſpondetur in vtroque loco Clericos vltra Lectorem, dici Subdiaconum, & Diaconum, vt locum Gratiani declarat, additio Gregoriana *in cap. ſanè, §. cum autem 15. quæſt.* 3. ſic explicant Azor. *ſupra part. 1. inſtit. moral. lib. 13. quæſt. 4.* verſ. *ſi quæras*, Henriquez *lib. 2. de matrim. cap. 5. §. 9.*
litt. O. † Non textus *in dicto cap. Lectores diſt.* 32. 65
quia textus ille ſolùm conſtituit, vt lectores non contraherent ſine licentia Epiſcopi, & eſſe iam abrogatum illum textum dixit Henriq. *dict. lib. 10. de ordine, c. 2. §. 2. litt. L*, & Turrecremata aliter, & melius *ibi* Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dicto c. 38. num.* 57. Vaſquez *de ordine diſp. 246. cap. 4. n.* 30.

Seuer. Bini *in nouiss. Collect. Concil. tom. 1. part. 1. pag. 575.* Laurentius Surius *tom. 1. pag. 505.* dicunt verbo *sequitur*, in eo textu intelligi, hoc est *moneantur*, & sic facilius solui, si attendamus ad vetustos Codices in verbis sequentibus, quæ habentur in Collect. Concil. per D. Laurent. Surium ibi, *Vt lectores vsque ad annos pubertatis legant; deinceps autem, nisi vxores Custodia pudicitia duxerint, aut continentiam professi fuerint,*
66 *legere non sinantur.* † Non inquam textus *in dicto cap. Presbyteri dist. 34.* quia vt explicant D. Rodericus Acugna *in comment. illius*, Barbosa *in dicto cap. 38. de iure Ecclesiast. num. fin.* verb. *deinceps*, de quo *ibi* non refertur ad ordines inferiores ab expressis, sed refertur ad superiores, vt sit sensus, quod *Presbyteri, Diaconi*, vel *subdiaconi*, vel deinceps, id est Archiepiscopi, & Episcopi, non habebant, licentiam ducendi vxores: sic etiam docet, & explicat *ibi* Præpositus, *num. 1.* verf. *oppono.*

67 Ad tertiam quæstionis partem, an peccent adducti Acolyti, cæterique ministri implentes ministerium suum in peccato mortali? Et supposita quæ dixi *supra in cap a nobis 2. de Sacramentis non iterandis q. 3.* verf. *ad tertiam*, vbi egi de illa quæstione, *An exercentes pracisè sine Sacramentorum confectione, functiones, & actiones ordinum existentes in peccato mortali, peccent mortaliter.* † Nunc breuiter respondeo cum Vasquez *in 3. part. tom. 3. disp. 136. cap. 2.* Suarez *de Sacram. disp. 16. sect. 8.* Barbosa *in dicto cap. 38.* & aliis, prædictos in minoribus ordinibus constitutos, non peccare mortaliter, actus illorum ordinum in peccato mortali exercendo; quia illa materia, circa quam ministrant, est leuis; licet enim actus sint suo modo Sacri: tamen sunt valdè remoti à principio, ac perfecto actu sacrificandi, vel ministrandi Sacramenta, ad quem finem ordinantur, & aliis fundamentis, quibus adducti DD. & alij hoc probant, *& in dict. q. 3.* Et sic non amplius ago.

68 Pro complemento totius huius quæstionis de Acolytis dico cum Henriquez *dicto lib. 10. cap. 2. §. 2. in fine*, Ochogauia *de Sacram. Ordinis q. 3. num. 7.* & Barbosa *dicto num. 51. in fine*, quod licet aliqui Patres non meminissent Acolytorum, sed non inde probari, non fecisse institutos, cum argumentum ab authoritate negatiua vim non habeat. Nec obstare quod Clem. Roman. Pontifex, & alij Patres indicent inferiores aliquos ordines minores antiquitùs non fuisse in Ecclesiâ, sed postea fuisse institutos. Quia respondetur, vt solùm denotent de cursu temporis fuisse per Ecclesiam distributos hos ordines in diuersas personas, cum antea per paupertatem ministrorum plura officia horum ordinum ab vna eademque persona exercerentur: ita adducti. Cum quibus manet probabilius prædictorum institutionem à Christo Domino demanasse ex iam adductis.

AD TEXT. IN CAP. III. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

De materiâ huius textus dixi *supra in c. 1. hic* in verf. *ad tertiam*, verbo *item etiam pro complemento.*

AD TEXT. IN CAP. IV. Cum Satis, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

De materiâ huius cap. dixi *supra in c. 1.* verf. *ad tertiam*, & verf. *ad quartam*, & adiunges quæ dico *infra in cap. ad hæc. 7.* in verf. & ibi *Paraciarum*, vbi an cura animarum incumbat, *Archidiacono*?

AD TEXT. IN CAP. V. Archidiaconus. Cap. VIII. Significasti. Cap. IX. vt Nostrum, hoc tit.

PRÆMISSVM.

Horvm trium iurium materia valet ad plenum explanari per dicta *supra sub Rub. in principio, & q. 1. ex num. 1.* item & per dicta *in cap. 1.* ex doctrinâ etiam *cap. ad hæc 7. & aliis hoc tit.* quare *sub sequent. q.* omnes tres decisiones Pontificias declarabo.

QVÆSTIO I.

An Archidiaconus possit exercere suam iurisdictionem excommunicando, suspendendo, & interdicendo? An queat dare dimissorias litteras ad ordines; sic vt per eas ordinatus nullam incurrat pœnam? Et an Archidiaconus ordinandos valeat examinare, & Episcopo præsentare? Et an Archidiaconi officium sit ponere Prælatos in sede? Vel an possit habere familiam armatam ad executionem sententiarum, vel capiendos delinquentes, vt habet Episcopus?

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus secundum Ecclesiæ ordinationem nequit excommunicare sine licentia Episcopi, etsi videatur habere iurisdictionem,*

nem, *&* n.2.3. & 4. *aliter de iure antiquo*, *vt* à n.5.& 9.

2 *Excommunicatione vtendum non eſt*, *niſi pro re graui*, *&* n.13.

4 *Archidiacono poteſtas ferendi cenſuras*, *quare de iure colata non ſit*, *non ſit*, *niſi ei competeret ex conceſſione Epiſcopi ſecundum aliquas*, *verius contra* à n. 5.

5 Cap. cum ab Eccleſiarum de Officio Ordinarij.

6 Cap. veniens el 1. de eo, qui ordines furtiuè ſuſcepit.

7 *Iudices habentes fori contentioſi iuriſdictionem*; *etſi inferiores Epiſcopi*, *non eſt inconueniens*, *vt habeant ius ferendi cenſuras.*

8 *Guardiani*, *Abbates*, *Generales*, *& alij Prælati iure communi abſque aliquo priuilegio habent ius ferendi cenſuras.*

10 *Archidiaconi iam de conſuetudine*, *non habent ius ferendi cenſuras*, *niſi alia conſuetudine introducatur*, n. 11.

11 *Conſuetudo eſt potens dare Archidiacono ius ferendi cenſuras.*

13 Cap.Romana de ſent. excommunic. cap.1. de eo qui furtiuè ordinem ſuſcepit, cap. dudum de electione.

14 *Archidiaconus nequit dimiſſorias ad ordines dare*, *quia hæc eſt res grauis*, num.15. & 16.

15 *Vicarius generalis Epiſcopi ſine ſpeciali commiſſione nequit dare dimiſſorias ad ordines*; *& ſic multòminus Archidiaconus*, n. 16. & 17.

16 *Vicarius generalis Epiſcopi*, *præſente Epiſcopo ſecundùm aliquos nequit dimiſſorias ad ordines dare. Contrarium verius*, *ſi ſpecialiter ei ſit commiſſum expreſſè*, *aut tacitè*, *vt* n.17.

18 *Dimiſſorias litteras ad ordines inferiores Epiſcopo*, *etſi exempti non præſtant niſi priuilegio Papæ*, *vt* n. 19.

20 *Capitulum*, *ſede vacante*, *poterat à morte Epiſcopi dare litteras dimiſſorias ad ordines ſuis ſubditis*, *hodie ex Tridentino nonniſi anno tranſacto*, *vt* n.21.

21 *Vicarius Capituli*, *nequit dimiſſorias ad ordines dare*, *ſicut Capitulum ante annum tranſactum*, *niſi beneficium ſit correctum.*

22 *Cardinalium collegium illico*, *vt Papa moritur*, *queit concedere dimiſſorias ad ordines.*

23 *Capitum dans litteras dimiſſorias ante annum ſubiacet interdicto*, *& ordinatus in minoribus non gaudet priuilegio*, *præſertim in criminalibus*, *in maioribus priuatur ab ordinis executione.*

24 *Archidiaconus poteſt examinare*, *& præſentare ordinandos Epiſcopo.*

25 *Archidiaconus de ordinandis facit examen*, *offerendo illos Eccleſiæ.*

26 *Archidiaconus interrogatus ſuper idoneitate*, *& examine ordinandorum*, *& reſpondeat dignos eſſe*, *non peccat ſciens illos eſſe idoneos*, *dum contra conſcientiam non faciat.*

27 *Archidiaconus*, *& ſi nequeat inſtitutionem authoricabilem facere de beneficio*; *poteſt tamen inſtitutum ponere in poſſeſſione.*

28 *Facti res ſolent à minoribus Iudicibus exerceri.*

29 *Archidiaconus pro executione rerum fori poteſt habere familiam armatam ſicut Epiſcopus.*

AD primam quæſtionis partem videtur reſ- 1
pondendum vt Archidiaconus valeat excommunicare, ac cenſuris innodare ſibi inferiores ſubditos. Primo quia, vt *ſupra* dictum eſt *in dicta Rub. & in dicto cap.*1. per illum, & per textum *in dicto cap. ad hæc* 7. Archidiaconus habet iuriſdictionem fori contentioſi; ſic vt valeat lurgia audire, & lites definire. Vnde videtur vt poſſit ferre cenſuras Eccleſiaſticas, vt notant DD. per textum *ibi in cap. Romana in princip. de ſent. excommunic. lib.* 6. & Iacobus de Graffis *in deciſion. aureis p.*1 *lib.*4.*cap.*4.*num.*8. Duaren. *de Sacris Eccleſiæ Miniſteriis lib.*1.*cap.*12. *in fine*, Petr. Greg. *lib.*15 *Syntagm. Iuris cap.*20.*num.*6. & videtur confirmari *ex cap.* 1. *de eo*, *qui furtiuè*, in verbis ibi: *Quod ſi non fuit ante*, *vel ab aliquo Archidiaconorum*, *vel Prælatorum tuorum ſub anathematis interminatione prohibitus*, *&c.* & ex eo: nam ſi Archidiaconus, qui aliàs dicitur Iudex, & Vicarius Epiſcopi de iure communi non poſſet per cenſuras mandata exequi deficerent in eo arma, & remedia Eccleſiæ, quibus vtuntur Iudices Eccleſiaſtici, vt executioni mandentur eorum præcepta, & ſententia, & iuuat regula generalis *leg.*2.*ff. de iuriſd. omn. iud. & cap. præterea de officio deleg.*

Nihilominus quia iam diximus *in dicta Rub. &* 2
dicto cap. 1. *per textum in dicto cap. ad hæc*, verſ. *item* ſatis apertè conſtet, & *in cap.*2. *hic*, iuriſdictionem Archidiaconi eſſe multò inferiorem illi, quàm habet Epiſcopus; item vt ſolùm in eo reſideat quoad leuia negotia, non vt ardua definiat, & excomunicatio ſit maior pœna, quàm ſit in Eccleſiâ, vt *in cap. cum non ab homine* 10. *de iud.* patet, & per plura, quæ *ibi* dixi, ac ea; & reliquæ cenſuræ nonniſi pro contumacia ferri poſſint vt *in dicto cap.* 10. dixi, & clarius *in cap.*1. *eodem tit.* imò & ex Trid. pateat *in cap.*3. *ſeſſ.*25. *de reform.* nonniſi admodum maturo iudicio, & pro re graui excommunicatione à Iudice Eccleſiæ vti, ſequitur optimè Pontificem Alex. III. *hic in dicto c.*5. reſpondiſſe Archidiaconum ſecundùm Eccleſiaſticam inſtitutionem non poſſe excommunicare ſine licentiâ Epiſcopi, vt colligunt ex hoc textu Abbas, Zabarella Collect. Bellamera, Ioan. Andreas, Butr. Panormit. Viuian. Alagona, Gimenez, Anania, Hoſtienſ. Henric. Innocent. & cum aliis Barboſa *hic num.* 1. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*3. *cap.*14. *q.*2. verſ. *atque hæc quidem*, Galganet. *de iure publ. lib.*3. *tit.*21. *num.*6. verſ. *nec ſine*. † Et 3
hoc facilius iam hodie procedere, cum ſecundùm hodiernam conſuetudinem, qua attenta, Archidiaconi in totâ Hiſpaniâ non habeant poteſtatem illam, quæ iure communi eis concedebatur, vt firmat idem Barboſa *hic n.* 5. *in fine.*

Quare Baunij *de cenſ. tract.*1. *q.*8. *pag.*11. Maſ- 4
conius *de Maieſt. Eccleſ. lib.*1. *p.*1. *cap.*12. *litt. A.* dixerunt Archidiaconos habere quidem ius infligendæ cenſuræ, non ſolemniter, ſed priuatim, & hoc non vti, eo quod conſuetudine contraria iſta ſe poteſtate priuari, ſunt paſſi; & ſic iuxta textum noſtrum potuerunt DD. reſoluere Archiconos, Archipresbyteros, Decanos, & ſimiles cenſuras de iure communi non potuiſſe ferre, niſi hoc Epiſcopus conceſſerit, vt planè ſignificat textus *hic* verſ. *ex Eccleſiaſtica inſtitutione*, quo

patet ipſo iure in inſtitutione, ac creatione talis
Dignitatis nullam præſtitam fuiſſe Archidiacono
poteſtatem excommunicandi, ac ferendi cenſu-
ras, niſi hoc ei competeret ex conceſſiooe Epiſ-
copi, vt patet ex proxime ſequeotibus verbis
textus ipſius: *Niſi auctoritas Epiſcoporum acceſſe-
rit in aliquos ſententiam promulgare*, quaſi ſint
duo termini inter ſe oppoſiti, vnus ex inſtitutio-
ne propria Archidiacooorum, aliter ex ſpeciali
Epiſcopi conceſſione, vt in priori, ſcilicet non
poſſit Archidiaconus cenſuras ferre; in poſteriori
verò ſic: ita explicat Barboſa *hic num.* 4. dicens
iuxta hunc caſum, data ſcilicet Epiſcoporum
conceſſione, iotelligi verba adducta textus *in
dicto cap.* 1. *de eo, qui ordinem furtiuè ſuſcepit*; ex-
plicant etiam Anton. de Butr. & gloſſa in verbo
promulgare; hic Leander *de cenſur. diſp.* 2. *q.* 16. &
alij.

5 Verùm qnia video Doctores dicentes olim Ar-
chidiaconos habuiſſe iuriſdictionem ordinariam
ad ferendas cenſuras à Canone per textum *in cap.
cum ab Eccleſiarum de Officio Ordinarij*, vbi gloſſa
6 verbo *Eccleſiaſtica ſententia.* † Et *in cap. veniens
el* 1. *de eo qui furtiuè ordines ſuſcepit*, vbi gloſſa
verbo *Archidiaconorum*: ſic Innocent. *in dicto c.
cum ab Eccleſiarum num.* 5. *& hic*, & in noſtro
textu, & *in cap. cum ſatis*, Soms in 4. *diſt.* 22. *q.* 2.
verſ. *non eſt*, Couar. *in cap. Alma Mater de ſent.
excommun. p.* 2. §. 11. *num.* 1. verſ. *primum*, Vgoli-
nus *de cenſ. tab.* 1. *cap.* 2. §. 20. Lælius Zechius *cap.* 1.
num. 6. *verſ.* 6. *& verſ.* 16. colligentes *ex dicto cap.
cum ab Eccleſiarum*, Prælatos omnes Epiſcopo
inferiores, qui iuriſdictionem habent fori conten-
7 tioſi, habere poteſtatem ferendi cenſuras. † Ideò
videri vt quemadmodum de iure ſoli Epiſcopi
plenam, & ſimpliciter in tota ſua Diœceſi ordi-
nariam habent poteſtatem, & iuriſdictionem ex
gloſſa verbo *Iurgia in cap. perlectis diſt.* 25. ſic non
eſſe inconoeniens, quod alij inferiores Prælati
quod nonnullos actus, & certa aliqua negotia,
vel certas perſonas, attento eodem iure commuoi,
ordinariam habeant iuriſdictionem fori exterioris,
vt benè aduertit Beroius *in Rub. de Officio deleg.
num.* 15. Barboſa alia adducens *in dicto cap. cum
ab Eccleſiarum*, vbi ait in verſ. *vnde* probat.
8 † Guardianos, Abbates, Generales, & alios
Prælatos regularium iure communi abſque aliquo
priuilegio excommunicare aliaſque cenſuras ferre
poſſe, cum omnes illi ferre illas poſſint, qui ha-
bent iuriſdictionem fori contentioſi, ſicut habent
prædicti, vt alibi latius dico, & de Archidiaco-
no, probat etiam Leander *vbi ſupra*; item & de
Archipresbytero, qoatenus *in dicta q.* 15. verſ. *ſed
ego* dicit olim Archidiaconum habere iuriſdictio-
nem à Canone ferendi cenſuras; etſi modo illam
non habeant, niſi ſolùm illi, qui, vel in ipſa
inſtitutione, vel ex conſuetudine legitimè præ-
ſcripta, & approbata, hoc ius ſunt conſe-
quuti.

9 Quare etſi Duarenus *vbi ſupra*, & Suarez *de
cenſ. diſp.* 2. *ſect.* 2. *num.* 9. exiſtimarint ex primæua
inſtitutione talem iuriſdictionem Archidiaconos
non habere; quia eorum officium ad fori exte-
rioris iuriſdictionem ſe non extendebat, ſed ad
aliqua miniſteria, quæ commemorat Duaren.
dicto cap. 12. *lib.* 1. *de Sacr. Eccleſ. miniſt.* & de qui-
bus *in Rub. hic, & dict. cap.* 1. & aliis; at poſtea
concedant per textum *in dicto cap.* 1. *de eo, qui or-
dines ſuſcepit furtiue*, & ex aliis *hic num.* 1. addu-
ctis. Tamen ego exiſtimo non eſſe negandum de
iure antiquo prædictos Archidiaconos habuiſſe
talem iuriſdictionem ferendi cenſuras ex funda-
mentis *in dicto num.* 1. hic relatis, cum negari non
poſſit iſtos aliquam iuriſdictionem habuiſſe, vt di-
ctum eſt *in dict. Rub. & dict. cap.* 1.

Verùm quia currenre tempore potuerunt cen- 10
ſuris abuti; ideò poſſumus quidem ſequi, non
omoino negari in textu noſtro, in primis verbis
ibi: *Archidiaconis non videtur de Eccleſiaſtica in-
ſtitutione licere* (niſi authoritas Epiſcoporum ac-
ceſſerit) in aliquos ſententiam promulgare; de-
negatam illis fuiſſe illam poteſtatem; ſolùm
enim dicit textus per verbum *non videtur*, de
Eccleſiaſtica inſtitutione licere, nec negat olim
habuiſſe talem poteſtatem, quam & poſtea qui-
dem, & nunc poſſunt à Canone, & à iore reci-
pere, ſicut habet textus *in cap. Romana de ſent.
excommun. in dicto cap.* 1. *de eo, qui furtiuè, dict.
cap. cum ab Eccleſiarum de Off. Ordinarij*, & aliis,
vbi patet talem eis datam ferendi cenſuras pote-
tatem quoad certos caſus; non quidem plenam, &
abſolutam, vt habent Epiſcopi.

Vnde quia conſuetudo eſt potens dare Archi- 11
diacono talem iuriſdictionem ferendi cenſuras ex
regulâ textus *in cap. dudum* 54. verſ. *tandem de
elect.* vbi de conſuetudine tantùm permittitur Ar-
chidiacono ſuſpendere excommunicare, & inter-
dicere; ideò non implicat quidem, vt ex pri-
mæua quidem inſtitutione eandem poteſtatē ha-
beret; quia ſi, vt ſonant dicta prima verba textus
noſtri, eis non licuit, eueniret, vt ipſis prohibe-
retur vt quoddam illicitum, quod conſuetudine
non ſanaretur de facili. Et ſic ego exiſtimo, vt
ſicut conſuetudine legitimè præſcripta; (quia
ſola conſuetudo hoc ius conedere poteſt, ac tri-
buere,) vt docent Nauar. *in ſumma cap.* 27. *n.* 7.
Angelus verbo *excommunicatio* 1. §. 6. Alterius
lib. 5. *diſp.* 7. *cap.* 1. Hurtad. *diſ.* 4. verſ. *tandem repe-
ritur*, Suarez *ſupra*, Filliucius *tract.* 51. *cap.* 2.
num. 37. ita & ex ipſa inſtitutione; non quia om-
nibus Archidiaconus in propria inſtitutiooe in ge-
nere conceſſa ſit in Eccleſiâ vniuerſali, ſed ali-
quibus quidem, vel iuxta cuiuſque Eccleſiæ in
ſingulari inſtitutiooe Archidiaconatus, aut iuxta
ſtabilitam conſuetudinem; & ita eſt intelligen-
dus Henriquez *in ſumma lib.* 13. *cap.* 24. *num.* 2.
quem declarant Villalobos 1. *p. ſumma tract.* 16.
diſ. 5. *num.* 5. in verbis ibi: *An ſi miſmo ay en la
Igleſia algunos Abades, Arçedianos, Arçipreſtes,
que tiene neſta Iuriſdiçion, mas como no latienen
todos haſe de mirar mupho en eſto la çoſtumbre*, re-
petit Leander *ſupra dicta quæſtione* 15. *de cenſu-
ris diſputat.* 2. & omnia verba Henriquez le-
genda.

Ex his paret intellectus ad textum noſtrum, & 12
& ad iura in principio adducta; & per dicta exi-
ſtimo non eſſe admittendam diſtinctionem, quam
attulit Lælius Zechius *de Republ. Eccleſ. cap.* 24.
num. 13. diſtinguens inter Archidiaconos electos
à Capitulo, in quibus agnoſcit dictam poteſtatem
ferendi cenſuras, & electos ab Epiſcopo, in qui-
bus contrarium tenet cum apertè conuincatur ex
proximè relatis. † At ſi adhuc inſtes dicendo 13
verba textus noſtri in dicto verſ. *de Eccleſiaſtica
inſtitutione*, ſignari iuxta communem intellectum
à principio creationis Archidiaconatus Dignitatis
non inhærere ei eam iuriſdictionem excommuni-
candi ſimpliciter, & generaliter, etſi aliquando
in iure talis facultas, aut conſuetudine, ſiue ſta-
tuto inhæreat, vel de licentiâ Epiſcopi, tunc à
fortiori

fortiori dici debebit textum *in dict. cap. Romana, & dict. cap. dudum de elect. ac dict. cap 1. de eo qui furtiuè*, intelligendos esse procedere iuxta dicta *supra in principio, hic* à vers. *nihilominus*, de licentià scilicet Prælati; quia etsi reuera fateamur, (vt *supra in Rub.* dictum est) Archidiaconum, & similes habere iurisdictionem contentiosam, vt Iurgia audire, hoc est lites definire valeat ex textu *in dicto cap. 1. & dicto cap. ad hac 7. hoc tit.* tamen respondent DD. prædictos habere iurisdictionem illam non iure proprio, sed tanquam Vicarios ex commissione, & nomine Episcoporum *ex dict. cap. 1.* ibi: *Vicesiu Episcope*, vt *ibi* adduxi, & *dict. cap. perlectis dist. 25.* ibi: *Successione Episcopi*, vbi explicat Turrecremata *num. 5.* in vers. *hi sunt*, & Barbosa *hic num 4.* vers. *non obstat*, dictam commissionem, seu iussionem ad effectum decidendi esse specialem, nec sufficere generalem, quam habent à iure communi, & ex institutione sua.

14 Ad secundam quæstionis partem an Archidiaconus queat dare litteras dimissorias ad ordines; sic vt per eas ordinatus nullam incurrat pœnam? Et suppositis quæ generaliter adduxi de his litteris concessis à proprio Episcopo, siue Prælato, vt eius subditus ordinetur ab alieno Episcopo *in cap. quod translatio iem 11. de temporib. ordin. à q. 9.* breuiter etiam respondeo, quod cum has dimissorias concedere soleant illi tantùm, qui & ordinare valent, vt dixerunt Seraphin. *decis. 985. n. 3.* Campanil. *in diuers. Iuris Canon. Rub 6. cap. 3. n. 13. propè finem*, nec inferiores Prælati eas de iure concedere possit, nisi ab Apostolica Sede fuerit eis indulta potestas specialis, & insuper hic actus spectet ad supremam ordinis potestatem, vt patet, quæ res grauis est, argum. nostri *cap. 5* ideò rectè, & propter eandem causam Archidiaconi *in cap. significasti 3. hic*, rectoiure denegari eam facultatem.

15 Et confirmatur, quia, vt *infra* dicemos *in tit. de Officio Vicarij*, Episcopi Vicarius generalis habet ordinariam ac eandem potestatem cum Episcopo eius vocem gerens in iurisdictionalibus omnimodam, vt ibi probatur, & nihilominus ius disponit *in cap. cum nullus de temporibus ordinat. lib. 6.* Vicarium generalem Episcopi non posse litteras dimissorias concedere, cum ad id Vicariatus Officium non extendatur, nisi Episcopo in remotis agente, vt docent Sbrocius *de Officio Vicarij lib 2. q. 41.* Gutierrez *Canon. lib. 2. cap. 17. num. 20.* Zerola *in praxi Episcop. p. 2.* verb. *Vicarius* §. 4. Petrus Gregor. *Syntagm. iuris lib. 16. c 9. num. 5.* Azor. *instit. moral. p 2. lib. cap. 41. q. 7.* Fr. Eman. Rodriguez *in summa cap. 61. aliàs cap. 62. num. 4.* Piasecius *in praxi Episcopor. p. 1 cap. 1. n. 15.* vers. *concedit*, Alzedus *in simili praxi p. 2. cap. 5. de ordination. num. 97.* Thomas Valascus *tomo 1. allegat. 5. à num 7.* Thomas Sanchez *in opuscul. mor. tom. 1. lib. 7. cap. 1. dubio 20. num. 40.* Stephan. Gratian. *in decis. Marchia 98. à num. 14.* Narbona *de appellat à Vicario ad Episcopum p. 1. num. 197.* Venero *in examine Episcopor. lib 1 cap. 16. num. 12.* Campanil. *in diuers. Iuris Canon. Rub 9. cap. 8. n. 3.* Barbosa *de Officio Episcopi p. 2. allegat. 7. num. 9.* Homobonus *de Bonis de examine Ecclesiast. p. 1. tractatu 2. cap. 1. quæstione 6. in fine*, Molfesius *in summa Theologia moral. tractatu 2. cap. 2. num. 22.*

16 Et in tantùm videtur verum, quod multi dixerint, vt præsente Episcopo, nunquam possit talis Vicarius prædictas dimissorias ad ordines concedere; quatenus adducti Doctores dicunt, & Astensis *tit. 3. art. 8.* Mandos. *in reg. Cancel. tom. 2. regula 24. q 2. & 6.* & alij, quos citat, & sequitur Henriquez *in summa lib. 10. cap. 22. §. 3. in glossa lit. P*, Menochius *de arbit. lib. 2. casu 222. num. 9.* eo quod solùm id possit Vicarius, Episcopo absente, in remotis locis, hoc est extra prouinciam, aut ad minus vltra duas, aut vnam diætam.

At probabilius existimo, vt etiam præsente 17 Episcopo possit Vicarius generalis dimissorias concedere, si ad hoc speciale mandatum habeat sui Episcopi, siue expressum, siue tacitum consensum ipsius, vt docet Ioan. Andreas *in dict. cap. cum nullus*, Quaranta verbo *Ordo*, Molfesius, & alij *supra*, sic intelligendi, vt explicant Philibertus *tract. 1. p. 6. cap. 3. à num. 8.* Leander *de Sacram. tract. 6. de ordine disp. 10. q. 3.* & corroboratur ex doctrinà nostri *cap. 1.* & ex dictis in vers. *ad primam*, quatenus ibi probatum est Archidiaconum, qui dicitur de iure Vicarius Episcopi, potest de eius licentia excommunicare.

Et pro alia confirmatione iam hodie facit dis- 18 positio Trid. Concilij *sess. 23. de reform. c. 10.* vbi habetur neque ipsos Abbates, nec alios etiam exemptos, neque Collegia, aut Capitula quæcumque etiam Ecclesiarum Cathedralium litteras dimissorias Clericis sæcularibus posse concedere, vt ab aliis ordinentur Barbosa hic *in dicto cap. significasti num. 3* & Henriquez *in summa dict. lib. 10. cap. 22. §. 3.* firmantes personas quaslibet extra Præsulem, etiam habentes iurisdictionem, quasi Episcopalem, contentiosam, & voluntariam, nequire dictam elargire licentiam, & alij DD. per textum *in dict. cap. nullus*, vbi Barbosa *num. 14.* & Flores de Mena *var. resol. lib. 2. q. 24* notant vt nec Abbas Episcopalem iurisdictionem habens possit concedere litteras dimissorias suis subditis † Quod 19 debet intelligi secluso priuilegio Papæ, vt concessum est Superioribus religionum erga suos subditos, de quibus iam diximus *supra in dicto cap. 11. de temporibus ordinat. à dicta quæstione 9.*

Quod si vrgeas dicendo Capitulum Ecclesiæ 20 Cathedralis, sede vacante posse absolutè dare litteras dimissorias de iure antiquo ad ordines ab Episcopo alieno suscipiẽdos; quod ordinare nequit cum potestatẽ ordinis non habeat, & solam iurisdictionẽ, de quo iam *supra* dixi, ac docẽt in terminis DD. per textũ *in dict. cap. nullus de temp. ordin. lib. 6.* vers. *vel sede vacante Capitulum*, Rebuffus *in pra. beneficial. tit. de deuolut. n. 67.* Nauar. *cons. 31. sub dicto tit. in antiquis aliàs cons. 7. de filiis Presbyt. in nouis*, Quarta *in summa Bullarij*, verbo *Capitulum sede vacante*, vers. *decimo quarto*, Iacobus de Graff. *in aureis decis. p. 1 lib. 3. cap. 12. num. 3.* Sayrus *in floribus decis. sub dict. tit. decis. 33.* & alij: Tamen respondetur ideò prædictam facultatem datam fuisse Capitulo in euentu; quia mortuo Episcopo, succedit in omnimoda iurisdictione Episcopatu; & sic non mirum, vt à iure sibi concederetur facultas eas concedendi in tali euentu, etsi ordinare subditos non posset & hoc, ne subditi Diœcesis defraudarentur, ordinum suscipiendorum beneficio. † Quam ta- 21 men facultatem iam hodie restrictam esse per Tridentinum, patet *sess. 7. cap. 10.* quatenus ibi cauetur, vt non liceat Capitulis Ecclesiarum sede vacante, infra annum à die vacationis numerandum,

dum ordinandi licentiam, aut litteras dimiſſorias dare, ſeu *Reuerendas*, vt aliqui vocant, niſi fortè ordinandus ratione beneficij ſit coarctatus, vt docent infiniti, quos refert, & ſequitur *in dicto cap.* 10. Barboſa, & ante eos Marcilla, & Farin. *ibi*, idem Barboſa *in dicto cap. nullus de temp. ordinat. lib.6. num.*18. *&* 19. *& in paſtorali dicta alleg.7.à num.*10.& *alibi*, ipſe *in collect.deciſ.Bullario, & de Iure Eccleſ.* cum multis, quibus fauent Homobon. *de exam. Eccleſ.p.1.tract.2. c.1. q.6. ad finem*, idem Barboſa *de Canon. cap.* 42. *num.* 125. Moneta *de commut. vltimarum volunt. cap.*10. *à num.*164. Riccius *in praxi aurea reſ.*100. *& deciſ.Curia Archiep.Neapolit.deciſ.*185.*p.*4. Raguſ. *de voce Canon.q.*39. *num.*2. Ludouicus *q.*2. *de ordine art.*2.*dub.*3. Machado *de perfecto Confeſſ. tomo* 2.*lib.*4.*p.*4. *tract.*1. *docum.*7. *num.*2. Marolus *lib.*4.*cap.*5. *num.*5. *de irregul.* Philibertus *tract.*1. *p.*6.*cap.*3.*num.*12. *&* 22. Leander *dict. tract.* 6. *de ordine diſp.*10.*q.*4. diceotes idem negari etiam Vi-
22 cario Capituli, ſede vacante. † Solùmque excipi collegium Cardinalium, quod, ſede vacante, poſſit ſtatim dimiſſorias procedere.

23 Ex quibus, & aliis patet quàm benè Pontifex hic *in dicto cap ſignificaſti* 8. denegeт Archidiacono facultatem dandi alicui litteras dimiſſoriales ad ordines; itavt & qui ſic ordinetur, iotefdicatur vſus ordinum ab Epiſcopo, vt colligunt antiqui *ex dicto cap.* vbi Abbas, Zabarel. Colect. Ancharran. Bellamera, Ioan. Andreas, Hoſtienſ. Innocent. Panormit. Anania, Butr. Viuian. Alagona, Gimenez, & Barboſa *hic*, ac Sbrocius *de Officio Vicarij lib.*2.*q.*41.*num.*13. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.*3.*cap.*14. *q.*2. verſ. *deinde*, Galganetus *de iure publ. lib.*3. *tit.* 21. *num.*8. ſic ex dicto textu deſumentes, & *ex dicto cap.*10. *Trid.ſeſſ.*23. vbi loquens de Capitulo concedente, ſubiacet illum Eccleſiaſtico interdicto; & ſic ordinatus ſi in minoribus ordinibus conſtitutus fuerit, nullo priuilegio Clericali gaudeat, præſertim in criminalibus, in maioribus autem ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Prælati ſit ipſo iure ſuſpenſus, eandemque renouauit pœnam Trid. *in dict. cap.* 10. *dict.ſeſſ.*23.

24 Ad tertiam quæſtionis partem, an Archidiaconus valeat ordinandos examinare, & Epiſcopo præſente? quia pro extenſione, & longa tractatione faciunt quæ dixi *ſupra de ſcrutinio in ordine faciendo*, & inſuper *in cap. penult. & fin. de ætate ordinand.* ac *alibi* ſæpius, vbi de ſcientiâ, moribus, & prudentiâ, requiſitis in ordinandis, iam nunc in propoſito dubio reſpondeo, quod cum iſti actus ſint de minoribus; ideò per textum *in dict.cap. vt noſtrum* 9. & alios à gloſſa adductos, rectè decisũ eſſe, quod Archidiaconus poſſit examinare, & præſentare ordinandos Epiſcopos: ſic *in dicto cap. Ordinarij antiqui*; vt Abbas, Zabarella, Collect. Bellam. Ioan. Andr. Ancharran. Bott. Anania, Hoſtienſ. Innocent. Panorm. Viuian. Alagona, Gimenez, & Barboſa *ibi*, idem cum aliis *de poteſt. Epiſcopi p.2.alleg.*10. *num.*21. *num.*7. intereſt enim Archidiaconi eos examinare, qui promouebantur ad ordines, quivè præficiebantur in Eccleſiis, eoſque Epiſcopo offerre, vt docet Barboſa *in cap. ad hac* 7. *hoc tit.* verſ. *examinatio etiam Cleric.num.*7. cum Quaranta Sebaſtiano Cæſar, Azorio, & Campanillo, ſtatim referendis.

25 Quare *ex dicto cap. vt noſtrum hic, & ex cap. vnico de ſcrutinio in ordine faciendo*, dixerunt Petr. Gregor. *lib.*15. *Syntagmat.cap.*20. *num* 6. verſ. *hic examinat*, Quaranta *in ſumm. Bullarij*, verbo *Ordo* verſ. *ſubſequenter*, Azor. *ſupra dict. cap.*14. *q.* 2. verſ. *deinde*, Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub.* 14. *à num.*15. Caſtaldus *in praxi cæremon. lib.*1. *ſect.*8. *cap.*7. Sebaſtian Cæſar *de Eccleſ. hierarch. p.*2. *diſp.*12. § 1. *num.*8. verſ. *eius*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.*1. *num.*49. verſ. *Archidiaconos*, Mar. Volpeius *in praxi iud. fori Eccleſ. cap.*34.*n.*20. & alij, vt prædictum examen & preſentationem ordinandorum Epiſcopo facere, offerendo illos nomine Sanctæ Eccleſiæ.

Quod ſi Archidiaconus interrogetur ab Epiſcopo, an ſciat ordinandos dignos eſſe, & ipſe reſpondeat affirmando per verba, *Scio, & teſtificor illes dignos eſſe*, DD. profitentur *per dict. c. vnico de ſcrutinio in ordine faciendo* (& vt ibi de aliis examinatoribus diximus) Archidiaconum non peccare; ſic reſpondendo; licet ipſe non examinauerit; dummodo contra conſcientiam non teſtificetur; quia quem indignum non nouit dignum exiſtimare debet, vt nouiſſimè docent etiam Vulpeius *in praxi fori iud. Eccleſ. cap.* 8. *num.*35. Barboſa *de Canon. cap.*5. *num.*22. Et pro amphatione adiunges quæ dixi *in cap. penult. & fin.* cum aliis antecedentibus de præſumpt. 26

Ad quartam quæſtionis partem ex verbis *dict. cap. vt noſtrum* 9. ibi: *Ponere Abbates, & Abbatiſſas in ſede*, communiter DD. reſoluunt etiam, vt virtute huius textus ſpectet ad Officium Archidiaconi, tanquam prima Dignitas de iure in Cathedralibus iuxta ſupra dicta, in ſede ſuarum Dignitatum ponere; quia etſi, vt iam dixi *in c.*1. *hoc tit. q.* 1. verſ. *ad tertiam*, & *quartam*, non poſſit Archidiaconus inſtituere authorizabiliter, vt ibi ſed non prohibetur mittere inſtitutos ab Epiſcopo in corporalem poſſeſſionem, quod eſt quid facti, & executionis, vt videtur in præſenti caſu: ita docent Ordinarij iam proximè adductis 27
quare non amplius pergimus. † Ea namque, quæ 28
ſunt facti ſolent à minoribus Iudicibus exerceri, applicando hic quæ longè dixi *in cap. fin. de iudiciis q.*2.

Ad vltimam, an poſſit habere familiam armatam, vt habet Epiſcopus? ſuppoſito quod Archidiaconus dicitur oculus, & Vicarius Epiſcopi, & quod eius iuriſdictio de iure eſt certa, vt dictum eſt *hic in Rub. & cap.*1. *cum cap.* 7. & aliis videtur inquam, vt eodem iure communi poſſit ad executionem Iuſtitiæ ad inquirendum in reos, & eos capiendos, & incarcerandos, habere familiam armatam, hoc eſt Notarios, Alguacelos, Birruarios, & alios miniſtros neceſſarios iuxta illa, quæ dixi de Epiſcopo *in cap. cum non ab homine de iud. q* 14. & in terminis videtur præter alia iura, quæ *ibi* adduco textus *in cap. cum Apoſtolus de cenſibus*, vbi ponens numerum euectionum, quo incedit in viſitando Epiſcopus; item & conſignat numerum quinque in Archidiacono, loquens etiam de aliis, qui illud ius habeant. 29

AD

AD TEXT. IN CAP. VII.
Mandamus, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconi quale ius habeant viſitandi remiſſiuè.*

1 HVIVS textus materia plenè *ſub cap. 1. hoc tit.* eſt tractata verſ. *ad ſecundam,* inſuper pro praxi adiicies quæ dixi *infra in cap. fin. de libelli oblatione poſt quæſt. 3. in §. 18.* vbi de proceſſu fulminando per Viſitatorem Eccleſiaſticum; & quia de hoc iure latiſſimè *infra ago in cap. inter cætera 15. de Officio Iudicis ordin. & ſub tit. de caſibus*, quatenus ibi agitur in genere de viſitatione facienda ab Epiſcopo; in ſpecie autem de ea, quæ de iure poteſt fieri ab Archidiacono (etſi iam non ſit in vſu apud plures Eccleſias propter dicta *in dicto cap. 1. & in Rub.* & aliis iuribus *hic*) dixi in dicto verſ. *ad ſecundam*, & DD. agunt per Trid. *in cap. 3. ſeſſ. 24. de reformat.* vbi quale ius habeant viſitandi Archidiaconi, Archipresbyteri, Decani, & alij in verbis ſequentibus: *Archidiaconi autem, Decani, & alij inferiores in his Eccleſiis, vbi hactenus viſitationem exercere legitimè conſueuerunt, debeant quidem aſſumpto Notario, de conſenſu Epiſcopi deinceps per ſeipſos tantum viſitare iuxta quæ dixi in dicto verſ. hic repetenda; & ſic non amplius.*

AD TEXT. IN CAP. VIII.
Ad hæc, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Archidiaconus de iure communi dicitur habere curam animarum, & in foro contentioſo*, n. 4.

4 *Archidiaconus volens probare apud ſe aliquam curam animarum, ſufficiet vt probet eum adminiſtraſſe Sacramenta incolis eiuſdem Parochiæ*, n. 5. & 6.

5 *Cura animarum exercitiua per ſe, aut ab Archidiacono commiſſa.*

6 *Cura animarum probanda ab aliquo tertio in ſimplici Sacerdote alicuius Parochiæ qualiter contingat.*

7 *Archidiaconus circa Sacramenta quid poſſit remiſſiuè.*

10 *Archidiaconus qualem maioriam habeat poſt Epiſcopum remiſſiuè.*

11 *Archidiaconus omnem curam, & ſolicitudinem in Clericis, & in Eccleſiis qualem habeat remiſſiuè.*

1 TEXTVS hic claudit quaſi integram materiam de Officio Archidiaconi, & eius iuriſdictione; ſed quia *ſupra in Rub. & in cap. 1. ac aliis*, tota eius ſeries explanatur; ideò repetendo hic verſiculos, & aſſignando remiſſiones inuenies ſatis eius litteram, & deciſionem perſcrutari; in verſ. ibi, *Conſuluit tua fraternitatis deuotio, quid ad Officium Archidiaconi debeat pertinere*, plenè *ſupra in Rubrica, & in dicto cap. 1.*

Et verſ. ibi, *Imperat Subdiaconis, & Leuitis*, 2
clarè expenditur per dicta *in Rub q. 1.* ſtatim poſt principium ex verſ. *& quod Archidiaconus*, ibi probatur, quod præeſt Diaconis, & qui iſti dicantur; item & Subdiaconis, & vtrorumque miniſterio in verſicul. *ad tertiam, in dicta quæſtione 1.*

Et ibi, *Parœciarum ſolicitudo, & earum or-* 3
dinatio debet ad ipſum pertinere, faciunt notata *ſupra in cap. cum ſatis 4. hoc tit.* de cuius intellectu dixi *in dicto cap. 1. dicta q. 1.* verſ. *ad tertiam, &* verſ. *ad quartam*; & ſic in terminis noſtri verſ. dico cum Rota *in deciſ. 21. de prab. in antiquis*, & Rota *diuerſ. deciſ. 52. p. 2.* Riccio *collect. 1618. in medio ſuper Speculatore in tit. de Off. Ordinarii §. 1.* quod Archidiaconus iure communi dicitur habere curam animarum; item quod eam curam habet
etiam in foro contentioſo. † Et ſic addo quod ſi 4
Archidiaconus voluiſſet probare eſſe apud ſe aliquam curam animarum alicuius Parochiæ, videretur, vt ſufficeret probare eum adminiſtraſſe Sacramenta incolis eiuſdem Parochiæ; eo quod iuxta commune ius Archidiacono incumbit animarum cura *ex dicto cap. cum ſatis*, & proximè adductis. Quod ſi verba huius verſ. intelligas de viſitatione, leges dictum verſ. *ad ſecundam, dict. cap. 1. q. 1.*

Nec obſtat dicere, vt Archidiaconus ratione 5
ſui muneris non poſſit curam committere animarum, vt dicunt Azor. *inſtit. moral p. 2. lib. 3. cap. 14. q. 2.* verſ. *atque hæc quidem*, Galganetus *de iure publ. lib. 3. tit. 21. num. 6.* Barboſa *de Canon. cap. 5. num. 31.* idem *de Iure Eccleſ. p. 1. cap. 34. dicto n. 31.* quia reſpondetur nos loqui de curâ animarum excitatâ per ſe, non quidem ab eo commiſſa, nec etiam, vt dixi *in dict. cap. q. 1.* verſ. *ad ſecundam*, poteſt viſitationem committere, ſed per ſe viſitare tenetur.

Nec iterum obſtat dicere vt volenti probare 6
eſſe apud aliquem curam animarum alicuius Parochiæ, niſi probet eum ad id eſſe adſtrictum, vt poſſet compelli, vt docent Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. gloſſa 6. num. 46.* Rota *deciſ. 42. num. 10 p. 2. diuerſ.* Zabarella per gloſſam in verbo *impendant*, *Clem. dudum. de ſepulturis q. 9.* Imola *num. 32.* & Panormit. *num. 4. ibi* Mannica *deciſ. 48. num. 5.* & alij; quia reſpondeo hoc procedere in tertio volente probare aliquem Sacerdotem habere curam animarum alicuius Parochiæ, quod de iure non præſumitur in ſimplici Sacerdote, niſi aliter conſtet, cum ſint plures Sacerdotes ſimplices, nec curam animarum habentes; ſecus in Archidiaco-
no, qui de iure curam poteſt habere. † Quod 7
ſi dubites circa Sacramenta quid Archidiaconus poſſit, leges Verallum *in deciſ. 357. p. 2.* quem etiam refert Riccius *ſupra.*

Et ibi, *Audire Iurgia ſingulorum*; qualiter id 8
poſſit practicari dixi *ſupra in Rub. ſub eius principio & in cap. 1. quæſtione 1.* verſicul. *ad vltimam*, & ante.

Et ibi, *Archipreſbyteri*, qui aliàs *Decani nun-* 9
cupantur, de officio Archipresbyteri latè dico *infra*

infra tit. sequenti, aliqua dixi *supra sub Rub. & q. 1. ibi* vbi de Decano, & Præposito, & officio illorum, *in cap. 1. de etate, & qualit. ordinand. quæst. 1.*

10 Et ibi: *Maior post Episcopum, & ipsius Episcopi Vicarius*, repetitur de prædicta maioria in Ecclesiâ respectu aliarum Dignitatum, de iure communi dixi *supra in dicta Rub.* & quod Archidiaconus dicatur Vicarius Episcopi, dixi *ibi & in dicto cap. 1. à num. 1.* Et qualiter differat à Vicario generali, seu foraneo Episcopi? ibi in vers. *ad sextam*, & *ad septimam.*

11 Et ibi, *Omnem solicitudinem, & curam tam in Clericis, quàm in Ecclesiis.* Per hæc verba vltra adducta de visitatioue *hic* in principio per dicta *in dicto cap. 1.* vers. *ad secundam*, hæc verba applicantur potius ad internam curam Ecclesiæ in Ministris, & Sacramentis, qua de causa applicabis *hic* quæ dixi latè *in cap. 5.* vbi de Ministris, Acolytis, ac Clericis in minoribus, quorum curam habet Archidiaconus; item de vasis, & ornamentis, &c.

12 Et ibi, *Cum super his sit redditurus rationem in destricti examinis iudicio*: si hæc verba applices ad vltionem per Deum exigendam in destricto iudicio, applicabis verba *legis 2. cod. de Iureiurando*, quam explicaui *in cap. breui, de Iureiurando q. 2. à num. 25.* sin autem ad rationem Episcopo reddendam, applicabis, quæ etiam dixi *supra de obligatis ad ratiocinia, ordinandis vel non.*

13 Ibi, *Oculus Episcopi, Episcopus appellatur*, quid hoc sibi velit, expendi *supra in dicta Rubr. & in dicto cap. 1.*

14 Ibi, *Quæ corrigenda viderit, corrigat, & emendat; nisi adeo fuerint ardua negotia, quæ absque maioris sui præsentia, nequeant terminari*, per hæc confirmantur dicta *de visitatione in dicto c. 1. q. 1.* vers. *ad secundam*; item explicantur *hic* posita in vers. *Iurgia.*

15 Ibi, *Institutio corporalis*: hæc verba explanantur; *supra in dicto cap. 1. quæst. 1.* vers. *ad tertiam, & quartam.*

16 Ibi, *Examinatio etiam Clericorum*, dixi *supra in cap. 5. q. 1.* vers. *ad tertiam*, per textum *in cap. vt nostrum 9. hic*, quem *ibi* explanari.

17 Ibi, *Decani ruralis*, qui isti sint, & qualiter ab Archidiacono instituantur, ac destituantur, & à quibus aliis, dixi *supra sub cap. 1. quæst. 1. de etate ordinandor. infra in Rubr. de officio Archipresbyteri circa finem*, vers. *Archipresbyter in Iure*, & *in cap. fin. hoc tit.* vers. *ad tertiam.*

QVÆSTIO I.

An Archidiaconus de Iure communi habeat curam animarum, & etiam in foro contentioso? Debeatque esse graduatus, & quo gradu?

1 QVæstio liquet satis ex adductis *supra in c. 5.* & *ibi* notatis; item hîc in textu nostro
2 in vers. & ibi *paraciarum.* †Et secunda ex adductis *hic in Rubr. in principio*, ex vers. *quare.*

AD TEXT. IN CAP. IX. Significasti, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

QVod Archidiaconus non det litteras commendatitias ad ordines, probat textus *hic*, sed quare sic contingat, dixi per textum hunc *in cap. 5. hoc tit.* vers. *ad secundam*, & per alia ibi adnotata.

AD TEXT. IN CAP. X. Vt Nostrum, hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Probatio plena, & sufficiens, & solùm semiplena, quæ sit remissiuè*, n. 2.
3 *Possessionem Dignitatis, vel vt Officij probare volens, non sufficit, vt probat exercitium actuum, qui de iure ad talia non spectet.*

QVod examen ordinandorum, & præsentatio eorum Episcopo pertineat ad Archidiaconum, iam plane per textum hunc tractaui supra *in dict. c. 5. hoc tit.* vers. *ad tertiam*, ob quod non amplius. 1

Ibi in vers. *nec fuit sufficienter probatum*: applicabis dicta *supra in cap. ad hæc 7. hoc tit. in vers.* & ibi, *paraciarum solicitudo*; & quia etiam potest dubitari quæ sit sufficiens, & plena, aut insufficiens, ac solum semiplena probatio; ideo recurres ad ea, quæ latè dico *in titulis de confessis 7. de probation. testibus, & fide instrument.* †Et similiter Mascard. *de probat. conclus.* 1214. *n. 2.* Barbosa *hic num. 2.* notant quod volenti probare quasi possessionem alicuius Dignitatis, vel Officij, non sufficit probare exercitium actuum, qui de iure communi non spectant ad Dignitatem, vel Officium, sed etiam debet probare illos actus ad Dignitatem spectare; ideò pro disputatione applicabis quæ latè dixi *in cap. cum Ecclesia Sutrina 3. de causa possess. & propriet. à q. 1. 2 & 3. & ibi q. 4. & q. 6.* vbi de quasi possessione eligentium. 2

AD TEXT. IN CAP. FIN. hoc titulo. De Officio Archidiaconi.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Familia Episcopi gaudet priuilegio fori.*
2 *Familia Episcopi, officiales, & familiares, qui*

qui dicuntur in iudicio defensati, in foro, & in tributis.

3 *Familia Nunciorum Papæ, & Sanctæ Inquisitionis quæ quoad forum contentiosum, & tributa? remissiuè.*

4 *Reges num facere valeant, statuta, ne familiares Laici Episcoporum, Nunciorum, Inquisitorum, & Cardinalium gaudeant immunitate fori, & gabellarum remissiuè* num. 5.

6 *Monasteria Religiosorum inquam pluribus casibus exempta sunt à Iurisdictione Episcopi remissiuè; & sic fortius à Iurisdictione Archidiaconi, seu alterius Prælati inferioris*, n. 7.

7 *Archidiaconus in Religiosos nullam habet Iurisdictionem, nisi aliter consuetudine sit introductum.*

8 *Consuetudo aliorum locorum est spectanda, quando non adest propria loco.*

9 *Consuetudo vnius ciuitatis, vel loci, extenditur ad loca, & oppida particularia illi subiecta, quæ non habent consuetudinem propriam.*

10 *Rescriptum vnis concessum extenditur ad alios remissiuè.*

11 *Testes antiquiores præferendi sunt remissiuè.*

12 *Testes Domestici probant, vbi adest difficultas probationis remissiuè.*

13 *Seruitia terminata suis terminis sunt contenta.*

14 *Archidiaconus inter cætera habebat curam in Ecclesia pecuniæ distribuendæ.*

15 *Archidiaconus dicebatur vnus ex septem Diaconis qui custodia rerum sacrarum præerat & de homicidiis ac aliis inquirebat.*

16 *B. Laurentius vocatus fuit Archidiaconus à Prudentio quia votas opes dispensabat.*

17 *Archidiacono quæ licita sint quæ non & de Archidiacono pranestino remissiuè.*

1 QVIA textus hic capitalis admodum est, qui quotidie allegatur pro adiuuandis familiaribus Episcoporum, Prælatorum, aliorumvè exemptorum, siue à Iurisdictione Regia, siue ab alia qualibet ordinaria in verbis quidem sequentibus in vers. *petiit insuper*, circa medium in verbis sequentib. *Specialibus ipsius Archiepiscopi, & hominum, ac familiæ suæ causis dumtaxat exceptis, &c.* per quæ notant communiter DD. quod familia Episcopi gaudet priuilegio fori, vt docet Barbosa hic cum Capicio, Antonio de Nigris, Calcano, Natta, Burgos. Sbrocio, Alderan. Mascard. Iacob. de Graff. Thesauro, Capella Tholosana, Bursatu, Marsilio, Claro, Maranta, Bossio, Belluga, Deciano, Farinacio, Ioanne Aloys. Leone, Graffis, Zerola, Francisco Leone, Villalobos, Stephano Gratiano, Mario Antonio, Belletio, Squillante, Acugna, Tretacinquio, Marta, Campanillo, Giurba, Aurelio, Augustino Taurel. & ipse etiam Barbosa *de Officio Episcopi p. 3. alleg. 107. num. 9.* vers.
2 *familia Episcopi.* † Et hic addat quod de familiâ Episcopi dicuntur fiscales, Nuncij, siue Cursores, Carcerum Custodes, Versellus, Birruarij, & his similes, ac Notarij Episcopi, referens duas amplas declarationes S. Congreg. primam 25. Aprilis 1614. in fauorem cuiusdam Capitanei, vel Varisellí Episcopi Soram Carceribus mancipati per Ducem Ciuitatis Soræ. Aliam anni 1614. in mense Decembris, quæ censuit officiales prædictos, vti familiares Episcopi, fori priuilegio, gaudere, & ad personalia ciuitatis munera minimè teneri, ae aliam etiam S. Congreg. 6. Augusti 1602. quæ mandauit Episcopo Otunen. ne suspenderet censuras latas, & publicatas contra Gubernatorem Laiciani, nisi prius relaxato è carceribus eius Notorio, Regiis Hostatoriis, ac aliis quibuscumque non obstantibus.

Ideò vt exactè hanc conclusionem porrigas 3
etiam ad familiam Nunciorum Papæ, ac Sanctæ Inquisitionis, & quinam familiares dicantur, tam ad forum contentiosum, quàm ad tributa, & gabellas exempti, leges quas iam scripsi quæstiones, vt subsequuntur, videlicet, *An Episcopus possit cognoscere contra Laicum commensalem suum? in cap. cum contingat 13. de foro comp.* vbi *num.* 2. de intellectu textus nostri, vbi *num.* 5. *Quod fiscales, Carcerarij, Commissarij, Magistri, Lectores, & Notarij Episcoporum gaudent immunitate*, & *num.* 10. vbi de aliis officialibus, & *ibi quæst.* 11. vbi de quæstione: *An Inquisitores possint iudicare inter suos commensales, & familiares, etiam Laicos?* & de familiæ exemptione, tam Episcopi, quàm Inquisitorum, ne iudicentur ab aliis, quàm à suis propriis Iudicibus, ego latissimè in allegatione, quam feci pro Tribunali Sanctæ Inquisitionis Vallisulet. anno præterito 1648. contra Prætorem illius ciuitatis posita post indicem generalem *dicti tituli de Iudiciis, & foro competenti*, & insuper *in dicto cap. 13. de foro*, quæstionem sequentem, *an Cardinales possint cognoscere de suis familiaribus?* & ibi quæst. 12. *qui propriè familiares dicantur ad effectum gaudendi immunitate, & qualiter probetur?* Et alibi alia plura. Et ibi in alia allegatione quoad tributa, & gabellas notaui plura.

Et an Principes, & Reges queant facere leges, 4
aut statuta, vt familiares Laici Episcopi, Clerici, siue alterius Dignitatis, seu personæ Ecclesiasticæ, non gaudeant priuilegio fori Ecclesiastici; & vt nec gaudeant famuli Laici Legati Nuncij Pontificis. Et quid ne gaudeant famuli Cardinalium inquisitioni Episcoporum, siue Clericorum, ego idem latè *in cap. Ecclesia Sancta Maria 10. de constitutionib.* vbi infinita an familiares prædictorum gaudeant immunitate quoad tributa Regia?

Et de intellectu nostri textus in præcitatis lo- 5
cis; item & *in dicto cap. 13. de foro comp. quæst. 2. num. 6.* & videbis plura *in cap. ex parte 15. eodem tit. & ibi q. 14.* de foro scholarum *q. 15. & 19.* de foro militum, *& q. 17.* an publicè pœnitentes, & ad fidem nuper conuersi gaudeant priuilegio miserabilitatis? Et applicabis quæstionem, *An Episcopus possit habere familiam armatam ad capturam, & ad executionem sententiæ?* infra dixi *in cap. cum non ab homine 10. de Iudiciis quæstione 14.*

Et quatenus in prima parte textus nostri deci- 6
ditur quod Archidiaconus in Monasteriis iurisdictionem non habet, nisi quantum ei tribuit Generalis; vel specialis consuetudo, vt colligit Barbosa *hic num* 1. ex Abbate, Zabarella, Collect. Bellamera, Ioanne Andrea, Anania, Butriu, Henric. Anchartano, Panormitanu, Viuiano,

Alagona, & Gimenez hic possunt coniungi quam plura specialia priuilegia concessa Monasteriis, & Religiosis, quorum causæ non solùm sint exempti à iurisdictione Episcopi inquam plurimis casibus, de quibus alibi.

7 Verum, & maiori ratione à Iurisdictione Archidiaconi, seu alterius Prælati, aut Dignitatis inferioris Episcopo, nisi consuetudine fuerit introductum, quia iam tunc in vim consuetudinis, quæ est potens ad dandam Iurisdictionem iudici competenti per illa, quæ dixi latè *supra tit. de consuetudine in cap. 2. de iudiciis quæst. 2. & 3. in cap. 8. eodem cap. 9. de foro competenti, & in cap. si Clericus Laicum eodem titulo, quæstion. 2.* & ibi *in cap. ex suscepto quæst. 2.* vbi, *An consuetudo, seu præscriptio facere possit, vt Ecclesiasticus acquirat Iurisdictionem in Laicos, etiam inscio Principe*, & alibi sæpius.

8 Et quia in glossa vers. *Abbatis*, aduertit Barbosa *num. 4. & 5.* cum aliis, vt consuetudo aliorum locorum sit spectanda; quando particularis
9 deficeret. † Inferens *num. 5.* quod consuetudo vnius ciuitatis, vel loci, extenditur ad loca, & oppida particularia illi subiecta, quæ non habent consuetudinem propriam, nisi consuetudo esset alicuius Ecclesiæ particularis, quæ tum non extenditur ad alias Ecclesias; ideò adiunges quæ dixi *supra de consuetudine in Rubrica sub quæstione 3. ibi*, in vers. *ad secundam*, & vers. *ad tertiam.*

10 Et per argumentum *in cap. significauit, & cap. Rodulphus de rescriptis*, applicando *ibi* dicta, quatenus loquuntur de extensione, aut restrinctione rescripti concessi vnis ad alios.

11 Item etiam quia in glossa ibi *maiores*, & ihi *ab antiquioribus*, resoluit Barbosa cum Tyraquello, Mascardo, Menochio, Farinacio, & Cardoso *ibi num. 6.* quod testes antiquiores maximè sunt præferendi; ideò adiunges, quæ dixi *sub tit. de testibus*, vbi quanta sit fides testibus antiquioribus adhibenda potius quàm modernis *in cap. 32. quæstion. 1.* ibi vers. *quare à num. 4. & ibi à num. 11.*

12 Et in dicta glossa ibi, *Quæ Domi geruntur facilius probantur per Domesticos, quàm per alios*; quia licet testes Domestici non probent, tamen vbi adest difficultas probationis ratione temporis, vel loci, vel in his, quæ occulrè fiunt, plenè probent; ideò quoad vtrumque casum adiunges quæ latè dixi de testibus Domesticis, tam ad probandum matrimonium, quàm ad alia facta, *in cap. quoties 5. de testibus*, vbi an consanguinei possint esse tastes *ibi quæst. 1.* vers. *ad secundam, & ibi à num. 1.* de restibus familiaribus, & amicis, & de testibus Domesticis *à num. 24. & numero 32. & à numero 42.* vbi quid si testes de Domo.

13 Et quia in vers. *ad iudicantes*, quatenus idem Barbosa *hic num. 3.* notat cum Tyraquello *de nobilitate cap. 37. num. 137.* quod seruitia terminata suis terminis sunt contenta, ideò pro exornatione, & disputatione adiunges quæ adduxi *in cap. de quarta de præscript.* vbi de extansione seruitutis præscriptæ; at quia verba textus nostri ibi: *Si verò de præmissis constiterit per eosdem eandem iurisdictionem dumtaxat adiudicantes eidem in Monasterio prædicto, quam ipsum, vel prædecessores suos in Monasterio, vel in eisdem Abbatiis habuisse constiterit super aliis ei perpetuum silentium imponentis*, videantur tëdere ad decisionem, dubij propositi in textu nostro, quibus illi respondet Honorius III. sub distinctione in puncto iurisdictionis acquisitæ ab Archidiacono in Abbatem, & Monasterium; & quod amplius non porrigatur; ideo possunt hic adiici quæ dixi de præscriptione iurisdictionis *in cap. cum non liceat 12. de præscriptionib. quæst. 2. à num. 1.* vbi qualiter iurisdictionis præscriptio contingat contra Regem, & alios inferiores Dominos. Et de aliis *sub dict. cap. de quarta.*

Pro complemento totius materiæ quod Archidiaconus pecuniæ distribuendæ curam inter cætera habet in Ecclesia, vt dicit Cujacius *in nouella 123.* & idcirco iussum sit apud Maiorianum Imperatorem in nouella 2. de Episcop. Iudic. quod Archidiaconus mulctam inferat ei, quem fecerit Clericum Episcopus inuitum, & amplius etiam qnod Archidiaconus gerebat negotia sæcularia, & ad Episcopum referebat, vt S. Ferrandus Archidiaconus Carthaginensis in procemio Paræneтici, ad Rheginum dissipatum affirmaoit, quod vt sequitur, ac refert Anastasius Germonius *de Sacr. immunit. lib. 2. cap. 2. num. 5. & 6.* colligit ex consuetudine Ecclesiæ Græcæ. † Et ex Ni- 15
cæno Concilio *Can. 62.* vbi vnus ex septem Diaconis, Archidiaconus dicebatur, qui custodiæ legum sacrarum præerat, & de homicidiis, & aliis eiusdem generis criminibus inquirebat. † Imò 16
& refert idem Anastasios, vt prudentius Beatum Laurentium, quem è septem viris primum vocet videlicet *Archidiaconum*, dicens votas opes dispensare quem industrium exoptant Hieronymus, & Sidonicus ille in epistola ad Euagrium, & in epistola ad Domnulum; & idem Gratianus de hacre copiosè in Parathlita huius tituli. 14

Et licet Ægidius Bellameta *in hoc cap. 1. num. penultimo*, recenseat laconicè prius ab eo dicta, nempe quæ sint Archidiacono licita, & ex officio incumbentia; quænam ei prohibeantur. Tamen quia plenè nos sub Rubrica, & sub Rubro, *hic* latè scribimus; ideo ex ibi dictis huic tractationi vltimam manum imponimus, dicendo quod etsi Archidiaconus Prænestinus non teneatur ad onus Cameratus ex Sacra Congreg. Rituum in Præstina 13. Iulij 1619. & contrarium resolutum fuisse in eadem Sacra Congregat. Rituum in Rhemens. 9. Maij 1609. refert Barbosa *in Bullario* verb. *Archidiaconus Prænestinus*, idem *in collect. decis. 40. eodem verbo num. 30.* de quo etiam restatur Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 3. tit. 3. num. 22.* & de hac materia Archidiaconorum, potestate, ac authoritate; item & præcedentia cum multis Laurentius Vrselius *de foro liuio litt. A*, verb. *Archidiaconus*, qui nonnullos congerit casus. 17

AD

AD RVBRICAM ET TITVLVM.

De Officio Archipresbyteri.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyter sic dictus quasi primus, seu Princeps Presbyterorum, & Sacerdotum, & dictus etiam à Presbyteri nomine*, vt num.3.

2 *Archipresbyter à plerisque vocatur Decanus Presbyterorum, &* n.4.

3 *Presbyteri nomen est Gracum, Latinè dictus* Senior.

6 *Archipresbyter dicitur quasi Parochialis Sacerdos omnium post Episcopum in administratione Sacramentorum.*

7 *Presbyteri nomen, non solum est atatis sed & Dignitatis.*

8 *Sacerdotum, alij sunt Episcopi, alij Archiepiscopi seu Metropolitani, alij Primates alij Summi Pontifices ordinati in Ecclesia ad imitationem Flaminum, Archiflaminum, & Prothoflaminum gentilium, vt aliqui existimant. Quid verius*, n.9.

9 *Pralatorum Ecclesiasticorum gradus ad caelestis Hierarchia similitudinem fuerunt instituti.*

10 *D.Petrus ad abolendam Idolorum memoriam ordinauit, vt in locis, vbi impiè Gentilium Flamines sacra faciebant, ibi nostri Sacerdotes diuerso tamen ritu, &* q.1.à n.39. *latè* cap. de illis dist.80. & q.1. *vers.* ad secundam, *& ibi in vers.* ad quartam, à n.39. & q.2. *vers.* ad vltimam.

11 *Roma deiecta summa idolatria Pontificatu subrogatum fuit totius terrestris Sanctitatis Christiana caput, Pontifex scilicet dictus maximus omnium Sacerdos, & Antistes.*

12 *Archipresbyter iure antiquo post Archidiaconum primus dicitur.*

13 *Archipresbyteri officium in Cathedrali, est primo curare, vt cateri Sacerdotes Diuina Officia, & Missas ritè celebrent, ac rectè viuant.*

14 *Archipresbyter distribuit inter Canonicos, & dignitates Missas solemniores celebrandas, seruata omnium prarogatiua, & honore.*

15 *Archipresbyter, qui nolit, aut non possit celebrare, neque pro suo arbitrio alteri Missas delegare.*

16 *Archipresbyteri substitutus non debet cantare Missas qua ad Archipresbyterum pertinent in locum, & honorem incensi, & pacis ipsius percipere.*

17 *Archipresbyter est manutenendus in sua possessione celebrandi Missas, absente Episcopo, non obstante contradictione Vicarij.*

18 *Archipresbyter tenetur ex officio, assistere Episcopo solemniter celebranti, & Sacerdotibus tunc pracipere, vt sacris vestibus se induant, & quomodo ad Missam procedere debeant.*

19 *Archipresbyter in absentia Episcopi, vel ipso infirmo, habet fontes benedicere, pœnitentiam, aliaque Sacramenta ministrare.*

20 *Archipresbyter in Feria 4. Cinerum, habet cineres imponere, & in feria 5. Cœna representare Episcopo reconciliandos in Ecclesia ingressu.*

21 *Archipresbytero incumbit specialiter cura in communione Corporis, & Sanguinis Domini.*

22 *Archipresbyter adiuuat Episcopo in his, qua ad munus Sacerdotis spectant.*

23 *Archipresbyter in iure dicitur duplex. Vnus Vrbanus, qui praest in Cathedrali, aut Collegiata. Aut ruralis, qui ruri Ecclesia praest qui propriè videtur dici* Decanus, *& quare*, n.24.

24 *Decanus facta translatione à perfectione denary numeri, solet ita appellari omnis ille, qui alicuius ordinis primus est.*

25 *Presbyteri olim erant qui hodie Episcopi; sic vt essent hac nomina synonima, quod communi administratione regerent Ecclesia.*

V I A *supra in Rubrica quæst.1.& tit. de officio Archidiaconi*, dixi nonnulla de differentia, quæ adest inter Archi- 1
presbyterum, & circa quæ, & qualiter ad inuicem soleant inter se præcellere respectu aliquorum officiorum, ac rituum, vbi de intellectu, *cap.1.hic*, vbi habetur quod quamvis Archipresbyter maior sit ordine, quando is tantum est Diaconus, tamen eo minor dicitur in Iurisdictione, & Dignitate spectato iure communi, nisi aliter consuetudine, aut priuilegio sit in stylo, vt *ibi* dixi, etiam nunc sese offerat agere de officio Archipresbyteri, qui vt ibi dixi; talis inquam denominetur, quasi primus, seu Princeps Presbyterorum, vel Sacerdotum. † Et â pleris- 2
que Decanus appelletur, vt agnoscunt DD. *in cap. ad hac 7. dist. tit. de officio Archid.* ideo non solùm scribentes agunt simpliciter in hac Rubrica de Archipresbytero, sed etiam de aliis Sacerdotibus, quibus præsunt, Petrus Greg. *1.p. Syntagmat. Iuris lib.14.cap.21.n.1.*

Vbi ait quod à Presbyteri nomine, Archi- 3
presbyter dicitur, qui Sacerdotibus, siue Presbyteris, certis quibusdam de causis præponitur, Marta *in vet.decis.nouis vete 77.num.fin.* Reginal. *in praxi lib.30.tract.n.49.vers.6.* † Qui & vocatur 4
inde Decanus Presbyterorum à Rota *decis.* 533. *num.2. part.2. recent.* Andreas Valens.*hic*, Ioannes Honor. & alij recentiores, † Dicentes etiam 5
nomen *Presbyteri*, quod est Græcum, Latinè dici *seniorem*, vt docent etiam *de vero, & perfecto Clerico lib.1. cap.11.* Vasquez *de ordine disp.236. cap.9.à num.36.* Petrus Gregor. *part.2.Syntagmat. lib.16. cap.* 8. Galganetus *de Iure publico lib. 3. tit.23.n.1.* Barbosa *de officio Episcopi p.1. alleg.14. num.7.* idem, & omnes per textum *in cap. Cleros dist. 21.* in vers. *Presbyter.* † Quare optimè *in* 6
cap. dist. 50. cap. officium hoc titulo, vbi glossa verbo *aforis* dicitur quasi Parochialis Sacerdos omnium post Episcopum in administratione scilicet iuramentorum, Barbosa *de Canonic. & c.6. n.18. & de Iure Eccles.1.p.c.35. eodem n.18.*

7 Et cum etiam nomen *Presbyteri*, non solum sit nomen ætatis, verùm etiam Dignitatis, & eorum, qui *Sacerdotes* vocantur, qui dicuntur Presbyteri, non solum ob ætatem, vel decrepitam senectutem, sed ob Dignitatem, & honorem, quem acceperunt, *dict. cap. Cleros in dicta §. Presbyter*, cum venerabilis quidem senectus, & gloria, senum sit canities, quæ Sapientiam designet (Iuxta quæ dixi, *supra de temporib. ordin. & qualitate, & ætate ordinandorum*, dum egi de ætate, vt Presbyter quis ordinetur) & *in cap.*
8 *porro dist.* 94. vbi DD. & hac etiam de causa. † Et
Sacerdotum alij sint Episcopi, alij Archiepiscopi, seu Metropolitani, alij Primates, alij Patriarchæ, alij summi Pontifices, vt discretè loquitur Gratian. *in princip. dist.* 21. *§. inter eos*; dum ait ordinationem gentilium, eorumque flaminum, Archiflaminum, & Protoflaminum D. Petrum ordinasse Ecclesiasticorum Prælatorum gradus, vt ait etiam Clemens Papa ad Iacobum *epistola* 1. relatus *in cap. in illis*, vbi DD. *dist.* 8. ex quo ita colligunt Boetius *de authoritate magni Consi.* 1j *num.* 44. *ad finem* Petrus Gregor. *lib.* 15. *Syntagm. iuris cap.* 11. *num.* 11. Henriquez *in summa lib.* 10. *cap.* 30 *in principio.*

9 At quia Prælatorum Ecclesiasticorum gradus ad cælestes Hierarchiæ similitudinem institutos fuisse magis pium, & Christianæ religionis consentaneum videatur, potius est, vt dicamus, vt quemadmodum Triumphali Ecclesia sunt Angeli Troni dominationes, & Principatus; ita & Congruentissimo in militante ministrorum Ecclesiasticorum officio, distinguantur per Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & cæteros gradus, de quibus, *in dicto cap. Cleros*, sigillatim habetur, vt comprobant Pigh. *de Ecclesiast. hierarch. lib.* 7. *caput.* 1. Rossiæ *in tract. de preeminentia Archiepisc. Dignitatis in præfatione à principio.*

10 Indeque communiter DD. notant, vt non obstat dictum ex Clem. Papa relato, *in dicto cap. in illis dicta dist* 80. cuius authoritatem explicant ex D. Ambrosio, *in cap. Beatis* 2. *q.* 3. & Leone Papa *in Sermone* 1. *de natali. Petri*, vt D. Petrus ad abolendam Idolorum memoriam ordinarit, quod in illis locis, in quibus impiè eorum flamines Sacra faciebant eisdem nominibus, diuerso tamen, Sanctoque Sacerdotio, veri, &
11 Sancti Sacerdotes constituerentur. † Sicut &
Romæ detecto summo idolatriæ Pontificatu subrogatum est caput totius terrestris Sanctitatis, scilicet Christianæ Religionis Pontifex sic dictus id est, *Maximus Sacerdos*, cum ipse faciat sacerdotes, & leuitas, ac distribuat, & disponat officia, & Ecclesiasticos ordines, qui & communiter dicitur *Antistes*, idest qui ante stat, vt Doctores docent per textum *in dicto cap. Cleros dist.* 21. *vers. ipse & Pontifex maximus*, & vers *antistes*, Barbosa *ibi numer.* 18. & 19 cum Durando *de Diuinis Offic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 4. & 5. idem cum aliis *de officio Episcopi p.* 1 *cap.* 1. *numer.* 4. & 6. ibi legendus, de quibus quidem, & de Presbyteris simplicibus, omniumque eorum Officio dico cum nonnullis de Sacerdotibus veteris legis; item & gentilitatis, siquidem hic locus est aptior, quam alibi ex proximè consideratis.

12 Ergo redeundo ad Rubricam de officio Archipresbyteri dico, ideo subsequi hunc titulum post tit. *de officio Archidiaconi*, quia sicut olim post Episcopum Archidiaconus honore, & Dignitate, Iurisdictioneque primus erat (vt in eo tit. Latissime dictum est,) sic post Archidiaconum proximus sit Archipresbyter; indeque fieri, vt illico à compilatore Iuris Canonici de hoc titulo inscriberetur, vt notant ordinarij hîc, & Azor. *instit. moral. p.* 2. *libro* 3. *cap.* 15. *quæstion.* 1. Sebastian. Cæsar *in collect. de Ecclesiast. hierarch. disputatio.* 12. *§.* 2. *numero primo.* Anton. Fabricius *in praxi beneficiali tit. de benefic. cum Dignit. numer.* 30.

Officium verò Archipresbyteri ciuitatis in 13
Cathedrali Ecclesia de iure communi est primo curare, vt cæteri Sacerdotes Diuina Officia, & Missas rite celebrent, & eorum vitæ, & moribus correctioni post Episcopum, sicut Archidiaconus cæteris Clericis, & eorum necessitatibus prouidet *cap. perlectis*, vers. *Archipresbyter dist.* 25. *cap.* 12. & 3. *hoc tit.* Azor. *dict. cap.* 15 *quæst.* 3. Valer. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *cap.* 3. *numer.* 49. vers *sexta*, Ascan. Tambutin. *de iure Abbat. tom* 1. *disp.* 25. *quæst.* 4. *num.* 3. Michaël Ferrus *in tract. de precedent. quæst.* 6. *numer.* 1. Galganetus *de iure publico*, *lib.* 3. *tit.* 22. *à n.* 3. Sebastian. Cæsar *dicto §.* 2. *numer.* 1.

Secundo distribuit inter Canonicos, & Dig- 14
nitates missas, non semper vni, sed successiue per ordinem, semper solemniores inter Dignitates, & solemnes inter Canonicos seruata Omnium prerogatiua, vt homnes honorentur, prout censuit Sacra Rituum Congregatio in Tarentina Cypraliarum 27. Februarij 1610. & eadem Tarentina Cypraliar. 24. Octobr. 1609. fuit resolutum, quod ipso impedito talis distributio pertineret sequenti Dignitati, & quod deficientibus ceteris Digni-
tatibus, sequenti Canonico. † Et sic per ordinem 15
successiuè, taliter vt si ipse non potuerit aut noluerit celebrare, non possit suo arbitrio Missas alteri delegare; nam tunc subintrant ordine dicto eius locum; & sic docet post alios Barbosa *de Canonicis* 1 *p. cap.* 6. *ex num.* 9. *de iure Ecclesi. cap.* 35. *ex eodem num.* 9. *in collect. decis.* 42. verbo *Archipresbiter numer.* 10. & *in Bullario eodem verb.* verso *Archipresbyter si non potuerit.*

Ex quo fit vt Archipresbiteri substitutus non 16
debet cantare missas, quæ ad Archipresbyterum pertinent, nec locum, & honorem incensi, & pacis ipsius Archipresbyteri percipere ex Sacra Congregat. Rituum in maguen, nullus 14. Decembris 1602. quam referunt Barbosa *in dicta collect.* 42. *decis. numer.* 11. idem *in Bullario supra* vers. *Archipresbyteri substitutus*, & ante illum Aldan. *in
compendio Canon resol. lib.* 3. *tit.* 5. *numer.* 17 † qui 17
& manutenendus est in sua possessione celebrandi Missas, absente Episcopo, non obstante contradictione Vicarij ex dicta Sacra Rit. in Tranen. Februarij 1604. de qua testatur Sellius *in selectis Canonic. cap.* 18. *num.* 44. & post eum Barbosa *in dict. collect. decis.* 42. *num.* 6. & *in Bullario*, dict. verbo *Archipresbyter manutenendus.*

Secundo spectat ad eius Officium assistere 18
Episcopo solemniter celebranti, & sacerdotibus tunc præcipere, vt Sacris se vestibus induant, & quomodo ad Missam procedere debeant, vt DD. docent *infra hoc tit.* per textum *in cap. Officium*, Azor. *dict. cap.* 15. *quæst.* 3. & absente, vel infirmo Episcopo ad vicem eius Missarum solemnia, & Diuina Officia celebrare, vt *in cap.* 1. & 2. *hoc cap. Pontifices vbi glossa* 7. *quæstion.* 1. & *dict. cap. perlectis dist.* 25.

Tertio

19 Tertio in absentia Episcopi, vel ipso infirmo, fontes benedicere, & pœnitentiam, aliaque Sacramenta pro ipso Episcopo ministrare habet, *dict. cap. 2. hoc tit.*

20 Quarto Feria 4. Cinerum, cum pœnitentes ab Ecclesia expelluntur eorum capitibus cineres imponere; & Feria 5. in Cœna Domini, cum reconciliantur in ingressu Ecclesiæ, eos Episcopo repræsentare, vt habetur in Pontificali Romano, *p. 2. tit. de expulsion. publicor. pœnit. feria 4. Cinerum. pag. 543.* Castaldus *in praxi cere-*
21 *mon. lib. 1. sect. 8. cap. 7. n. 5.* † Cui etiam incumbit Specialiter cura in communione Corporis, & Sanguinis Domini, vt *in dicto cap. officium hic iuncta glossa ibi*, Azor. *supra dict. cap. 15. quæstione 3.*

22 Quinto dicendum est, vt quemadmodum Archidiaconus Episcopo in his, quæ ad ministri officium pertinent ex officio, adiuuat, ita & Archipresbyter in his quæ ad munus Sacerdotis spectant, eidem inseruiat, vt *hic in cap. 1. 2. & 3.*

23 Archipresbyter in iure dicitur duplex, vnus quidem vrbanus, de cuius officio iam proximè est dictum, qui præest in Cathedrali aut collegiata modo dicto, & aliis inquam modis infra in Rubro referendis. Alius autem ruralis; siue foraneus, qui ruri Ecclesiæ præest Parochiali, seu Plebaniæ, vt *in cap. si in plebibus 63. dist.* qui & propriè videtur dici *Decanus*, vt iam insinuaui, *in cap. ad*
24 *hæc 7. in fine de officio Archidiaconi.* † Non quod necessario decem præesse debeat; sed quia facta translatione à perfectione denarij numeri, Decanus soleat appellari omnis ille, qui alicuius ordinis primus, & præcipuus est: sic Petr. Gregor. *dicto lib. 15. Syntagm. cap. 21. num. 13.* Sebastian. Cæsar. *de hierarch. dict. cap. 3. disp. 12. §. 2.* Valet. Reginald. *supra*, & Barbosa *de Iure Eccles. dict. 1. p. cap. 25. num. 6. & 7.* idem *de Canonic. dict. cap. 6. eodem num. 6. & 7.* Michaël Ferrus *cap 6. de precedent. Archipresbyt. num. 5. & 6. & infra in cap. fin. hoc tit.* disputatur de istis, an habeant Dignitatem, ac de aliis, quæ hic deficiunt inueniuntur sub Rubro nostri tituli. Nunc vero iam ad alia de Presbyteris, & Sacerdotibus, quibus præest Archipresbyter, & prius de Sacerdotibus legis antiquæ, ac Gentilium.

25 Et quia olim Presbyteri idem erant, quod hodie Episcopi, DD. per textum *in cap. olim dist. 91.* & quod antiquitus Episcopus, & Præsbyter essent Synonima, & communi administratione regerent Ecclesias, glossa magna in fine *cap. legimus dist. 93.* Patianus *de probat. lib. 2. cap. 28. num. 113. & 116.* & alij Doctores in dictis iuribus; ideo rectè sub *hoc titulo*, de Papa, & aliis Dignitatibus Sacerdotalibus, ac Episcopalibus, ac Canonicalibus infra agitur.

QVÆSTIO I.

An Presbyteri, & Sacerdotes subsint Archipresbytero? Et quale sit eorum officium in Ecclesia Catholica Romana? Et qua de causa potuerit dicere Clemens Pontifex Presbyteros, & Sacerdotes legis Euangelicæ ad imitationem Gentilium creatos fuisse à D. Petro? Vbi de Sacerdotibus gentilibus, & antiquæ legis, & quo in honore fuerint? Item de Pontificibus illius temporis, ac nostro Romano Pontifice, qui dicitur summus Sacerdos? Vbi qui dicantur in Ecclesia Copiatæ, siue Decani, aut Parabolani, & quale officium istorum, & de Decania, siue Diaconia.

SVMMARIVM.

1 *Præsbyter propriè dicitur qui habet curam animarum post Episcopum*, vt n. 2.

3 *Presbyteri nomen conuenit etiam Simplici Clerico.*

4 *Gentiles, qui multas Deorum naturas excogitarunt, sic & viuas templorum formas Diis præpararunt aptiores eorum naturæ*, numero 5.

5 *Templa à gentilibus ædificabantur, & dedicabantur, vt Deorum Domicilia fierent, in hisque Sacerdotes effunderent preces Sacra offerent, Sacrificia procurarent, vota susciperent, religiones interpretarentur, ac omnem cultum Diis exhiberent.*

6 *Sacra antiqua à Sacerdotibus solum peragi permittebant*, & n. 7.

7 *Sacerdotes gentilitatis fiebant, qui erant viri probi, nobiles, ac prudentes.*

8 *Sacerdotibus pluribus opus esse gentiles, quasi eorum religione diligentius vrbs, quam ipsis manibus Cingeretur.*

9 *S. Petrus ad imitationem gentilitatis posuit in ciuitatibus, & prouinciis, vbi gentiles posuerunt flamines, qui primi legis Doctores erant, & alios Patriarchas, Archiepiscopos*, & num. 10. in fine, *vbi quare ita posuit.*

10 *Respublica existimata felix, in qua erant Sacerdotes gentiles, felicior existimatur Christiana, in qua sunt Sacerdotes Euangelici.*

11 *Flamines, Archiflamines, &c. qui fuerint.*

12 *Sacerdotes apud Romanos tempore gentilitatis in rebus politicis digniorem obtinebant locum; sic vt interessent apud Græcos publicis Consiliis*, vt n. 13.

13 *Sacerdotibus præsentibus omnia publica proponebantur Consilia à gentilibus.*

14 *Sacerdotibus ciuitates honorem dederunt; quia ij bona à Diis, non sibi tantum, suisque amicis, sed in communi omnibus ciuibus precabantur.*

15 *Reges apud Ægyptios è Sacerdotibus, aut è*

dum ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias dare, seu *Reuerendas*, vt aliqui vocant, nisi fortè ordinandus ratione beneficij sit coarctatus, vt docent infiniti, quos refert, & sequitur *in dicto cap.* 10. Barbosa, & ante eos Marcilla, & Farin. *ibi*, idem Barbosa *in dicto cap. nullus de temp. ordinat. lib.6. num.18. & 19. & in pastorali dicta alleg.7. à num.10.* & *alibi*, ipse *in collect. decis. Bullario, & de Iure Eccles.* cum multis, quibus fauent Homobon. *de exam. Eccles. p.1. tract.2. c.1. q.6. ad finem*, idem Barbosa *de Canon. cap. 42. num. 125.* Moneta *de commut. vltimarum volunt. cap.10. à num.164.* Riccius *in praxi aurea res.100. & decis. Curiæ Archiep. Neapolit. decis.185. p.4.* Ragus. *de voce Canon. q.39. num.2.* Ludouicus *q.2. de ordine art.2. dub.3.* Machado *de perfecto Confess. tomo 2. lib.4. p.4. tract.1. docum.7. num.2.* Maiolus *lib.4. cap.5. num.5. de irregul.* Philibertus *tract.1. p.6. cap.3. num.12. & 22.* Leander *dict. tract. 6. de ordine disp.10. q.4.* dicentes idem negari etiam Vi-
22 cario Capituli, sede vacante. † Solùmque excipi collegium Cardinalium, quod, sede vacante, possit statim dimissorias procedere.

23 Ex quibus, & aliis patet quàm benè Pontifex hic *in dicto cap. significasti* 8. deneget Archidiacono facultatem dandi alicui litteras dimissoriales ad ordines; itavt & qui sic ordinetur, interdicatur vsus ordinum ab Episcopo, vt colligunt antiqui *ex dicto cap.* vbi Abbas, Zabarel. Colect. Ancharran. Bellamera, Ioan. Andreas, Hostiens. Innocent. Panormit. Anania, Butr. Viuian. Alagona, Gimenez, & Barbosa *hic*, ac Sbrocius *de Officio Vicarij lib.2. q.41. num.13.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.3. cap.14. q.2. vers. deinde*, Galganetus *de iure publ. lib.3. tit.21. num.8.* sic ex dicto textu desumentes, & *ex dicto cap.10. Trid. sess.23.* vbi loquens de Capitulo concedente, subiacet illum Ecclesiastico interdicto; & sic ordinatus si in minoribus ordinibus constitutus fuerit, nullo priuilegio Clericali gaudeat, præsertim in criminalibus, in maioribus autem ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Prælati sit ipso iure suspensus, eandemque renouauit pœnam Trid. *in dict. cap. 10. dict. sess.23.*

24 Ad tertiam quæstionis partem, an Archidiaconus valeat ordinandos examinare, & Episcopo præsente? quia pro extensione, & longa tractatione faciunt quæ dixi *supra de scrutinio in ordine faciendo*, & insuper *in cap. penult. & fin. de ætate ordinand.* ac *alibi* sæpius, vbi de scientiâ, moribus, & prudentiâ, requisitis in ordinandis, iam nunc in proposito dubio respondeo, quod cum isti actus sint de minoribus; ideò per textum *in dict. cap. vt nostrum 9.* & alios à glossa adductos, rectè decisú esse, quod Archidiaconus possit examinare, & præsentare ordinandos Episcopos: sic *in dicto cap. Ordinarij antiquus*; vt Abbas, Zabarella, Collect. Bellam. Ioan. Andr. Ancharran. Butr. Anania, Hostiens. Innocent. Panorm. Viuian. Alagona, Gimenez, & Barbosa *ibi*, idem cum aliis *de potest. Episcopi p.2. alleg.10. num.21. num.7.* interest enim Archidiaconi eos examinare, qui promouebantur ad ordines, quivè præficiebantur in Ecclesiis, eosque Episcopo offerre, vt docet Barbosa *in cap. ad hæc 7. hoc tit. vers. examinatio etiam Cleric. num.7.* cum Quaranta Sebastiano Cæsar, Azorio, & Campanillo, statim referendis.

25 Quare *ex dicto cap. vt nostrum hic, & ex cap. vnico de scrutinio in ordine faciendo*, dixerunt Petr. Gregor. *lib.15. Syntagmat. cap.20. num 6. vers. hic examinat*, Quaranta *in summ. Bullarij*, verbo *Ordo vers. subsequenter*, Azor. *supra dict. cap.14. q.2. vers. deinde*, Campanil. *in diuers. Iuris Canon. Rub.14. à num.15.* Castaldus *in praxi cæremon. lib.1. sect.8. cap.7.* Sebastian Cæsar *de Eccles. hierarch. p.2. disp.11. § 1. num.8. vers. cum*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract.1. num.49. vers. Archidiaconos*, Mar. Vulpeius *in praxi iud. fori Eccles. cap.34. n.20.* & alij, vt prædictum examen & presentationem ordinandorum Episcopo facere, offerendo illos nomine Sanctæ Ecclesiæ.

Quod si Archidiaconus interrogetur ab Episcopo, an sciat ordinandos dignos esse, & ipse respondeat affirmando per verba, *Scio, & testificor illos dignos esse*, DD. profitentur *per dict. c. vnico de scrutinio in ordine faciendo* (& vt ibi de aliis examinatoribus diximus) Archidiaconum non peccare; sic respondeodo; licet ipse non examinauerit; dummodo contra conscientiam non testificetur; quia quem indignum non nouit dignum existimare debet, vt nouissimè docent etiam Vulpeius *in praxi fori iud. Eccles. cap. 8. num.35.* Barbosa *de Canon. cap.5. num.22.* Et pro ampliatione adiunges quæ dixi *in cap. penult. & fin.* cum aliis antecedentibus de præsumpt. 26

Ad quartam quæstionis partem ex verbis *dict. cap. vt nostrum 9.* ibi: *Ponere Abbates, & Abbatissas in sede*, communiter DD. resoluunt etiam, vt virtute huius textus spectet ad Officium Archidiaconi, tanquam prima Dignitas de iure in Cathedralibus iuxta supra dicta, in sede suarum Dignitatum ponere; quia etsi, vt iam dixi *in c.1. hoc tit. q. 1. vers. ad tertiam, & quartam*, non possit Archidiaconus instituere authorizabiliter, vt ibi sed non prohibetur mittere institutos ab Episcopo in corporalem possessionem, quod est quid facti, & executionis, vt videtur in præsenti casu: ita docent Ordinarij iam proximè adductis 27
quare non amplius pergimus. † Ea namque, quæ sunt facti solent à minoribus Iudicibus exerceri, applicando hic quæ longè dixi *in cap. fin. de iudiciis q.2.* 28

Ad vltimam, an possit habere familiam armatam, vt habet Episcopus? supposito quod Archidiaconus dicitur oculus, & Vicarius Episcopi, & quod eius iurisdictio de iure est certa, vt dictum est *hic in Rub. & cap.1. cum cap. 7.* & aliis videtur inquam, vt eodem iure communi possit ad executionem Iustitiæ ad inquirendum in reos, & eos capiendos, & incarcerandos, habere familiam armatam, hoc est Notarios, Alguacelos, Birruarios, & alios ministros necessarios iuxta illa, quæ dixi de Episcopo *in cap. cum non ab homine de iud. q 14.* & in terminis videtur præter alia iura, quæ *ibi* adduco textus *in cap. cum Apostolus de censibus*, vbi ponens numerum euectionum, quo incedit in visitando Episcopus; item & consignat numerum quinque in Archidiacono, loquens etiam de aliis, qui illud ius habeant. 29

AD TEXT. IN CAP. VII. Mandamus, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconi quale ius habeant visitandi remissiuè.*

1 VIVS textus materia plenè *sub cap. 1. hoc tit.* est tractata vers. *ad secundam*, insuper pro praxi adiicies quæ dixi *infra in cap. fin. de libelli oblatione post quæst. 3. in §. 18.* vbi de processu fulminando per Visitatorem Ecclesiasticum; & quia de hoc iure latissimè *infra ago in cap. inter cætera 15. de Officio Iudicis ordin. & sub tit. de casibus*, quatenus ibi agitur in genere de visitatione facienda ab Episcopo; in specie autem de ea, quæ de iure potest fieri ab Archidiacono (etsi iam non sit in vsu apud plures Ecclesias propter dicta *in dicto cap. 1. & in Rub.* & aliis ionbus *hic*) dixi in dicto vers. *ad secundam*, & DD. agunt per Trid. *in cap. 3. sess. 24. de reformat.* vbi quale ius habeant visitandi Archidiaconi, Archipresbyteri, Decani, & alij in verbis sequentibus: *Archidiaconi autem, Decani, & alij inferiores in his Ecclesijs, vbi hactenus visitationem exercere legitimè consueuerunt, debeant quidem assumpto Notario, de eo sensu Episcopi deinceps per seipsos tantum visitare iuxta quæ dixi in dicto vers. hic repetenda; & sic non amplius.*

AD TEXT. IN CAP. VIII. Ad hæc, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Archidiaconus de iure communi dicitur habere curam animarum, & in foro contentioso*, n. 4.

4 *Archidiaconus volens probare apud se aliquam curam animarum, sufficiet vt probet eum administrasse Sacramenta incolis eiusdem Parochiæ*, n. 5. & 6.

5 *Cura animarum exercitiua per se, aut ab Archidiacono commissa.*

6 *Cura animarum probanda ab aliquo tertio in simplici Sacerdote alicuius Parochiæ qualiter contingat.*

7 *Archidiaconus circa Sacramenta quid possit remissiuè.*

10 *Archidiaconus qualem maioriam habeat post Episcopum remissiuè.*

11 *Archidiaconus omnem curam, & solicitudinem in Clericis, & in Ecclesiis qualem habeat remissiuè.*

1 EXTVS hic claudit quasi integram materiam de Officio Archidiaconi, & eius iurisdictione; sed quia *supra in Rub. & in cap. 1. ac aliis*, tota eius series explanatur; ideò repetendo hic versiculos, & assignando remissiones inuenies satis eius litteram, & decisionem perscrutari; in vers. ibi, *Consultus tua fraternitatis deuotio, quid ad Officium Archidiaconi debeat pertinere*, plenè *supra in Rubrica, & in dicto cap. 1.*

Et vers. ibi, *Imperat Subdiaconis, & Leuitis*, 2 clarè expenditur per dicta *in Rub q. 1.* statim post principium ex vers. *& quod Archidiaconus*, ibi probatur, quod præest Diaconis, & qui isti dicantur; item & Subdiaconis, & vtrorumque ministerio in versicul. *ad tertiam, in dicta quæstione 1.*

Et ibi, *Parœciarum solicitudo, & earum ordinatio debet ad ipsum pertinere*, faciunt notata 3 *supra in cap. cum satis 4. hoc tit.* de cuius intellectu dixi *in dicto cap. 1. dicta q. 1.* vers. *ad tertiam, &* vers. *ad quartam*; & sic in terminis nostri vers. dico cum Rota *in decis. 21. de præb. in antiquis*, & Rota *diuers. decis. 52. p. 2.* Riccio *collect. 1618. in medio super Speculatore in tit. de Off. Ordinarij §. 1.* quod Archidiaconus iure communi dicitur habere curam animarum; item quod eam curam habet etiam in foro contentioso. † Et sic addo quod si 4 Archidiaconus voluisset probare esse apud se aliquam curam animarum alicuius Parochiæ, videretur, vt sufficeret probare eum administrasse Sacramenta incolis eiusdem Parochiæ; eo quod iuxta commune ius Archidiacono incumbit animarum cura *ex dicto cap. cum satis*, & proximè adductis. Quod si verba huius vers. intelligas de visitatione, leges dictum vers. *ad secundam, dict. cap. 1. q. 1.*

Nec obstat dicere, vt Archidiaconus ratione 5 sui muneris non possit curam committere animarum, vt dicunt Azor. *instit. moral p. 2. lib. 3. cap. 14. q. 2.* vers. *atque hæc quidem*, Galganetus *de iure publ. lib. 3. tit. 21. num. 6.* Barbosa *de Canon. cap. 5. num. 31.* idem *de Iure Eccles. p. 1. cap. 34. dicto n. 31.* quia respondetur nos loqui de curâ animarum excitatâ per se, non quidem ab eo commissa, nec etiam, vt dixi *in dict. cap. q. 1.* vers. *ad secundam*, potest visitationem committere, sed per se visitare tenetur.

Nec iterum obstat dicere vt volenti probare 6 esse apud aliquem curam animarum alicuius Parochia, nisi probet eum ad id esse adstrictum, vt posset compelli, vt docent Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. glossa 6. num. 16.* Rota *decis. 42. num. 10 p. 2. diuers.* Zabarella per glossam in verbo *impendant, Clem. dudum. de sepulturis q. 9.* Imola *num. 32.* & Panormit. *num. 4. ibi* Mantica *decis. 48. num. 5.* & alij; quia respondeo hoc procedere in tertio volente probare aliquem Sacerdotem habere curam animarum alicuius Parochiæ, quod de iure non præsumitur in simplici Sacerdote, nisi aliter constet, cum sint plures Sacerdotes simplices, nec curam animarum habentes; secus in Archidiacono, qui de iure curam potest habere. † Quod 7 si dubites circa Sacramenta quid Archidiaconus possit, leges Vetallum *in decis. 357. p. 2.* quem etiam refert Riccius *supra.*

Et ibi, *Audire iurgia singulorum*; qualiter id 8 possit practicari dixi *supra in Rub. sub eius principia & in cap. 1. quæstione 1.* versicul. *ad vltimam*, & ante.

Et ibi, *Archipresbyteri*, qui aliàs *Decani nuncupantur*, de officio Archipresbyteri latè dico 9 *infra*

infra tit. sequenti, aliqua dixi *supra sub Rub. & q. 1. ibi* vbi de Decano, & Præposito, & officio illorum, *in cap. 1. de aetate, & qualit. ordinand. quaest. 1.*

10 Et ibi: *Maior post Episcopum, & ipsius Episcopi Vicarius*, repetitur de prædicta maioria io Ecclesiâ respectu aliarum Dignitatum, de iura communi dixi *supra in dicta Rub.* & quod Archidiaconus dicatur Vicarius Episcopi, dixi *ibi & in dicto cap. 1. à num. 1.* Et qualiter differat à Vicario generali, seu foraneo Episcopi? ibi in vers. *ad sextam*, & *ad septimam*.

11 Et ibi, *Omnem solicitudinem, & curam tam in Clericis, quàm in Ecclesiis*. Per hæc verba vltra adducta de visitatione *hic* in principio per dicta *in dicto cap. 1.* vers. *ad secundam*, hæc verba applicantur potius ad internam curam Ecclesiæ in Ministris, & Sacramentis, qua de causa applicabis *hic* quæ dixi latè *in cap. 2.* vbi de Ministris, Acolytis, ac Clericis in minoribus, quorum curam habet Archidiaconus; item de vasis, & ornamentis, &c.

12 Et ibi, *Cum super his sit reddituri rationem in destricti examinis iudicio*: si hæc verba applices ad vltionem per Deum exigendam in destricto iudicio, applicabis verba *legis 2. cod. de Iureiurando*, quam explicaui *in cap. breui, de Iureiurando q. 2. à num. 25.* sin autem ad rationem Episcopo reddendam, applicabis, quæ etiam dixi *supra de obligatis ad ratiocinia, ordinandus vel non*.

13 Ibi, *Oculus Episcopi, Episcopus appellatur*, quid hoc sibi velit, expendi *supra in dicta Rubr. & in dicto cap. 1.*

14 Ibi, *Quæ corrigenda viderit, corrigat, & emendat; nisi adeo fuerint ardua negotia, quæ absque maioris sui præsentia, nequeant terminari*, per hæc confirmantur dicta *de visitatione in dicto c. 1. q. 1.* vers. *ad secundam*; item explicantur *hic* posita in vers. *Iurgia*.

15 Ibi, *Institutio corporalis*: hæc verba explanantur; *supra in dicto cap. 1. quaest. 1.* vers. *ad tertiam, & quartam*.

16 Ibi, *Examinatio etiam Clericorum*, dixi *supra in cap. 5. q. 1.* vers. *ad tertiam*, per textum *in cap. vt nostrum 9. hic*, quem *ibi* explanari.

17 Ibi, *Decani ruralis*, qui isti sint, & qualiter ab Archidiacono instituantur, ac destituantur, & à quibus aliis, dixi *supra sub cap. 1. quaest. 1. de aetate ordinandor. infra in Rubr. de officio Archipresbyteri circa finem*, vers. *Archipresbyter in Iure*, & *in cap. fin. hoc tit.* vers. *ad tertiam*.

QVÆSTIO I.

An Archidiaconus de Iure communi habeat curam animarum, & etiam in foro contentioso? Debeatque esse graduatus, & quo gradu?

1 Quæstio liquet satis ex adductis *supra in c. 5.* & *ibi* notatis; item hîc in textu nostro
2 in vers. & ibi *paraciarum*. †Et secunda ex adductis *hic in Rubr. in principio*, ex vers. *quare*.

AD TEXT. IN CAP. IX. Significasti, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

Quod Archidiaconus non det litteras commendatitias ad ordines, probat textus *hic*, sed quare sic contingat, dixi per textum hunc *in cap. 5. hoc tit.* vers. *ad secundam*, & per alia ibi adnotata.

AD TEXT. IN CAP. X. Vt Nostrum, hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Probatio plena, & sufficiens, & solum semiplena, quæ sit remissiuè*, n. 2.
3 *Possessionem Dignitatis, vel vt Officij probare volens, non sufficit, vt probat exercitium actuum, qui de iure ad talia non spectet.*

Quod examen ordinandorum, & præsentatio eorum Episcopo pertineat ad Archidiaconum, iam plane per textum hunc tractaui supra *in dict. c. 5. hoc tit.* vers. *ad tertiam*, ob quod non amplius. 1

Ibi in vers. *nec fuit sufficienter probatum*: applicabis dicta *supra in cap. ad hæc 7. hoc tit. in vers.* & ibi, *paraciarum solicitudo*; & quia etiam potest dubitari quæ sit sufficiens, & plena, aut insufficiens, ac solum semiplena probatio; ideo recurres ad ea, quæ latè dico *in titulis de confessis 7. de probation. testibus, & fide instrument.* †Et similiter Mascard. *de probat. conclus. 1214. n. 2.* Barbosa *hic num. 2.* notant quod volenti probare quasi possessionem alicuius Dignitatis, vel Officij, non sufficit probare exercitium actuum, qui de iure communi non spectant ad Dignitatem, vel Officium, sed etiam debet probare illos actus ad Dignitatem spectare; ideò pro disputatione applicabis quæ latè dixi *in cap. cum Ecclesia Sutrina 3. de causa possess. & propriet. à q. 1. 2. & 3. & ibi q. 4. & q. 6.* vbi de quasi possessione eligentium. 2

AD TEXT. IN CAP. FIN. hoc titulo, De Officio Archidiaconi.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Familia Episcopi gaudet priuilegio fori.*
2 *Familia Episcopi, officiales, & familiares, qui*

qui dicuntur in iudicio defensati, in foro, & in tributis.

3 *Familia Nunciorum Papæ, & Sanctæ Inquisitionis qua quoad forum contentiosum, & tributa? remissiuè.*

4 *Reges num facere valeant, statuta, ne familiares Laici Episcoporum, Nunciorum, Inquisitorum, & Cardinalium gaudeant immunitate fori, & gabellarum remissiuè* num. 5.

6 *Monasteria Religiosorum inquam pluribus casibus exempta sunt à Iurisdictione Episcopi remissiuè; & sic fortius à Iurisdictione Archidiaconi, seu alterius Prælati inferioris,* 0. 7.

7 *Archidiaconus in Religiosos nullam habet Iurisdictionem, nisi aliter consuetudine sit introductum.*

8 *Consuetudo aliorum locorum est spectanda, quando non adest propria loco.*

9 *Consuetudo vnius ciuitatis, vel loci, extenditur ad loca, & oppida particularia illi subiecta, qua non habent consuetudinem propriam.*

10 *Rescriptum vnis concessum extenditur ad alios remissiuè.*

11 *Testes antiquiores præferendi sunt remissiuè.*

12 *Testes Domestici probant, vbi adest difficultas probationis remissiuè.*

13 *Seruitia terminata suis terminis sunt contenta.*

14 *Archidiaconus inter catera habebat curam in Ecclesia pecunia distribuenda.*

15 *Archidiaconus dicebatur vnus ex septem Diaconis qui custodia rerum sacrarum præerat & de homicidiis ac alij inquirebat.*

16 *B. Laurentius vocatus fuit Archidiaconus à Prudentio quia votas opes dispensabat.*

17 *Archidiacono qua licita sint qua non & de Archidiacono pranestino remissiuè.*

1 QVIA textus hic capitalis admodum est, qui quotidie allegatur pro adiuuandis familiaribus Episcoporum, Prælatorum, aliorumvè exemptorum, siue à Iurisdictione Regia, siue ab alia qualibet ordinaria in verbis quidem sequentibus in vers. *petiis insuper*, circa medium in verbis sequentib, *Specialibus ipsius Archiepiscopi, & hominum, ac familia sua causis dumtaxat exceptis, &c.* per quæ notant communiter DD. quod familia Episcopi gaudet priuilegio fori, vt docet Barbosa hic cum Capicio, Antonio de Nigris, Calcano, Natta, Burgos. Sbrocio, Alderan. Mascard. Iacob. de Graff. Thesauro, Capella Tholosana, Bursato, Marsilio, Claro, Maranta, Bossio, Belluga, Deciano, Farinacio, Ioanne Aloys. Leone, Graffis, Zerola, Francisco Leone, Villalobos, Stephano Gratiano, Mario Antonio, Belfetio, Squillante, Acugna, Tretacinquio, Matta, Campanillo, Giurba, Aurelio, Augustino Taurel. & ipse etiam Barbosa *de Officio Episcopi p. 3. alleg.* 107. *num.* 9. vers.
2 *familia Episcopi.* † Et hic addat quod de familiâ Episcopi dicuntur fiscales, Nuncij, siue Cursores, Carcerum Custodes, Versellus, Bursarij, & his similes, ac Notarij Episcopi, referens duas amplas declarationes S. Congreg. primam 25. Aprilis 1614. in fauorem cuiusdam Capitanei, vel Varifelli Episcopi Soram Carceribus mancipati per Ducem Ciuitatis Soræ. Aliam anni 1614. in mense Decembris, quæ censoit officiales prædictos, vti familiares Episcopi, fori priuilegio, gaudere, & ad personalia ciuitatis munera minimè teneri, ac aliam etiam S. Congreg. 6. Augusti 1602. quæ mandauit Episcopo Ortunen. ne suspenderet censuras latas, & publicatas contra Gubernatorem Laiciani, nisi prius relaxaro è carceribus eius Notorio, Regiis Hostatoriis, ac aliis quibuscumque non obstantibus.

Ideò vt exactè hanc conclusionem porrigas, 3
etiam ad familiam Nunciorum Papæ, ac Sanctæ Inquisitionis, & quinam familiares dicantur, tam ad forum contentiosum, quàm ad tributa, & gabellas exempti, leges quas iam scripsi quæstiones, vt subsequuntur, videlicet, *An Episcopus possit cognoscere contra Laicum commensalem suam? in cap. cum contingat* 13. *de foro comp.* vbi *num.* 2. de intellectu textus nostri, vbi *num.* 5. *Quod fiscales, Carcerarij, Commissarij, Magistri, Lectores, & Notarij Episcoporum gaudent immunitate,* & *num.* 10. vbi de aliis officialibus, & *ibi quæst.* 11. vbi de quæstione: *An Inquisitores possint iudicare inter suos commensales, & familiares, etiam Laicos?* & de familiæ exemptione, tam Episcopi, quàm Inquisitorum, ne iudicentur ab aliis, quàm à suis propriis Iudicibus, ego latissimè in allegatione, quam feci pro Tribunali Sanctæ Inquisitionis Vallisolet. anno præterito 1648. contra Prætorem illius ciuitatis posita post indicem generalem *dicti tituli de Iudiciis, & foro competenti,* & insuper *in dicto cap.* 13. *de foro,* quæstionem sequentem, *an Cardinales possint cognoscere de suis familiaribus?* & ibi quæst. 12. *qui propriè familiares dicantur ad effectum gaudendi immunitate, & qualiter probetur?* Et alibi alia plura. Et ibi in alia allegatione quoad tributa, & gabellas notaui plura.

Et an Principes, & Reges queant facere leges, 4
aut statuta, vt familiares Laici Episcopi, Clerici, siue alterius Dignitatis, seu personæ Ecclesiasticæ, non gaudeant priuilegio fori Ecclesiastici; & vt nec gaudeant famuli Laici Legati Nuncij Pontificis. Et quid ne gaudeant famuli Cardinalium inquisitioni Episcoporum, siue Clericorum, ego idem latè *in cap. Ecclesia Sancta Maria* 10. *de constitutionib.* vbi infinita an familiares prædictorum gaudeant immunitate quoad tributa Regia?

Et de intellectu nostri textus in præcitatis lo- 5
cis; item & *in dicto cap.* 13. *de foro comp. quæst.* 2. *num.* 6. & videbis plura *in cap. ex parte* 15. *eodem tit. & ibi q.* 14. de foro scholarum *q.* 15. & 19. de foro militum, & *q.* 17. an publicè pœnitentes, & ad fidem nuper conuersi gaudeant priuilegio miserabilitatis? Et applicabis quæstionem, *An Episcopus possit habere familiam armatam ad capturam, & ad executionem sententia?* infra dixi *in cap. cum non ab homine* 10. *de Iudiciis quæstione* 14.

Et quatenus in prima parte textus nostri deci- 6
ditur quod Archidiaconus in Monasteriis iurisdictionem non habet, nisi quantum ei tribuit Generalis; vel specialis consuetudo, vt colligit Barbosa *hic num* 1. ex Abbate, Zabarella, Collect. Bellamera, Ioanne Andrea, Anania, Butrio, Henric. Anchartano, Panormitano, Viuiano,

Alagona, & Gimenez hic possunt coniungi quam plura specialia priuilegia concessa Monasteriis, & Religiosis, quorum causa non solùm sint exempti à iurisdictione Episcopi inquam plurimis casibus, de quibus alibi.

7 Verum, & maiori ratione à Iurisdictione Archidiaconi, seu alterius Prælati, aut Dignitatis inferioris Episcopo, nisi consuetudine fuerit introductum, quia iam tunc in vim consuetudinis, quæ est potens ad dandam Iurisdictionem iudici competenti per illa, quæ dixi latè *supra tit. de consuetudine in cap. 2. de iudiciis quæst. 2. & 3. in cap. 8. eodem cap. 9. de foro competenti, & in cap. si Clericus Laicum eodem titulo, quæstion. 2.* & ibi *in cap. ex suscepto quæst. 2.* vbi, *An consuetudo, seu præscriptio facere possit, vt Ecclesiasticus acquirat Iurisdictionem in Laicos, etiam inscio Principe*, & alibi sæpius.

8 Et quia in glossa vers. *Abbatis*, aduertit Barbosa *num. 4. & 5.* cum aliis, vt consuetudo aliorum locorum sit spectanda; quando particularis
9 deficeret. † Inferens *num. 5.* quod consuetudo
vnius ciuitatis, vel loci, extenditur ad loca, &
oppida particularia illi subiecta, quæ non habent
consuetudinem propriam, nisi consuetudo esset
alicuius Ecclesiæ particularis, quæ tum non extenditur
ad alias Ecclesias; ideò adiunges quæ
dixi *supra de consuetudine in Rubrica sub quæstione 3. ibi*, in vers. *ad secundam*, & vers. *ad tertiam.*

10 Et per argumentum *in cap. significauit, & cap. Rodulphus de rescriptis*, applicando *ibi* dicta, quatenus loquuntur de extensione, aut restrinctione rescripti concessi vnis ad alios.

11 Item etiam quia in glossa ibi *maiores*, & ibi *ab antiquioribus*, resoluit Barbosa cum Tyraquello, Mascardo, Menochio, Farinacio, & Cardoso *ibi num. 6.* quod testes antiquiores maximè sunt præferendi; ideò adiunges, quæ dixi *sub tit. de testibus*, vbi quanta sit fides testibus antiquioribus adhibenda potius quàm modernis *in cap. 32. quæstion. 1.* ibi vers. *quare à num. 4. & ibi à num. 11.*

12 Et in dicta glossa ibi, *Quæ Domi geruntur facilius probantur per Domesticos, quàm per alios*; quia licet testes Domestici non probent, tamen vbi adest difficultas probationis ratione temporis, vel loci, vel in his, quæ occultè fiunt, plenè probent; ideò quoad vtrumque casum adiunges quæ latè dixi de testibus Domesticis, tam ad probandum matrimonium, quàm ad alia facta, *in cap. quoties 5. de testibus*, vbi an consanguinei possint esse testes *ibi quæst. 1.* vers. *ad secundam*, & *ibi à num. 1.* de testibus familiaribus, & amicis, & de testibus Domesticis *à num. 24. & numero 32. & à numero 42.* vbi quid si testes de Domo.

13 Et quia in vers. *ad iudicantes*, quatenus idem Barbosa *hic num. 3.* notat cum Tyraquello *de nobilitate cap. 37. num. 137.* quod seruitia terminata suis terminis sunt contenta, ideò pro exornatione, & disputatione adiunges quæ adduxi *in cap. de quarta de præscript.* vbi de extensione seruitutis præscriptæ; at quia verba textus nostri ibi *Si verò de præmissis constiterit per eosdem eandem iurisdictionem dumtaxat adiudicantes eidem in Monasterio prædicto, quam ipsum, vel prædecessores suos in Monasterio, vel in eisdem Abbatiis habuisse constiterit super aliis ei perpetuum silentium imponentis*, videantur tendere ad decisionem dubij propositi in textu nostro, quibus illi respondet Honorius III. sub distinctione in puncto iurisdictionis acquisitæ ab Archidiacono in Abbatem, & Monasterium; & quod amplius non porrigatur; ideo possunt hic adiici quæ dixi de præscriptione iurisdictionis *in cap. cum non liceat 12. de præscriptionib. quæst. 2. à num. 1.* vbi qualiter iurisdictionis præscriptio contingat contra Regem, & alios inferiores Dominos. Et de aliis *sub dict. cap. de quarta.*

Pro complemento totius materiæ quod Archi- 14
diaconus pecuniæ distribuendæ curam inter cætera
habet in Ecclesia, vt dicit Cujacius *in nouella 123.*
& idcirco iussum sit apud Maiorianum Imperatorem
in nouella 2. de Episcop. Iudic. quod
Archidiaconus mulctam inferat ei, quem fecerit
Clericum Episcopus inuitum, & amplius etiam
quod Archidiaconus gerebat negotia sæcularia,
& ad Episcopum referebat, vt S. Ferrandus Archidiaconus
Carthaginensis in proœmio Parænetici,
ad Rheginum dissipatum affirmauit, quod
vt sequitur, ac refert Anastasios Germonius
de Sacr. immunit. lib. 2. cap. 2. num. 5. & 6. colligit
ex consuetudine Ecclesiæ Græcæ. † Et ex Ni- 15
cæno Concilio *Can. 62.* vbi vnus ex septem Diaconis,
Archidiaconus dicebatur, qui custodiæ legum
sacrarum præerat, & de homicidiis, & aliis
eiusdem generis criminibus inquirebat. † Imò 16
& refert idem Anastasius, vt prudentius Beatum
Laurentium, quem è septem viris primum vocet
videlicet *Archidiaconum*, dicens votas opes dispensare
quem industrium exoptant Hieronymus,
& Sidonicus ille in epistola ad Euagrium, & in
epistola ad Domnulum; & idem Gratianus de
hac re copiosè in Parathlita huius tituli.

Et licet Ægidius Bellamera *in hoc cap. 1. num. penultimo*, recenseat laconicè prius ab eo dicta, 17
nempe quæ sint Archidiacono licita, & ex officio incumbentia; quænam ei prohibeantur. Tamen quia plenè nos sub Rubrica, & sub Robro, *hic* latè scribimus; ideo ex ibi dictis huic tractationi vltimam manum imponimus, dicendo quod etsi Archidiaconus Prænestinus non teneatur ad onus Cameratus ex Sacra Congreg. Rituum in Præstina 13. Iulij 1619. & contrarium resolutum fuisse in eadem Sacra Congregat. Rituum in Rhemens. 9. Maij 1609. refert Barbosa *in Bullario* verb. *Archidiaconus Prænestinus*, idem *in collect. decis. 40. eodem verbo num. 30.* de quo etiam testatur Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 3. tit. 3. num. 22.* & de hac materia Archidiaconorum, potestate, ac authoritate; item & præcedentia cum multis Laurentius Vrselius *de forolinio litt. A*, verb. *Archidiaconus*, qui nonnullos congerit casus.

AD

AD RVBRICAM ET TITVLVM.

De Officio Archipresbyteri.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyter sic dictus quasi primus, seu Princeps Presbyterorum, & Sacerdotum, & dictus etiam à Presbyteri nomine, vt* num.3.

2 *Archipresbyter à plerisque vocatur Decanus Presbyterorum, &* n.4.

5 *Presbyteri nomen est Græcum, Latinè dictus* Senior.

6 *Archipresbyter dicitur quasi Parochialis Sacerdos omnium post Episcopum in administratione Sacramentorum.*

7 *Presbyteri nomen, non solum est ætatis sed & Dignitatis.*

8 *Sacerdotum, alij sunt Episcopi, alij Archiepiscopi seu Metropolitani, alij Primates alij Summi Pontifices ordinati in Ecclesia ad imitationem Flaminum, Archiflaminum, & Prothoflaminum gentilium, vt aliqui existimant. Quid verius*, n.9.

9 *Prælatorum Ecclesiasticorum gradus ad cælestis Hierarchiæ similitudinem fuerunt instituti.*

10 *D. Petrus ad abolendam Idolorum memoriam ordinauit, vt in locis, vbi impiè Gentilium Flamines sacra faciebant, ibi nostri Sacerdotes diuerso tamen ritu, &* q.1. à n.39. *latè* cap. de illis dist. 80. & q.1. *vers.* ad secundam, *& ibi in vers.* ad quartam, à n.39. & q.2. *vers.* ad vltimam.

11 *Roma deiecto summa idolatria Pontificatu subrogatum fuit totius terrestris Sanctitatis Christianæ caput, Pontifex scilicet dictus maximus omnium Sacerdos, & Antistes.*

12 *Archipresbyter iure antiquo post Archidiaconum primus dicitur.*

13 *Archipresbyteri officium in Cathedrali, est primo curare, vt cæteri Sacerdotes Diuina Officia, & Missas ritè celebrent, ac rectè viuant.*

14 *Archipresbyter distribuit inter Canonicos, & dignitates Missas solemniores celebrandas, seruata omnium prærogatiua, & honore.*

15 *Archipresbyter, qui nolit, aut non possit celebrare, nequit pro suo arbitrio alteri Missas delegare.*

16 *Archipresbyteri substitutus non debet cantare Missas quæ ad Archipresbyterum pertinent in locum, & honorem incensi, & pacis ipsius percipere.*

17 *Archipresbyter est manutenendus in sua possessione celebrandi Missas, absente Episcopo, non obstante contradictione Vicarij.*

18 *Archipresbyter tenetur ex officio, assistere Episcopo solemniter celebranti, & Sacerdotibus tunc præcipere, vt sacris vestibus se induant, & quomodo ad Missam procedere debeant.*

19 *Archipresbyter in absentia Episcopi, vel ipso infirmo, habet fontes benedicere, pœnitentiam, aliaque Sacramenta ministrare.*

20 *Archipresbyter in Feria 4. Cinerum, habet cineres imponere, & in feria 5. Cœnæ repræsentare Episcopo reconciliandos in Ecclesiæ ingressu.*

21 *Archipresbytero incumbit specialiter cura in communione Corporis, & Sanguinis Domini.*

22 *Archipresbyter adiuuat Episcopo in his, quæ ad munus Sacerdotis spectant.*

23 *Archipresbyter in iure dicitur duplex. Vnus Vrbanus, qui præest in Cathedrali, aut Collegiata. Aut ruralis, qui ruri Ecclesiæ præest qui propriè videtur dici* Decanus, *& quare*, n.24.

24 *Decanus facta translatione à perfectione denarij numeri, solet ita appellari omnis ille, qui alicuius ordinis primus est.*

25 *Presbyteri olim erant qui hodie Episcopi; sic vt essent hæc nomina synonima, quod communi administratione regerent Ecclesiam.*

V I A *supra in Rubrica quæst.1. & tit. de officio Archidiaconi*, dixi nonnulla 1
de differentia, quæ adest inter Archipresbyterum, & circa quæ, & qualiter ad inuicem soleant inter se præcellere respectu aliquorum officiorum, ac rituum, vbi de intellectu, *cap.1. hic*, vbi habetur quod quamvis Archipresbyter maior sit ordine, quando is tantum est Diaconus, tamen eo minor dicitur in Iurisdictione, & Dignitate spectato iure communi, nisi aliter consuetudine, aut priuilegio sit in stylo, vt *ibi* dixi, etiam nunc sese offerat agere de officio Archipresbyteri, qui vt ibi dixi; talis inquam denominetur, quasi primus, seu Princeps Presbyterorum, vel Sacerdotum. † Et à plerisque Decanus appelletur, vt agnoscunt DD. *in* 2
cap. ad hæc 7. dist. tit. de officio Archid. ideo non solùm scribentes agunt simpliciter in hac Rubrica de Archipresbytero, sed etiam de aliis Sacerdotibus, quibus præsunt, Petrus Greg. 1. *p. Syntagmat. Iuris lib.14. cap.21. n.1.*

Vbi ait quod à Presbyterj nomine, Archi- 3
presbyter dicitur, qui Sacerdotibus, siue Presbyteris, certis quibusdam de causis præponitur, Marta *in vet. decis. nouis voto 77. num. fin.* Reginal. *in praxi lib.30. tract. n.49. vers.6.* † Qui & vocatur 4
inde Decanus Presbyterorum à Rota *decis.* 533. *num.2. part.2. recent.* Andreas Valens. *hic*, Ioannes Honor. & alij recentiores, † Dicentes etiam 5
nomen *Presbyteri*, quod est Græcum, Latinè dici *seniorem*, vt docent etiam *de vero, & perfecto Clerico lib.1. cap.11.* Vasquez *de ordine disp.236. cap.9. à num.36.* Petrus Gregor. *part.2. Syntagmat. lib.16. cap. 8.* Galganetus *de Iure publico lib. 3. tit.23. n.1.* Barbosa *de officio Episcopi p.1. alleg.14. num.7.* idem, & omnes per textum *in cap. Cleros dist. 21.* in vers. *Presbyter.* † Quare optimè *in* 6
cap. dist. 50. cap. officium hoc titulo, vbi glossa verbo *aforis* dicitur quasi Parochialis Sacerdos omnium post Episcopum in administratione scilicet iuramentorum, Barbosa *de Canonic. & c.6. n.18. & de Iure Eccles. 1. p. c.35. eodem n.18.*

19 Tertio in absentia Episcopi, vel ipso infirmo, fontes benedicere, & pœnitentiam, aliaque Sacramenta pro ipso Episcopo ministrare habet, *dict. cap. 2. hoc tit.*

20 Quarto Feria 4. Cinerum, cum pœnitentes ab Ecclesia expelluntur eorum capitibus cineres imponere; & Feria 5. in Cœna Domini, cum reconciliantur in ingressu Ecclesiæ, eos Episcopo repræsentare, vt habetur in Pontificali Romano, *p. 2. tit. de expulsion. publicor. pœnit. feria 4. Cinerum. pag.* 543. Castaldus *in praxi ceremon. lib. 1. sect. 8. cap. 7. n. 5.*

21 † Cui etiam incumbit Specialiter cura in communione Corporis, & Sanguinis Domini, vt *in dicto cap. officium hic iuncta glossa ibi*, Azor. *supra dict. cap. 15 quæstione 3*

22 Quinto dicendum est, vt quemadmodum Archidiaconus Episcopo in his, quæ ad ministri officium pertinent ex officio, adiuuat, ita & Archipresbyter in his quæ ad munus Sacerdotis spectant, eidem inseruiat, vt *hic in cap. 1. 2. & 3.*

23 Archipresbyter in iure dicitur duplex, vnus quidem vrbanus, de cuius officio iam proximè est dictum, qui præest in Cathedrali aut collegiata modo dicto, & aliis inquam modis infra in Rubro referendis. Alius autem ruralis; siue foraneus, qui ruri Ecclesiæ præest Parochiali, seu Plebaniæ, vt *in cap si in plebibus 63. dist.* qui & propriè videtur dici *Decanus*, vt iam insinuaui, *in cap. ad*

24 *hæc 7. in fine de officia Archidiaconi.* † Non quod necessario decem præesse debeat; sed quia facta translatione à perfectione denarij numeri, Decanus soleat appellari omnis ille, qui alicuius ordinis primus, & præcipuus est: sic Petr. Gregor. *dicto lib. 15. Syntagm. cap. 21. num. 13.* Sebastian. Cæsar. *de hierarch. dict. cap. 3. disp. 12. § 2.* Valet. Reginald. *supra*, & Barbosa *de Iure Eccles. dict. 1. p. cap. 25. num. 6. & 7.* idem *de Canonic. dict. cap. 6. eodem num. 6. & 7.* Michaël Ferrus *cap 6. de præcedent. Archipresbyt. num. 5. & 6. & infra in cap. fin. hoc tit.* disputatur de istis, an habeant Dignitatem, ac de aliis, quæ hic deficiunt inueniuntur sub Rubro nostri tituli. Nunc vero iam ad alia de Presbyteris, & Sacerdotibus, quibus præest Archipresbyter, & prius de Sacerdotibus legis antiquæ, ac Gentilium.

25 Et quia olim Presbyteri idem erant, quod hodie Episcopi, DD. per textum *in cap. olim dist. 91.* & quod antiquitus Episcopus, & Præsbyter essent Synonima, & communi administratione regerent Ecclesias, glossa magna in fine *cap. legimus dist. 93.* Patianus *de probat. lib. 2. cap. 28. num. 113. & 116.* & alij Doctores in dictis iuribus; ideo rectè sub *hoc titulo*, de Papa, & aliis Dignitatibus Sacerdotalibus, ac Episcopalibus, ac Canonicalibus infra agitur.

QVÆSTIO I.

An Presbyteri, & Sacerdotes subsint Archipresbytero? Et quale sit eorum officium in Ecclesia Catholica Romana? Et qua de causa potuerit dicere Clemens Pontifex Presbyteros, & Sacerdotes legis Euangelicæ ad imitationem Gentilium creatos fuisse à D. Petro? Vbi de Sacerdotibus gentilibus, & antiquæ legis, & quo in honore fuerint? Item de Pontificibus illius temporis, ac nostro Romano Pontifice, qui dicitur summus Sacerdos? Vbi qui dicantur in Ecclesia Copiatæ, siue Decani, aut Parabolani, & quale officium istorum, & de Decania, siue Diaconia.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter propriè dicitur qui habet curam animarum post Episcopum*, vt n. 2.

3 *Presbyteri nomen conuenit etiam Simplici Clerico.*

4 *Gentiles, qui multas Deorum naturas excogitarunt, sic & viuas templorum formas Diis præpararunt aptiores eorum naturæ*, numero 5.

5 *Templa à gentilibus ædificabantur, & dedicabantur, vt Deorum Domicilia fierent, in hisque Sacerdotes effunderent preces Sacra offerrent, Sacrificia procurarent, vota susciperent, religiones interpretarentur, ac omnem cultum Diis exhiberent.*

6 *Sacra antiqua à Sacerdotibus solum peragi permittebant*, & n. 7.

7 *Sacerdotes gentilitatis fiebant, qui erant viri probi, nobiles, ac prudentes.*

8 *Sacerdotibus pluribus opus esse gentiles, quasi eorum religione diligentius vrbs, quam ipsis manibus Cingeretur.*

9 *S. Petrus ad imitationem gentilitatis posuit in ciuitatibus, & prouinciis, vbi gentiles posuerunt flamines, qui primi legis Doctores erant, & alios Patriarchas, Archiepiscopos*, & num. 10. in fine, *vbi quare ita posuit.*

10 *Respublica existimata felix, in qua erant Sacerdotes gentiles, felicior existimatur Christiana, in qua sunt Sacerdotes Euangelici.*

11 *Flamines, Archiflamines, &c. qui fuerint.*

12 *Sacerdotes apud Romanos tempore gentilitatis in rebus politicis digniorem obtinebant locum; sic vt interessent apud Græcos publicis Consiliis*, vt n. 13.

13 *Sacerdotibus præsentibus omnia publica proponebantur Consilia à gentilibus.*

14 *Sacerdotibus ciuitates honorem dederunt; quia ij bona à Diis, non sibi tantum, suisque amicis, sed in communi omnibus ciuibus precabantur.*

15 *Reges apud Ægyptios è Sacerdotibus, aut à*

rei bellicæ peritis diligebantur.

16 *Pharao noluit in tempore Carestiæ, vt Sacerdotes distraherent rem frumentariam, sed ea in perpetuum retinerent, ac cibaria statuta ex publicis horreis haberent.*

17 *Hominum genera duo erant apud Gallos, alterum Druidum, idest sacerdotum, qui interant rebus diuinis.*

18 *Sacerdotibus exceptis capta amplissima ciuitate, Alex. vendit quasi triginta hominum millia.*

19 *Alexander qualem reuerentiam præstiterit, capta Hierosolyma, Pontifici in ornatu, ei obuiam faciens, respondens suis in admiratione tantis.* Se non illum, sed Deum ipsum, cuius Pontificatum gereret adorasse.

20 *Sacerdotes apud omnes gentes summam obtinuerunt authoritatem etiam in publicis rebus vbi de nonnullis specialibus, penes Athenienses, Lacedamonios, Ægyptios, Romanos, & Gallos.*

21 *Sacerdotes Euangelici apud Principes Christianos magno in honore sunt,* n. 22. & 23.

22 *Sacerdotum Euangelicæ legis officium in terra cælestibus negotiis, continetur institutum, non ab homine, aut ab Angelo, sed à Spiritu Sancto.*

23 *Sacerdotes Euangelici meruerunt dispensare cælestia, & potestatem acceperunt, quam nec Angelicis dedit Deus.*

24 *Sacerdotes maiores, & minores erant & inter primas obtinebant Pontifices.*

25 *Pontifices Ethnicorum in publicis, & priuatis fungebantur, qui creabantur ex primoribus ciuitatis, qui & debebant esse Iurisperiti, ad Sacras, & ad Ciuiles quæstiones, vt* num. 26. 27. & 28.

26 *Pontifex maximus, Iudex, at Vindex erat contumaciæ priuatorum Magistratuum, habens etiam Iurisdictionem in alios Sacerdotes, & in flaminem dialem.* n. 27

27 *Si tamen Diale erat prima dignitas post Pontificem.*

28 *Pontifex maximus erat omnium Sacerdotum Iudex, atque arbiter rerum Diuinarum, & humanarum, qui nec vllam rationem præstabat senatui de gestis à se.*

29 *Senatus Pontificum Placita non rescindebat.*

30 *Pontifex dictus est à* posse, *&* facere.

31 *Pontificium accipitur pro iure, facultate, & potestate.*

32 *Romanus Pontifex plenissimam in terris habet potestatem excellentiorem illa, quam habebant Pontifices Ethnici,* n. 33. & 34.

33 *Arriani Episcopi fatentur inter alias primas obtinere Romanam Ecclesiam; & sic eius Pontificem Episcoporum omnium esse maximum.*

34 *Pontifex Romanus est caput œcumenicum summum, & stupor mundi, admirabilis, Christi Vicarius, in administratione Sanctissimus maior, vocatur Sanctissimus, & aliis nominibus nuncupatur, vt* n. 36. & 37.

35 *Papa debet esse vir Apostolicæ Sanctitatis, quē propterea adoramus, & osculamur in pede.*

36 *Pontifex, vt magis, ac magis veneretur variis nominibus, solitus est appellari, vt* Beatissimus, Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, totius orbis Ordinarius, Ordinariorum Diœcesanus omnium exemptorum, Vicarius Christi, Dominus Dominantium, Regnum orbis, & vrbis, summa velicatio status Ecclesiastici.

37 *Pontifex etiam appellatur,* Pater pauperum, Christianorum Pontifex, Summus Sacerdos, Princeps Sacerdotum, Caput Corporis Ecclesiæ, Pastor Ouilis Domini, Pater & Dominus omnium fidelium, Custos Vineæ Dei, Sponsus Ecclesiæ, Præsul Apostolicæ Sedis, Christianorum Dux, Vltor scelerum, malleum Tyrannorum, Pater Regum, Moderator legum, Dispensator Canonum, sal terræ, Lumen plebis, Sacerdos altissimi, Christus Domini, Deus Pharaonis.

38 *Episcopatuum orde nullus maior reperitur.*

39 *Christus Dominus constituit sibi Vicarium D. Petrum vniuersis orbis constituentem, iubente Domino; sedem Romæ, ad quem transtulit ex Antiochia.*

40 *Roma, quæ mater fuerat erroris, decuit, vt esset testis Euangelicæ veritatis.*

41 *Romanus Pontifex excommunicat, & execrat excellentiori potestate, quam facerent Pontifices Ethnici.*

42 *Ethnici etiam soluebant suis Sacerdotibus primitias, ac decimas.*

43 *Immunitate gaudebant fugientes ad ædes dictas sacras Ethnicorum.*

44 *Pontifices in Romana Ecclesia instituerunt Prælatos, ordinarunt Sacerdotes, Episcopatus, & Parochias, cum facultate excommunicandi, & faciendi alia remissiuè.*

45 *Copiata, seu Decani qui antiquitùs dicebantur, idest solicitì.*

46 *Decani antiquitùs dicebantur, qui lectuli defunctorum, ministerium habebant, dum ad sepultura deferrentur.*

47 *Parabolani antiquo iure dicebantur, qui deputabantur ad curanda debilium ægra corpora, vel qui toto vitæ tempore Hospitalium seruitio addicti essent, qui non diuites, aut curiales, erant eligendi, vt* sub n. 48.

48 *Parabolanorum extitit amplissimum Collegium, quod interdum Alexandrinæ legationi terror esset, & ob id prohibitum à Principibus collegialiter ad publica spectacula accedere nec ad curiæ iudicium.*

49 *Decania dicitur sacrarium, & secretarium,* & n. 50.

50 *Copiata, & Parabolani, quia Ecclesiastica Officia non exercebant, ergo tantùm vocabulo Clerici dicebantur, ac nonnullis priuilegiis gaudebant, &* n. 57.

51 *Acolyti, omnes dicuntur Clerici* in l. 10. cod. de Episcopis, & Cleric. *& qui sic appellentur ab Imperatoribus Valentiniano, Valente, & Gratiano,* n. 52.

53 *Acolyti, & Iustinianus ait, solebant cereos, & funalia deferre, quos fortè laborantes Ignatius appellat qui differebant ab Acolytis nostra Romana Ecclesia, vt* n. 57.

54 *Acolyti omnes erant ministri earum, quæ in templo peragebantur functionem per Prælatos singulis assignandi.*

55 *Copiata, & Decani ex constitutione Honorij non plures, quàm nonaginta.*

Parabolani,

56 *Parabolani, qui non genti esse deberent à Theodosio, & Honorio, ad sexentos fuerunt numerati pro arbitrio Antistitis Alexandrinæ vrbis, qui & subrogabat alium in locum illius, qui Sacerdos fiebat.*

1 AD primam quæstionis partem abundè patet resolutio ex dictis *in Rub. & infra sub Rubro*; sed quale officium sit Præsbyteri in Ecclesiâ Romanâ patet *ex cap. Cleros dist.* 21. de quo iam dixi *supa in Rub. de aetate ordinandor. & alibi.*

2 Et Presbyter inquam propriè dicitur, qui curam habet animarum post Episcopum, vt infra dico *in tit. de Officio Vicary*, qui & plebanus, siue Rector Ecclesiæ Parochialis solet esse, vt ibi dicimus, vel qui saltem habet Ordinem Sa-
3 cerdotalem. † Er quod Presbyteri nomen latè sumpto vocabulo, possit etiam conuenire simplici Clerico, Barbosa *de Iure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 34 *de Presbytero num.* 4. 5. & 6. idem *de appellat.* verb. *vtriusque iuris signif. appellat.* 127. *num* 1. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancel. glossa* 5. *num* 86. Rota in Recaneren. beneficij 14. Martij 1608. coram Cardinali Lancelloto impressa per Farinac. *decis.* 216. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* latè Rota *p.* 2. *recent. decis,* 14. *à princip. & decis.* 59. *a num.* 23. *tom.* 1. *diuers.* vbi *num* 25. subdit quod Sacerdotij appellatione, quilibet Ordo Ecclesiasticus intelligitur, sic etiam colligunt DD, *per cap. vestra*, iuncto principio cum fine *de cohabitat Cleric. & mulierum*, iunctis traditis per Barbatiam *cons.* 33. *num.* 2. *dub.* 1. *lib.* 2. Rochus *de iure patron.* verbo *honorificum q.* 4. *n.* 16. Lambertin. *eodem tract. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 7. *art.* 27. *num.* 8. Parisius *cons.* 50. *à num* 12. *lib.* 4. & sic videtur obseruare vulgaris consuetudo loquendi, vt obseruat etiam Mantica *decis.* 129. *num.* 2. & 3. propriè tamen appellatione Presbyteri venire qui habent Ordinem Sacerdotalem dixeruot Barbatia *dicto cons.* 33. *lib.* 2. *num.* 9. Decius *cons.* 22. *num.* 5. Moneta *de commut. vltim. volunt. cap.* 10. *num.* 55. Nicolaus Garcia *de benef. p.* 7. *cap.* 1. *num.* 58. Rota *decis.* 216. *num.* 2. *p.* 2 *recent. & dicta decis.* 14. *num.* 7. apud Paulum de Rubeis *tom.* 3. *diuers. p.* 7. *recent.*

4 Ad secundam quæstionis partem qua de causa potuerit dicere Clem. Papa Sacerdotes Euangelicos à D. Petro fuisse creatos ad imitationem Sacerdotum gentilium; licet iam *supra sub Rubrica*, eius dictum sit explanatum ex vers. *& cum etiam*, & vers. *indeque*, vbi de intellectu *in cap. in illis, dist.* 80. tamen facit gradum, vt aliqua de prædictis rationibus antiquis loquamur de eorum dignitate, & officio, & præter nonnulla iam alibi dicta de vario Sacerdotum genere; & quia post antiquiores Græci, etiam Romani, aliæque geotes præter illud vnum prudentissimæ mentis numen, quo omnia reguntur multas alias naturas Deorum excogitassent ex magnis eorum beneficiis, quæ non sine Diuina virtute erga homines fieri arbitratentur, constituerint, atque appellarent, sic varias etiam templorum formas, Diis præparandas eorum naturæ aptiores de quibus Vitruuius *lib.* 1. *cap.* 2. quem refert, & explicat legendus Anastasius Germonios *lib* 1. *de Sacr. immunit. c.* 1. vbi, & *cap.* 2. *de dedicatione, & consecratione antiqua templorum illorum*, de quibus aptius *in tit. de Ecclesiis ædificandis, & de consecratione Eccle-*
5 *sia.* † Et templa quidem ideò tunc constituerentur, atque dedicarentur, vt Deorum domicilia fierent, in hisque Sacerdotes pro populo præces effunderent, sacra offerre, publica, atque priuata sacrificia procurarent, vota susciperent, religiones interpretarentur, atque omnem Diis cultum exhiberent.

Inde cum hæc quidem non cuiquam peragere 6
liceret, sed vt ait Plato *in dialogo de Regno*, Sacerdotem esse oporteret, & talem, vt intelligeret, doceretque quo pacto cenaria Diis, & Sacra essent offerenda, item qua ratione vouendum esset, quidvè boni esset à Diis petendum (cum non omnia à Diis petenda forent.) † Et factum etiam 7
fuerit, vt noo omnes ad Dignitatem Sacerdotalem diligerentur, sed viri tantùm probi, nobiles, ac prudentes, vti apud Græcos, Ægyptios, Romanos, aliasque gentes censeretur, Sacerdotes extitisse, hosque diuersi generis, & inter alios non minus, ac vesper, aut Lucifer inter minora sydera dignitatis fulgore, potestatisque, & imperij magnitudine excellisse.

Quare quidem non est mirum (quod si Ro- 8
mani intelligerunt Rempublicam eorum qui religioni perierunt imperiis, valdè esse amplificatam; ob idque vt Romana ipsa Respublica maximis agitaretur imperiis enixi fuerint fieri superioribus omnibus gentibus, vt fatetur Cicero *lib.* 1. *de naturâ Deorum*, ibi: *Si conferre volumus nostra cum exteris, cæteris rebus, aut pares, aut etiam inferiores reperimur; religione, id est cultu Deorum multo superiores*, ac ea de causa putarint veteres pluribus opus esse Sacerdotibus, quasi eorum religione diligentius vrbs, quàm ipsis mœnibus cingeretur.) † Vt ad imitationem S. Petrus sta- 9
biliret, excellentiori autem modo, & soli Deo voi, & trino, quod in illis ciuitatibus, in quibus apud Ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Episcoporum primates poni, vel Patriarchas, qui reliquorum Episcoporum causas, & maiora, quoties necessum foret negotia in fide agitarent; in illis verò ciuitatibus dudum apud prædictos erant Archiflamines, quos tamen minores tenebant, quàm memoratos primates Archiepiscopus; in singulis verò ciuitatibus singulos, & noo binos, vel ternos, aut plures Episcopos constitui præcepit, qui non Primatum, aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine; quia matres ciuitatum non tenent, sed Episcoporum tantùm vocabulo potirentur; quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit, sed vnus omnibus præfuit.

Ex qua Clementis contextura facilis disquisi- 10
tio procedit, nam si in illa antiquitate tot inuoluta fallaciis, tot nationes gentiles Diis per Sacerdotes illos falsos offerrent, vt feliciorem propriam Rempublicam facerent, quanto inquam felicius per Euangelicos, & veros Sacerdotes offerentes vero Deo, omnia contingerent, noo est ambigeodum; imò consideraodum D. Petrum vol... (vt iam in Rubricâ diximus) penes easdem ciuitates, quæ excæcatæ erant gaudentes illis Sacerdotibus, veros assignare, vt quæ matres erant gentilitatis, extitissent postea edoctæ in fide, matres Catholicæ Religionis.

Quod si exactius velis scire qui fuerint flamines, 11
& Archiflamines, quorum meminit Clemens Rom. Pontif. ad Iacobum *epist.* 1. relatus *in dicto cap. in illis dist.* 80. à quibus, & ad quid instituti, leges Alex. ab Alexandro *dierum genialium lib.* 6.

cap.12. Polydorum Virgil. *de inuent rerum, lib.4. cap.14.* Sebastian. Cæsar *in velectione de Ecclesiast. hierarchia disp.5.§.1.num 5.& quæst.2.proœm. §.2. n.4.* Anastasium Germonium *dicto lib.4. de Sacr. immunit*, vbi, *cap.5. de flamini Diali cap.6. de auguribus, & eorum authoritate, cap.7. de Vestalibus, de honore illis debito, & de earum immunitate.* Videbis *infra quæst.2.* vers. *ad vltimam*, vbi expeditius.

12 Ad tertiam partem de honoribus, quibus iam dicti Sacerdotes antiqui gauderent, ac potirentur, breuiter de Sacerdotibus apud Romanos dicendū est quod in rebus publicis digniorem obtinebant locum, vt apertè ostendit Arnobius *lib.4. aduersus gentes*, scribens vt sequitur, *Sedent in spectaculis publicis Sacerdotum omnium, Magistratuumque, Collegia, Pontifices Maximi, & Maximi Curiones sedent quindecim viri laureati, & Diales cum apicibus, flamines sedent augures Diuinæ mentis interpretes, & voluntatis, nec non & casta virgines perpetui nutrices, & conseruatrices ignis.* †

13 Et apud Ciceronem *lib.1. de Diuin.* tantam reuerentiam religioni Deorum, & Sacerdotibus ipsis exhibitam, vt Sacerdotes omnibus publicis consiliis interessent apud Græcos: nam tanquam Diis præsentibus, quibus nihil ignotum existimaretur, ita præsentibus Sacerdotibus omnia publica proponerentur consilia (mentibus scilicet apud Athenienses, & Auguribus Regi apud Lacedemonios assistentibus,) videnda sunt verba Liuij *lib.5. vers. flamen quirinalis.*

14 Vnde Plutarchus in libello, qui inscribitur, *Maximè cum Principibus viris Philosopho esse disputandum*, ait Sacerdotibus ciuitates honorem debere eosque venerari, quia ij bona à Diis, nūm sibi tantūm, suisque amicis, & familiaribus, sed in communi, omnibus ciuibus precantur. † Et

15 addit idem Plutarchus *lib. de Iside, & Osiride*, apud Ægyptios Reges, aut ex Sacerdotibus, aut è rei bellicæ peritis deligi, siquidem isti ob virtutem illi ob sapientiam in honore, & authoritate erant, & è militibus viris creabatur Rex, illico se Sacerdotibus daret, ac Philosophiæ fieret particeps, vt rerum Sacrarum mysteria, quæ alioquin perplexa, & fabulis inuoluta erant prudenter interpretari, ac declarare posset.

16 Imò & ex sacris litteris confirmatur siquidem apud Geneseos *cap.47.* legitur iam olim tempore Pharaonis tantam Sacerdotibus habitam fuisse reuerentiam; vt cum per vniuersam Ægyptum magna esset rei frumentariæ caritas, vt fame necarentur homines, conarenturque omnia sua prædia Pharaoni vendere, idem Pharao noluerit, vt Sacerdotes bona sua distraherent, sed ea in perpetuum retinerent, ac cibaria statuta ex horreis publicis haberent, aliquid dixi videnda supra *in cap.10. de constitut. sub quæstione 60. à numero 42.*

17 Item & apud Gallos, vt autor est Cæsar *lib.6. de bello Gallico*, erant hominum genera duo, alterum Druidum, hoc est Sacerdotum, alterum Equitum qui erant de numero, atque honore, & quod illi Diuinis rebus interant, sacrificia publica, & priuata præoccupabant, religiones interpretabantur, vt in verbis sequentibus scribit, *Ad hos magnus adolescentiæ numerus, disciplinæ causa incurrit, magnoque sunt hi apud eos honore.*

18 Et amplius confirmatur ex Plutarcho *in Alexandrum*, de quo dicit tantam Sacerdotibus reuerentiam habendam duxisse, cum bello Thebas amplissimam ciuitatem vicisset, cœpissetque, omnibus exceptis Sacerdotibus, vendidit ad triginta hominum millia. † Qui (vt Ioannes Monachus 19 *in eius etiam vitâ* refert) capta Tyro, cum versus Hierosolimam mouisset castra, cuius vrbis direptionis Regis Comites permissurum eum existimabant, & de Summo Pontifice supplicium sumpturum, atque exiuisset Pontifex cum Sacerdotibus, & populo in locum, vnde vrbs, atque templum conspici poterant populum, ac Sacerdotes, magno cum apparatu, Pontificemque hyacintina veste, cui aurum intextum erat indutum, ac Cydarim in capite gestantem, vbi in laminula Dei nomen inscriptum legebatur è longinquo vidisset progressus, solus supplex Pontificem salutauit, ac Parmenioni interroganti quam ob causam Iudæorum Pontificem adorasset respondit, *Se non illum, sed Deum ipsum, cuius Pontificatum gereret adorasse.* His & aliis dictis humanè excipiens Pontificem, cum eo in vrbem, & deinceps in templum intrauit, vbi Pontifice præeunte, sacrum fecit.

Constat ergo Sacerdotes non solùm magno 20 apud omnes gentes fuisse in honore, sed etiam magnam obtinuisse authoritatem, summamque potestatem: nam vt constat ex Cicerone *lib.1. de Diuin.* Athenienses omnibus semper publicis consiliis, Diuinos quosdam Sacerdotes, quos *mantes* vocabant, adhibebant, & Lacædæmoniis Regibus, suis augurem assessorem dabant, & vt scribit Homerus *lib.1. Illiad.* cum in Græcorum Castris pestilentia grassaretur, maximè Achillem consilium conuocasse, Sacerdotesque adhibuisse, è quibus intellexit quidnam tanti mali causasset, qua cognita, Sacerdotibus obtemperatum, & apud Ægyptios, vt testatur Helianus *lib.14. c.34. in variâ Historiâ*, Sacerdotes Iudices erant, & apud Romanos, vt scribit Dionys. Alicarnas. *lib.2.* inter priuatos, & Magist.atus, & inter Deorum Ministros ius quoque dicendi, habendi potestatem, & vt refert Cæsar *lib. 6. de bello Gallico*, apud Gallos de omnibus ferè controuersiis publicis, priuatisque constitutos esse; et si quod erat admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, si de finibus controuesia erat, idem decerni pœnas, præmiaque constituisse; aliaque congerit videnda apud Anastasium Germonium *de immunitate Sacr. dicto lib. 1. dicto cap. 10. & 11.*

Cumque viderimus apud Ethnicos tantam 21 reuerentiam Sacerdotibus eorum præstitam, quid mirum, vt Imperatores Christiani, nihil veteribus suis, sic colentibus, nihil cederent, & iustè cum debuissent excellere tanto præstantius, quanto nostri Imperatores in impartienda Dei veri, & omnipotentis ministris reuerentia superiorem rem agunt.

Si quidem officium Sacerdotum Euangelicæ 22 legis (etsi agatur in terrâ) cœlestibus negotiis continetur, non homo, non Angelus, non Archangelus, non aliqua alia creatura, non virtus, sed vt Ioannes Chrisostom *de Dignit. Sacerd. c.4.* ait ipse Spiritus Sanctus hoc munus sacerdotum instituit, atque adhuc Manentes in carne mynisterio prestitit Angelorum fungi. † Hi namque est si terram incolunt, atque in ea Conuersantur, celestiæ dispensare meruerunt, & potestatem acceperunt,

ceperunt, quam nec Angelis, nec Archãgelis dedit Deus; multaque alia de excellentiâ eorũ congerit præter alios idẽ Anastas. Germon. *lib. 2. de immunit. Sacr. cap.* 9. quibus patet potuisse Clem. Papam dicere ad imitationem Ethnicorum, D. Petrum constituisse in Ecclesiâ Dei Ministros superiori tamen potestate in spiritualibus: nam etsi habeant mundi Principes potestatem aliquam vincendi, sed quia in solis corporibus licet, & Sacerdotibus commissam ipsam contingere animas, transireque Cœlos, vt ea, quæ operata fuerint Sacerdotes, deorsum confirmet in Cœlis Deus, sententiamque seruorum Dominus ipse corroboret, iuxta illud Matth. *cap.* 15. *Quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata, & in Cœlo, & quæcumque solueritis, erunt soluta*, iuxta ea, quæ supra adduxi de potestate Ordinis Sacerdotalis, quæ conceditur cum quis ab Episcopo Presbyter ordinatur *in tit. & Rub. de temp. ordin. & de ætate ordin.*

24 Ad quartam quæstionis partem de Pontificibus Ethnicorum, & antiquæ legis, qua gauderent potestate, & honore, quãtoque D. Petrus primus Põtifex Christianus, & alij in sede illius sequentes excellant illis, in hoc vers. breuiter agitur; & repetito quod dictum est *hic* in vers. *amplius*, sub vers. *ad tertiam*, constat ergo, vt Lactantius Firminianus ait *lib. 3. cap.* 20 quod Sacerdotes maiores, & minores appellabantur, & quod inter Sacerdotes primas obtinebant Pontifices: nam vt Plutarch. in Numa scribit inter vtrosque vnus erat maximus re, & nomine, de quo idem in verbis sequentibus loquens: *Pontifex autem Maximus interpretis Deum vatis à Deoque sacrorum enarratoris, Doctorisque loco est, non modo publicorum sacrificiorum curam gerens, sed priuata etiam inspiciens, ac ne quid præter legitima fiat prohibens, docensque quibuscumque rebus ad honorandos, exorandosvè Deos opus sit.*

25 Vnde quia lex Ciceronis fuit, *Diuis aliis, alij Sacerdotes omnibus Pontifices, singulis flamines sumpto*, & ex his, quæ Liuius dicit *lib.* 1. ac repetit ex aliis bonis authoribus Anastasius Germon. *lib. 1. de Sacr. immunit. cap.* 4. planè intelligatur, vt Pontifex Maximus sacra omnia exscripta haberet, & obsignata, hostias, dies, ad quæ templa sacra facienda, atque vnde in eos sumptus pecunia erogaretur, & cætera quoque omnia, cum publica, tum priuata ipsius Pontificis scitis subiaceret Numa, &c. Item & quod non omnes ad summum illud culmen aspirare potuerint; indeque fieri, vt in plurimum crearentur Pontif. Max. ex primoribus ciuitatis, vt patet ex Tacito *lib. 3. annal.* & loquente de Pontificibus ibi: *Etenim pars magna, & propinquus ipsius* (id est Cæsaris)
26 *aut primores ciuitatis erant, &c.* † Qui & debebant esse iuris periti, non solùm circa ea quæ ad sacra pertinebant, sed etiam de aliis iuris ciuilis quæstionibus, & contractibus; quia si Plutarcho credendum sit Numam, Pontifex Max. Iudex, ac Vindex erat contumaciæ priuatorum Magistratuum, atque in alios quoque Sacerdotes habebat iurisdictionem, etiam *in flaminem Dia-*
27 *lem.* † Qui erat prima Dignitas post Pontificem: alia ex bonis litteris congerit videndus Anastasius Germon. *dict. lib. 1. de Sacr. immunit. dict. cap.* 4. vbi expendens Ciceronis locum *lib. 2. de legibus*, ibi: *Reuertar ad ius publicum vindicandum, quod ipsi Pontifices semper, non solum ad suas cæremonias, sed etiam ad populi iussum accommodarunt*, ait ius quidem accipi, nonmodo de sacris, de votis, de feriis, & de sepulchris, sed & de aliis quoque iuris quæstionibus, contractibus, vltimisque voluntatibus, ex quibus publica tranquillitas hominumque discordia pendet, manatque.

Imò & Pontifex Maximus erat omnium Sa- 28
cerdotum Iudex, atque arbiter rerum Diuinarum & humanarum, vt multis authoritatibus Ethnicorum repetit legendus *dict. lib. 1. de Sacr. immunit. cap.* 8. nullamque rationem Senatui redderet suarum rationum, iudiciorumque, vt dicunt Plin. *de Viris Illustribus*, & Dionys. Alicarnas.
lib. 2. † Sic vt Pontificum placita minimè Sena- 29
tus rescindere valeret, cum ipsi Pontifices non essent vlli potestati obnoxij, vt comprobat pluribus aliis antiquitatis locis ipse Anastasius *dict. cap. 8. num. 9. & 10.* qui & *cap. 9.* ex multis etiam probat Pontifices antiquos Ethnicorum habuisse iurisdictionem, summamque potestatem in his, quæ ad religionem non pertinebant, vt agunt DD. *in l. 1. §. 1. ff. de Iust. & Iure*; ipse Anastasius *in parathild. cod. de Summa Trinit. & fide Cathol.* qui, & refert plura notatu digna *in dict. cap. 9. lib. 1. de Sacr. immunit.* ex Acursio, Alciato, & aliis.

Cumque Pontifex dictus sit *à posse*, & *facere*, 30
vt putarunt Scæuola, & post eum ferè omnes.
† Et *Pontificium*, pro iure, facultate, ac pote- 31
state passim accipiatur, vt patet ex Synodo Theodosij tempore vrbi Præfecto *lib. 8. epist.* 17. *Habeo expostulandi tecum probabiles causas, quando quidem Pontificio iterati honoris, auctus nullum mihi iudicium communis gaudij præstitisti*, & ex alio *lib. 7. epist. 27. & lib. 10. epist.* 44. vt etiam repetitur *in titulo de bonis maternis, de Episcopali audientia, de hæreticis, de Apostatis, de fide Cath. & in cap. penult. de vsu pallij*, eoque Ecclesia vtatur in illa oratione, *Deus, qui Beato. Petro Apostolo tuo, collatis Clauibus Regni Cælestis animas ligandi, atque soluendi Pontificium tradidisti, &c.* idemque Anastasius refert *dict. cap. 4. in fine*, quinquies reperiri *in cod. Theodos.*

Ideò, scita potestate illorum antiquitatis Pon- 32
tificum Dignitate, & scientiâ, & quod in Pontificibus Romanis ab antiquo pateat hæc omnia concurrere, vt demonstrat Sozomenus *lib. 3. c.* 7. dum refert, qualiter Iulius Papa primus aduersùs Episcopos orientes propter Catholicos inuehitur Prælatos, maximè in verbis sequentibus, *Cum propter sedis dignitatem, cura omnium ad ipsum spectaret, singulis suam Ecclesiam restituit, scripsitque ad Episcopos Orientis, eosque incusauit, quod in consulto ipso, de ipsis viris iudicassent, Ecclesiasque perturbassent; cum decretis Concilij Niceni stare nollent, deditque mandatum, vt quidam illorum omnium nomine ad diem constitutum accederent perspicui declaraturi sententiam, quam Diis detulerant æquam, iustamque esse; quin etiam minatus est se de reliquo non passurum, eos inultos*
esse, nisi nouis rebus studere non desisterent. † Ete- 33
nim hoc in loco Ariani Episcopi fatentur inter alias primas, obtinere Romanam Ecclesiam, & sic Pontificem Romanum omnium Episcoporum esse maximum profitetur ex multis locis idem Anastasius Germon. legendus *de Sacr. immunit. lib. 2. cap.* 4. vbi latè agens de primatu Romani Pontificis *num.* 33. scribit ex omnium Cronographorum

Alagona, & Gimenez hic possunt coniungi
quam plura specialia priuilegia concessa Mona-
steriis, & Religiosis, quorum causa non solùm
sint exempti à iurisdictione Episcopi inquam
plurimis casibus, de quibus alibi.

7 Verum, & maiori ratione à Iurisdictione Ar-
chidiaconi, seu alterius Prælati, aut Dignitatis
inferioris Episcopo, nisi consuetudine fuerit in-
troductum, quia iam tunc in vim consuetudinis,
quæ est potens ad dandam Iurisdictionem iudici
competenti per illa, quæ dixi latè *supra tit. de con-
suetudine in cap. 2. de iudiciis quæst. 2. & 3. in
cap. 8. eodem cap. 9. de foro competenti, & in cap.
si Clericus Laicum eodem titulo, quæstion. 2.* & ibi
in cap. ex suscepto quæst. 2. vbi, *An consuetudo,
seu præscriptio facere possit, vt Ecclesiasticus ac-
quirat Iurisdictionem in Laicos, etiam inscio Prin-
cipe*, & alibi sæpius.

8 Et quia in glossa vers. *Abbatis*, aduertit Bar-
bosa *num. 4. & 5.* cum aliis, vt consuetudo alio-
rum locorum sit spectanda; quando particularis
9 deficeret. † Inferens *num. 5.* quod consuetudo
vnius ciuitatis, vel loci, extenditur ad loca, &
oppida particularia illi subiecta, quæ non habent
consuetudinem propriam, nisi consuetudo esset
alicuius Ecclesiæ particularis, quæ tum non ex-
tenditur ad alias Ecclesias; ideò adiunges quæ
dixi *supra de consuetudine in Rubrica sub quæ-
stione 3. ibi*, in vers. *ad secundam*, & vers. *ad ter-
tiam.*

10 Et per argumentum *in cap. significauit, & cap.
Rodulphus de rescriptis*, applicando *ibi* dicta,
quatenus loquuntur de extensione, aut restrin-
ctione rescripti concessi vnis ad alios.

11 Item etiam quia in glossa ibi *maiores*, & ibi
ab antiquioribus, resoluit Barbosa cum Tyra-
quello, Mascardo, Menochio, Farinacio, &
Cardoso *ibi num. 6.* quod testes antiquiores maxi-
mè sunt præferendi; ideò adiunges, quæ dixi *sub
tit. de testibus*, vbi quanta sit fides testibus anti-
quioribus adhibenda potius quàm modernis *in
cap. 32. quæstion. 1.* ibi vers. *quare à num. 4. & ibi à
num. 11.*

12 Et in dicta glossa ibi, *Quæ Domi geruntur fa-
cilius probantur per Domesticos, quàm per alios*;
quia licet testes Domestici non probent, tamen
vbi adest difficultas probationis ratione temporis,
vel loci, vel in his, quæ occultè fiunt, plenè
probent; ideò quoad vtrumque casum adiunges
quæ latè dixi de testibus Domesticis, tam ad pro-
bandum matrimonium, quàm ad alia facta, *in
cap. quoties 5. de testibus*, vbi an consanguinei
possint esse testes *ibi quæst. 1.* vers. *ad secundam,
& ibi à num. 1.* de testibus familiaribus, & ami-
cis, & de testibus Domesticis *à num. 24. &
numero 32. & à numero 42.* vbi quid si testes de
Domo.

13 Et quia in vers. *ad iudicantes*, quatenus idem
Barbosa *hic num. 3.* notat cum Tyraquello *de no-
bilitate cap. 37. num. 137.* quod seruitia termina-
ta suis terminis sunt contenta, ideò pro exorna-
tione, & disputatione adiunges quæ adduxi *in
cap. de quarta de præscript.* vbi de extensione serui-
tutis præscriptæ; at quia verba textus nostri ibi:
*Si verò de præmissis constiterit per eosdem eandem
iurisdictionem dumtaxat adiudicantes eidem in
Monasterio prædicto, quam ipsum, vel prædeces-
sores suos in Monasterio, vel in eisdem Abbatiis
habuisse constiterit super aliis ei perpetuum silen-
tium imponentis*, videantur tēdere ad decisionem,
dubij propositi in textu nostro, quibus illi respon-
det Honorius III. sub distinctione in puncto iu-
risdictionis acquisitæ ab Archidiacono in Abba-
tem, & Monasterium; & quod amplius non
porrigatur; ideo possunt hic adiici quæ dixi de
præscriptione iurisdictionis *in cap. cum non liceat
12. de præscriptionib. quæst. 2. à num. 1.* vbi qualiter
iurisdictionis præscriptio contingat contra Re-
gem, & alios inferiores Dominos. Et de aliis
sub dict. cap. de quarta.

Pro complemento totius materiæ quod Archi- 14
diaconus pecuniæ distribuendæ curam inter cæ-
tera habet in Ecclesia, vt dicit Cojacius *in nouel-
la 123.* & idcirco iussum sit apud Maiorianum Im-
peratorem in nouella 2. de Episcop. Iudic. quod
Archidiaconus mulctam inferat ei, quem fecerit
Clericum Episcopus inuitum, & amplius etiam
quod Archidiaconus gerebat negotia sæcularia,
& ad Episcopum referebat, vt S. Ferrandus Ar-
chidiaconus Carthaginensis in prooemio Parænc-
tici, ad Rheginum dissipatum affirmauit, quod
vt sequitur, ac refert Anastasios Germonius
de Sacr. immunit. lib. 2. cap. 2. num. 5. & 6. colligit
ex consuetudine Ecclesiæ Græcæ. † Et ex Ni- 15
cæno Concilio *Can. 62.* vbi vnus ex septem Dia-
conis, Archidiaconus dicebatur, qui custodiæ le-
gum sacrarum præerat, & de homicidiis, & aliis
eiusdem generis criminibus inquirebat. † Imò 16
& refert idem Anastasius, vt prudentius Beatum
Laurentium, quem è septem viris primum vocet
videlicet *Archidiaconum*, dicens votas opes dis-
pensare quem industrium exoptant Hieronymus,
& Sidonicus ille in epistola ad Euagrium, & in
epistola ad Domnulum; & idem Gratianus de
hac re copiosè in Parathlita huius tituli.

Et licet Ægidius Bellamera *in hoc cap. 1. num.* 17
penultimo, recenseat laconicè prius ab eo dicta,
nempe quæ sint Archidiacono licita, & ex officio
incumbentia; quænam ei prohibeantur. Tamen
quia plenè nos sub Rubrica, & sub Rubro,
hic latè scribimus; ideo ex ibi dictis huic tracta-
tioni vltimam manum imponimus, dicendo
quod etsi Archidiaconus Prænestinus non tenea-
tur ad onus Cameratus ex Sacra Congreg. Ri-
tuum in Prænestina 13. Iulij 1619. & contrarium re-
solutum fuisse in eadem Sacra Congregat. Ri-
tuum in Rhemens. 9. Maij 1609. refert Barbosa
in Bullario verb. *Archidiaconus Prænestinus*, idem
in collect. decis. 40. eodem verbo num. 30. de quo
etiam testatur Aldan. *in compendio Canon. resol.
lib. 3. tit. 3. num. 22.* & de hac materia Archidiaco-
norum, potestate, ac authoritate; item & præ-
cedentia cum multis Laurentius Vrselius *de foro
Iinio litt. A*, verb. *Archidiaconus*, qui nonnul-
los congerit casus.

AD

AD RVBRICAM ET TITVLVM.

De Officio Archipresbyteri.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyter sic dictus quasi primus, seu Princeps Presbyterorum, & Sacerdotum, & dictus etiam à Presbyteri nomine, vt* num.3.

2 *Archipresbyter à plerisque vocatur Decanus Presbyterorum*, & n.4.

5 *Presbyteri nomen est Græcum, Latinè dictus* Senior.

6 *Archipresbyter dicitur quasi Parochialis Sacerdos omnium post Episcopum in administratione Sacramentorum.*

7 *Presbyteri nomen, non solum est ætatis sed & Dignitatis.*

8 *Sacerdotum, alij sunt Episcopi, alij Archiepiscopi seu Metropolitani, alij Primates alij Summi Pontifices ordinati in Ecclesia ad imitationem Flaminum, Archiflaminum, & Prothoflaminum gentilium, vt aliqui existimant. Quid verius*, n.9.

9 *Prælatorum Ecclesiasticorum gradus ad cælestis Hierarchiæ similitudinem fuerunt instituti.*

10 *D. Petrus ad abolendam Idolorum memoriam ordinauit, vt in locis, vbi impiè Gentilium Flamines sacra faciebant, ibi nostri Sacerdotes diuerso tamen ritu*, & q.1.à n.39. latè cap. de illis dist.80. & q.1. *verf.* ad secundam, & *ibi in verf.* ad quartam, à n.39. & q.2. *verf.* ad vltimam.

11 *Roma deiecta summa idolatria Pontificatu subrogatum fuit totius terrestris Sanctitatis Christianæ caput, Pontifex scilicet dictus maximus omnium Sacerdos, & Antistes.*

12 *Archipresbyter iure antiquo post Archidiaconum primus dicitur.*

13 *Archipresbyteri officium in Cathedrali, est primo curare, vt cæteri Sacerdotes Diuina Officia, & Missas ritè celebrent, ac rectè viuant.*

14 *Archipresbyter distribuit inter Canonicos, & dignitates Missas solemniores celebrandas, seruata omnium prærogatiua, & honore.*

15 *Archipresbyter, qui nolit, aut non possit celebrare, nequit pro suo arbitrio alteri Missas delegare.*

16 *Archipresbyteri substitutus non debet cantare Missas quæ ad Archipresbyterum pertinent in locum, & honorem incensi, & pacis ipsius percipere.*

17 *Archipresbyter est manutenendus in sua possessione celebrandi Missas, absente Episcopo, non obstante contradictione Vicarij.*

18 *Archipresbyter tenetur ex officio, assistere Episcopo solemniter celebranti, & Sacerdotibus tunc præcipere, vt sacris vestibus se induant, & quomodo ad Missam procedere debeant.*

19 *Archipresbyter in absentia Episcopi, vel ipso infirmo, habet fontes benedicere, pœnitentiam, aliaque Sacramenta ministrare.*

20 *Archipresbyter in Feria 4. Cinerum, habet cineres imponere, & in feria 5. Cœna repræsentare Episcopo reconciliandos in Ecclesiæ ingressu.*

21 *Archipresbytero incumbit specialiter cura in communione Corporis, & Sanguinis Domini.*

22 *Archipresbyter adiuuat Episcopo in his, quæ ad munus Sacerdotis spectant.*

23 *Archipresbyter in iure dicitur duplex. Vnus Vrbanus, qui præest in Cathedrali, aut Collegiata. Aut ruralis, qui ruri Ecclesiæ præest qui propriè videtur dici* Decanus, & *quare*, n.24.

24 *Decanus facta translatione à perfectione denary numeri, solet ita appellari omnis ille, qui alicuius ordinis primus est.*

25 *Presbyteri olim erant qui hodie Episcopi; sic vt essent hæc nomina synonima, quod communi administratione regerent Ecclesia.*

VT a supra in Rubrica *quæst.1. & tit. de officio Archidiaconi*, dixi nonnulla de differentia, quæ adest inter Archipresbyterum, & circa quæ, & qualiter ad inuicem soleant inter se præcellere respectu aliquorum officiorum, ac rituum, vbi de intellectu, *cap.1.hic*, vbi habetur quod quamvis Archipresbyter maior sit ordine, quando is tantum est Diaconus, tamen eo minor dicitur in Iurisdictione, & Dignitate spectato iure communi, nisi aliter consuetudine, aut priuilegio sit in stylo, vt *ibi* dixi, etiam nunc sese offerat agere de officio Archipresbyteri, qui vt ibi dixi; talis inquam denominetur, quasi primus, seu Princeps Presbyterorum, vel Sacerdotum. † Et à plerisque Decanus appelletur, vt agnoscunt DD. *in cap. ad hæc 7. dist. tit. de officio Archid.* ideo non solùm scribentes agunt simpliciter in hac Rubrica de Archipresbytero, sed etiam de aliis Sacerdotibus, quibus præsunt, Petrus Greg. 1.*p. Syntagmat. Iuris lib.14.cap.21.n.1.* 1 2

Vbi ait quod à Presbyterij nomine, Archipresbyter dicitur, qui Sacerdotibus, siue Presbyteris, certis quibusdam de causis præponitur, Matta *in vet. decis. nouis voto 77. num. fin.* Regioal. *in praxi lib.30.tract.n.49.verf.6.* † Qui & vocatur inde Decanus Presbyterorum à Rota *decis.533. num.2. part.2. recent.* Andreas Valens. *hic*, Ioannes Hooor. & alij recentiores, † Dicentes etiam nomen *Presbyteri*, quod est Græcum, Latinè dici *seniorem*, vt docent etiam *de vero, & perfecto Clerico lib.1. cap.11.* Vasquez *de ordine disp.236. cap.9. à num.36.* Petrus Gregor. *part.2. Syntagmat. lib.16. cap. 8.* Galganetus *de Iure publico lib. 3. tit.23.n.1.* Barbosa *de officio Episcopi p.1. alleg.14. num.7.* idem, & omnes per textum *in cap. Cleros dist. 21.* io verf. *Presbyter.* † Quare optimè *in cap. dist. 50. cap. officium hoc titulo*, vbi glossa verbo *aforis* dicitur quasi Parochialis Sacerdos omnium post Episcopum in administratione scilicet iuramentorum, Barbosa *de Canonic. & c.6. n.18. & de Iure Eccles. 1.p.c.35. eodem n.18.* 3 4 5 6

19 Tertio in absentia Episcopi, vel ipso infirmo, fontes benedicere, & pœnitentiam, aliaque Sacramenta pro ipso Episcopo ministrare habet, *dict. cap. 2. hoc tit.*

20 Quarto Feria 4. Cinerum, cum pœnitentes ab
Ecclesia expelluntur eorum capitibus cineres imponere; & Feria 5. in Cœna Domini, cum reconciliantur in ingressu Ecclesiæ, eos Episcopo repræsentare, vt habetur in Pontificali Romano, *p. 2. tit. de expulsion. publicor. pœnit. feria 4. Cinerum. pag. 543.* Castaldus *in praxi ceremon.*
21 *lib. 1. sect. 8. cap. 7. n. 5.* † Cui etiam incumbit Specialiter cura in communione Corporis, & Sanguinis Domini, vt *in dicto cap. officium hic iuncta glossa ibi*, Azot. *supra dict. cap. 15. quæstione 3*

22 Quinto dicendum est, vt quemadmodum Archidiaconus Episcopo in his, quæ ad ministri officium pertinent ex officio, admuat, ita & Archipresbyter in his quæ ad munus Sacerdotis spectant, eidem inseruiat, vt *hic in cap. 1. 2. & 3.*

23 Archipresbyter in iure dicitur duplex, vnus
quidem vrbanus, de cuius officio iam proximè est dictum, qui præest in Cathedrali aut collegiata modo dicto, & aliis inquam modis infra in Rubro referendis. Alius autem ruralis; siue foraneus, qui nunc Ecclesiæ præest Parochiali, seu Plebaniæ, vt *in cap. si in plebibus 63. dist.* qui & propriè videtur dici *Decanus*, vt iam insinuaui, *in cap. ad*
24 *hæc 7. in fine de officio Archidiaconi.* † Non quod necessario decem præesse debeat; sed quia facta translatione à perfectione denarij numeri, Decanus soleat appellari omnis ille, qui alicuius ordinis primus, & præcipuus est: sic Petr. Gregor. *dicto lib. 15. Syntagm. cap. 21. num. 13.* Sebastian. Cæsar. *de hierarch. dict. cap. 3. disp. 12. §. 2.* Valer. Reginald. *supra*, & Barbosa *de Iure Eccles. dict. 1. p. cap. 25. num. 6. & 7.* idem *de Canonic. dict. cap. 6. eodem num. 6. & 7.* Michaël Ferrus *cap. 6. de præcedent. Archipresbyt. num. 5. & 6. & infra in cap. fin. hoc tit.* disputatur de istis, an habeant Dignitatem, ac de aliis, quæ hic deficiunt inueniuntur sub Rubro nostri tituli. Nunc vero iam ad alia de Presbyteris, & Sacerdotibus, quibus præest Archipresbyter, & prius de Sacerdotibus legis antiquæ, ac Gentilium.

25 Et quia olim Presbyteri idem erant, quod hodie Episcopi, DD. per textum *in cap. olim dist. 91.* & quod antiquitus Episcopus, & Præsbyter essent Synonima, & communi administratione regerent Ecclesias, glossa magna in fine *cap. legimus dist. 93.* Parianus *de probat. lib. 2. cap. 28. num. 113. & 116.* & alij Doctores in dictis iuribus; ideo rectè sub *hoc titulo*, de Papa, & aliis Dignitatibus Sacerdotalibus, ac Episcopalibus, ac Canonicalibus infra agitur.

QVÆSTIO I.

An Presbyteri, & Sacerdotes subsint Archipresbytero? Et quale sit eorum officium in Ecclesia Catholica Romana? Et qua de causa potuerit dicere Clemens Pontifex Presbyteros, & Sacerdotes legis Euangelicæ ad imitationem Gentilium creatos fuisse à D. Petro? Vbi de Sacerdotibus gentilibus, & antiquæ legis, & quo in honore fuerint? Item de Pontificibus illius temporis, ac nostro Romano Pontifice, qui dicitur summus Sacerdos? Vbi qui dicantur in Ecclesia Copiatæ, siue Decani, aut Parabolani, & quale officium istorum, & de Decania, siue Diaconia.

SVMMARIVM.

1 *Præsbyter propriè dicitur qui habet curam animarum post Episcopum*, vt n. 2.

3 *Presbyteri nomen conuenit etiam Simplici Clerico.*

4 *Gentiles, qui multas Deorum naturas excogitarunt, sic & viuas templorum formas Diis præpararunt aptiores eorum naturæ*, numero 5.

5 *Templa à gentilibus ædificabantur, & dedicabantur, vt Deorum Domicilia fierent, in hisque Sacerdotes effunderent preces Sacra offerent, Sacrificia procurarent, vota susciperent, religiones interpretarentur, ac omnem cultum Diis exhiberent.*

6 *Sacra antiqua à Sacerdotibus solum peragi permittebant*, & n. 7.

7 *Sacerdotes gentilitatis fiebant, qui erant viri probi, nobiles, ac prudentes.*

8 *Sacerdotibus pluribus opus esse gentiles, quasi certam religione diligentius vrbs, quam ipsis manibus Cingeretur.*

9 *S. Petrus ad imitationem gentilitatis posuit in ciuitatibus, & prouinciis, vbi gentiles posuerunt flamines, qui primi legis Doctores erant, & alios Patriarchas, Archiepiscopos*, & num. 10. in fine, *vbi quare ita posuit.*

10 *Respublica existimata felix, in qua erant Sacerdotes gentiles, felicior existimatur Christiana, in qua sunt Sacerdotes Euangelici.*

11 *Flamines, Archiflamines, &c. qui fuerint.*

12 *Sacerdotes apud Romanos tempore gentilitatis in rebus politicis digniorem obtinebant locum; sic vt interessent apud Græcos publicis Consiliis*, vt n. 13.

13 *Sacerdotibus præsentibus omnia publica proponebantur Consilia à gentilibus.*

14 *Sacerdotibus ciuitates honorem dederunt; quia ij bona à Diis, non sibi tantum, suisque amicis, sed in communi omnibus ciuibus præcabantur.*

15 *Reges apud Ægyptios è Sacerdotibus, aut è*

rei bellica peritis diligebantur.

16 *Pharao noluit in tempore Carestia, vt Sacerdotes distraherent rem frumentariam, sed ea in perpetuum retinerent, ac cibaria statuta ex publicis horreis haberent.*

17 *Hominum genera duo erant apud Gallos, alterum Druidum, idest sacerdotum, qui interessent rebus diuinis.*

18 *Sacerdotibus exceptis capta amplissima ciuitate, Alex. vendit quasi triginta hominum millia.*

19 *Alexander qualem reuerentiam praestiterit, capta Hierosolyma, Pontifici in ornatu, ei obuiam faciens, respondens suis in admiratione tantis.* Se non illum, sed Deum ipsum, cuius Pontificatum gereret adorasse.

20 *Sacerdotes apud omnes gentes summam obtinuerunt authoritatem etiam in publicis rebus vbi de nonnullis specialibus, penes Athenienses, Lacedamonios, Ægyptios, Romanos, & Gallos.*

21 *Sacerdotes Euangelici apud Principes Christianos magno in honore sunt,* n. 22. & 23.

22 *Sacerdotum Euangelica legis officium in terra calestibus negotiis, continetur institutum, non ab homine, aut ab Angelo, sed à Spiritu Sancto.*

23 *Sacerdotes Euangelici meruerunt dispensare cœlestia, & potestatem acceperunt, quam nec Angelicis dedit Deus.*

24 *Sacerdotes maiores, & minores erant & inter primas obtinebant Pontifices.*

25 *Pontifices Ethnicorum in publicis, & priuatis fungebantur, qui creabantur ex primoribus ciuitatis, qui & debebant esse Iurisperiti, ad Sacras, & ad Ciuiles quaestiones, vt* num. 26. 27. & 28.

26 *Pontifex maximus, Iudex, ac Vindex erat contumacia priuatorum Magistratuum, habens etiam Iurisdictionem in alios Sacerdotes, & in flaminem dialem.* n. 27

27 *Si tamen Diale erat prima dignitas post Pontificem.*

28 *Pontifex maximus erat omnium Sacerdotum Iudex, atque arbiter rerum Diuinarum, & humanarum, qui nec vllam rationem praestabat senatui de gestis à se.*

29 *Senatus Pontificum Placita non rescindebat.*

30 *Pontifex dictus est à* posse, *&* facere.

31 *Pontificium accipitur pro iure, facultate, & potestate.*

32 *Romanus Pontifex plenissimam in terris habet potestatem excellentiorem illa, quam habebant Pontifices Ethnici,* n. 33. & 34.

33 *Arriani Episcopi fatentur inter alias primas obtinere Romanam Ecclesiam; & sic eius Pontificem Episcoporum omnium esse maximum.*

34 *Pontifex Romanus est caput œcumenicum summum, & stupor mundi, admirabilis, Christi Vicarius, in administratione Sanctissi maior, vocatur Sanctissimus, & aliis nominibus nuncupatur, vt* n. 36. & 37.

35 *Papa debet esse vir Apostolica Sanctitatis, quē propterea adoramus, & osculamur eius pede.*

36 *Pontifex, vt magis, ac magis veneretur variis nominibus, solitus est appellari, vt* Beatissimus, Episcopus vniuersalis Ecclesiae, totius orbis Ordinarius, Ordinariorum Dioecesanus omnium exemptorum, Vicarius Christi, Dominus Dominantium, Regnum orbis, & vrbis, summa velicatio status Ecclesiastici.

37 *Pontifex etiam appellatur,* Pater pauperum, Christianorum Pontifex, Summus Sacerdos, Princeps Sacerdotum, Caput Corporis Ecclesiae, Pastor Ouilis Domini, Pater & Dominus omnium fidelium, Custos Vineae Dei, Sponsus Ecclesiae, Praesul Apostolicae Sedis, Christianorum Dux, Vltor scelerum, malleum Tyrannorum, Pater Regum, Moderator legum, Dispensator Canonum, sal terrae, Lumen plebis, Sacerdos altissimi, Christus Domini, Deus Pharaonis.

38 *Episcopatuum ordo nullus maior reperitur.*

39 *Christus Dominus constituit sibi Vicarium D. Petrum vniuersi orbis constituentem, iubente Domino; sedem Roma, ad quem transtulit ex Antiochia.*

40 *Roma, qua mater fuerat erroris, decuit, vt esset testis Euangelica veritatis.*

41 *Romanus Pontifex excommunicat, & execrat excellentiori potestate, quam facerent Pontifices Ethnici.*

42 *Ethnici etiam soluebant suis Sacerdotibus primitias, ac decimas.*

43 *Immunitate gaudebant fugientes ad ades dictas sacras Ethnicorum.*

44 *Pontifices in Romana Ecclesia instituerunt Pralatos, ordinarunt Sacerdotes, Episcopatus, & Parochias, cum facultate excommunicandi, & faciendi alia remissiuè.*

45 *Copiata, seu Decani qui antiquitus dicebantur, idest solicitis.*

46 *Decani antiquitus dicebantur, qui lectuli defunctorum, ministerium habebant, dum ad sepultura deferrentur.*

47 *Parabolani antiquo iure dicebantur, qui deputabantur ad curanda debilium agra corpora, vel qui toto vita tempore Hospitalium seruitio addicti essent, qui non diuites, aut curiales, erant eligendi, vt* sub n. 48.

48 *Parabolanorum extitit amplissimum Collegium, quod interdum Alexandrina legationi terror esset; & ob id prohibitum à Principibus collegialiter ad publica spectacula accedere nec ad curia iudicium.*

49 *Decania dicitur sacrarium, & secretarium, &* n. 50.

50 *Copiata, & Parabolani, quia Ecclesiastica Officia non exercebant, ergo tantùm vocabulo Clerici dicebantur, ac nonnullis priuilegiis gaudebant, &* n. 57.

51 *Acolyti, omnes dicuntur Clerici* in l. 10. cod. de Episcopis, & Cleric. *& qui sic appellentur ab Imperatoribus Valentiniano, Valente, & Gratiano,* n. 52.

53 *Acolyti, & Iustinianus ait, solebant cereos, & funalia deferre, quos fortè laborantes Ignatius appellat qui differebant ab Acolytis nostra Romana Ecclesia, vt* n. 57.

54 *Acolyti omnes erant ministri earum, qua in templo peragebantur functionem per Pralatos singulis assignandi.*

55 *Copiata, & Decani ex constitutione Henorij non plures, quàm nonaginta.*

Parabolani;

56 *Parabolani, qui non genti esse deberent à Theodosio, & Honorio, ad sexentos fuerunt numerati pro arbitrio Antistitis Alexandrinæ vrbis, qui & subrogabat alium in locum illius, qui Sacerdos fiebat.*

1 AD primam quæstionis partem abundè patet resolutio ex dictis *in Rub. & infra sub Rubro*; sed quale officium sit Præsbyteri in Ecclesiâ Romanâ patet *ex cap. Cleros dist.* 21. de quo iam dixi *supa in Rub. de ætate ordinandor. & alibi*.

2 Et Presbyter inquam propriè dicitur, qui curam habet animarum post Episcopum, vt infra dico *in tit. de Officio Vicary*, qui & plebanus, siue Rector Ecclesiæ Parochialis solet esse, vt ibi dicimus, vel qui saltem habet Ordinem Sa-
3 cerdotalem. † Et quod Presbyteri nomen latè sumpto vocabulo, possit etiam conuenire simplici Clerico, Barbosa *de Iure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 34 *de Presbytero num.* 4. 5. *&* 6. idem *de appellat.* verb. *vtriusque iuris signif. appellat.* 127. *num* 1. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancel. glossa* 5. *num* 86. Rota in Recaneten. beneficij 14. Martij 1608. coram Cardinali Lancelloto impressa per Farinac. *decis.* 216. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* latè Rota *p.* 2. *recent. decis.* 14. *à princip. & decis.* 59. *à num.* 23. *tom.* 1. *diuers.* vbi *num* 25. subdit quod Sacerdotij appellatione, quilibet Ordo Ecclesiasticus intelligitur, sic etiam colligunt DD, *per cap. vestra*, iuncto principio cum fine *de cohabitat. Cleric. & mulierum*, iunctis traditis per Barbatiam *co* *s.* 33. *num.* 2. *dub.* 1. *lib.* 2. Rochus *de iure patron.* verbo *honorificum q.* 4. *n.* 16. Lambertin. *eodem tract. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 7. *art.* 27. *num.* 8. Parisius *cons.* 50. *à num* 12. *lib.* 4 & sic videtur obseruare vulgaris consuetudo loquendi, vt obseruat etiam Mantica *decis.* 129. *num.* 2. *&* 3. propriè tamen appellatione Presbyteri venire qui habent Ordinem Sacerdotalem dixerunt Barbatia *dicto cons.* 33. *lib.* 2. *num.* 9. Decius *cons.* 22. *num.* 5. Moneta *de commut. vltim. volunt. cap.* 10. *num.* 55. Nicolaus Garcia *de benef. p.* 7. *cap.* 1. *num.* 58. Rota *decis.* 216. *num.* 2. *p.* 2 *recent. & dicta decis.* 14. *num.* 7. apud Paulum de Rubeis *tom.* 3. *diuers. p.* 7. *recent.*

4 Ad secundam quæstionis partem qua de causa potuerit dicere Clem. Papa Sacerdotes Euangelicos à D. Petro fuisse creatos ad imitationem Sacerdotum gentilium; licet iam *supra sub Rubrica*, eius dictum sit explanatum ex vers. *& cum etiam*, & vers. *indeque*, vbi de intellectu *in cap. in illis*, *dist.* 80. tamen facit gradum, vt aliqua de prædictis rationibus antiquis loquamur de eorum dignitate, & officio, & præter nonnulla iam alibi dicta de vario Sacerdotum genere; & quia post antiquiores Græci, etiam Romani, aliæque gentes præter illud vnum prudentissimæ mentis numen, quo omnia reguntur multas alias naturas Deorum excogitassent ex magnis eorum beneficiis, quæ non sine Diuina virtute erga homines fieri arbitrarentur, constituerint, atque appellarent, sic varias etiam templorum formas, Diis præparandas eorum naturæ aptiores de quibus Vitruuius *lib.* 1. *cap.* 2. quem refert, & explicat legendus Anastasius Germonius *lib* 1. *de Sacr. immunit. c.* 1. vbi, & *cap.* 2. *de dedicatione, & consecratione antiqua templorum illorum*, de quibus aptius *in tit. de Ecclesiis ædificandis, & de consecratione Eccle-*
5 *siæ*. † Et templa quidem ideò tunc constituerentur, atque dedicarentur, vt Deorum domicilia fierent, in hisque Sacerdotes pro populo praeces effunderent, sacra offerre, publica, atque priuata sacrificia procurarent, vota susciperent, religiones interpretarentur, atque omnem Diis cultum exhiberent.

Inde cum hæc quidem non cuiquam peragere 6
liceret, sed vt ait Plato *in dialogo de Regno*, Sacerdotem esse oporteret, & talem, vt intelligeret, doceretque quo pacto donaria Diis, & Sacra essent offerenda, item qua ratione vouendum esset, quidvè boni esset à Diis petendum (cum non omnia à Diis petenda forent.) † Et factum etiam 7
fuerit, vt non omnes ad Dignitatem Sacerdotalem diligerentur, sed viri tantùm probi, nobiles, ac prudentes, vti apud Græcos, Ægyptios, Romanos, aliasque gentes censeretur, Sacerdotes extitisse, hosque diuersi generis, & inter alios non minus, ac vesper, aut Lucifer inter minora sydera dignitatis fulgore, potestatisque, & imperij magnitudine excelsisse.

Quare quidem non est mirum (quod si Ro- 8
mani intelligerunt Rempublicam eorum qui religioni perierunt imperiis, valdè esse amplificatam; ob idque vt Romana ipsa Respublica maximis agitaretur imperiis enixi fuerint fieri superioribus omnibus gentibus, vt fatetur Cicero *lib.* 1. *de naturâ Deorum*, ibi: *Si conferre volumus nostra cum exteris, cæteris rebus, aut pares, aut etiam inferiores reperimur; religione, id est cultu Deorum multo superiores*, ac ea de causa putarint veteres pluribus opus esse Sacerdotibus, quasi eorum religione diligentius vrbs, quàm ipsis mœnibus cingeretur.) † Vt ad imitationem S. Petrus sta- 9
biliter, excellentiori autem modo, & soli Deo vni, & trino, quod in illis ciuitatibus, in quibus apud Ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Episcoporum primates poni, vel Patriarchas, qui reliquorum Episcoporum causas, & maiora, quoties necessum foret negotia in fide agitarent; in illis verò ciuitatibus dudum apud prædictos erant Archiflamines, quos tamen minores tenebant, quàm memoratos primates Archiepiscopus; in singulis verò ciuitatibus singulos, & non binos, vel ternos, aut plures Episcopos constitui præcepit, qui non Primatum, aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine; quia mattes ciuitatum non tenent, sed Episcoporum tantùm vocabulo potirentur; quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit, sed vnus omnibus præfuit.

Ex qua Clementis contextura facilis disquisi- 10
tio procedit, nam si in illa antiquitate tot inuoluta fallaciis, tot nationes gentiles Diis per Sacerdotes illos falsos offerrent, vt feliciorem propriam Rempublicam facerent, quanto inquam felicius per Euangelicos, & veros Sacerdotes offerentes vero Deo, omnia contingerent, non est ambigendum; imò considerandum D. Petrum vol[illegible] (vt iam in Rubricâ diximus) penes easdem ciuitates, quæ excæcatæ erant gaudentes illis Sacerdotibus, veros assignare, vt quæ matres erant gentilitatis, extitissent postea edoctæ in fide, matres Catholicæ Religionis.

Quod si exactius velis scire qui fuerint flamines, 11
& Archiflamines, quorum meminit Clemens Rom. Pontif. ad Iacobum *epist.* 1. relatus *in dicto cap. in illis dist.* 80. à quibus, & ad quid instituti, leges Alex. ab Alexandro *dierum genialium lib.* 6.

ceperunt, quam nec Angelis, nec Archãgelis dedit Deus; multaque alia de excellentiâ eorũ congerit præter alios idẽ Anastas. Germon. *lib. 2. de immunit. Sacr. cap. 9.* quibus patet potuisse Clem. Papam dicere ad imitationem Ethnicorum, D. Petrum constituisse in Ecclesiâ Dei Ministros superiori tamen potestate in spiritualibus: nam etsi habeant mundi Principes potestatem aliquam vincendi, sed quia in solis corporibus licet, & Sacerdotibus commissam ipsam contingere animas, transireque Cœlos, vt ea, quæ operata fuerint Sacerdotes, deorsum confirmet in Cœlis Deus, sententiamque seruorum Dominus ipse corroboret, iuxta illud Matth. *cap. 15. Quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata, & in Cœlo, & quæcumque solueritis, erunt soluta*, iuxta ea, quæ supra adduxi de potestate Ordinis Sacerdotalis, quæ conceditur cum quis ab Episcopo Presbyter ordinatur *in tit. & Rub. de temp. ordin. & de ætate ordin.*

24 Ad quartam quæstionis partem de Pontificibus Ethnicorum, & antiquæ legis, qua gauderent potestate, & honore, quãtoque D. Petrus primus Põtifex Christianus, & alij in sede illius sequentes excellant illis, in hoc vers. breuiter agitur; & repetito quod dictum est *hic* in vers. *amplius*, sub vers. *ad tertiam*, constat ergo, vt Lactantius Firminianus ait *lib. 3. cap. 20* quod Sacerdotes maiores, & minores appellabantur, & quod inter Sacerdotes primas obtinebant Pontifices: nam vt Plutarch. in Numa scribit inter vtrosque vnus erat maximus re, & nomine, de quo idem in verbis sequentibus loquens: *Pontifex autem Maximus interpretis Deum vatis à Deoque sacrorum enarratoris, Doctorisque loco est, non modo publicorum sacrificiorum curam gerens, sed priuata etiam inspiciens, ac ne quid præter legitima fiat prohibens, docensque quibuscumque rebus ad honorandos, exorandosvè Deos opus sit.*

25 Vnde quia lex Ciceronis fuit, *Diuis aliis, alij Sacerdotes omnibus Pontifices, singulis flamines sumpte*, & ex his, quæ Liuius dicit *lib. 1.* ac repetit ex aliis bonis authoribus Anastasius Germon. *lib. 1. de Sacr. immunit. cap. 4.* planè intelligatur, vt Pontifex Maximus sacra omnia exscripta haberet, & obsignata, hostias, dies, ad quæ templa sacra facienda, atque vnde in eos sumptus pecunia erogaretur, & cætera quoque omnia, cum publica, tum priuata ipsius Pontificis scitis subiaceret Numa, &c. Item & quod non omnes ad summum illud culmen aspirare potuerint; indeque fieri, vt in plurimum crearentur Pontif. Max. ex primoribus ciuitatis, vt patet ex Tacito *lib. 3. annal.* & loquente de Pontificibus ibi: *Etenim pars magna, & propinquus ipsius* (id est Cæsaris)
26 *aut primores ciuitatis erant, &c.* † Qui & debebant esse iuris periti, non solùm circa ea quæ ad sacra pertinebant, sed etiam de aliis iuris ciuilis quæstionibus, & contractibus; quia si Plutarcho credendum sit Numam, Pontifex Max. Iudex, ac Vindex erat contumaciæ priuatorum Magistratuum, atque in alios quoque Sacerdotes habebat iurisdictionem, etiam *in flaminem Dia-*
27 *lem.* † Qui erat prima Dignitas post Pontificem: alia ex bonis litteris congerit videndus Anastasius Germon. *dict. lib. 1. de Sacr. immunit. dict. cap. 4.* vbi expendens Ciceronis locum *lib. 2. de legibus*, ibi: *Reuertar ad ius publicum vindicandum, quod ipsi Pontifices semper, non solùm ad suas cæremonias, sed etiam ad populi iussum accommodarunt*, ait ius quidem accipi, nonmodo de sacris, de votis, de feriis, & de sepulchris, sed & de aliis quoque iuris quæstionibus, contractibus, vltimisque voluntatibus, ex quibus publica tranquillitas hominumque discordia pendet, manatque.

Imò & Pontifex Maximus erat omnium Sacerdotum Iudex, atque arbiter rerum Diuinarum 28
& humanarum, vt multis authoritatibus Ethnicorum repetit legendus *dict. lib. 1. de Sacr. immunit. cap. 8.* nullamque rationem Senatui redderet suarum rationum, iudiciorumque, vt dicunt Plin. *de Viris Illustribus*, & Dionys. Alicarnas.
lib. 2. † Sic vt Pontificum placita minimè Sena- 29
tus rescindere valeret, cum ipsi Pontifices non essent vlli potestati obnoxij, vt comprobat pluribus aliis antiquitatis locis ipse Anastasius *dict. cap. 8. num. 9. & 10.* qui & *cap. 9.* ex multis etiam probat Pontifices antiquos Ethnicorum habuisse iurisdictionem, summamque potestatem in his, quæ ad religionem non pertinebant, vt agunt DD. *in l. 1. §. 1. ff. de Iust. & Iure*; ipse Anastasius *in parathild. cod. de Summa Trinit. & fide Cathol.* qui, & refert plura notatu digna *in dict. cap. 9. lib. 1. de Sacr. immunit.* ex Acursio, Alciato, & aliis.

Cumque Pontifex dictus sit *à posse*, & *facere*, 30
vt putarunt Scæuola, & post eum ferè omnes.
† Et *Pontificium*, pro iure, facultate, ac pote- 31
state passim accipiatur, vt patet ex Synodo Theodosij tempore vrbi Præfecto *lib. 8. epist. 17. Habeo expostulandi tecum probabiles causas, quando quidem Pontificio iterati honoris, auctus meliùm mihi iudicium communis gaudij præstitisti*, & ex alio *lib. 7. epist. 27. & lib. 10. epist. 44.* vt etiam repetitur *in titulo de bonis maternis, de Episcopali audientia, de hæreticis, de Apostatis, de fide Cath. & in cap. penult. de vsu pallij*, eoque Ecclesia vtatur in illa oratione, *Deus, qui Beato Petro Apostolo tuo, collatis Clauibus Regni Cœlestis animas ligandi, atque soluendi Pontificium tradidisti, &c.* idemque Anastasius refert *dict. cap. 4. in fine*, quinquies repeti *in cod. Theodos.*

Ideò, scita potestate illorum antiquitatis Pon- 32
tificum Dignitate, & scientiâ, & quod in Pontificibus Romanis ab antiquo pateat hæc omnia concurrere, vt demonstrat Sozomenus *lib. 3. c. 7.* dum refert, qualiter Iulius Papa primus aduersùs Episcopos orientes propter Catholicos inuehitur Prælatos, maximè in verbis sequentibus, *Cum propter sedis dignitatem, cura omnium ad ipsum spectaret, singulis suam Ecclesiam restituit, scripsitque ad Episcopos Orientis, eosque incusauit, quod in consulto ipso, de ipsis viris iudicassent, Ecclesiasque perturbassent, cum decretis Concilij Niceani stare nollent, deditque mandatum, vt quidam illorum omnium nomine ad diem constitutum accederent perspicui declaraturi sententiam, quam Diis detulerant æquam, iustamque esse; quin etiam minatus est se de reliquo non passurum, eos inultos esse, nisi nouis rebus studere non desisterent.* † Ete- 33
nim hoc in loco Ariani Episcopi fatentur inter alias primas, obtinere Romanam Ecclesiam, & sic Pontificem Romanum omnium Episcoporum esse maximum profitetur ex multis locis idem Anastasius Germon. legendus *de Sacr. immunit. lib. 2. cap. 4.* vbi latè agens de primatu Romani Pontificis *num. 33.* scribit ex omnium Cronographorum

phorum ſententia de Romanis Pontificibus. †

34 Quod Romanus Pontifex eſt caput cumenicum, & vniuerſale, ac Pontifex Summus totius Eccleſiæ, vt docent Paulus Diaconus in Chronic. martyrij, Antonius *de geſtis Francorum lib. 4. c. 4.* Platina, Volaterranus in Bonifaciom, Sabellius *lib. 6. enneade* 8. à quibus nullus ex iuris etiam ciuilis interpretibus diſſentit; dommodo benè ſentiat de fide, de cuius poteſtate cum infinitis Auguſtinus Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 2.* vbi ex gloſſa *in proœm. Clement.* allegante dictum Poëtæ Angli, dicit quod *Papa eſt ſtupor mundi*, & admirabilis, quia vices Dei in terris gerit, ex eo quod Vicarius ſit Chriſti, cuius eſt terra, & plenitudo eius, & quia omnibus eſt maior *cap. ſolitæ de maioritate, & obed.* & in adminiſtratione, & auctoritate, etiam Sanctis, excepto Petro, *ex cap. 1. diſt. 20.* & Sanctiſſimus, vt *in cap. 1. diſt. 40.* ibi: *Quis enim Sanctum dubitat, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo ſi deſint bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci prædeceſſore præſtantur.*

35 Et quod inde, vt Papa debeat eſſe vir Apoſtolicæ Sanctitatis, dixit Baldus *in proœm. decretal.* in verbo *Gregorius num. 3.* quem propterea adoramus, & oſculamur io pede, vt patet ex gloſſa verbo *oſcula in extrauag. 1. de verb. ſignif.* Ioan. 22. & verb. *oſculandi in l. 1. cod. de Domeſt. & protect.* vbi Ioannes de Plaiaa, Caſtald. *de imperio q. 64. num. 3.* Nauar. *in cap. humana aures 22. q. 5. p. 1. n. 7.* Ioan. Stephanus *in ſpeciali tractatu de adoratione pedum tom. 13. tractatuum Doctorum p. 2. fol. 50.* Marcus Aoton. Mazarin. *de tribus coronis Pontificis, & de oſculo pedis*, D. Ioan. de Solorzano *in memoriali, ſeu diſcurſu informatiuo, iuridico, hiſtorico, & politico num. 320. fol. 152.* Boët. Epo *in gloſſam ad cap. Conſtantinus num. 44. pag 196.* vbi quod plurimi Summi Pontifices Chriſtiani, partim Imperatores, vt Iuſtinianus II. & Carolus Magnus, partim Reges alij præ ſumma, nimirum iuſtiſſimaque Chriſti Vicariorum, Diuique Petri ſucceſſorum Pontificum, nempè Romanorum veneratione eorum pedes humiliter deoſculati ſunt.

36 Quapropter vt eius dignitas magis, atque magis inſpiciatur, ac rumineiur aliis variis nominibus ſolitus eſt nominari, nam *Beatiſſimus* appellatur à Ludouico Gomez. *in cap. 1. num. 22. de conſtit. Epiſcopus*, aliquaodo ſimpliciter, vt *in cap. dilectiſſimus 12. q. 1.* gloſſa verbo *Epiſcopus* in proœmio ſexti *Epiſcopus Romæ*, *in c. ſtatuimus diſt. 4.* & *Epiſcopus vniuerſalis Eccleſiæ*, à D. Thoma *in opuſculo 19. de erroribus Græcorum Epiſcopus totius orbis*, vt in gloſſa verb. *priuata, cap. felicis § fin. de pœnis*; & ob id dicant Felinus *in cap. gratia num. 12. poſt medium*, verſ. *hoc alias poſſet dici*, Lodouic. Gomez. *in cap. 1. num. 34. de conſtit. lib. 6.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. § 1. proœm. num. 8.* item *Epiſcopus Epiſcoporum in cap. Nouatianus 7. q. 1. cap. loquitur 24. q. 1.* & *Ordinarius Ordinariorum in cap. cuncta per mundum, cap. per principalem 9. q. 3.* & *Diœceſanus omnium exemptorum*, Gemininnus *conſ. 83. num. 8.* Cardinalis Tuſchus *litt. P, concluſ. 48. num. 8. Vicarius Chriſti, in cap. inter corporalia, cap. quanto, cap. licet de tranſlatione Epiſcopi*, & *Princeps Principum*, ac *Dominus Dominantium*, vt appellant Papam Baldus *conſ.* 388. quia primus eſt ſuper omnes mortales, Zabarella *conſ. 137. n. 7.* Tuſchus *ſupra concl. 40. num. 12.* item appellatur, *Regnum orbis, & vrbis*, vt habet Beſlamera *conſ. 48. num. 37. in fine, & num. 38.* & Zabarella *conſ. 536. num. 8. in fine, & num. 9. & conſ. 142. num. 3.* appellat Papam *ſummam vellitationem Dignitatis Apoſtolicæ, & ſtatus Eccleſiaſtici.*

37 Et aliiſque præcellentibus nominibus nominatur, *Scilicet Pater Patrum, Chriſtianorum Pontifex, ſummus Sacerdos, Princeps Sacerdotum, caput corporis Eccleſiæ, Paſtor ouilis Domini, Pater, & Dominus omnium fidelium, Cuſtos Vineæ Dei, Sponſus Eccleſiæ, Præſul Apoſtolicæ Sedis*, vt etiam referunt P. Rodericus à Cugna *in comment. ad cap. ſtatuimus num. 2. diſt. 4.* Probus ad Monach. *ſuper præmio Sixti num. 54.* Geminian. *conſ. 93. num. 21. & 22.* Cardinalis Tuſchus *dicta concl. 40.* Cardioal. Beſlarmin. *tom. 1. lib. 2. de Romano Pontifice num. 31.* Seraphinus de Freytas *de iuſto imperio Luſitan. cap. 6. num. 102.* Solorzan. *de iure Indiarum tom. 1. lib. 2. cap. 23. num. 80.* ex Sancto Bernardo *lib. 3. de conſiderat. ad Eugenium in verbis ſequentibus* illius Sancti patet ibi: *Age indagamus adhuc quis ſis? quis eſt Sacerdos magnus? Princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu, à bello gubernatu Noë, Patriarchatu, Abraham ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes, Iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, Unctione Chriſtus*, & vt referunt idem Solorzanus *dicto lib. 2. cap. 23. dicto num. 80.* Barboſa *dicto cap. 2. de Iure Eccleſ. ex n. 1. ad 20.* ex eodem S. Bernardo *in fine lib.* aliis etiam nominatur digoitatibus in verbis ſequentibus ipſius Sancti, *Chriſtianorum Ducem, paſtorem plebium, vltorem ſcelerum, malorum metum, Malleum Tyrannorum, Regum patrem, legum moderatorem, Canonum diſpenſatorem, ſal terræ, orbis lumen, Sacerdotem altiſſimi Vicarium Chriſti Domini, Deum Pharaonis.* †

38 Quare rectè dicetur, quod Summi Pontifices appellentur Epiſcopi, cum Papa ſe vocet Epiſcopum; eo quod nullus ordo Epiſcopatu maior reperiatur, vt notauit ſcientiſſimè gloſſa *in cap. quia periculoſum de ſent. excommun. lib. 6.* Patian. *de probat. lib. 2. cap. 28. num. 7.* & per gloſſ. *in cap. de his verò de conſecrat. diſt. 5.*

39 Si tot inquam nominibus Paſtor Pontificaios cognominatur, quibus eius omnimoda poteſtas præcellit ſuper omnibus mundi poteſtatibus, iuxtà qoæ etiam adduxi *in cap. nouit de iudiciis à q. 2.* cum aliis quattuor hic adiiciendis pro plena Romani Pontificis poteſtate, & excellentia, fortè mirum erit dicere Chriſtum Dominum conſtituiſſe ſibi Vicarium vniuerſi orbis, ac fidei D. Petrum, eiuſque ſucceſſores, & iubente Ipſo Domino, ſedem conſtituentem Romam, ad quam tranſtulit Petrus ex Antiochia, vt *in cap. rogemus 24. q. 1. cap. ſacroſancta 22. diſt.* cum aliis relatis à Barboſa *de Officio Epiſcopi p. 1. tit. 3. c. 2. num. 7.* vt ibidem potios proficera poſſet, vt inquit Antooius Papa *in cap. mutationes 7. q. 1. & in cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi*, dum dicit *Locum, quem elegit Dominus Apoſtolica Sedes eſſe cognoſcitur*, Pelagius Papa *in cap. quamuis diſt. 21.* ibi: *Sancta Romana Eccleſia, Catholica, & Apoſtolica nullis Synodicis conſtitutionibus prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini*, legendus Beſlam. *tom. 1. de Romano Pontifice lib. 2. à princip.* cum multis idem Barboſa *de Iure Eccleſ. cap. 2. n. 51. & 52.*

Decuit

40 Decuit enim, vt Roma, quæ mater fuerat erroris, eſſet veritatis Euangelicæ, *in dicto cap. in illis diſtinct.* 80. rectè ad imitationem, (ſed vt iam diximus modo excellentiori,) D. Petrus poſuerit Archiepiſcopos, Epiſcopos, Patriarchas, &c. in locis, vbi erant apud Ethnicos Archiflamines, Flamines, & Primates, vt retulit Clem. Papa *ibi*; vt ſic quidem illæ ciuitates, & gentes earum, quæ antea tegerentur, per illos poſtea in melius mutatæ gubernarentur, per iſtos teſteſque eſſent tam magnæ mutationis in melius, vt patet ex dictis *infra q. 2. verſ. ad vltimam* videndis.

41 Et ob id quidem ad imitationem Sacerdotum Ethnicorum, qui poteſtatem habuerunt excommunicandi, interdicendi, vt Athenienſes, & Argini, qui habebant templum execrationis figuram noſtræ excommunicationis repræſentantis, vt patet ex Hyſichio in Leuitico, & Romani, qui execrationibus vſi ſunt, & quod Ethnici excommunicatione vſi fuerint conſtat ex Platone *lib. 9. de legibus propè finem*, ex verſione Tyraquelli, vt refert inter alia videndus Anaſtaſius Germon. *dict. lib. 1. de Sacr. immunit. cap. 22. num. 4.* in verbis ſequentibus: *Si quis de vi parentibus illata, damnatus fuerit, primum quidem ex vrbe egrediatur, in exiliumque perpetuum proficiſcatur, ac ſacris omnibus arceatur; cum autem qui non non ſe arcuerit Agranomi verberibus cadant, & omninò, vt hi quidem voluerint; reuerſus verè ex exilio morte mulctetur. Si quis verò ex liberis hominibus cum tali viro, vel comederit, vel biberit, vel realia quæcumque cum eo communicauerit, atque adeo, ſi ei obuiam factum, eum ſua ſponte tetigerit, nec in templum ingrediatur, nec in forum, nec omnino in vrbem prius quam purgatur; patet enim ſe cum*
42 *homine ſceleſto communicaſſe.* † Alia plura adducens idem Anaſtaſius *ibi cap. 13. de immunitate,* qua gaudebant Sacerdotes illius temporis, quibus etiam veteres Ethnici, primitias, ac decimas perſoluebant, vt idem latè adducit *dicto lib. 1.*
43 *cap. 14.* explicans *leg. 2. ff. de pollicitationibus.* † Vbi & *cap. 15.* refert immunitatem, qua gaudebant apud omnes gentes fugientes ad ædes dictas ſacras, & *cap. 16.* refert ſacrificia, & prærogatiuas Sacerdotum, & *cap. 18.* agit de voto, vtique ſolutione, & de authoritate Sacerdotum in voto, & *in cap. 18.* de applicationibus, quæ apud gentes mandantibus Sacerdotibus, pluribus de cauſis fiebant, & *in cap. 19. de feſtis, & in cap. 20. de Iu-*
44 *reiur.* † Pontifices Sancti Romani in Eccleſiâ Catholicâ inſtituerunt Prælatos, ordinarunt Sacerdotes poteſtate ſibi à Chriſto tradita, Epiſcopatus, & Parochias aſſignando cum facultate excommunicandi, ſupplicandi, & faciendi, ac imperandi plura, de quibus in toto iure noſtro Canonico patet.

45 Ad vltimam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ de Acolytis dixi *in cap. 2. de Officio Archidiaconi.* Ad primum qui dicantur Copiatæ, ſeu Decani in Eccleſiâ de quibus fit mentio bis *in cod. l. 1. cod. de l. 1. cod. luſtrali collatione*, ibi: *Negotiatores omnes protinus conuenit aurum, argentumque præbere, Clericos excipi tantùm, qui Copiatæ appellantur*, & *in l. 15. cod. de Epiſcopis, & Cleric.* ibi: *Clerici, vel hi, quos copiatas recens vſus inſtituit nuncupari, ita à ſordibus muneribus debent immunes, atque à collatione præſtari, ſi exiguis admodum mercimoniis tenuem ſibi victum, veſtitumque conquirant*, & quod *Copiatæ*, etiam appellarentur *Decani*, & ſic ſolitos vocari probat Anaſtaſius Germon. *de Sacror. immunit. lib. 2. c. 2. numer. 12. & 13.* ex coniectura *dicta leg. 15.* quod Conſtantinus Imperator dicit *quos copiatas recens vſus inſtituit* nuncupari.

Et Decanos Antonius Auguſtinus in notis in Iuliani epitomen fuiſſe arbitratur, qui lectuli defunctorum miniſtrorum habebant, dum ad ſepulturam deferrentur ſic Anaſtaſius ſupra. 46

Parabolani autem ex ſententia Imperatorum *in l. 18. cod. de Epiſcopis, & Cleric.* vbi Honor. & Theodoſ. erant qui ad curanda debilium ægra corpora deputabantur: ſic Anaſtaſius Germon. *ſupra dicto cap. 2. lib. 2. num. 11.* vbi non placet de Andrea Alciato dicente *lib. 4. diſpunct.* vt *Parabolani* dicerentur, quod glebæ adſcripti, aut toto vitæ tempore Hoſpitalium, Xenonumque ſeruitio fuiſſent addicti, ſed potius ex Iacobo Cujac. *ad nouel. 3. cod. de Epiſcop.* Viſum eſt quaſi intrepidi, ac temerarij in periculis ſæpè non paruis verſarentur, 47
frequenti ægrotorū contactu. † Imo conſtat ex *cod.* 48
Theodoſiano, huiuſmodi Parabolanorum extitiſſe collegium, adeoque amplum, vt interdum Alexandrinæ legationi terror eſſet: quare ait Germon. voluiſſe Principes *in l. 42. cod. de Epiſcop. & Clericis*, ne iis ad quodlibet publicum ſpectaculum nec ad Curiæ locum, nec ad iudicium accedendi daretur licentia, niſi forte ſinguli ob cauſas proprias, & neceſſitates, Iudices adiiſſent, vel in communi totius corporis ſyndico conſtituto, nec Diuites, neque honorati, aut curiales, ſed pauperes tantùm in id Collegium cooptarentur, vt *in l. 43. dict. tit.*

Decania, ſiue *Deaconia Decanica*, ſiue *Deaconica*, videtur dicendum, vt nuncupentur à *Copiatis* dicti *Decani*, vt ſupra, à quibus quoque *Decanus* Eccleſiæ carcerem nuncupari *Decania*, ſiue *Deaconica*, vt *in l. 5. cod. de hæreticis*, vel *vt in codice Theodoſiano nouell. 79. Decaconica* ab eorum fortè miniſterio, vt idem Anton. Auguſtinus ſuſpicatur, & ſi Iacobus Cujacius exiſtimet *in dicta nouella 79. Decanicam*, ſiue *Diaconicam* non eſſe carceres, licet in ea rei quandoque conijciantur cuſtodiæ cauſa, cum & haberi in eis conuentus ſoleant, & recondi res pretioſæ qui locus in Calcedonenſi Concilio Actor. 1. *Sacrariū appellatur, dum dicit per homines eius, & Comites non ſum permiſſus egredi de Sacrario, vſque quo ſubſcripſi ſententia Dioſcuri Thalaſius dixit in ſecretario fueram poſitus*, dixit Photius *tit. 9. c. 1.* 49

Et ſic referens prædicta Anaſtaſius Germon. *dict. lib. 2. cap. 2. num. 13. & 14.* ait quod Decania Sacrarium, & ſecretarium dicitur, & quod Acolyti paraboliani, & Copiatæ; quia Eccleſiaſtica Officia non exercebant, ac oblique Eccleſiaſtico muneri erant adſcripti, vere ac propriè clerici non dicebantur, ſed quia miniſterio Eccleſiæ deputati videbantur largo vocabulo, clerici vocabantur, & clericorum nonnullis priuilegiis gaudebant, † ſed omnes Clerici dicūtur Acolyti *in l. 10.* 50 51
Cod. de Epiſcopis in verbis ibi, *vt Eccleſiarum cætus concurſus populorum gentium frequentaretur Clericis, ac Iuuenibus præbeatur immunitas, repellanturque exactio munerum ſordidorum negotiatorum, diſpendiis minimo obligantur.*

Iuuenes quidem hi ab Imperatoribus Valentiniano 52

niano, Valente, & Gratiano, Acolyti appellantur *in l.6.cod.eodem* ibi: *Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atque exorcistas, & Lectores, Ostiarios, & Acolytos, etiam personalium munerum expertes esse pracipimus*, & si vir doctissimus Cujacius *in dicta nouella* 3. vt refert Anastasius *dict. capite* 2. *ex numer.*7. verbum *Acolytos* corruptè esse adiectum, quod veteres codices illo in loco nihil habeant; è quidem vt Iustinianus *in sua nouella* 59. indicat, dum vocat Acolytos ceratium ab hæ-
53 redibus defunctorum exposcere. † Idem Anastasius *supra numer.* dicit, quod solebant Acolyti cereos, & funalia deferre, hosque forte esse, quos ignatius Principis Apostolorum auditor *in epist. 9. ad Anthioch. laborantes appellat, ibi salutate Subdiaconos Lectores, Cantores, Ostiarios, laborantes exorcistas, atque Confessores.*

54 Et quod omnes essent ministri earum, quæ in templo peragebantur functionum, & quod omnes per Episcopum, Archiepiscopum, vel Patriarcham in singuli Ecclesiis, certo quidem
55 numero ordinabantur. † Quemadmodum *Copiata*, siue *Decani* qui ex constitutione Honorij, & Theodosij *in l. 4. cod. de Sacrosanct. Ecclesiis* non plures, quàm nongenti quinquaginta in Sacrosancta Constantinopolitana Ecclesia, hoc est
56 Sanctæ Sophiæ constituti poterant. † Itemque *Parabolani*, qui cum antea in Alexandrina, non genti dumtaxar esse deberent; vt ex *cod. Theodosiano in l.42. de Episcopis, & cleric. numer.*16. eorum numerus, quasi non sufficeret ab eisdem Principalibus Theodosio, & Honorio ad sexcent. auctus fuit; ita vt pro arbitrio viri Reuerendissimi, vt ipsi aiunt Antistitis Alexandrinæ vrbis de his, qui ante fuerant, & qui pro consuetudine curandi egerunt experientiam sexcenti Parabolani ad huiusmodi solicitudinem eligerentur; ita vt si quis naturali sorte absumeretur alter in eius locum pro voluntate eiusdem Sacerdotis subrogaretur, vt patet ex *l.42. eodem titulo*, & tradit Anastasius Germon. *dicto lib.2. de Sacror. immunitate cap.2.num.*8.

57 Ex quibus constat quod Acolyti sumpti pro Parabolanis, & copiatis, aut Decanis, de quibus hic non essent clerici, & si reputarentur ad immunitatem, vt personæ Ecclesiasticæ. Et sic differri Acolytos, de quibus dixi *in dicto cap. 2. de Officio Archidiaconi*; & sic in Officio aliquatenus idem videantur, cum isti, vt dictum est, solerent cereos, vt funalia deferre, de quo officio idem videtur constare in eo textu vbi dixi de clericis Acolytis, & aliis clericis in minoribus, & de eorum Officio Et cum his visum est nobis nihil amplius addere de aliis Ecclesiæ ministris, cum de Episcopis, Corepiscopis, Archiepiscopis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, iam *supra sub hoc tract.* dictum sit latè.

QVÆSTIO II.

An Cardinales, Patriarcha, siue Primates, Archiepiscopi, Episcopi differant in potestate, & Dignitate? Quale sit omnium officium speciale, & onus? Et an illa Dignitates posita sint in Ecclesiâ à D. Petro imitando Archiflamines, & Flamines primos, & Diales, quibus vtebantur Pontifices Ethnici; vbi aliquid de ornatu eorum, ac nostrorum Principum Ecclesia?

SVMMARIVM.

1 *Nominatio Episcoporum, Archiepiscoporum, & Cardinalium remissiuè.*
2 *Archiepiscopi, Episcopi, & Cardinales qualiter differant in dignitate remissiuè.*
3 *Cardinalium Officium est assistere Romano Pontifici, & illi consulere, & adiuuare in Sacerdotali Officio*
4 *Cardinalium Officiū pracipuum est Reipublica Christiana consulere, & Pontificis assistere consulendo, & adimplendo qua eis à Pontifice iniunguntur pro Ecclesia vtilitate.*
5 *Papa debet consilium Cardinalium petere in decidendis causis fidei, aliisque arduis, non pracisè, vt* n.19.
6 *Cardinales tenentur residere in curia, vbi Papa residet, nec ab ea possunt recedere sine eius licentia, &* n.21.
7 *Cardinales dicuntur fratres Papa facientes vnum corpus cum eo, sicut Canonici cum Episcopo.*
8 *Cardinales habent quandam communicationem cum Papa tanquam membra cum capite.*
9 *Papa etsi dicatur caput omnium, dicitur caput Cardinalium.*
10 *Cardinales missi legati dicuntur de latere Papa.*
11 *Cardinales collegium, atque Senatum constituunt, qui ad instar Senatorum dicuntur pars corporis Papa.*
12 *Cardinales dicuntur habere Dignitatem Patriciatus, & Senatoriam.*
13 *Cardinales variis nominibus excellentia repræsentando Ecclesiam, nominantur, vt* Diui Lumina Ecclesiæ, Lucernæ ardentes, Patres Spirituales maximi, Columnæ Ecclesiæ, Ecclesiæ Romanæ speciales.
14 *Cardinales aquiparantur Regibus.*
15 *Reges locum cedunt Cardinalium Collegio.*
16 *Cardinales dicuntur Papa familiares.*
17 *Cardinales agritudine laborantes, non possunt pati sanguinis emissionem, sine licentiâ Papa, vbi commodè haberi potest.*
18 *Cardinalibus indigentibus communicandi, sunt redditus fisci Apostolici.*
19 *Papa à Cardinalibus non exigit fidelitatem, sicut ab Episcopis exigit.*

20 Cardina

20 Cardinalium Collegium non potest corrigere, immutare, vel modificare constitutiones Pontificum, nec eas reddere, & detrahere, præcipuè circa ea, quæ de electione Papæ disponuntur.

21 Cardinales, sede vacante, nequeunt quidquam exercere Iurisdictionis pertinentis ad Papam, dum viuit, nisi necessitate vrgente, de terra Ecclesiæ defendenda, aut periculo imminenti exercere.

23 Cardinales olim subscribebant in gradu post Episcopos, quia inferiores dicebantur.

24 Patriarcha Græca lingua appellatur summus Princeps Patrum, qui post Papam primus, & maior dicitur in ordine, Episcoporum.

25 Patriarchis priuilegia multa ob eximiam eorum Dignitatem concessa sunt, vt incedere, & sedere immediatè post Papam, quod hodie Cardinalibus competit, numero 37.

26 Patriarchæ antecellunt omnibus Episcopis in generali concilio, si non concurrunt Cardinales.

27 Patriarchæ possunt Archiepiscopis degentibus, sub eius prouinciis concedere Pallium, præstito sibi fidelitatis Iuramento ex permissione Papæ, quod non est iam in vsu.

28 Patriarchæ vbique ante se crucis vexillum deferre facere valent extra vrbem Romam, aut vbicumque Papa fuerit, vel eius legatus, vtens insignibus Apostolicæ Dignitatis.

29 Archiepiscopus nequit vltra suam prouinciam crucem deferre, nisi indultis Papæ.

30 Crux vexilli Patriarchalis constat transuersario gemino ligno, Archiepiscopalis non-nisi vno.

31 Patriarchæ in iurisdictione præcellunt Archiepiscopos, & Episcopos visitando, & eorum negligentiam supplendo, quos olim ex causa deponebant.

32 Patriarcha queit dispensare cum Episcopo, vel alio collatore sibi subiecto qui ob malam beneficiorum collationem fuerat à Concilio suspensus, & excommunicatos à Suffraganeis absoluere, n.33.

34 Appellatio interponi valet de sententiis Episcoporum, & Archiepiscoporum ad Patriarcham.

35 Patriarchæ Regibus æquiparantur, & aliis superiorem non habentibus.

36 Patriarchis fas est vti insignis Romani Pontificis; & incedere veste rosea, & equo albo Phalerato simul, atque freno & calcaribus deauratis.

37 Patriarchæ dicuntur primi post Papam exceptis Cardinalibus.

38 Patriarcha subest Archiepiscopo degenti in proprio territorio.

39 Diœcesanus Episcopus in concursu plurium Episcoporum eis præfertur.

40 Patriarcha habens aliquas Ecclesias in territorio alieno, nequit dare licentiam exercendi Pontificalia, sine licentiâ Episcopi Diœcesis.

41 Primates, & Patriarchæ idem videntur dici, vt n. 43. vbi latè, non strictè, & n. 42 & n. 56.

42 Primates vocantur plures Archiepiscopi, vt Tolet. Bracharen. Pisanus, Armacan, Cantuariens. & alij, &c.

43 Patriarcha, & Primas latè sumpto vocabulo idem sunt.

44 Patriarcharum hodie sunt genera duo.

45 Patriarchæ propriè fuerunt quatuor in Ecclesia, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, qui per anthonomasiam, tales sic dicuntur, vt n.46.

46 Patriarchæ minores, seu Primates dicti sunt Armenorum tres, Copthorum duo, Maionitarum vnus, Æthyopicus, Aquilensis, & vbi iste resideret, & sedeat, Grandensis dictus.

47 Patriarcha Indiarum à Paulo III. creatus; & Æthyophiæ à quo.

48 Patriarcharum propriè dictorum quis primus dicatur post Papam, n.49.50.51.52. & 53.

50 Cap. Cleros dist. 21. vers. sicut Romanus, n.51. & 52.

51 Hierosolymitana Ecclesia cur inter Patriarchales vltimo loco ponatur, cum primus Episcopus fuerit in ea B. Iacobus, numero 52.

53 Roma quare primo sedes Patriarchalis dicta fuerit.

54 Primatum nomine, non comprehenduntur Patriarchæ quatuor dicti maiores, & num. 55.

55 Tolelanus Archiepiscopus quare possit dici Patriarcha?

56 Patriarcharum mentio in dubio intelligitur de maioribus, etsi vicissim Patriarchæ Primates appellentur.

57 Patriarchis quænam prouinciæ assignatæ fuerint remissiuè.

58 Archiepiscopus dictus est Princeps Episcoporum suæ prouinciæ, habet iurisdictionem in subditos Suffraganeorum circa concernentia totam prouinciam, n.59.

60 Archiepiscopus potestatem habet in subditos Suffraganeorum, si non obseruent in Diuinis ritum Metropolitanæ Ecclesiæ, & in Canonicorum excessus contra suum Episcopum, n.61.

62 Archiepiscopus in mittendis quæstoribus eleemosynarum per totam prouinciam, qualem facultatem habeat in indulgentiis, in interdicendo aliquibus prædicationis officio, n.63. & 64.

64 Archiepiscopus habet potestatem in faciendis exulibus à tota prouincia, & in visitando exigendo procurationem, & tunc audire confessiones Suffraganeorum, etiam à casibus reseruatis Episcopo, & à censuris, hac de iure, hodie ex Trid. non sic, nisi causa cognita, & probata, n.65.

67 Archiepiscopus visitans Diœceses Suffraganeorum, nec poterit subditos alienos ordinare, nec eis dimissorias concedere, nec exercere iurisdictionem fori contentiosi, nisi in criminibus notoriis, & contra impedientes eius iurisdictionem.

68 Archiepiscopus qualem de iure habebat Episcopi

copi suffraganei mortui, aut captiui iurisdictionem, & etiam si Episcopus viuens, esset negligens, & n. 69.

70 *Archiepiscopus queit à morte Episcopi post dies octo, si Capitulum non elegit Vicarium, illum nominare; & quid si moreretur Vicarius*, n.71.

72 *Metropolitanus sic dictus est à mensurâ ciuitatum, vel à Matrice ciuitate, aliàs dictus Archiepiscopus*, vt n.73.

74 *Metropolis vocabatur ciuitas, quæ caput gentis, & populi erat, si hoc nomen à Principe consequebatur*, n.75.

75 *Nicæna ciuitas Iure Metropolico donata est.*

76 *Iustinianæ ciuitates quales dictæ sint Metropoles.*

77 *Hispania citerior in conuentus septem fuit diuisa à Plinio.*

78 *Conuentus dicitur primaria ciuitas, quo aliæ, & populi conueniunt ad accipiendum iudicium, & de distributione prouinciæ in conuentus.*

79 *Ephesus fuit prima, alia Metropolis,*

80 *Ciuitates aliæ dicebantur minores, aliæ maiores, aliæ maximæ*, & n.81.

81 *Metropoles ciuitates dicebantur, ex quibus coloniæ deducebantur, & quare sic dictæ*, & n.82.

82 Metrocomia *dicitur mater vicorum*, n. 83. & 84.

83 *Metropolis dicitur caput, vel mater prouinciæ & vrbium*, & n.84.

84 Metrocomiæ *habitatores prohibentur possessiones, terrasque in alios transferre.*

85 *Archiepiscopus queit non dici Metropolitanus, non habendo suffraganeum.*

86 *Archiepiscopus quare præcellit cæteros Episcopos.*

87 *Archiepiscopus manutenetur in quasi possessione Iuris Metropolitici aduersus Episcopos, & Ecclesias prouinciæ suæ.*

88 *Episcoporum iurisdictio insinuatur ex diuersis locis remissiuè.*

89 *Episcoporum Officium, & munus consistit in duobus, præcipuè in Cultu Diuino, Christiana religione augenda, & in pascendis, & regendis Ouibus sibi commissis, & nunc sequentib. de primo*, n. 90.

91 *Episcopi cura est prædicare Verbum Dei, & suos subditos docere, delinquentes corrigere &c.* n.94.119.121.& 122.

92 *Episcopus primo debet curare, vt omnes suæ Diœcesis fidem Christi suscipiant, sciantque fidei rudimenta, eaque ritè explicentur.*

93 *Episcopi tollere, & impedire inanes fidei disputationes, & ne Laici publicè, vel secretè disputent de fide Catholica.*

94 *Episcopus debet curare, vt lectio Sacræ Scripturæ, & Theologiæ habeatur, & ne verba Sacræ Scripturæ ad superstitiones, & phophana adhibeantur.*

95 *Episcopus debet aduertere, ne Prædicatores in suis concionibus fabulas, & falsas reuelationes prædicent, & quod nullus imprimat, aut imprimi faciat sine nomine authoris, aut sine prauio examine eos retinere.*

96 *Episcopus debet è sua Diœcesi eradicare Diuinos, & sortilegos, &c. punire profitentes astrologiam iudiciariam, & præter eam, quæ fit circa artem medicam, nauigationem, agriculturam, &c.*

97 *Hæreses, & hæreticos extirpari curandum est ab Episcopis, & à consortio fidelium.*

98 *Miracula recognoscere, publicare, & approbare ad Officium Episcopi spectat.*

99 *Reliquiæ Sancti Canonicati ab Ecclesia approbari valent in sua Diœcesi ab Episcopo, non sic nouas publicè venerandas exponere.*

100 *Episcopus debet curare, vt vouentes sua vota reddant dispensando cum impotentibus, & vt iurata licitè seruentur, peierantes coërcendo.*

101 *Episcopus curare debet, vt festa in Dei, & Sanctorum cultum, & venerationem ritè celebrentur, abstinendo se fideles à seruilibus operibus; & vt fidei professio fiat à Prælatis, & Canonicis*, vt n.102.

103 *Episcopus debet incumbere, ne Sacerdotes aliis, quam debitis horis celebrent, & ne extra Ecclesiam, & locum deputatum Sacrificium Missæ celebretur*, numero 104.

105 *Episcopus debet curare ne Sacerdos vagus, & ignotus celebret sine eius licentia, & examine.*

106 *Episcopus debet curare, vt saltim Diebus Dominicis, & Festiuis, habentes curam celebrent, & vt populus in propria Parochia Missam audiat, non ad id cogendo.*

107 *Episcopus debet curare, ne musicæ cum Organo, aut sine eo immisceatur, aliquidvè impurum, & vt regulares in Offertorio Missæ solemnis declarent festiuitates, & ieiunia occurrenda in Hebdomada*, numero 108.

109 *Episcopus debet curare, vt reliqua Diuina Officia, & horæ Canonicæ debitè, ac deuotè suis horis persoluantur profligendo omnes abusus.*

110 *Episcopus debet curare, vt populis diuersarum linguarum, & rituum secundùm eorum linguas, & approbatos ritus celebrentur.*

111 *Episcopus curare debet circa ordinandos, & circa Sacramentorum celebrationem per bonos ministros.*

112 *Episcopus curare debet, ne pro administrandis Sacramentis, aliquid indebitè exigatur, & vt decretum Trid. de matrimonio celebrando sæpius publicetur, & vt exponatur à Parochis virtus omnium Sacramentorum.*

113 *Archiepiscopus debet ad ea, quæ de ordinandis Clericis, & beneficiis conferendis sunt, & vt corrigat Clericos, & Regulares delinquentes contra Sacrorum Canonum dispositionem seruando, & deuitando alia*, n.114. & 115.

116 *Episcopus curare debet, vt Regulares testamentarij, & alij electi executores à testatoribus reddant rationem, & vt Sancti Moniales singulis mensibus confiteantur*, vt n.117.

118 *Episcopus*

118 *Episcopus debet tueri Ecclesiasticas immunitates quoad loca Ecclesiastica, & circa Ecclesias construendas, & reparandas, ac de altaribus.*

119 *Episcopus tenetur subditis monita salutis tradere, ac monere*, n. 120.

120 *Episcopus debet oues sibi commissas operum exemplo pascere, & pro eis frequenter orare, ac Sacrificia Deo offerre, & vt eas agnoscat personaliter visitare*, n. 121.

123 *Episcopi Officium præcipuum est prouidere bonos, & idoneos Rectores curæ animarum qui subditis diligenter Sacramenta ministrent, & vt curent, ne sine absolutione vltimo supplicio deputati, & reconciliatione moriantur.*

124 *Episcopus per se in pluribus casibus tenetur exercere animarum curam.*

125 *Diœcesis tota dicitur Parochialis Episcopi.*

126 *Cathedralis Ecclesia dicitur Parochia totius Ciuitatis, & Diœcesis, in qua quilibet quit Sacramenta de Episcopatu recipere.*

127 *Episcopus debet intendere, ne subditi sui vanis, & superfluis sumptibus substantias suas consummant.*

128 *Episcopus debet ordinare, & moderare ea, quæ correctione, & emendatione indigent abusus tollere, bonas consuetudines, & Canonum obseruationes introducere. & præ foribus affigere Ecclesiæ excommunicatos.*

129 *Episcopi officium est etiam victum pauperibus elargiri, & gerere curam paternam viduarum pupillorum, & miserabilium, vt incarceratorum, & expositorum, compescendo Iudices Oppressores horum.*

130 *Episcopi Officium inter opera charitatis magis est ad pacem, quàm ad iudicium desidentes fratres redigere; sic vt si negligat, peccet.*

131 *Episcopus tenetur pacem inter subditos conciliare, & punire etiam treugam rumpentes. Sed fallit, vt* n. 132.

133 *Episcopus curare debet super obseruatione constitutionum Pontificum, & super residendo quilibet in sua Parochia, exceptis legitimis causis.*

134 *Coadiutores Episcopo plures solent dari, vt per illos impleantur plura, quæ ab eo multis inuoluto negotiis nequeunt fieri.*

136 *Episcopus ex officio debet Chrisma conficere, & fontes Baptizatores Chrismate signare, basilicas consecrare, & altaria erigere, & consecrare in eis, easque violatas reconciliare.*

137 *Episcopus debet moniales virgines post professionem, & completo anno 25. solemniter consecrare, tradito velo, & reconciliare publicè pœnitentes in Missa*, vt n. 138.

138 *Sacerdos simplex ex licentia Episcopi potest publicè pœnitentes reconciliare in Missa, & pœnitentias publicas iniungere.*

139 *Campana benedici, & Chrismate vngi à quo possint.*

140 *Episcopus consecrare, seu benedicere potest Calices, Patenas, corporalia, pallas altaris, & vestimenta Sacerdotalia, aliaque vtensilia Ecclesiæ, & quando non Episcopus, remissiuè.*

141 *Delegatio exequẽda potest ab Episcopo limitari quoad personas, & tempus ratione residẽtia.*

142 *Episcopo pertinet habere Iurisdictionem ordinariam in sua Diœcesi in corrigendo, monendo, puniendo visitando, iudicando, & dispensando.*

143 *Episcopalia officia communicantur Cardinalibus, Patriarchis, & Archiepiscopis,* & n. 114.

144 *Episcopi in potestate ordinis sunt æquales Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Metropolitanis, etsi non sic in potestate Iurisdictionis.*

145 *Episcopus habere solet citra iurisdictionem ordinariam delegatam, aliam, vt in Prædicatores, Abbates exemptos in prouidendo de Vicariis cum assignatione congrua, & in visitando, & corrigendis Capitulis Canonicorum*, num. 146. 147. *& Clericis exemptis à sua Iurisdictione*, n. 150. & 157.

148 *Episcopus habet cognoscere de gratia subreptione, & obreptione, quæ super absolutione publici criminis, aut remissione pœnæ falsis precibus fuerit impetrata, & de dispensationibus.*

149 *Episcopus habet cognoscere de constitutionibus, vel consuetudinibus à Sede Apostolica approbatis, & de faciendis compositionibus pro collatione, vel missione in possessionem de Canonicatu, vel similiũ, & in diuidendis distributionibus quotidianis in deputandis Coadiutoribus, aut Vicariis, illiteratis Rectoribus*, n. 150. & 151.

152 *Episcopus habet facultatem in visitandis Monasteriis, & beneficiis commendatis etiam exemptis, in quibus non viget irregularis obseruantia.*

153 *Episcopus habet facultatem in ordinandis, & prohibendis, quæ in Missarum celebratione visitanda sunt, vel seruanda. Et in examinandis Notariis Iudicum Ecclesiasticorum, & in obseruandis omnibus, quæ ad visitationem, & morum correctionem spectant in restituenda, & obseruanda clausula monialium, etiam in exemptis, in illisque regendis, quæ immediatè sunt Apostolicæ sedi subiecta*, n. 154. & 155.

156 *Episcopus habet cognoscere de Patronatibus quorumcumque beneficiorum minus legitimè constitutis, & tamquam Apostolicæ sedis delegatus, complet in pluribus negligentiam exemptorum*, n. 157.

158 *Episcopus nequit exemptos corrigere de iurisdictione ordinaria, nec iudicare; debet enim seruare priuilegia subditorum*, n. 159.

160 *Episcopus nequit liberare Ecclesiam alteri subiectam sine causa à iurisdictione proprij Prælati, & tenetur cessare à pluribus grauaminibus religiosorum*, n. 161.

162 *Episcopi nequeunt interdicere subditis, ne denuncient superioribus statum suarum Ecclesiarum.*

163 *Episcopi nequeunt quemquam excommunicare pro iniuria propria aliter si sit in Ecclesiam, vel pro tuendis iuribus contra potestatem temporalem*, n. 164.

165 *Episcopi nequeunt exactiones, & tallea, aut similia Cleris, aut Monachis imponere.*

166 *Episcopi non possunt sine Papæ licẽtia Episcopatibus propriis renunciare, nec religionẽ in-*

trare, nec longam peregrinationem arripere.

167 *Episcopi nequeunt sibi Successores eligere.*

168 *Episcopi non possunt Episcopalia, siue Pontificalia in Diœcesi aliena exercere sine licentia proprij Episcopi, etiam si vocati ab inferioribus fuerint pro exercendis Pontificalibus in locis exemptis, nec alienos Clericos sine dimissoriis sui Episcopi ordinare*, vt n.169.

170 *Episcopus tantùm electus ante confirmationem nequit se immiscere administrationi, nec Episcopalia exercere ante consecrationem*, vt numero 171. *necnon Episcopo consecrato demandare*, vt numero 172.

173 *Episcopus respectu potestatis, quam habet Papa, suam diminutam habet, & limitatam*, vt num.174. *vbi in aliquibus minorem ea quam habent Patriarcha, & Archiepiscopi.*

175 *Episcopi aliqua nequeunt exercere, aut facere sine consensu Capituli, remissiuè.*

176 *Episcopale onus grauissimum, & periculosum est, multa ex subditorum negligentia imputantur ad culpam Episcopo.*

177 *Episcopale onus est Angelicis humeris formidandum, vbi de metu, in quo sunt Episcopi.*

178 *Homines Sancti formidarunt, & restiterunt ac fugerunt Episcopale onus, vbi de Moyse, & aliis Prophetis.*

179 *Episcopatum acceptans debet Salomonem imitari in petitione, quam fecit à Deo, dum Regnum intrauit.*

180 *Episcopus, vbi potest prodesse nequit fugere.*

181 *Episcopus quasi insufficiens nequit subterfugere labores sui Episcopatus.*

182 *Episcopi debent magnoperè curare, ne declinent ad dextram, seu sinistram, cum necesse sit, vt in offendicula cadant.*

183 *Episcopatum desiderans*, bonum opus desiderat, *ob quod sic dicatur.*

184 *D. Petrus in ciuitatibus, quæ apud Ethnicos erant Metropoles, ibi posuit Prælatos Ecclesiæ, in quibusdam Episcopos, in aliis Archiepiscopos, & in aliis Patriarchas, & ad imitationem Flaminum, & Archiflaminum, &c.* vt sub n.185.186. & 187.

185 *Prouinciæ multò ante Christi aduentum tempore diuisæ sunt, postea etiam tempore Apostolorum.*

186 Cap.in illis dist.80.*verba referuntur, & explanantur.*

188 *Archiflamines, & Primoflamines à quibus & ad quid fuerunt instituti, ex bonis literis apparet.*

189 *Flamen Dialis Iuris Pontificij ignarus, iustè deijci poterat, & raro consul creatus fuerat, & de priuilegiis.*

190 *Matrimonium Flaminis, & Flaminicæ, morte tantum soluebatur.*

191 *Flaminis Dialis ornatus.*

192 *Flamines singuli singulis Diis fuerant constituti.*

193 *Episcopi qualiter se debent ornare, & quali pompa, & non sicut Flamines, & Archiflamines.*

194 *S. Martinus, & Augustinus Episcopi quali ornatu vterentur.*

195 *Flamines Diales vtebantur insigni veste.*

196 *Possidens multa non ex libidine, sed ex ratione viuere debet.*

197 *Patriarchæ successerunt loco primi Flaminum.*

QVare sub hac Rubrica aptè agitur de Officio Archipresbyterorum, & omnes in quæstione assignati pertineant ad maioriam Presbyterorum, aliorumque Ecclesiasticorum, etiam sub titulo de electione, & authoritate, & vsu Pallij sint dicta aliqua de nominatione, electione, confirmatione, & consecratione Episcoporum, Archiepiscoporum, & Cardinalium; item & de eorum potestate, & in quos nunc oportet aliqua de singulorum officio scribere. 1

Et ad primum, an omnes dicti differant in potestate; quia in assignatis locis abundè sit dictum, & ex officio cuiuslibet harum Dignitatum de facili inspiciatur qualiter hoc contingat; ideò non repetò; & sic ad officia eorum descendimus. 2

Cardinalium verò officium est assistere Romano Pontifici, & illi consulere; & adiuuare in Sacerdotali Officio, vt docent Barbatia *in tract. de præstantiâ Cardinalium quæst. 1. primæ partis num.* 5. Præpositus *in cap. quamquam 2. quæst.7.num.*12.Flaminius Parisius *de resignat. beneficiorum lib. 2. num.*35. *& lib.7. quæstion.*12. *num.*14. 3

Quare quidem cum præcipuum eorum officium sit Reipublicæ Christianæ consulere, & Romano Pontifici assistere, & ei in arduis negotiis consilium præbere, & cuncta, quæ eis ab eodem Summo Pontifice pro vtilitate Ecclesiæ iniunguntur, fideliter adimplere, vt *in cap. per venerabilem §. sunt autem, qui filij sint legitimi, cap. fundamenta §. decet de electione lib. 6.* † Vbi probatur Papam debere consilium Cardinalium petere in decidendis causis fidei, aliisque arduis, vt vsus obseruat. † Ideò vt teneantur Cardinales residere in curia, vbi Papa residet, dixerunt Flamin. *dicto lib. 2. quæst.1.num.*35.*& lib.1.quæst.*10.*à num.*9. Ojeda *de incompatibilit. beneficiorum 1. part. cap. 2. num.* 1. Gonzalez *in regula* 8. *Cancellariæ glossa* 24.*num.*12 3. Cardinal. Tuschus *litt.C, conclusione* 101. *num.* 8. sic vt nec possint ab ea recedere sine Papæ licentiâ, vt idem Flamin. *dicto lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 14. Lotterius *de re beneficiaria lib.* 1. *quæstion.* 8. *numer.* 49. cum aliis Barbosa *de Officio Episcopi part.* 3. *allegatione* 53. *numero* 12. 4 5 6

Et hoc satius probatur; eo quod dicantur fratres Papæ, Hostiensis *in cap. ad liberandam num.* 3. *de re iudicata*, Ioan. Henriquez *de Officio Prælati p.*1. *titul. de Papa num.* 13. qui dicuntur facere vnum corpus cum Papâ, sicut Canonici cum Episcopo, Roman. *cons.*498.*num.*10. *&* 11. Martin. Laudens. *in tract. de Cardinal. part.* 2. *quæstion.* 5. Rodulphus Cupers. *in cap. oportebat distinctione* 79. §. *explicatur de Cardinalibus art.* 1.*num.*30. Carol. de Gras. *de effectibus* 7

Clericorum

8 *Clericorum præludio num* 307. † Qui & habent
quandam communicationem cum Papâ, tan-
quam membra cum capite, Viuald. *de Cardi-*
nali Legato num. 11. Samen. *in proœm. Reg. quæst.* 5.
colum. 1. *in fine*, Tuſchus *ſupra concluſione* 100.
numero 22. & hoe quia, etſi Papa ſit Ca-
put omnium, & omnes ſint tanquam membra
9 Papæ. † Tamen Papa eſt ſpeciale caput Car-
dinalium, Roman. *in ſerm. ſuo, qui eſt poſt con-*
cilia num. 16. Cardin. Tuſch. *dicta littera C, con-*
10 *cluſ.* 90. *ex num.* 13. † Siquidem cum mittuntur
legati ipſi Cardinales dicuntur de latere Papæ,
vt dicunt Roman. *conſ.* 498. *numer.* 7. Men-
fredus *de Cardinali part.* 1. *cap.* 18. Barbatia
in tractatu de Cardinali legato in præludio
num 3.

11 Et confirmatur, quia ſicut Patritios Impe-
rator ſic, eos ſibi Papa aſſociat, & ipſi Colle-
gium, atque Senatum conſtituont, qui & ad
inſtar Senatorum dicuntur pars corporis Papæ,
Ioan. Monachus *in cap.* 1. *num.* 2. *de Schiſmaticis*
lib. 6. *& ibi* Probus *num.* 3. Iacobat. *de Conciliis,*
lib. 7. *art.* 55. Bellenein. *de charitatiuo ſubſidio*
quæſt. 66. *num* 5. Ancharran. *conſ.* 295. *num.* 6. *&* 7.
Gigas *de penſion. quæſt.* 59. *num.* 12. Mooeta *de*
decimis cap. 9. *quæſt.* 3. *num.* 114. Toſchus *dicta*
12 *litt. C, concluſ.* 100. *num.* 20. † Qui dicuntur
habere Dignitatem Patritiatus, & Senatoriam,
vt patet *ex cap. Conſtantinus*, verſ. *viris etiam*
diſt. 96. Marſil. *de Eccleſiaſticis redditibus cap.* 13.
num. 17. D. Ioan. de Solorzano *in ſuo memoriali,*
ſeu diſcurſu informatiuo, iuridico, & politico
n. 347. & alij multi.

13 Et hoc amplius; quia Cardinales repræſen-
tando Eccleſiam, variis nominibus excellentiæ
plenis nominantur, veluti *Dij*, & dicunt Man-
fred. *de Cardinalibus deciſ.* 7. Barboſa *de Iure*
Eccleſ. p. 1. *cap.* 4. *num.* 7. item *lumina Eccleſiæ*,
idem Manfredus *deciſ.* 54. *lucerna ardentes*, *de-*
ciſ. 69. *Patres Spirituales*, ibidem *deciſ.* 43. *Ma-*
ximi, ibidem *deciſ.* 53. *columna Eccleſiæ*, Mant.
de Concil. num 69. Sanctarel. *var. reſol. q.* 2. *n.* 17.
Quibus, & aliis patet in quanta ſint Dignitate,
& præcellentia officij, cum dicantur Eccleſiæ
Romanæ *ſpeciales in cap. ſi quis Epiſcopis* -9 *diſt.*
eo quod in eis reſideat tota maieſtas Chriſtianæ
Reipublicæ, Clarus *in §. fin. quæſt* 98. *num.* 5. *in*
fine, Duarenus *de Sacr. Eccleſ. miniſter lib.* 1.
cap. 13. Decian. *conſ.* 8. *num.* 65. *volum.* 1. Iacobat. *de*
Conciliis lib. 1. *art* 1. *num.* 1. Brunor. à Sole *in locis*
communibus, verb. *Cardinalis* 4 Surdus *conſ.* 453.
num. 13 Flamin. Pariſ. *lib* 7. *cap.* 12. *num.* 18. Ca-
millus Borrellus, Tuſchus, Sanctarel. quos ſe-
quitur Barboſa *dict. cap.* 4. vbi poſtquam dixit
14 *num.* 9. † quod æquiparantur Regibus, ait *n.* 10.
cum Lotterio *de re benef. lib* 1. *quæſt.* 8. *num.* 75.
Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.* 111. *num.* 6. *&* 7.
quem refert Hermoſilla *in additionibus ad p.* 7.
15 *in prologo gloſſa* 2. *num.* 41. † Quod Reges lo-
16 cum cedunt Collegio Cardinalium. † Idem
Barboſa explicans, *à num.* 1. quare dicantur Car-
dinales, de quo dixi *ſub dict. tit. de elect. n.* 13.
vocat illos Papæ *familiares*, quia debent parti-
cipare de priuilegiis familiæ, & *num.* 12. cum
Ancharrano *conſ.* 295. *num.* 8. Tuſcho *dict. con-*
cluſ. 100. *num.* 19. addit inter Papam, & Cardina-
les contrahi tale vinculum indiſſolubile, ſicut
inter virum, & vxorem.

17 Et vlterius facit illud ſpeciale, & quaſi inau-
ditum, nempè Cardinales ægritudine laboran-
tes, non poſſe pati ſanguinis emiſſionem ſine
ſpeciali licentiâ Papæ, vbi poſſet commodè
haberi, vt ex Hoſtienſi, Perez *in Pentateucho*
fidei tract. 2. *dubio* 3. *cap.* 8. *num.* 81. Villadiego *de*
Cardinal. quæſt. 5. *num.* 13. Garcia *de nobilit. Hiſ-*
pan. gloſſa 48. §. 3. *num.* 47. Moſconius *de Maieſt.*
milit. Eccleſiæ, lib. 1. *p* 1. *cap.* 5. Iacobat. *ſ. pr.* 1034.
col. 1. *littera A*, Manfred. *de Cardinal. deciſ.* 180.
Diana *p.* 5. *tract. de Cardin. reſ.* 33. *in fine.* Debet
enim Pontifex Summus Cardinalibus egentibus
ſubuenire: nam cum Cardinales dicantur pars
corporis Papæ, & vna perſona cum illo, vt ha-
betur *in dict. cap. felicis de pœnis lib.* 6. ſequitur vt
ſi non ſubueniat illis egentibus, carnem ſuam
odio habeat contra dictum D. Pauli *ad Epheſ.* 5.
relatum *in cap. non æſtimemus* 15. *quæſt.* 2. ita Azo-
rius *tom.* 2. *inſtit. moral. lib.* 4. *cap.* 3. *quæſt.* 20. Al-
ban. *de Cardin. quæſt.* 42. Manfred. *ſup. deciſ.* 146.
Lorichio *in Theſauro*, verbo *Cardinalis* §. 7.
Bagno *de Eccleſia tract.* 11. *fol.* 183. Laucellot. *in*
templo Iudicum lib. 2. *cap.* 3. §. 2. *num.* 21. Martin.
Lauden. *de Cardinal. quæſt.* 6. † Imò non defue- 18
runt alij dicentes, quod Cardinalibus indigenti-
bus, fiſci Apoſtolici redditus communicandi
ſont, vt Dominicus *in cap. periculum de elect.*
lib. 6. Laudenſ. *de Cardin. quæſt.* 27. † Nec Papa 19
à Cardinalibus exigit fidelitatem, ſicut ab Epiſ-
copis exigit, Hoſtienſis, & Butrius *in cap. anti-*
qua de priuileg. Roman. conſ. 498. *num.* 10. Tuſchus
dicta concluſ. 100. *num.* 5. quamvis poſtea idem
in Baſilienſi Concilio aliàs reprobato de Cardi-
nalib. quoque fuerit conſtitutum.

De pluribus aliis circa Iuriſdictionalia Car- 20
dinalium in ſuis titulis, tam ad iudicia, viſita-
tiones, cenſuras, ordines, beneficiorum colla-
tiones, & quatenus ad plura priuilegia, quibus
fruuntur, latè omnes citati ſcribentes de Cardi-
nalibus, quorum aliqui referunt, & ſequuntur
plures caſus quos adducunt Barboſa *dicto cap.* 4.
de iure Eccleſ. ex numer. 33. Diana *dicto tract.* 2.
p. 5. *per totum*, Anaſtaſ. Germon. *de indultis Car-*
dinalium, Monfred. Iacobat. Alban. Villadie-
go, & alij *in eodem tract.* quæ non repeto, ne
longius fiam, ſed noto, vt quamuis ſit conſen-
taneum, quod Pontifex Cardinalium Conſi-
lium in arduis exigat at non id neceſſarium; niſi
ex honeſtate, & decentia, vt omnes fatentur per
textum *in dicto cap. fundamenta §. decet de elect.*
dicentes illud verbum, *decet* non eſſe neceſſi-
tatis; & ſic collegium Cardinalium non poſſe
corrigere, immutare, vel modificare conſtitu-
tiones ſummarum Pontificum, nec eis quid-
quam addere, & detrahere; præcipuè circa illa,
quæ declaratione futuri Pontificis diſponuntur,
de quo dixi *ſupra ſub tit. de electione in fine Ru-*
brica, & probant DD. *in Clem. ne Romani in*
princip. eo tit. † Nec quidquam ſede Vacante 21
exercere iuriſdictionis pertinentis ad Papam,
dum viuit, niſi incidenti tali vigenti neceſſitate,
quod eos oporteret, de terra ipſius Eccleſiæ de-
fendenda, vel eius parte aliqua prouidere, vel
niſi aliquod tam graue, vel tam euidens immi-
neret periculum, quod omnibus, & ſingulis
Cardinalibus præſentibus, videretur illi celeriter
occurrendum, vt *in dicta Clem. & in conſtit.*
Pij IV. incipit *in eligend.* ſub data Romæ Idibus
Octob. 1562. *tom.* 2. *Bullar. non. pag.* 91. Cam-
panil. *in diuerſorio Iuris Canon. Rub.* 7. *p.* 1. *lib.* 4.

cap. 3. *quæst.* 1. Iulius Labor. *variar. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 3. *cap.* 3. nec alia facere, vt dicunt cum aliis Barbosa *dicto cap.* 4. *ex num.* 91. Diana *sub dicto tract.* idem Labor. Campanil. & alij de materia loquentes.

22 Ex his iam vides qualiter Cardinalium institutio ita coniuncta Corporis Dignitatis Romani Pontificis videatur introducta ad similitudinem illorum Pontificum gentilitatis, atque Ethnicorum, qui Flamines Diales crearunt taliter eis adhærentes, vt sui præsentiam tenerentur facere Romæ, nec absentiam procurare sine licentiâ Pontificis illius ætatis, vt declarat Anastasius Germoo. *lib.* 1. *de Sacr. immunit. cap.* 4 de quo dico *infra in hac quæstione*, versiculo *ad vltimam.*

23 Et licet hodie Cardinales S.R.E. sint Episcopis maiores respectu administrationis, etsi non ordinis, ex dictis tamen quod antiquitus præcederent in omnibus Episcopi Cardinalibus, etiam Presbyteris, probant DD. per glossam *in cap. quamquam* 2 *q.* 7. quod tunc Episcopi indifferenter præcedebant Cardinalibus; sic quidem vt existimarent Episcopi se minui gradu, ac deprimi Dignitate, si ex Episcopis ad Cardinalatus Dignitatem fuissent euecti, vt retulit Gomezius *in proœmio Regul. Cancel. num.* 17. quia immediatè post Papam subscribebant; deinde Presbyteri, postea Diaconi Cardinales; sicque constare ex quibusdam litteris Vrban. I I. & durasse vsque ad Bonifac. V I I I. vt etiam restatur Patianus *lib.* 2. *de probat. cap.* 28. *numero* 27. *&* 28.

24 Ad secundam de Patriarchis, siue Primatibus breuiter dicendum est, suppositis quæ Doctores scribunt per textum *in cap. Cleros dist.* 1. *& in cap. antiqua* 23. *de priuilegiis*, vbi latè dicitur, quod Patriarcha (Græca lingua est) & appellatur Summus Princeps Patrum, vt patet ex dicto cap. vers. *Patriarcha*, qui tamen post Romanum Pontificem, cui subsunt primi fuit, & maiores in ordine Episcoporum, vt *in cap.* 1. *in princ. dist.* 22. *& in cap. graue nimis de preb.*

25 † Quibus plura, & maxima ob eximiam dignitatem, qua fruuntur priuilegia ad instar Papæ concessa sunt, vt sedere, & incedere immediatè post Papam, Abbas *in dicto cap. antiqua de priuileg. num.* 6. Præpositus *in cap. definimus* 22. *dist.* & videtur secundùm aliquos colligi *ex cap. constitutus* 2. *in inscriptione de appell.* vt refert Barbosa *de Iure Eccles. cap.* 6. *lib.* 1. *num.* 25. vbi addit hoc priuilegium iam ab aula recessisse, cum hodie Cardinales, tum de consuetudine, tum de iuris ratione, iuxta quæ proximè dixi de Cardinalibus hic in toto vers. *ad primum*, sint præstantriores Patriarchis ratione officij, eisque præsint; eo quod sunt vnum corpus cum Papa prosequitur cum multis idem Barbosa *ex n.* 26. vbi ponit vsque ad octo priuilegia concessa Patriarchis, quibus antecellunt Archiepiscopis, &

26 Episcopis. † Tamen si in generali Concilio Cardinales non incumberent cum Papa, non est recedendum à sententia Turrecrematæ *lib.* 3. *summa cap.* 23. Iacob. *lib.* 1. *de Concil. art.* 12. Scortiæ *in constit. Pontif. epitome* 33. *Theorema* 94. *in fine*, vt Patriarchæ debeant ante cæteros omnes Ecclesiasticos Antistites primum sedere, sententiam dicere, suffragium ferre, & subscribere, seruato inter se ordine prædicto, iuxta praxim obseruatam in Concilio Florentino, cum primum Ferraram conuenit.

Quorum idem præcipua sunt ex Concilio 27
Lateranensi sub Innocent. I I I. *cap.* 5. *ex dicto cap. antiqua.* Primum, vt postquam ipsi à Romano Pontifice, Pallium, quod est plenitudinis Officij Patriarchalis insigne acceperunt, ipsi iure possint suis Metropolitanis, etiam Pallium concedere, præstito sibi fidelitatis iuramento, & obedientiæ, quod intelligitur de Archiepiscopis degentibus sub prouinciis Patriarchæ; quod sic contingit ex permissione Romani Pontificis, quæ iam videtur non esse in vsu; siquidem ptaxis ordinaria inualuerit, vt Archiepiscopi accipiant Pallium de manu Papæ, modo telato supra de authoritate, & vsu Pallij *in cap. nisi.* † Vt crucis vexillum ante se vbique de- 28
ferri faciant, extra tamen Romanam vrbem, & vbicumque fuerit Romanus Pontifex, vel eius legatus, vtens insignibus Apostolicæ Dignitatis *ex dict. cap. antiqua.* † Cum ea tamen 29
differentia inter Patriarcham, & Archiepiscopum, quod iste tantùm possit crucem deferre intra suam prouinciam, vt apparet *ex Clem. Archiepiscopo de priuileg.* ille verò vbique, vt concessum est de iure communi cum modificatione proximè adducta, quæ apparet *ex dicto cap. antiqua*, in vers. *nisi in vrbe Romana*; non enim Archiepiscopus valet extra pronünciam crucem deferre, nisi ei datum sit à Pontifice Romano vt apparet *ex cap.* 1. *vt lite pendente.*
† Et cum ea differentia, quod Patriarchæ cru- 30
cem, ligno transuersario gemino constantem præ se ferunt, cuius lignum superius transuersum breuius est, inferius longius, Archiepiscopus tantùm præferre valet crucem vnius ligni transuersi.

Imò & in iurisdictione præcellunt Patriar- 31
chæ Episcopos, & Archiepiscopos; sic vt tanquam Ordinarij super Metropolitanos, & eorum suffraganeos, in prouinciis suis omnes eorum Ecclesias, ac Diœceses visitare valeant, ac supplere negligentiam ipsorum Metropolitanorum *ex cap. cum ex officij de prescript.* qui & olim deponebant ex causa ipsos, vt *in cap. nos antiquum cum glossa* 65. *dist. cap. quod suspecti* 3. *q.* 5. *glossa* 1. *in cap. renouantes* 22. *dist.* quod iam desuetudinem abiit; eo quod per Trid. *sess.* 13. *de reformat. cap.* 8. *& in sess.* 24. *de reform. cap.* 5. solùm sit reseruatum Papæ. Vide quæ tradit Barbosa *in pastorali p.* 3. *alleg.* 112. legendus cum infinitis.

Item etiam valet Patriarcha dispensare cum
Episcopo, vel alio beneficiorum collatore sibi 32
subiecto, qui ob malam beneficiorum collationem fuerat à Concilio suspensus: sic DD. per textum *in dicto cap. graue nimis de Prebend.* †
Et excommunicatos à suffraganeis suis absoluere 33
licet eis, suffiaganei absolutionem impendere recusent, vt DD. communiter docent per textum *in cap. ad reprimendam de Officio Ordinary.*
† Et ob id si subditi Episcoporum, & Archiepiscoporum, existentium in territorio Patriar- 34
chæ, possint remedio appellationis conquerentes de sententiis eorum recurrere ad Patriarcham, vt *in dicto cap. antiqua de priuileg.* sed an omisso medio, vel gradatim, clarius intelliges ex bis, quæ dixi latissimè *in cap. si duobus* 7. *de appel. & in spec.*

Tantaque

35 Tantaque eſt Patriarcharum Dignitas, vt
illi Regibus, aliiſque ſuperiorem non habenti-
bus æquiparentur cum eorum inſtar redacti ſunt
quod multarum prouinciarum regimina ſubeant
vt dicunt Caſſan. *in cathalogo gloria mundi.*
*conſ.9.*verſ.*iſti*, Iacobat.*in tract.de Concil. lib.*1.
*num.*137.Gambata, Lælius Zechius, Sebaſtian.
Medicis, Gaſpar. Valaſc. & Barboſa cum illis
*dicto cap.6. de Iure Eccleſ. num.*29. vbi *num.* 28.
cum illis, & cum Abbate, Panormit.Hoſtienſ,
36 & aliis *in dicto cap. antiqua.* † Datum eſſe Pa-
triarchis, aliud priuilegium nempè quod fas ſit
eis vti inſignius Romani Pontificis; & ſic ince-
dere induti veſte Ruſea, equo albo Phaleratro,
ſimul, atque freno, & calcaribus deauratis li-
berè vti.

37 Iam ergo ex dictis conſtat Patriarchas eſſe
primos poſt Papam (ex receptis Cardinalibus
S. R. E.) & ſuperiores iuriſdictione Archiepiſ-
copis, vt hi Epiſcopi; quia Epiſcopi vni ciuitati
præſunt; Archiepiſcopi vni prouinciæ comple-
ctenti multas ciuitates, Patriarchæ multis prouin-
ciis, vt *in dicto cap. Cleros diſt.* 22. quod ſum-
ptum eſt ex Iſydoro *lib.7.etymolog.cap.*12. Petr.
Gregor. *lib.* 15. *Syntagmat. cap.*5. Scottia *ſupra*
idem *Theorema* 188. Iacobat. Barboſa, & aliis
ſupra adducti, & referendi *infra.*

38 Hæc tamen videntur limitari in duobus ca-
ſibus. Primo quod Patriarcha reſpectu Epiſ-
coporum, & Archiepiſcoporum debet ſubeſſe
ei, qui eſt in ſuo territorio, vt docent Fonta-
nella *de pactis nuptialib.clauſula 9.gloſſa* 10.*p.*2.
num 70. Zerola *in praxi Epiſcop.* verbo *Epiſco-
pus*, Ioan.Garcia *de nobilit.gloſſa* 48. §.3. *n.*54.
verſ.*ſi verò*, Hermoſilla *in addit.ad part.*5.Gre-
39 gor.Lopez *in prologo gloſſa* 2. *à num.*59. † Qui
ex Fontanella tenet *ſupra num.* 71. & Barboſa
dicto cap.6.de Iure Eccleſ. num. 25. *in fine*, præ-
ferri Diœceſanum (etſi minus antiquior) in
concurſu plurium Epiſcoporum ad conſecratio-
40 nem alterius Epiſcopi. † Secundo, quod Pa-
triarcha, qui habet aliquas Eccleſias ſibi imme-
diatè ſubiectas in aliena Diœceſi, ſine licentiâ
Epiſcopi Diœceſis: ita dicit Barboſa declara-
tum ex Sacra Congreg.Concilij *in Bullario* verb.
Patriarcha.

41 *Primates*, qui & alias nuncupantur Patriar-
chæ, oùm differant in aliquo ab illis? Et vide-
tur quod non, quia licet differant nomine, non
tamen in poteſtate, Dignitate, & Officio, vt
colligunt DD.per textum *in cap.*1.*&* 2. *diſt.*99.
& in cap. duo ſimul de Officio Ordinarij, itavt
gloſſa *in cap.coram de in integr. reſtit. authorit.*
*dicto cap.*1. notet inter Primates, & Patriarchas
non dari differentiam, niſi tantùm vocalem, vt
tradunt Caſſaneus *in cathalogo Gloria mundi p.*4.
dicto conſ.9. in princ. Lancel. *inſtit. canon.lib.* 1.
tit. 5. *in princ.* D. Roderic. Acugña *in tract.*
*de Primatu Bracharen.Eccleſia cap.*3.*& in hiſtor.*
*Epiſcop. Portugalenſ.*1. *p. cap.* 6.*pag.* 72. *in fine*,
Scottia *vbi ſupra dicto Theorema* 94. *in princip.*
ex dicto cap. Cleros diſt. 21. *cap. vrbes diſt.* 80.
cap.nulli, *& cap.prouincia* 99.*diſt.* dicens vnum
eſſe Græcum, quod ſignificat Summum Pa-
trum ex Iſydoro *dicto lib.7. etymolog.* Alterum
latinum, cum multis Barboſa *dict. cap.6. n.* 10.
& 11.

42 Quod ſi replices dicendo Primatum nomine
venire Archiepiſcopos, nonnullos inter quos
noſtrum Toletanum, imò & Archiepiſcopus
Bracharenſ.in Luſitania, Piſanum, de quo ad-
ditio Magin.ad gloſſam *in cap. definimus diſt.* 22.
vbi D.Hiberniæ Archiepiſcop.Armacanum, An-
gliæ Cantuarienſem, Africæ Carthaginenſem,
Vngariæ Strigonienſem, Poloniæ Ginenſem,
Scotiæ Archiepiſc. S.Andreæ, Germaniæ, olim
Madeburgenſ. nunc Salsburgenſ. ſicut in Galliæ
Prouinciis ſe appellant Primates, Archiepiſco-
pi Viturienſis, Remenſis, Lugdunenſis, Arala-
tenſis, & Vienenſis, vt referunt Sebaſtian.Cæ-
ſar *in relect.Eccleſ. Hierarch.p.*1.*diſp.*4.§.3.*in fine*,
D. Rodericus Acugña *cap. 6. ſupra*, Barboſa
dict. cap.6. de Iure Eccleſ. legendus *ex n.* 46. qui
reuera Patriarchæ non ſunt.

At breuiter dicendum eſt, quod lato ſum- 43
pto vocabulo, idem ſit Primas; quod Patriar-
cha, vt aſſerunt Flamin. Pariſ. *de reſign. benef.*
*lib.*2.*q.*1.*num* 46. Dionyſius Paulus *de vera qua-*
tuor Patriarch. ſedium. erectione cap. 7. *num.*9.
ſed ſtrictè vt non omnes Primates verè ſint
Patriarchæ, nec idem habeant officium, ean-
demvè authoritatem, vt patet ex proximè rela-
tis Archiepiſcopis, qui dicti ſint Primates, &
tamen non ſunt Patriarchæ.

Quare iam ſcire dignum eſt, qui verè dican- 44
tur Patriarchæ, quivè Primates; igitur eſt di-
cendum, hodie eſſe genera duo Patriarcharum
cum quidam propriè dicantur tales, alij verò la-
tè ſumpto vocabulo, qui ſtrictè Primates ap-
pellantur; & ego addo quod etiam eorum, qui
dicuntur Primates, quidam tales ſint ſtrictè,
alij verò latè. † De primo dubio patet, vt ſint 45
ac fuerint ab antiquo in totâ Eccleſiâ tantùm
Patriarchæ quatuor, *Conſtantinopolitanus*, ſcili-
cet *Alexandrinus*, *Antiochenus*, *&* *Hieroſoli-*
mitanus, *dict.c.renouantes cap.definimus diſt.*22.
dict.cap.graue nimis de prabend.dict.cap.antiqua
de priuileg.extrauag. Sancta Romana de elect. in-
ter communes.

Et quod cæteri, qui etiam cognominantur 46
Patriarchæ, & Armenorum tres, Coptharum
duo, Maronitarum vnus, Æthyopicus vnus,
Aquilenſis Venetiarum, qui erat grandenſis,
ſunt minores Patriarchæ, vel Primates; ſic vt
Patriarcharum appellatione, cum res eſt dubia
veniant tantùm per anthonomaſiam prædicti
quatuor, vt docent Gemin. *in dicto cap. Cleros*
diſt. 21. de quorum ſingulis Signorius *lib.* 1. *de*
Regno Italia; Scottia *ſupra dict. Theorema* 94.
verſ.*cæteri*, de nonnullis gloſſa *in dicto cap.Cle-*
ros, verbo *Archiepiſcopus*, Speculator *tit. de*
diſpenſ.§.ſunt quoque num 2. Vgin. *de praſtantia*
Patriarch. lib. 3. *cap.*7. Gonzalez *ad gloſſ.* 41. *à*
num. 14. & Aquilenſ. Grandenſ. Æthyopiæ, &
Indiarum refert Barboſa *in dicto cap. 6. de Iure*
Eccleſ. ex num. 40. vbi *num.* 41. ex Baronio, &
Caſtaldo *in praxi caremon. lib.* 1. *ſect.*10. *cap.*11.
num. 2. ante aduentum Longobardorum in Ita-
liam, qui accidit ante annum 566. Aquilecenſem
Archiepiſcopum more Græcorũ, & Orientalium
Patriarcham nominari, vel vt alij dicunt oc-
caſione cuiuſdam ſchiſmatis circa annum Do-
mini 570. irruentibus Longobardis primo ad-
uentu Alboinum eorum Regem, Aquila iam
cœpiſſe; ob idque Patriarcham illum ſedem
hunc inde mutaſſe, & tandem vrbe venetiarum
permanſiſſe, vt hodie, retento Patriarchæ
nomine reſidet; & quod ad illum ſcripſerit

Qq 4 Stephanus

Stephanus Papa, habetur, *in cap. nunc vero 9. quæst. 3.* & de Grandensi fit mentio, *in cap. erubescant distinct. 3. & cap. ex litteris de efficio legati*, cuius sedem propter aeris iotemperiem Nicolaus V. de anno 1451. Traostulit in inclitam Venetiarum Ciuitatem, cuius Episcopus dicebatur. Castellanus; eo quod eius Episcopalis sedes erat in insula Castellana, quæ Oliuo-

47 lus appellabatur. † Patriarcham Indiatum, aut ooui mundi constat à Paulo III. Creatum, de quo etiam Gonzalez *dicta glossa 41. num. 14.* post deinde ferè nostris temporibus creatus fuit Ætyopiæ Patriarcha Ioannes Nonuus Barretus Lusitanus, vt refert Sebastian. Cæsar *dicta p. 1. disp. 4. §. 3. num. 2.* de quibus iam supra relatis, sigillatim agit etiam Petrus Greg. *lib. 15. Syntagm. à cap. 5.*

48 Cumque ex Bulla, ac constitutione D. Eogenij IV. anni 1539. incipiente, *Laetentur §. 8. & §. 9.* quem refert D. Scortia, appareat declaratum post Pontificem Romanum ordine Dignitatis esse Patriarcham Coostantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, Hierosolymitanum in verbis sequentibus, *Pontificem Romanum esse Christi Vicarium, Ecclesia capit, successorem Petri; post quem ordinem Dignitatis, est Patriarcha Constantinopolitanus, tertius Alexandrinus, quartus Antiochenus, quintus Hierosolymitanus*, mirandum est, cur Constantinopolitanus primus post Papam; siquidem, *in cap. Sacrosancta dist. 22. Alexandrinus*, primo, *Antiochenus*, secundo, idem de *Hierosolymitanis*, & postremo additus sit *Constantinopolitanus*, vt *in cap. Constantinopolitana cap. renouantes, cap. definimus. dicta dist. 22.* etsi diu non receptus à Romana sede, vt patet ex *Epistola 51. alias 53.* D. Leonis Gregor. *lib. 6. epist. 31.* & ex aliis Epistoiis Leonis I. quas refert idem Scortia; sic vt Gelasius Papa *in cap.* qua traditione, *dicta dist. 22.* dixerit por Cannnes Constantinopolitanam Ecclesiam inter sedes *Patriarchales*, nullum nomen accepisse.

49 Vnde Latini negant Canonem 5. Concilij 1. Constantinopolitani, in quo tribuitur Patriarchatus honor illi sedi esse legitimum, sed à Græcis additum, vel ab Orientalibus Episcopis ictum absque legatis Romani Pontificis, vt conquesti sunt legati Leon. I. in Concilio Calcedonensi act. 16. conuocatis conditum, alias Gelasius, qui post illum Concilium vixit, id non ignoraret.

50 Et tunc redditur difficilior hæc difficultas, si consideretur ex *dicto cap. cleros dist. 21.* in vers. *sicut Romanus Antiochenus, & Alexandrinus*, Romanam, Antiochenam, & Alexandrinam tantummodo Ecclesias Patriarchales appellatas, & habitas fuisse Apostoli Petri sedes, vt desumitur etiam ex *Epist. 3. Anacleti in dicto cap. Sacrosancta dist. 22.* eo quod bic nihil de Hierosolimitano, nec de Constantinopolitano Patriarchatu aliquid dicatur; imo & vrgeat amplius: nam cum inter Patriarchas quatuor relatos olim esset ordo, vt post Romanum Pontificem, Dignitate præstaret Alexandrinus; eo quod D. Petr. per S. Marcum eam gentem docuisset; deinde Antiochenus; eo quod in suo discessu Romam S. Petrus Euodium ei Ecclesiæ præficisset, cui successit Ignatius, vt coostat *ex epist. 3. cap. 3.* Anacleti, & Leonis I. Gregorij, & Leonis IX. aut vt alij id vrbium amplitudini tribuant; deinde Hierosolimitanus, & vltimo Cōstātinopolitanus, quibus habetur, nec Constantinopolitanum fuisse primum, nec post Romanum, Alexandrinom, sed Antiochenum.

51 Et tunc etiam valdè mirandum est, cur Hierosolimitana Ecclesia inter Patriarchales vltimo loco ponatur, cum mater omnium Ecclesiarum habita esset, eo quod primus Episcopus in ea fuerit S. Iacobus Frater Domini, & post eum Simon frater quoque ipsius Domini per annos ferè quingentos, vt refert, & explicat Barbosa *dicto cap. 6. num. à 1.* & breuiter rem dissoluit relatus Scortia *dict. Theorema 94.* sub vers. *inter*, dicendo ideo *tertio*, Hierosolimitanum positum: nam cum diu post Concilium Nicænum Episcopus Hierosolimitanus, qoi parebat Episcopo Cæsariensi Palestinæ esset subiectus ex dicto Concilio fuit erectus; eo quod Christi Domini præsentia, doctrina, & miraculis, ea ciuitas fuerit illustrata; melius expendit idem Barbosa supra ex Epistola Synodali Concilij Constantiensis œcumenici ad Damnasum, quæ extat apud Theodoret. *lib. 5. cap. 9. & cap. fin. distinct. 22. & dict. cap. antiqua.*

52 Itaque etsi *ex dicto cap. Cleros*, vbi Isydorus, & ex Nicolao I. ad consultam Burgarorum *resp. 92.* præcipuas tres tantum Patriarchales Ecclesias nominent Romanam Alexandrinam & Anthiochenam. tamen docent DD. Nicolaum loquutum fuisse secundum priora tempora, in quibus Ecclesia Sacrosancta, & Romani Pontifices adhuc verè non assenserant electioni, & constitutioni Ecclesiarum Constantinopolitanæ & Hierosolimitanæ in veras sedes Patriarchales & ad authoritatem Isydori *in dicto cap. Cleros* dicit *ibi* Barbosa *num. 12.* vt cessarit illa dispositio Isyduri per nouam Pontificiam ei superiorem, vt patet *ex dicto cap. antiqua*, & aliis; & idem Barbosa omnino legendus *in dicto cap. Constantinopolitana n. 8.* præstat rationem, quare Alexandrina Ecclesia præcedat Antiochenam. Et quare hodie Constantionpolitana præcedat alias tres Patriarchales, *ibi ex num. 19. & fin.* vbi adducit curiosa quædam, concludens pro bono pacis; ita factum esse Orientis Imperatorum tempore, præsertim Phocæ ex Beda, & Paulo Diacono, sicut & fit mentio; *in nouella 131. cap. 2.* in verbis sequentibus, *ideoque sanctimus secundum earum* (scilicet Ecclesiasticarum regularum) *definitiones Sanctissimæ senioris Romæ Papam, primum esse omnium Sacerdotum, Beatissimum autem Archiepiscopum Constantinopoleos, noua Roma secundum habere locum post Sanctam Apostolicam Senioris Roma sedem, aliis autem omnibus sedibus præponatur*; & sic Alexandrina facta fuerit tertia, quæ erat aliàs post Romanam, tertia Antiochena; Hierosolymitana quarta, sicut & patet ex sexta Synodo *cap. 36. & ex dicto cap. renouantes dist. 22.* & ex Synodo *8. can. 21.* relata *in dict. cap. definimus*, & clarè *in dict. cap. antiqua de priuileg.* ex Concil. Lateran. sob D. Innocentio III. *cap. 5.* & Concil. Florent. *sess. 25.* & in litteris relatæ vnionis à D. Eugenio IV. & *extrauag. 4. de electione*, vbi etiam dicitur quod Patriarchalibus sedibus vacantibus, si fiat inconsultò Romano Pontifice prouisio, non valeat.

Et

53 Et Quare Roma Patriarchalis primo dicta
fuerit, respondetur breuiter; ideo quia ad
eam, iuuante Domino, ex Antiochia Cathe-
dram suam transtulit Petrus, vt refert *in dict.
cap. per venerabilem qui filij sint legitimi*, vers.
fanè; & quia Petri, & Pauli glorioso martyrio,
coronata est, vt *in dict. cap. fundamenta de elect.
lib. 6.* & idem Barbosa, vt retuli, reddit *dict. n. 8.*
rationem, quare Alexandrina præcedat Antio-
chenæ, cum hæc primo fundata sit; & iterum
in dict. cap. Constantinopolitana, vbi latè, ac alibi,
& Baron. *in martyrolog. Die 20. Octob. in B. Ar-
chenio*, vbi exornat diligenter *l. 1. ff. de Officio
Præfecti Augustalis.*
54 Iam ergo ad *Primates*, redeundo breuiter
dico, quod, etsi nomine Patriarcharum nomi-
nentur, non propriè comprehendi quatuor
proximè relatos, sed alios inferiores relatos in
55 vers. *recensiti.* † Et sic videmus quod etsi apud
nos Hispanos, Archiepiscopus Toletanus pos-
set dici Patriarcha, fruique valeat priuilegiis
veris, quatuor Patriarchis concessis ex speciali
priuilegio Martini V. incipient *Martinus*, sub
data Kalend. Aprilis 1422. de quo Garcia de
Loaysia *in collectan. Concil. Hispan. in decreto Gun-
demari Regis pag. 296.* Narbona *de appellat. à
Vicario ad Episcop. p. 2. fundam. 1. num. 33.* vbi
refert de verbo *ad verbum*, ac meminit Bar-
bosa *dict. cap. 6. de Iure Ecclef. num. 47. & n. 48.*
de Primatu Bracharens. ac aliis adductis *ex dict.
num. 41.* tamen tantum eos Primates dicit, non
56 quidem Patriarchas. † Concludens *num. 50.*
quod vbicumque Patriarcharum fit mentio de-
finitiuè loquendo, veniunt solummodo quatuor
supra dicti veri, & præcipui Patriarchæ, non
verò alij minores, tradunt etiam alij DD. quos
refert *de appellat. verbor. vtriusque iuris 189.
num. 1.* & cum 30. DD. firmat illos quatuor post
Romanam Ecclesiam esse præcipuas, & veras
Patriarchales sedes *in dict. cap. Cleros dist. 21.
num. 10. & 11.* per textum *in dict. cap. antiqua*, &
per alia iura adducta. Et sic Anastasius Ger-
mon. *de Sacr. immunit. lib. 2. cap. 5. num. 17.* vbi
dicit quod si vicissim Patriarchæ, & Primates
appellarentur, vt *dist. 99.* sed prædictos quatuor
per antonomasiam dictos Patriarchas, quibus,
& Primates parent ex Iustiniani *nouel. 123. &
131. & ex dicto cap. antiqua*, qui passim à Iusti-
niano Archiepiscopi nominantur *in nouella 11.
& 123.* de quibus *infra*, sed aliter in praxi, vt *in-
fra* vers. *ad tertiam.*

57 Quænam tamen Prouinciæ singulis Patriar-
chis subiicerentur, docet prouincialis liber om-
nium Ecclesiarum, & Azor. *tom. 1. in tit. moral.
cap. 35. q. 4.* & signat Scottia *dict. Theorema 94.
in fine*, dict. vers. *inter* de Patriarchis eorum po-
testate, & iurisdictictione, plura alia cumulant
sciptores, inter quos Vgolinus de Patriarchali
præstantia *tom. 13.* Dionysius *de vera quatuor
Patriarch. sedium elect.* Gambata *de officio, &
potestate legati lib. 2. in Rub. de variis ordinar.
nomin. ex num. 11.* Didacus de Alaua *de Conci-
liis p. 1. cap 6.* D. Rodericus de Acugña *in histo-
ria Ecclef. Episcoper. Portugal. p. 1. cap. 6.* Sebast.
Cæsar. *de Ecclef. hierarch. 1. p. disp. 4.* Scipio Ru-
beis *in aphorism. Episcop.* verb. *Patriarcha*, Ma-
chado *de perfecto confess. tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 2.*
Couarru. *in reg. possess. 2. p. §. 10. num. 5. & 6. &
lib. 4. variar. cap. 14. num. 13.* vers. *secunda autem
sedes*, Albarus Pelagius *de planctu Ecclesiæ lib. 2.
cap. 17.* Rebuffus *in concordatis tit. de collat. §. si
quis verò* verb. *Patriarcha*, Lancellotus Con-
rad. *de templ. omn. iudic. lib. 2. cap. 3.* Altamitan. *de
visitatione circa textum Trid. sess. 24. cap. 3.* in
verbo *Patriarcha*, & *Primates*, Narbona, *de
appellat. Vicar. ad Episcop. cap. 35. & 36.* Petr.
Gregor. *lib. 15. syntagm. cap. 11.* Anastasius Ger-
mon. Azor. Gonzalez, Rodulphus, Cupers,
Cuchus, Sebastianus Medicis, Hypolitus,
Marsil. & alij, quos refert Barbosa, *dict. cap. 6.
num fin.* Gonzalez per textum *in l. 9.* verb. *pri-
mado tit. 5. p. 1.*

Ad tertiam quæstionis partem de officio Ar- 58
chiepiscoporum, & Metropolitanorum, sup-
positis, quæ dixi, *supra de vsu Pallij, & sub
tit. de elect.* nonnullis etiam, *in cap. 2. de foro
compet.* & præmisso etiam, quod Archiepisco-
pus dictus sit, quasi Princeps Episcoporum,
quia omnibus Episcopis suæ prouinciæ præest
secundum Isidorum *lib. 7. etymolog. cap. 12.* re-
latum *in dicto cap. Cleros dist. 21.* vers. *Archiepis-
copus*, cum pluribus *ibi* Barbosa *num. 14. de Iure
Ecclef. num. 1. & cap. 7. de Officio, & potest. Epis-
cop. p. 1. tit. 1. cap. 6. num. 10. & tit. 4. num. 1.* iuxta
Lugdunens. impressionem, vbi cum Homob. Gal-
ganeto, Azorio, Sebastian. Cæsar, Layman. &
Ouiedo; item & *in decis. Apostol. & in Bullario*,
verb. *Archiepiscopus*, sicut diximus de Archidia-
cono tit. præced. & hic de Archipresbytero res-
pectu suorum inferiorum.

Et supposito etiam quod Archiepiscopus iu- 59
risdictionem habet in subditos Suffraganeorum
circa concernentia totam prouinciam, vt in tol-
lendo prauam consuetudinem, *cap. ad extirpan-
das, cap. fin. de filiis Presbyteror. cap. ex frequenti-
bus de instit.* exercendo plera, quæ iurisdictio-
nalia inter subditos Suffraganeos, vt etiam insi-
nuatum est *supra sub titulo de supplenda neglig.
Prælator.* vt in admittendis appellationibus à
sententiis Ordinariorum, de quo *in cap. pastora-
lis de officio Ordinarij, cap. duo simul eodem tit.
cap. 1. eodem tit. lib. 6. cap. conquestus 9. quæst. 3.
cap. 1. de foro comp. lib. 6.* ideò iam breuiter de
spectantibus ad officium eorum sequentia acci-
pies.

Primò quod licitum est Archiepiscopo exer- 60
cere ordinariam potestatem in subditos suffraga-
neorum, quando in Diuinis officiis Metropoli-
tanæ Ecclesiæ ritum non sequūtur *ex cap. de iis
12. dist. cap. quicumque 26. quæst. 5* Quaranta verb.
Archiepiscopi authoritas, vers. 22. vbi obseruat
hac de re obseruandas esse constitutiones Pij V.
super recitatione Breuiarij, & Missalis, Barbosa
in dicto cap. pastoralis de Officio Ordinarij, cum
aliis *num. 6.* † Et contra Canonicorum excessus 61
iniustè contra suum Episcopum à Diuinis ces-
santium, *cap. irrefragabilis §. cæterum de officio
ordin.* vbi dico vindicando, & metu pœnæ coër-
cendo, & in puniendis criminibus notoriis sub-
ditorum Suffraganei *cap. 1. §. fanè, vers. notoria
de censibus lib. 6.* † Et in mittendis quæstori- 62
bus eleemosinarum per totam prouinciam pro
fabricâ Ecclesiæ Metropolitanæ, cum ea tamen
limitatione, vt si resistitur à subditis Suffra-
ganeorum, non possit eos citare, vel si non
paretur, vt *in cap. 1. de pœnit. lib. 6.* Et in mit-
tendis

tendis edictis per totam prouinciam in casibus ad suam iurisdictionem pertinentibus Gemin. & Franc. *in cap. 2. per textum*, ibi, *de supplenda neglig.*
63 *Prelator. lib. 6.* † Et in indulgentiis concedendis per totam suam prouinciam, etiam si non sit in actu visitationis; dummodo non excedat statutum Concilij generalis, *cap. nostro de pœnit. & remiss.*

64 Et interdicendo aliquibus predicationis officio per totam suam prouinciam *cap. suarum, de priuileg. in faciendis exulibus*, à tota prouincia delinquentes in sua Diœcesi, *cap. 2. de arbitris, cap. 1. a ... ven. de priuileg.* Et in visitando prouinciam, & procurationem à subditis Suffraganeorum exigendo *cap. cum Apostolus*, vbi glossa verbo *Archiepiscopi*, *cap. Sophia*, *cap. super eo de censibus*, *cap. cum ex officij de prescript. cap. 1.*
65 *& fin. de consib. lib. 6.* † Vbi dicitur quod Archiepiscopus, dum visitat prouinciam potest audire confessiones subditorum Suffraganeorum, & absoluere à casibus Episcopo reseruatis, & à censuris per se, vel per alios; quia tempore, quo visitat, censetur illa Diœcesis tanquam sua, & habet in ea iurisdictionem quasi Episcopalem Episcopo superiorem quoad forum pœnitentiæ, non sic quoad dispensationem, vt in irregularitate, vt dixit Suarez *tom. 4. disp. 30. sect. 2. num. 8. & de conf. disp. 14. sect. 2. num. 12. & tom. 2. de relig. de voto lib. 6. cap. 10 numero 9.* Sayrus, Sanchez, etsi contra alij teneant.

66 Tamen hodie iam attenta dispositione Trid. *sess. 14. cap. 3.* Archiepiscopus non potest visitare Diœceses Suffraganeorum, nisi causa cognita, & probata in Concilio prouinciali, sic cum Machado, & Sebast. Cæsar, Barbosa *ibi, & de Iure Eccles. dict. cap. 7. ex num. 88.* dicens quod tunc visitando habebit easdem facultates, quas de
67 iure, ante Concil. habebat. † Sed quod non poterit, dum visitat ordinare, nec concedere dimissorias; quia non reperitur à iure ei permissum, nec vt possit exercere iurisdictionem fori contentiosi in subditos Suffraganei, nisi in criminibus notoriis, & contra impedientes eius iurisdictionem; ita & alios casus ipse Barbosa *dict. cap. 7. ex num 52. num. 73. 76. & à numero 84. ad 87.* qui & *à numero 95.* cum infinitis agit de potestate Archiepiscopi circa Synodum.

68 Item habet Archiepiscopus (etsi apud nos Hispanos parum in praxi) sede vacante Episcopi sui suffraganei, vel si excommunicatus fuerit, aut in captiuitatem redactus, in duobus præcipuè casibus, non obstante iure competenti ipsi Capitulo in sede vacante incumbere administrationi Ecclesiæ, vel quando probatur quod Ecclesia non tenet idoneos ministros *ex cap. non liceat aliens* 12. *quæst.* 1. vt si v.g. non habeat Capitulum actu, sed habitu, vel quando nullus Canonicus est in Sacris, Pauinus *de officio, & potest. capit. sede vacante p. 1. quæst. 10. sub num. 5.* Prosper. de Augustino *in addition. ad Quar* verb.
69 *Archiepiscopi authoritas*, post vers. 40. † Aut quando qui existunt fuerint negligentes; tunc enim poterit Archiepiscopus visitatorem, seu administratorem, aut œconomum instituere, prout oportunum videbitur, nisi à Romano Pontifice extra prædictos casus valeat deputari, *cap. penult. & fin. de suppl. neglig. Prelator. lib. 6.* alia notat idem Barbosa *in adductis locis*, & *in 3. p. de Officio Episcop. allegat. 133. à princ. secund. Lugd. impress.* qui etiam *de Iure Eccles. ex num. 99.* † *Et* 102. addit quod poterit Archi- 70
episcopus etiam deputare Vicarium, seu Officialem in Ecclesia Suffraganea, si infra octo dies post mortem Episcopi, Capitulum non prouiderit, vel non idoneum elegerit ex facult. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 17.* Quaranta dicto verb. *Archiepiscopi authoritas*, vers. 36. Marc. Anton. Genuens. *in praxi cap. 70. num. 6.* Raguc. *de voce Canon. in Capitulo cap. 37. quæst. 36. num. 1.*

Qui cum Gemin. *in dict. cap. fin. de supplenda* 71
neglig. Prelat. num. 8. obseruat, quod si moreretur Vicarius à Metropolitano creatus, vel ab alio Superiore ob negligentiam Capituli; iamtunc posse Capitulum ipsum infra alios octo dies, creare alium, vt prius, quia tantum amiserat ius pro prima vice.

Metropolitanus, qui sic dicitur à mensura 72
ciuitatum, vel à matrice ciuitate secundùm alios, iuxta communem vsum loquendi, idem est ac Archiepiscopus, cum præstantia Archiepiscopi aliquando appelletur authoritas Metropolitana, *cap. solicitudinem de appellat. dist. c. de his dist. 12 cap. fin. dist. 50.* & nonnumquam Ius Metropolicum *in cap. cum à nobis arbit & in auth. de Eccles. tit. in princ.* & etiam Dignitas Archiepiscopalis, vt *in cap. fin. de purg. Canon.* vbi communiter Doctores.

Et licet Cujacius *in nouella* 11. dixerit appa- 73
rere maiorem Dignitatem Archiepiscopi, quàm Metropolitani: nam Archiepiscopus, & Patriarcha idem sunt; sed verius est, quod idem sunt; quia etsi diuersorum sint nominum, eiusdem tamen, vt ait Gratianus *in summa dist. 99.* sunt officij, & sequitur Anastas. Germon. *lib. 2. immunit. c. 5. n. 21.* contra Cujacium, quem refert *ibi num. 18.*

Et hoc à vi vocabuli etiam probatur; siqui- 74
dem Metropolis nuncupabatur ciuitas quæ caput gentis, & populi erat, si hoc nomen, & ius à Principe consequebatur, vt ostendit Theodosius Imperator *in l. 1. cod. de Metropoli*, Beryto *lib. 11.* ibi: *Berytus Metropolitanam habebat Dignitatem Tyro nihil de iure suo derogatur, sit illa mater prouinciæ nostrorum maiorum beneficio, hæc nostro, & vtraque Dignitate simili perfruatur.*

Quod fecerunt Valentinian. & Valens. qui 75
Nicænam ciuitatem Iure Metropolico donarunt, vt ex Concilio Calcedon. *action. 13.* constat; etsi postea idem Concilium constituerit, vt hoc beneficium ad ciuilia tantùm munera, & priuilegia pertineret; & vt ipse Nicænus Episcopus *Can. 12* eiusdem prouinciæ Episcopos præcederet honore, non potestate: alia curiosa videnda congerit Anastasius Germon. *dicto lib. 1.*
de Sacr. immunit. ex num. 9. † Vbi de Iustinia- 76
no ait, quod fuerint quatuor, aut quinque ciuitates Iustinianæ dictæ, ac omnes Archiepiscopo donatæ, quarum prima est *in Canonia*, secunda, quæ hodie appellatur *Bulgarea*, *dict. nouell.* 11. vbi natus est Iustinianus, alia in Africa Iustiniana Carthaginis, vbi *in nouella* 131. §. 4. inde Iustiniani nomen adepta, quod

in

is eam Romano Imperio vindicarit, & resti-
tuerit. Alia Iustiniana in Cypro insula Patria
Theodoræ eius vxoris. Alia Iustiniana noua, de
qua idem Imperator, *in nouella* 8. §. *notitia*,
ipsum ad alia videndus ex *num.* 10. qui & *num.* 2.
77 *ad* 6. † ex bonis litteris probat quod Citerior
Hispania in *conuentus*, septem est diuisa à Pli-
78 nio, *lib.* 3. *cap.* 3. † Et quod *conuentus*, est pri-
maria ciuitas, quo aliæ Ciuitates, & populi coo-
ueniuot ad accipiendum Iudicium; & quod
sicut pronincia in plures conuentus distribueba-
tur, sic & conuentus in plures populos, &
vnusquisque populus, & gens in plura oppida,
79 & ciuitates igoobiliores. † Et quod Ephesus
fuit prima Asiæ Metropolis, ait Vlpianus, *in*
80 *l.* 4. *ff. de offic. Præfect. Prætor. Africæ.* † Et quod
ciuitates aliæ dicebantur minores, aliæ maiores,
aliæ maximæ, vt demonstrat Modestin. *in l.* 6. *ff.*
de excusation. tutor, & curator.

81 Et sic quid Metropoles illæ dicerentur, ex
quibus Coloniæ deducebantur; & quod erant
coloniæ, quasi propagines, & Soboles, &
Metropoles quasi matres, vt ad Iacobum fra-
trem Domini, ait S. Clem. *in cap.* 2. *dist.* 80. de
quo supra *in Rub. & quæst.* 1. vt sequitur ipse
82 Germonius, *supra num.* 6. †. Et *ibi num.* 12. di-
cat quod *Metrocomia*, sit mater vicorum tamen
distinguit, & Cuiacius *in l.* 8. *de exaction. tribu-
tor. lib.* 10. *Codic.* in verbis, sequentibus, *decet
autem maximo quidem numero, vti Metropoles
gentium, secundo autem, quæ habent forum cau-
sarum, tertio autem reliquas*, significans ex So-
lioo, Floro, & Marcellino.

83 Vt *Metropolis*, sit caput, materque pronin-
ciæ, *vel mater vrbium, Metrocamia, vt dictum
est, mater vicorum*, vt explicat etiam exactius
D. Francisc. de Amaya, *in l.* 1. *cod. à prædiis*
84 *Decurion. lib.* 10. *ex num.* 20. *ad* 24 † Vbi expli-
cans, *l. vnicam. cod. non licere habitatoribus Me-
trocomiæ*, vbi Metrocomiæ habitatores prohi-
bentur possessiooes, terrasque, quas habent in
alios traosferre, prætetquam in vicinos, & ha-
bitatores Metrocomiæ; sic vt è contra annullen-
tur contractus, ait Metrocomiam græcè Ma-
tricem Villarum dici, quæ quæ est vidua, nem-
pè maior, quæ sub se plures continet, plura
castra, Burgas, pagos, & vicos, vt *in l. fin.
cod. Theodos. de Patr. vicorum*, quemadmodum
Metropolis dicitur caput prouinciæ quia Metra,
& polus mater, seu matrix vrbis dicitur
agnoscit Forcatol. *in Naciomanc, dialogo* 62.
num. 4. quæ se habet ad reliquas ciuitates, vt
mater ad filios, *l. si duas* 6. §. 1. *ff. de excusat.
tutor. l.* 4. §. *ingressum, l. si aliam ff. de officio Pro-
consul.* Osuuald. ad Donellum *lib.* 17. *cap.* 13. *lit-
tera B*: alia dicit Amaya: Quibus patet quam
aptè Archiepiscopus idem sit quod Metropoli-
85 tanus. † Imò & aduerti debet fieri posse non-
nunquam, vt aliquis Archiepiscopus non sit
Metropolitanus, veluti, si nullum habuerit
soffraganeum, sicut non habent Rosanen.
& Lazianen. Archiepiscopi; sic contingat, vt
latius pateat oomen *Metropolitani*, quam *Ar-
chiepiscopi* contra Cujacium supra aliter sentien-
tem.

86 Vndelpro complemento dico, quod cum
prouincia tota sit ad iurisdictionem Metropo-
litaoæ Ecclesiæ, vt dicitur *in cap. super eo de cen-
sibus*, & Archiepiscopus maiorem solicitudi-
nem habeat, quàm Episcopus respectu execu-
tionis, & exercitij, Cardinalis Zabarella *in
Clemens. Archiepiscopo num.* 7. *de priuilegiis*;
ideò mirum quidem non esse, quod præcellat
cæteros Episcopos honore, Geminian. *in cap.
per singulas* 2. 9. *quæst.* 3. sic vt sit persona magis
priuilegiata, *cap. seruatis*, *& cap. igitur* 25.
quæst. 1. † Ac etiam vt præstetur Archiepis- 87
copo manutentio in quasi possessione iuris Me-
tropolici aduersùs omnes Episcopos, & prouin-
ciæ suæ Ecclesias, contra quos habet iotentio-
nem fundatam in iure communi, Rota apud
Tamburin. *in fine tom.* 3. *de Iure Abbat. decis.* 56.
num. 1. vbi *num.* 2. & Barbosa cum eo *dict. cap.* 7.
num. 13. dicuot quod quasi possessio Iuris Me-
tropolici acquiritur ex cognitione causarum ap-
pellationum introductarum in curia Metropo-
litani.

Ad quartam quæstionis partem de Officio 88
Episcoporum, suppositis quæ dixi de eo-
rum electione *sub tit. eodem*, *& in cap. cum Ec-
clesia Sutrina de causa possess. & propriet. & sub
titul. de iudiciis, & foro competenti*, vbi de iu-
risdictionalibus Episcopo, & eius Vicario
competentibus, & quæ dico *infra in cap. in-
ter cætera*, & aliis *de Officio Ordinarij*, *& sub
titulo de censibus*, quatenus pertinet ad ius visi-
tandi suas Diœceses, & *in cap.* 1 *de Officio Ordi-
narij*, quoad ius inquirendi, & corrigendi in
subditos, & alibi sæpè, & quæ *infra* dico de
Officio Vicarij, & quæ congeruot Scriptores
in tractatu de Officio Episcopi, & circa ius dis-
pensandi *in cap. fin. de temporibus ordinat. &
in cap. etsi Clerici* §. 1. *de iudiciis ad collationem
ordinum*, vt supra *ex titulo de temporibus ordi-
nat.* item & prouisionem beneficiorum suæ
Diœcesis, vt *in titulo de Præbend. de institutio-
nibus*, de concessione Præbendæ, & de Iure Pa-
tronatus cum aliis, de quo videndus Barbosa *in
suo per illustri tract. de Officio Episcopi*, vbi om-
nia cumulat ad Officium Episcopi spectantia,
& quibus nominibus appelletur, *ibi p.* 1. *tit.* 1.
cap. 2. *per totum*, qui & plura circa numerum po-
testatem ordiois, & iurisdictionis Episcoporum
sub compendio scribit *ante p.* 2. *pastoralis*, &
ante alleg. 1.

Ideò iam breui quodam calculo percurram 89
per illa, quæ ad officium, & potestatem Epis-
copi pertinent, dicendo quod Officium, & mu-
nus Episcoporum in duobus præcipuè consistit,
videlicet in cultu Diuino, & Christiana religio-
ne augenda, & conseruanda. Secundo in pas-
cendis, & regendis Ouibus sibi commissis, &
eas in æternæ salutis viam perducendis. † Et 90
quod circa primum quatripartitur officium.
Primo ad eam, quæ fidem, & venerationem
Dei concernunt. Secundo ad Diuinorum Offi-
ciorum celebrationem. Tertio ad Sacramen-
torum administrationem. Quarto ad ea, quæ
ad harum rerum ministros, res, & loca Ec-
clesiastica spectant. † Item quod circa secun- 91
dam curam; & officium eius, sit prædicare
Verbum Dei, & subditos suos docere, eisque
monita salutis tradere, & delinquentes corri-
gere, ac manere, iuxta textum *in dicto cap.
inter cætera de Officio Ordinarij*, *cap. audire
distinctione* 21. *Trident. session.* 5. *de reforma-
tione cap.* 2. *& sessione* 24. *etiam de reformatione
cap.* 4.

Itaque

92 Itaque circa membra primi Capituli rerum concernentium curæ Episcopi, & eius officio, cultus scilicet, & religionis; dico, vt circa fidem, & venerationem Dei, sit primo curare, vt omnes suæ Diœcesis animæ fidem Christi suscipiant, si sit in terris fidelium, alioquin curare, vt omnes fidei rudimenta sciant, & ea ritè doceantur, & illis explicentur, *cap. ante Baptismum de consecrat. dist.* 4. Concil. Trid. *dict. sess.* 24. *cap.* 4. *constitutio Pij V.* incipit *ex debito*
93 *pastoralis officij.* Die 6. Octob. 1572. † Item vt fidei disputationes inanes, ac periculosus tollant, & ne Laici publicè, vel secretè disputent de fide Catholica, *cap. quicumque* §. 1. *de haret. lib.* 6. vbi dico, & dixi *supra sub Rub. & tit. de Summa Trinit. & fide Cath.* & DD. *in cap. quoties*
94 24. *q.* 1. † Item & vt verbum Dei populis prædicetur, & lectio Sacræ Scripturæ, ac Theologiæ habeatur, & ne verba Sacræ Scripturæ ad superstitiones, incantationes, aut diuinationes, vel sortes, & alia prophana, & scurrilia adhibeantur, & conuertantur, vt habetur in Trid. *sess.* 4. *in fine*, Const. Pij IV. incipit *iniunctum nobis*.

95 Et ne Prædicatores in suis concionibus, & fabulas, & falsas reuelationes prædicent in tantùm, vt rigorosè, ac seuerè possit Episcopus eos punire, *dict. sess.* 4. *in fine*, & vt nullus possit imprimere, seu imprimi facere sine nomine authoris libros; nec illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primo ab ipsomet Episcopo examinati, probatique fuerint sub pœnâ anathematis, & pecuniæ, Concil. Lateranens. *sess.* 10. *de impressione librorum.* †
96 Item Diuinos omnes, & sortilegos, & magicam artem exercentes, aut docentes, & super quæstionibus; aliisque similibus operam dantes ex suis Diœcesibus penitùs eradicare, *cap. contra, & cap. Episcopi* 26. *q.* 5. & Canonicis pœnis, & aliis arbitrio eius punire profitentes Astrologiam iudiciariam, præter quam circa artem medicam, nauigationem, agriculturamque, & aliqua de futuris contingentibus, vaticinare præsumentes, vt *in const.* 17. Sixti V. incipit *Cœli & terra creator in Bullar. nouo tom.* 2. *pag.* 510. *& in const. S. D. N. Vrbani VIII. anni* 1631. †
97 Item quod hæreses, & hæretici omnes extirpentur, & circa Iudæos, & Paganos curam adhibere vt in his seruendis, quæ, & Christianis erga illos, & illis erga Christianos iubent, vel prohibent Sacri Canones, vt *infra in tit. de Iudæis, & Sarrac. & de haret. & in cap. Iudei* 28. *q.* 1.
98 † Et miracula publicare, recognoscerè, & approbare, vt *in cap. fin. de reliquiis, & vener. Sanctor.* Trid. *sess.* 25. in decreto de reliquiis, & vener. Sanctor. etiamsi sint miracula hominis defuncti, non canonicati, nec Baptizati, vt per dict. decisionem antiquata decis. *dict. cap. fin.*
99 † Et reliquias Sancti ab Ecclesiâ Canonicati, in sua Diœcesi approbare, & illo approbante, tanquam veras, & ad illum Sanctum pertinentes posse absolutè venerari, cui non licebit nouas reliquias approbare, ac eas publicè venerandas exponere, nisi denuo inueniuntur alicuius Sancti, iampridem in Sanctorum numero re-
100 lati. † Item curare, vt vouentes sua vota reddant, & cum impotentibus dispenset, aut vt cõmutet, in quantum facultas Episcopalis extenditur, idem in iuramentis iuxta quæ dixi *infra de Iureiur.* & dicetur *sub tit. de voto, & voti redemptione, & ibi cap.* 7. *&* 10. curando etiam, ne falsa, aut inania iuramenta fiant iuxta quæ dixi *in cap. etsi Christus, cap.* 12. *cap. quinta vallis, & aliis dict. tit. de Iureiur.* & vt iurata licitè seruentur, absoluendo eos qui possunt absolui, & peierantes canonicè coërcendo, iuxta quæ *ibi ex cap.* 1. vsque ad finem illius tituli plenè scripsi videnda. † Vltimo vt festa in Dei, & 101
Sanctorum cultum, & venerationem ritè; ac debitè celebrentur, vt in illis diebus fideles Diuinis intersint, ac seruilibus operibus, & aliis illicitis se abstineant, de quo plenissimè dixi *in tit. infra de feriis, & ibi in cap. fin.* sic vt possit Episcopus arbitrio suo Laicos, festa non obseruantes ex const. Pij V. de qua *in Bullario nouo pag.* 180. *tom.* 2. † Et ad hæc existimo spe- 102
ctare obligationem faciendi professionem fidei à Prælatis, Dignitatibus, Canonicis, Portionariis, Parochis, Magistris, & Doctoribus, ac aliis, de quibus sigillatim scripsi latè *in cap.* 4. *de Iureiur. q. fin.* aliqua *dict. tit. supra de Summa Trinit. & fide Cath.*

Circa secundam partem de celebratione Mis- 103
sarum, & Diuinorum Officiorum, debet quidem Episcopis incumbere, ne Sacerdotes, aliis inquam debitis horis celebrent per Trid. *sess.* 22. *in decreto de obseru. & euitandis in celebratione Missæ*; de quo latissimè dico *infra sub tit. de celebrat. Missarum.* † Item ne extra Ecclesiam, 104
& locum Sacrum ad id deputatum specialiter Sacrificium Missæ fiat, *vbi supra* in vers. *atque omnino extra Ecclesiam*, vt etiam dico *sub dicto tit. de celebrat. Missarum.* † Et quod ne cui 105
vago, & ignoto Sacerdoti Missas celebrare permittat iuxta quæ latè dixi *in Rubr. & tit. suprà de Clericis peregrinis, & ibi* ex Trid. *sess.* 23. c. 16. vers. *nullus.* † Item curare quod habentes cu- 106
ram animarum, saltem diebus Dominicis, & festiuis, tam frequenter celebrent, vt suo muneri satisfaciant iuxta dispositionem Trident. *dict. sess.* 23. *cap.* 14. & vt populus in propriâ Parochiâ Missam audiat, sed non ad id cogere mulctis, & pœnis, etiam in casu notabilis negligentiæ, cum liberum sit populo in diebus Festis interesse Sacrificio Missæ, etiam in Ecclesiis regularibus, vt praxis quotidiana obseruat; & censuit S. Congregatio in negot. Episcop. & regular. Die 1. Iulij 1600. † Item curare, vt ab 107
Ecclesiis arceantur musicæ illæ, vbi siue organo, siue cantu lasciuum, aut impurum aliquid misceatur, Concil. Trid. *in Decreto de obseruand. & euitand. in celebr. Missæ.*

Et vt regulares in Offertorio Missarum 108
conuentualibus, quæ Dominicis diebus in Monasteriis celebrantur, declarent fidelibus, quæ festiuitates, & ieiunia in illa Hebdomada occurrant, ne ignorantia borum festorum, & ieiuniorum præcepta Ecclesiastica à fidelibus transgrediantur, quod parum ipsi Religiosi curam obseruare, nisi Parochiam habentes, vt hic Matriti faciunt regulares S. Benedicti propter Parochiam S. Martini, Coadiutores illius in Ecclesiis S. Eldiphonsi, & S. Marci, quibus inseruiunt curam animarum exercentes Monachi illius ordinis, Parochi quidem (de quorum officio infra ago) hanc partem exactè adimplent in singulis Parochiis totius nostræ Hispaniæ, quibus inuigilant Episcopi, & Synodales Episcopi

109 Epiſcopatuum. † Item debet Epiſcopus cu-
rare, vt reliqua Diuina Officia, & horæ Ca-
nonicæ debitè, ac deuotè ſuis horis, & ſe-
cundùm Canonum diſpoſitionem, celebren-
tur, ac recitentur, vt dico latè *in cap.* 1. &
aliis *de celebratione Miſſar.* profligando abu-
ſus omnes circa huiuſmodi, vt etiam *in Clem.* 1.
110 *de celebrat. Miſſar.* cauetur. † Vltimo Epiſ-
copus debet curare, vt populis diuerſarum
linguarum, & rituum, qui nonnumquam in
eadem ſimul Diœceſi morantur, Miſſæ, &
Officia, & Sacramenta ſecundùm eorum lin-
guas, & approbatos ritus celebrentur, & mi-
niſtrentur inſtruendo eos verbo pariter, &
exemplo, *cap. quoniam in pleriſque de Officio
Ordin.* vbi dico.

111 Circa tertiam partem dicti Capituli primi,
quæ conſiſtit in adminiſtratione Sacramento-
rum, iam diximus latiſſimè *ſupra ex tit. de tem-
porib. ordin. & ſub tit. de Sacra Unctione, cap.
vnico* §. 1. quam obligationem habeat Epiſco-
pus, vt proprius ex officio Miniſter, ordines
conferre ſuis ſubditis, quo ſcrutinio, in qua
ætate, qua ſufficientia, & quos repellere de-
beat; item cum quibus valeat diſpenſare ad
minores ordines, *in tit. de filiis Preſbyter.* &
alibi. Item curare ſuper adminiſtratione per ſe
Sacramentum Confirmationis, cuius ipſe eſt
proprius ex officio, & ordine, ac conſecra-
tione Miniſter, vt dixi latiſſimè *in dict.* § 1.
112 *cap.* 1. *de Sacra Unctione.* † Et curare, ne pro
adminiſtrandis Sacramentis, aliquid indebitè
exigatur, *cap. placuit* 1. 1. *quæſt.* 1. de quo *in-
fra dico ſub tit. de ſimonia.* Item attendere, vt
decretum Concilij Trident. *de matrim. cele-
brand.* ſæpius publicetur, ſicut in eo dicitur,
ſeſſ. 24. *de reformat. cap.* 1. aliquid dixi *in cap.
fin. de foro competent. quæſt. penult.* ſed dictam
publicationem non video repeti apud nos,
cum plenè omnia Trident. decreta recepta
ſint, & cuſtodiantur ab omnibus. Item curare,
vt exponatur à Parochis virtus omnium Sacra-
mentorum, vt ſic populi fideles ſatius edocti
ſint iuxta Trident. *ſeſſione* 24. *de reformatione,
cap.* 7.

113 Circa vltimam partem dicti primi Capituli,
quod loquitur de Eccleſiaſticis perſonis, ac re-
bus, vel locis. Primo attendere debet ad ea,
quæ de ordinandis Clericis, & beneficiis con-
ferendis ſunt, vt *ex tit. de vitâ, & honeſt. Cle-
ric. & ex tit. de præbend. & de conceſſ. præben-*
154 *dæ.* † Item vt curet corrigere Clericos, & re-
gulares delinquentes iuxta Sacrorum Cano-
num diſpoſitionem, vt *in cap. irrefragabili de
Offic. Ordinarij*, vbi dico, & *in Clem.* 1. *eodem*
115 *tit.* † Et curare debet, vt ea omnia ſeruent,
illaque deuitent quæ infra dico *à dict. tit. de
vitâ, & honeſt. Clericorum, & de cohabitat.
mulierum, & Clericorum, & ex tit. de regu-
laribus, & ſtatu regular.* de quo videnda eſt
diſtinctio 81. per totam, & *ibi cap. ad reatum.*
116 † Item vt dixi *ſub dict. tit. de Clericis pere-
grin. & ibi in cap.* 1. ne ſine formatis, aut teſti-
monialibus litteris peregrinos ſuſcipiant. Et
quod regulares perſonæ, quæ fortè executo-
res teſtamentorum, electæ fuerint à teſtatori-
bus, reddant de huiuſmodi cura rationem, vt
in Clement. vnica de teſtament. de quo dico latè
in cap. 3. *cap. cum Ioannes, & alibi tit. de
teſtam.*

Imò & ad Officium Epiſcoporum ſpectat 117
attendere, quod Sanctimoniales iuxta proprias
conſtitutiones admoneantur, ſaltim in ſingulis
menſibus confeſſionem peccatorum facere, &
Sacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipere, vt in
Trident. *de regular. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. de quo dico
*ſub tit. de pœnit. in cap. omnis vtriuſque de celebr.
Miſſar.*

Debet etiam Epiſcopus tueri Eccleſiaſticas 118
immunitates, quoad loca Eccleſiaſtica, vt in-
fra dico latè *in tit. de immunit. Eccleſ.* & faciunt
dicta *ſub tit. de iudiciis, à cap.* 2. *& tit. de
foro comp. & in cap. Eccleſia Sanct. Mariæ* 10.
de conſtitut. vbi quam plura dixi conducibilia.
Item quantum debeat curare circa Eccleſias
conſtruendas, reparandas, conſecrandas, re-
conciliandas, ac de altaribus, vt *infra in tit.
de Eccleſiis ædificandis*, de Religioſis Domi-
bus, & conſecrat. Eccleſiæ cum aliis, & ne
alienentur res Eccleſiaſticæ, vt *in tit. de rebus
Eccleſiæ alienandis, vel non.*

Pro ſecundo capite adducto in principio 119
verſ. *ad quartam*, verb. *ideò* de cura, & Offi-
cio Epiſcopi in paſcendis Ouibus ſibi commiſ-
ſis, & eas in æternæ ſalutis viam perducendis;
inſinuantur caſus ſequentes latius in propriis
locis, de illis acturus, inter quos, primus eſt;
vt teneatur Epiſcopus, præcipuè Verbum Dei
prædicare, & ſubditos ſuos docere, eiſque
monita ſalutis tradere, & delinquentes corri-
gere, ac monere, iuxta habita *in dict. cap. in-
ter cætera de Officio Ordinarij*, vbi dico *in cap.
audire* 21. *diſt.* in Trident. *ſeſſ.* 7. *de reformat.
cap.* 2. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 4. de quo optimè loquitur
Euariſtus Papa *in cap. ſicut* 9. 7. *caſus* 16. ibi:
*Epiſcopum oportet opportunè, & importunè ac
ſine intermiſſione Eccleſiam docere, eamque
prudenter regere, & amare, vt à vitiis ſe ab-
ſtineant, & ſalutem conſequi poſſit æternam,*
& illa cum tanta ſeuerentia eius Doctrinam
ſuſcipere decet, eumque amare, & dili-
gere, vt legatum Dei, & præconem verita-
tis.

Quare debet Epiſcopus Oues ſibi commiſ- 120
ſas bonorum operorum exemplo paſcere, &
pro eis frequenter orare, ac Sacrificia Deo
offerre, atque continuis monitis, & exhorta-
tionibus in viam ſaluris dirigere, vt præcipitur
in Trid. *ſeſſ.* 13. *c.* 1.

Et vt adimpleant exactè, Oueſque cognoſ- 121
cat totius ſuæ Diœceſis, curare debet viſitare
illam ſæpius perſonaliter, vt præcipitur *in cap.
legitur, in cap. relata, cap. decernimus* 10.
quæſt. 1. Trident. Concil. *dict. ſeſſ.* 24. *de refor-
mat. cap.* 3. iuxta dicenda *in dict. cap. inter cæ-
tera.* † Ex quo infertur, vt teneatur arguere 122
vitia ſubditorum, errantes corrigere, & om-
nino curare, arguendo, obſecrando, &
inſtando, vt ad ſalutis viam reuertantur, vt
habetur, *in dicta cap.* 5. *Tridentin. ſeſſio-
ne* 23.

Secundò Epiſcopi Officium præcipuum 123
etiam eſt prouidere bonos, & idoneos Recto-
res curæ animarum inſtituendo curatos, qui
curam ſuam non negligant, *cap. nullus omnino
quæſt.* 7. curando, vt cunctis Sacramenta mi-

nistrentur diligenter, promptè ac liberaliter,
& præcipuè morientibus, etsi qui sint in Diœ-
cesi impœnitentes, aut excommunicati, vel
vltimo supplicio deputati, curare, ne sine re-
conciliatione, aut absolutione, & viatico pe-
xeant, *Clem. 1. de pænit. & remiss. cap. de his*
124 *26. quæst. 6.* † Nec propter hoc excusatur Epis-
copus à cura exercenda per ipsum in pluribus
casibus, si necesse sit, cum sit Parochus totius
suæ Diœcesis, cui præcipuè Oues fuerunt
commendatæ, vt Pastori: argum. *cap. illud*
125 *95. dist.* † Et ob id dicatur tota Diœcesis Pa-
rochia Episcopi, vt benè docet Barbosa *in pa-*
126 *storali p. 3. alleg.* 80. *num.* 12. † Et sic Ca-
thedralis sua dicatur Parochia totius ciuita-
tis, & Diœcesis, Cardinalis *in Clem. dudum*
§. verum de sepulturis, Bellet. *disquisit. Cleri-*
cal. p. 1. tit. de bonis Cleric. §. 3. num. 43.
vnde optima ratione glossa in verbo *à foris ve-*
niant in cap. 3. hoc tit. dixit, quod quilibet de
Episcopatu potest Sacramenta recipere in maio-
ri Ecclesiâ.

127 Tertio debet Episcopus prouidere, ne sub-
diti sui, vanis, & superfluis sumptibus, inten-
dentes, substantias suas consumant, & ne quis
vltra quam gradus personæ, & facultates pa-
tiuntur, expendat, vt *in Clem. 2. de Magistr.*
argum. textus in cap. vt Clericorum 13. cap.
128 *à crapula de vitâ, & honest. Clericor.* † Et
sic debet etiam ordinare, ac moderari ea,
quæ correctione, emendatione, ac reparatio-
ne indigent, abusus tollere, & bonas con-
suetudines, ac Canonum obseruationes intro-
ducere. Et inde quidem suæ curæ stat publi-
care, & præ foribus Ecclesiæ affigere eos, qui
excommunicationis vinculo detinentur, vt
quisque communionem eorum valeat deuitare,
vt *in cap. cura 11. quæst. 3. Clem. vnica de con-*
sanguinit. & affinit. iuxta latè dicenda *infra in*
tit. de sentent. excomm. & quæ dixi *in cap. 1.*
cap. intelleximus 7. cap. cum non ab homine de
iudiciis, cap. ad probandam 24. de sentent. &
re iudic. cap. pastoralis §. verum de appel-
lation.

129 Quartò præcipuum Officium Episcopi est,
victum pauperibus largiri, viduarum, & pu-
pillorum, orphanorum, ac miserabilium per-
sonarum, curam paternam gerere Concil.
Trident. *dicta sess. 23. cap. 1.* Et quanta sit
obligatio in Episcopo erogandi, & in qua
quota? Dico latè *infra in cap. filius no-*
ster 5. cap. cum in officiis 7. de testamentis;
ob idque *in l. Iudices cod. de Episcopali aud.*
monetur vt Episcopi etiam incarceratorum
curam gerant, prouidentes, vt humaniter
tractentur quoad locum carceris, & quo-
ad victum non habentibus ministrandum,
& his similia infantium quoque expositorum
curam agere, & curare, ne serui fiant colligen-
tium, *l. nemini licere cod. eodem*; ob quod, vt
refert Barbosa *de Iure Ecclesi. cap. 11. sub n.* 86.
Concilium Aurelianens. vt Episcopi Sacerdotali
admonitione redarguant Iudices, ac potentes,
quos conspexerint, oppressores huiusmodi mi-
130 serabilium personarum. † Quare mirum non
est quod inter opera charitatis, exercenda ab
Episcopo eius curæ sit obligatio redigendi ad
pacem magis, quàm ad iudicium, desidentes
fratres, vt *in cap. studendum, cap. præcipimus,*
dist. 90. ita vt si negligens fuerit in reuocando
discordes ad concordiam, peccet mortaliter;
licet in aliis peccatum sit veniale, Marcus An-
ton. Genuens. *in manuali Pastor. cap. 43. nume-*
ro 1. Belletius *disquisit. Clerical. p. 1. tit. de*
disciplina Cleric. §. 15. num. 96. Barbosa *de*
Officio Episcopi p. 3. alleg. 79. num. 1. † Et 131
consequenter tenebitur pacem inter subditos
semper conciliàre, & pacem, vel treugam rum-
pentes punire, *cap. 1. de treuga, & pace*; ad
quæ leges quæ dixi *in cap. nouit. de iudic.*
vbi egi de illa quæstione, *Ad quem spectet iudi-*
cium de pace fracta? An Index reconuentionis
possit partes litigantes ad concordiam reducere?
† Sed Sacra Congregatio negot. Episcopor. 132
præposita Die 15. Nouembr. 1588. vt refert
idem Barbosa *dict. cap. 11. de Iure Eccles.*
num. 85. limitat dicendo, vt non possit Epis-
copus cogere aliquem ad se cum inimico con-
ciliandum; quia suæ conscientiæ satisfacit qui
iniuriam in corde remittit; sicque fuisse res-
ponsum Episcopo Caietano; quare pos-
sunt adiungi quæ dico *infra in tit. de iniu-*
riis.

Cumque ex Trid. *sess. 25. cap. fin.* cautum 133
sit circa obligationem, quam habent Episcopi
curandi, vt Canones omnes, Conciliorum de-
creta, nouæque constitutiones à Pontificibus
in Dies emanentes seruentur iuxta quæ etiam
dixi *sub Rub. de constit. & sub eo tit. vt etiam*
in cap. Ecclesia S. Mariæ, latissimè aduerterei;
ac curare nimis debent super residendo quili-
bet in propria Diœcesi, apud proprias Eccle-
sias, quandiu poterint; vt habetur *in cap. si*
quis in Clero, & in cap. placuit, et 1. 7. quæ-
stion. 1. cap. sugestum ibi. exceptis tamen legi-
timis causis, de quibus dictum est per textum
ibi in cap. nisi cum pridem de renunciat. † Et sic 134
quia plura sunt, quæ curæ eorum incumbunt,
quibus de facili per se occurrere nequeunt, *cap.*
illud dist. 5. præcipitur eis *in dict. cap. inter cæ-*
tera, de Officio Ordin. cap. sicut olim de accusat.
† Vt per personas plura exequantur, & Vica- 135
rios, ac Coadiutores in tanto munere obeun-
do, secum habeant, vt praxis demonstrat;
ac *infra* insinuatur *in titulo de Officio Vi-*
carii.

Quintò debet etiam Episcopus ex officio 136
Chrisma conficere, vt dixi latè *in dicto cap. 1.*
de Sacra Unctione §. 1. in tract. de confirm. &
Baptizatores fontes Chrismate signare; *cap.*
perlectis, vers. *ad Episcopum 25. distinct. cap.*
quamuis 68. dist. cap. litteris de consecratione
dist. 3. cap. si quis de alio de consecrat dist. 4.
Basilicas consecrare, & altaria in Ecclesiâ con-
secrata erigere, & consecrare, & hæc eadem
consecrata reconciliare, si violata fuerint, *dict.*
cap. perlectis, dict. cap. quamuis, cap. 1. cum
aliis *ibidem de consecrat. dist. 1. cap. aqua de*
consecration. Ecclesiæ, vbi dico, & dixi aliqua
in cap. 2. de Sacram. non iterand. † Et Mo- 137
niales Virgines post professionem, & com-
pleto 25. ætatis anno, solemniter consecrare
tradito velo, *dict. cap. perlectis §. ad Episco-*
pum 25. dist. cap. 1. de temporibus ordination.
quod & poterit delegare Presbyteris, vt *in*
cap. 2. 26. quæst. 6. Barbosa *dict. cap. 11. de*
Iure

Iure Eccles. num. 101. contra Sbrotium *de*
138 *Officio Vicarij lib.* 2. *q.* 8. *num.* 4. † Et reconciliare publicè pœnitentes in Missa, *dict. cap. quamuis dist.* 68. *cap.* 1. *cap. ministrare* 26. *quæst.* 6. quod & Sacerdos simplex ex licentiâ Episcopi potest facere, *cap.* 1. *cap. Aurelius* 26. *quæst.* 1. Sbrotius *dicta quæst.* 18. *num.* 4. & pœnitentias publicas iniungere, *cap. accedentibus*, vbi DD. *de excess. Prælator.* quod & poterit exequi Sacerdos de mandato Epis-
139 copi, Sbrotius *sup. quæst.* 17. *num.* 3. & 4. † & campanas benedicere, & Chrismate vngere, Castald. *in praxi Cæremon. lib.* 2. *sect.* 12. *cap.* 5. Angel. Rocha *in suo speciali tract. de campanis c.* 5. *ob campanar. consecratione*, Cæsar Baron. *annal. Eccles. tom.* 10. *pag.* 810. Vgolin. *de Officio Episcopi cap.* 31. §. 1. *num.* 2. & cum Durando *de ritibus Eccles. lib.* 1. *cap.* 22. & *in rationali Diuinor. Officiorum lib.* 1. *cap.* 4. Barbosa *dicto cap.* 11. *num.* 105. vbi ait quod etsi Episcopus soleat eas per se benedicere, possit tamen de-
140 legare eam simplicem benedictionem. † Item etiam, & consecrare, seu benedicere Calices, Patenas, Corporalia, Pallas altaris, & vestimenta Sacerdotalia, & alia vtensilia Ecclesiæ, Sbrotius *lib.* 2. *quæst.* 10. *num.* 8. Barbosa *de Officio Episcopi p.* 2. *alleg.* 27. *à num.* 35. cum Azor. & Henriquez, Layman. *in Theolog. Morali*
141 *lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 16. † Et quando non Episcopus, Sbrotius *cap.* 32. *num.* 6. Posseuin *de Officio Curati p.* 2. *num.* 37. Layman. *dict. cap.* 6. *num.* 11. & 12. Gauant. *in comment. Rubr. Missal. & Breuiar. tomo* 1. *p.* 4. *tit.* 19. *de Rub. benedic. num.* 23. Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 22. *quæst.* 2. *num.* 4. adducentes declarationes Rituum Sacr. Congregat. 14. Nouembr. 1615. & 14 Maij 1616. vbi ob iustas causas in Ecclesiis propriis non residentibus pro facultate delegandi eam concedentem, aliquando limitando personas in dignitate constitutas, aliquando tempus ad sex menses, & sæpius sine limitatione, vt in alia 2. Maij 1619. & deinceps.

142 Sexto quia officio, ac potestati Episcoporum spectat habere Iurisdictionem ordinariam in tota sua Diœcesi contra personas sibi subiectas in corrigendo, puniendo, monendo, visitando, iudicando, dispensando, &c. ideò adiunges hic quæ latè dico *sub dicto tit. de Officio Ordinarij*, & in præassignatis locis supra in nostro vers. *ad quartam*, & alibi in toto fere
143 Canonico. † Et quia quæ dicta sunt de Episcopis proportionabiliter incumbunt curæ Cardinalium in suis Ecclesiis, Primatibus, ac Patriarchis; item & Archiepiscopis in suis etiam Diœcesibus, & Prouinciis iuxta differentias positas *à num.* 1. nostræ quæstionis, ideò quæ in vers. *ad primam*, *ad secundam*, & *ad tertiam*, omissa sunt incumbentia officio illorum, quatenus Episcopi sunt Prælati Ecclesiæ in suis territoriis, ex his notatis desumes.

144. Quare breuiter scies, quod licet in potestate Iurisdictionis, ac multis specialibus sint maiores Cardinales Patriarchæ, Primates, Archiepicopi, & Metropolitani, vt collegitur ex adductis in hac nostra quæstione, non quidem in potestate ordinis, id est respectu cha-

racteris, vt patet ex adductis *in tit. de temporibus ordinat. & de ætate ordinand.* imò & Papa appellerur Episcopus orbis iuxta *dict. quæstion. præcedent.* ideò dicta de Episcopis independentibus ab hac ordinis potestate incumbere iuxta subditos, & prouincias, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Metropolitanis, vt ex adductis patet. Sunt enim Archiepiscopi, veluti quilibet alij Episcopi, Barbosa *de Iure Ecclesiast. cap.* 7. *num.* 25. vbi ponit differentias inter eos, quarum nonnullas tetuli hic in *vers. ad tertiam.*

Pro complemento notandum duxi quod 145
præter ordinariam iurisdictionem, quam tenent adducti omnes Prælati, solent etiam habere aliam delegatam, vt Episcopi in multis casibus, tam de iure, quàm ex Trident. vt dixi *in cap. irrefragabili de Officio Ordinarij §. ceterum*, *in cap. ad abolendam per textum ibi de hæret.* vt in supplendo negligentia Abbatum exemptorum in multis, *cap. quanto de Officio Ordinarij*, *Clementina vnica de supplenda negligentia Prælatorum*, de quo *supra eodem titulo*, dixi in procedendo contra Prædicatorem exemptum, qui hæreses prædicauerit Trident. *sessione* 5. *cap.* 2. contra quos praxis inquisitionis Hispaniæ est, vt in ea procedatur.

Tertio in prouidendo de Vicariis cum assignatione congruæ portionis fructuum in Ecclesiis, quæ residentiam requirunt, vbi beneficiatus est legitimè dispensatus non residere ex Trident. *sess.* 6. *cap.* 2. † In visitando, 147
& corrigendis Capitulis, & Canonicis exemptis Ecclesiarum toties, quoties opus fuerit, Trident. *sess.* 6. *cap.* 4. † Item in cognos- 148
cendo de gratiæ subreptione, & obreptione, quæ super absolutione publici criminis, aut remissione pœnæ, falsis precibus fuerit impetrata, *cap. ex parte de Officio Ordin. cap. si quando de rescriptis Trident. sess.* 13. *de reformat. cap.* 5. & applicabis quæ dixi *in cap. super litteris de rescriptis*, & de dispensationibus obtentis ex eodem Concilio *sess.* 22. *cap.* 5. & 6.
† Et de constitutionibus, vel consuetudini- 149
bus à Sede Apostolica approbatis, & de faciendis compositionibus pro collatione, vel missione in possessionem de Canonicatu, vel similium dict. Trident. *sess.* 24. *de reformation. cap.* 14. † Et in corrigendis Clericis exem- 150
ptis à sua iurisdictione, etiam extra visitationem Trident. *sess.* 14. *cap.* 4. *de reformat.* in diuidendis distributionibus quotidianis ex tertiæ partis fructuum deductione constituendis, vbi non sunt, vel tenues habentur, *sess.* 21. & 22. *cap.* 3. † In deputandis Coadiutori- 151
bus, aut Vicariis cum parte fructuum, illiteratis, & imperitis Rectoribus Parochialium, si aliàs honestæ sint vitæ *sess.* 21. *de reformat. cap.* 6. quod ante fuerat constitutum de Coadiutore, Episcopo eadem authoritate deputando, *in cap. vnico de Clerico ægrot. lib.* 6. aliqua dixi *in titulo de renunciat.* † Item in 152
visitandis Monasteriis, & beneficiis commendatis, etiam exemptis, in quibus non viget regularis obseruantia, *sessione* 21. *de reformatione in principio cap.* 8. & *in fine*. Et in visitandis

[A r] 2 bene

beneficiis exemptis nullius Diœceſis, ſi ſit pro-
ximior Epiſcopos, aut à Concilio prouinciali
ad hoc deputatus dict. Concil. Trident. *ſeſ-*
153 *ſione* 24. *de reformat. cap.* 9. † Et in prohi-
bendis, & ordinandis quæ in Miſſarum
celebratione, vel vitanda ſunt, vel ſeruan-
da *ſeſſione* 22. *in decreto de obſeruand. &*
euitand. in celebratione Miſſarum. Item in
examinandis Notariis Iudicum Eccleſiaſti-
corum, etſi idonei non ſior ab officio co-
154 hibendis *dicta ſeſſione* 22. *cap.* 10. † Et in
his omnibus obſeruandis, ordinandis, mo-
derandis, quæ ad viſitationem, & morum
correctionem ſubditorum ſuorum ſpectant
ex eodem Trident. *dicta ſeſſione* 24. *de re-*
155 *formatione cap.* 10. † In reſtituenda, &
obſeruanda clauſura Monialium, in Mona-
ſteriis etiam in exemptis, *cap. vnico in fine*
de ſtatu Regular. lib. 6. *Tridant. ſeſſione* 25.
de regularib. cap. 5. Et in regendis Mona-
ſteriis Monialium Sedi Apoſtolicæ imme-
diatè ſubjectis, *Clement. attendentes, de*
ſtatu Monachorum Trident. dicta ſeſſione 25.
de regular. cap. 9. in concernentibus ſpiri-
tualia, vt benè intelligit Armendar. *in ad-*
dition. ad Recopilat. Leg. Nauarra, lib. 7.
156 *titulo* 18. *de religione numero* 94. † Et in
cognoſcendo de Patronatibus quorumcum-
que beneficiorum, & Dignitatum minus le-
gitimè conſtituris, & acquiſitis ex eo-
dem Tridentioo *ſeſſione* 25. *de reformatione,*
*cap.*9.

157 Item generaliter Epiſcopi, tamquam
Sedis Apoſtolicæ delegati, ſupplent in
multis negligentiam exemptorum, vt *in*
cap. 1. *de Iure Patronat. Clementina, quia*
contingit de religioſis Domibus, ſed ſupplent
quidem authoritate ordinaria, non delegata
delegati Papæ negligentiam, *cap. ſignificauit*
de officio ordinary, vbi de aliis dico, interim
etiam videndus textus *cap. licet in corri-*
gendis, *& cap. graue gerimus de officio*
ordin.

158 Econtra tamen etſi hucuſque viderimus
quantam habeant Epiſcopi poteſtatem ac iu-
riſdictionem ex officio; nihilominus videbi-
mus in pluribus limitari. Nam primo non poſ-
ſunt exemptos corrigere, aut iudicare de iu-
riſdictione ordinaria; imo nec debent DD. per
textum, *ibi in cap. pennlt. de officio ordin. cap.*
159 *ſanè de exceſſibus. Prælat.* † Debent enim ſer-
uare priuilegia ſubditorum, *cap. dilecti de pri-*
uilegiis; ſic vt alias poſſit ab eiſdem ſubditis
priuilegiatis, vel exemptis obedientia denegari
impunè, præter quam in aliquibus caſibus
relatis, *in dicto cap. ſanè, & in cap. quorun-*
160 *dam. de exceſſib. prælator.* † Item Eccleſiam
alteri ſubiectam non poſſunt liberare ſine cauſa
à iuriſdictione proprij Prælati, *cap.* 2. *de ex-*
ceſ. Prælator. per gloſſam notabilem. verb.
plane iure in cap. 1. 16. *quæſtione* 1. gloſſa vi-
denda, *in cap. ad audientiam* verb. *obuen-*
tione de Eccleſ. ædificand. niſi faciant quando
acceſſit ex certa ſcientia Apoſtolica Confir-
matio: ita DD. per gloſſam *in cap. conſtitutus*
161 verſ. *nec obſtat. de Religioſ. Domibus.* † Imo
& tenentur Epiſcopi ceſſare à pluribus gra-
uaminibus Religioſorum, vt exprimuntur,
in cap. nimis el. 1. *&* 2. *diſtinctione tit. de ex-*
ceſſib. Prælat. Clem. 1. *eodem.* † Nec poſſunt 162
ſubditis ſuis interdicere, ne denuncient ſu-
perioribus ſtatutum ſuarum Eccleſiarum, *cap.*
*quia plerumque de officio ordin. lib.*6. faciunt
nonnulla, quæ adduxi de auocatione à ſupe-
riore, *in cap.* 1. *de foro comp. & in cap. vt no-*
ſtrum de appellat. † Nec poſſunt Epiſcopi 163
quemquam excommunicare pro iniuria pro-
pria, niſi talis iniuria magis Eccleſiam, quam
ſeipſos lædere videretur: videndi ſunt textus
in cap. inter querelas, & cap. Guiliſarius 23.
*quæſt.*4. & quæ dixi *infra de iudic. in cap. cum*
veniſſent 12. *quæſtione* 10. *an poſſit Prælatus in-*
iuriam ſibi factam punire?

Vel niſi pro tuendis iuribus propriis con- 164
tra poteſtatem temporalem, vbi alias tem-
poralis defenſio non ſufficit, *cap. dilecto de*
*ſent. excommunic. lib.*6. Latè Ricciulus, *de*
*iure perſonar. extra gremium Eccleſ. exiſt. lib.*4.
*cap.*61. argum. eorum, quæ dico, *in cap. Ec-*
cleſia S. Mariæ 10. *de conſtit.* † Nec poſſunt 165
exactiones, & talleas, vel alia ſimilia Cleri-
cis, aut Monachis imponere, *cap. nulli Epiſ-*
coporum cum ſequent. 16. *quæſtione* 1. *cap.*
Diaconi ſunt, verſ. *nunc autem diſtinctione* 93.
*cap.*1. *de exceſſibus Prælat. cap. cum Apoſtolus*
§. *prohibemus de cenſibus*, ne videantur in Ec-
cleſia Dei exactores potius, quàm Pontifi-
ces, vt inquiunt Patres in Toletano Concilio
relato *in cap. quia cognouimus* 10. *quæſtione* 3.
videndus Barboſa latè loquens *in paſtorali part.*
3. *allegatione* 85. cum infinitis, & applicabis
quæ dixi *in dicto cap. Eccleſia S. Mariæ de*
conſtit. à quæſtione 1. præcipuè *à quæſt.* 9. *&* 10.
& aliis, vbi quod talis impoſitio ſpectat ad
ſolum Papam, & cum cauſis, de quibus
ibi.

Nec poſſunt ſine Papæ licentia Epiſcopa- 166
tibus propriis renunciare, vt dixi per textum
ibi in cap. niſi cum pridem de renunciat. cap. 2.
de tranſlatione Epiſcopi; nec religionem in-
trare: argument. textus *in cap. per tuas* 10. *de*
voto, nec longam peregrinationem arripere,
cap. magna, de voto, & *ibi* cum infinitis idem
Barboſa etiam videndus *in paſtor. tertia part.*
allegatione 53. *numero* 23. † Nec poſſunt Epiſ- 167
copi ſibi ſucceſſores eligere *cap.* 1. *cum ſe-*
quentibus 8. *quæſtione* 1. vt probat idem Bar-
boſa latè *parte* 1. *de officio Epiſcopi tit.* 1. *cap.* 3.
à numero 40. *& de Iure Eccleſiaſt.* 1. *parte,*
cap. 11. *numero* 237. vtrobique ſatisfaciens
exemplis de Beato Valerio, Diuo Auguſtino,
& aliis; & melius confirmatur ex his quæ
adduxi *ſupra in Rubrica de elect. quæſtione* 8.
in verſ. *ad tertiam*, vbi egi de ea quæſt. *an*
Pontifices, & Epiſcopi poſſint abſolutè, & in-
dependenter eligere ſibi ſucceſſores, ſeu diſpo-
nere, vt iure ſanguinis, ſiue hæreditariè, de-
ferantur Pontificia, & Epiſcopalis Dignitas.
† Nec poſſunt Epiſcopi Epiſcopolia, ſiue 168
Pontificalia in aliena Diœceſi ſine licentia
proprij Epiſcopi exercere, *cap. Epiſcopus el.* 1. 7.
*quæſt.*1. cum aliis Trid. *ſeſſ* 6. *de reform. cap. fin.*
etiam, ſi vocati ab inferioribus fuerint pro
exercendis Pontificalibus in locis exemptis,
quia

quia adhuc requiritur licentia illius Episcopi, intra cuius fines, loca exempta, sunt constituta, Galetius *in Margarita casuum conscientia*, verbo *Episcopus*, latè Barbosa *in pastorali parte secunda, allegatione 6. numere 1.*
169 *& 2.* † Nec alienos Clericos absque expresso consensu, seu litteris dimissoriis sui proprij Episcopi ordinare; ad quæ duo vltima videbis quæ latè dixi *in cap. 11. de temporibus ordinat. quæstione 9. 10. & 11.* vbi de pœnâ contrafacientium. Nec alia huiuscemodi facere, vt dispersim habentur in iure, & Conciliis.

170 Nec potest tantùm electus Episcopus ante confirmationem administrationi Ecclesiæ se immiscere, vt latissimè dixi *in cap. transmissam 15. de electione.* Nec ante consecrationem Episcopalia exercere; eo quod ante Episcopus non nominetur, applicando quæ dixi *in toto titulo de temporibus ordinat. de ætate ordin. de Sacra Vnctione, de Sacramentis, non iterandis, &c.* qualiter consecratio fiat dixi *in cap. 6. & 7. dicto titulo de temporibus ordinat.* aliqua *sub Rubrica de Sacramentis non iterandis*, nec enim antea Episcopus nominatur; quia si nomen non habet, nec officium habere dicetur, vt inquit Damasius Papa *in cap. Corepiscopi in*
171 *fine 68. distinctione.* † Qui enim consecratus non est, nec potest ordines conferre, nec Basilicas consecrare, & altaria aliavè similia, quæ solus consecratus Episcopus facere potest, nec alius, quamvis ei plena administratio Episcopatus concederetur, *cap. Pontifices 7. quæstione 1. cap. 1. & 26. quæstione 6.*

172 Sic vt nec ea, aut quodlibet eorum possit ipse Episcopus alteri, qui Episcopus valear ea exercere, vt *in cap. quanto de consuetudine, cap. aqua de consecratione Eccles.* glossa, & DD. *in dicto cap. transmissa 15. de electione*, Barbosa etiam *de Iure Ecclesi. cap. 11. num* 100. etsi possit alia demandare qui sit iurisdictionis tantùm confirmatus, vt sub hoc vers. *ad quartam*, dixi, & alibi dictum est.

173 Quod si inquiras quare Episcopus adducta in versiculo *è contra hic*, & in versic. *nec potest*, non possit exequi, cum videatur in suo territorio habere eandem potestatem, ac Pontifex in vniuersali Ecclesiâ; respondetur nihilominus potestatem Episcoporum respectu illius, quam habet Papa esse semiplenam, & quod in tantùm solicitudinis, Episcopi dicuntur vocati, in plenitudinem potestatis *cap. decreto, cap. qui se scit 1. quæstione 6. cap. ad honorem de authoritate, & vsu Pallij*, vbi aliqua notaui.

174 Et inquam Episcoporum authoritas limitata, & depressa, *cap. vnico in fine*, iuncta glossa de Sacra Vnctione; & sic videmus multa Pontificia sibi reseruasse, aut Patriarchis, Primatibus, & Archiepiscopis Metropolitanis, quæ Episcopi exercere non valent, etsi ipsimet omnes possint exequi omnia, quæ Episcopi exercent, cum etiam dicantur Episcopi, iuxta latè, & sigillatim dicta in tota nostra quæstione, & de Papâ *quæstione præcedenti, & sub titulo de rescriptis, de filiis Presbyterorum, de bigamiâ, & alibi.* † Imò & sunt alia, quæ 175
Episcopi facere nequeunt sine consensu sui Capituli, vt dicemus *in titulo de rebus Eccles. alien. vel non in titulo de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli.*

Ex prædictis omnibus, iam potest con- 176
siderari quam graue sit, & periculosum Episcopale onus, & quanta res sit in tot curarum generibus, quibus tenentur eas strictè tectè incedere, nec differre, quibus nisi insistent, & diligentiam, curamque adhibeant culpæ subditorum, imputentur iniuriæ Deo illatæ, & Diuini Cultus Vilipendia Episcopis adscribantur, *capit. 1. & cap. facientes 36. distinctione*, non inquam facile est, vt scribit S. Ambros. *in cap. non est facile 49. distinctione*, stare in loco Petri, & Pauli, scilicet tenere Cathedram regnantium cum Christo; quia (inquit) non Sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum; & sic considerari debent verba textus *in cap. præcipue 11. quæstione 3. cap. nulli fas 25. quæstione 1.* & cum D. Augustino dicente *in cap. ante omnia distinctione* 40 Nihil in hac vita & maxime in hoc tempore esse difficilius laboriosius, ac periculosius Episcopi Officio, & nihil apud Deum miserabilius, tristius, & admirabilius; sed si perfunctorie (inquit res agatur, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore facilius, & leuius, & hominibus acceptabilius Episcopi Officium apud Deum, cum nihil beatius si eo modo militetur, quo noster præcipit imperator.

Cumque in Trident. *sessione 6. de refor-* 177
matione cap. 1. dictus sit Episcopatus onus Angelicis humeris formidandum; proindeque, & Beat. Ioan. Chrisostom. formidabilem quandam sententiam protulerit homilia 3. in act. dicens, *Arbitror paucos Episcopos saluos fieri; imò multos perire, non tam propter sua, quàm propter alterum peccata*, & S. Bernard. ad Episcopum Senon. scribens ibi: *Si tentatio est vita hominis super terram, quantis putatis periculis patet vita Pontificis, qui necesse habet ferre omnium tentationes.*

Quid mirum si homines Sancti semper 178
tale onus vitare studuerint, & fugere, sicut Moyses, cum ad populum de Ægypto educendum mitteretur, & alij Prophetæ imbecillitatem suam agnoscentes instanter recusarint *exod. 3. & 4.* & Hieronim.

At qui Diuina voluntate Episcopalem 179
Dignitatem nanciscitur, debet Salomonem Regem imitari, qui cum primum in Regem assumptus esset, petiit à Deo, dicens *3. Reg. cap. 3. Ego sum puer paruulus in medio populi, quem elegisti, qui præ multitudine numerari non potest; dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possis, & discernere inter bonum, & malum.*

180 Nec vbi poteſt prodeſſe poteſt refugere, quia propriam quietem communi vtilitati præferens, non poteſt dicere, *Mihi viuere Chriſtus, & mori lucrum*, & cum Apoſtolo *ad Philip. I. quia ſibi nemo viuit nemo ſibi moritur*, & cum eodem *ad Rom.* 14. *& non quærit quod ſibi vtile eſt, ſed quod multis*, vt ſalui fiant 1. *ad Corinth.* 10. & alia, quæ *ex Clement. epiſt.* 1. *ad Iacob. in principio*, refert ad litteram Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dicto cap.* 1. *part.* 1. *num.* 94. *&* 95. videnda ibi, & alibi.

181 Nec quaſi inſufficiens oneri tanto labores Epiſcopatus debet ſubterfugere, ſi tamen poſſint intelligere ſua Doctrina, alendos eſſe imbecilliores, & paruulos; quare, ſi legat, ac perlegat verba Iſydori *libro* 3. *de ſummo bono, capit.* 33. Sic alloquentis *vir Eccleſiaſticus, & crucifigi mundo per mortificationem propria carnis, debet & diſpenſationem Eccleſiaſticè ordinis, ſi ex Dei voluntate prouenerit, nolens quidem, ſed humiliter gubernandam ſuſcipiat, malis intercipit Satanas fraudibus eos, qui ſenſus, & vitæ vtilitate præſtantes præeſſe, & prodeſſe aliis noluat; & dum eis regimen animarum imponitur, renuunt conſultius arbitrantes otioſam vitam degere, quàm lucris animarum inſiſtere; quod tamen decepti agunt per Diaboli argumentum, fallentis eos per ſpeciem boni, vt dum illos à paſtorali officio retrahit, nequaquam proficiant eos, qui eorum verbis, atque exemplis inſtrui poterant. Hæres es, & Vicarius Petri, a, Epiſcope fac opus Euangeliſta, & Paſtoris non erubeſcas Euangelium, ſi erubeſcendum non credis Paſtoris Officium, inſta opportunè, importunè miniſterium tuum imple, miniſterium tuum plus oneris habet quàm honoris, ſi affectas honorem mercenarius es, ſi onus amplecteris, poteas eſt Dominus augere gratiam ſuam, vt lucra ex lucris, & ex profectibus accedant profectus. Manebat forte in monte, leuatis manibus, orans cum Moyſe, Iuſſit Dominus, vt deſcendas in campum cum Ieſuë pugnaturus cum Amalecitis, non deponas animum; quia nec in monte abſque timore videndum eſt, nec in medio Amalecitarum deſidendum: nam Lot inter ſodomitas fuit fuit ſanctus, & in monte ſolus agens fuit inceſtuoſus*, animaduertat non deſideraturus euebi ad faſtigium Epiſcopatus, quod vocatus, non recuſaturus laborem, ſi ſufficiens ad illum Iudicatus fuerit, ne forte incidat in ſententiam Iſydori proxime adductam, quam repetit. Clem. *in dicta epiſt.* 1. *ad Iacob. in princip.* Ponens ſententiam ſuam in ſequentibus verbis. *Si periculum peccati timens ſuſcipere, refugis Eccleſia gubernacula certus es, quia amplius peccas, quam ſi populum Dei, veluti in fluctibus poſitum, & periclitantem cum iuuare poſſis ſubterfugis tui tantummodo habens conſiderationem, & non quod ia communi omnibus expedit prouidens.*

182 Vbique enim periculoſa ſunt delinquendi, & lapſus hinc inde imminent grauiores, & ſic ſtudioſè cauebunt Epiſcopi ne declinent ad dextram, vel ad ſiniſtram, cum neceſſe ſit, vt in offendicula cadant. Quare qeidem ſi diligenter inuigilent, & ſuæ ſimul, & ſubditorum ſaluti prouidebunt. Quod ſi Dominus vigilantes inuenerit, & Paſtoralis Officij operibus inceſſanter inſtare, retribuet vberius, ac plus cæteris. Sin autem quanto plus cæteris vigilare debuerunt, vt ſubditis via, & lumen ad æternam ſalutem eſſe poſſent; tanto plus cæteris, illos puniet, vt ait. Nicolaus Papa ad Lotherium Regem *in epiſt. relata in dicto cap. præcipuè* 3. *&* 11. *quæſtione* 2. ibi *deterius quippe in populis Prælati delinquunt, ac per hoc ipſi crudelibus, quam cæteri puniuntur*; vbi referuntur alia verba Gregorij *in paſtor. parte* 3. *capite* 5. *& in dicto cap. nulli fas* 25. *quæſtione* 1. Debet inquam quiſque cauere, ne propter negligentiam ſuam iratus Pater cœleſtis dicere de ſe debeat, quod de proprio filio pro alienis culpis dixerat *Iſai.* 53. *propter ſcelus populi mei percuſſi eum*; Debent ergo vigilare, & in omnibus laborare; ac miniſterium ſuum implere iuxta præceptum Apoſtoli 2. *ad Timoth.* 4. Ne ſanguis deperditarum ouium requiratur de eorum manibus à ſupremo iudice, cui ratio eſt reddenda.

183 Et hic applicabis quæ cum multis tradit Barboſa *in dicto capite* 11. *de Iure Eccleſiaſt. ſub numero* 92. *&* 94. *& in paſtorali cum infinitis parte* 1. *titulo* 2. ex gloſſa 1. cum aliis vbi de deſiderante Epiſcopatum quod bonum opus deſiderat, gloſſa 2. & gloſſa 3. de virtutibus, quibus debet pollere iuxta verba Apoſtoli 1. ad Timoth. 3. *Fidelis ſermo, ſiquis Epiſcopatum deſiderat*, vbi pleniſſimè explicat præter cæteros DD. quos refert per 13. gloſſas legendas, vt benè intelligas.

184 Ad vltimam quæſtionis partem, an prædictæ Dignitates conſignatæ ſiot à D. Petro imitando Archiflamines, & Flamines, &c. Quia iam reſponſum prebuimus *ſupra in Rubrica noſtri tituli*, in verſiculo, *& cum etiam, & quia*, & verſiculo *inde*, vbi de intellectu *cap. in illis, diſtinctione* 80. *& ſupra quæſtione* 1. ex verſiculo *ad quartam*, vbi iterum de doctrina, & intellectu *dicti cap.* iam nunc ſolùm addendum cenſui, quod firmat Anaſtaſius Germon. *de Sacror. immunit. libro* 2. *capit.* 5. Qui agens de Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, de quibus latiſſimè actum eſt in hac *quæſt. à numero* 1. & de ciuitatibus Metropolitanis, Metrocomiis, vt ſob verſiculo *ad tertiam*, referens *ibi numero* 13. vt in ciuitatibus, quæ frequentiſſimè apud Ethnicos erant maximæ, primæque in prouinciis, in his gentilitate, omnique vana ſuperſtitione ſublata, nouæ Reipublicæ, nouæque Chriſtiano populo præponerentur Epiſcopi, qui non modo Metropolitani appellabantur, ſed etiam Primates; in aliis inquam maioribus, non tamen maximis, quamvis caput gentis alicuius eſſent, atque Metropoles, ſiue à deducta colonia, ſiue Principium benignitate, & gratia Epiſcopi qui præficiebantur Archiepiſ. vel Metropolitani

politani vocarentur, aliis verò minoribus ciuitatibus Episcopi tantùm, qui suberant Metropolitanis, vt Metropolitanis Primates præerant, dicit *num.* 14. hanc diuisionem iam ab initio nascentis Ecclesiæ S. Petrum Ordinis Apostolici Principem fecisse, vt auctor est Clem. *in epist.* 1. *ad Iacobum fratrem Domini*, cuius epistolæ meminit Paul. *ad Philippens. cap.* 4. ac Gratianum illius partem referre ait *in cap. in illis* 2. *dist.* 80. & sic non ex Iure Diuino quoad iurisdictionalia, sed Iure Ecclesiastico institutas esse prædictas potestates in Ecclesia: pluribus probat idem Barbosa *in pastorali p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 1. *ex num.* 24. vbi contraria dissoluit.

185 Imo & Anacletus Papa, Clem. Successor *in Epist.* 2. *ad Episcopos Italiæ*, vel vt vult Contius ex vita Gregor. Papæ, quam etiam retulit Gratianus, *in cap.* 1. *dist.* 99. idem videtur sequi in verbis sequentibus. *Prouinciæ multo ante Christi aduentum tempore, diuisæ sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis & B. Clemente prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata, & in cap. prouinciarum, vbi dudum Primates erant legis sæculi, ac prima Iudiciaria potestas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur (quando eis necesse erat, qui ad Aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat) confugiebant pro oppressionibus, vel iniustitiis suis, ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat ipsis quoque in Ciuitatibus, vel locis, nostros Patriarchas, vel Primates, qui vnam formam tenent licet diuersa sint nomina leges Diuinæ, & Ecclesiasticæ poni, & esse iusserunt, ad quos Episcopi, si necesse fuerit confugerent eosque appellarent, & ipsi nomine Primatum fruerentur, & non alij; reliquæ verò Metropolitanæ Ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores comitibus essent) haberent Metropolitanos suos, qui prædictis Iustè obedirent Primatibus, sicut in legibus sæculi olim ordinatum erat, qui non primatum se docuit, Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruentur*, quæ verba simul cum relatis, *supra sub dicta quæst.* 1. vers. *ad quartam*, ex dicto *cap. in illis distinctione* 80. indicant admodum D. Petrum creasse Ecclesiæ Prælatos, & Præsides, Patriarchas, scilicet Primates, Archiepiscopos Metropolitanos, & Episcopos ad imitationem Archiflaminum, & Flaminum, qui primi dicebantur in prouinciis, & Ciuitatibus tempore Ethnicorum, nisi eligatur dicendum potius administrationem hierarchiæ cælestis, vt relatum est, *in dicta Rub. & sub dicta quæst.* 1. in vers. ad *quartam*, verb. *docuit.*

186 Et quia non leui fundamento visum est referre verba Clem. relata *in dicto cap. in illis dist.* 80. quæ sic se habent, *In illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi Flamines, eorum, atque primi legis Doctores erant Episcoporum Primates poni, vel Patriarchas Beatus Petrus præcepit, qui reliquorum Episcoporum causas, & maiora, quoties necesse foret, negotia in fide agitarent* (& paulò post ait) *in illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant Archiflamines, quos tamen minores tenebant quam memoratos Primates, Archiepiscopos institui præcepit.* (& infra) *in singulis verò reliquis ciuitatibus singulos, & non binos, ternos, aut plures Episcopos constitui præcepit, qui non Primatum, aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, sed Episcoporum tanquam Vocabulo potiuntur; quoniam, nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit, sed vnus omnibus præfuit.*

Possunt enim clariora verba desiderari; quibus 187 significetur loco primorum flaminum Ethnicorum, statuisse S. Petrum Ecclesiæ Principem Patriarchas, & Primates de quibus dixi in hac nostra quæstione, vers. *ad secundum*, & loco Archiflaminum statuisse Archiepiscopos, & Metropolitanos, & loco Flaminum simpliciter Episcopos, de quibus latè in vers. *ad tertiam*, & vers. *ad quartam.*

Quare non immerito, præter illa, quæ expendunt 188 de primis flaminibus, & Archiflaminibus, aliisve Alex. ab Alex. *dierum genial. lib.* 6. *cap.* 12. Sebastian. Cæsar. *in relectione de Ecclesiastica hierarchia disp* 5. §. 1. & *quæst.* 2. *proœmiali* §. 2. *num.* 4. Polydorus Virgil. *de inuentor.* rerum, explicantes qui fuerint Flamines, & Archiflamines, à quibus, & ad quid instituti, cogitaui scribendum, *hic*, cum Anastasio Germon. *de sacrorum immunit. dicto lib.* 1 *c.* 4. *n.* 8. & 9 dicendo si Plutarcho credatur in Numam, quod Pontifex maximus (Ethnicorum scilicet) Iudex erat, ac Vindex priuatorum Magistratuum, atque in alios omnes Sacerdotes (illius sæculi scilicet) habebat Iurisdictionem etiam in Flaminem Dialem, qui licet post Pontificem, maior propè modum cæteris authoritate, ac Dignitate haberetur: tamen etiam si aduersa valitudo eum incessisset, vt Cornelius Tacitus, *lib.* 3. *in annalibus*, tradit nisi Pontificis maximi arbitrio abesse non poterat (vt de Cardinalibus, qui hodie præceduot Patriarchis, diximus sub vers. *ad primam.*) Vnde ne in prouincias iret sæpè à Pontificibus prohibitum fuisse ex eodem Tacito, *lib.* 1. *cap.* refertur, etsi dicto Valerij Maximi standum sit refert Anastasius, quod Metallus Pontifex Maximus Posthumio consuli, eidem Flamini, ad bellum gerendum Affricam petenti, ne Sacris discederet mulctam dixerit, Vrbemque egredi passus non sit, quinimo, & vt Valerius, *lib* 6. *cap.* 9. & Liuius *lib.* 27. tradiderunt flaminem à Pontifice maximo capi solitum alia iam *supra*, breuiter adducta sunt de creatione, statu, & prærogatiuis dictorum Flaminum Dialium: idem Anastasius Germon. Legendus, *dicta part.* 1. *de Sacror. immunit. cap.* 1. *ex num.* 11. qui & alia adducit, *sub tit. de indultis Cardinali* † Vbi quod flamen Dialis Iuris Pontificij 189 ignarus, vt iam dixi, *supra*, à Pontificatu Iustè deiici poterat, & *num.* 14. quod Flamen Dialis faba vesci Vetitus erat, quod hebetare sensus proprium sit ei legumini; & *numero* 16. quod Flamen Dialis vitium propagines deuitabat, cum esset nefas Sacerdotem innebriari; & *numero* 17. quod flamini Diali, Religio erat æquum tangere, aut se eo vectari permittere; quia

quia illud animal fel habet veneficum, vetitum, etiam Classem ad pugnam videre, & quod raro flamen Dialis Consul. creatus fuerit, ne ad bellum egredi cogeretur, *ibi n.*18. ad alios effectus flaminũ *ibi*, vidẽdus, vbi *n* 11. & 12.
190 † Quod flaminis, & flaminicæ matrimoniũ morte tantum soluebatur, non arbitrio alterius, vel aliæ, & quod extincta vxore, Sacerdotio decedebat, cum aliam ducere non liceret, hoc quia ei vxor in Sacris obeundis aderat, & ex *num.*27. ponit multa de priuilegiis, & authoritate Flaminis Dialis; & quod non poterat cogi ad iurandum; quia cum rerum magnarum sit cura ei commissa, multò magis paruarum sit credenda; & quod confugiens ad Flaminem Dialem, eo die verberari non pote-
191 rat. † Et *num.*36. quod Flamen Dialis solus album gestabat galerum; & cum galerum gestare non posset, lineo filo caput cingebat; & quod galerus Flaminis Dialis apex vocatus est, quod multum in Sacris excelluit, cum & insigni veste vteretur: probans ex Lucano lib. 1.

Et tollens apicem generoso vertice flamen.

192 Imo & D. Augustin. *de ciuitate Dei lib.*2 inquit in verbis sequentibus: *Flamines etiam instituerunt, quod hoc Sacerdotium genus, adeo in Romanis Sacris, testante apice excelluit, vt solùm tres Flamines instituerentur, & præter apicem veste vti, iam dictum est, vtebantur insigni.* Et explicans Anastasius *dicto cap.* 5. *num.*40. *fin.* ait, vt quod dicit Augustinus, veteres tres solùm Flamines institutos, debeat referri ad tres illos, quos iusserat esse Numa *Dialem*, nempè, *Martialem*, & *Quirinalem*; namque postea singulis Diis, singuli Flamines fuerant constituti. Alia dicit, relata ex bonis authoribus de antiquitate loquentibus.

193 *Si* ergo de ornatu Episcoporum Ecclesiæ Romanæ num loqueremur non possemus quidem adiicere ex dictis ad imitationem Flaminum, etiam nostro Ecclesiæ Sanctæ Principes, Cardinales, Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos vti ornamentis condecentibus Dignitati, non quidem incisis, vt luculatorum, aut diuerso colore, aut non aptis religioni Clericali iuxta plura curiosa, quæ congerit Barbosa, *in pastorali p.*1. *tit.*2. glossa 7. *ornatum*, vbi, *num.*7. addit quod Episcopi se ornare debent, nec fulgidis, nec sordidis vestibus, sed inter vtrumque medium quoddam sit capiendum, iuxta S. Hieronym. *Epist.* 2. *ad nepot. cap.*11. ibi *vestes pullas equè deuita, vt Candidas, ornatus, & Sordes pari modo fugienda sunt, quia alterum delitias, alterum gloriam redolet*, plura alia addens ex Sanctis, Augustino, Bernardo, Basilio, & aliis, cum pompa ex fastu plus scandalizet homines sæculi, quàm ædificet, vt multis, *ibi* probat, *num.*13. non enim ait *num.*14. Ecclesiæ authoritas, consistit in facto Prælati referens, *ibi*, verba Bernardi optima ad Eugen. *lib. de consideratione*, adducens, *num.*15. illud Senecæ, *non faciunt equum meliorem aurea frena, nec*
194 *hominem meliorem fortuna ornamenta.* † Et referens Barbosa ex *num.*18. quod S. Martinus Episcopus factus eandem in vestitu vtilitatem haberet, quæ apud se prius fuerat, & quod D. Augustin. vsus fuerit frugali, & parca mensa S. Basilius victu & cultu fuerit abstinentissimus, & S. Exuperius vestitu moderato vsus fuerit, & præcipuè ex Trid. *sess.*23. *cap.*1. vbi plura loquens de diligentia ab Episcopis adhibenda in gubernio Episcopatus, de ornatu, & vestitu concludit in verbis sequentibus: *Quapropter exemplo Patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi non solùm iubet, vt Episcopi modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu, contente sint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius Domo, caueant, ne quid appareat, quod à Sancto hoc constituto sit alienum quodque, non simplicitatem, Dei Zelum, ac vanitatum contemptum præ se ferat.*

Flamines quidem Diales, vt *supra* dictum 195
est veste vtebantur insigni quemadmodum, & Salij, de quibus Numa vti Liuius *lib.* 1. & Dionysius Alicarnas. *lib.* 2. tradidere tunicæ pictæ, insigne dedit, & supra tunicam æneum pectoris tegumen, Cœlestiaque arma, quæ ancilia appellantur ferre, ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, solemnique saltatu iussit, vt & refert idem Anastasius Germon. *de Sacror. immunitat. dict. lib.* 1. *cap.* 5. *num. fin.* sicque eorum fastus, & vsus non fuit cur imitaretur à nostris Pontificibus, & Episcopis ex proximè adductis, quia etsi etiam ad gentilitios Ethnicos reddamus, inueniemus, quod & ipsimet Principes Ethnici sine fastu vixerunt: nam Alex. Seuerus Augustus, & Princeps Orbis in conuiuiis suis, aurum planè nesciuit, vt refert Potan. *de splendore cap.* 2. & Alcamenes Teleucri filius rogante quodam, cur adeo parce viueret, tantas opes possidens?
Respondit. † Quia qui multa possidet non 196
ex libidine, sed ex ratione viuere debet: sic Brusin. *lib.* 5. *cap.* 22. & idem Barbosa aliis exemplis exornans *dicta glossa* 7. *sub num.* 17. qui *num.* 16. refert ex Philo Iudæorum disertissimo lib. quod Moyses Israëlitici populi Princeps in vestitu quotidiano, nihil fasti tragici, sed simplicitatem, frugalitatemque priuati hominis exercuit: *Et quod Regem in his solis habebat, quæ verè sunt Regia, vt sunt continentia, fortitudo, sobrietas, solertia, prudentia, scientia, industria, tollerantia, Iustitia, voluptatis contemptus, ad virtutem exhortatio, obiurgationes, castigationes peccantium legitimè, & rectè facientium, laudes, atque præmia.*

Et quod Patriarchæ successerunt loco Pri- 197
miflaminum, & Archiepiscopi, Archiflaminum, & Episcopi loco flaminum, probat Fuluius Parianus *de probationibus parte* 2. *cap.*28. *num.*114. *ex dicto cap. in illis distinctione* 80.

QVÆST.

QVÆST. III.

An Canonici, Asisʃij, ac Portionaij, siue Mansionarÿ habeant in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis peculiaria aliqua officia? Et quale debeant exercere à propria institutione canonici Doctorales, & Magistrales? vbi de Bulla Vrban. VIII. & authoris conseruatione in Ecclesia Vallisolet simul cum inquisitione?

SVMMARIVM.

1 *Canonicorum potestas circa electiones, & alia* remissiuè.

2 *Canonici dicuntur à canone, quatenus significat, siue portionem statutam pro sustentationis stipendio.*

3 *Canonici sub certa regula antiquitus cum suo Episcopo mensaqae communi vixerunt.*

4 *Canonicorum olim genera duo, vnum profitentium paupertatem vouerant in communi vita, aliud eorum, qui in communi, & singuli bona habaerunt.*

5 *Canonicorum officium proprium est in Cathedralibus, & Collegiatis intrandi in Choro, assistendo cantui horarum Diuinarum, & celebrationi missarum.*

6 *Canonici stantes in Choro de iure tenentur canere, de consuetudine immutatum videtur aut statuto* vt n.7.8 & 9.

9 *Canonici qaando in Ecclesia non ad sunt capellani, ac Assisij, tenentur canere horas,* & n.10.

10 *Consuetudo quadragenaria valet ad releuandos canonicos ab obligatione canendi in choro, si adsint capellani, qui canant.*

11 *Canonici non attendentes cantui, confabulantes, aut mente detracti, saltim peccant,* & n.12.

13 *Canonici, etsi teneantur canere in Choro, non tenentur ad armoniacam modulationem cantus figurati.*

14 *Canentes in choro debent per se ad inuicem spectari, & articulata intelligi; sic vt antequam finiat suam partem, aut versus, vna pars chori, non incipiat alia, & sic econtra,* & num.15.

15 *Recitatio priuata Diuini officij inter duos ad partes debet exaudiri; sic vt vnus non incipiat, antequam alter non finiat.*

16 *Canonici non percipientes fructus primi anni, vt solet in pluribus Ecclesiis, verius est, vt teneantur canere, sicut cateri canonici, qui ad id tenentur.*

17 *Canonici vt lucrentur distributiones, tenentur per se, aut per capellanos interesse, ac canere in missis conuentualibus, etiam tempore aduentus, & Quadragesima.*

18 *Missa conuentualis in cathedralibus, etiam nec pro missa votiua, aut defunctorum est omittenda.*

19 *Missa conuentualis in aliquibus cathedralibus, solet tantum recitori, si in eorem altari alia Dua enim cantu celebrentur, vt solet Vallisoleti, & Anstaricen.*

20 *Canonici assistentes in choro, dato signo campana, debent horas canendo in cohare, cateris non spectatis, nec Pralato*

21 *Canendum est officium Diuinum semper in choro, non extra, aliquando ob frigus alter est declaratum.*

22 *Canonici gradaati non excusantur in choro, sicut nec graduati.*

23 *Canonicus Pœnitentiarius, dum audit confessiones, & Magistralis predicaturus absens per octo dies, & alij ex officio absentes, lucrantur, vt presentes.*

24 *Canonici, vbi adest consuetudo, tenentur etiam ad recitandum in choro officium Beate Marie, defunctorum, psalmos pœnitentiales, & gradnales.*

25 *Canonici ad munia canendi, & recitandi in choro interessentes debent canere, luminaribus superpositis in altari maiori.*

26 *Canonici qualiter ad congressum in capitulo sint obligati, ac se gerere debeant* remissiuè.

27 *Assisij in cathedralibus sunt Beneficiati, qui sunt canonici, qui non vocantur cum illic ad tractatus, dicti quasi* Assidui n.28. & 29. *vbi dicuntur mansionary, siat Portionarij.*

28 *Mansionary dicuntur alias Assisij, siue portionary* n.29.

29 *Portionary vulgo* Racioneros, *id est Assisij, sunt Beneficiati, continuo residere tenentes in choro cum differentia, de qua* num.30. & 31.

30 *Portionarij, etsi dicti Beneficiati, solent differre in eo, quod illi solent vti etiam vestitu canonicali, & in capitulo suffragium ferre, & tunc turificantar duplici ictu; sin autem vno tantum,* vt n.31.

31 *Portionarij solent quoad aliqua aequiparari canonicis in nonnullis cathedralibus Hispania.*

32 *Portionarij, qui vocem habent in capitulo, dicuntur capitulares, alias contra eos valebit Episcopus procedere sine adiunctis.*

33 *Diaconi, & subdiaconi inseruientes celebranti, debent esse eiusdem ordinis cum celebrante.*

34 *Portionario, aut dimidio Portionario vesperas cantanti, vt Hebdomadario, solent cum plubialibus ad latus assistere canonici.*

35 *Portionary habentes in cathedrali animarum curam, debent in processionibus incedere post canonicos, procedendo aliis Rectoribus, & vicariis, vt in Ecclesia Terulen.* n.36.

37 *Portionary amobiles praceduntur à portionariis perpetuis cathedralium in processionibus in quibus dantur distributiones ex redditibus capitali.*

38 *Portionarij Ecclesia Segobiens non debent se in vesti alba aequiparari canonicis illius.*

39 *Toletana Ecclesia prohibuit portionariis, & aliis beneficiatis vti habitu concesso canonicis, & quod antiquum habitum retineant.*

40 *Mansionarius noniter prouisus sedere debet in vltimo loco.*

41 *Portionarij representans beneficiatos, vel mansionarios, qui tenentur ad omnia, sicut alij Beneficiati.*

42 *Portionarij quia obligatione interesse teneantur, ad implendo per se munus in choro, in altari in capitulo.*

43 *Portionarius, qui habet in simul Dignitatem, quando debeat separatum officium Portionarij adimplere.*

44 *Canonici dicti ex officio, vt Doctorales, Magistrales, scripturarij, & Pœnitentiarij, tenentur munia obiere in Ecclesiis, vt cæteri, & quomodo eligantur.* remissiuè n. 45.

46 *Canonicus Magistralis speciali assignatione Trid. & Commissarij S. Cruciata, habet quotanais prædicere Bullarum indulgentias* 1.

47 *Canonici Doctorales præcipue curam exercent in capitularibus actibus, vbi confertur super litibus, & negotiis.*

48 *Canonicus scripturarius, habet legere, & interpretari sacram scripturam, aut theologiam scholasticam, qui dum legit, lucratur distributiones, & alia emolumenta;* vt n. 49. & 50. *excepto matutino,* vt n. 51.

52 *Canonicus sacra scriptura debet legere in hora, & tempore assignatis ab Episcopo, qui potest illum cogere ad legendum per se non per substitutum sine legitima causa, vt* n. 53. & 54.

54 *Canonicus lectoralis infirmitate impeditus, non cogitur per substitutum legere.*

55 *Canonia lectorali vacante, est eligenda persona idonea, qua interim legat, donec de titulari prouideatur.*

56 *Canonicus Pœnitentiarius à Trid. creatus in qualibet cathedrali, habet ex officio confessiones audire, & absoluendi à peccatis absque nouo examine,* vt n. 57. & 58.

58 *Pœnitens quilibet, qui fatetur sacramentaliter sua peccata canonico Pœnitentiario, satisfacit præcepto* cap. omnis vtriusque sexus de pœnit. *sicut si confiteretur proprio Parrocho.*

59 *Pœnitentiarius canonicus debet existere paratus ad audiendas confessiones, alias valet ab Episcopo priuari.*

60 *Pœnitentiarius in vrbe Romana, dum audit confessiones, solet habere in manu virgam, seu Bachetam, non sic est in vsu in aliis cathedralibus.*

61 *Pœnitentiarius in Ecclesia Toletana, nequit esse Iudex ordinarius, vel Delegatus. Vbi quid in aliis Ecclesiis.*

62 *Pœnitentiarius canonicus non tenetur ad maiorem, residentiam, quam alij canonici, dum absit temporibus Quadragesima, aduentus, ac aliis nonnullis Diebus festis.*

63 *Pœnitentiarius canonicus, dum audit confessiones, censetur præsens, non aliis aliis Diuina cantantibus, & dum celebrat* n 64 & 65.

65 *Pœnitentiarius existens in confessionario, audiens confessiones, lucratur distributiones, processionum mortuariorum, & alias eleemosinas, si in Ecclesia cathedrali illas audiat, non extra,* vt n. 66.

67 *Pœnitentiarius audire tenetur integras confessiones, nec solos casus reseruatos.*

98 *Pœnitentiarius verius est, vt ex sola eius institutione, non habeat facultatem ad absoluendos casus reseruatos Episcopi, nisi ei specialiter committantur.* n. 69.

70 *Pœnitentiarius debet per se operari, nec quo it delegare facultatem absoluendi, quam habet* n. 71.

71 *Pœnitentiarij electio iam fit cum rigido coopositorum examine.*

72 *Pœnitentiarius canonicus nequit aliam Prebendam optare,* & n. 73.

73 *Optari non potest titulus, & orde Prabenda pœnitentiaria,* & n. 74.

74 *Pœnitentiaria etsi possit renunciari, sicut alia Prabenda in idoneum, in Ecclesiis Hispania non procedit.*

75 *Pœnitentiarij electio, est facienda de graduato Doctore, Magistro, aut licentiato in sacra theologia, aut iure canonico in aliqua ex vniuersitatibus approbatis, vbi de praxi Hispanica* n. 76. 77. & 78.

79 *Canonicorum Magistralium, & Doctoralis, ita officium prærequisitur, vt nequeant alia officia incompatibilia obtinere, etiam inquisitionis intra eandem ciuitatem,* & n. 80.

80 *Bulla Vrbani VIII. anni* 1640. *vt canonici Magistrales, & Doctorales nequeant in Regnis nostris Castella, & legionis ascendere ad alia officia incompatibilia, etiam inquisitionis, retinendo Prebendas suas.*

81 *Auctor fuit conseruatus in sua Prabenda canonia Pœnitentiaria simul cum inquisitione Vallisoletana per Decanum, & Capitulum in sacris illius Ecclesia per annos nouem, quousque ipse eam dimisit, translatus ad supremum inquisitionis consilium anno* 1657. n. 82. & 83.

QVia canonici in officio possunt subesse Archipræsbyteris Ecclesiarum Cathedralium iuxta proposita, & dicta supra *in Rubr. & infra hic sub Rubro*; ideo nunc de istis agendum duxi in attingentibus ad hanc partem de canonicorum officio, adiunctis hic, quæ dixi *sub Rub. & tit. de electione vbi in Rub. & cap. quia propter* 42. egi de congressu per canonicos faciendo ad eligendos canonicos de officio, & de illo, qui olim fiebat per illos ad eligendum Episcopos, & quem hodie solent facere ad alias electiones prouisiones, ac decreta capitularia, & qualiter ante diem vocandi sint; item & de obligatione residendi, de qua latissime infra agitur in titulo de clericis non residentibus, *& sub tit. de capitulo sede vacante*, vbi dico de authoritate capituli Canonicorum Cathedralium, quoties vacat sedes Episcopalis. 1

Et supposita etiam quod canonici à canone dicuntur, quatenus significat annonam, siue portionem statutam, veluti pro sustentationis stipendio, Marsilius, *de reditibus Eccles. p. 2. c. 14. n.* 11. Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 3. c. 33.* Azor. & Forgent. *in tr. de part. Ecclesia c. 24. n. 6.* & Quintana Dueñas, quos refert Barbosa *de canonic. c. 1. n. 1.* & Antonius Fabricius *tacitè in praxi benef. tit. de simplicibus, & duplicibus beneficiis. n.* 28. vel vt alij melius docent dici canonicum à canone, idest regula, vel statuto, vt patet *ex c. 1. dist. 3.* vbi DD † Et quod antiquitus omnes canonici sub certa regula cum suo Episcopo, mensaque communi vixerint, *cap. dilectissimus 12. q. 1. cap. in omnibus de consecrat. dist.* 1. Vbi DD. † Et quod duo genera extiterint canonicorum, alterum eorum, qui communi vitæ, paupertatis quoque votum adiunxerunt, & canonicorum regularium 2 3

nomen

nomen acceperunt, quorum aliquod vestigium apud nos Hispanos videtur adesse, in canonicis regularibus legionensis ciuitatis, qui communiter appellantur Canonici S. Isidori. Alterum quidem eorum, qui præter communia bona ipsi etiam singuli proprium aliquid obtinebant, qui nec certæ regulæ erant addicti; & his potius assimilantur canonici nostri temporis in tota Hispania, & si apud alias nationes durent adhuc regulares, vt refert, ac multis probat sigillatim Barbosa, *sub dicto cap.* 1. videndus, & in Bullario, *ac in collect. decis.* verbo *canonicus*, item & *de Iure Ecclesiast. part.* 1 *cap.* 31. plura *sub Trident. & in pastorali, ac in collect. Iuris Canonici*, cum infinitis.

5 Adeo iam ad propositum dubium de officio canonicorum dicendum est breuiter quod officium præcipuum Canonicorum in Cathedralibus, & Collegiatis, est intrandi in Choro assistendo, dum canuntur horæ diuinæ & missæ celebrantur. 6 † Et licet dubium non leue esset, an canere teneantur alta voce, vt faciunt capellani vocati de choro, existimantes DD. multi ad id præcise teneri, cum obligatione restituendi distributiones, horis assignatis, si non canant cum alijs; sic vt non satisfaciant, si solum assistant, & intersint horis, & per capellanos, & alios Beneficiatos, psallant ipsi vero, vel ibi, vel Domi priuatim recitant horas; quia institutio canonicatuum est, non vt adsint tantum in choro, sed vt canendo assistant; & ob id ejs dentur distributiones, vt per Tridentini verba apparere videtur *sess.* 24. *de reform. cap.* 12. ibi *omnes vero Diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia, atque in choro ad psallendum instituto Hymnis, & canticis Dei nomen deuote laudare*: quare ex eodem *Trid. sess.* 22. *de reformat. cap* 4. vers. *ij vero* ibi *quocumque iis priuilegio* dixit Vgolinus *de potest. Episcopi* canonicos, qui aut generis nobilitate, aut abundantia rerum dedignantur cum alijs Diuinas preces recitare aduertere debere, qua ratione suo muneri satisfaciant: *non enim nobilitas* (ait) *non rerum abundantia, & alia excusant canonicos à suo munere adimplendo*, & sic optimo Iure resolutum, ac declaratum apparet in Sacra Congregat. Concilij, vbi aduersus nonnullos allegantes in choro sui præsentiam facere, meditando, vel submissa voce canendo quæ ab alijs cantantur, vel pias preces alias tunc recitando Die 20. Aprilis 1602. teneri omnino psallere, alioquin obligationi suæ non satisfacere; alta enim voce debent canonici canere in choro, & Episcopus potest eos ad hoc hortari, sed non cogere; quod idem resoluit Sacra Congreg. Rituum in Egitanen. 23. Nouemb. 1602.

7 Tamen multi alij Doctores contrariam, vt communem defendunt, existimantes non psallentes distributiones suas facere licet non canant, sed priuatim, vel voce submissa recitant, & hoc ex regula textus *in cap. licet de preb.* ibi, *qui intersunt horis canonicis exhibeatur cap. vnico de clericis non resid. lib.* 6. ibi *qui eisdem officiis in ipsis Ecclesiis adfuerint, & d. Trid. decret. c.* 12. vers. *distributiones* ibi: *qui statis horis interfuerint recipiant.*

8 Ego vero existimo in puncto Iuris, & ex vi institutionis canonicorum, ac vocis, primam opinionem veriorem esse, quam tuentur præter ordinarios Caietan Syluester verbo *hora canonica*. Sandouel. *de officio Diuino p.* 6. *cap.* 16. Graff. Lælius, Zechius. Fr. Emanuel. Suarez 7. *de religion. to.* 2. *tr.* 4. *lib.* 4. *c.* 12. *a n.* 8. Bonart. *de obligatione horarum can. lib.* 2. *c.* 23. *n.* 9. Trulench. *in exponit. decalogi lic.* 1. *c.* 7. *dub.* 31. *n.* 3. *& c.* 8. *dubio* 7. *n.* 1. latissimè Sebastian. Cæsar, *in relect. de Ecclesiast. hierarch. disp.* 12. §. 1. *à n.* 7. Castrus Palaus Bera, Azor, Marcel. Vulpeius, Comitolus, Nauarr. Lopez, Fernandez, Schilante, Layman. Bartholom. à S. Fausto, & alij, quos sequitur Barbosa de *Canonicis c.* 34. *ex n.* 9. vbi *n.* 13. ampliat, vt etiam amittant distributiones confabulantes in Choro, vel ibi dormientes. At quia expertus fui, vt Canonicus Doctoralis Austuricens. & Pœnitentiarius in Vallisoletana Cathedrali per plures annos, nec non canentes: imo submissa voce recitantes, interessendo tantum in choro; imo aliquoties confabulantes, & fortè aliquoties mente distractos; nihilominus ex sola ea interessentia, distributiones horis assignatas lucratos esse, nec metu peccati restituisse vnquam; in praxi existimo tutam contrariam sententiam, non propter iura pro ea adducta, cum potius debeant verba eorum relata procedere inter essentiam simul cum cantu iuxta primam sententiam, sed ex vi statuti, aut consuetudinis, quæ in plerisque Ecclesiis tam vigent; eo quod tantum illi muneri satisfaciant per capellanos ad canendum, stipendiatios, & per cantores.

Et sic plures relati pro prima sententia limitant, 9
amplectendo secundam, inter quod Petr. Nauar. Azor, Suarez, Schilante, Oliuer. Bonát. Paulus Layman Sebastian, Cæsar, *dicto* §. 1. *n.* 71. Bartol. à S. Fausto, & alij, quos refert Nicolaus Garcia *de benef. p.* 3. *c.* 2. *n.* 154. *&* 522. Anton. Diana *resol. p.* 1. *tract.* 12. *de horis canonicis res.* 6. *& p.* 4. *tr.* 4. *res.* 217. *in fine*, Machado *de perfecto confess. lib.* 4. *tract.* 3. *docum.* 5. Thomas Sanchez *in opusculo tom.* 1. *lib.* 2. *moral. consil. cap.* 2. *dubio* 100. *& dubio* 99. *& dubio* 103. & Bartholom. à S. Fausto *de horis canonicis. lib.* 3. *q.* 14. *vbi num.* 25. subdit valere hanc consuetudinem legitime præscriptam, (Iuxta quæ adduxi supra *de consuet. & infra de præscriptionibus*) etiam post *Trid. & Pij V. constit.* † Et quod erit sufficiens 10
quadragenaria dicunt Sanchez *in consil. moral. p.* 1. *lib.* 2. *cap* 2. *dub.* 99. *n.* 2. Trullench. *dicto dubio* 7. *n.* 2. intelligentes eam procedere, si non adsit statutum, aut ordinatio Ecclesiæ, obligans canonicos ad canendum; ita vt aliter non possint lucrari distributiones, quod credo verissimum, si capellani non essent supplentes cantum per se, aut cantores, alias inquam posset prodesse consuetudo legitima Iuxta quæ latè dixi *in cap. fin. de consuet. q.* 4 *&* 5. de lege, statutone prohibente consuetudinem, aut irritantem, vel reprobantem etiam futuram.

Non tamen vacabunt à culpa, qui mente di- 11
stracti, dormientes, confabulantes; litteras legentes, irridentes in eos, qui quid erroris committunt, aut quandoque per chorum ambulantes, seu prætereuntes, aut abeuntes, & forte cum obligatione restituendi distributiones: ita interessendo intra chorum lucratas, vt docent Vega *in summa p.* 1. *c.* 118. Raphael de la Torre *in* 2. 2. *q.* 81. *de horis canonicis controu.* 10 *disp.* 9. *n.* 5. Suarez *de relig. to.* 2. *lib.* 4. *c.* 14. *a.* 9. Castr. Palao *to.* 2. *disp.* 1. *p.* 4. *n.* 2. Schilante, *de oblig. clericorum p.* 1. *n.* 61. Diana supra *de horis canonicis res.* 2. Barthol. à S. Fausto *de horis canon. lib.* 3. *q.* 17. Vbi etiam loquitur de illo, qui sponte, animo distracto, Diuinum officium persoluit, vel ad socios recitantes non

12 attendit † Qui tamen non debet intelligi cum
tanto rigore,nec sic laxe,vt docent Nicolaus Gar-
cia *dicta p.3.cap.2.n.514.* Moneta *de distribut.p.*
3.q.3.n.7. Thomas Sanchez,*in concil.moral.p.1.*
lib.2.cap.2.dicto dubio 100. Machado *dicto libro*
*4.p.4.tract.3.docum.5.n.2.*asserentes, vt canoni-
ci notabiliter confabulantes in choro , peccent
tantum mortaliter ; non tamen teneantur ad re-
stitutionem distributionum, eo quod non canen-
do,teneri videantur assistere in choro ; quadam
præsentia morali;sic vt non sufficiat interessentia
materialis.

13 Vt cumque autem velis amplecti,vnum tamen
notabis,quod etiam in rigorosa sententia non te-
nentur canonici,ad armoniacam modulationem
cantus figurati,sed ad assistendum cum debita in-
tentione cantoribus in magnis festiuitatibus , in
quibus Ecclesia eo cantu vtitur:ita Petr. Nauar.
*de restit.lib.2.cap.2.n.205.*Paul.Comitol.*respons.*
*lib.1.q.62.n.2.*in fine,Zenedus *in quæst.canon.cu*
*q.2.à n.5.*Sebastian.Cæsar.*supra dicto §.1.n.10.*
post princip.Trulench.*in præcepta decalogi.* cum
Barbosa *dicto lib.1.c.7.sub dubio.31.*

14 Quod si dubites an recitantes in choro alter-
natim Diuinas laudes, & præces satisfaciant , si
vna pars non spectet , vt altera suum versiculum
recitauerit. Respondeo cum Vgolino *de potest.*
Episcop.p.1.c.19.§.1.n.5. Barbosa *de canonicis*
*dicto c.34.sub n.14.vers.an canonici,*vt non satis-
faciant ; quia omnes canonici tenentur ad inte-
grum totum officium recitandum,& licet eis per-
mittatur , vt in choro alternatim recitent;sed de-
bet adimpleri eo modo , quod vnaquæque pars
participem faciat aliam partem canonicorum suæ
15 portionis,quam recitat† quod idem existimo res-
pondendum in recitatione priuata duorum , qui
sibi inuicem per versus,lectiones & responsoria a-
breuia iuuant;& quia iste communis est error ca-
nentium in choro,vt priuatim recitantium alter-
natim,nempe antequam vna pars canentium di-
midiam versiculi partem recitauerit , altera suum
inchoauit,ideo diligenter debent , & perspicere
attendere pro extinguendo tali abusu, sicut in ca-
thedralibus,& choris religiosorum video obser-
uari;ita vt præsidentes in choro circunspecte fa-
ciant cantus vtriusque chori,subintelligi articula-
te,& cum pausa.

16 Et si iterum dubites,an canonici de proximo
recepti,qui in nonnullis Ecclesiis non percipiunt
fructus primi anni , aut dimidij correspondren-
tis canonicatibus suis , aut beneficiis ; quia ex
consuetudine cedunt hæredibus canonici mortui,
aut fabricæ Ecclesiæ,teneantur ad recitandum of-
ficium Diuinum assistente in choro,sicut,& cæte-
ri canonici recitant,vel cantant;in quo dubio res-
pondent DD sub distinctione;quia si fructus ca-
nonicatus ex statuto,vel approbata consuetudine,
in pios vsus impendantur,vel loco pio,& hospita-
li applicentur,tunc non teneri,cum absque culpa
sua numquam possit percipere fructus illius an-
ni:sic docent Nauar.*de oratione cap.7.n.30.*San-
chez *in consiliis moral.p.1.lib.5.cap.2.dubio 75.*
Castrus Palao *in opere morali tom.2.disp.2.pun-*
cto 1.§.1.n.19. At in hoc casu contrarium do-
cent Filiucius *tract.23.cap.5.n.171.* Azor *instit.*
moral.lib.10.p.1.q.4 cap 4. In primo autem casu
docent,vt teneantur ad recitandum , siue canen-
dum,vt cæteri;quia ipsi voluntarie se subiecerunt
huic oneri,habendo titulum,& possessionem bene-
ficij,cui annexa est obligatio recitandi Diuinum
officium,quæ ratio sola non est sufficiens , cum
sit eadem superior,nisi consideretur ideo teneri ,
quia emolumentum fructuum amissorum illius
primi anni reseruatur post mortem dictorum ca-
nonicorum,& beneficiatorum ; siquidem cedit in
augmentum suorum hæredum:sic Azor vbi supra
*dicta quæst.4.*Nicolaus Garcia *de benefic.p.3.c.1.*
*n.61.*Villalobos *in summa p.1.tract.24.dif.8.n.*
12 Bonacina *de horis canonicis disp.1.q.5.puncto*
4.n.22.& alij.

Insuper tenentur canonici ad cantandam mis- 17
sam de die, vt decreuit Sacra Congregatio in vna
Vrbinaten.21.Iunii 1611,vt distributiones quo-
tidianas queant lucrari : nam sicut tenentur mo-
do supradicto interessentes in choro per se, aut
per Capellanos Canere , sic ad interessendum in
missa conuentuali , quæ simul cum horis solet
celebrari quotidie. Et in tantum ad missam con-
uentualem tenentur , quod ea non sit omittenda
in Quadragesima, Aduentu,quatuor temporibus,
& similibus, etiam quod in dictis diebus occur-
rat festum duplex , num debeat tunc celebrari
vtraque , nempe de sancto , & feria, vt Sacra
Congreg. Rituum in Lunen. Sarzanen. 5.Martii
1638.declarauit, † imo nec pro missa votiua, aut 18
defunctorum, debet omitti conuentualis,nec po-
test sicut Sacra Congreg. Rituum in causa Fa-
uentina sub die,16.Ianuarij 1627. quæ abroga-
uit omnem contrariam consuetudinem in eadem
causa die 19. Iulii, & 18. Augusti 1618. quare
rectè dict.Rit. Lunen. respondit Canonicis , &
Capitulo Cathedralis fauentim petentibus eximi
ab obligatione canendi missam conuentualium de
die, quotiescumque eadem die aliam missam can-
tassent votiuam, vel defunctorum , &alia sub die
28. Ianuarii 1615. Sanct. Congreg. Rit. fauen.
teneri dixi ad cantandam missam de die etiam in
illis diebus,quibus cantant aliquam missam voti-
uam.

At cum viderim in Ecclesia Vallisoletana , & 19
Austuricen. & de aliis audiui contingere sæpius
ex onere fundatorum, aut institutionis cani mis-
sas, quæ vocantur de memoria, & in simul con-
currere festum duplex, & tempora aduentus, siue
Dies quadragesimales, in quibus necesse sit etiam
dicere missam conuentualem,quod praxi talis oc-
cursus fuerit dicere cum cantu missam de memo-
ria,& pro conuentuali missam de festo duplici,&
ne omitteretur missa feriæ,quæ de se est conuen-
tualis illam celebrare in altari maiori sine can-
tu , & interim, vt chorus canonicorum , & Ca-
pellanorum cantent horas sextam , & nonam,
quæ nondum recitatæ fuerant , cùm conuentua-
lis in illis diebus soleat cani immediate post ho-
ram tertiam,ideo existimo talem consuetudinem
tollerandam esse.

Spectat etiam ad officium canonicorum in- 20
choare officium Diuinum canendum in choro ,
statim dato signo , non spectato vicario, vt cen-
suit Sacra Congreg.in Nartonen. 2. Februarij
1606. imò nec spectato Episcopo , vt liquet
de vniuersali Cathedralium praxi , cum sig-
num campanæ prælatum , & canonicos vo-
cet,ac interpellet , alias quidem præuerteretur
ordo maxime necessarius in cathedralibus , sed
quod non sit inchoandum , statim signo dato ,
sed elapsa tertia parte horæ post signum datum
declarauit eadem Sacra Congregatio in Tarenty-
na Cryptatiarum 3. Septembris 1605. ad 5. du-
bium.

Et

21 Et licet aliquando ex causa, veluti ob frigus possit arbitrio Episcopi in Diebus ferialibus cani officium, seu recitari extra chorum, & si non in Diebus solemnibus, siue festiuis, vt declarauit Sacra congreg. Rituum in lunen. Sarzan. 3. Martij 1633. quam refert Barbosa *dict. c. 34. de canon. n. 8.* sed non vidi inter nos Hispanos vnquam extra chorum, nec in ferialibus recitari; & sic videtur, vt quemadmodum eadem Congreg. improbarit consuetudinem in contrarium circa Dies festos, videatur intelligi in Diebus feriatis.

22 Pro complemento notandum est, vt nullo modo excusentur à telata obligatione interessendi aliqui canonici propter gradus Doctoratus, cũ & canonici graduati teneantur ad munia canonicalia, etiam per se ipsos, ac cæteri, qui graduati non sunt, vt censuit Sacra Congreg. Rituum in Litien.

23 21. Iunij 1631. † Canonicus autem Pœnitentiarius, dum audit confessiones, solet lucrari, Magistralis prædicaturus per octo dies antecedentes, Doctoralis propter aliquas aliquando lites, non semper, & scripturarius in hora, qua dictat discipulis, de quibus *in capit. quia propter de elect.* & infra hic aliqua.

24 Solent etiam Canonici in choro recitare in aliquibus Diebus officium Beatæ Mariæ in ferialibus post officium Diei; item & officia defunctorum, psalmos pœnitentiales, & graduales, hos præcipuè in diebus quadragesimalibus, sic implendo; eo quod acceptarunt breuiarium à Pio V. reformatum, in cuius Rubricis prædictæ recitationes assignatæ sunt per additionem canonicis in choro canentibus, siue interessentibus, & habetur in sac. congreg. Rituum in vna pacen. de mense Ianuarij 1606. sed non inquam sub tali obligatione, vt omittentes recitare peccent, vt declaratum fuit in Berzinen. 10. Ianuarij 1609. ac docet Barbosa supra *dicto c. 34. de canon. n. 4. & 5.* vbi sentiendam esse consuetudinem; qua recitatur officium Beatæ Mariæ virginis in semi duplicibus, & Dominicis, non obstante Rubrica Breuiarij, vt declarauit Sacra Congreg. supra Die 1. Nouemb. 1607. quæ etiam declarauit sub Die 28. Martij 1626. vt quando recitatur in choro officium paruum Beatæ Mariæ Virginis, tempore paschali, dicatur sine addito *Alleluia.*

25 Ad hæc præcipue munia tenentur ex officio canonici in choro interessentes, & tunc debent canere cum luminaribus accensis, super altari maiori, versus quem canunt, ac genu flectunt, vt videtur declaratum in dicta Sacra Congreg. lunen Sarazan 3. Martij 1633. in sequentibus verbis: *lumine dno ad minus in altari accensa esse debere, dum recitatur Diuinum officium, & canonicos interessentes Diuinis officiis sine habitu canonicali, & super pelliceo debere pun-*

26 *ctari.* † Cætera inquam circa congressum in capitulo ad colloquendum, & conferendum super rebus mensæ capitularis, & fabricæ procendum in modo votandi publica, siue secreta plus, minusvè, vt supra scripsi *in dicto cap.* quia propter *41. de electione*, vbi de obligatione, quam habent non se subtrahendi à tali congressu.

27 Ad secundam quæstionis partem de officio Assisij, Portionarij, siue Mansionarij in cathedralibus, cognito, qui isti dicantur, & num differant in officio; licet in nomine: sic respondeo breuiter ex glossa *in cap. cum sint 16. de Clericis*

non residentibus, in verf. *Assisios.* vt Pontifex in eo textu vocet *assisios* Beneficiatos, qui non sunt canonici, qui seruire debent Ecclesiæ; & quod non vocantur ad communes tractatus cum canonicis, & glossa ibi addit quod dicuntur Assisij, quasi assidui. † Et quod in pluribus Ecclesiis sunt plures tales, qui Mansionarij dicuntur; imo Aaor vltra dictam glossam asserit, *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 9. q. 1. Assisios*, quidem esse illos Beneficiatos, qui in Hispania dicuntur Portionarij vulgo *Racioneros*, qui præter canonicos, portiones habent in Ecclesiis Cathedralibus, & collegiatis; & Vincent. Filiuc. *tom. 3. tract. 41. cap. 1. n. 17.* dicit Assisios dici; eo quod semper debeant per textum illum esse assidui in Ecclesia vt referunt Masobr. *in praxi habendi concurs. pralndio 21. n. 6.* secundum Romanam impressionem, Barbosa *ibi n. 5.* præter ordinarios, ac docent etiam videndi Sebastian Cæsar *de Ecclesiast. hierarch. p. 3. disp. 12. §. vltimo n. 12.* Selua *de beneficiis p. 1. q. 2. num. 47.* Petr. Gregor. *Syntagm. Iuris lib. 15. c. 23. ex n. 11.* Anton. Fabric. *in praxi, & theorica beneficiis de reliquis stipendiis Ecclesiast. ex n. 12.* & alij. 28

Et quod tales Beneficiati dictis nominibus nuncupentur, ac sint vere Portionarij appellati communiter in nostris cathedralibus, & collegiatis, videtur aperte colligi ex verbis Gregorij. IX. *in dicto cap. 16. de clericis non residentibus*, ibi *absentes canonicos, & Assisios vnocet ad residendum in Ecclesia supra dicta & si non venerint, tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi Ecclesia facias congrue deseruire in vtilitatem ipsius &c.* non vero sunt alij beneficiati cum tali obligatione residendi in cathedralibus nostris, ac collegiatis, qualem prædicti Portionarij habent vt in praxi videmus. 29

Et à fortiori probatur ex declaratione Sacræ Congregat. Rituum in feriarien. 25. Iunij 1607. teste Selio in selectis canonicis *cap. 72. num. 16.* quatenus declarauit quod mansionarii debent præcedere capellanis, & habitum distinctum ab eis deferre, tum æstate, quam Hyeme, vt sequitur etiam Barbosa *in collect. decision.* verbo *Mansionarij numer. 1.* idem in Bullario eodem verbo, & quod à Capellanis de choro distinguantur, patet; eo quod isti soleant honorari eodem habitu, ac canonici, & sedere consequenter post canonicos in choro, & capitulo in Ecclesiis, vbi habent has præeminentias consuetudine, aut indulto. 30

Et ita sacra Congregatio in Cæsar Augustana Daroca 21. Martii. 1613. quod si Portionarii, siue Beneficiati, vel alio nomine nuncupati in reliquis omnibus, & per omnia æquiparentur canonicis, & æqualiter incedant in processionibus, & sedeant in æqualibus scannis, tunc duplici ictu sint turificandi, non obstante cæremoniali libro, qui intelligitur, quando non ad sunt Presbyteri, qui sint omnino æquales canonici; & sic practicari in Eccles. Salmantic. Cordub. Vallisolet, & aliis, patet, vbi Portionarii habent sedere modo dicto in choro, & capitulo, & incedere cum habitu æquali in processionibus, & ad tractatus capitulares vocari, spectantes ad gubernium, præter electiõné canonicam quæ solis canonicis in sacris incumbit iuxta dicta supra *in d. c. quia propter 41. de elect.* 31

quod nec fint de capitulo,nec fedeant, aut incedant parifomiter,vt practicatur in Eccleſ. Chonchen,Toletan,Segobiens, & aliis, non eſſe niſi vno ictu turificandos,patet ea alia declaratione ſacræ Congreg.in Parmana plebis faui.9.Mai 1606. & in Comen.Valuenæ.10. Ianuarij 1616. refert, & ſequitur Barboſa, *dicto cap. 34. de canon. n.* a 8.*&* 3.vbi ait ex illis declarationibus quod Dignitatibus,& canonicis cathedralium, & collegiatarum in ſuis Eccleſiis duplici;cęteris vero de choro vnico ductu turificatio debetur.

32 Quando vero dicti Portionarij, & dimidij Portionarij vocem in capitulo habent, dicuntur capitulares, qui tunc inter capitolares cenſendi erunt.cum ex Apoſtolico priuilegio, vel ex conſuetudine,aut Eccleſiæ ſtatuto inter capitulares ennoumerantur. Verum ſi ipſi talibus facultatibus non patiantur,Epiſcopum poſſe contra eos abſque adiunctis procedere, docent Nicolaos Garcia *in addit.ad tract.de benefic.p.11.cap.* 2. *n.* 210. & Rota *deciſ.296.n.1.p.1.diuerſ.& deciſ.708.p. 2. recent.*Barboſa *in collect.deciſ.*584. *n.* 3. idem *in Bullario n.*4 idem *de canon.dict.cap.*34.*ſub n.* 5. vbi *ex diuerſ.declar.ſacr.Congreg.*

33 † offert quod Diaconus,& ſubdiaconus inſeruientes celebranti debebit eſſe eiuſdem ordinis, & non inferioris cum celebrante,hoc eſt celebrans canonicus,non inſeruiat Cappellanus, vt Diaconus, ſiue alius inferior Beneficiatus, non obſtante immemoriali contraria conſuetudine allegata, vt in vna callegauerit 7. Septemb. 1593. & in alia Caneten. 14 Februarij 1615. & in alia Patulen. 8. Februarij 1631.& in colonem 31. Martij 1629. & in Sarnen.5.Martij 1633 & in alia Sipontina 8. Martij 1631.in verbis ſeqoentibus: *Dignitate, vel canonico ſolemniter celebrãte,canonicos pariter pro Diacono,& ſubdiacono & non alios inferiores inſeruire debere* (additque) *Dignitate, vel canonico officium ad veſperas faciente Presbyteros;non tamen canonicos cum Pluuialibus aſſiſtere debere iuxta diſpoſitionem libri Ceremonialis Epiſcoporum*, *lib.*2.*cap.*3. ibi *Presbyteros de gremio Eccleſia, non autem canonicos.*

34 † In Eccleſia autem Valliſoletana non ſic practicatur: nam ſolent portionario, aut dimidio veſperas officianti, ſolemniter in choro cum Pluuialibus canonici vtrimque ad latius aſſiſtere.

35 Item etiam Portionarij habentes in Eccleſia Cathedrali animarum curam, debent in proceſſionibus incedere poſt canonicos, qui tamquam membra oon debent à corpore ſeparari per interpoſitionem Rectorum aliarum Eccleſiarum, vt ſacra Rit.Congreg.cenſuit in Turriana 10.Iunij 1611.& 27.Iulij eiuſdem anni, & in Terulen. 20. Decemb. eodem anno, quarum meminerunt Sellius *in ſelectis canonicis cap.*55.*num.* 48.Barboſa *in dicta collect.*584. *n.*6. verb. *Portionarius nit.*

36 Imò debent Portionarij Eccleſiæ Cathedralis Teroken. vti de corpore illius Eccleſiæ in ſimul cum canonicis, & aliis miniſtris incedere, & præcedere Portionarios, & vicarios aliorum Eccleſiarum Parrochialium illius ciuitatis, ſacra Congreg. Rituum in Terulen. 15. Martij 1601.Septemb.1606.& 12.Mai 1612.refert Barboſa ſopra in Bullario.*n.fin.* idem *in dict.collect. num.*11.

37 Quod ſi Portionarij ſint amobiles in Cathedralibus, tunc Portionarij perpetui Eccleſiarum Cathedralium debent procedere illos in proceſſionibus, in qoibus dantur diſtributiones ea redditibus capituli generalis, Sacr.Congreg.Rit. num. 17. Decemb. 1605. Barboſa in Bullario *num.*2.

38 Pro complemento notandum eſt quod Portionarij non debent quidquam alterare, & æquiparare ſe canonicis in veſtibus,Sacr.Congreg.Rituum Segob.7.Iulij 1612.de qua Sellius *in ſelectis dicto cap.*55.*n.*5.idem Barboſa *dicta collect.* 584.*n.*8.*& in Bullario*,verbo *Portionarij non debent*;in ea enim Eccleſia canonici incedunt cum pectore albo *arminorum*,Portionarij cum pectore nigro ſerico.

39 Qua de cauſa in Eccleſia Toletana optime ab antiquo prohibetur Portionariis, & beneficiatis illius vti habitis conceſſo canonicis;& quod antiquum habitum retineant, vt declarauit Sacra Congreg.Rituum Toletan. 17. Decemb. 1605. Barboſa *in Bullario* verbo *Portionarij*; idem *in dict.collect.deciſ.*584.*n.*10.Sellius *dict.cap.*55.*ſelect.n.*52.

40 Secundo notandum eſt, quod manſionarios nouiter prouiſus per reſignationem, non debet habere locum reſignantis, ſed vltimum locum: ita Sacra Congregatio Rit. in ferrarien 10. Ianuarij 1609. Barboſa *in collect. deciſ.* 462. idem in *Bullario* verbo *Manſionarius. num.* 2. Sellius *in ſelectis cap.* 72. *num.*17.

41 Vltimo notabis ex dictis quod Portionarij repreſentant beneficiatos, vel manſionarios, qui tenentur ad omnia, ſicut Beneficiati, Sacr. Congreg. Rituum in Hiſpalen. Die 5. Iulij 1603. Sellius *in ſelectis canon. dicto cap.* 75.*num.*48. Barboſa *dicta collect.* 584.*num.* 4. idem *in Bullario* ſub dicto verbo *Portionarius.*

42 Ex qoibus iam patet ad officium præſtandum per ipſos Aſſiſios,Manſionarios, Portionarios, ſiue beneficiatos eſſe in choro perſoluere cantus cum maiori obligatione,qua ipſimet canonici, & ſaltim eadem miniſtrando,etiam altari, & intereſſendi in actis capituli,ad quos fuerint habiles iuxta priuilegia,& conſuetudines ſingularium Eccleſiarum.

43 Verum ſi portiones, qoas habent aliqui ſint vnitæ Dignitatibus; ita vt portionem titulo ſoppreſſo,effectum ſit vnum dumtaxat beneficium, tum ſi eam obtinentes Dignitates non teneri ad aliud ſeruitium, quam ſuarum Dignitatum, at ſi abſqoe ſuppreſſione tituli,portiones vnitæ ſint Dignitatibus ad vitam obtinentis; ita vt alias, vti duo beneficia obtineantur, vtriuſque beneficij ſeruitia præſtanda eſſe ab ipſomet obtinente, referunt declaratum ex Sacra Congreg.Concil. Barboſa *in dicta collect.* 584.*n.*1.& Nicolaus Garcia aote illum *de benefic.p.*3.*cap.*2. *n.*509.

44 Ad tertiam qoæſtionis partem de officiis,quæ ſpecialiter debent impendere canonici affecti in cathedralibus,& Collegiatis,vocati alias ex officio, nempe Magiſtrales, Doctorales, ſcriptutarij, & Pœnitentiarij, & præmittendo quod debent per ſuas Præbendas reſidere, canere, & pſallere,ſicut cæteri alij canonici, & ad actua capitulares concurrere; quia canonici ſunt, & quia ſuæ eis conſignatæ Præbendæ ad alia numero ſpecialia officia à prima erant io eadem Eccleſia caoonicatus numerarij inter cæteros canonicatos,

Canonicatos,vt de Magistratibus, & Doctoralibus patet ex Bullis Sixti V.& Leonis X.quas retuli supra *in dicto cap. quia propter 42. de elect.* & alibi,*& ad litteram* Nicolaus Garcia *de benefic.p.5.cap.4.*vbi de Bullis Sixti,& Leonis n.169. & Barbosa *in Bullario,& in collect. decis.* verbo *canonicus*,& plus latę , & sigillatim *in tract. de canonicis cap.36.*vbi de Pœnitentiario,& *cap. 3.* de Magistrali , Doctorali, & scripturario , & de creatione facta per S. Concilium Trid.de Canonicatu Magistrali sacræ scripturæ , & Pœniten-
45 tiariæ.† Et iam dictum sit de concursu , qui solet fieri , vocatis oppositoribus graduatis in sacra Theologia,vel in seruis canonibus in vniuersitatibus approbatus gradu licentiæ,seu Doctoratus condecoratis , cum termino sexaginta Dierum.

46 Nunc breuiter percurrendo Iuxta specialia officia, quorum ratione dictæ Præbendæ fuerunt institutæ , dico de Canonia Magistrali, quod ea fuerit ex dict.Sixti,& Leonis Bullis creata,& instituta ad prædicandum euangelium Christi certis Diebus decretis in qualibet Cathedrali Ecclesia ; etsi viderim capitulum alios Prædicatores nominare,omissis Magistralibus ; solum tamen ex assignatione à Concilio, & Præside sanctæ Cruciatæ facta,spectet Canonico Magistrali, cuiuslibet Cathedralis Ecclesiæ publicationem S. Bullæ
47 facere , eius tenorem explanando quotannis. † Officium vero Canonicatus Doctoralis, est concurrere,præcipue ad actus capitulares,vt lites Iustas dirigat,instruat,patrocinetur,ac prosequatur, impediendo ingressus litis iniustæ curando etiam summa prudentia , & in tempore opportuno suffragium , seu votum in medium proferre , quale componat dissensiones,deformitates, & defectus aliorum votantium.

48 Canonicustheologalis,siue scripturarius , erectus ex Tridentini dispositione in singulis Cathedralibus *sess.5.cap.1.*& in collegiatis, habet præcipuum officium legendi sacram scripturam , eamque interpretari:sic Machado *de perfecto confessore lib.4 p.4.tract. 5. docum. 6.* Barbosa *dicto cap.37.n.1.*in fine,qui , & satisfaciat si legat , ac doceat Theologiam scholasticam,vt referunt decisum Nicol.Garcia *p.5.de benefic.cap.4. n. 156.* Barbosa *in Trid. dicto cap.1.*cum Aldano, *& ibi n.4.*cum Galerio *in Margarita casuum conscientia* verbo *legant*,idem Barbosa *in Bullario in collect.*& Decan,*sub dicto cap.37. & in pastor p. 3.*
49 *allegat.56.n.6.*cum aliis.† Et quod ei Canonico Die , qua legit sint distribuendæ distributiones quotidianæ omnium horarum ; licet choro non interfuerint:sequitur Barbosa in dictis locis , & *in Trid.dist.cap.1.n. 36.* vbi refert ita resolutum in fanen.III. Augusti 1614. & insuper dicendum est,Quod,etsi de iore canonico ei non debeantur ad notata per glossam *in cap. nonnulli de Magistris*;sed vt huic muneri præstantissimo, eam obtinens vacare queat S. Memoriæ Greg. XIII. ex gratia eas deberi illi voluit , non modo pro illis , vt si mane legat pro horis matutinis, & missa solemni , sed etiam pro tota Die, vt referunt etiam decisum Nicolaus Garcia *p.3.cap.2. n. 118.* Armendar *in addit.ad recepil.leg. Nauarra lib.5. tit.23.l.2.§.2.de resid.n.28.*Moneta *de distribut. p.2.q.10.n. 27.* Riccius *in praxi rerum fori Eccles.decis.495.& 498.in 1.edit*,alias *res 186.n.6. & res.389 in 2.edit*,Solorzanus. *de iure Indiar. tom.2.lib.8.cap.14. n. 33. &* censuit etiam sacra Congregatio Concilij in alia Oriolen. 5. Augusti 1616.

Et non solum dicunt Doctores distribuendos 50
esse ei dictas omnium horarum distributiones,sed etiam emolumenta quæcumque personaliter interessentibus dari solita , etiam si choro non inseruiant ex identitate rationis , vt fuit resolutum in vna Oriolen.XII. Augusti 1628. sic Machado *de perfecto confess.tract.5.docum.7.n. 2.* cum Barbosa,idem Barbosa *dicto cap.37.de canonic.n. 35.* idem *in Trid. dicto cap.1.n.33.& 34.*qui Vtrobique *n.34.& 35.& in dict.collect.decis.& in Bullario ac in pastorali.* † Limita vt non censeatur 51
præsens in matutino , quod dicitur prima nocte pro die sequenti,in vesperi præcedente secundum consuetudinem aliquarum Ecclesiarum,vt ex sententia sacræ congreg.resoluunt, Nicolaus Garcia *dict.2.p.n.118.*Armendar *supra n.70* Galerius *in Margarita casuum conscientia* verbo *canonicus pag.19.*idem Barbosa *in pastorali allegat 56.n.9.* & alij.

Tempus autem,hora,& materia sacræ scriptu- 52
tæ,siue sacræ Theologiæ,super qua legendum sit, sunt assignanda ab Episcopo,qui & poterit Theologum nolentem legere,aduertere imo, & cogere ad legendum,comminationibus pœnarum,sequestrationibus fructuum, assignatione portionis de eisdem fructibus alteri,qui ipsius loco legat , & crescente contumacia,ad alias pœnas , etiam priuationis deuenire , factaque priuatione ad corroborandum Concilij decretum,Episcopum declarare debere talem Præbendam , & Canonicatum affectum fuisse, & esse pro sacræ scripturæ lectore,ac tunc deligere personam idoneam , quæ id munus per seipsum exequi valeat, & illi per ordinarium collatorem huiusmodi Præbenda conferatur,vt ex sacra Congreg.Concilij in vna Maioricen referunt decisum Machado *de perfecto confess.lib.4 p.4.tract.5.docum.6.n.2.*Barbosa *de Dignit.d cap.27.n.30.* Aldanus , quem sequitur idem Barbosa *in dicto cap.1.Trid.sess. 5. n. 5.* & Rota *decis.147.n.1.*apud Farinacium *p.1.in posthum.* † 53
Attestatur sacra Congreg.Concilij censuisse Canonicum Theologalem posse compelli,vt per se, & non per substitutum muneri suo satisfaciat,nisi adesset legitima absentiæ causa,imo & n.2. resoluit capitulum non posse ei concedere licentiam , vt Canonicus habens Præbendam Theologalem,possit abesse , sed id spectare ad Episcopum.

Quod si ordinarius inferior,fuerit negligens , 54
puta Prior,Abbas , Præpositus , & cæteri similes alicuius Ecclesiæ collegiatæ , poterit Episcopus , in cuius Diæcesi sont supplere,idest eligere ex eadem Congregatione,vt refert Aldan,& cum illo idem Barbosa *de canon.dicto cap.27. n. 31. & in Concil.n.6.dict.cap.1.* etsi ex capite infirmitatis , sanabilis impediatur , quominus possit legere per se ipsum;tunc non posse compelli ad ponendum substitutum,docent idem Barbosa *dicto cap.27. n. 32* & Nicolaus Garcia *de benefic.p.5 cap. 4. n. 159.* & in casu , quo aliquis esset substituendus , spectet electio ad Episcopum docent relati. Quare dum Præbenda Theologalis vacat , poterit Episcopus fructus applicare alicui personæ , quæ suppleat munus legendi : ita Sellius *in select. canonicis cap.5.n 15.*vbi refert ita decisum in cametinen 8 Februarij 1594. † Et quod debeat dari 55
in commendam vni canonico idoneo eiusdem capituli , si adsit ; donec titularis prouideatur ,

& sepeliendis cadaueribus defunctorum, vel pro supplicationibus, & processionibus, quæ per vrbem aguntur ita contra Monetam *de distribut. quotidianis dicta p.1.q.11.n.65.* Machado *supra dict.docum.5.n.2.* Barbosa *de canonicis dict. cap. 26.n.22.*

66 Hæc inquam procedunt, si Pœnitentiarios confessiones in Ecclesia recipiat, nam si extra illam confessiones, etiam infirmorum audiat, non censebitur præsens in choro, vt referunt decisum, idem Nicolaus Garcia *in addit. ad dict. p. 5. cap. 4. n. 125. ad finem*, Barbosa *dicta allegat 55. in pastorali num. 32.* idem in Trid. *dicto cap. 8. num. 31. & dicta decis. 585. num. 12. & 12. & in Bullario.*

67 Et quod Pœnitentiarius teneatur integras confessiones audire, non autem solos casus reseruatos: ita sacra congreg. Trid. decisum, refert Nicolaus 68 Garcia *dicta p.5.cap.4.n. 217.* Barbosa *dicta collect.585.n.18.& alibi supra.* † Quare solent multi firmare, quod Pœnitentiarius ex sola eius electione, & institutione potest audire casus Episcopo reseruatos, vt existimant Campanil. *de casibus reseruatis cap.3.q.1.dif.2.* Piasetius *in praxi p.2. cap.1.n.16.* Homobon. *de casibus reseruatis p. 1.* vbi de pœnit. facult. Bos *in descript.moral.discept. 2.n.51.* & alij dicentes passim vsu, & consuetudine receptum esse, vt quasi ex munere, & officio in foro interiori, seu conscientiæ Pœnitentiarius iuxta formam concilij, institutus huiusmodi facultatem habeat, possitque pro eodem conscientiæ foro absoluere à casibus Episcopo reseruatis.

69 At crebior, & praxi recepta opinio est in contrarium; non enim valet Pœnitentiarius à dictis casibus absoluere, nisi ipsemet Episcopus hanc sibi speciatim dederit facultatem, & authoritatem; & sic tenendum credo, nec ego, vt canonicus Pœnitentiarius Vallisolet. vnquam ausus fui audire pœnitentes de talibus casibus sine licentia Episcopi. Et ratio est, quia aliàs esset in lege superioris dispensare: nam quemadmodum nullus ex aliis Parochis Diæcesis à talibus casibus nequit absoluere, sic nec Pœnitentiarius, nisi cum dicta licentia Episcopi vocali, aut in scriptis, docent Nauarrus *de pœnit.dict.conf.* 20. in nouis Sayrus *in floribus decis. sub eodem tit. decis.* 44. Henriquez, & Hugolinus, quos sequitur cum aliis. Barbosa *de canonic.dict.cap.26.in Trid.dicto cap. 8.n.25.in dicta collect.585.n.24.* Sellius, qui refert declaratum *in selectis canon.cap.16.n.8.* Nicol. Garcia *dict.p.5.cap.4.n.125.* Gauant. *in man.* verbo *Pœnitentiarius n.22.* Machadus *supra dict. lib.4.p.4.tract.5.docum.4.n.2.* Rota in Neapolit. Pœnitentiariæ 5. Iunij 1637, coram R.P.D. Merlino, Barbosa *in pastorali dicta alleg. 55. n. 25.* Aloysius Riccius *in praxi aurea resol.179.in fine,* qui & decisum refert in praxi fori Ecclesiastici *decis.571.in 1.edit.alias res.492.n.2.in 2.edit.& alij.*

70 Et ita per se debet operari Pœnitentiarius in suo officio, quod non possit delegare suam authoritatem circa casus reseruatos sibi ab Episcopo delegatam; quia delegatus maxime ad nudum ministerium subdelegare non potest, nisi specialiter ei demandetur *cap. fin. §. cæterum de officio dele-* 71 *gati*, vbi DD. † Item quia cum canonici Pœnitentiarij electio sit facta rigido examine, & media oppositione aliorum prætendentium; ita vt eorum industria admodum attendatur, quid mirum, vt alij vices suas nequeant delegare, nec etiam in casu particulari, Bossi. *in discept.moral. discept. 1. n.57.* Barbosa *de canonic.dicto cap. 26. n. 17. & 18.* Legendus, & in iam relatis locis, & in Trid. *dicto cap 8.n.26 & 17.& in dicta alleg.55. Pastoral.n.12.& alibi*, vbi ex Garcia, & aliis videtur extendere, vt nec suam datam authoritatem ex Trid. possit delegare propter adductam rationem industriæ.

Et hoc vltimum mihi videtur certum, ex eo 72 etiam, quia canonicus Pœnitentiarius, non potest aliam Præbendam optare, quia in ea electa videtur industria personæ, & quia dum beneficium requirit certas qualitates aut examen, si cui indulgetur, vt possit consequi aliam Dignitatem, aut beneficium, illud non venit quod examen, aut qualitates illas requirat, vt est optimus textus *in cap. fin. de translatione Episcopi*: ita & ex aliis Nauar. *cons. 22. de præbendis*, Nicolaus Garcia *dicta p. 5. cap. 4.n.132.* vbi refert decisum 214. Pœnitentiarium, nec retento, nec dimisso officio posse optare aliquam præbendam, cuius officio fuit perpetuo vnitus vnus canonicatus, & certa præbenda, vt fuit decisum Die 12. Februar. 1601. ibi: *Pœnitentiarij præbendam, etiam postquam est effectum sortita, non subiacere optioni.* † vbi & fuit decisum quod 73 nec possit etiam optari titulus, & ordo illius Pœnitentiariæ præbendæ: sic Garcia *dicto n.132.* cum aliis Barbosa *de canonic.dicto cap.26. n. 23.* † vbi 74 addit cum Zeballos *in pract. q. 897. ex n. 485.* posse Pœnitentiariam resignari, sicut alia præbenda, etiam in fauorem alterius; dummodo habeat qualitates requisitas, & posse etiam super eam imponi pensionem, quod inter nos, attenta prouisione, quæ solet fieri per edicta, sicut ad alias præbendas, non videtur in vsu receptum, nisi contingat prouideri in mense Papæ, in quo stylus solet esse, vt Romæ prouiso imponatur aliqua pensio.

Et confirmatur iterum, quia electio ad Pœni- 75 tentiariæ canonicatum debet fieri de graduato Magistro scilicet, aut Doctore, seu licentiato in sacra Theologia, vel iure canonico, seu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, vt ex Trid. *dict.cap.8.* colligunt, ac resoluunt Riccius *in praxi fori Eccles. res. 497.* Squilante *de priuilegiis cleric.cap.4.n.69.& 108.* Nicolaus Garcia *de benefic p.7.cap.4.n.32.& cap.7.n. 49.* Machado *de perfecto conf.lib.4.p.4.c.5.docum.4.cap.4.* † Et in- 76 ter nos Hispanos per vnam ex approbatis vniuersitatibus Castellæ, & legion, seu quod sit collega Hispanus collegij Bononiensis, aut in eius vniuersitate graduatus; sic vt non sufficiat gradus aliarum vniuersitatum lusitaniæ, Aragoniæ, & Italiæ, vt docent Castrus Palao *in opere morali tom. 2.tract.13.disp.3.puncto 3.n. 2.* Machado *dicto lib.4.p.4 tract.5.docum. 8.n. 4.* Barbosa *de canonic.dicto cap.26.sub n.9.* vers. *cum ergo, in dicto cap.8.* Trid. vers. *qui Magister sit vel Doctor.&c. n.16.* & alibi alia addens; quia in Bullis Pii IV. & Leonis X. id pro forma requiritur; ex quibus patet, quantum exposcitur industria personæ.

Et amplius si consideres quod, etsi per Trid *in* 77 *dict.cap.8.vers. ab Episcopo instituatur* nominatio, & electio canonici Pœnitentiarij ad cathedralem, spectet ad solum Episcopum sine capitulo, quando præbenda non vacat in mense Apostolico, vel adest alia reseruatio, seu affectio; quia tunc pertinet eius prouisio ad Papam ratione reseruationis, vt resoluunt Gonzalez *ad regul.8.cancel.*

glossa

glossa 9. §. 2. à *n.* 84. Zeuallos *in pract. q.* 897. *ad* 488. Barbosa *de potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 55. *n.* 13. *&* *& de canonic. dicto cap.* 26. *n.* 4. *in Trid. d. cap.* 8. *n.* 11. *&* 12. qui *n.* 13. *&* 14. cum Garcia *in addis ad d. p.* 5. *cap.* 4. *n.* 143. *ex n.* 150. addit capitulum non posse se intromittere in electione Pœnitentiarij; licet ad ipsum collatio spectet, & quamuis Episcopus sit absens, sed vt ipse Episcopus absens, vbi fuerit debeat eligere Pœnitentiarium; & quod nec sede Episcopali vacante, electio, nec collatio ad capitulum spectet, nec ad fu-
78 turum Episcopum, sed ad sedem Apostolicam. † Tamen quia iam hodie indultum sit Ecclesiis cathedralibus, vt Pœnitentiariæ prouisio fiat ad instar Magistralis, Doctoralis, iuxta relatas Bullas Sixti IV. & Leonis X, per Bullam Gregorij XV. in sua const. incipit *supremæ dispositionis* subdata 9 Nouemb. 1622. quam ad litteram refert idem Barbosa *de canonicis dicto cap.* 26. *n. fin. & in pastorali p.* 3. *allegat.* 53. *& in fine ipsius pastoralis*, vbi congereos plures Bullas ponit illam fol. 106. & 107. vbi leges.

79 Alia de canonicis Pœnitentiariis circa ætatem, & eorum electionem, item & de aliis canonicis Magistralibus, Theologis, ac Doctoralibus, dixi *supra in cap.* 3. *de ætate ordinandor. sub quæst.* 2. *& sub dicto cap. quia propter* 42. *de electione*, vbi leges. Sed nunc pro complemento, & in confirmationem quantum oporteat in ipsis cathedralibus assistentia horum canonicorum propter eorum officia, & consilia maturius præcæteris præstanda, etiam in rebus capitularibus, libuit hic ad litteram ponere aliá Bullam Vrbani VIII. expeditam ann. præterito 1640. ad petitionem Ecclesiarum Cathedralium horum Regnorum castellæ, & legion, qua cauetur, vt canonici Pœnitentiarij, lectorales, Magistrales, & Doctorales Metropolitanarum, & Ecclesiarum cathedralium, quauis de causa, occasione, vel prætextu, etiam seruitij sanctæ inquisitionis à suarum Ecclesiarum seruitiis se quoquomodo eximere, ac super hoc quodcumque indultum etiam à sede Apostolica, nisi eorundem capitulorum, ad id expresso accedente consensu, impetrare minime possint, cuius litera est vt sequitur.

80 *Super vniuersas orbis Ecclesias ab eo, qui cunctis imperat, nullo licet meritorum nostrorum suffragio constituti, in his, per quæ ipsarum Ecclesiarum, præsertim Metropolitanarum, & cathedralium honori, & commodis opportune consulitur, Pastoralis officij nostri partes, cum à nobis petitur, libenter interponimus, pro vt conspicimus in Domino salubriter expedire. Nuper siquidem nomine dilectorum filiorum, Metropolitanorum, & aliarum Ecclesiarum Cathedralium Regnorum Castellæ, & legionis, Nobis exponi fecit dilectus filius Augustinus Gonzalez Dauila Iuris vtriusque Doctor, eorundem capitulorum Procurator generalis, quod in qualibet Ecclesiarum huiusmodi dudum, iuxta sacri Concilij Tridentini decreta, Pœnitentiarius, cum vnione vnius ex Præbendis, pro vno Magistro, vel Doctore, aut licentiato in Sacra Theologia, vel iure Canonico institutus; nec non vna lectoralis pro vno theologo lectore Sacræ Scripturæ, & præterea iuxta ordinationem fælicis recordationis Sixti IV. & Leonis X. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, alias, & ex particulari Sedis Apostolicæ indulto in quibusdam, ex dictis Ecclesiis, duæ Doctorales pro vno, seu duobus respectiuè Doctoribus, seu licentiatis in vtroque, vel altero iurium, ac aliæ Præben. Magistralis respectiuè nuncupata pro vno Magistro, seu licentiato in Sacra Theologia constitutæ fuerant. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, iuxta eiusdem Tridentini decreta Pœnitentiario onus audiendi confessiones publicè in Ecclesia, Theologo autem canonicis prædictis legendi, & interpretandi Sacram Scripturam incumbat; Magistrales verò, & Doctorales Canonici huiusmodi in prædictis Ecclesiis in vim dictæ ordinationis Sixti IV. & Leonis X. prædecessorum nostrorum huiusmodi, & respectiuè indulti prædicti eo fine instituti sint, vt ij suæ Ecclesiæ in defendendis illius iuribus, & in dandis capitulo suo, aliisque Ecclesiæ suo ministris salubribus consiliis pro fælici negotiorum eorundem directione assistant, ille autem, vt Verbum Dei populo prædicet, & in his, quæ ad conscientiam pertinent, recta consilia capitulo, & Ministris suæ Ecclesiæ præbeat, & proinde ipsos apud suas Ecclesias assiduè residere oporteat; contingit tamen interdum, vt nonnulli ex canonicis huiusmodi, variis prætextibus, & inter alios, quod officio sanctæ Inquisitionis aduersus hæreticam prauitatem inseruiant, ac etiam vigore indultorum sibi ab Apostolica sede concessorum, ab Ecclesiis suis absint, & nihilominus suorum canonicatuum, & præbendarum fructus, redditus, & prouentus ac etiam distributiones quotidianas, integre, tamquam si residerent, percipere prætendant, in graue ipsarum Ecclesiarum detrimentum. Quare dictus Augustinus eorundem capitulorum nomine Nobis humiliter, supplicari fecit, vt capitulorum, & Ecclesiarum huiusmodi indemnitati in præmissis opportunè consulere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes petitionem huiusmodi rationi esse consentaneam, ac capitula, & Augustinum præfatos specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusuis excommunicationis, & suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem capitulis Metropolitanarum, & aliarum cathedralium Ecclesiarum, Regnorum Castellæ, & legionis prædictorum, vt nullo vnquam tempore canonicis Pœnitentiariis, lectoribus Magistralibus, & Doctoralibus suarum Ecclesiarum pro tempore existentibus ex quauis causa, etiam prætextu, quod officio sanctæ inquisitionis inseruiant, absentibus, etsi aliquod ab Apostolica sede indultum desuper sine speciali capitulorum prædictorum consensu, obtinuerint fructus, redditus, & prouentus, ac distributiones quotidianas suorum canonicatuum, & præbendarum, præstare minime teneantur, nec ad id inuité cogi, aut compelli, seu vigore litterarum Apostolicarum, nisi in illis de præsenti indulta de verbo ad verbum specialis mentio fiat, interdici, suspendi, vel excommunicari possint, authoritate Apostolica, tenore præsentium, de speciali gratia indulgemus, ac prædictos canonicos Pœnitentiarios, lectores, Magistrales, & Doctores, quauis de causa, occasione, vel prætextu, etiam seruitij dictæ sanctæ inquisitionis huiusmodi, à dictarum suarum Ecclesiarum seruitiis, illos incumbentibus se*

quoquomodo

quoquomodo eximere, ac super hoc, quodcumque indultum, etiam à sede Apostolica, nisi eorundem capitulorum ad id, expresso accedente consensu impetrare, aut sibi quouis modo, etiam motu proprio concesso, vti vel frui, nullatenus posse, aut debere, nec illis in aliquo contra præsentium tenorem suffragari; quinimo quandocumque contigerit pro tempore existentes canonicos Pœnitentiarios, lectores, Magistrales, & Doctorales huiusmodi in aliis, quàm dictarum suarum Ecclesiarum seruitiis, etiam officij sanctæ inquisitionis, etiam intra ciuitates, in quibus Ecclesiæ præfatæ existunt, occupari, canonicatus, & præbendas per eos obtentos in Ecclesiis huiusmodi, eo ipso vacare, ac aliis personis qualificatis per eos ad quos eorum collatio pertinebit, libere conferri posse, sicque ab omnibus censeri, & ita, & non aliter, per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere legatos, nostrosque, & sedis Apostolicæ Nuncios, ac quoscumque alios quauis authoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, seu interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & definiri debere, irritumque, & inane, si secus super his à quoquam, quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari decernimus. Quo circa venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis Metropolitanarum, & cathedralium Ecclesiarum prædictarum respectiuè, nec non nostro, & Apostolicæ sedis pro tempore existente in Regnis Hispaniarum Nuncio, per præsentes committimus, & mandamus, Quatenus Archiepiscopi & Episcopi præfati quilibet in suis ciuitate, & Diœcesi; Nuncius verò præfatus in quibusvis suæ iurisdictionis locis in eisdem Regnis per se vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum capitulorum fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra eadem capitula præmissorum huiusmodi effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes illa desuper à quoquam quauis authoritate quomodolibet indebite molestari, contradictores quoscumque per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliasque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio Brachij sæcularis. Non obstantibus fælicis recordationis Bonifacij Papæ octaui prædecessoris nostri de vna, & concilij generalis de duabus dictis, dummodo vltra tres dictas, aliquis authoritate præsentium, in iudicium nō trahatur, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum præfatarum, etiam iuramento, confirmatione, Apostolica, vel alia quauis firmitate, roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & natiuis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam præfato sanctæ inquisitionis officio, & quibusuis aliis in contrarium præmissorum, nunc, & pro tempore sub quibuscumque tenoribus, & formis, quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus, pro expressis habentes, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque Volumus autem, vt præsentium, transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quæ adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annullo Piscatoris, Die decima Ianuarij millesimo sexcentesimo quadragesimo, Pontificatus nostri anno Decimo Septimo. Locus annuli Piscatoris M. A. Maraldus.

Hæc sunt verba P.M. Vrbani VIII. circa quæ in 81
facti contingentia, cum ego anno præterito 1648. creatus fuerim à D M.D. Didaco de Arze Reynoso Episcopo Placentino, ac Inquisitore Hispaniarum generali promotor fiscalis inquisitionis Vallis Oletanæ, in cuius Ecclesia cathedrali tunc temporis eram canonicus Magistr. Pœnitentiarius, illico accepta possessione fiscaliæ, fuit in vnum per Decanum cōuocatum canonicorum in sacris capitulum, ad conferendum super vacatura meæ Præbendæ, qui cum me oratorem audiuissent, ac per legissent (iam me absente) memoriale quoddam à me præsentatum cum nonnullis fundamentis, & insuper viginti duo exemplaria cathedralium Cordub, Salmanticæ, Seguntin. Oxomens. Austuricens, Burgen, Compestelan, Chonchens, &c. quorum canonici absentes à residentia, vel propter officia inquisitionis, cancellariarum, aliisve de causis, lucrarunt; etsi tantum ex istis duo accidissent post datam dictæ Bullæ. Quibus attentis; Decanus, & canonici, decreto capitulari sine præfinitione temporis suspensionem fecerunt 10. Aprilis dicti anni 1648. Deinde secundo se congregauerunt Die 16. Ianuarij anni 1649. & me tolerauerunt iuxta sequens decretum, *que ao se le vaque al senir canonigo Hermosino su canonicato penitentiario, hasta el san Ioan, omes de Iunio de 1650. y que sea materia de gracia si alguno cosa pidiere en contrario.*

Et quia post hæc quasi tempeste, data vocatio- 82
ne ad horas 24. in die 2. Iouis ad diem veneris sequent. Mensis Iunij dicti anni 1650. iterum tertio congregati fuerunt capitulariter. Ego qui considerabam eos votantes magis in scrupulo, quam in voluntate exequendi vacaturam, in illo breuissimo tempore scripsi, ac Typis mandaui aliud memoriale expendens clausulas scrupulosas prædictæ Bullæ eiusque verba dubia; quod cum primo Magistri, 24. Theologi religionum illius ciuitatis, inter quos nonnulli cathedras obtinentes, alij eorum iam Iubilati, & DD. 6. Iuris canonici, & ciuilis, ac Regij professores in illis scholis, & Regali cancellaria, omnes magni nominis, tuta conscientia firmauere nullo modo Decanum, & capitulum incurrere culpam, si me adhuc conseruarent canonicum, attenta constitutione litteræ ipsius Bullæ oratoria cathedralium castellæ, & legion. ad Præbendas affectatas vacandas, ac mente Pontificia: nam considerauerunt omnes, & sic tale capitulum onus meæ Præbendæ esse tantum confessiones audiendi, quod persoluebam ex acte, qualiter alij mei antecessores in Diebus quadragesimalibus, aduentus, quatuor temporum, Resurrectionis, Natiuitatis, Spiritus sancti, ac in festis Diebus Ascensionis, corporis Christi, S. Mariæ Augusti, & omnium sanctorum, in quibus, ac in aliis Diebus adimplebam residentiam præcisam sufficientem ad lucrandam grossam, amittendo quidem cæteras distributiones, anniuersaria, ac emolumenta, quæ residentia personali lucrifiebant, quæ refundebantur in mensa capitulari ad lucrum cæterorum, & insuper concurrebant ad

plures

plures actus capitulares electionum, aliorumue negotiorum tractandorum.

53 Quapropter his, & aliis visis, consideratisque clausulis eiusdem Bullæ ibi in vers. *nos igitur*, & in vers. *vt nullo vnquam, vsque se quoquomodo eximere*, & in vers. *cum autem*, & *contingit tamen interdum*, & *desuper sine speciali canonicorum consensu*, & ibi *nec ad id inniti cogi, aut compelli*, & ibi *nisi eorundem capitulorum ad id expresso consensu*, & quod Bulla loquitur contra canonicos omnino se eximentes à residentia volentes integros fructus, distributiones, ac emolumenta lucrari, nulliter residendo, illico ipsi Decanus, & canonici in sacris absque præfinitione per annos deinde septem me tolerauerunt, nihil contra, nec collegialiter, nec singuli præmeditantes, aut susurrantes, etiam anno 1654. quo fui creatus Inquisitor, ac Iudex bonorum confiscatorum illius Inquisitionis, ac demum translatus ad fiscaliam huius consilij supremi inquisitionis anno 1657. qui nec de vacatura aliquid colloquuti collegialiter fecere, quam ego iam ad hanc Matritensem curiam translatus dimisi, monendo per epistolam capitulum tantum illud, quod adeptus essem possessionem huius fiscaliæ consilij supremi, quam, & nunc, dum hæc scribo Die 24. Augusti 1660. simul cum Dignitate consiliarij eiusdem consilii, ad quam fui nominatus ab inuictissimo Rege nostro Philippo IV. an præterito 1659. ac publicatus talis consiliarius per DD. M. D. Didacum Arze, Reynoso, Inquisitione generali, Die 17. septembr. eiusdem anni.

QVÆST. IV.

An canonici, Dignitates, & Assisij teneantur associare, & reducere Episcopum venientem ad Ecclesiam celebraturum, vel Diuina officia auditurum? Et quid respectu Dominorum temporalium venientium ad cathedralem propria ciuitatis. Et an Episcopo celebranti, & alia Pontificalia exercenti, assistere, ac inseruire teneantur? Et quale officium debeant, ac possint intra, aut extra Ecclesiam præstare canonici coadiutores, & in quo loco sedere, & cum proprietariis coadiutis concurrere? Et an canonici, qui vocantur adiuncti habeant officium; seu iurisdictionem, exercere simul cum Episcopo? Et ad quos effectus, & respectu quorum de Ecclesia beneficiatorum? Et quis sedeat prius, aut stet? Et an officium canonicorum debeat per se adimpleri, aut valeat per substitutos? Vbi an cogi possint ad canendam epistolam, & euangelium, si alius canonicus, aut Portionarius celebret? Et quale sit officium Punctoris in choro.

SVMMARIVM.

1 *Canonici, & Dignitates tenentur accedere ad Domum Episcopi, & illum associare venientem ad Ecclesiam celebraturum, vel Diuina officia auditurum cum cappa, & illum reassociare ad Domum redeuntem, si Domus non multum distet ab Ecclesia, & de praxi distantia in Vallisolet, & Austuricenc. Ecclesiis* n. 1.3.4.5.6.14.15. *&* 10.

3 *Canonici, si Palatium Episcopi distat plus 160. passuum ab Ecclesia, ex alio designato loco, illum associabunt, & cum quace emonia aspersionis, &* n 4.

4 *Aspersorium ministratur Episcope venienti ad Ecclesiam a prima Dignitate, vel canonico Digniori.*

5 *Canonici solum in solemnioribus festiuitatibus, quibus cum cappa venit Episcopus, debent ei associare, & aspergere, non si sine cappa veniat, & in aliis Diebus.*

6 *Canonici tantum quatuor exeunt de choro post inchoatas horas, vt associent Episcopum venientem cum cappa ad Ecclesiam, vbi improbatur praxis Ecclesia Vallisoletana* n. 7. & 12.

8 *Episcopus venturus ad Ecclesiam cum cappa in Diebus festiuis, debet curare, vt assignetur certa hora, ne alias turbentur Diuina officia, &* n 9.

9 *Signo dato cum campana ad incheandum in choro, non est spectandus Episcopus vltra signum vltimum datum.*

10 *Canonici tenentur Episcopum associare, quando cappa non vtitur, si alias loci consuetudo id exposcit, cui standum est, etiam circa locum, à quo sit facienda associatio.*

11 *Canonici non tenentur associare Episcopum altari, in quo missam planam celebrauit ad sedem Episcopalem, si voluerit missa conuentuali assistere.*

13 *Canonici debent incedere, capite detecto, dum Episcopus pergit per Ecclesiam dando benedictionem.*

14 *Episcopus exiens de Ecclesia ad Domum, est associandus saltem vsque ad portam Ecclesia vel vsque ad primum atrium, seu portam Domus sua.*

15 *Canonici non debent exire de choro, vt associent Episcopum volentem ire ad Domum illico finita concione, aliter missa iam dicta, etsi initietur in choro hora sexta.*

16 *Canonici Diaconi non debent assistere Episcopo, nisi quando paratus est cum Pluuiali, & Mytra.*

17 *Canonici celebrantes nequeunt sedere coram Episcopo in sede, cum postergali, sed in aliqua scanno oblongo tappete, vel panno cooperto in latere Episcopi.*

18 *Canonici non tenentur associare Episcopum alienum nomine propry uenientem ad Celebrandum, sufficit, vt aliqui ei obuiam procedant, vsque ad portam Ecclesia.*

19 *Associandus Episcopus à canonicis, intelligitur etiam respectu Dignitatum, & Portionariorum sua cathedralis.*

20 *Festi Dies in quibus, cum Episcopus venit ad Ecclesiam associandus à canonicis est, continentur in libro ceremoniali, vt Paschatum, cana, Ascensionis, S. Petri, & S. Pauli, Assumptionis Beata Maria, omnium sanctorum &c.*

21 *Canonici non tenentur associare proprium Episcopum celebraturum extra propriam Ecclesiam*

Eccleſiam cathedralem, ſolumque aſſociari ſoles à duobus, quos ipſe elegit, qui ſedebunt cum eo, & cum Birreto &c. videtur aliter n.30.31.& 3e.

22 Canonici, qui electione Epiſcopi illum aſſociant ad aliam Eccleſiam non lucrantur diſtributiones.

23 Canonici quot ſint obligati aſſociare Dominum aliquem temporalem villa aut ciuitatis, ubi eſt cathedralis, ſiue collegialis Eccleſia, & n.24.

24 Dux Cardona, & ſegorue, ius habet contra canonicos collegiate Segou, ut tertia eorum pars illum aſſociet venientem ad Eccleſiam.

25 Aſſiſtentiam, quam ſuo Epiſcopo celebranti debent Dignitates, Canonici, & Portionarij facere metiri ex caremoniali, patet declaratum ſicut circa alia numero 26. & e7.

26 Caremonialis liber Epiſcoporum, eſt obſeruandus à cathedralibus, & ab alus Eccleſiis ſua Diœceſis, ad quod idem Epiſcopi valent compellere.

27 Aſſiſtentia Epiſcopo celebranti facienda debetur à prima, & alus Dignitatibus, ac canonicis dignioribus. Et quid in collegiatis, & Porochialibus? Et quid ſi intereſt miſſa, aut veſperis ſolemnibus n 28.

29 Aſſiſtentia Epiſcopo celebranti, ſeu miſſa, aut veſperis intereſſenti in Eccleſia exempta intra ſua Diœceſis territorium, debetur à canonicis, & n 30.

30 Canonici tenentur aſſiſtere ſuo Epiſcopo extra cathedralem, Pontificalia exercenti, dummodo remaneant alij, qui inſeruiant in cathedrali n.31.& 32.

32 Canonici poſſunt cogi ab Epiſcopo, ut ſibi miniſtrandi in aliis ciuitatis Eccleſiis, ad quas ob publicas, vel ſolemnes Epiſcopales functiones exercendas petiit.

33 Canonici, Dignitates, & Portionarij cathedralis, in tantùm proprio Epiſcopo ſolemniter celebranti, & Pontificalia exercenti, tenentur inſeruire, ut id debeant facere per ſe in veſtibus ſacris; ſic ut loco impediti, ſubſtituatur alius einſdem gradus, & ordinis, ut n.34.

35 Canonici tenentur aſſiſtere ſuffraganeo Epiſcopo, quando nomine proprij functiones Epiſcopales exerceat, ſed non eo apparatu, cum quo aſſiſtunt proprio Epiſcopo, ut n.36. & ſine paramentis, niſi ut n.37.

38 Canonici duo primi Diaconi aſſiſtere debent Epiſcopo celebranti ſolemniter, qui hic inde eleuant fimbrias pluuiales Epiſcopi progredientis, & thurificantis altare, ut n. 39. & 40.

40 Epiſcopo celebranti, ſeu miſſa interuenienti, a quibus praſtetur aſſiſtentia, ſi prabenda ſunt diſtincta, Diaconales, ac Presbyterales.

41 Canonici Diaconales non debent hinc inde aſſiſtere Epiſcopo, niſi cum accedit paratus cum Mytra, & Pluuiali.

42 Canonici aſſiſtentes Epiſcopo cum cappa, non tenentur ei ponere, & deponere Birretum, ſicut tenentur ad Mytram, & numero 43.

43 Epiſcopus non debet admittere clericos in minoribus, ſtante penuria ſacerdotum, pro aſſiſtendo alicui ex Dignitatibus cantanti veſperas in cathedrali.

44 Canonici cathedralis praferuntur pro aſſiſtendo Epiſcopo celebraturo ſolemniter in collegiata, canonicis ipſius collegiata, & n 45.

45 Canonici cathedralis, non obſtante qualibet conſuetudine, praferuntur in functionibus canonicis collegiata, etiam in aſſociandis funeribus, & propria collegiata.

46 Caremonia conſuetudine immemoriali vſitata in cathedrali contra praceptum in caremoniali obſeruanda eſt.

47 Conſuetudo, ut canonici, ſiue Dignitates miniſtrent Epiſcopo Mytram, gremiale, & turibulum, eſt obſeruanda.

48 Conſuetudo, quod Dignitates, canonici inducerentur Pluuialibus aque in proceſſionibus non ſubſiſtit hodie, cum ſit iam praſcripta differentia.

49 Canonici, & Dignitates non tenentur ad benedictionem Epiſcopi genu flectere, quando Epiſcopus benedicit, aut illum turificant, ſed tantùm caput inclinare.

50 Canonici, & Dignitates aſſiſtentes Epiſcopo celebranti, debent facere circulum ad Hymnum Angelicum, credo, & Sanctus.

51 Diaconi, & ſubdiaconi aſſiſtentes Epiſcopo ſolemniter celebranti, omnibus alus praferuntur.

52 Aſſiſtentes Epiſcopo debent incenſari poſt illum, & praferri Archidiacono, etiam pace n.53.

53 Pax prius praſtanda eſt aſſiſtentibus Epiſcopo, etſi minus dignioribus.

54 Coadiutoria in cathedralibus, Dignitatum, canonicatuum, & portionum permittuntur, & collegiatis à tempore Sixti V. à ſolo Papa propter infirmitatem, aut ſenectutem n.55.

56 Coadiutor canonici cum futura ſucceſſione, vocatur canonicus fictus, & quare contra aliquos, & n.57.

57 Coadiutores canonici prima poſſeſſione, ſeruit ad id, ut ſi ſecundam poſt mortem coadiuti non capiat ex ſolo annali, ſiue triennali cenſeatur, ut verus canonicus.

58 Coadiutor canonicat, abſente coadiuto, exercet omnes actus, functiones, & Iuriſdictionem, qua competunt coadiuto, qui debet eas facere in nouiſſimo loco poſt omnes canonicos, & n.59.

59 Coadiutor canonicus non debet gradatim aſcendere, ſed poſt omnes proprietarios ſedere, non obſtante ſtatuto in contrarium diſponente n.60.

60 Ancianitatis effectus conſequitur non à prouiſione, ſed à die capta poſſeſſionis.

91 Coadiutores Dignitatum praferuntur in ſeſſionibus chori, & capituli aliis canonicis proprietariis, & antiquioribus; habent enim idem ſtallum, ac coadiuti ſui.

62 Coadiutor canonicatus, aut Dignitatis nequit ordinari ad titulum coadiutoria, quam habet, viuente proprietario, niſi haberet aliquam penſionem ſuper coadiutum, ut n.63.

64 Coadiutores nequeunt exercere officia ad qua eorum coadiuti electi ſunt.

65 Coadiutor intra Eccleſiam, etſi titulum non habeat, habet tamen exercitium, & adminiſtra

administrationem, cui inseruire tenetur, absente coadiato, ob quod debat habere qualitates ætatis, & alias requisitas ad illam Prabendam, & n.65.

65 Coadiutor debet ordinari intra annum iuxta requisitum Prabende.

66 Coadiutor dum narrat ad obtinendam coadiutoriam, tenetur facere mentionem de obtentis beneficiis qua habet, aliàs nulla est gratia n.68.

67 Coadiutor nondum in sacris constitutus potest exercere qua sine paramentis sacris cum cappa, & cetta posset facere coadiutas, si præsens esset.

69 Coadiutor in multis gaudet effectibus veri beneficiati, & de annali, & triennali possessione n.70.

70 Coadiutor gaudet mensibus datis causa recreationis, si computentur vna cum illis, quos potest assumere eius coadiutus.

71 Coadiutor, qui actu absente coadiuto inseruiebat Ecclesia, si agrotet, lucratur distributiones quotidianas, non alias.

72 Coadiutor num possit residere in Ecclesia, excommunicato existente eius coadiuto, vel debeat exire de capitulo, in quo agitur de negotio sui coadiuti, remissiue infra à numero 84.

73 Coadiutor datus canonico non ordinato ad formam statuti requirentis certam ordinem si ipse ordinatus est, non adquirit partem fructuum, quam ipse coadiutus non ordinatus amitteret in pœnam ordinis non habiti, nec distributiones.

74 Coadiutor verius est, vt possit esse cum habitu in Ecclesia, sedens in choro in suo stallo post omnes canonicos, etsi intersit eius coadiutus, praxis solet esse contraria fundamento graui. Et quid viderit author in Ecclesia Vallisoletana, numero 75.

76 Coadiutor canonicus, etsi per plures annos resideat, non gaudet statuto iubilarienis, quod competit proprietariis residentibus tempore longo.

77 Coadiutor non sibi optat, sed suo coadiuto.

78 Coadiutor canonicus non potest esse Iudex Apostolicus delegatus, nec designari iudex synodalis.

79 Commissio facta Dignitati, non transit ad eius coadiutorem contra nonnullos.

80 Coadiutor non gaudet priuilegiis, & indultis de percipiendis fructibus in absentia, vt ratione studij, aut lectura in aliqua vniuersitate, quibus coadiutus gaudere possit.

81 Coadiutor non adquirit distributiones quotidianas, quando coadiutus est præsens, nec pro coadiuto incarcerato culpabiliter numero 82.

83 Carcerati Prabendati in Ecclesia charta ginens. Carcerati propria culpa non percipiunt fructum, ac distributiones, interim, etsi inseruiant per coadiutores.

84 Coadiutor inseruiens eius coadiuto excommunicato, nec sibi fructus, aut distributiones acquirit, nisi forte ipsi coadiutori inseruienti reseruata sit aliqua pars fructuum. aut distributionum pro congrua, vt solet n.85.

86 Coadiutor, etsi dum adipiscitur gratiam, non sit constitutus in ordine requisito, sufficit verò, vt sit in ætate competenti.

87 Coadiutor non tenetur ad pœnas iudiciales in mulctam ob pœnam coadiuti.

88 Coadiutor canonicus non tenetur ad onera aliorum canonicorum Iuniorum, & numero 89.

89 Canonicus Iunior tenetur ad onera supplenda vice Hebdomadarij absentis, vel impediti.

90 Coadiutores si ex forma litterarum releuantur à seruitio ex causis iuridicis, lucrabuntur distributiones, sicut alij.

91 Coadiutor canonici in absentia coadiuti, debet precedere, curatis plebanis, & Prioribus Parochialium.

92 Coadiutor canonicus, simul sit Parochus, potest incedere cum canonicis in processionibus sub eorum cruce; sic vt mulctetur à Parochis.

93 Coadiutor Prabenda Diaconalis, sedet prius, quam subdiaconalis.

94 Coadiutor tenetur residere, etsi eius coadiutus, qui actu residebat, infirmitate impeditus sit facere residentiam sub pœna mulcta, & puncti, secus si coadiutor tunc non inseruiret n.95.

96 Coadiutor canonicus extra Ecclesiam in absentia coadiuti, & censendus tunquam veras canonicas quoad præminentias.

97 Coadiutorum materiam qui tractent.

98 Episcopus olim absque præsentia clericorum suorum, nullius causam audiebat, alias sententia irrita erat, & n.99. & quare n. 132. & 133.

99 Capituli Iudicium erat necessarium in grauibus, in quibus procederetur ad sententiam suspensionis.

100 Episcopus etsi in pluribus casibus, aut eius vicarius solùm procedant contra subditos, tamen limitatur in subditos cathedralium suarum, si ab antiquo exempti fuissent, vt non puniantur criminaliter, nisi in casibus congestis à n.137.

101 Decanus, & capitulum cathedralis, debent in principio cuiuslibet anni eligere duos ex canonicis, & Dignitatibus, qui simul cum Episcopo determinent in causis criminalibus Prabendatorum, aliàs si omittitur pro illo anno, poterit solus Episcopus procedere, vel eius vicarius, vt numero 102. 104. & 106.

102 Adiuncti canonici per se, Episcopo nolente, aut non valente, procedere non valeant soli contra Prabendatos suos Delinquentes.

103 Episcopus nondum consecratus potest procedere cum adiunctis contra capitulares delinquentes.

105 Vicarius nominatus in sede vacante, potest simul cum adiunctis capitali procedere in Prabendatos capitulares delinquentes.

106 Adiuncti canonici, si perturbent Iurisdictionem, possunt puniri ab Episcopo, & aliis duobus nominatis adiunctis.

107 Episcopus procedens sine adiunctis in capitulares, facit vt processus fiat nulli.

108 Adiunctus vnus si solus cum Episcopo pronunciet

nunciet sententiam, alio adiuncto omisso, nihil facit.

109 *Adiuncti si discordent ab Episcopo, tertius eligitur ex forma Tridentini; quod si vnus sentiat cum Episcopo, alter non, exequitur sententia. Et quid si in electione tertij discordetur, &* n.111. *vbi iom de praxi.*

111 *Adiunctus tertius qui eligitur, discordantibus aliis, iam hodie declaratum est Hispali, & conchens. cum DD. Henrico Pimentel eius Episcopo, assumitur de eodem capitulo, &* n.112.

112 *Adiuncti duo, qui à capitulo nominantur, debent esse, vnus ex gremio canonicorum, alter ex gremio Dignitatum, non ex Portionariis, aut capellanis* n.115. & 114.

113 *Portionarij quando, vel non potiantur delinquentes adiunctorum priuilegio, &* n.115.

114 *Portionarij, qui in aliquibus Ecclesiis habent vocem in capitulo, illam non habent in electionibus.*

115 *Coadiutores canonici possunt sine adiunctis puniri ab Episcopo, nisi aliter ex formo Bulla coadiutoria videatur expressum. vt* n.116.

116 *Clausula coadiutoria*, vt coadiutor habeat omnes prærogatiuas, præeminentias, & honores coadiuti, *non extenditur ad hec, vt coadiutor potiatur de iure adiunctorum.*

117 *Adiunctorum iudicium simul cum Episcopo, aut eius vicario potest actuari coram Notario Episcopi, & interuenientibus, aliis Ministris sua Curia, &* n.118. & 123.

118 *Episcopus, vt puniat capitulares delinquentes simul cum adiunctis, non tenetur assumere fiscalem capellanum de clero, vt* n. 124. *&* 125.

119 *Episcopus, seu vicarius habent optionem eligendi locum, vt procodant cum adiunctis contra delinquentes capitulares.*

120 *Visitare capitulares, in quo loco deboat Episcopus* n.148. & 150.

121 *Adiuncti, & Episcopus in quo locos & qua praxi possint procedere contra canonicum alterius Ecclesia cathedralis sua Dioecesis, si in loco vnius resideat, in alia non, vt in Eccles. callagurrit. & Calciatens, & aliis,* n. 122. *&* 123.

123 *Adiunctorum materia. num sit in aliquo moderata per Tridentinum, etiam contra consuetudines, & concordias, &* n.124.

124 *Adiuncti non tantùm dicuntur conciliarij, sed etiam coniudices cum Episcopo, sic vt adiunctorum sit vnum votum* n.125.

126 *Notarius Episcopi certificat acta, qua cum adiunctis fiunt.*

127 *Visitans tenetur dare trasumptum, si repereris oliquod delictum correctione dignum.*

128 *Adiunctorum iurisdictio, si Episcopus nolie cognoscere cum illis, deuoluitur ad superiorem & ipsi renuant procedere.*

129 *Adiuncti possunt recusari à parte, & solo iuramento.*

130 *Appellatio in causis dependentibus coram vicario foraneo contra capitulares cum adiunctis, non ad Episcopum, sed ad superiorem deuoluitur causa. Quid resolutum in Ecclesia Burgensi* n.131. *&* 154.

132 *Adiunctorum Iurisdictio fuit introducta ante Tridentinum, & ab illo confirmata ad temperandam emulationem Prelatorum, quam habent cum capitulis.*

133 Cap.1.15.p.7.cap.si quis cum clero 22. q. 2. cap.demum de capellis Monachor.

134 *Iurisdictio Episcopi qualiter dicatur extendi, exercetur cum adiunctis, &* n.135.

135 *Adiunctorum dispositio ex Trid. procedit etiom in collegiatis, & in habentibus concordias.*

136 *Adiuncti electi à capitulo à principio causa concurrere debent cum Episcopo, dum extra visitationem procedunt.*

156 *Adiuncti, qui tempore Diuinorum officiorum concurrunt cum Episcopo ad cognoscendum de capitularibus in absentia, percipiunt distributiones.*

138 *Episcopus sine adiuncti potest procedere ad copiendom summariam informationem in criminibus incontinentia, & in atrocioribus, vbi de fuga timetur, & ad capturam vt* n.140.

139 *Fuga timor ad capturam arbitratur ab Episcopo, vel eius vicario.*

140 *Episcopus queit procedere sine adiunctis quando totum capitulum deliquit modo delictum non sit in personam eius, vel vbi ipse habet interesse, tunc facultas fit ad proximum superiorem; sin autem vnus capitularis non deliquit, simul cum Episcopo cognoscet, vt* n.141.

141 *Capitulum quando dicatur delinquere.*

143 *Episcopus, et si possit conuocare capitulum, nequit tamen quando habet in causa interesse* n.144.

144 *Episcopus habens controuersiam cum capitulo nequit illud congregare Domui sua, sed in aula capitulari.*

145 *Episcopus valet procedere sine adiunctis visitando peccata, & excessus capitularium, & qualiter puniat &* n.147.

146 *Episcopus sine adiunctis, valet rationes exigere ab officialibus ex gremio capituli, nisi velit criminaliter procedere,* n.148.

147 *Episcopus sine adiunctis potest visitare corpus Ecclesia, capitulum, reliquias, vestes capellas donationes &c.*

149 *Episcopus sine adiunctis valet procedere ad priuationem canonicorum, qui non susceperunt ordines annexos suis Prabendis.*

150 *Episcopus potest procedere ad mulctam in fructibus contra canonicos se capitulariter congregantes eo tempore quo celebrantur Diuina officia, nisi necessitas vrgeat.*

151 *Episcopus sine præsentia adiunctorum valet procedere aduersus capitulares non residentes, si tantum procedat ad pœnas, non ad priuationem.*

152 *Canonicus obtinens extra Ecclesiam beneficium, potest ratione illius puniri ab Episcopo sine adiunctis.*

153 *Capitularis, qui per accidens ex Episcopo omnino subiectus, potest ab eo puniri sine adiunctis.*

155 *Episcopus sine consensu adiunctorum, potest Iudici laico permittere, vt perquirat delinquentem in Domo capitularis, si ex vrbanitate perquirat auxilium Episcopi.*

156 *Episcopus præcedit omnibus in sua Diœcesi, cum eius Dignitas sit excelsior aliis, qui in loco, & modo standi, seu sedendi præcedit, quando Iudicat cũ adiunctis, vt* n.157. & 160.

158 *Episcopus aliquando, si non concurrit, vt talis, sed vt consiliarius, non præcedit cæteros Magistratus antiquiores, idem si stat tamquam collegialis, vt num.* 159. & 160.

160 *Episcopus inter suos canonicos semper illos præcedit, etsi stet vt canonicus intra vel extra Ecclesiam, nisi aliter se haberet, vt in priuilegio, consentione, vt n.* 161. & 162.

161 *Asturicens. Episcopus est etiam canonicus illius Ecclesiæ.*

162 *Episcopus etsi antiquior in ordine, & consecratione, sedebit post Cardinales, Patriarchas, & Archiepiscopos.*

163 *Canonici debent per se seruire in cathedralibus, & collegiatis, non per substitutum, non obstante statuto, siue consuetudine, nec alternatim vnus pro alio n.* 165. *limita vt n.*166 *vbi de portionariis, etiam vide n.*167. & 168.

164 *Canonici debent per se Episcopo celebranti assistere, non per substitutos. Et quid si impediti sunt, aut infirmi n.*165.

166 *Canonicus, qui simul habet Dignitatem, aut portionem, qualiter præstet onus cuiuslibet Prabenda. Et quid si impeditus sit per se adimplere, vt n.*167 *&* 168.

169 *Canonicus cogi non debet ad canendum epistolam, aut euangelium, cum alter canonicus missam celebrat, nisi Probenda sine distincta, vt numero* 170. *& de ratione n.*172.

171 *Portionarij non tenentur ministrare officio Diaconi, vel subdiaconi, si alij Portionarij celebreat, aut Presbyteri inferiores.*

173 *Canonici non supplent vices aliorum canonicorum, aut inferiorum, bene tamen Dignitatem.*

174 *Portionarij sunt clerici vltimi gradus.*

175 *Canonicus Administrator fabrica, tenetur Ecclesia inseruire, sicut omnes alij.*

176 *Punctores de choro sub qua obligatione sint ad punctandum.*

177 *Libri Punctorum de choro fidem planam faciunt ad mulctam, non interessentiam.*

1 AD primam quæstionis partem, adiunctis hic quæ de officio canonicorum intra Ecclesiam scripsi *supra q.3.ex a.3.* breuiter circa præsentes quæstiones percurrendum censui; igitur incumbit ex officio, & propter moram Dignitatis Episcopalis, canonicus cathedralis cum habitu canonicali accedere ad Domum Episcopi, illumque associare ad Ecclesiam celebraturum, vel Diuina officia auditurum cum cappa accedentem, & finito officio illum in redditu associare iterum, vt statuitur *in cæremoniale Episcopor. cap.* 15. & hoc etiam, si Domus non sit contigua Ecclesiæ, dummodo non multùm distet.

2 Et sic vtrumque expertus fui in Ecclesiis Asturicens. & Vallisolet. In illa enim quamuis Domus Episcopalis distat à cæmeterio ad plus sexaginta passuum; nihilominus Præbendari exeunt cum suo vestitu canonicali recepturi, & associaturi Prælatum vsque ad portam cubicularium habitationis eiusdem Prælati, scalas ascendendo Domus, quod procedit iuxta declarationes sequentes, vt in Colibriens. 6. Iulij 1602. & in alia Oscens. 16. Mai 1601. etiam si distet per spatium 60. passuum, qui habentur pro modico spatio, vt in Theatina 14. Decemb. 1602. & Thifermatens. 5. Iulij 1605. imo etsi distaret per spatium 110. passuum, vt fuit à sacra congreg. declaratum in alia Eluens 10. Ianuarij 1604. Et in tantum extenditur, vt etiam si distaret per spatium 160. passuum, vt in Tarracinens. 20. Augusti 1612. & ita in Zamor. Ecclesia procedit etiam, vt vidi, cuius Domus non parum distat à cathedrali.

Quod si Palatium Episcopi longe amplius distet, tunc debebit associari ea aliquo loco ad hoc deputato prope Ecclesiam, vel in Ecclesia ipsius atrio, aut schalis, vt in dict. Oscens. 16. Mai 1601. vt accidit Vallisoleti, vbi quia Episcopi solent habitare parum longe ab Ecclesia, & transuerso calle; ideo solùm audientes Episcopum venire, & si sint canentes in choro exeunt ab eo, præter Decanum, & officiantem, & recipiunt illum iuxta portam, quæ vocatur *de Leon* non exeuntes ad atrium ibi positum, vbi Dignitas, aut canonicus antiquior porrigit Episcopi Hysopum in manu cum aqua benedicta, & tunc ipse Prælatus aspergens primo se ipsum, etiam deinde aspergit associatuos eum vsque ad chorum. Et hæc de causa in dict. Oscens. 16. Mai 1601. credo fuisse declaratum, quia, vt in eo loco vidi, Domus Episcopalis distat plus centum passuum à cathedrali, Barbosa *in tract. de canonicis cap.* 3. *a. ex n.* 1. *& in collect. decis.* 99. *ex a.* 1. *& in Ballario verbo canonici associantes*, vbi quod ad associandum tenentur, non ea vrbanitate, sed ea debito, vt refert ex dictis declarationibus Sellius *in selectis canon. cap.* 3. *n.* 112. 3

Et quod asperforium cum aqua benedicta Episcopo accedenti ad Ecclesiam debeat ministrari à prima Dignitate, vel digniori canonico, censuit, ac declarauit sacra congregatio in Salmant. 16. Iullij 1605. & Sarzanen. 22. Martij 1612. & sic accedenti Episcopo ad Ecclesiam collegiatam porrigendum esse à prima Dignitate, vel primo canonico cathedralis, quatenus ibi adsit, vt in camarins. 15 Martij 1618. *in respons. ad secund dub.* 4

Cæterum non pro semper ad hæc tenebuntur canonici, nisi tantum in solemnioribus festiuitatibus, quibus cum cappa ad celebrandum solemniter, seu vt Diuinis assistat accedere voluerit, vt sacra congreg. declarauit in vna Perusina 20. Nouemb. 1601. & in alia Placentina prouinciæ compostellanæ 4. Iulij 1615. in 1. dubio, non sic in cæteris diebus, quibus Episcopus priuate sine cappa, vel ex alia causa ad Ecclesiam accedere voluerit, nisi si ea vrbanitate id velint canonici exequi, satisque erit si aliqui ex Dignitatibus ibi adsint, & canonici ad ostium Ecclesiæ occurrant, quorum Dignior asperforium cum aqua benedicta ministrare debebit modo dicto, comitando illum similiter abeuntem vsque ad ostium vt in dict. congreg. sacra Perusina 10. Decemb. 1601. & in alia Brundusina 2. Martij 1601. & alia Ascnlana 16. Decemb. 1606. & in alia Ripana 24. Octob. 1604. & 30. Ianuarij 16 0. & in alia Sarzanen. 22. Martij 1618. ac in alia Tatuisana 19. Ianuarij 1619. & in alia Liman. Indiis 26. Mai 1621. & in alia Lunen Saraanen. 3. Mai 1633. vbi expresse etiam dicitur, quod omnes in Ecclesia, & choro præsentes teneantur obuiam ire, & excipere Episcopum venientem ad Ecclesiam, dum non recitantur horæ. 5

Quare

6 Quare si post inchoatum officium Episcopus ad Ecclesiam descendat, tunc satis erit, si quatuor, vel quinque canonici, vel de capitulo, ei obuiam eant & maior pars canonicorum choro remaneat, patet declaratum in dict. Placent. *in 1. dubio* & in dict. Lunens. Sarzenan. 1633. vbi facta congregatio Rit. censuit, *quod Episcopo venientis ad Ecclesiam, dum in choro à canonicis recitantur horæ canonicæ, saltem duo ex canonicis teneantur à choro discedere, & obuiam ire porrigentes asper-*
7 *sorium.* † & hac de causa semper mihi visum fuit non rectè procedere canonicos Vallisoletanos, vt modo dixi exeuntes à choro canentes horas, vt obuiam eant Episcopo: nam & satisfacerent, si idem facerent cum illo, ac faciunt cum Præside, & Auditoribus illius cancellariæ, quibus obuiam eunt ad telarum Portam quinque canonici, & vna ex dignitatibus, quæ illos aspergit, ac omnes illi comitantur, vsque ad capellam maiorem, vbi sedent Præses, & Auditores.

8 Itaque rectè cantum debet esse, ne Diuina officia turbentur, vt Episcopus assignet certam horam sui aduentus tempore congruo, vt dicitur declaratum in dict. Elboracens. & Oscens. 16. Mai 1601. & in dict. Placent compostel. 4. Iullij 1613. in primo dubio, vbi additur, qualiter sit practicandum, nempe, vt si fuerit intimata certa hora officij, ac dato signo, nec veniente Episcopo, possit officium inchoari.

9 Et in tantum procedere quod si sonus campanæ sit qui intimet certam inchoandi horam, quæ sit prius consultanda, & stabilienda cum Episcopo, tunc dato signo, non esse diutius immorandum, vltra signum vltimum datum, imo posse canonicos post signum datum, etiam non spectato Episcopo, officium inchoare, vt habetur *ibidem in 5. dubio*, & in dict. salmant. 16. Iunii 1605.

10 Notandum verò est, quod tenentur canonici Episcopum associare, & reducere, etiam si cappa non vtatur, quando pro loci, aut prouinciæ consuetudine, aut alias cappa vti non solet, aut eius loco alium habitum ferre soleat, facta congregat. Rituum in Elboracens. 8. Mai 1660. & sic si ex consuetudine soleant etiam associare Episcopum à cubiculo, seu à camera deputata, quoties cum cappa accedit ad Ecclesiam, vt celebret, & Diuinis officiis assistat, etiam in Dominicis Diebus, & aliis festiuitatibus per annum talem consuetudinem obseruandum fore, habetur declaratum à sacra congregatione Rit. in Ripana 30. Ianuarij 1610. vt refert Sellius *in selectis canonicis dicto cap. 4. n. 124.*

11 Sed quod non tenentur associare Episcopum ab eo altari, in quo missam planam celebrauit ad sedem Episcopalem, si voluerit missæ conuentuali assistere, patet declaratum ex sacra congreg. Rituum in Tifernaten V. Iullij 1603. qui nec tenebuntur illum associare, venientem ad cameram capitularem, vt ex ca dicta sacra congregat. in Salmantina 16. Iullij 1605. patet, Barbosa *de canonicis cap. 32. n. 20. vers. canonici omnes in collect. decij. 99. num. 11. & 13. & in Bullario, dict. verbo*, Sellius *in selectis canonic. dict. cap. 3. n. 128.*

12 Quod si Episcopus veniat ad Ecclesiam cum cappa ad celebrandum, vel assistendum Diuinis officiis, eo tempore, quod post decantatum euangelium concio inchoatur, tunc procedunt canonici, sicut dictum est *hic in vers. quare*, quia sic sic fuit declaratum in dict. Placent. *ibi relata in 2. dubio*, Barbosa *de canon, dict. cap. 32. n. 18. & in d. collect. decis. 99 sub n. 10. & in dict. Bullario vbi supra.*

13 Notandum est secundo, quod dicti canonici associantes Episcopum incedentem per Ecclesiam, dando benedictionem, debent incedere, capite detecto, vt censuit sacra congregatio in Lunen Serzanen. 3. Martij 1633. vbi etiam fuit decisum canonicos incedentes in processionibus Palmarum, & candelarum, qui his Prælatus cum Mytra interuenit, debere in Ecclesia incedere, capite detecto, sed extra Ecclesiam cum Birreto, Barbosa *de canonicis dict. cap. 32 d n. 20. in fine, & in collect. decis. 92. canonici in Ecclesia n. fin.*

14 Episcopum tamen redeuntem de Ecclesia ad propriam Domum reassociare tenentur illum, saltem vsque ad portam Ecclesiæ, circa quod seruandum esse cæremoniale censeo, vel extra *in lib. 1. cap. 1. in fine*, vt declarauit sacra Rituum congreg. in Cremens. sub die 18. septemb. 1600. vel vsque ad primum atrium, seu portam Domus Episcopi, quando Domus contingua est Ecclesiæ, vt declaratum est in dictis Salmantin. & Placatin. *in respons. ad 6. dub* Barbosa *d. cto cap. 32. n. 19. & in d. collect. 99. sub n. 3.*

15 Verùm si finita concione velit Episcopus Domum redire, tunc non debebunt canonici deferre missam, sed tantum tres, vel quatuor Episcopum vsque ad portam comitabuntur, qui statim redeant, vt *in 3. dubio dict. Placent.* declarat. At si post finitam missam velit discedere, nec spectare quod hora sexta recitatur quæ de consuetudine Ecclesiæ immediatè finita missa cantari solet, tunc quidem canonici omnes saltem vsque ad portam Ecclesiæ comitabuntur Episcopum, vt fuit decisum *in 4. dubio dictæ sacr. congreg. Placent. declarat.* idem Barbosa *dicto cap. 32 de canonic. n. 18. in fine*, quæ proxime dicta intelligit *sub fine dict. num* 19. quando Episcopus cappa venit ad Ecclesiam, vt celebret solemniter, vel vt Diuinis officiis assistat. Verùm si priuatè, vel ex alia causa sine cappa Episcopus accedat ad Ecclesiam, aut venire velit, siue exire, tunc canonicos non teneri, nisi ex vrbanitate hæc obsequia præstare, vt fuit resolutum in dict. Placent. in fin.

16 Hæc etiam canonici Diaconi debent hinc inde assistere Episcopo, dum accedit ad Ecclesiam, nisi quando est paratus cum Pluuiali, & Mytra, vt declarauit sacra congreg. Rit. in Esina 30. Augu-
17 sti 1601. † Imo nec canonici celebrantes possunt sedere coram Episcopo in sede, cum postergali, sed in aliquo scanno oblongo tapete, vel panno cooperto in latere Episcopi iuxta cæremoniale, vbi illud receptum est sacra congregat. Rit. in Turritanens 19. Mai 1614. de qua *Aldan. in compendio canon. resol. lib. 3. tit. 11. n. 9.* Barbosa *in dict. collect decis. 91. n. 14.*

18 Sed si dubitetur, an Episcopo suffraganeo venienti ad celebrandum solemniter nomine proprij Episcopi teneantur canonici ad associandum occurrere modo *supra* dicto visitando cum proprio Episcopo? Respondetur, vt non teneantur obuiam ire vsque ad cubiculum, sicut tenentur ire obuiam proprio Episcopo: nam sufficiet, vt suffraganeo aliqui canonici obuiam procedant, vsque ad portam Ecclesiæ, vt refert decisum Barbosa *de canonicis dicto cap. 32. n. 13.* ex sacra congreg Rituum in Brachercens. 1. septemb. 1907. & *in d. collect. decis. 99. n. 12.*

19 **Notandum est tertio, vt dicta huc vsque de
obligatione, quam præstant canonici in associando
proprium Episcopum, eo modo intelligatur vna**
cum Dignitatibus, & Portionatiis ipsius cathe-
dralis, quia omnes eodem modo tenentur, & si li-
ber cæremon. tantùm canonicos exprimat: ita pa-
tet decisum ex sacra congreg. in Perusina 21. Au-
gusti 1601. & expressius ex sacra congreg. concil.
in vna Abulens quæ censuit *Dignitates, & Por-
tionarios aque, ac canonicos debere Episcopum
associare*, vt collectione callemart. in concilium
Trid. *sess. 24. cap. 12. de reformat. n.* 44. vers. *illu-
strissimi* refert Barbosa *de canonic. dicto cap.* 32.
sub n. 6. Videndus *ibi n.* 12. *in fine*.

20 Et si iterum dubites quæ dicantur festa solemnia
quibus Episcopus potest incedere ad Ecclesiam
cum cappa, seu Pluuiali, refert cæremoniale *d. lib.*
2. *cap. &* 34. ad quod recurrendum esse in hac
parte censuit sacra congregatio Rit in vna lama-
cens 17. Martij 1607. festosque dies solemnes ad
effectum, de quo hic agitur esse omnes illos qui
referuntur *in cap.* 1. *&* 25. *eiusdem caremon.* ex qui-
bus statuitur Episcopum posse ad libitum, vel ce-
lebrare, vel Diuinis officiis assistere, vt dicit sacra
congragatio in vna Tarrscinens. 18. Martij 1623.
ita refert idem Barbosa *dict. cap.* 32. *de canon. n.*
10. *&* 11. *& dict. collect. decis.* 99 *n.* 5. *&* 6. *& in
Bullario* adducens *ibi* ad litteram Rituum nouis-
simas declarat sub die 20. Decemb. 1632. in hæ-
rendo alteri 17. Nouemb. 1607. in sequentibus
verbis *festiuitates solemnes per annum esse festum
Resurrectionis D. N. Iesu Christi feriam* 5. *in ca-
na Domini festum Acensionis D. N. festum Pen-
tecostes, festum sanctorum Apostolorum Patri, &
Pauli, festum Asumptionis B Maria, festum Om-
nium sanctorum, festum natiuitatis, & festum
Epiphania*, & addit idem Barbosa *dict. cap.* 32. *n.*
21. *in fine*, quod in prædictis festiuitatibus, tenen-
tur canonici Episcopum associare, & reducere,
etiam si cappa non vtatur, quando pro loci, & pro-
uinciæ consuetudine, aut alias cappa vti non so-
let, aut eius loco alium habitum ferre consueuerit,
vt in dict. Eluarens. 8. Martij 1600. de quia iam *su-
pra* cum eodem Barbosa *in d. collect. decis.* 99. *n.* 7.
& 8. & quid de associatione in aliis Dominicis,
ac festiuis Diebus &c.

21 Dicta procedunt quando Episcopus venit ad
propriam Ecclesiam Cathedralem tamen si ad
aliam ciuitatis Ecclesiam velit ire, non illa proce-
dunt; quia tunc solum duo canonici, quos Epi-
scopus eligit, ac nominat pergunt cum eo, & sine
habitu canonicali, quo alias incedunt intra pro-
priam Ecclesiam, sed in alio tantum clericali, quo
solent incedere per ciuitatem, & loco Galeri, se-
dendo cum Berreto intra Ecclesiam, in qua assi-
stere elegit Episcopus: idem Barbos. *dict. collect.
decis.* 99. *in fin.* Vbi refert declaratum ex Sacra
Congreg. Rit. in Patauina 4. Iulij 1626. vt non
collegialiter Dignitates, & canonici illum asso-
ciantes debeant antetre, non autem sequi; idem
22 etiam repetit, † *tract. de canonic. c.* 55. *sub num.* 7.
Et ibi & *in dict. decis. n.* 24. refert declaratum ex
Sacra Congr. Concilij testibus Piasetio, *in praxi
Episcop. p.* 2. *c.* 4. *n.* 8. *pag.* 124. Armend. *ad Recop.
leg Nauarra lib.* 1. *tit.* 23. *de resid. canonic. n.* 61.
quos etiam refert *de potestate Episcopi p.* 3. *alleg.*
51. *n.* 141. vt tales Præbendati sic associantes non
fiant participes distributionum quotidianarum,
vt etiam docent Aloysius Riccius *in praxi re-
rum fori Eccles. res.* 385. *n.* 3. Gonzalez *in reg.* 8.
Cancelaria, §. 7. *proem. n.* 18. Monetta *de distribut.
p.* 2. *q.* 8. *n.* 14. *prope finem*.

Pro complemento huius primi dubij de canoni- 23
cis associaturis dubitari potest, num sicut tenentur
associare proprium Prælatum venientem ad Eccle-
siam, sic & Dominum ciuitatis, vbi adest Ecclesia
cathedralis, vt potest contingere inter nos Hispa-
nos cum Marchione *de Astorga*, Duce *de Alba*,
vt Domino, ac Marchione *de Coria*, & forte aliis,
& in collegiatis Lermæ, Ampudiæ, respectu Ducis
Lermæ, & Olsunæ respectu illius Ducis, Meptinæ
cœli respectu sui Ducis, comitis stabilis, & alio-
rum similium? Quo in dubio existimo attenden-
dam esse consuetudinem Ecclesiarum, & possessio-
nem quam habent Domini acquisitam, quæ tamen
non debeat extendi ad omnes canonicos, & Dig-
nitates, ac Portionarios associaturos illum, vt con-
tingit cum proprio Episcopo. † Sed tantum iuxta 24
declaratum in sacra Rituum congreg. 16. Februa-
rii 1630 inter capitulum Ecclesiæ cathedralis Se-
gorbicen, & Ducem illius ciuitatis, & eadem post
magnam litem, vt decretum fuit, referente Emi-
nentissimo Cardinali Sabelo, & Barbosa *de cano-
nicis d. c.* 32. *n. fin. quod prædicto Duci addictam
Ecclesiam accedenti obuiam ire vsque ad Balbas
dicta cathedralis cum habitu canonicali tertia
pars canonicorum, tum existentium in dicto Ec-
clesia choro sacristia, ac toto ambitu dicta cathe-
dralis; dummodo non sint pauciores duobus cano-
nicis, inter quos sic, & esse debeat semper vna ex
Dignitatibus, eumdemque Ducem associare ad se-
dem pro eo preparatam atque in discessu re asso-
ciare ad dictas valuas Ecclesia. Et insuper quod
idem Dux prius quam canonici, & Dignitates tu-
rificetur tribus ictibus per Diaconum in missa, in
vesperis vero per primum Presbyterum assisten-
tem, seu alias per eundem à quo turificatur Epis-
copus & hoc tam præsente, quam absente Episcopo,
eidemque Duci osculum pacis eodemmet modo an-
te canonicos, & Dignitates per subdiaconum
trāsmittatur &c.* Alia tradit videnda, ac declarata
idem Barbosa *d. c.* 32. *de canonicis n.* 21. 22. *&* 25.
cum Episcop. Portugalen, quæ declaratio cum
Duce cardonæ, exemplo non debet esse ad relatos,
& alios Dominos castellæ, & legion, nisi inter il-
los, & Ecclesias canonicales, etiam esset declara-
tum, visitstumve.

Ad secundam quæstionis partem, an canonici, 25
Dignitates, & Assisti Episcopo celebranti, & alia
Episcopalis exercenti assistere, ac inseruire tenean-
tur? Et præsupposito, quod sit obseruandum cære-
moniale Romanum circa assistentiam faciendam
Episcopo à Dignitatibus, & canonicis, vt monuit
sacra congreg. Rituum in vna visen. 31. Iunii
1605. pro vt circa alia seruari debere censuit etiam
in vna Alexand. XV. Martij 1608. & in Mexic.
4. Aprilis 1620. † prout etiam dispositionem cæ- 26
remonialis Episcoporum tenetur Episcopus om-
nino obseruari facere in Cathedralibus, & in aliis
Ecclesiis suæ Diœcesis, vt declaratum fuit in alia
Sacr. Congreg. Rit. in Angren. 25. Decembr.
1632. & supposito etiam quod illo celebranti,
aut alia Episcopalia exercenti, debent assistere
& inseruire canonici, vt statuit, *Conc. Trid. sess.* 24.
de reform. c. 12. vers. *& Episcopo celebranti*, vbi
Doctores.

**Ideo dicendum est, quod dum Episcopus cele- 27
brat (solemniter scilicet) tenentur ei assistere
Decanus, seu prima dignitas, & duæ aliæ digni-
tates, vel canonici præter Diaconum, & subdia-**
conum

conum Ministros, qui cantant euangelium, & epistolam, vt censuit Sacra Congreg. Rituum in vna Iacen. de anno 1609. quia assistere Episcopo debent Digniores, & honoratiores, vt decisum fuit in alia calagurit. 1. Iunij 1601. & sic à prima Dignitate, vel à primo canonico in ordine presbyterali constituto assistentiam cum Pluuiali Episcopo celebranti faciendam esse per illos patet ex alia in Vercellen. VII. Augusti 1610. & in alia. Reatina. 10. Ianuarij 1609. & respectu Dignitatis primæ, sic etiam procedere, vt intelligatur præsens in choro, tam in Ecclesia cathedrali, quam in alia Ecclesia, vt declaratum extat in alia Sacra congreg. Rit. Camerinan. 15. Martij 1608.

28 Et sic etiam incumbere Dignitatibus, & canonicis cathedralis, si ad sunt, vt assistant Episcopo Pontificaliter celebranti, etiam in Ecclesia collegiata, vel Parochiali, non autem ad canonicos collegiatæ, vel Præsbyteros Parochialis, etiam si alioquin sufficiens sit numerus Præsbyterorum, patet decis. à Sacra Rit. Congreg. *in dict. calaguritana* 1. *Iulij* 1601. & in Bononien. 20. Aprilis 1601. & in Brundissin. 15. Iulij 1617.

29 Et absque dubio etiam procedere dicendum est, quando Episcopus celebrat, ant missæ, seu vesperis solemnibus quacumque ex causa interest in Ecclesiis exemptis, & sedi Apostolicæ subiectis immediate intra finem suæ Diœcesis existentibus; quia potest ibi sibi assumere suos canonicos, & ibi habere cum eis circulum ad gloriam, ad ipsumque pertinere confessionem facere cum sacerdote, in censum imponere, & benedicere, ac benedictionem post vesperas, & post missam dare: ita alia addens Barbosa *de Canonicis cap.* 33. *n.* 11.

30 Et in super tenentur canonici assistere, quando ordinationem celebrat extra propriam Ecclesiam, dummodo numerus canonicorum, & ministrorum sufficiens in Ecclesia remaneat, Sacra Congreg. Rit. in vna Elboren. Iunij 1612. quia Episcopo exercenti Pontificalia; seu Pontificaliter concionanti, etiam extra Cathedralem Ecclesiam in ciuitate scilicet, tenentur assistere, & in seruire, qui solent assistere, & inseruire exercenti Pontificalia in Cathedrali, vt teserunt decisum Galet in Marguarita casuum conscientiæ, in verbo *canonicus*. penult. Scipio de Rubeis *in aphorism. Episcop.* verbo *assistentia n.* 2. Machado cum Barbosa *in suo perfecto confes. lib.* 4. *p.* 4. *cap.* 2. *do-*
31 *cum.* 3. *n.* 4.† latè Stephan. Gralian. *discept. forens. tom.* 4. *cap.* 467. *à n.* 55. intelligens quando Episcopus faciat actum necessarium exequendo officium suum Pontificale, vocatus oempe ab exemptis, & facit vna Sacra Rit. Congreg. declarario sub die 2. Augusti 1631. responsum præbentis capitulo cathedral. Isernen. contra Episcopum solitum solos Presbyteros simplices neglectis canonicis adducere, ad se Pontificalia exercentem extra cathedralem in verbia sequentibus: *non conuenire, sed canonicos cathedralis in casu proposito inseruire debere etiam extra cathedralem, & non alios inferiores*, quod celebret Pontificalia extra cioitatem, non procedere docent relati, & Barbosa *dicto c.* 54. *n.* 8. 9. *&* 10.

32 Quare dicendum est, vt non solum canonici teneantur; imo & cogi possint ab Episcopo, vt sibi ministrent, & inseruiant, non modo in cathedrali, verum etiam in quibuscumque ciuitatis Ecclesiis, ad quas ad publicas, vel solemnes Episcopales functiones exercendas Episcopum ire contigerit, vt declarauit Sacra Congreg. Rituum in Salmant. 10. Ianuarij 1604. & in Typharnaten. 5. Iulij 1603. in dict. Elboren. 7. Iulij 1612. & in alia Granaten. 9. Mai 1606. quarum meminere Machado, *dicto lib.* 4. *cap.* 4. *tract.* 2. *docum.* 3. Barbosa *in collect. decis.* 100. *n.* 2. *& in Bullario* verf. *canonici assistentes* 5. *n.* 2. dicentes procedere, dummodo in cathedrali numerus sufficiens, & ministrorum remaneat, & officium, ac seruitium chori non deseratur, adducentes etiam aliam declarationem Sacræ Congreg. Rituum in Lamacen. 17. Martij 1607. & in dict. Elboracen.

Et in tantum teneantur dignitates, Portionarij, & canonici assistere Episcopo solemniter celebranti, vel ordinationem facienti, & cætera Pontificalia exercenti, vt teneantur per seipsos inseruire dicto Episcopo in vestibus sacris, vt habetur decisum in Sacra Congreg. Rituum Abulen. 20. Decemb. 1601. & 18. Martij 1602. quas referunt Sellius, *in selectis canonic. dict. c.* 3. *n.* 116. Barbosa *dict. collect. decis.* 100. *n.* 1. *& in Bullar. n.* 2. dicto verbo † addentes quod si aliquis sit impeditus, sit tunc deputandus respectiue alius eiusdem ordinis, & gradus; non tamen inferioris. 33 34

Imo idem Barbosa *dicta decis.* 100. *ex n.* 10. *& in Bullario dicto* verb. *eodem num.* 10. Sellius *dict. cap.* 3. *n.* 134. *&* 135 Machado *dicto lib.* 4. *p.* 4. *tract.* 2. *docum* 3. *n.* 4. addant, vt canonici teneantur assistere suffraganeo Episcopo, quando nomine proprij Episcopi functiones Episcopales exercet ex Sacra Congreg. Rit. in Bracharen. 21. Februarij 1604. & quod eadem obsequia præstanda sine Episcopo delegato, quæ præstari debent deleganti, referentes decisum ex Sacra Coogreg. Rit. in dict. Bracharen. 20. Martij 1604. repetit idem Barbosa, *de canon. dicto cap.* 34. *n.* 18. *vbi n.* 19. *in dicto Bullar. & collect.* 30. *n.* 12. † addit, vt non debeat habere assistentiam duorum canonicorum, vltra Diaconum, & subdiaconum, qui sunt cantaturi euangelium, & epistolam, sicut habetet proprius Episcopus, vt in eadem Bracharen. 1. Septemb. 1607. respondens aliæ declarationi Terraconen. 7. Iulij 1612. habenti canonicos duos, non autem Dignitates præter Diaconum, & subdiaconum, assistere debere Episcopo suffraganeo solemniter celebranti; qoia de hoc erat, vbi antiqua consuetudo. 35 36

At quando Episcopus suffraganeus solemniter celebrat, tunc canonici, & dignitates, non debent assistere parati, sed in habitu ordinario sicut, & quando facit ordinationes, consecrationes, & alias similes functiones pro ordinario; solum enim debebunt accipere patementa illi, qui fuerint necessarij in ministerio, Sellius, *in dict. c.* 3. *num.* 136. Barbosa, *in dict. collect.* 100. *decis. num.* 13. *in Bullario in dicto* verbo verf. *canonici & dignitates omnes*. 37

Canonici duo Diaconi, cum Præbendæ sunt distinctæ debent assistere hinc inde Episcopo, quando solemniter celebrat, vt cauetur, *dict. lib.* 1. *caeremon. cap.* 8. *ex Sacra Congreg.* penes Sellium, *dicto cap.* 3. *n.* 129. Placent. Ait. 19. Maij 1607 in responsi ad secundum dubium Barbos. *dict. collect. num.* 5. *& in Bullario* supra verbo *canonici duo primi*.† Addentes quod canonici duo Diacoi assistentes, & non Presbyter debent eleuare fimbrias pluuiales hinc inde, dum Episcopus progreditur, & thurificat altare ex dict. Placent. *in* 7. *dubio*. Et quoc debent dicti duo canonici assisten- 38 39

 tes

tes eligi ex numero Diaconorum, quando Præbendæ sunt distinctæ, refert declaratum idem Barbosa, *de Canonicis dicto cap. 34. num. 7.* ex Sacra Congreg Rituum in Nolona 13. Maij 1603. & insuper, vt conueniat dictorum canonicorum assistentia Episcopo semper, siue celebret, siue Diuinis officiis assistet, refert idem *dicto cap. 34. n. 6.* ex declarat. Grannaten. 10. Mai 1608. maxime quando est paratus, vt in Leonen. 28. Augusti 1601. intelligens hoc tantummodo de Episcopo ordinario, vt in alia Cæsar Augustina 9. Mai 1606.

40 Vnde si dubitaretur, an Episcopo interueniente missæ, & vesperis, assistere debeant pro Presbytero assistente vna ex Dignitatibus; an vero canonicus primus post Dignitates? Respondebitur ex verb. Sacr. Rituum Congreg. ad petitionem Monopolitanæ Ecclesiæ 15. Decemb. 1631. in verbis sequentibus, *aut Præbendæ sunt distinctæ in Presbyterales, & Diaconales, & tunc Episcopo solemniter celebranti assistere debere pro Presbytero assistente Digniorem de capitulo quocumque nomine nuncupetur; dummodo sit in sacerdotio constitutus, Episcopo vero non celebranti*, sed Diuinis tantum præsenti pro Præsbytero assistente inseruire debere digniorem canonicum post Dignitates; aut Præbendæ non sunt distinctæ in Præsbyterales, & Diaconales, & tunc Episcopo, siue solemniter celebret, siue Diuinis tantum præsens sit pro Præsbytero assistente inseruire debere Digniorem de capitulo iuxta dispositionem cæremonialis *lib. 1. cap. 7. & 8.* refert Barbosa *dicto*

41 *cap. 34. sub n. 5.* † Notandum vero est, quod canonici Diaconi non debent hinc inde assistere Episcopo, dum is accedit, nisi quando est paratus cum Mytra, & pluuiali, vt iam diai, & patet ex Sacra Congreg Rituum in Æsina 3. Augusti 1601. de qua Sellius *dicto cap. 3. n. 133.* Barbosa *in dicta decis. 100. n. 9. in Bullario* supr. verb. *canonici Diaconi.* dicentes quod dicti canonici debent assistere Episcopo, quando facit ordinationem, tam si facit cum missa solemni, quam si faciat cum missa priuata ex Sacra Congreg. Rituum *in dict. Placent.* 19. Mai 1607. in 2. dubio.

42 Secundo quod canonici qui assistunt Episcopo cum cappa non tenentur ei ponere, & deponere Birretum, sicut tenentur ei ponere, & deponere Mytram: ita Sacra Rit. Congregatio in Baonen. 21. Augusti 1604. idem Barbosa *in dicto Bullario* verbo *canonici, qui assistunt Episcopo, & in dict. collect.* 100. *n.* 8. *& in dict. tract. de canonicis cap. 33. n. 17. & in dicta decis.* 100. *n.* 17. *& in dicto Bullario in penult.* addit ea sacra congregat. Rituum in Isernien. 21. Augusti 1631. quod canonici, & Dignitates assistente Episcopo non tenentur illi caput tegere, & detegere, quando assistit Diuinis cum cappa & Birreto.

43 Ea his, & aliis, quæ hic innecti valent congesta à Barbosa *in dicto cap. 33. de canon. in dicta decis.* 100. *& in collect.* 47. verbo *assistere, & in dict. Bullario in dicto* verb. & in verbo *canonici assistentes Episcopo*, patet, vt non conueniat, quod Episcopus in vesperis decantandis per aliquam ex dignitatibus cathedralis, stante penuria sacerdotum, admittat pro assistentibus cum pluuialibus clericos in minoribus constitutos, etiam in solemnioribus festiuitatibus, vt habetur decisum in sacra Congreg. Rituum in casertan. 18. Septemb. 1631. Barbosa *de canonicis dict. cap. 33. sub dicto n. 7.*

Et confirmatur, quia si Episcopus solemniter 44
celebrat in collegiata, tunc canonici cathedralis, debent ei assistere, sic vt præferantur in eo munere canonicis ipsius collegiatæ, vt patet ex sacra Congreg. Bononien. 20. Aprilis 1602. & 10. Mai. 1608. & in Brundusina 13. Iullij 1617. vt referunt Sellius *in selectis canon. dicto cap. 3. n.* 128. Barbosa *in dicta collect.* 100. *n. 4. in Bullario supra* † 45
Nam canonici cathedralis in omnibus functionibus præferend sunt canonicis collegiatæ, non obstante consuetudine in contrarium, sacra Congreg. Rit. in Tuscan. 19. Augusti 1619. & in processionibus, & funeralibus sacra congreg. Rituum in Ripana 30. Iullij 1616. qui & præcedent canonicis collegiatæ etiam in associandis funeribus defunctorum propriæ ipsius collegiatæ Parrochiæ, sacra Rit. congreg. in Prænestinas cauerum 1618. & in omnibus actibus, & functionibus, etiam in propria collegiata exercendis, sacra congreg Rit. in fundan. 20. Octob. 1597. Barbosa *in Bullario*, verb. *canonici cathedralis* ea *n. 1. ad 4. & in collect. decis.* 90. *&* 91. & alibi.

Iam ergo aliis omissis, quæ ea dictis possunt 46
inferri, dico quod etsi cæremoniale Romanum sit obseruandum circa assistentiam per canonicos, Dignitates, & Portionarios Episcopo faciendum, vt dictum est: tamen si adsit aliqua laudabilis consuetudo immutans aliquod si immemorialis est, debebit obseruari, vt contingit in Salmant. 16. Iullij 1605. quia cæremoniale non tollit immemoriales consuetudines, sed abusus, vt in salmantina 10. Ianuarij 1604. Mantuana 19. Iunij, eiusdem anni, Brundusina 7. Semptemb. 1611. Tornacen. 28. Ianuarij 1612. foribilien 4. Aprilis 1915. Hidumtrina 30. Ianuarij 1616. sic Barbosa *dicto cap. 33. de canonicis, & Dignit. n.* 24. asserens hoc procedere in omnibus Regnis, & locis totius christianitatis, vt fuit dictum in alia Elbotens. 9. Iunij 1606.

Et sic econtra erit seruanda consuetudo, vt 47
Dignitates, & canonici, Mytram gremiale, & Thuribulum, ac similia ministrent Episcopo ex sacra congreg. Rituum in Lamacem. 5. Iullij 1603. vbi etiam fuit resolutum seruari debere consuetudinem, vt Dignitas, seu canonicus gestet Baculum Pastorale ante Episcopum in quibusdam Diebus festiuis.

Et quia abusus soleret esse, quod Episcopo so- 48
lemniter celebranti, ac in processionibus, tam omnea quidem Dignitates, quam canonici, Presbyteri, Diaconi, & subdiaconi induerentur pluuialibus: tamen vt esset cum differentia, sicut hodierna praxis cathedralium demonstrat recte sacr. Congreg: Rituum in Napolit. 25. Martij 1602. & in Placentina 19. Mai 1607. declaratum fuit, vt Dignitates pluuialibus, canonici, Presbyteri planetis, Diaconi, & subdiaconi Dalmaticis, & Tunicellis vti deberent refert Barbosa *de canonicis dict. cap. 33. num. 28.*

Sed pro complemento notandum est etiam, 49
quod canonici, & Dignitates non tenentur ad benedictionem Episcopi genu flectere, sed tantum caput inclinare, nec debeant genuflectere, quando Episcopum celebrantem turificant, sacr. Congreg. in Oscen. 4 Mai 1613. nec assistentes, vel aliquo modo Episcopo celebranti inseruientes, tenebuntur genuflectere: sacr. Congreg. Rituum in Monopolit. 15. Decemb. 1632. Barbosa *de canonicis dicto c. 33. n. 29. & 30. in Bullario d.* verb. *canonicis assistentes* n. fin.

Item

50 Item etiã notandum eſt ex declarat. Rit. Congreg. in vna Maceraten. 28. Septemb. 1630. quod in miſſa ſolemni ante Epiſcopum ad *Hymnum Angelicum credo, ſanctus &c.* Dignitates, & canonici tantum, & non alij, etiam vicarius generalis, debent facere circulum, & ex alia Sacra Congreg. Rituum in caſſanen. 5. Martij 1633. quas refert Barboſa *de canonic. dicto cap. 33. n. 25.* quod canonici ad chorum obligati ſemper intereſſenti cum cappa miſſis decantandis, tenetur facere circulum iuxta diſpoſitionem cæremonialis Epiſcoporum.

51 Et quod Epiſcopo aſſiſtentes Diaconi, & ſubdiaconi, omnibus alijs præferuntur Sellius *in ſelectis canon. cap. 58. n. 3.* adducens Sacr. Congreg.
52 Rit. in Caputaquen. 18. Mai 1605. qui *n.* 5. † ex alia Patauina 25. Martij 1605. dicit, quod aſſiſtentes Epiſcopo debent incenſari poſt Epiſcopum ante Magiſtratum, etiam ſi ſit de maioribus; & quod aſſiſtens, ſiue Dignitas, ſiue Presbyter; licet non ſit prima Dignitas, turificandus ſit ante Archidiaconum Tunicella paratum loco Diaconi aſſiſtentis; licet Archidiaconus ſit prima Dignitas, dicit Alden. *in compend. canonic. reſol. lib. 2. tit. 22. n. 5.* citans aliam ſacræ Congreg. Rituum deciſio-
53 nem. † Quare bene idem Sellius *dicto cap. 28. n. 6.* ex ſacra Congreg Rit. in crem. 28. Septemb. 1602. & in Hulana 23. Mai 1601. & in Brachaten. 19. Iunij dixit aſſiſtentes minus dignos ratione aſſiſtentiæ Thurificari, & accipare pacem ante Dignitates: alia plura congerunt idem Sellius, & Aldan ſupra, atque Barboſa *in dict. collect. deciſ.* 45. verb. *aſſiſtentes, & in Bullario* eodem verbo, & in iam relatis locis eiuſdem.

54 Ad tertiam quæſtionis partem, quale officium debeant intra Eccleſiam, vel extra illam præſtare canonici coadiutores? Et ſuppoſito, quod Coadiutoriæ in Dignitatibus, ac Portionibus Eccleſiarum cathedralium, & collegiatarum permittuntur à tempore Sixti V. à ſolo ſcilicet Papa, propter infirmitatem, vel propter ſenectutem, vt docent Pariſius, *de reſignat. lib. 6. q. 5 n. 13. & lib. 7. q. 50. n. 14.* Gonxalex *in reg. 8. cancellaria. gloſſa* 5. §. 9. *n.* 91. Campanil. *in diuerſ. iuris canon. Rub. 7. cap. 6. n. 105. in fine,* Moneta *de diſtribut. quotid. p. 2. q. 1. n. 33.* & ante illos Nicolaus Garcia cum multis *de benefic. p. 4. cap. 5. & n. 19.* Verallus *deciſ. 130. n. 1. & 2* Riccius *collect. deciſ. p. 6. collect.*
55 2518. *in princip. collect. 2455. in principio.* † Explicantes quid, & quando ſit verificanda cauſa infirmitatis, ſenectutis, aut ingraueſcentis ætatis, Barboſa in Trid. ſeſſ. 25. de reform. *cap.* 8. verſ. *in coadiutoriis,* quo, etſi ſtatueretur, ne coadiutoriæ admitterentur perpetuæ, & irreuocabiles cum futura ſucceſſione: tamen iam in praxi aliter obſeruari quotidie viſum eſt, idem Barboſa *de canonic. laic c. 29. in collect. deciſ.* 174 verbo *Coadiutor Dignitatis, vel canonici, & in Bullario,* ſuper eodem verbo.

56 Et ſuppoſito etiam, quod coadiutor canonici cum futura ſucceſſione, vocatur canonicus fictus, vt tradunt Gonxalex *dicta gloſſa* 5. §. 9. *n.* 170. Moneta *de optione canonic. q. 8. n. 143.* Ludouicus à Serauia *de iuriſdict. adiunctorum q. 59. n. 33.* Rota *deciſ. 4 0. n. 6 in princip. p. 2. recent. alias in poſthum. vbi n. 7.* reſpondet ad verba litterarum coadiutoriæ, per quæ videtur apparere, quod coadiutor ſtatim ab ipſa conceſſione efficitur vere, & non ficte canonicus Lotterius *de re beneficiaria lib. 2 q. 2. n.* 11. nam ſi proprie canonicus diceretur, eueniret, quod poſſeſſio prima illi data, viuente proprietario coadiuto; ſufficeret, nec eſſet neceſſaria alia ſecunda poſt mortem coadiuti, quod non obſeruatur; ſiquidem poſt mortem ſui coadiuti, aget alia noua poſſeſſione, vt declarauit ſacra Congreg. Rit in Patauin. 30. Ianuarij 1619. & 30. Iuuij 1616. Rota *deciſ. 637. n. 4. p. 1. recent.* Lotter *de re benef. lib, 2. q. 15. n. 32.* quia cum vere careret titulo, non potuit ſibi poſſidere; non enim vere capit poſſeſſionem, niſi poſt ceſſationem coadiutoriæ. Rota *deciſ. 456. n. 6. p. 1. recent.* Ludouicus à Serauia *q. 29. n. 51.* & patet expreſſe ex illa declarat. Ferulen. 21. Martij 1609. relata à Rota *in deciſ. 410. n. 5. in fine p. 2. recent.* alias *in poſthum.* Farin. ſequentibus verbis, *quod coadiutor debet habere locum capta poſſeſſionis poſt mortem coadiuti, & non locum capta poſſeſſionis in vita coadiuto,* & in alia Bergonen. 7. Auguſti 1627. Vbi cenſuit poſſeſſionem ab obitu coadiuti numerandam eſſe, quamuis prior poſſeſſio accederet ad annos 10. Aldanus, *in compendio canonic. reſol lib. 3. tit. 17. n. 9.* Barboſa, *in Bullario, & in dicta collect. deciſ. 171. n. 4. 6. & 7.* idem *de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 10. num. 64. ex Sacra Congreg.* in Bergonen. 7. Auguſti 1657. & n 61. nam ſuperueniente vero titulo canonicatus poſt obitum coadiuti, cenſetur ſibi mutaſſe cauſam poſſeſſionis, vt dicit Sacra congregatio colinbricen. Septemb. 1606. in primo dubio.

Illa vero prima poſſeſſio deſeruit ad hoc, vt ſi 57
contingat, quod ipſe coadiutor non accipiat ſecundam titularem poſſeſſionem, ſuſtineatur, vt verus canonicus, ſi per annum, triennium, aut decennium poſſederit continuo, ſacra Rit. congreg. colinbricen. 16. Decemb. 1606. in 3. dubio, Barboſa *dicta col. dec. 135. n 10.* idem *in Bullario dicto,* verbo. *& de canonicis cap. 29. n. 43.* cum Garcia, & Gonzalez, qui addit *in dicta deciſ. n. 7. in fine,* & Aldan *dicto tit. 18. n. 15. ex ſacra congreg.* Vercell. 22. Mai 1615. quod ſi coadiutor ſuſcepit poſſeſſionem canonicatus, viuente coadiuto, ex tunc pro tempore, quando veniret caſus ceſſationis coadiutoriæ, non indigeret noua poſſeſſione.

Sed licet ſic recepti coadiutores, non videantur 58
proprie canonici dicendum, tamen eſt, quod coadiutor abſente coadiuto, exercet omnes actus, functiones, & iuriſdictiones quos quocumque iure, ſiue ordinario, ſiue deuoluto faciat coadiutus, ſi præſens eſſet, ſacra Congreg. Rit in Paduana 15. Februarij 1615. & in Naritonen. 25. Octob. 1619. Aldan *dicto tit. 18. n. 7.* qui debebit eas facere in nouiſſimo loco poſt omnes canonicos, veluti cantare lectiones præintonare antiphonas, vt cenſuit ſacra congregat. dict. colimbricen. 16. Septemb. 1606. in 4. dubio, & in Patauina. 3. Decemb. 1616. Brudiſen. 18. Martij 1617. Vincentin. 18. Auguſti 1618. Caſſalen. 15. Iullij 1617. & 10. Decemb. 1619. Barboſ. *dict. c. 29. de canonic. n. 54. & lib. 3. de iure Eccleſ. d. c. 10. à n. 66. dict. deciſ. 175. collect. n. 5. & in Bullario ſupra,* vbi etiam adducit aliam Eluen. 1. Mai 1650.

Vbi addit, & Aldan quod non debet coadiutor 59
gradatim aſcendere, ſed poſt omnes canonicos proprietarios ſedere, ſtatuto contrarium diſponente, non obſtante, Aldan *dicto tit. 18. n. 10.* vbi adducit deciſum ex ſacra congreg. Rituum in caſſalen. 28. Decemb. 1619. *& in Eluen.* 7. Auguſti 1652. ex ea ratione; quia Coadiutor, viuente

coadiuto,

60 coadiuto, vt diximus, non dicitur possidere † Et quia ad consequendæ antianitatis effectum, non tempus prouisionis,sed captæ possessionis attenditur,L.1.vbi Ioan.de Plata *Cod.de censualibus lib.* 11.Boër.*de authorit.mag.concilij n.*81.Mohedan. *decis.*12.*ante finem de prebend.* Rebuf. *in tract. nomin.q.*21.*n.*4.Gonzalez *ad regul.* 8. *cancel.* §. 3.*proœm.à n.*15.Nicolaus Garcia *dicta p.*4. *c.* 5. *n.*77.Barbosa *de canonicis n.*25.& 56.& *sup.*alia fundamenta repetens.

61 Quod fallit in coadiutoribus Dignitatum:nam isti,aut quilibet absente suo coadiuto, siue impetem,præcedit omnibus canonicis, cum debeat habere idem stallum,quod coadiutus,si præsens esset,obtineret,sacra Congreg Brundun. 29. Mai, 1621.& Rit.in Neritonen. 22. Octob. 1619. in verbis sequentibus *Coadiutori* (scilicet Archidiaconi Nitoren) *Iuxta formam litterarum coadiutoria supra dicta competere locum,seu stallum, in quo sederet Archidiaconus coadiutus, si præsens esset, nec non ad eundem coadiutorem spectare functiones, quas obiret idem Archidiaconus si adesset*,idem Barbosa *in cap.*9. Trid. *sess.*25. *de reform.n.*20.

62 Cum ergo isti coadiutores cum futura successione,viuentibus suis coadiutis,possessionem beneficiorum non habeant ex propria persona, quia illam habent sui coadiuti,nec duo insolidum possidere non possint eandem rem eodem respectu *ex l.*3.§.*ex contraria ff.de acquirenda possess.* & per me latissime *in cap.licet* 9.*de probat.* cum multis Garcia *de benefic.dicta p.*4.*cap.*5.*n.*76. & 90. Rota *dict.decis.*410.*n.*3.& 4.*p.*1. recentissime & sic nec habeant Ius,nec titulum in beneficio; inde fiet, vt nec possit ordinari ad titulum coadiutoriæ per illa,quæ dixi latissime *sub cap.*11. *de temporib.ordinat.* Salcedus ad Bernard. Diez, *in practica,cap.*18.*n.*7.Gonzalez,*dicta glossa* 5. §.9.*n.*8. Moneta,*de opt.canonic.cap.*4.*q.*7.*n.*165.

63 & *alij.* † nisi forte ratione illius haberet coadiutor congruam, non tanquam ad titulum beneficij, sed tanquam ad titulum pensionis, Nicolaus Garcia,*dict.*2.*p.cap.*5.*à n.*132. refert Barbosa de

64 canon. *dicto cap.*29.*n.*39. † qui, & *num.*40. & Garcia, *in addit.ad dict.cap.*5.*sub n.*88. addunt, vt non possit exercere officia, ad quæ coadiutus electus est, quia in his quæ speciali nominatione competunt coadiuto, non venit coadiutor, nec eum repræsentat.

65 Vnde aliis omissis, ad propositum nostri dubij de officio, & munere, quod debet, ac potest impendere coadiutor intra Ecclesiam, vel extra, dico, vt & si coadiutor, non habeat titulum viuente coadiuto,vt dictum est, habet tamen exercitium, & administrationem; & ideo tenetur ad onera sui coadiuti; quia licet sedeat post omnes canonicos, suo tamen coadiuto absente, ipse pro illo seruit; & sic tenetur habere qualitates requisitas ad obtinendam Præbendam, exemplo resignatarij,& constitutus in illa ætate,quæ requiritur

66 ad obtinendum beneficium, † item & promoueri infra annum,ex quo residet, & insemit ad ordi-

67 nem suæ Præbendæ annexum.† Et tenetur facere mentionem,de obtentis beneficiis, quæ habet, saltem ratione futuræ successionis, quæ ipsi conceditur,cum sit gratia beneficialis, seu de beneficio, qui & residere tenetur in ea Ecclesia, in qua datus est pro coadiutore; ita vt non resi-

68 dendo,beneficio priuetur † Et quamuis non sit in sacris constitutus possit omnia, & singula facere, & exercere, quæ sine paramentis sacris cum cappa, & cotta facere posset Coadiutus si præsens esset ex sacra Congreg. Rit. in Bononien.19.Decemb.1615.sic vt teneantur ei inseruire,& ministrare canonici; pro vt tenerentur in seruire canonico coadiuto in omnibus functionibus canonicalibus ex eadem sacra Congreg. in Casalen.10.Ianuarij 1609.videndi Nicolaus Garcia *de benefic.*7.*p.cap.*4.*in fine*,& *dict. cap.* 5. *in addit.*sub *n.*130.*dubio* 23.*vers. modo*, & *dubio*

38.† Vbi addit Gratiam vitiari totam,& esse nul- 69 lam, si non fiat mentio de obtentis coadiutoris; quia licet illa de se sit diuidua,& separabilis, tamen ex intentione Papæ, & ipsius coadiutoria est indiuidua:videndi etiam Flamin. Paris. *de resignat.benefic.lib.*4.*q.*9.*n.*19. Gonzalez *dicta glossa* 5.§.9.*n.*6.& 90.Moneta *dicto cap.* 4. *n.* 151. & 155.Ludouic à Sarauia,*de adinuētis q.* 29. *n.* 7. Campanil.*in diuersorio iuris canonici Rub.*7.*cap.* 6.*n.*103.Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 4. *n.* 97.Machado *de perfecto confess.dicto cap.*4.*tract.* 7.*docum.*2.Rota *decis.*592.*p.*1.*in posthum. alias p.*3.*recent.*Barbosa *de canonicis dicto cap.* 29. *ex n.*47 *ad* 53.

Gaudet enim in multis coadiutor veri beneficiati effectibus,vt est ille, quod tenetur habitum, 70 & tonsuram clericalem deferre, & fori priuilegio,Barbosa *de potest. Episcop eum multis p.*2.*allegat.*12.*n.*4.& 9. Nicolaus Garcia *dicto cap.* 5. *legendus à n.*97.Armendar, *ad recopil. leg. Nauarra lib.*2.*tit.*19.*de fore comp. n.* 56. Squillante *de priuileg.clerical p.*7.*n.*21.Sebastian.Cæsar *de Ecclesiast.hierarchia cap.*14.§.9.*n.*8.† Item gau- 71 det *de annali,*& *triennali possessione*, vt dictum est;imò & possit gaudere mensibus datis causa recreationis,& illos consumere, sicut principalis;ita tamen quod Dies per vnum ipsorum consumpti,non possint per alterum assumi,sed quoad ambos remaneant consumpti,Gonzalez *in reg.*8. *cancel.glossa* 5.§.9.*à n.*13.Nicolaus Garcia *dicto cap.*5.*n.*79.*cum aliis.*Rota in Salmantina coadiutoriæ coram Pennia,impressa per Marchesanum *de commiss.p.*1.§.2.*pag.*469. *in fine.* † Et ægro- 72 tans, vel alias legitime impeditus debeat haberi pro præsenti, & lucrari distributiones quotidianas, sicut lucraretur principalis, quando ipse coadiuto erat actu seruiens tempore superuenientis infirmitatis, seu impedimenti, alias inquam posset dari locus fraudibus in detrimentum seruitij Ecclesiæ explicant Nicolaus Garcia *dicto cap.*5.*n.*80.& 81.Rota in Tarracnnen. Coadiutoriæ coram Pennia impressa per Marchesanum *de commiss.p.*1.§.1.*pag.*466.Barbosa cum illis plura adducens *de canonic.dicto cap.*29.*ex n.*42. *ad* 46.† Vbi agit de dubio,an Possit residere, & in- 73 seruire in Ecclesia excommunicato existente principali,de qua,Marchesan. *supra pag.*467.*n.*4. Garcia *dicto cap.*5.*n.*83.& 85.Gonzalez,*dicto* §. *n.*128.& 123.*ex n.*54.*de alio dubio*,an coadiutor seruiens pro coadiuto debeat exire de capitulo, in quo agitur de negotio ipsius coadiuti:de quo etiam Nicolaus Garcia *dict.p.*4.*c.*5. *ex n.*103.Sebastian.Cæsar.*dicto* §.9.*n.*15.*de* t.dico infra,hic & in tit.*de officio vicarij de* 2.

Notandum vero est quod coadiutor datus ca- 74 nonico non ordinato ad formam statuti requirentis certum ordinem in canonicis, sub pœna amissionis cuiusdam partis fructuum, non lucratur huiusmodi fructus pro coadiuto; quamuis ipse Coadiutor esset ordinatus ad formam dicti statuti,

ſtatuti, ſacta Congreg. Rit. Barbatien. 1. Decemb. 1629. de qua Aldan *in compendio canonic. reſol. tit. 18. n. 25.* Barboſa *in deciſ. collect. 175. n. fin. & in Bullario* dicto verbo *coadiutor*, quia habilitas acquiritur in coadiuto, *& in dicto cap. 29. de canonic. n. 38.* per verb dict. cong. ibi: cenſuit *canonicum ſupra dictum coadiutum non lucrari fructus, nec diſtributiones, mediante ſeruitio coadiutoris.*

75 Quod ſi dubites, an poſſint coadiutor, & coadiutus, cum habitu ſimul incedere canonicali intra Eccleſiam. In quo dubio Nicolaus Garcia probat negando, non poſſe vtrumque ſimul ſtare in proceſſionibus, & miſſarum ſolemniis; eo quod vnum tantum canonicatum repræſentant. Verum Sebaſtianus Cæſar *dict. §. 9. n. 13. &* vt refert Barboſa *dicto cap. 29. n. fin. de canonic. in fine.* exiſtimat non eſſe inconueniens, quod ſimul poſſint in dicto habitu intereſſe in dictis proceſſionibus, & miſſarum ſolemniis, principalis quidem in loco ſibi debito iuxta antiquitatem ſuam, coadiutor vero poſt omnes canonicos, vbi reſpondet Garciæ fundamento, dicens illud ſolum concludere, ne duplicem vocem habeant, vel duplices lucrentur diſtributiones, non quoad intereſſentiam, quæ diuerſis reſpectibus vtrique conuenit, vni tamquam vero canonico, alteri tamquam coadiutori, ſicut nihil inconuenit, quod in eadem Eccleſia Rector Principalis, vt talis, & vicarius, vt vicarius intereſſe valeant, ſicut vſu receptum vide-
76 tur in Epiſcopo, & eius vicario. † Quæ reſolutio multum prodeſt pro coadiutoribus canonicis Eccleſiæ Valliſoletanæ, qui annis præteritis 1658. & 1659 contendebant cum Portionariis ſuper hoc puncto, illis negantibus, ne fieret illis præiudicium in ſeſſionibus propinquioribus, quibus gaudere debebant iuxta canonicos proprietarios, in choro proceſſionibus, & in ſeſſione actus publici ſacramentalium actuum, qui quotannis in theatro publico coram cathedrali fiunt, concurrentibus Auditoribus, Decurionibus, & Epiſcopo, Præſide, & Prætore, in quibus ego, tamquam illius Eccleſiæ canonicus Pœnitentiarius perſæpe vidi coadiutores, & proprietarios intereſſe, & procedere poſtea in ſolemniſſima corporis Chriſti proceſſione; non inquam in aliis proceſſionibus, in miſſis ſolemnibus, nec in capitulo, aut in aliis actibus Eccleſiaſticis intra, aut extra Eccleſiam; imò potius contrarium, ſic vt ſi proprietarius aſſumeret habitum canonicalem, coadiutor, quem habet dimitteret; ſed non nego aliquoties vidiſſe aliquos coadiutores inſeruiſſe pro Diaconis, & ſubdiaconis altari, & eorum proprietarios in habitu canonicali, tunc præſentes fuiſſe aliquando, vel è contra in choro, & proceſſionibus clauſtralibus.

77 Sunt tamen aliqua, quibus non gaudet intra Eccleſiam ipſe coadiutor: nam primo non intelligitur comprehenſus in ſtatuto, quod ex aliqua cauſa Iubilare facit canonicos, ſacra Congreg Rituum in Elberacen. 15. Aprilis 1606. *in 3. dubio* & faciunt quæ dixi *in cap. quia V. de iudiciis. q. 25. fin.* vbi egi de illa, *an canonicus adimplens reſidentiam canonicalem per coadiutorem, fruatur Iubilationis indulto?* ſic etiam Barboſa *in Trid. dicto cap. 7. n. 21.* contra Nicolaum Garciam
78 *dicto cap. 4. n. 89.* Secundo quod nec ſibi optat, ſed ſuo coadiuto Ludouic. à Sarania *in tractatu de iuriſdictione adiunctorum q. 29. n. 31.* Barboſa *in d. Trid. n. 12. ex ſacra Rituum Congreg.* in colimbrien. 16. Septemb. 1606. *in 5. dubio*, idem *dicto cap. 29. de canonic. num. 29.* vbi addit quod gratia coadiutoriæ cum futura ſucceſſione non eſt impedimento, quo minus coadiutus, vbi viget Ius optandi, poſſit indiſtincte optare Præbendas, vt reſoluunt, Garcia *dicta p. 4. cap. 5. ex num.* 120. Lotterius *de re beneſic. lib. 2. q. 25. n. 41. & 58.* contra Gonzalez *ad regal. 8. cancel gloſſa 38. ex n. 23.* de quo iure optandi dixi latiſſime *ſub cap. 8. de conſtit. ſub quæſt. 2.* Tertiò nec eſt in ingreſſu obligatus ſoluere fabricæ, quod eſt conſuetum ſolui per canonicos de nouo ingreſſos. idem Barboſa *dicto c. 29. n. 50. & in Trid. n. 23* Garcia *dict. p. 4. c. 5. n. 78.*

Et quod nec poſſit eſſe Iudex Apoſtolicus, ſeu 79 delegatus, vel deſignari Iudex Synodalis, quia, vt iam dictum eſt, coadiutor non eſt vere dignitas, nec canonicus, quamuis ſit in ſeruitio Eccleſiæ, & ſic non habet qualitates, *cap. ſtatutum de reſcriptis lib. 6.* Nicolaus Garcia, *dicta p. 4 de beneſic. cap. 5. in additon. poſt num. 30. dubio* 18.
† Vbi ſubdit propterea commiſſionem factam 80
dignitati, non tranſire in eius coadiutorem, non ſolum quando fuit expreſſum nomen proprium, ſed etiam quando non fuit expreſſum ita etiam docet Barboſa, *in Trid. dicto cap. 7. n. 24. in dicto cap. 26. de canonic. n. 31.* vt contra Acoſtam de Andrada, *ad Bullam cruciata q. 75.* de primo caſu reſoluit idem Garcia, & eſt verum quidquid de vtroque caſu contra tenent Machado, *dicto tract. 7. docum. 5. num. 7.* Caſtrus Palao, *in opere morali tom. 2. tract. 17. diſp. 1 punct. 10. num. 39.* dicentes non ſolum prædictam commiſſionem tranſire ad dignitatem, coadiutorem imo, & coadiutores poſſe in iudices Apoſtolicos, & Papæ delegatos eligi, quod nunquam in praxi vidi in aliqua ex Cathedralibus, & ſi nonnullas horum Regnorum percurrerim.

Quintò nec gaudet priuilegiis, & indultis de 81 percipiendis fructibus in abſentia, puta ratione ſtudij, aut lecturæ in aliqua vniuerſitate, quibus coadiutus gaudere poteſt: ſic multi, quos adducit Nicolaus Garcia, *dicto cap. 5. in dict. addit. dubio 3.* Barboſa, *in dict. cap. 29. de canon. n. 32.* 82
& in cap. 7. Trid. n. 15. † Nec poterit lucrari diſtributiones quotidianas, quando coadiutus eſt præſens Sacra Congregat. apud Aldan. *dict. tit. 18. n. 13.* in vna Elboracen. 15. Aprilis 1606. in 3. dubio. Et nec lucrari diſtributiones quotidianas, quæ dantur Canonicis, & Præbendatis propriæ Eccleſiæ, quando aliquas miſſas celebrant, niſi quando celebrant pro ipſis coadiutis, Aldanus, *dicto tit. 18. n. 22.* ex ſacra Cong. Rit. in Patauina
3. Decemb. 1616. † Et quod nec poſſit inſeruiens 83
lucrari fructus Præbendæ pro Præbendato coadiuto pro illo tempore, quo eius coadiutus culpabilis repertus, manſerit incarceratus: idem Aldan. ex Sacra Congreg. Concil 15. Decemb. 1618. *dict. tit. 18. n. 24.* Barboſa *deciſ. collect. 175. deciſ. Apoſtolic. n. 22. 25. & 24. & ſub Bullario dicto* verbo *Coadiutores.*

Et ſic optime conſtitutione Eccleſiæ chartagi- 84 nenſ cauetur, vt quotieſcumque occurrerit quod aliquis capitularis eiuſdem Eccleſiæ carceretur, ſi repertus fuerit culpabilis, non lucretur fructus ſuæ Præbendæ, pro tempore, quo manſerit carceratus. Et quia datur caſus, vt quandoque capitulares prædicti habeant coadiutores, qui inſeruiendo Diuinis interſunt, durante carceratione dictorum capitularium; ideo fuit dubitatum in ſacra

Congreg.

Congreg. Consilij, an tales coadiutores inseruientes, possint lucrari fructus Præbendæ pro Præbendatis coadiutis pro tempore, quo dicti eorum coadiuti culpabiles reperti manserunt carcerati, & eadem laci. Congreg. Die 25. Decemb. 1618. censuit coadiutum non posse percipere fructus prædictos, vt refert, & sequitur Barbosa *dicto cap. 29 de canonicis n. 17.* idem *in dicto c. 7. Trid. sess. 25. de reform. sub n. 15. & alibi.*

85 Indeque dubitatur, an lucrari valeat distributiones, excommunicato coadiuto, seu an possit residere in Ecclesia, vel inseruire excommunicato coadiuto? Et quoad primum dubium docent Gonzalez *in reg. 8. cancel. dicta glossa 5. § 9. 313.* Ludouicus à Sarania *de iurisdict. adiunct. dicto cap. 19. n. 58.* Nicolaus Garcia *dicta p. 4. cap. 5. n. 86.* Barbosa *dicto cap. 7. Trid. n. 15. in princip. & de canonic. dict. cap. 19. n. 16.* Trulench. *in decalog. lib. 1 cap. 8. n. 4.* Machado *de perfecto confess. dict. lib. 4. p. 4. tract. 7. docum. 3. n. 5.* vt nec possit lucrari distributiones quotidianas, nisi forte de fructibus, vel distributionibus coadiutori, aliquid assignatum sit pro congrua, seu seruitio, vt aliquando fit; quia tunc tam inseruit, ac resider pro emolumento proprio, quod subtrahi ab eo non debet

86 propter culpam sui coadiuti. † Et idem de secundo casu resoluendum est cum dict. Garcia *supra n. 85.* Barbosa *in dicto cap. 7. Trid. n. 17. & in dict. cap. 19. de canonic. n. 46.* aliter vero, si ad commodum coadiuti lucrari valet, vt dixit Gonzalez *supra n. 123. per doctrinam textus in cap. pastoralis §. verum de appellat.* decisio, Rotæ Terraconen. coadiutoriæ coram Pennia, quam referunt ad longum impressam idem Barbosa *dicto n. 46. sub vers. verum in dicto cap. 19.* post Marchesan. *dict. p. 1. de commiss pag. 467. n. 4.* & patet ex primis illis verbis ibi, *ad quartam difficultatem negatiua fuit responsum Antonio scilicet coadiuto excommunicato, non lucrari coadiutorem pro eo &c.* & ex alijs sequentibus verbis.

87 Deinde nec tenetur tempore coadiutoriæ concessionis habere ordinem Presbyteralem, vbi statuto Ecclesiæ cautum fuerit, quod canonicus actu sit sacerdos tempore promotionis, cum sufficiat habere clericatum, & legitimam ætatem ad ordinem requisitum, vt docent Caputaq *decis. 128. n. 1. & 2.* Gonzalez, *dicta glossa 5. §. 9.* Nicolaus Garcia *dicta p. 4. cap. 5. in addit. sub dubio 23.* Barbosa *de canonic. dict. cap. 29. num. 56. &*

88 *in dicto cap. 7. Trid. num. 28.* † Nec ad pœnas iudiciales, & quæ non haberent rationem mulctæ ordinariæ impositas ob culpam coadiuti, non obstante statuto contrario, quia esset iniustum, & contra ius, nisi forte fuisset à Papa in specie confirmatum, Nicolaus Garcia *in addit. dict. cap. 5. dub. 54 in fine, & in fine, & in dicto cap. 7. Trid. n. 27.*

89 Nec inquam tenetur ad onera aliorum canonicorum iuniorum, cum sedeat in choro ratione alterius personæ, scilicet sui coadiuti; & sic censuit

90 sacra Congreg. Eluoracen. 15. Decemb. 1606. † quod canonicus iunior iuxta consuetudinem Ecclesiæ, debet supplere vices Hebdomadarij absentis, vel impediti, & non coadiutor, licet sedeat post vltimum canonicum, Barbosa *in dicto cap. 7. Trid. n. 26.* Garcia *in addit. ad dict. cap. 5. dict. dubio 55.* idem Barbosa *dicto cap. 29. de canonic. num. 53. & in dict. collect. decis. 175. num. 10. & in Bullario.*

91 Notandum est tamen pro complemento, & in fauorem coadiutorum. Primo quod si ex forma litterarum Apostolicarum nuoquam tenentur horis canonicis inseruire, quandiu aliqua ex tribus causis, expressis *in cap. vnico de clericis non residentibus lib. 6.* vere fuerunt impediti, lucrentur distributiones quotidianas perinde, ac si diuinis interessent, vt decidit Sacra Congreg. concilij in Barbastr. 9. Nouemb 1630. cuius meminit Barbosa *de iure Eccles. lib. 3. c. 10. n. 86. & dict. collect. dec. 175. n. 25.*

Secundo quod coadiutor in absentia coadiuti, 92
præcedere debet curatis plebanis, & Prioribus Ecclesiarum Parochialium, sicut præcedunt veri canonici ex forma coadiutoriæ sacra Congreg. Rit in Pistorien. 15. Martij 1618. Alden. *in compendio canonic. resolut. dicto lib. 3. dicto tit. 18. n.*
11. † Tertio quod coadiutor canonici, si simul 93
sit Rector Parrochialis, possit in processionibus incedere cum canonicis sub eorum cruce, & nec ea eo, quod non incedat sub cruce Rectorum, possit tamquam absens puniri in certa portione frumenti, sed duplicis personæ muneri satisfacit sacra Congreg. Rit. in Veron. 17. Iulij 1601. teste Aldan. *dicto tit. 18. n. 12.* Barbosa *in dicto collect. decis. 175. n. 9. & 11. & in Bullario sub dicto*
verbo Coadiutor canonici. † Quarto quod coad- 94
iutor canonici Præbendæ Diaconalis sedere debeat ante canonicos subdiaconales, Barbosa *dicto c. 29. de canonic. n. 27. vers. an coadiutor,* Diana *p. 4 tract. 4. res. 80. vers. sed difficultas,* Franciscus Leo *in thesauro fori Eccles. p. 2. c. 4. n. 57. & 58.* Gabaotus *in enchiridion. Episcop.* verb. *coadiutor Episcopi n. 24. & alij.*

At coadiutor tenebitur residere etiam in casu, 95
quo coadiutus propter infirmitatem, vel legitime impeditus non teneretur alioquin residere, alias non lucratur distributiones quotidianas, quæ punctantur coadiuto, in damnum tamen coadiutoris ipsius, Sacra Congreg. Rit. in Elboracen. 15. Aprilis 1606. & in Canceten. 4. April. 1620. & in Patanina 8. Mai 1617. quos refert Aldan. *dicto tit. 18. n. 15.* & Barbosa *dict. collect. decis. 175. n. 15. &*
sub dicto Bullario. † Verum si ipse coadiutus 96
per se deseruiat, absente coadiutore, vel non seruiente, tunc quidem non condemnetur coadiutor, cum censuerit sacra Congreg. concilij in causa Vrbetana Die 9 Septemb. 1618. distributiones quotidianas deberi canonico coadiuto infirmo, absente, vel non seruiente coadiutore: idem Barbosa *in dicto cap. 7. Trid. sess. 25. num. 52.*

Extra Ecclesiam vero coadiutor quales præ- 97
eminentias queat habere canonicales ex dictis apparet, sic breuiter respondeo, quod extra Ecclesiam in absentia coadiuti; est censendus tanquam verus, & proprius canonicus, quoad præeminentias veris canonicis conuenientes, vt declarauit Sacra congreg. in Pistorien 15. Martij 1608. Barbosa *in dicta collect. 175. num. 2. & in Bullario.* dicto verbo *coadiutor Dignitatis, vel canonici, & dict. cap. 29. de canonic.*

De materia tamen coadiutorum ad satietatem 98
agunt Campegius *in tract. de coadiutore Episcopor.* Gambara Curtia *de officio legati de latere lib. 4. cap de coadiutoribus* Gonzalez *ad regul. 8 cancel glossa 5. §. 9.* cum sequentib. Camill. Borell. *in summa omnium decision. tit. 9. de clerico agrot. n. 10.* & ibi DD. Quintana Dueñas *Ecclesiast. lib. 1. à num. 30.* Mandos. *in tract. de signatura,*

signatura gratia verb. coadintoris, & reg. 11. *q.* 5. *& reg.* 35. *q.* 1. Moneta, *de option. canon. cap.* 4. *q.* 8. Melchior Phebus, *Lusitan. decis.* 2. *num.* 5. *tom.* 1. Nicolaus Garcia, *de benefic. p.* 4. *cap.* 5. Mendez de Vasconçelos, *diuers. iuris argum. lib.* 4. *cap.* 1. Lotterius *de re Beneficiar. lib.* 5. *q.* 1. Sebastian. Cæsar. *de Ecclesiastica hierarchia p.* 3. *disp.* 14. §. 9. Ludouicus Sarauia, *de Iurisdict. adiunctor. quæst.* 19. Nouarius, *in singularibus canonic. conclus.* 58. Campanil. *in diuers. iuris canonic. Rub.* 7. *cap.* 6. *à n.* 102. Valenzuela, *cons.* 98. *&* alij.

99 Ad quartam quæstionis partem, an canonici, qui vocantur adiuncti, habeant officium, seu iurisdictionem simul cum Episcopo, &c. Et quia hodie DD. per dispositionem, *Trid. in cap.* 6. *de reform. sess.* 25. disputant latissime, & hæc adiunctorum materia ante Trid videtur in vsu fuisse olim; quia in Concilio Carraginensi, 4. *q.* 23. dispositum fuerat, vt Episcopus nullius causam audiret absque præsentia clericorum suorum, alioquin irrita esset sententia, nisi præsentia clericorum confirmaretur iuxta verba illius relata *in cap. Episcopus penult.* 15. *q.* 7. ibi *Episcopus nullius causam audiat absque præsentia suorum clericorum, alioquin irrita erit sententia Episcopi nisi clericorum*
100 *rum præsentia confirmetur.* † indeque procedat, vt in grauibus, in quibus, procederetur ad sententiam suspensionis, foret necessarium capituli iudicium, DD. per textum, *ibi in cap.* 1. *de excessibus Prælator*, id esse consensus, vt explicat Felinus *in cap. irrefragabili sub n.* 3. *vers. sed dic quod sine, de officio ordinary*; quamuis in leuibus, sufficiat consilium, Fr. Eman. Rodrig. *quæstion. regul. tr. tom.* 2. *quæst.* 25. *art.* 7. Lotterius, *de re Beneficiaria, lib.* 1. *q.* 25. *à num.* 60. Barbosa, *de Canonic. cap.* 18. *sub n.* . *vers. quod* Mantica *decis.* 201. *n.* 9. & alij, & infra hic *vers. quod si quæras*, rationem præstamus.

101 Ideo optimo iure quamtumuis per Trid. diuersis in locis, & de iure communi Episcoporum iurisdictio in subditos sit absoluta, & independens, iuxta quæ latè adduxi *sub q.* 2. *vers. ad quartam*, factum est, vt respectu Ecclesiarum Cathedralium exemptarum ducet, vt nequeat Episcopus, aut eius vicarius procedere criminaliter ad cognoscendum, procedendum, incarcerandum, & puniendum vllum ex Dignitatibus, aut canonicis suæ Ecclesiæ cathedralis; & sic docent Aloysius Riccius *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 751. *in principio*. Zerola *in praxi Episcop. p.* 1. verbo *capitulum* §8. Seraphinus, *decis.* 493. *num.* 1. Armendar. *in addition. ad recopil. leg* Nauarræ, *lib.* 1. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Episcopis n.* 93. Masubr. *in praxi habendi concurr. pralud.* 21. *n.* 14. Hieronim. Veneto *in examine Episcopor. lib.* 4. *cap.* 27. *n.* 5. Ludouicus à Sarauia *de iurisdict. adiunctorum q.* 51. *n.* 17. Lotterius *de re beneficiaria, lib.* 1. *n.* 61. Barbosa *supra num.* 2. *& in Trid. dicto cap.* 6. *n.* 3. *& in pastor. allegat.* 73. *n.* 5. *in fine*, dicentes dict. Trid. decretum loqui solum de capitulis exemptis, & quod non exempta minime comprehendantur sub illo, etiam si multa habeat priuilegia; & addunt Armendar. *dicto lib.* 7. *num.* 88. Barbosa *de offic. & potest. dicta p.* 3. *alleg.* 73. *num.* 5. *in fine*, idem Sarauia *q.* 11. *num.* 18. prædictum decretum non pertinere ad Ecclesiam, tamquam cathedralem, sed tamquam exemptam, ac proinde Ecclesiam collegiatam exactam io Cathedrali, sub illo non comprehendi, vt censuit Fermosin. *de Offic. & sacris Eccles.* Tom. II.

cra Congregatio, teste Armendar. *in compil. leg. Nauarra lib.* 1. *tit.* 17. *lib.* 7. *de Episcopis num.* 88.

Itaque praxis, tam in nominatione, & electione istorum adiunctorum, ne longe agamus, cum plene materiam hanc tractent referendi infra in fine huius vers. dico primo, quod in principio cuiuslibet anni debent Decanus, & capitulum in simul congregati in proprio capitulo, eligere duos ex canonicis, siue ex Dignitatibus eiusdem, vt in eo anno vna cum Episcopo, eiusve vicario forment processum in capitulares criminosos, sententiando, & puniendo; sic quidem, vt regulariter alij nequeant eligi, quam prædicti, cum soli canonici, & Dignitates faciant capitulum cum Prælato suo: ita proxime adducti, dicentes omnes, quod duo illi adiuncti iurisdictionem habent in procedendo, vt docent Machado *de perfecto confes. lib.* 4. *p.* 4. *tract.* 1. *docum.* 4. *num.* 3. Ludouic. à Sarauia *supra q.* 5. *ex n.* 5. *vbi num.* 15. post Camill. Borell. *in summa decis. tit.* 60. *fin.* subdit adiunctos iuramentum subire debere, sicut & alios iudices, de bene, & fideliter se habendo. 102

Quod si capitulum noluerit, aut omiserit pro aliquo anno eligere prædictos duos, tunc Episcopum per se solum procedere; dummodo illud prius moneat, testantur resolutum Piasecius *in prax. Episcop. p. cap.* 2. *n.* 9. Sarauia *supra in q.* 5. per totam Machado, *supra dicta p.* 4. *tract.* 1. *docum* 4. *n.* 2. Barbosa *in pastorali dicta allegat.* 75. *in Trid. dicto cap.* 6. *n.* 5. *de canonic. dict. cap.* 18. *n.* 4. Vbi addit non sic econtra procedere in Episcopo nolente; vel non valente contra capitulares delinquentes procedere; non enimnunc de voluntur iurisdictio ad solos canonicos adiunctos, late Ludouic. Sarauia *dict. tract. de iurisdict. adiunctor. q.* 5. per totam idem Barbosa *in pastor. dicta alleg.* 73. *num.* 9. † *qui & q.* 17. *num.* 35. *vers. ex omnibus* dicit dictum Trid. decretum *in dict. cap.* 6. procedere in Episcopo, etiam non consecrato, pro quo faciunt quæ late dixi *in c.* 15. *de elect. & supra dict. q.* 2. *vers. ad quartam*, quia Episcopus electus, & confirmatus à Papa, habet potestatem iurisdictionis. 103 104

Et quod non solum Episcopus simul cum dictis duobus adiunctis possit, ac debeat procedere, sed etiam eius vicarius generalis, adhibitis duobus de capitull iuxta formam concilij *in dicto cap.* 6. docent Menochius, *cons.* 52. *n.* 180. Sbrocius *de officio vicarij lib.* 2. *q.* 145. Rota *decis.* 743. *n.* 5. *p.* 1. *diuers. & decis.* 351. *p.* 2. *diuers.* late idem Sarauia *dict. tract. quæst.* 14. *per totam.* 105

Quod si Episcopus moriatur, possit in sede vacante vicarius nominatus à capitulo simul cum adiunctis ipsius capituli procedere in alios delinquentes canonicos, docent idem Sbrocius *in addit. ad dict. q.* 145. idem Sarauia *q.* 17. *n.* 35. *in dicto vers. in omnibus*, quatenus referunt decisum dicentes, vt non valeat procedere sine adiunctis, si Episcopus, dum viuebat, non habebat authoritatem procedendi sine illis. Et est ratio, quia capitulum, sede vacante, succedit in huiusmodi iurisdictione procedendi contra capitularem delloquentem, Sarauia *dicto num.* 15. vbi refert decisum, Barbosa *d. c.* 18. *de canonic. n.* 6. *&* 11. *& in Trid. n.* 12. *&* 14. 106

At si adiuncti perturbant iurisdictionem, posse 107

in adiunctos illos procedi, adhibitis aliis duobus de capitulo, iuxta formam *dict. cap. 6. Trid. à capitulo eligendu*, docent resolutum Sellius *in selectis canon. cap. 31. n. 3.* dicens sic decisum in Oriclen. 5. Aprilis *1638.*

108 Et in tantum quidem debet cum adiunctis Episcopus procedere, quod gesti sine illis, processus, & inde sequuta, sint irrita ipso iure, vt resoluunt Ludouicus à Sarauia *in dicto tract. q. 31. per totam*, Valenzuela *cons. 184. tom. 2. n. 99.* vbi testatur sacram. Congreg sub die 26. Octob. 1589. consuetam ab Archiepiscopo Decano, & capitulo Hispalen, an si Episcopus, vel solus vicarius in aliquo discordet ab adiunctis, vel ipsi aliquid contra voluntatem, vel vicarij decernant, possit Episcopus, vel vicarius solus procedere, aut sua decreta exequi, cum ex dicto decreto concilij nihil solus facere possit, respondisse non posse solum procedere, Achiles de Grassis. *decis. 8. n. 3. de constit.* dicens quod adiuncti iudicis omissio regulariter nullitatem parit Et ratio iuris est, quia quando duobus committitur aliquid à iure, vel hominis dispositione, vnus solus per se non potest efficere, *l. si vni ff. de re ind. c. si plures de officio delegati lib. 6. cap. si duo de procurat. l duo ex tribus ff de re ind.*

109 Quare si contingat quod Episcopus, & vnus ex adiunctis, alio non interessente pronunciant sententiam, esse nullam, optimo iure patet ex dictis iuribus, vt docent Ludouicus Sarauia *dicto tract. de iurisdict. adiunctor. q. 31. num.* 21. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 10n. Barbosa *in dicto cap. 6. Trid. n. 36. & dict. cap. 28. de canonicis num. 15.*

110 Verum si ambo ex adiunctis discordent ab Episcopo, tunc verbis eiusdem Trid. canetur quid faciendum ibi: *tantum sit vtrius adiuncti votum possitque alter Episcopo accedere; quod si ambo ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel definitiua sententia fuerint, tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant; etsi in electione tertij etiam discordent, ad viciniorem Episcopum electio deuoluatur, & iuxta eam partem, cum tertius conueniat, articulus, in quo erat discordia terminatur, aliàs processus, & inde sequuta nulla sint, nullosque producant iuris effectus.*

111 Ex quibus quia in retro proximis temporibus admodum dubitatum esset inter D. Henricum Pimentel, Episcopum Conchen, & Decanum, atque capitulum illius Ecclesiæ, an dissentientibus Episcopo, & adiunctis, tertius, qui sit eligendus iuxta formam *dicti cap. 6. Trid. dicta sess.* 25. debeat esse canonicus, aut Dignitas de eodem capitulo, vt prætendebat capitulum, vel de alio capitulo, alioue Episcopo, super quo anxie à duobus aduncatis huius curiæ Matriten. primarius allegationes fuerunt anno præterito 1647. vt refert Barbosa *de canon. dicto cap. 28. n. 3.* in fine, dicens noluisse tunc scribere, cum spectaret à Sacra Congreg. Concilij nouissimam responsionem petitam, quæ tantæ contentioni finem imponeret; nihilominus refert declarationem quandam anteriorem *ad dict. Trid. cap. 6.* super cuius intelligentia ortum fuit prædictum dissidium inter prædictos Henric. Episcopum, & Decanum Chonchen. oratores, quæ declaratio in verbis sequentibus videtur pro electione in casu discordiæ à capitulo facienda, iuxta Cardin. Concil. Congreg. ann. 1618. mens. Septemb. ibi: *Illustrissimi, & reuerendissimi Domini à sacra hac congregatione declaratum est, tertium, qui in casu discordia eligitur inter capitulum, & Episcopum iuxta formam cap. 6. de reform. sess. 25. debere esse canonicum, vel in Dignitate Ecclesiastica constitutum; & licet etiam consuerit quod debeat esse canonicus, vel habere Dignitatem in Ecclesia, in qua eligitur, & teneri iurare se iustitiam administraturum, ne forte de hoc contingat dubitari Decan, & capitul. Chonchens Ecclesia, petit Illustr. & reuerendis. DD. V.V. ita in ea habeant obseruari, & Sacra Congreg. cardinal. Concil. Trid. interpretum censuit tertium, qui eligitur in causa discordia inter Episcopum, & capitulum ex prescripto cap. 6. sess. 25. eiusdem concilij, debere canonicatum, vel Dignitatem in eadem Ecclesia obtinere*, Horatius, Cardin. Lan-
cellotus &c. † Et post hæc in casu discordiæ rela- 112
tæ inter dictos Episcopum D. Henrichum Pimentel, & cannnicos Ecclesiæ ipsius Conchen, Sacra Congreg. Concilij 12. Augusti 1651. declarauit pro vt antea in verbis sequentibus, *instante Episcopo conchensi, ac nonnullis alijs Episcopis Regnorum Hispania citato Agente Ecclesiarum eorundem Regnorum, necnon Agente capituli conchens, fuit denuo propositum dubium in sacra congreg. Eminentissimorum Cardin. S. Concilij Trid. interpretum, An tertius in casu discordia inter Episcopum, & adiunctos, debeat esse capitularis eiusdem Ecclesia sapius resolutum ita debere esse, & potissimum in conchensi* 1618. 1643. 1647. 1648. *communicatis que vtrique parti informanti scripturis, ac aliis iuribus hinc inde exhibitis & illis plene discussis eadem sacra congreg. censuit tertium esse omnino debere capitularem Ecclesia*, Franciscus Cardinalis cherubinus.

Itaque fit vt regulariter non possint eligi alij, 113
quam canonici, dignitatesve, aut vnus ex gremio canonicorum, alter ex gremio dignitatum, vt praxis Cathedralis solet obseruare, quia isti soli cum Prælato faciunt capitulum; non item capellani, aut Assistij, & Portionarij, quia isti clerici inferiores canonicis sunt introducti, non ad faciendum consortium cum ipsis, sed ad seruiendum, iuxta distinctionem, quam posui, *hic q. 3. ex n. 1.* iurant enim obedientiam, & reuerentiam, ne dum Episcopo, sed etiam Ecclesiæ, sub qua appellatione continetur capitulum: ita docent Lotter. *de re Benefic. lib. 1. q. 25. num 64. & 65.* Barbosa, *in dict. cap. 28. de canonic. n. 1.* sub vers. *quos quidem.*

Et videtur confirmari; eo quod possit Episco- 114
pus procedere sine adiunctis contra Portionarios habentes vocem in capitulo vt referunt decisum Armend. *in addit. ad recopil. leg. Nauarra lib. 1. tit. 6. de visit. n. 7. & de Episcop. dict. lib. 7. nu. 9. in princ.* Sarauia, *de hoc tract. q. 23. n. 2.* sed quia contrarium resoluunt Aloysius Riccius, *collect. 751. & in praxi aurea resol. 39.* Masobr. *in praxi habendi concurs praelud. 11. in princip. secundum Roman. impress & n. praced.* adductam doctrinam, limitet idem Lotter. *d. l. 1. q. 25. n. 66.* cum de consuetudine, statutove Ecclesiæ possint idem effici de capitulo, late probans ex mente S. Congr. resolutum in Rota, *decis. 196. p. 1. diuers. & decis. 708. p. 2. recent. idē d. q. 25. à n. 76.* cumque beneficiati, vel alij huiusmodi, sint tales, de iure speciali in illis optime verificari sup. dictum Trid. decretum *c. 6.*

Qua difficultate posita, dicunt alij Doctores 115
decisum priorem opinionem procedere quidem in his, qui non sunt de capitulo, sed habēt vocem in capitulo, vt cum multis intelligit Sarauia,

dicta

dicta q.23.de adiunctis ex n.4. subdens quod licet Portionarij, & dimidij Portionarij in Ecclesiis Corduben Chartagin. Hispalen. Calagurritan. & Calciaten. habeant vocem in capitulo, tamen in electionibus, prouisionibus, & ad effectum coniudicium, pro capitularibus non habentur ex his, quæ Gonzalez *in regula* 8. *Cancel. glossa* 43. *n.* 45. Rota *in dicta decis.* 708. *n.* 1. *&* 3. *p.* 2. *recent.* Barbosa *in dicto cap.6. Trid.n.30. in fine, in pastorali dict.p.3.alleg.72.n.10.de canon. dicto cap.* 28. *n.27.in collect.decis.* 11. *n* 4. *&* 5. dicendo secundam opinionem intelligi in portionariis capitularibus; quia ex Sacra Congreg. Concilij eius meminere Sarauia *dicto cap.23.* Solorzan. *de iure indiarum tom.2.lib.3.cap.* 14. *n.* 14. Portionarij integri, & dimidij, non ex eo, quod habeant vocem in capitulo, illi sunt capitulares, sed tunc inter capitulares censendos, cum ex Apostolico priuilegio, vel consuetudine, aut Ecclesiastico statuto inter capitulares connumerentur; addentes, quod si ipsi talibus facultatibus non potiantur, possit Episcopus contra eos, non cum adiunctis procedere.

116 Ex his prouenit habenda illa distinctio, vt non teneatur Episcopus procedere cum adiunctis contra coadiutores (de quibus in vers. *ad tertiam*, latè loquuti sumus) nisi ex forma coadiutoriæ colligatur, vt ipsi coadiutori concessa fuerint omnia priuilegia, quæ habent canonici, Sacra Congreg. Concil. Barbastren 9. Nouemb. 1630. quæ censuit in verbis sequentibus *Episcopum non posse procedere contra huiusmodi coadiutores absque adiunctis; quatenus ex forma coadiutoria ipsis concessa fuerint omnia priuilegia, quæ habent canonici,* Barbosa *de canonic dicto cap* 28. *n.* 26. *dict. collect. decis.* 11. *n.* 7. *in Trid. dict. cap. 6. sess.25. n.29.* & aliis in locis, Nicolaus Garcia
117 *in addit. ad cap.5. n 96. p.4 de benefic.* † Vbi & obseruat ad praxim ex clausula coadiutoriæ, quod *coadiutor habeat omnes & singulas praeminentias, prærrogatiuas, & honores coadiuti,* non colligi concedi coadiutori huiusmodi priuilegium de adiunctis; eo quod illa clausula intelligatur de prærogatiuis, præeminentiis &c. circa seruitium Ecclesiæ, vt ex tenore ipsius coadiutoriæ apparet, & vt referunt etiam decisum, & declaratum Ludouic. à Sarauia *de adiunctor. Iurisdict. q.19.* Sellius *in selectis. cap.* 31. *n.* 3. vbi refert etiam adductam declarationem Barbastr.

118 Iam ergo de ministris, carcere, & loco exercendi iurisdictionem adiunctorum venit in dubium, in quibus breuiter dico, vt iudicium possit actuari coram notario ab Episcopo in visitatione cathedralis Ecclesiæ, quæ illi capitulo suspectus non sit, vt ait resolutum Armendar. *in addit. ad leg. Nauar. compil. lib.* 1. *tit.* 6. *de visitat. num.* 58. vbi subdit processum in causis visitationis coram ipso esse fabricandum, Barbosa, *in Trid. dicto cap.* 6. *num.* 32. *de canonic. dicto cap.28. n.13. & in pastor. sub dicta allegatione* 73.

119 Et quod Episcopus possit assumere suum fiscalé, qui interuenire solet in criminalibus canonicorum reorum, vel alium, quem magis voluerit deputare, nec teneri ad sumendum capellanum de choro, attestatur etiam decisum idem Armend. *lib.1. addit. leg.* Nauar. *tit.* 8. *l.* 7. *de Episcopis n.91. in fine. & n.92.* Barbosa, *dict. alleg.* 73. *n.* 8 idem *in Trid. dicto cap.* 6. *n.* 33. *de canonic. dict. cap.28. n.* 14. & hoc sine capituli consensu, vt ibi interueniat; quia capitulum nullum ius habet in electione fiscalis, & quod illius electio sit solius Episcopi, referunt etiam ex Sacra Congreg decisum Armendar. *dicto lib.1. tit.18. l.7. de Episcopis n* 91. *&* 92. *in Recopil. leg. Nauar.* & Barbosa *in pastorali allegat.73. n.8.*

Et quod optio sit danda Episcopo, vel vicario, 120
quo magis in loco velint procedere contra capitulares, & Episcopum posse sedere pro tribunali quocumque Diœcesis loco, vbi maluerit refert decisum *dict. leg.7. de Episcop. n.93.* Barbosa *in d. c. 6. Trid. n.34.* imo ipse Barbosa *n.85.* Armendar. *tit.*
6. de visitat. supra responso 8. *n.*93. † addunt non 121
posse Episcopum visitare in eius domibus Episcopalibus, sed cum visitare voluerit capitulum, accedere debere ad locum suum, quo solitum est capitulares congregari, & eorum actus expediri consueuerunt, si tamen id congrue potest fieri, sin minus ad locum congruum, & communem, & etiam refert decisum Armendar. *dicto tit. 6. de visit. n.39. responso* 8. Barbosa *n.35. in dicto c.6. Trid.* teneri accedere ad locum capitularem, quoties prosequi vellet visitationem alicuius particularis.

Ob id inquam si dubitaretur an Trid. *in dicto* 122
c.6. sess 25. sustulerit immemoriabilem consuetudinem circa locum tractandi causas cum adiunctis, & retinendi carcerem, quando sunt duæ cathedrales vnitæ, & Episcopus prætendit habere canonicum alterius ciuitatis in ea, in qua carceratur, & ibidem tractare causam cum adiunctis ciuitatis, de qua est carceratus canonicus, respondeo Sacr. Congreg. Concil. ad instantiam Rutæ, in qua dubitatum fuit *censuisse* Die 7. Septembr. 1630. in causa Calceaten. *sublatam esse immemorabilem per Concilium in casu, & ad effectum, de quo agitur;* quia dispositio concilij procedit etiam, vbi contraria consuetudo immemoriabilis viget, vt expressit ibi *in dicto cap.6. nec non consuetudinibus etiam immemorialibus,* &c. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.3 cap.492. num.6.* Ludouicus à Sarauia, *supra hoc tract. quæst.24. per totam,* & sic si Episcopus duarum Ecclesiarum vnitarum, v.g. Valuen. & Salmonen. quando aliquem ex capitularibus Valuen. in carcerem coniici mandat, tunc ille ad ciuitatem Salmonen. duci debeat, vbi Episcopus non moratur, Aldan. *dicto tit.18. ad leges Nauar. tit. de Episcopis* 18. *n.*21. Barbosa, *in dicto cap.6. Trid. sess.25. n.27.* referentes decisum in Valuen. & Salmonen. 17. Ianuarij 1604.

Et addit Cæsar de Grassis, *decis.2. n.2. & 3. de* 123
Iureiurand. vt concilium sustulerit etiam concordias desuper in contrarium initas inter Episcopos, & capitula ibi, *concordiis, quæ tantum suos obligent authores,* &c. Et quod hæc verba afficiunt futuras etiam concordias, sed declarant Achiles, *decis.3. num.2. de pactis,* Seraphinus, *decis.* 475. *nu.*3. Mantica, *decis.102. num.10.* Marchesan. *de commiss. p.* 1. § 1. *de appellat. ab interlocutoria. decis.* 4. Gonzalez, *ad regul. 8. cancel. glossa* 25. *num.* 14. Sarauia, *in hoc tract. quæst.* 25. *num.*6. Lotterius, *de re Benefic. dict. lib.1. quæst.25. n.86.* Rota, *decis.711. p* 4. *dicens,* hoc esse accipiendum, vt non intelligatur de concordiis circa modum procedendi, factis, & specifice confirmatis per sedem Apostolicam, & vt magis explicet Lotterius. *supra num.88. quem* refert Barbosa, *de canonic. dicto cap.28. sub n.11.* ait vt dicta specifice

& ex certa scientia confirmata intelligantur, si totus tenor sit relatus in ipsa confirmatione, vel saltem tota substantia narrata, repetit idem Barbosa cum adductis Doctoribus *in dicto cap. 6. Trid. num.57.* aliquid dico infra hic vers. *& amplius.*

124 Et idem Ludouicus à Sarauia *dicta q.15. n.19. in fine huius tractatus*, Barbosa *in dicto cap. 6. Trid.n.58.verba dicti cap.6.ibi quæ tantum suos obligent authores*, non esse referenda ad concordias, sed ad iuramenta: sic decisum referentes, & quod concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi, cum qua concurrat consuetudo immemorabilis, fuerit per concilium *in dict.c.derogatum, n.59.*quod concilium ibi: *saluis tamen omnibus priuilegiis, quæ vniuersitatibus &c.*excepetit priuilegia, quæ vniuersitatibus studiorum generalium, seu eorum personis fuot concessa, vt dixerunt Angulan.*de legibus lib. 3. contr. 33. n. 73.* Mantica *decis.180 n.5.vers.neque,& n. fin.* quod Trid.m illo capite 6. non detrahit authoritati, & iurisdictioni Episcopis acquisitæ, vt referunt decisum Ludouicus à Sarauia *dict.tract.q. 11. n. 15.ex decis.Rota 743.p.3.diuers.& 305.& 321. p.2.etiam diuers.&* apud Seraphin. *decis.493.&* idem Saraoia *dicto tract.q.15.ex n.* 4. Hieronim. Veneto *de examin.in concurs.faciend.lib 4.c. 17. n.3* dicunt concordias non tollere visitationem omnimodam, & independentem ab adiunctorum ministerio, & amplius dico infra hic io vers. *quod si perquiras.*

125 Et quia per Trid.verba *in dict.cap.6.dicta sess. 25.ibi, de quorum consilio, & assensu*, dubitetur, num sint coniudices cum Episcopo ipsi adiuncti, iurisdictionem habentes, an tantum obligati ad præstandum consilium, præcipue si consideretur vt proxime diximus nihil per Trid. decretum detrahi Iurisdictioni, & authoritati Episcopi; sed quia tam dictum est illos adiunctos iurisdictionem habere; ideo existimo dicendum, quod licet Episcopus non teneatur sequi illorum consilium: tamen teneatur aut eius vicarius audire illos, tam io formando processum, quam in cæteris actibus vsque ad finem causæ inclusiuè coram Notario ipsius Episcopi, & in eius Domo, aut consueto tri-
126 bunali.† sic vt illorum adiunctorum sit vnum votum, & quod Episcopus eorum altari possit accedere; & sic resoluit Ludouicus à Sarauia *dict.tract. q.8.per totam*, vt tacitus adiunctorum consensus non sufficiat, sed requiratur expressus: aliquid refert Barbosa *in Trid dict.c.6.n.9.&* colligitur ex adductis ab eodem Barbosa *dicta allegat.75.n. 7.*

127 † Vbi quod coram eisdem adiunctis ab Episcopi Notario processus est fulminandus, etiam in iudi-
128 cialibus, & extraiudicialibus; correctionibus, † Et quod tenetur visitans dare trassumptum, si reperetit aliquod delictum, carceratione, vel castigatione dignum, vt censuit sacra Congreg. teste Armendar.*in Recopil.leg.Nauarra dict.lib.1.tit.6. de visitatione n.61.& 62.*

129 Quod si Episcopus noluerit, aut impeditus fuerit contra canonicos delinquentes procedere, tunc non ad adiunctos deuolui iurisdictionem, nec ad ipsum Episcopum, sed ad superiorem, si coniudices, seu adiuncti renuant procedere contra capitulares, docent decisum Armendar.*ad leg Nauar. d. lib.7.de Episcop.n.89.*Barbosa *in Trid.dicto cap. 6.sub n.16* idem *dict collect.11.decis.n. 5.* Ludouicus à Sarauia *dicta quæst.11. de hoc tractatu n. 5.*idem Barbosa *de canonicis dict.c.28.n.5.* & in *pastorali dicta allegat.75.num.9. in fine, & sub num. 5.*

Et quod adiuncti possint recusari à parte, & 130
solo iuramento, resoluunt Stephanus Gratian *discept.forens.cap.100.n.49.*Ludouic.Sarauia *de hoc. tract.q.9.per totam* Barbosa *in dicto cap. 6. Trid n.7.*idem *de canonic. dicto cap. 28. n. 9.* Machado *de perfecto confes.p.4.tract.1.lib.4. docum. 4. n.3.*& procedit ex regula eorum, quam latissimè dixi *sub cap. 4. de fore comp. per plures quæstiones.*

Item quod appellatio in causis pendentibus 131
contra capitulares exemptos corā vicario foraneo cum adiunctis à capitulo deputatis non deuoluatur ad Episcopum, sed causa deuoluatur ad sedem Apostolicam, testatur resolutum Aldan.*dicto tit.18.n. 13.*in Burgens.18.Septemb.1617.Barbosa *in dicto cap.6.Trid.n.18.*† Et idem Aldanus *dicto tit.* 132
*18.n.20.*Barbosa in *dicto cap.6. n. 16.* testantur etiam resolutum in dict. Burgens.causas pendentes contra dictos capitulares exemptos coram foraneo cum adiunctis à capitulo deputatis, non posse ab Episcopo auocari, vt solus cognoscat, sed bene cum adiunctis.

Quod si perquiras quare adiunctorum iurisdi- 133
ctio fuerit introducta ante Tridentinum & in illo confirmata, respondeo ex illa nempe fuisse motos Pontifices, ac Patres concilij Trid. ad temperandam emulationem Prælatorum, & oppositionem, quam habent cum capitulis, & canonicis iuxta considerata per Abbatem *in cap.fin.n.6. de consuet.declaratione* 3.Federic.de Senis 247.Seraphin.*decis.465.n.1.*Verral *decis.n.4.p.1.*Cassad. *decis.6.de priuileg* & ex eo quidem, nam attento Iure communi, vt *supra* in princ. huius vers. *ad quartam*, notaui, Iurisdictio ordinaria in simul cum capitulo ad Episcopum spectabat, ex *dicto cap.Episcopus* ibi adducto *in cap.si quid, in cap. felix,& in cap.fin autem 15. q. 7.* ibi: *solus autem ad exclusionem aliorum Episcoporum non suorum clericorum, quorum præsentia erit irrita.*†
Et ita est intelligendus textus *in cap. 1. eadem* 134
*causa, & quæst.*ibi *libere,& in cap si quis cum clero 11.q.1.*ibi *nullam communem cum aliis iudicibus,& in cap.demum de cappellis Monachorum* ibi *solius Episcopi*, non enim hæc iura excludunt proprij capituli assensum, sed tantùm aliorum Episcoporum, & exterorum adiunctorum, vt in proposito sentiunt Anton.de Butrio *in cap. irrefragabili de officio ordinarij n.10.*ibi: *si attenditur ius commune de iure principaliter spectat ad Episcopum potestas de consensu capituli* ibi Abbas *in princ. num. 2. & in cap. 7. de excessibus Prælator.num.* 2.ibi *Episcopus de iure communi etiam causam alicuius, non debet sine consensu capituli audire* glossa *in cap. 1. de excessib.prælator. & in dicto cap. irrefragabili*, vbi bene Felinus *n.3.*Oldradus, *cons.* Mohedao. *decis. 7.de præscript.aliàs 154.*ibi: *quia de iure communi iurisdictio spectat ad Episcopum, & capitulum*, Sarauia *de adiunctis q. 1. per totam*, Gonzalez, *in regul. 8. Cancel. glossa 47 num.15.*

Et ob id posuit Rota *in decis.121.n.2.p. 2.* di- 135
uersorum dicere, ac firmare per dispositionem nouissimam Trid.*in dicto cap. 6. sess. 25. de reformat.* de adiunctorum materia loquentis, potius extendi, quàm minui Episcoporum iurisdictionem in cathedralium capitula, & potius his ablatam, quàm de nouo concessam, vt

repetit

repetit etiam Barbosa *in pastorali dicta allegat.* 73. *sub n.* 5. *post medium*, vers. ad quod & præcipuè haberi videtur, *in decis.* 243. *n.* 5. *p.* 1. *diuers.* & *decis.* 321. *n.* 2. *p.* 2. *etiam diuers.* & cardinalis Mantica *decis.* 180. & idem Sarauia *supra q.* 2. resoluunt nullam de nouo per concilium capitulis iurisdictionem tribui, quæ ego, vt dixi procedere intelligo in Ecclesiis exemptis, vt iam dixi *in princip. dicti vers.* imo, & dicti Tridentini.

136 Et ampliabis dict. Trid decretum *in dicto cap.* 6. procedere etiam in collegiatis, non solum exemptis, sed etiam habentibus concordias, vt tenuit Rota apud Farin. *decis.* 709. *n.* 3. & *decis.* 715. *n.* 2. *n.* 1. *collectan.* Barbosa *in dicta allegat.* 73. *dict. num.* 5. *in fine*, vbi ait, teste Armendar. *supra in tit.* 6. *de visitat. num.* 67. non comprehendere Trid. *in dicto cap.* 6. vt censuit sacra Congreg.

137 Item addo, quod duo illi canonici à capitulo eligendi, quorum consilium, & assensum, tam in formando libello, quàm in cæteris actibus, vsque in finem causæ inclusiuè, sint adhibendi ab Episcopo, vel eius vicario dum extra visitationem, contra aliquam personam cathedralium, vel collegiatarum Ecclesiam procedere voluerit: ita idem Barbosa *in pastor. dicta allegat.* 73. *n.* 6. qui debent concurrere ad formandum processum à prima citatione: nam vt Sarauia *de hoc tract. q.* 28. *n.* 1. & *q.* 16. *n.* 7. Barbosa *in dicto cap.* 6. *Trid. n.* 11. in vers. *iam in forman. do processum*, dicunt appellatione processus intelligi primam citationem, referentes sic decisum.

138 Tantumque esse dictorum capitularium adiunctorum priuilegium, vt si causa exercendi iurisdictionem simul cum Episcopo, vel eius vicario, sine fraude tempore diuinorum officiorum absint, non sint priuandi quotidianis distributionibus, tamquam absentes, propter Ecclesiæ vtilitatem ex officio sibi attributo, vt resoluunt Moneta *de distribut. quotid. p.* 2. *q.* 8. *n.* 19. & cum eo Barbosa *dicta allegat.* 73. *dicto n.* 6. *in fine* idem *in Trid. dicto cap.* 6. *n.* 8. idem etiam *in dicto cap.* 18. *de canonic. n.* 10 Machado *dicta p.* 4. *cap.* 4. *docum.* 4. *n.* 4. *de perfect. confes.* Riccius *in praxi p.* 4. *resolut.* 591.

139 Iam ergo potest dubium esse, num Episcopus sine adiunctis possit procedere in aliquibus casibus, etiam crimen continentibus? Et Respondeo primo, quod potest initio admissi criminis, procedere in criminibus ex incontinentia prouenientibus ad summariam informationem eorum sine adiunctis, de qua in decreto de concubinariis dict. concilij Trid. & in atrocioribus delictis depositionem aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur, ne iudicium eludatur, vt habetur expresse *in dicto cap.* 6. *Trid.* in vers. *vbi de fuga timetur.* † & ad capturam capitularium, vt tradunt

140 Mantua *decis.* 180. *n.* 6. Ludouic. à Sarauia *de adiunctis. q.* 10. *per totam*, Rota in calciatans. Iurisdict. 6. Iunij 1612. corã Bonæ memoriæ Rembol-do, vbi subditur, non procedere in delictis simplicis incontinentiæ absque qualitate concubinatus, Barbosa *in dicto cap. numero* 39. & *in dict. cap.* 28. *de canonic.* vbi dicit eo procedere sub *num* 21. quod raptus, & violatio virginis, sic delictum requirens depositionem, & vtrobique *dict. n.* 21. & 40 addit quoad fugã sufficere, quod de illa ordinarius illum respectu habuerit, & standum arbitrio Iudicis, an adesset timor fugæ, & quando quis dicatur suspectus de fuga tractant

Salustrius Tiberius *in praxi iudicum lib.* 2. *c.* 23. Iosesph Sesse *de inhibition. cap.* 9. §. 2. *n.* 44. & 46. Melchior. Phebus *lusitan. decis.* 51. *p.* 4. est que videnda Rota in chonchen. iurisdictionis 3. Martij 1617. coram bonæ memoriæ Cardinali sacrato, & in calciaten. Iurisdict. 21. Iullij 1621. & in iam allegata, Siluestet *in praxi Iudic. lib.* 2. *c.* 23. Cancerius *variar. resolut. cap.* 10. *n.* 13. & declarat Barbosa *in Trid. n.* 41. vers. *posset initio solus Episcopus*, vt hæc possint etiam fieri per vicarium ipsius Episcopi, quia et si Trid. dicat per solum Episcopum se refert ad immediate dicta, vbi poscebat reperiri adiunctos simul cum Episcopo, vel eius vicario ad formandum processum, & procedere ad capturam sine adiunctis, propter vitanda inconuenientia, si requireretur illorum assistentia; & sic praxi obseruari.

Et procedere secundo potest Episcopus sine adiunctis, quãdo totum capitulum deliquit, modo delictum non sit in personam Episcopi, vel in contemptum eius, vel vbi Episcopus habet interesse; quia tunc facultas deuoluitur ad primum superiorem, ne partes extra suas prouincias tot sumptibus, & incommodis litigare, & degere cogantur, Aloysius Riccius *in praxi aurea resolut.* 126. Nouarius *in praxi noui iuris Pontific. conclus.* 54. *n.* 3. Stephanus Gratian. *discept. forens. to* 5. *c.* 837. *n.* 15. & principalem conclusionem probant Seraphin. *decis.* 1050 *à n.* 1 Riccius *supra in praxi p.* 4. *resolut.* 594. Lotterius *de re benefic. lib.* 1. *q.* 25. *n.* 61. Sarauia *hoc tr. q.* 5. *n.* 4. & *q.* 6. *per totam*, Valenzuela *cons.* 184. *n.* 74. 141

Quod si dubites quando dicatur totum capitulum delinquere, & num relata procedat doctrina, si vnus ex capitularibus nõ deliquerit. Breuiter ad primum respondeo id colligi ex notatis per curiam Pisanam *lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 1. *ad* 6. Magon. Lucerni *deci.* 72. Cardinal. Tuschus *litt. V. conclus.* 349. 142

† Ad secundum quod si reperiretur vnus de capitulo, qui non deliquerit, ipse procedere simul cum Episcopo, Sarauia *dicto cap.* 6. *n.* 8. Barbosa *dicta cap.* 18. *de canonic. sub n.* 13. idem *collect. decis.* 294. referens decisum ex Sacra Congreg. consilij, quam referunt Sarauia *supra dicta q.* 6. *num.* 5. & 6. Armendar. *in recopil. leg. Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. §. 7. *de Episcopis num.* 90. idem etiam Barbosa *in dicto c.* 6. *Trid. n.* 51. 52. & 53. 143

Et sic euenit, vt licet Episcopus possit conuocare capitulum ad libitum, sed id fallit dummodo proponat de re ad commodum suum, vel suorum spectante; & sic Aldan. *in compendio canoni. resol. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 10. refert sub die 1. Martij 1619. resolutum fuisse, quod Episcopus, vel eius vicarius canonicus potest interuenire in actibus capitularibus, dummodo non agatur de interesse suo, non obstante quacumque consuetudine in contrarium: videndi Armendar. *in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib.* 1. *tit.* 18. *de Episcop. n.* 93. Barbosa *d. alleg.* 73. *n.* 16 & de canon. *c.* 35. *n.* 7. *in Trid. d. c.* 6. *n.* 32. vbi *sub n.* 44. cum Armendar. *d. lib.* 1. *n.* 95. *in fine*, ait posse illud conuocare, si iudex esse potest de re spectante ad Episcopalem Dignitatem, & sic resolutũ fuisse, sed videtur contra Venerum *in examine Episcopor. lib.* 4. *cap.* 19. dum ait Episcopum non posse conuocare capitulum in illis casibus, in quibus Iudex esse potest. 144

Item vt nec Episcopus habens controuersiam cum capitulo, possit Domi suæ illud congregare, sed debere ad Aulam capitularẽ conuocare, in qua solitum est capitulum conueniri, vt referunt 145

Tt 3 decisum

decisum idem Venero. *dicto lib.4. cap. 29. n.41.* Armendar. *dicto lib.7. de Episcop. n. 96.* Barbosa *de canonic. dicto cap.35. n.10. in Trid. dicto c.6. n. 45* Riccius *in decis. curiæ Archiepiscop. Neapol. 286. p.4.*

146 Deinde procedere valet Episcopus sine adiunctis, visitando peccata, & excessus capitularium, quos correctione, & punitione dignos repererit, corrigere, punire, & emendare, non tamen pœna ordinaria, sed ea, quæ ad morum magis emendationem, quàm punitionem respiciant, Armendar. *in dict. recopil. leg. Nauar. tit. de visitat n. 39.* Vbi *responso 2. & n. 77. & 79.* cum Nicolao Garcia *de benefic. p.5. cap.2. n.198. declarat.* qui subdit huiusmodi facultatem extendi ad visitandas, etiam res, & bona capituli, & ad eius administratores, Barbosa, *in Trid d. c.6. n.8. & in collect. decis. 11. n. 8.* & sacra Congregat. Concilij in Oriolen. 27. Martij 1632. *in responso ad 5.* refert Sellius *in selectis canonicis. cap. 31. n.6.*

147 Ob idque poterit sine adiunctis Episcopus rationes exigere ab officialibus ex gremio capituli constitutis, sede vacante, nisi velit criminaliter ad eorum punitionem, & correctionem procedere, vt censuit sacra Congregat. Concil. teste Nicolao Garcia *p.5. de benefic. cap.7. n.23.* Barbosa *de canonic. dicto cap. 28. n. 14.* & hoc vtique in capitulo exemptorum *in dicto cap.6. Trid n. 14.* † Vbi

148 *n. 16* quod potest Episcopus visitare capitulum solus absque adiunctis capitularibus, vt etiam retulit resolutum Sellius *in compendio canonic. resolut. lib. 3. tit. 56.* Et sic quidem, vt possit sine adiunctis visitare corpus Ecclesiæ cathedralis, & sacramentum, reliquias, vestes, ornamenta, cęteraque ad cultum Diuinum destinata, cappellas, cappellanias, dotationes, anniuersaria, institutiones, memorias defunctorum, pia opera, vel res, aut bona fabricæ seu Ecclesiæ docent Armendar. *dicto tit. 6. de visitat. allegat. 73. n. 15. in dicto c. 6. Trid. n. 53.* Barbosa *de canonic. dicto c. 28. n. 18. & in col-*

149 *lect. decis. 194 n. 3. & 4.* † Et quod sic poterit exigere sine adiunctis rationem administrationis opetum piorum ad curam capituli pertinentium, dummodo non procedat ad priuationem, vel aliàs criminaliter in forma iudicij, refert decisum Aldan. *in Compendio Canonic. resolut. lib. 3. tit. 3. num. 8.* Barbosa, *collect. decis. 194. num. 9. & dict. collect. decis. 11. n. 9.* ex Sellio, *supra dicto cap. 31. n. 5.* ex dict. Oriolen. *in respons. ad 7.*

150 Item etiam poterit Episcopus sine adiunctis procedere ad priuationem canonicorum ex causa quod ordines suis Præbendis annexos non susceperint, vt resolutum attestantur Nicolaus Garcia, *de benefic. p.3. cap. 2. n. 22.* Ludouic. à Sarauia, *de adiunctis q. 18. per tot* Barbosa, *alleg. 73. n. 12. dict. c. 28. de canon n. 20. in Trid dict. cap. 6.*

151 *n. 10.* † Et ad subtractionem fructuum, & ad mulctas ab eo impositas contra canonicos habentes capitulum eo tempore, quo Diuina officia celebrari debent, nisi causa aliqua vrgens in aliud tempus deferri non patiatur, sacra Congreg in dict. Oriolen. *in respons. ad 11.* Sellius *dicto cap. 31. n. 8.* Barbosa *dict. decis. col. 11. n. 10. in Trid. d. c. 6. n. 46 de canon. dict. c. 28. n. 29. & dict. c. 35. à n. 14.* ex Aldano attestante *dict. tit. 8. n. 12.* sic fuisse decisum in dict. Oriolen. 6. Martij 1632. Nicolaus Garcia *de benefic. p. 5. cap. 2. n. 159.* Armendar. *in addit. ad leg. Nauarra lib. 2. tit. 25. l. 2. §. 2. de residentia canonic n. 94.*

152 Et sic euenit dicendum, quod possit Episcopus absque præsentia canonicorum adiunctorum procedere contra canonicum ob non residentiam, dum non procedat ad priuationem, sed ad pœnas à sancto Concilio præscriptas Sacra Congreg. in dict. Oriolen. *in respons. ad 13.* de qua meminit. Barbosa *de canonic. dicto c. 28. n. 30. & dict. collect. 11. n. 11.*

Verùm si canonici cathedralis extra Ecclesiam capitularem obtinent beneficia curam animorum habentia, & in exercitio curæ deliquerint, dicendum est, vt sine adiunctis possit Episcopus illos punire, cum præualeat qualitas illa officij propter quam canonicus efficitur subditus solius Episcopi, ita vt tunc non vti canonicus, sed vti curam habens animarum, vel eius administrationem, debeat Iudicari, Seraphin. *dicta decis. 1058. per totam*, † vel si procederetur contra aliquem capitularem, qui per accidens esset subiectus liberæ, & absolutæ potestati Episcopi. Seraphin. *dicta decis. 1085. n. 2.* Lotterius *de re benefic. dicto lib. 2. q. 25. n. 61.* Barbosa *de canonic. dicto cap. 28. n. 24. vers. valet* idem *dicto cap. 6. Trid. n. 20.* 153 154

Alia dicit *n. 25.* nempe, vt causas pendentes contra capitulares exemptos coram vicario foraneo procedente cum adiunctis à Capitulo deputatis, non possit Episcopus ad se aduocare, sed bene cum adiunctis; & quod nec possit dari appellatio à vicario ad Archiepiscopum, sed causam deuolui ad Papam, referens decisum in causa Archiep. Burgen. à Sacra Congregat. 18. Septemb. 1617. & n. 28. ex adduct. Oriolen. Die 5. Aprilis 1631. inter alia. † vt si iudex sæcularis volens perquirere, & extrahere delinquentem ex priuata Domo canonici, ex vrbanitate implorer auxilium Episcopi, non teneatur tunc Episcopus perquirere coniudicum consensum. 155 156

Pro complemento poteris quidem dubitare quem præcedendo locum debeat habere Episcopus inter adiunctos siue capitulares? Et præmissis quæ late dico *in cap. arte pennli. de maiorit. & obed.* & de hoc legitime hic inquiratur per verba *dict. cap. 6 Trid.*, *ess. 25. de reformat.* ibi: *Episcopus præterea vbique is honor tribuatur*, respondeo quod cum dignitas Episcopalis sit ex sublimioribus per dicta *supra q. 1. & 2. & ibi* in vers. *ad quartam*, & Episcopus sit primus in Diœcesi, qui in altiori loco sedere debet, & stare *cap. Episcopus 17. dist.* Cassaneus, *in cathalogo gloria mundi, p. 1. consider at. 4. & sequent.* Paul. Tuscus, *de vnniat. lib. 1. cap. 1. cap. 10. n. 13.* Valenzuela, *consil. 84. n. 18. & 19. tom. 2.* & licet ex dictis *toto cap.* solum percipiatur præcedentia inter Episcopos procedere iuxta tempus suæ ordinationis, nec id à territorio, siue gradu prouinciæ, nec Diœcesis; ita vt antiquior in consecratione; licet Diœcesi recentior sit, prius concilio subscribat, & sedeat. Cassaneus, *in cathalogo gloria mundi p. 3. consider at. 23.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 20. n. 52.* Boërius, *de authoritate consilij, à n. 62.* Nauarr. Iacobat. Zerola, Quaranta, Selua, quos sequitur Barbosa, *in dicto cap. Episcopus num. 1.* & Franc. Leo, *in thesauro fori Eccles. cap. 9. num. 4.* Iacob. Valdesius, *de Dignit. Regum Regnorumque Hispaniæ, cap. 2. num. 5. in fine*, Cardinalis Baron. *tomo 6. anno Christi 451. & 465.* sed quia intra Cathedralem Ecclesiam ei debetur honor correspondens tantæ dignitati ipsius, indeque in choro, capitulo, processionibus, atque aliis actibus 157

publicis

publicis debet habere primum locum ad ipsius
Episcopi arbitrium Paulus Tuscus *de visitat dict.*
*lib.1.cap.15.n.24.*Barbosa *in dicto cap. 6. Trid.n.*
158 46.dict.vers. *Episcopi propterea* † & sic à fortiori
in casu nostro, & vti constat ex littera Trid. *in*
dicto cap. 6. & ex adductis in toto hoc vers. *ad*
quartam Episcopus, dum cum adiunctis procedit
debet esse primus ante eos in sedendo, & in aliis
pertinentibus ad iudicium, peragunt, vt etiam
praxis docet.

159 Nec obstat dicere prædicta intelligi, si Episco-
pus stat in sua Diœcesi, tamquam Episcopus, non
si vt alia persona particularis, qualem hic videtur
exercere, vt contingit in Episcopo Melitensi, qui
sedet in concilio post Priorem, vel Magnum Ma-
gistrum, Caputaq. *decis.307.p.1.*Puteus *dec.104.*
lib. 3. quia respondeo id inquam procedere quia
Episcopus in dicto concilio, non adest tamquam
Episcopus sed vt deferens magnam crucem: sic
D.Felix Cantelor *in libello de præcedentia debita*
Religioni Prædicatorum, eiusque Magistro Ge-
160 *nerali q.1.n.20.*† Et sic si Episcopus esset in col-
legio tamquam collegiatus, non deberet præcede-
re antiquiores, sed sedere in loco ad eum spe-
ctanti, tamquam collegiato iuxta plura quæ cu-
mulat Barbosa *de canonic.cap.36. & in pastorali*
allegat.1.n.5. & DD. per glossam verb. *Prælatae*
*in cap. a collatione de appellat.lib.6.*D.Felix *sup.*
*n.23.*Capicius Neapolit.*decis. 27.n. 27.*Aponte
*cons.14.n.50.& 65.tom.1.*Mastrill.*sicil.decis.110.*
n. 1. 3. & 4. Seraphinus *decis. 716. n. 15.& 16.*
Ioan Baptista Toro *in compend.decis.Regni Nea-*
pol.tom. 2. verbo *præcedere*, Stephanus Gratian.
*disceptat.forens.tom.2.cap.298.n.38.*Gregor.*Lo-*
pez in l.15.gloss.1.tit.5.p.1. quod sic à fortiori
contingit in canonico cathedralis Episcopo no-
minato alterius Episcopatus, qui nec in choro,
capitulo, aut processionibus semper sedet, ac ince-
dit in suo antiquiori loco canonicatus, vt praxis
omnium Ecclesiarum habet.

161 Tamen in casu nostro aliter dici debet; eo quod Episcopus tamquam talis, & proprius eiusdem Episcopatus cum suis canonicis adiunctis ad Iudicandum de suis Præbendatis delinquentibus congregatur, & patet, quia si Episcopus stat, vt talis in sua Diœcesi, semper præcedit canonicis; imo etsi stet intra Ecclesiam, vt Episcopus, & vt canonicus in simul, qui tunc, etsi solum tamquam canonicus assisteret, debet sedere in primo loco.

162 Vt contingit in Episcopo Austuricens. qui est etiam canonicus illius Ecclesiæ, quem vidi aliquando sedere in capitulo, & in loco sublimiori. Quod verùm est, nisi aliter se haberet priuilegio, vel conuentione, vt de dicto Episcopo Meliten. dictum est modo dicto.

163 Quod si secundo ordinatus, & consecratus in Episcopum sit potioris Dignitatis, vt est Cardinalis Episcopus, Patriarcha, vel Primas respectu Archiepiscopi, & Archiepiscopus inter Episcopos iuxta harum Dignitatum distinctionem quas sigillatim posui *in d.q.2.hic per totam*: tunc quidé Episcopus, etsi antiquior in ordine, stabit, atque sedebit post illas Dignitates; quia eius præcedentia solum procedit inter cæteros eiusdem, vel inferioris ordinis, vt dictum est: etenim vt ait glossa vnica *in dicto cap. Episcopus 17. dist.* ille gradus cæteros antecedit, quem labor prolixior, & stipendia longiora fecerunt anteire: videndus Felin. *in Rub. de maiorit.n.2.*Seraphin. *decis.1123.* Mastrill. *dicta decis.130.n.23.*Marta *voto 101.n.8.* & alij.

Ad quartam quæstionis partem, an officium canonicorum debeat per ipsos adimpleri, aut queat per substitutum? Quia iam late *in quæst. hac ex n.1* dictum est, & in quo præcipuè constet canonicorum officium, nempe in assistendo Episcopo celebranti, eoque associando & in psallendo in choro iuxta *ibi* dicta, & hæc per ipsos exercenda esse pateat. Ideo breuiter ad dubium præsens respondeo vt canonicus debeat seruire per se, & non per substitutum, ita vt etsi factum sit aliquod statutum, aut extet consuetudo, etiam immemorialis, quod canonici possint inseruire per substitutos, vel alternatim vnus pro alio, eius ratio h.benda non sit ita Nicolaus Garcia *de benefic. p.3.cap.2.n.498.& 503.Rota decis.659.p.4.diuers.*Zerola *in praxi Episcop.p.2.* verbo *canonicus §5.*Seraphin, *decis.1256.n.4.*Ciarlin. *controuers.for.lib.1.cap.38.n.30* 164

Et ita nuncupatim cauetur expresse in Trid. *sess.24 de reform.cap.11.* vers. *omnes*, ibi *omnes verò Diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia, & Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, assistere, & inseruire, atque in choro ad psallendum Hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, distinctè, deuoteque laudare*, & quod canonici Ecclesiarum collegiatarum per se, & non per substitutos inseruire debeant, & Diuina obire munia post dict. Trid. vers. *omnes*, docent D Seraphin, Ciarlin. *n. 29. & dict. Rota diuers. supra p. 4. n. 3.* Barbosa Laté *in dicto Trid. decreto, & de canonic. cap. 31. ex n. 1.* & declarat sact. congreg. in vna Egitanen. 13. Nouemb. 1601. quatenus censuit *canonicos teneri per seipsos, & non per substitutos suo muneri satisfacere, nisi legitime sint impediti*: & in alia Neritonen. 15. Aprilis 1606. 165

Quare si Dignitates, canonici, vel Portionarij, præsertim cathedralibus, si per se ipsos munera eis incumbentia adimplere non possint; quia legitimo impedimento detenti sunt, tunc debebunt alios eiusdem gradus, & ordinis deputare; quia etsi cogendi sint canonici, ac dicti Præbendati ad personaliter canendum missam in illis Diebus, quibus ex institutis, & legitima consuetudine illius Ecclesiæ, debent iuxta declarat. Trid. quam refert Nicolaus Garcia *de benefic. dicta 3. p.cap.1.n.145.*Barbosa *dicto cap.31.n.5.* videndus etiam *ibi n.4.vers.circa.* Tamen stante vsu immemoriabili, vt quis deseruiat in missis cantandis per alium sui similem, non esse improbabile dicit, vt canonicus non teneatur per se celebrare, sed possit per substitutum satisfacere per illa, quæ late traddit Stephanus Gratianus *discept. forens cap. 800. à n.1.tom.4* quod necessario erit intelligendum, existente iusta causa absentiæ, vel impedimenti, de quo late videndi sunt præter relatos Lambert. *de Iure patronat.lib.2.cap.1.q.7.princ. art.18.n.2.3. & 4.& art. 30. n. 25. § sit igitur conclusio*, vers *amplia secundo*, Gutierrez *cons.1.n.11.* vers. *& prædicta* Garcia *supra n.496.498. & 504.* cum aliis, & Azor, Ciarlin. *supr. dict. lib. 1. contr. cap. 38.n.28* & Latius *cap.34. à n.9.*Barbosa *dicto cap.31.* explicans in hunc modum adductam declarationem concil Rituum, quam refert ex Garcia *dicto n. 5.* & aliam Rit. congreg. ad supplicationem Ecclesiæ Abulen sub die 18. mai 1602. *ibi n.6.* ad litteram referens, & Garcia *dicto num.496.* vbi testatur se vidisse authenticam, vidi 166

quidem pluries sic practicari in Ecclesia Valliso-
letana, vt quando aliquis Hebdomadarius, siue
Dignitas, aut canonicus antiquior, quibus aliquas
missas per annum incumbit cantare, & in choro
capitulare aliquando aliis canonicis commenda-
rent dicendas sine contradictione vlla capituli,
præcipuè in Diebus ferialibus; in solemnibus qui-
dem quisque curabat, nisi impeditus, aut infirmus
per se officiare.
167 Hic solent adiicere DD. occasione dict. vers.
Trid. *supra cap.* 12. quale seruitium debeant præ-
stare, qui Dignitatem cum canonicatu, aut por-
tione obtinent simul, & quando vtriusque Præ-
bendæ onera teneantur seruire, de quo idem Gar-
cia *dicto cap.* 2. *n.* 503. *&* 504. Barbosa *dict. cap.*
31. *n.* 7. 8 *&* 9. referentes ad longum duas Rit. de-
clarationes sacr. congreg. primam 17. Iulij 1587.
aliam in vna calagurrit. 19. Iulij 1593. & aliam
sacr. congregat. concil. quam refert ad litteram
Garcia *supra dicto cap.* 2. *à n.* 506. & aliam *n.* 508.
509. & 510. in vna Burgens. seruitij Decan. 13.
Iunij 1594. coram Litta, idem Barbosa ad literam
etiam *cap* 31. *n.* 9. resoluens *dict. n.* 7. 8. *&* 9. quod
sic obtinentes teneantur vtriusque beneficij onera
inseruire per se ipsos, nisi seruitia eodem tempore
concurrant, vel nisi portio vnita sit Dignitati
perpetuò, & accessoriè, & per viam incorporatio-
nis; quia tunc non tenetur seruire tamquam por-
tionarius.
168 Sed quia non valde spectent ad dubium, de quo
inquirimus, puto illud concludendum cum se-
quenti: nam si v. g. contingat, vt canonicus ex in-
stituto Præbendæ obligatus sit celebrare per se,
vel per alium. tunc quidem, & si Iusto detineatur
impedimento, quominus valeat per se celebrare,
teneatur nihilominus per alium adimplere: ita
Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 14. *p.* 2. *n.*
28. Nauar. *in man. cap.* 23. *n.* 154. Azor. *instit.*
moral. p. 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *q.* 7. vers. *respondeo.* †
169 Ob idque vt nullo casu omittat canonicus adim-
plere onus sibi iniunctum missarum decantanda-
rum, licet infirmus sit, vel ex Iusta causa absens,
solet statuto caueri, vt per se, vel per alium sui si-
milem huic oneri satisfaciat; & hoc in casu, vt
adducti, Ciarlin. *dicto cap.* 38. *&* 34. Azor, Garcia,
Gutierrez, Lamb. & Barbosa *de canonicis dicto*
cap. 31. *n.* 4. *in fine*, docent non præstatur libera
electio illi canonico (vt fieri solet, ac practica-
tur) sed analogicè, vt ita demum canonicus pos-
set per alium satisfacere oneri missarum, siue so-
lemnium, si Iusto aliquo impedimento fuerit de-
tentus, vel infirmitatis, vel absentiæ, ne ipse valeat
physicè per se adimplere. cum Iustum sit, vt per se
ipsum seruiat, si impeditus non sit, vtinam sic
practicetur?
170 Ad vltimam quæstionis partem an canonicus
cogi possit ad cantandum euangelium, seu episto-
lam, si alius canonicus, aut Portionarius cele-
bret? Et repetitis hic quæ adduxi in hac quæ-
stione de differentia Canonicorum, & Portiona-
riorum, & quando isti dicantur, etiam de capi-
tulo, breuiter respondeo, quod licet possint co-
gi Canonici, Diaconi, & subdiaconi epistolam,
& euangelium canere in quibusdam celebritati-
bus solemnibus, etiam celebrante Episcopo, non
obstante quocumque prætextu, vel consuetudine
in contrarium, vt patet decisum à sacra congreg.
Rituum in Ianuen 19. Decemb. 1602. quam adducit
171 Sellius *in selectis canonic. cap.* 3. *n.* 60. † Tamen
in proposito nostri dubij resoluendum est, vt ca-
nonici non sint cogendi ad cantandum episto-
lam, vel euangelium, quando alius canonicus, seu
dignitas celebrat, nisi quando Præbendæ sunt di-
stinctæ: ita sacra cong. Rit. in Tarentina Crypta-
liatum 3. septemb. 1605. quam refert Aldan. *in*
compendio canoic. resol. tit. 21. *n.* 11. † Nec item 172
tenebuntur, aut poterũt cogi ministrare in officio
Diaconi, vel subdiaconi mansionariis, & Portio-
nariis, ac aliis inferioribus Presbyteris celebran-
tibus. non obstante consuetudine, iuxta tres de-
clarat sacr. congreg Rit quas refert Sellius *supra*
dicto cap. 3. *n.* 5. vnam Hispalen. 1. Iunij 1601.
aliam Gadicen. 23. Nouemb. 1602. & tertiam Ma-
teranen. 5. Iulij 1614. † Et ratio, quidem est, quia 173
canonici, & Dignitates, qui habent annexam
Præbendam, etiam cum onere cantandi episto-
lam, siue euangelium, non tenentur ministrare in-
feriores, vt refert declaratum idem Sellius *d. cap.*
3. *n.* 61. à sacra congreg Rit. in Salamantia 10.
Ianuarii 1604. † Non enim canonici supplent vi- 174
ces Dignitatum, vt idem Sellius refert declaratum
dict. cap. 3. *n.* 28. à sacra congreg. Rit. in Malacita-
na 3. Iunij 1617. Barbosa *in collect. decis.* 92. *ex*
n. 15. *ad* 19. idem *in Bullario*, verbo *canonici in*
Ecclesia 12. vers. *canonici Diaconi* cum duobus
sequentibus.
Sunt inquam Portionarij, vt iam *supra* dixi 175
clerici vltimi gradus collegiatarum, & cathedra-
lium, nisi constituantur ad cantus, & musicas seor-
sim, qui vltimi erunt, & Portionarij penultimi: sic
Michael Ferrus *de præcedent. cap.* 36. *n.* 1. qui alia
de istis dicit.
Pro complemento addes, quod canonicus ad- 176
ministrator, fabricæ deputatus, tenetur Ecclesiæ
inseruire, sicut omnes alij canonici; sic vt aliàs
veniat mulctandus in distributionum amissione,
sacra cong. Rit. in Egitanen. 23. Nouemb. 1602.
Barbosa *in Bullario supra* verbo *canonicus admi-*
nistrationis, & *in dicta collect.* 92. *n.* 24. Aldan ex
dict. declarat. congreg *dicto tit.* 21. *n.* 17. *lib.* 3. *ca-*
non. resol.
Vltimo addo dicendum, quod, solent Punctores 177
chori quotannis nominari à capitulo canonicorũ,
quorum officium est præstito à quolibet fidelita-
tis Iuramento, de fideliter suo munere ad implen-
do pœna proposita, si in officio fideles nõ erunt, sic
vt possit episcopus cogere canonicos ad præstan-
dum Iuramentum de fideliter punctando in cho-
ro, sicut censuit sacra congregat. concilij 17. Mar-
tij 1619. Tuscus *de visitat. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 19. † 178
debetque quilibet ex punctoribus ostendere li-
brum puncti Episcopo, quoties ei videbitur, vt
dicunt Vgolinus *de officio Episcopi cap.* 19. §. 1.
n. 7. Barbosa *de canonic. & Dignitatibus cap.* 34. *à*
n. 18 *ad* 22. qui ex Felino *in cap. ad audientiam*
16. *de præscript* Ancharran. *cons.* 54. *n.* 5. Rota *de-*
cis. 619. *circa medium p.* 2. *recentior* & in Elnen.
distribut. 25. Iunij 1619. coram R. P. D. Durand.
ait libris capituli circa canonicorum interessen-
tiam standum esse, & quod huiusmodi libri eo for-
tius pro ipso capitulo, fidem facient, si fuerint
tenti, & rogati per secretarium capituli, qui fuerit
Notarius ex Rota Burgen. expensarum 31. Ianua-
rii 1625. coram Reuerend. P. dom. Merlino *in Bul-*
lario verbo *canonicus*, & verbo *Episcopus*, & *in*
collect. decis. sub eisdem verbis, tangit alia Barbosa
conducibilia.

AD TEXT. IN CAP. I. DE officio Archipresbyteri hoc titulo.

PRÆMISSVM.

1 QVIA textus iſte ſatis intelligitur per dicta *ſupra in Rub. hoc tit. & in Rub. & in c. 1. de officio Archidiaconi.* Vbi in quibus antecellat Archipresbyter Archidiacono & quare de Iure Archidiaconus ei ſuperior ſit pro intellectu verborum hic: *Archipresbyter ſciat ſe ſubdi, & ſubeſſe Archidia-*

2 *cono &c.* & quatenus ad verſ. ibi: † *& quod ſpecialiter ad eius pertinet miniſterium ſuper omnes Presbyteros in ordine Presbyterali poſitos curam agere animarum &c.* applicabis plura, quæ dixi *hic ex quaſt. 1. 2. 3. & 4.* vbi expendi de ſacerdotibus, qui ſubſunt Archipresbytero in cathedrali-

3 bus. † Et de aliis ad officium Archiprebyteri

4 ſpectantibus per verba in textu noſtro ibi, † & *aſſiduo in Eccleſia ſtare, & in Epiſcopi ſui abſentia ad inuicem eius miſſarum ſolemnia celebret, & collectam dicat, aut cui ipſe in iunxerit*: applicabis quæ dicta ſunt in Rub. & quæ dicuntur *in cap. 2. & 3. hoc tit.*

AD TEXT. IN CAP. II. & III. Miniſterium hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes cardinales ſunt qui cum Epiſcopo miniſtrant in cathedrali, id eſt canonici,* n. 2. 1. & 4.

3 *Cardinales ſacerdotes dicuntur tamquam principales id eſt canonici Diaconi, qui ſunt ſimia alterum cardinalium Romana Eccleſia,* n. 4.

4 Cap. paſtoralis 42. 7. q. 1.

5 *Parochorum tractatio ſuadetur ex verbis huius textus.*

1 TExtus hic etiam per dicta *ſupra in principio Rubrica*, expenditur vbi nonnulla dicta ſunt de officio Archipresbyteri. Sed quia textus, nec gloſſa apertè declarat qui ſint ſacerdotes Cardinales, quibus præeſt Archipresbyter, de quibus loquitur Pontifex Leo ibi *vt diligenti cura prouideat miniſterium ſacerdotum cardinalium, qui ſolemne debent agere officium &c.* & ibi *prouideat etiam Archipresbyter vitam ſacerdotum cardinalium &c.* ideo etſi gloſſa referat prædicta verba ad ſacerdotes principales ſeu cardinales,

2 non explicando quinam iſti ſint. † Et reiectis quæ late ſcribit Quintana Dueñas Eccleſ. *lib. 4. ex n. 41.* videtur cum Duareno *de ſacr. Eccleſia miniſteriis lib. 1. cap. 8. & cap. 13.* & Barboſa *de canonic. & Dignit. cap. 6. n. 14. & de Iure Eccleſiaſt. cap. 25. p. 1. n. 14.* per eadem verba, interpretantibus loqui ibi Pontificem de canonicis Eccleſiæ cathedralis, qui cum Epiſcopo rem Diuinam faciunt, atque vnum corpus conſtituunt.

Et eo magis procedere dicunt, quia in hunc 3
ſenſum dicuntur cardinales ſacerdotes tamquam principales, quia textus hic agit de illis, qui per ſingulas horas ſolemne agere debent officium per totum anni curſum, quod canonicis cathedralium incumbit, ac de his magis videri textum hic loqui relatum à Quintana Dueñas *in c. fraternitatem 71. diſt.* ibi *Eccleſia tua Deo propitio conſtituere cardinalem* & declarans Barboſa *vbi proxime d. n. 14. in fine*, dicit vt Gregorius *ibi* quatenus Fortunato Epiſcopo Neapolitano ſcribens *lib. 5. epiſtola 11. ſeu cap. 111.* vt Apoſtolica permiſſione vnius Eccleſiæ clerus valeat ordinari, non quidem referri ad Parochos, ſed verba ibi, *vt Gratianum Eccleſia Benefrana Diaconum concederemus tua Eccleſia Cardinandum*, & ibi *habituro licentiam Diaconum illum, noſtra interueniente authoritate, Eccleſia tua Deo propitio conſtituere cardinalem*, ad Parochos non adæquare, ſed ad canonicos. Quare de officio canonicorum intra eccleſiam, in canendo, & miniſtrando, etiam proprio Epiſcopo, hic poſſemus opportunè agere, at quia plene ſub noſtra Rubr. dictū eſt *q. 3. & 4. ex n. 1.* inde eſt, vt non amplius de hoc puncto aga-
mus, † Et licet videatur obſtare textus *in cap. Paſtoralis 42. 7. q. 1.* vbi ſubſtituitur cardinalis ſacer- 4
dos tempore hoſtilitatis, loco Epiſcopi, qui curam animarum regat, & ſic magis ad Parochos textum noſtrum applicari, ſed Abbas *hic ſub n. 1.* verſ. *gloſſa quærit qui ſint Cardinales* Bellarmera in verſ. *primo quæro*, potius videntur amplecti, vt textus noſter intelligatur de canonicis, qui ſaltem debent eſſe Diaconi, ſicut & in vniuerſali Eccleſia cardinales; & quod illa, & Hoſtienſis notat quod ſunt ſimiæ more in poteſtate Domino, & honore, nitentes etiam in minoribus Eccleſiis ſummos cardinales.

Item etiam quia Archipresbyter debet curare, 5
vt prædicti ſacerdotes cardinales obtemperent præceptis ſui Epiſcopi, & ne aliquanto cedant, aut ſcurrilitate torpeant, ideo applicabis quæ dico *infra de officio Iudicis ordinary*, aliqua dicta *ſupra q. 2. in Rub.* verſ. *ad quartam*, & quæ dico *infra de vita, & honeſt. clericorum in cap. cum non ab homine 10. cap. cum decorem 12. cap. vt clericorum 14. cap. à crapula 15. cap. clerici officia 15. & cap. fin.*

Et quia per verſ. *ſi Epiſcopus defuerit* (excep- 6
tis his, quæ prohibita ſunt) *Archipresbyter prouideat cuncta, qua in ſacerdotum miniſterium perfici debeant, fontes benedicere, infirmum oleo perungere, pœnitentem infirmum (conſulto Epiſcopo) reconciliare, pœnitentiam cunctis aliis ſacerdotibus iniungere*; ideo per hoc verba de officio curati, ſiue Parochi, quod Archipresbytero, aliiſve Presbyteris Parochis pertinet, agi valet, de quo ex q. 1. *hic.*

Etſi ibi in verſ. *in præcipuis feſtiuitatibus, aut* 7
ipſe celebrationem miſſa ſolemniter impleat, aut ad ſui Iuſſionem, cui committitur peragat &c ideo repetes quæ iam ſub Rub. dixi circa obligationem celebrandi per ſe, ac poteſtatem nominandi eos, qui celebrent, eo impedito.

QVÆST.

QVÆST. I.

An Archipresbyter sit Parochorum primus sic vt quemadmodum quilibet Parochus in propria Parochia ita ille in chathedrali, & in cæteris totius Diœcesis? Et quæ incumbant ministrari ab Archipresbytero, siue quolibet Parocho ex officio curæ.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyter Dignitate præest post Ar-Archidiaconum in cathedralibus, & collegiatis, habens insimul curam animarum* n. 2. 3. 4. 9.

2 *Cathedralis Ecclesia dicitur Parochia totius ciuitatis, & Diœcesis.*

3 *Archipresbyteri officium, est ministrare omnibus de Diœcesi sacramenta confessiones omnium de Diœcesi audire, pœnitentias iniungere, præterquam in casibus Episcopo reseruatis. Quid hodie* n. 6.

3 *Archipresbyter habet curam, & solicitudinem de omnibus sacerdotibus, qui sunt cardines Ecclesiæ, vt diligenter faciant sacrum, qui absente Episcopo, supplet, fontes benedicit, infirmos iungit &c.*

5 *Archipresbyteri, & alij curam animarum habentes, saltim Dominicis Diebus, & festis solemnibus, debent pascere salutaribus verbis, plebes sibi commissas, docendo quæ sibimet suæ necessaria ad salutem.*

6 *Archipresbyteri officium ex Trid. summe coarctatum est circa ea, quæ sunt fori pœnitentialis, cuius loco Pœnitentiarius in qualibet cathedrali creatus est.*

7 *Cura cathedralis fore redacta est, vt exerceatur per aliquem Presbyterum nominatum à Decano, & capitulo, approbato ab Episcopo.*

8 *Parochi hodierne dicti, sicut apud Ethnicos Parochi dicebantur, qui legatis publicè Romam missis, salem, & ligna præparabant.*

9 *Curati appellantur à cura, quam de regendis ouibus susceperunt, &* n. 10.

10 *Cura vniuersæ Ecclesiæ commissa est Papæ.*

11 *Curatorum ordo fuit institutus à Domino in ipsis septuaginta discipulis ad regendas singulares Parochias.*

11 *Parochi solent appellari Rectores, quia populum cum cura regunt.*

13 *Rector vnus sacerdos, & sponsus, debet esse in vna Ecclesia* n. 15. 16. & 17.

14 *Parochus vnus debet assumi ad regimen Parochialis Ecclesiæ, qui suo nomine, & non cum aliis præficiatur, si plures essent Parochi, propriè non dicerentur, &* numero 18.

15 *Sacerdos proprius vocatur cuiuslibet Parochiæ Rector* n. 16.

16 *Rectoris nomine apprehenduntur etiam habentes Dignitatem, personatum, siue Prioratum.*

17 *Parochus, Curatus, & Rector, sunt nomina Synomima.*

19 *Cura animarum, quam exercent Hebdomadarij canonici, residet, penes collegium.*

20 *Cura animarum, quam exercent Beneficiati in Archiepiscop. Burg. Episcop. Palent. Calagurris, & Vallisoletan. residet penes Episcopos, & Archiepiscopum.*

21 *Cura animarum est potestas administrandi sacramenta.*

22 *Parochus debet per se exercere curam animarum* n. 23. & 24.

28 *Parochiales functiones non alij, quam Parochi valent exercere limitatur, vt* n. 24. & 26. *& quæ sint* n. 27. 31. 32. 33. 34. 35. & 36.

25 *Parochus tenetur in Diebus festis, & Dominicis missam celebrare in Parochiis propriis per se, nisi & in aliis feriis iuxta consuetudinem regionis, & ad benedictiones, & sepeliendum, vt* n. 26. & 27.

28 *Parochus quando populus numerosus est, tenetur introducere alios sacerdotes pro missis dicendis, & qui sufficiant in sacramentis administrandis.*

29 *Missa* de requiem, *quæ dici possunt in Die Dominio S. Gregorij, Rosarij* remissiuè.

30 *Parochiani satisfaciunt præcepto audiendi missam in propria Parochia, si illam audiant in Ecclesiis Regularium.*

31 *Functiones Parochiales, sunt sanctissimi delationes, & celebrationes missarum in feria quinta Domini, sabbati sancti.*

32 *Benedictio fontis Baptismalis connumeratur inter benedictiones Parochiales; item & candelarum purificationis* n. 35.

33 *Candelas benedictas nequit Parochus transmittere ad ædes sæcularium distribuendas tantùm in Ecclesia.*

34 *Candela benedicta in cathedrali debet primo ministrari Episcopo à prima Dignitate, cui deinde Episcopus aliam præstat.*

35 *Candela annuatim dantur laicis in aliquibus Ecclesiis in Die purificationis: vbi de vsu Ecclesiæ Vallisoletanæ, & Toletanæ.*

36 *Palmarum benedictio, quæ fieri solet quotannis vniuersaliter in singulis Ecclesiis connumeratur inter functiones Parochiales.*

37 *Parochi debent in propriis Parochialibus benedicere candelas, Palmas, cineres &c.*

38 *Cinerum benedictio, quæ solent fieri in primo Die Quadragesimæ, connumeratur inter functiones Parochiales, qui cineres debent esse aridi.*

39 *Dignitas illa, vel canonicus, à quo celebrans recipit Palmam, cinerem, aut candelam, præfertur omnibus aliis vt à celebrante primo eadem accipiat.*

40 *Vicarius Generalis in acceptione Palmæ, cineris, aut candelæ, præfertur aliis non ministrantibus.*

41 *Distribuentes candelas, Palmas, & cineres, debent exequi, detecto capite.*

32 *Canonici incedentes in processionibus Palmarum, & candelarum, quibus Prælatus cum Mytra interuenit, debent in Ecclesiis incedere, detecto capite.*

43 *Palma benedicta est ministranda Episcopo à prima Dignitate.*

44 *Parochus debet benedicere corpus defuncti, in*

in cuius Parochia obiit, non regularibus, etiamsi sepeliendus sit in Ecclesia regulari, & n.49.

45 Parochus debet facere officium circa corpus defuncti, & non alij sacerdotes, etiam Ecclesia cathedralis & etiam præsentibus Archipresbytero, & canonicis, vt n.46. & n.48.

47 Curatus ratione stola debet precedere aliis Presbyteris, etiam canonicis collegiata.

49 Parochus facit omnia officia circa corpus defuncti Domi, & per vias, quousque collocet illud sepeliendum intra Ecclesiam regularium.

50 Parochus manu tenendus est in quasi possessione faciendi officium supra defunctos sua Parochia, etiam quando sepeliuntur extra Parochiam, in quacumque Ecclesia ciuitatis, siue regularium, aut sæcularium.

51 Parochi defunctorum possunt associare corpora eorum vsque ad Ecclesias, in quibus sunt sepeliendi, ibique manere; dum tamen ipsi non officient, sed sacerdotes, aut regulares.

52 Parochi sic ad tumulandum tenentur, vt nec canonici, aut alij sacerdotes suarum Ecclesiarum, valeant illud officium vsurpare sine Parochorum licentia.

53 Parochi nequeunt impedire, vt veniant ad associandum corpus defuncti assignati per testatorem.

54 Parochi nequeunt cogere hæredes, aut testamentarios, vt in propriis Parochiis fiant nouennalia, & anniuersaria, quæ celebrantur in Ecclesiis regularium, vbi defuncti sunt sepulti.

55 Defuncti corpus à Parocho nequit impediri, vt sepeliatur in alia Ecclesia, si requisitus Parochus recuset.

56 Defunctus Parochianus, queit in propria Parochia sepeliri, etiam inconsulto, aut recusante Parocho.

57 Curati officium etiam est prædicare, & alia efficere ad docendos Parochianos.

58 Parochus quilibet est minister sacræ vnctionis.

59 Archipresbyter debet curare qualiter sacramenta ministrentur à cæteris curatis.

60 Parochus illico, quod prouisus est de beneficio curato, habet Iurisdictionem, vt ministret sacramentum pœnitentiæ omnibus de Parochia absque alia approbatione.

61 Parochus queit audire suorum Parochianorum confessiones in aliena Diœcesi, dum retinet beneficium cum cura.

62 Habitantes Parocho, vbi degunt subiiciuntur, quoad sacramenta, excepto ordinis, & confirmationis.

63 Matrimonij sacramenti sunt sibimet ministri idem contrahentes, cui contrahendo, debent Parochi assistere, & testes præsentia morali, & intellectuali, vt n.64.

65 Matrimonium, vt celebretur per Procuratorem, requirit præsentiam Parochi, & testium n.66.

66 Parochus validè assistens matrimonio, non eget pronunciare verba ego vos coniugo in matrimonio, & n.67.

67 Verba ego vos in matrimonio coniugo, non sunt posita ad essentiam matrimonij, sed tantum sub præcepto.

68 Parochus tenetur interrogare contrahentes matrimonium de mutuo consensu, alias peccat.

69 Parochus debet dare benedictionem, non alius, nisi de ordinarij licentia nubentibus. Et quis quando contrahentes sunt diuersæ Parochiæ n. 70. Et num tempore aduentus, & Quadragesimæ n.76.

71 Denunciationes matrimoniales inter missarum solemnia ad matrimonium facit Parochus, vel alius de eius licentia. Quæ non spectant ad essentiam, sed ad præceptum. Et de aliis remissiue n.72 & 75.

73 Parochus non potest celebrare nuptias in Ecclesia ab aduentu ad epiphaniam, nec à die cinerum, vsque ad octauam Paschæ, aliàs graui pœna est puniendus arbitraria.

74 Aduentus tempus incipit à primis vesperis sabbati præcedentis.

75 Sponsalia non prohibentur fieri tempore aduentus, nec denunciationes præmittenda matrimonio.

77 Parochus tenetur eucharistiam ministrare suis Parochianis pro implendo præcepto annuali in septimana sancta, & post, & ante iuxta consuetudinem Diœcesum, vt n.78. & 79.

79 Eucharistia est ministranda à Parocho quoties à Parochis petatur rationabiliter, quæ est seruanda diligenter in Ecclesiis, vt n.82.

80 Eucharistia in Die parasceues non est ministranda aliis quam infirmis.

81 Parochus ex officio debet deferre sacram Eucharistiam ad infirmos honorificè, & habitu decenti n.83.

83 Eucharistia cum qua decentia, & apparatu debeat deferri ad infirmos, & de die vt n.84.

84 Parochus debet deferre eucharistiam interdiu ad infirmos, quam potest dare non ieiunis, si periculum adsit in mora, & numero 85.

85 Parochus non ieiunus, num valeat consecrare pro communicando infirmo? remissiuè.

86 Parochus intantum tenetur infirmis communicare, etiam peste laborantibus propria manu, aut porrectione instrumenti id debeat facere, vel ponendo eucharistiam in tali loco, vbi infirmus proprio ore illam capiat n.87.

87 Parochus, qui longinquo laboranti infirmo defert eucharistiam, debet illam portare pedester, nisi vt n.88. & ad collum alligatam in pixide intra bursam ibi dicto n.88. nec à laico, dicto n.88.

88 Eucharistia nequit deferri à laico, etiam si Parochus fatigatus ex itinere, eam non posset deferre.

89 Parochus si de gutture infirmus non poscit eucharistiam sub specie panis, nequit illam dare sub specie vini.

90 Parochus cum timet infirmum prope moriturum, non debet ad illam eucharistiam deferre, aliter in Baptismo, & pœnitentia n.91.

91 Eucharistia, vt solum adoretur ab infirmo, non est deferenda, quando infirmus ob tussim aut

aut aliàs ſumere nequeat.

92 *Parocho, licet in caſu magnæ neceſſitatis frangere particulam hoſtiæ magnæ pro communicando infirmo iam morituro, ſi alia non ſit.*

93 *Euchariſtia debet ſumi in propria parochia, vt impleatur præceptum de quotannis communicando. Quid de Parocho* n.94.

94 *Parocho, licet in aliena Parochia communicare eius proprios Parochos pro implendo præcepto communionis annualis, &* n.95.

95 *Sacerdotes, ſi nec celebrent in propria, vel aliena Parochia, tenentur tunc in propria communicare Parochianos pro implendo præcepto annuæ communionis in Paſchate.*

96 *Eccleſia cathedralis etſi dicatur Parochialis totius Diœceſis; non inde ſequitur, vt valeant Parochiani ſumere ibi eucharistiam pro implendo præcepto communionis annuæ ſine licentia proprij Parochi contra nonnullos, &* n 97.

97 *Parocho cathedralis Eccleſiæ, non licet in aliena ſacramenta, vel curam miniſtrare, nec aliena Parochia ſubditis communicare pro implendo præcepto annuæ communionis.*

98 *Archipresbyter poteſt præcipere cuſtodi cathedralis, vt in ſacrario non deſit, propter infirmos Chriſti euchariſtia, & curare, vt Parochi Diœceſis ſic faciant, vt* n.99.

99 *Parochus debet habere curam inter alia ſibi incumbentia ſeruandi pro infirmis ſub fideli cuſtodia, & loco decenti eucharistiam, &* n. 100.

100 *Pixides duæ tenendæ ſunt in ſacrario, in quarum vna conſeruetur ſanctiſſimum ſacramentum, & in altera deferatur ad infirmos, quæ debent collocari ſuper altari viatico, vel ſuper corporali.*

101 *Olea ſancta non poſſunt ſeruari in ſacrario, ſed in alio loco decenti.*

102 *Euchariſtia ſacra ſeruatur in ſacrario ex antiquo more, & magna cum reuerentia declaratum eſt* n. 103.

104 *Clauis cuſtodiæ, ſanctiſſimi aſſeruati in monumento, debet eſſe interim in cuſtodia ſacerdotum, aliter praxi videmus in Hiſpania, & hic Matriti. Quid in cathedralibus* n.105.

106 *Lampas, vt ardeat Die, noctuque ante ſanctiſſimum ſacramentum curandum eſt à Parocho, vt ingredientes Eccleſiam ſciant, vbi primum ſit adorandum, & ne in lampadibus ipſis quid curioſum miſceatur, & à quo fiant ſumptus olei* numero 107.

107 *Oleum pro lampadibus cathedralium, & Parochiarum cuius ſumptibus ematur.*

108 *Sacerdotes ſoli ex officio ſunt proprij miniſtri Baptiſmi ſolemniter celebrandi vt* n. 109 *vt Epiſcopus, & Parochus.*

110 *Parochus nolens Baptizare infirmum ſibi commendatum, deponitur ſi ſine Baptiſmo moriatur, niſi vt* numero 111. & 113.

111 *Baptizare poteſt quilibet ſacerdos, ſi Parochus haberi nequit, aut abſens fuerit. Et quid Diaconus?* remiſſiuè numero 112.

113 *Parochus propria cuiuſque Parochiæ, debet ex officio filios Parochianorum Baptizare, & peccat ſi ſe intromittat in Baptizando aliena Parochia, puerum, ſed non ſit irregularis, vt* n. 114.

115 *Baptiſmi miniſtri in caſu neceſſitatis poſſunt eſſe alij præter ſacerdotes. Et quæ debeant eſſe parata in Eccleſia pro ſolemni Baptiſmo* numero 117. 118. & 119.

116 *Parochus debet inquirere ſi rite priuatim, ſacramentum Baptiſmi collatum eſt, quo inuento non repetet ſolùm quidem in Eccleſia ſolemnes cæremonias implebit.*

117 *Parochus, ſeu alius ſacerdos de eius licentia Baptizaturus debet ſpectare in Parochia indultus, & inter eſſe vocatus pro implendo hoc miniſterio: vbi quid debet inquirere de Baptizando.*

118 *Parochus quæ debeat habere parata ad rite celebrandum ſolemniter Baptiſmum, & numeris ſequentibus.*

119 *Fons Baptiſmalis ex qua materia debeat eſſe in loco Eccleſiæ conſtitutus.*

120 *Vaſa duo ſaltem ex ſtanno debent eſſe in Eccleſia pro cuſtodia Chriſmatis, & olei cathecumenorum.*

121 *Parochus quam vnctionem Baptizatis faciat.*

122 *Chriſma infunditur in aqua, quæ benedicitur in ſabbato ſancto, & Pentecoſtes.*

123 *Aqua Baptiſmi ſingulis annis renouatur benedictionibus ſolemnibus adhibitis, nec non oleo & chriſmate mixtis.*

124 *Parochus debet cauere, ſecluſo periculo mortiſque Baptiſmus fiat extra Eccleſiam, &* n. 125.

125 Clementina vnica de baptiſmo,

126 *Baptiſmus nequit miniſtrari in Eccleſia interdicta infantibus, & adultis, & cum Patrinis.*

127 *Parochus debet habere in Eccleſia librum pro ſcribendis Baptizatis cum nominibus Parentum, die, menſe & anno, &* numero 128.

128 *Baptizandus, qui notos non habet parentes, qualiter ſcribatur in libro Baptizatorum.*

129 *Pœnitentia ſecreta non prohibet pœnitentiatum ordinari, ſecus pœnitentia publica.*

130 *Vicarius, vt poſſit dare vicarium, habet locum in voluntaria iuriſdictione, non in contentioſa, vel delegata, niſi datus eſſet à Principe.*

131 *Archipresbyter quam iuriſdictionem habeat* remiſſiuè.

132 *Iuriſdictio voluntaria competens alicui ex commiſſione legis, poteſt delegari, ſi non ſit momenti,* n. 133.

133 *Parochus vices ſuas quare aliis ſacerdotibus committere valeat exercendas?*

IN hac quidem quæſtione comprehenduntur præcipua omnia, quæ incumbunt ad officium Archipresbyteri, ſiue cuiuſlibet Parochi in propriis Eccleſiis. Et cognitis quæ ad Archipresbyterum ſpectant, inde deſcendemus ad Parochos ſpeciales totius Diœceſis in ſingulis locorum Parochiis. Igitur de officio Archipresbyteri, dico quod

quod Archirpresbyter Dignitate præest post Ar-
chidiaconum in Carhedralibus, & collegiatis,
vt patet *in cap. 1. hic*, & ex dictis *in Rub.* tam
2 *hic*, quàm *de efficio Archidiaconi*, † qui & si-
mul haber curam animarum Cathedrali, quæ Pa-
tochia totius Ciuitatis, & Diœcesis dicitur, vt do-
cent Gutierrez *Canonic.lib.1.cap.27.à n.24.* Iul-
lius Laborius *var.Incubrat.tom.1.tit.2.cap.11.n.
64.* Piasecius *in praxi Episcop.p. 2. cap. 3.n.14.
vers.circa festum*, Belletius *disquisit clerical. p.1.
tit.de bonis cleric.§. 3.n.* post Cardinalem *in clem.
dudum §.verum de sepultur*, Vlbadeus *1.p.cap. 1.
n.5.*
3 Vnde in textu nostro, & *cap.officium 3* hic pa-
tet, & ex glossa verb. *subdito in cap. 2.de pænit.
lib.6.* vt ipse ministret omnibus de Diœcesi sacra-
menta, ac proinde confessiones omnium de Diœ-
cesi audiat, & absoluat, ac pœnitentias iniungat,
præter quam in casibus Episcopo reseruatis, sine
ipsius authoritate: ita docent de primo casu, Chu-
chus, *lib. 5. instit.moral.tit. 4.n.168.* Galerius *in
Margarita casuum conscientiæ.* verb. *sacramen-
tum* 5. Thomas Sanchez cum aliis *de matrim.lib.
3.disp.57.n.1.* De secundo per textum *in dict.cap.
officium 3 hoc tit.* Azor *instit.moral.p.5.lib.3.cap.
53.q.8.vers.quare* Sbrotius *de officio vicarij lib.
2.cap.14.n. 5.* Oldradus *cons.230.n.5 in fine.* Et
prætterquam in casibus Episcopo reseruatis, Ho-
stieus, & Ioan. Andreas *in cap.si Episcopus de pæ-
nit.& remissionibus in 6.* Syluester *in summa* ver-
bo *Archipresbyter q. 2.* Azor *supra*, Barbosa *hic
in textu nostro cum multis, & in dicto cap. 3. n.
fin.& & de canonic.cap.6. ex n. 19. item de iure
Eccles.cap.25.ex dicto n.19.* per eadem verba, &
DD. vbi quod nec pœnitentes, eo inconsulto, ab-
soluit, vel reconciliat, vt docent *dict.cap. 3.* & no-
stri textus.
4 Et ob id quidem ex textu nostro dicendum est,
quod Archipresbyter habet curam, & solicitudi-
nem de omnibus sacerdotibus, qui sunt cardines
Ecclesiæ, vt diligenter faciant sacrum, & horas,
qui & absente Episcopo, suppler officia sacerdo-
tum, vt fontes benedicere, infirmos vngere, & alia,
quæ in textu nostro, & *in d.cap.3.* repetuntur, vbi
ordinarij, Abbas, Zabatella Collect. Bellamera,
Ioan Andr. Innocent, Butrius, Anania, Hostiens,
Ancharran, Panormit, Viuian, & alij.
5 Quare *in cap.2.Trid.sess.5.* Salubriter additur,
vt Archipresbyteri, & alij curam animarum ha-
bentes, Diebus saltem Dominicis, & festis solem-
nibus, plebes sibi commissas pro sua, & earum ca-
pacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea,
quæ scire omnibus necessarium, est ad salutem an-
nunciandoque eis cum breuitate. & facilitate ser-
monis vitia, à quibus declinare debent & virtutes,
quas sectari tenentur: ita Barbosa *hic n. 5.* qui &
n. 1. in dict.cap. 2. Trid. vers. *Archipresbyteri* ex
ex Aldano, referr decisum, vt sint cogendi curati ad
subeunda munera per se ipsos, & non per substitu-
tos, ad quæ tenentur, nisi in casibus nonnullis, in
quibus id eis toleratur.
6 Verùm quia iam hodie Archipresbyteri offi-
cium sit nimis coarctatum in Cathedralibus; imo
& in iurisdictione, qua potiebatur de iure, vt dico
infra in cap.3. & fin. hic ideo quatenus ad iuris-
dictionalia fori interni, dicendum est, vt cum iam
hodie in Cathedralibus per *cap 8.* vers *Pœniten-
tiarius*, Trid. *sess.24.de reformat.* proprius Pœni-
tentiarius in Cathedralibus singulis institui
mandatum esset, & de facto iam sint in id
munus eleuati canonicatus ad confessiones au-
diendas, de quo iam dixi nonnullæ de canonic
Pœnitentiarij officio *supra in Rub.sub quæst. 2.
in fine* & cum multis Barbosa *in pastorali p.3.al-
legat.55.* Nicolaus Garcia *de beneficiis p. 5. cap.
4 ex n. 140.* Salazar de Menduza *in libello de in-
stit. canonic. pænit.* vt multùm cessaret eius offi-
cium circa audiendas confessiones omnium de
Diœcesi. † Cum cura Cathedralis fere redacta sit, 7
vt exerceatur à quodam Presbytero in Parochum
nominato per Decanum, & capitulum, & appro-
baro ab Episcopo ad curam animarum, qui eam
tam exercer, & non latius, quàm singuli Parochi
cæterarum Parochialium illius Diœcesis: sic vi-
detur amplecti Barbosa per *d.cap. 8. Trid.ibi, & de
canonic.d.cap.6.n.23.& de Iure Eccles.d.cap.25.
eodem n.23.*
Ad secundam partem de officio Parochi, cura- 8
ti, & Rectoris, aliarum Ecclesiarum Diœcesis per
verba textus nostri, *cap.3. item cap. 3.* per verba
ibi, *qui non solum imperiti vulgi solicitudinem
gerant, verum etiam Presbyterorum, qui per mi-
nores titulos habitare &c.* Et supposito ex dictis
supra in Rub. quod sicut ibi ad imitationem Primi
Flaminum, Archiflaminum, & flaminum ex *c. 1.
dist.80.* Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi in
Religione Christiana sunt instituti: sic videri, vt
Parochi ad regendam curam animarum itidem
sint instituti, cum apud Ethnicos Parochi dice-
rentur, qui legatis publicè Romam missis, salem,
& ligna præparabant, hoc est qui omnium rerum
copiam legatis Regum, Principium, ac populo-
rum hospitio receptis suppeditabant, vt adnotauit
Acron *in illud Horatij lib.1.sermonum satyra 5.*
ibi *& Parochi, qua debent ligna, salemque*, Petr.
Gregor. *syntagmat. lib. 36. cap.30.* & sic refert
Barbosa *de officio Parochi p. 1. cap. 1.* secundum
aliquos, ad instar horum, dictos esse Parochos
in Ecclesia; eo quod sint sacerdotes, authori-
tate Episcoporum Ecclesiis præfecti, vt plebibus,
siue populis sacrum Diuini verbi, & sacramento-
rum pabulum ad pascendum animos submini-
stient.
Et supposito etiam, quod curati appellantur à 9
cura, quam de regendis ouibus susceperunt, non
sine grandi mysterio; sic vt is demum curatus di-
catur (in proposito de quo loquimur) qui acci-
pit curam animarum ex natura officij. † Quia 10
sunt Papæ commissa est cura vniuersæ Ecclesiæ
dicente Domino, *pasces oues meas* & ipse Papa
vocans Episcopos in partem solicitudinis, seu cu-
ræ ex ordinatione Diuina, cõmittendo eis parti-
culares Ecclesias, seu Diœceses pascendas, & cu-
randas. † Ita demum, (Domino instituente) or- 11
dinem Presbyterorum, seu curatorum in ipsis sep-
tuaginta discipulis (vt est Patrum Doctrina) ipsi
Episcopi, eisdem Presbyteris curam singularum
Parochiarum committant à quibus solis, vt dici-
tur *in Trid.cap.1.n.11.Trid.cap. 13. sess.* Sacra-
menta suscipiant: sic alia dicens Barbosa *dict.cap.
1.n.11.* applicans illud Ezechielis 33. *sanguinem
eius de manu speculatoris requiram*, & ex Theo-
philo Parochorum, seu de quadruplici debito in
propria Parochia persoluendo *p. 3. de confessione
paschali art.11.*
Et supposito, quod Parochi solent etiam Re- 12
ctores appellari, quia plebem, & populum sibi
commissum cum cura regunt iuxta *cap. 1. de
capellanis M[illegible] c.3. de vita, & honest.cle-
ricor.* eo quod Rector dicatur quasi populũ regens

Roman cons.356.Ioan. Andreas, in cap. licet ca-
non.n.1.de elect.lib.6.Rota decis 489.p. 1. recen-
13 tissim.n.3.† Et quod in vna Ecclesia, vnus debet
esse sacerdos sponsus, & Rector, qui curam ha-
beat, cap.mapibus 7.quæst. 1.cap.sicut vna 21. q.
2.Rota decis.52.a n.17.p.2. diuers. Gonzalez in
14 glossa 8.Cancel.glossa 6.à n.45.† Dicens n.42.in-
de inferri, vt debeat assumi ad Regimen Parochia-
lis Ecclesiæ vnus Parochus, qui suo nomine, &
non cum alijs præficiatur; quia si illi duo, vel plu-
res præficiantur, qui confessiones audiant, & Bap-
tizent, & alia ad curam animarum spectantia fa-
ciant, non dicentur proprie Parochi, siue curati; &
sic Oldradus cons.67.n.1.& 2.Rota dec.684.n. 2.
p.1.recentissim. tenent magis verissimile esse, quod
cura animarum sit apud vnum quàm apud duos.
15 Et supposito etiam quod sacerdos proprius vo-
catur cuiuslibet Parochiæ Rector in cap. omnis
vtriusque sexus de pœnit.& remissionib. Nauar.in
cap.placuit.de pœnit.dist.6.n.123. ibi & sacerdos
ille dicitur proprius, qui est Præfectus Parochiæ
Latè Seraphin, d.c.3.art.5. Michael Locmatus in
16 suo parochiali c.4 † Vbi explicat proprium sacer-
dotem dici curatum; quamuis sub Rectoris no-
mine comprehendantur, etiam habentes Dignita-
tem, personatum, siue Prioratum, vt ex Dominico,
& alijs ostendit D. Rodericus à Cunna in com-
ment.ad c.sunt namque 14.dist.45. Et quod Paro-
chia dicatur quasi partitio curæ, quia Rector Ec-
clesiæ curam habet animarum totius populi intra
illos limites Congreg. c. 1.de cappell.Monachor.
cap cum singula de prab.lib.6.Petr.Greg.d.lib.15.
cap.24.n.6.& 7 Gonzalez ad regul. 8. Cancella-
ria glossa 6.n.39.Gatierrez alleg.8.n.6. Rebuffus
in concordatis tit.de collat. § statuimus el 2. in
verbo Parochiales, Barbosa disertè cum multis
distinguens Legendus sub d.cap.1.
17 Et supposito quod prædicta nomina Parochus,
curatus, & Rector sunt Synonima; item & Ple-
banus, de quo dico infra in vers.ad tertiam; sic vt
aliquoties varientur, vnumque pro alio soleat ap-
poni, & quod nomen Rectoria, sonat in benefi-
cium curatum ex textu in c.de Rectoribus de cleri-
18 co ægrotante.† Et quod Rector, & Parochus is
dicitur, qui suo nomine singulariter, non autem
cum alijs ad regimen Ecclesiæ Parochialis assu-
mitur, ita vt si duo, vel plures præficiantur, qui
confessiones audiant, baptizent, & alia ad curam
spectantia faciant, non dicantur curati, quia in vna
Ecclesia vnus debet esse sacerdos, sponsus, & Re-
ctor, Rota in Mesanen. Iurisdictionis 1. Martij
1610 coram Reuerendis Lugdun. impressa apud
Farin.decis.258 à n.4.p.1.recentissim, & in decis.
52.n.57 p.2.diuers.Barbosa d.cap.1.sub n.44.
19 Ideo antequam ad officium, quod prædicti de-
bent exercere descendamos, aduertendum duxi
primo, vt quando aliqui Canonici habdomadatim
habent curam animarum, talis cura non remaneat
penes ipsos, vel singulos canonicos, sed penes col-
20 legium. † Secundo quod si nullus adest Rector
in quacumque Ecclesia Parochiali, sed adsunt
plures Beneficiati in qualibet Ecclesia, vt con-
tingit in Episcopatibus Palent, Vallisolet, Cala-
guirit, & aliis in Archiepiscop. Burgens apud
nos Hispanos, in quibus Episcopos solet alicui
ex illis, seu duobus, aut tribus committere curæ
animarum exercitium, non inde dicentur curati,
cum solus Episcopus sit Rector omnium Paro-
chialium totius Diœcesis, sic vt apud eum tantùm
maneat animarum cura iuxta textum in cap.
nullus de Paroch.Garcia de benefic.p.9.c.2.n.175.
Gonzalez in d.reg.8.cancel.glossa 6.n n.65. Ste-
phan Gratian, discept.forens cap.865.n.32.Barbo-
sa Videndus supra d.n.44.45.& 46.cum alijs, vbi
ex n.47.cum Hojeda, Mascardo, Gratiano, &
alijs, & ex dict.cap.1.de parochis, vbi latius dico
Parochus vnde dictus, quid sit Parochia, & quare
sic dicta † Dicit quod cura animarum, nihil aliud 21
est, quàm potestas sacramenta administrandi, de
qua etiam sub dicto cap. 1. & alibi. Inde iam ad
officium Parochi sequentia in medium proferen-
tia censui Laconicè, vt sic integra materia per-
cipiatur, quæ aliàs solet longe à Doctoribus re-
peti.
Igitur cum proxime dictum sit Parochum per 22
se nomine proprio exercere debere curam anima-
rum, † inde dicendum est quod functiones Paro- 23
chiales erunt illæ, quæ ab ipso tantùm fient; sic vt
Rectores alij cappellarum, seu quorumlibet be-
neficiorum simplicium sacristæ, & cappellani ne-
queant in illis se intromittere, vt docent Aloysius
Riccius in praxi rerum fori Eccles.p.4.res. 304.
Barbosa de potest.Paroch.cap.12.n.1.† Et quod 24
curati cogendi sint ad subeunda per se ipsos ea
munera, ad quæ tenentur, docet idem Barbosa in
collect.236.decis.n 2.verbo curatus, in Bullario in
eodem verbo, limitans cum Sellio in selectis ca-
nonicis cap.71.n.12.ex Sacra Congreg.Concil. in
nullius 3.Iunij 1591. quatenus tollerantur, vt per
substitutum suppleant in illis tantùm casibus, qui-
bus expressis verbis canonum, Decretorumve
Concilij permissum est eis, de quibus dico infra
de officio vicarij.
Et occasione vers.in nostro cap.2. qui solemne 25
debent agere officium in communicatione corpo-
ris, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi à sa-
cro sancto die Dominico incipiendo &c. Et ibi
in præcipuis festiuitatibus, aut ipse celebrationem
missæ solemniter impleat &c. Et primo dicen-
dum est, quod tenetur Parochus in Diebus festis,
& Dominicis missam celebrare suis subditis; imo
& alijs etiam diebus sic in proprijs Parochis ce-
lebrare, quod muneri suo satisfaciant, vt dicit
Trid decretum in cap. 14.sess. 23. de reformat.
in commoditatem plebium suarum, ac subdito-
rum ædificationem, vt docent Nauar. in ma-
nuali cap.25.n.131. Ft. Eman. in summa tom.1.
cap.251. n.1. Spino de testam. glossa 3.princip.
n.63.Iacob.de Graff.in aureis decision.p.1. lib.2.
cap. 39. n.7. Azor instit. moral. p. 1.lib.10.cap.
24. q. 2. & 3. Bonacina de sacram.disp. 4. q.vl-
timo puncto 7.n.3. Molfes.in summa theolog. mo-
ral.tract.3.cop.14.n.16. Barbosa de potest. Epis-
copi p.2.allegat.14.n.12. Posseuin. de officio cu-
rati cap.2.à princ.Homobonus de exam. Eccles.
p.1.tract.4.quæst. 137.comprobat Gutierrez can.
lib.1.cap.30 ex num.1. & sic in propria Ecclesia,
& non in alia, Barbosa de officio Parochi part.
1.cap. 2.ex num. 3. Vbi refert declaratum à Sa-
cra Congregat Concil. in Lucanæ 15. septemb.
1629. & in eadem Sacra Congregat. die 17.
Nouemb. eiusdem anni, concludens, vt sit tol-
lendus vsus eundi Parochum ad aliam Eccle-
siam.
Et teneri Parochum per se celebrare, saltem 26
in diebus Dominicis, & festis, quibus populus
obligatur audire missam, aut per alios ex iusta
causa, dummodo passim id non faciat, & ad
longum tempus, Posseuinus supra cap. 1. n. 5.
Ciarlin. controuers. forens cap. 38. numero 32.
Machado

Machado, *de perfect. confess. lib. 4. p. 3. tract. 3. docum.* 1. Diana, *resolut. mor. p. 2. tract. de celebrat.*
missar. res. 26. Siluius, *in 3. p. q. 83. art. 1. quæst.* 17.
Piasecius, *in praxi Episcop. p. 1. c. 3. n.* 2. Barbosa,
dict. cap. 12. cum Villalobos, & Ioan. de la Cruz,
num. 6. vel ad alios dies feriatos iuxta consuetudi-
27 nem regionis. † Et ob id teneri ad celebrandum
diebus non festiuis, ad benedictiones nuptiales
impartiendas, & pro sepeliendo mortuo, vbi cum
missa sepelitur, docent Ludouicus à S. Ioan. *de*
administr. art. 1. tit. de residentia n. 13. Fernand.
in examine Theologia moral. p. 4. cap. 15. §. 5. *n.* 1.
aliter inquam deficiente consuetudine, vt explicat
cum aliis idem Barbosa, *sub dict. n. 6. in fine*, verbis
28 Trid. *sess.* 21. *cap. 4. de reformat.* † resoluit, vt si
populus numerosus sit; adeo vt vna missa non
possit satisfieri, possint Parochi cogi ab Episco-
pis ad adiungendum sibimet tot sacerdotes, qui
sufficiant Ecclesiis in sacramentis administrandis
vt refert decisum Armend. *in addition. ad Recop.*
leg. Nauarr. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis n. 43.
& vt censuit Rota, *decis.* 484 *p. 1. recent. n.* 5. &
Doctores in *dict. cap. Trid.*

29 Ad alia inquam de missis, *de requiem*, quæ dici
possint in die Dominico, ac de decore obseruan-
do à Parocho in celebratione, ac de missis S. Gre-
gorij, qualiter dicendis, & de missa Rosarij con-
cessa ordini Prædicatorum † Et quod Parochiam
30 satisfaciant præceptum audiendi missa in pro-
pria Parochia, aut in Ecclesiis Regularium, idem
Barbosa, cum infinitis sub *dicto capit.* 11. *&*
alibi.

31 Et quoad verba nostri *cap.* 2. addendum est,
quod sanctissimi sacramenti delationes, & cele-
brationes missarum feriæ 5. in feria Domini, &
Sabbati Sancti connumerantur inter functiones
Parochiales, propterea que tale munus non spe-
ctare ad Capellanos, siue sacristas Ecclesiarum,
sed ad proprium Parochum, vel Rectorem, ani-
marum curam habentem in Ecclesia, vt institu-
tum referunt Quintana Dueñas verbo, *Missa*
Aloysius Riccius, *in praxi fori Eccles. dicta 4. p.*
res. 309 & declaratum à Sacra Congreg Rit. sub
die 18. Maij 1602.

32 Secundo ex verbis textus nostri ibi, *fontes be-*
nedicere, & *in dicto cap.* 3. ibi *benedictiones Pres-*
byterales in Ecclesia dare, & ita ex eodem Qua-
ranta in Summa Bullarij verbo, *Missa in fine pag.*
403. Aloysio Riccio, *dicta 4 p. res.* 308. Hierony-
mo Carat. *in opusculo de Iuribus Parochialibus*
tit. 1. cap. 6. benedictio fontis baptismalis connu-
meratur inter benedictiones Parochiales; sic vt
spectet ad solum proprium Parochiæ Rectorem.
33 † Proindeque etiam Candelarum benedictio in
die Purificationis B. Mariæ Virginis, & earum
dispensatio: sic Quaranta, Carat. & Aloysius
Riccius, *dicta 4. p. res.* 301. & censuit Sacta Con-
greg. Rit in Alatrina 5. Martij 1633. cuius me-
minit Barbosa, *in Collect. Bullar.* ver. *Palma* 3.
idem *de officio Parochi dicto cap. 12. p. 1. n.* 5. vbi
num. 6. & 7. ex declarat. Sacræ Congreg. negot.
Episcopor. & regul. præpos. Foglinen. de anno
1585. refert prohibitum Parocho candelas bene-
dictas in die Purificationis transmittere ad ædes
34 sæcularium distribuendas tantùm in Ecclesia. † Et
quod candela benedicta in Ecclesia Cathedrali
debet primo ministrari Episcopo à prima digni-
tate ex Sacra Congreg. Rituum in vna Brigien.
28. Maij 1616. & quod candelam accipere de-
bet ab Episcopo, etiam ante Vicarium ille, qui
candelam Episcopo ministrauit ex eadem Sacra
Congreg. in Lucerina 14. Iunij 1608. † Et quod 35
candelæ annuarim dantur laicis in die Purifica-
tionis in aliquibus Ecclesiis: de Ecclesia Val-
lisoletana sic testari possum, cum ibi dentur Præ-
sidi, & Auditoribus Regiis concurrentibus of-
ficio Diuino quotannis in illo festo; item sub-
ministrari vidi Agricolis Parochianis inceden-
tibus in processione, audiuique anterius dati
Dominis Inquisitoribus, & ministris secreti,
etiam non interessentibus, ad proprias Domos
mittendò, Decurionibus Ciuitatis, ac Tabel-
lionibus de Camera illius Cancellariæ, in quo
Ecclesia illa absumebat multùm, quod Iustis de
causis oblatum fuit, cum admodum Ecclesiæ præ-
iudicaretur ex doctrina Gutier. *lib. 2. can. cap.* 21.
n. 159. Parettj de Lara, *de cappellan. cap.* 21. *à n.*
26. qui testatur prædictam consuetudinem seruari
modo in alma Eccles. Toletana eo die Purificatio-
nis, & in festo corporis Christi, & negari non po-
test multum conferre ad deuotionem, vt dixerunt
Federicus de Senis *cons.* 155. Gregor Lopez *l.* 15.
glossa verbo *de tuo officio in fine tit. 17. p.* 1. tolera-
biliusque fieri, vt dicit Gutierrez *d. n.* 159. si Ec-
clesia abundet redditibus.

Vnde quod Palmarum benedictio, quæ in to- 36
to orbe Christiano in die Dominico proximo
Paschati fieri solet, inter functiones Parochiales
connumeratur: docent Aloysius Riccius *dicta 4.*
p. res. 307. quia, etsi in Cathedrali, præsente Epis-
copo, ab ipso Palmæ benedicantur, & idem si vna
cum capitulo, & clero personaliter ad Monaste-
rium Regularium accedere teneatur, debeat ipse
priuatiuè quoad Abbatem benedicere Palmas: Sa-
cra Congreg. Concilij, teste Ioanne *in lucerna re-*
gular. verb. *Episcopus* quoad regulares *n.* 1. quem
refert Lezana *in summa quæst. regul. tomo 7. sub*
eodem verbo n. 22. † Sed Parochialibus Palma- 37
rum, cinerum, candelarum, & similium benedi-
ctiones à curatis in eorum Ecclesiis Parochiali-
bus peragi debebuntur: Sacra Congreg. Rit. in
Alatrina 3. Martij 1633. quam citat Bonfadin. *in*
thesauro canonicar. decis. res. 26. *n.* 8. & Barbosa
dicto cap. 12. n. 9 & 10. idem *in collect. decis.* 659.
n. 1. *&* 4. verbo *Palma*, & *in Bullario eodem*
verbo.

Item cinerum benedictio, quæ solet fieri primo 38
die Quadragesimæ, connumeratur etiam inter fun-
ctiones Parochiales, & sic hanc à Parocho facien-
dam censuit Sacra Congreg. Rit. in dict. Alatrina
5. Martij 1633. Quaranta, Carat, & Nouat. *supra*
adducti, Aloysius Riccius *d. p. 4. res.* 306. Barbosa
d. c. 12. n. 8. & in collect. decis. 148. verbo *cineres n.*
4. vbi *n.* 1. ex Gauanto *in Rub. miscel. in indice de-*
cretor n. 3. Sellius *in selectis canon. c. 5. n.* 155. idem
Barbosa *in Bullario* ex Sacra Rit. Congreg. in Egi-
tanien. 23. Mai 1603. dicentes quod cineres, qui
super capita fidelium imponuntur dicta prima die
Quadragesimæ, debent esse aridi, & nō madefacti.

Et ita circa prædicta dicendum est ex dictis 39
quod in distributione Palmarum, cinerum, & can-
delarum est præferenda supra omnes alios, etiam
supra Vicarium Generalem illa Dignitas, vel ca-
nonicus; à quo celebrans recipit Palmam, cine- 40
rem, candelam, & similia. † Post quem im-
mediate Vicarius Generalis in præmissis omni-
bus anteponendus sit ex Sacra Congreg. Rit. in
Vulteranor. terræ Gualdi. 5. Martii 1633. refert
Bonfadin. *in thesauro canon. res.* 16. *n.* 9. Barbosa
de omnibus in dicto verbo *Palma collect.* 549.

qui & *n.7.* item & Bonfadin *n.10.* ex sacra Con-
greg.Rituum io S Marci V. Martij 1633 dicunt
vt distribuente Episcopo Palmas;candelas, & ci-
neres, præferendus sit ille, à quo Episcopus præ-
dicta recepit, postquam Dignitates, & canonici
sacris vestibus induti,& ante omnes vicarius Ge-
neralis.

41 Insuper addendum est quod celebrantes can-
delas,palmas, & cineres distribuendo, debent,
detecto capite distribuere, vt censuit sacra Con-
hregatio Rit.sub die 18.Iullij 1626 Barbosa *dict.*
cap.12.n.10.& in dicta decis.549.n.6. & in Bul-
la, *ie dict.verbo.*

42 Qui & addit *n* 8 cum Bosendio *d.res.26.n.* 11
sacra Congreg. Rit. in Iuner. Sarcanen. 5.Martij
1633.quod canonici incendentes in processioni-
bus Palmarum,& Candelarum, quibus Prælatus
cum Mytra interuenit, debent in Ecclesiis ince-
dere,capite derecto;alia refert videnda ipse Bar-
bosa *in Bullario,& in collat,decis.* verbo *cineres,*
Palma,candelarum benedictio, & verbo *benedi-*
43 *ctiones &c.* † Et quod Palma benedicta debet
Episcopo ministrari à prima Dignitate, refert de-
claratum Sellius à sacra Congreg.Rit.in Brigien.
28.Mai 1626,in selectis canon.*cap 40.n.15.*

44 Deinde etiam ad officium curati spectat bene-
dicere corpus defuncti, in cuius Parochia de-
functus obiit, & noo ad regulares, ad quorum
Ecclesiam defunctus portatur sepeliendus: ita
ex sacra Congreg.Rit.in Schilocen. 18.Nouemb.
1606.docent Sellius,*in select. canon.cap. 71. n.*
14. Barbosa, *in collect.decis.* 326. verbo *curatus*
45 *num.* 4. idem *in Bullario eodem verbo.* † Et sic
quod curatus debeat in sua Ecclesia officium fa-
cere circa corpus defuocti, & oon alij Pesbyte-
ri, etiam Ecclesiæ Cathedralis, dicunt idem Sel-
lius *dicto cap.71.n.* 18. Barbosa *num.* 9. ex sacra
Congreg Rit.io Pisantien.20.Decemb. 1603. &
46 in Meliten. 18. Nouemb. 1606. † addentes sic
etiam procedere, præsente Archipresbytero, &
canonicis Ecclesiæ Collegiatæ, vt eenluit decla-
rat. Rit, saera Congreg. io Hostiens, ceræ 28.
47 Aprilis 1607. † Et quod sic curatus ratione sto-
læ debeat præcedere aliis Presbyteris etiam Ca-
nonicis Ecclesiæ collegiatæ dixit Aldan. *in com-*
48 *pend.canon.res lib.1.tit.13. n. 6.* † Sed quod non
debeat præcedere in funere sui Parochiani de-
functi, quando defertur ad Cathedralem, ipsis
Canonicis, meminit Sellius *dict. cap.7.n.* 17.ex
Sacra Congreg.Rit.decisum in Sutrina 30.Augu-
sti 1601. at si adsint Cannnici in propria Eccle-
sia curati, in qua sepelitur defunctus, tunc offi-
cium supra corpus defuncti faciendum esse ab
pso Parocho,non à Canonicis,refert Sellius de-
cisum *in selectis canon.cap.69.n.45.* Sacra Con-
greg.Rit in viterbien.25.Iunij 1611.& in præne-
stina cauetum 18,Augusti 1618. & Ostien. ce-
ren.28.Aprilis 1607.

49 Ex his infertur quod Parochus debet facere
omnia officia circa corpus defuncti, qui sepelien-
dus est in Ecclesia Regularium domi,& per vias.
Barbosa *in collect.decis.558. n.* 2. vers. *Parochus*
quoad funeralia, Vbi addit, quod postquam ca-
dauer collatum est intus Ecclesiam, debet Paro-
chus recedere, & officium facere debebunt ipsi
regulares,vel Parochus ipsius Ecclesiæ, qui tunc
omnibus præcedet, vt refert etiam decisum Sel-
lius *in selectis canon. dicto cap. 69. n.* 46. à Sacra
Congreg. Rituum in Eugubina 12. Mai 1612. &
5.Iullij 1614.& in Placentina, & Licien. 23. Mai
1619.& in Catamen. ciuitatis Platiæ 12 Octob.
ciusdem aoni.† Vnde euenit, vt veniat manu te- 50
nendus Parochus in quasi possessione faciendi
officium supra defunctos suæ Parochiæ, etiam
quando sepeliuntur extra Porochiam, in quacum-
que Ecclesia ciuitatis,siue regularium,siue sæcula-
rium,vel Abbatialium,vt referunt decisum Sellius
d.cap.69.n.47. Barbosa *in d.collect.558.n.3* à Sa-
cra Congreg.Rit.in Rauenatco.28.& 31. Augu-
sti 1615.qui ambo ille *n.50.*& iste *n.6* declaratum
referunt à Sacra Congreg. Rit. in Barnabitarum
20 Martij 1604.vt Parochus defuncti debeat fa-
cere, illud in Ecclesiis clericorum Regularium,
vrbis præsertim Barnabitarum.

Itaque à fortiori dicendum est, vt possint Pa- 51
rochi defunctorum in Ecclesiis regularium hu-
mandorum associare eorum corpora, vsque ad
easdem Ecclesias, atque etiam in illis permanere,
absque tamen;eo quod in officio decantando vl-
latenus se intromittat, nisi adsit consuetudo con-
traria iuxta Sacra Congreg. Episcop.& Regul. in
Nioteren.6.Iullij 1615.Barbosa *d.decis.548.n.7.*
& *de officio Parochi cap.* 26. *n.*80.quia officium
in tumulandis cadaueribus,non per Parochos,seu
alios Presbyteros sæculares,sed per eosdem regu-
lares fieri debet,vt censuit Sacta Congreg.Rit. in
Eugubina 12 Martij 1612.& 5.Iullij 1614.&in
Placentina,& licien.23. Martij 1619. & io eara-
nien.ciuitatis Placent. 11.Octob.eiusdem anni,&
in Salmantinen.8.August.1619.& in Adrien. 12.
Februarij,& 2 Martij eiusdem anni videndus Bar-
bosa ad plura alia supra toto *cap.16 p.3.de officio*
Parochi com infinitis, & Gratian.in hac puncto
discept forens tom.3.c.492. plura alia adducit vi-
denda ipse Barbosa *in d.collect.*& Bullario, verbo
curatus,& vers. *Parochus circa funeralia.*

Et sic concludendum est,intantum Parocho in- 52
cumbere officium facere in tumulando, vt sicut
nec canonici in eius Ecclesia stantes, non possunt
hoc vsurpare sine eius licentiá,sic nec alij sacerdo-
tes eiusdem Ecclesiæ Parochialis, vt responsum
fuit à Sacta Congreg Rit.in causa defunctorum,
qui sepeliuntur in Ecclesia S. Celsi Mediolanens.
sub die 29.Nouemb.1632.vt refert idem Barbosa
*d.3.p.de officio Parochi c.16.sub dict.n.*80.vers.
officium. † Sed non posse impedire Parochos,sal- 53
uis eorum Iuribus Parochialibus contra volunta-
tem hæredum defunctorum,ne regulares vocari ad
funus associent vna cum Parochis,& clericis pro-
cessionaliter corpora defunctorum ad quasuis
Ecclesias deferenda, vt refert Laurent.de Peytinis
de priuileg.Regular.n.3.in addit.cap.12.pag.113.
† Vbi & dixit quod nec possint cogere hæredes, 54
seu executores testamentorum,vt pro Defunctis,
qui tumulantur in Ecclesiis regularium fiant etiam
officia,nouennalia, &anniuersaria in Parochiali-
bus;pro vt celebantur in Ecclesiis regularium, vbi
cadauera sepeliuntur, referens hæc duo sic de-
cisa à Sacta Congreg Rituum sub die 23.Apri-
lis 1633.

Quod si contingat,vt curatus recuset, quod vt 55
mortuus sepeliatur in alia Ecclesia, nec velit in-
teresse requisitus, vel petitam licentiam deneget
tunc vt possit sepeliri corpus in alia Ecclesia sine
ipsius interuentu,& licentia,dixit Barbosa *de iure*
vniuers.Eccles.lib.2 cap. 10. cum aliis *n.23.* idem
in dicta decis.col 246.*n.*16. dicto verb. *curatus,*
& *in Bullario* declaratum à sacra Congreg. Rit.
22.Decemb.1629.

Imo & quod,dicto Parocho in consulto, si in- 56
teresse

tereſſe recuſet ad ſepelliendum, etiam poſſit io eius Parochia ſepeliori defunctus Parochianns : tradit declaranim Sellius *in ſelectis canon.d.c.69.n.56.* & repetit Barboſa *in d.collect.deciſ.558.n.13.* qui io dict. verbis *curatus*, & *Parochus*, item in verb. *cadanera*, ac in verb. *defunctus in collect. 76. & 245.ac in Bullario ſub dictis verbis* : plures alios caſus repetit circa materiam hanc, & abundantius *p.2.de officio Parochi d.cap.26.* vbi agit latè de funeribus ducendis, ac de ſepulturis, qui in dict. verb. *curatus n.7.* & Aldan, *in compendio canonic.reſol.lib.1.tit.13.n.5.* referunt declaratum à ſacra congreg. concilij ſub die 27. Mai 1617. quod curari non debent plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum, quàm ciuium. Alia repetam in tit. de ſepulturis.

57 Ad officium curati ſpectat etiam prædicare, ſi velit per ſe, ſic vt non debeat impediri tale munus exercere, vt cenſuit ſacra Congreg. Concil. quam refert Aldanus *d.tit.13.n.4.* Barboſa in dicto verb. *curatus n.6.* de quo munere, ac aliis, quæ incumbunt Parochis circa docendos, ac inſtruendos in Doctrina chriſtiana fideles Parochianos tempore offertorij in miſſa, explicando myſteria miſsæ, & declarando Euangelium aliaue neceſſaria, opera pia ad animarum ſalutem : adiunges quæ, *ſupra* dixi *in cap. cum ſit ars penult. de ætate ordinand.quæſt. 1. & 2.* quæ ooo repeto *ibi* anre e genda.

58 Et in verſ. *infirmum oleo perungere*, per quæ verba poſſet hic abunde repeti, quod late dictum eſt *ſupra* de ſacra vnctione, vbi de miniſtro proprio ſacramenti vnctionis, qui eſt Archipresbyter, vt patet hic; eo quod poteſt omnibus in Diœceſi ſacramenta adminiſtrare, vt iam diximus in principio noſtræ quæſtionis; imò & quilibet Parochus cuiuſque Parochiæ; & ſic hoc ſacramentum vnctionis extremæ, vt ibi abunde dixi.

Et ibi in verſ. *pœnitentem infirmum* (conſulto
59 Epiſcopo) *reconciliare*, & *in dicto cap.* 3. ibi *debet infirmos prouidere, & prouidendo præcipere ſacerdotibus, ne forte ſine confeſſione, vel communione corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti moriantur. Confeſſiones peccatorum exterum, qui à foris veniunt recipere cum omnibus ſacerdotibus &c.* Per hæc verba, & ex generalitate proxime adducta, quod Archipresbyter poſſit adminiſtrare ſacramenta omnibus in Diœceſi, fluit etiam quod debet curare qualiter à cæteris Parochis miniſtrentur, cum cuilibet in propria Parochia hoc munus incumbat de iure

60 Et de ſacramento pœnitentiæ præter illa, quæ longe docent DD. agentes de hoc ſacramento, & DD. canonici *in cap.omnis vtriuſque ſexus infra de pœnit.& remiſſionibus*, vbi & latè expendo Tu, ad propoſitum de officio miniſtrandi hoc ſacramentum ſanis, ac infirmis: notabis ſequentia, nempe quod prouiſus de Parochiali beneficio; & ſic Parochus ſacerdos habeat illico Iuriſdictionem ordinariam in pœnitentiæ foro circa omnes de Parochia fideles; ſic vt cenſeatur quoad hoc lege approbatus abſque alia deſuper ſibi facienda per ordinarium licentia, vt colligunt Doctores ex Trid. *ſeſſ.23 de reform. cap. 5.* ibi *niſi aut Paro-*
61 *chiale beneficium.* † Et ſic quidem, vt ſuorum. Parochianorum confeſſiones audire poſſit, etiam in aliena Diœceſi, & vbique locorum, dum retinet beneficium cum cura, vt docent poſt ordinarios *in dicto cap.omnis, & in Trid.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.1.cap.16.q.3. n.93. & 94.* Fermoſin. de Offic. & ſacris Eccleſ. *Tom.* II.

Campanil. *in diuerſorio Iuris Canonic. Rub. 11. cap. 13. ſub n.71.* Homoboo. *de Bonis in examine Eccleſ.p.1. tr. 5. cap. 3.q.16.* Molfeſius *in ſumma Theolog.moral.tr.7.c.15.n.89.* Couarruu. *pract. c. 11 n.4.* Nauarr. *in man c.27.n.255.* Henriq. *in ſumma lib.6.c.7.§.1.* Viſtoria *de confeſ.n.151.* Sylueſt. verbo *confeſſor.1.q.13.* Iacob de Graff. *in pract.caſuum reſeruat.lib.1.cap.4.r.57.* Chamerota *de ſacram.tract.7.de confeſſ.dub.14.* Thomas Sanchez *de matrim.lib.3.diſp.19.n.2.& diſp.34.n.3.& 4.* Barboſa *ſupra in Trid.* item *& in paſtorali p. 2. alleg.25.n.18.* idem *de officio Parochi cap.19.p.2. n.5.* cum Toleto, Capiccio, Ioanne Valerio, Azor, Fr. Emanuel Rodrig Zerola, Piaſecio, & aliis.

Vnde prouenit quod ſubiiciuntur Iuriſdictioni Parochi, non ſolum conſtituentes in Parochia Domicilium, ſiue habitationem perpetuam, ſed etiam quaſi Domicilium, ſiue habitationem ad tempus non admodum breue negotij alicuius cauſa, vt habent gloſſa *in clem.1.de priuilegiis*, Sylueſt. *in ſumma* verb. *Domicilium*, & verbo *Parochia*, Sanchez *de matrim.dict.lib.3.diſp.27.n.12. & in præcepta de calogi tomo 1.lib.4.cap.37.n.14.* cum infinitis, monentes eandem rationem eſſe de aliorum ſacramentorum adminiſtratione (excepto ordinis, & confirmationis (quorum adminiſtrationem ex officio de iure ſolùm incumbere Epiſcopo, dixi latè *de ſacram.ordinis ſub tit.de temporibus ordinat.* cum aliis ſequentibus, & de ſacramento confirmationis *ſupra in cap. vnico de ſacra vnctione ſub §.1.* 62

Et licet reſpectu ſacramenti matrimonii contrahentes Chriſtiani ſibimet ſint ad inuicem miniſtri, vt *infra* dico lauſſime *lib.4.de ſponſalibus, & matrim. ac* patet ex Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1.* tamen de Iure habent Parochi aſſiſtere matrimonio, dum à contrahentibus fit, cum debeant illud celebrare coram proprio Parocho, & teſtibus ex eodem Tridentino corporeum non ſolùm præſentiam neceſſario præſtantibus, ſed etiam moralem cum intelligentia, & aduertentia actus: *argum.leg.209. ff.de verb. ſignificat* ibi: *coram Titio aliquid facere iuſſus non videtur, præſente feciſſe eo, niſi is intelligat : itaque ſi furioſus, aut infans ſit, vel dormiens, non videtur coram eo feciſſe*, cum infinitis Henriquez *in ſumma lib.11.cap.3.§.2.* Zenedus *in pract. can. quæſt. lib. 1.q.10. ex n.33.* Ioan Gutterrez *de matrim. cap. 69.* Baſilius Pontius *de ſacram.matrimonij lib. 5. cap.*[illegible]*11.* Barboſa cum ConinK *in paſtorali p. 2. allegat.31.num. 78.* & Franc Molious *de ſor. 11. n.113.* 63

Vbi ſubdit *n. 110.* vt oedum intelligere oppertear, cum quid agitur, ſed vt videat; imo, & docent Thomas Sanchez *d.lib.3.diſp.39.n. 3.* Paul Layman *in Theologia morali lib.5.tract.10. p.2.cap. 4.n 6.in princip.* idem dicendum de illo Parocho, qui præſens corpore eſt, ſed animo, nihil omnino aduertens, niſi affectatus eſſet ooo intelligere: idem Sanchez *n.6.* Barboſa *de officio Parochi cap.21.n. 49.* ac tefert deciſum Armendat. *in addit.ad Recopil.leg. Nauarra lib.4.tit.15. lib. 1. de matrim. n.14.* 64

Et licet expreſſio, vel ratificatio conſenſus, non ſit neceſſario facienda coram Parocho, & teſtibus, vt matrimonium infidelium fiat ſacramentum, vt docent Gutierrez *de matrim.cap.42.n.6.* Sanchez *lib.2.diſp.9.n.1.* Rebell. *de obligat. Iuſtitia lib.2. q.7.n.5.* & alij, quos refert, & ſequitur Barboſa *de officio Epiſcopi part. 2. allegat. 31. num. 158.* 65

at præsentia Parochi, & testium requiritur, vt
matrimonium celebratum per Procuratorem de
quo latè DD. per textum ibi *in cap. fin. de pro-
curator.lib.6.* sit validum, Henriquez, *in summa
lib.11 cap.2.§.6.* Sanchez, *dict. lib.2.disp.12.n.3.
& lib 1.disp.8.n.24.* Gutierez, *supra n.45.* idem
Barbosa, *dicta alleg.32.n.159. & de officio Pa-
rochi p.2 cap.21.num.85.& 86.* cum Bonacina,
Nauarro, Andrea, Victorelo, Coninch, &
alij.

66 Imo & si ad matrimonij validitatem minime
requiratur, vt Parochus, vel alius Sacerdos assi-
stens vtatur in eius celebratione his verbis, *ego
vos in matrimonium coniugo*: de quibus *in dicto
cap. 1. Trid. sess.24.* vbi Barbosa, Farin. Marcilla,
& DD. pluribus Sanchez, *dicto lib.3. disp.38.n.4.*
Franc. Leo, *in thesauro fori Eccles. p.2. cap.9.
n.36.* Henriquez, *dicto lib. 11. cap.2.§.7.* Basilius
Pontius, *de matrim.lib.5. cap.6.* Valerius Regi-
naldus, Campanibus, Ledesma, Zenedus, Segu-
ra, Franc Molin. Sayrus, Bonacina, & alij quos
refert Barbosa, *dict.c.21. de officio Parochi n.88.*
& nouissimè Leander, *de sacram.tract.9.de ma-
trim.disp.7.q.31.* ex Basilio, *cap.21.n.2.* Sanchez,
dict.lib.3.disp 38.n.3. contra Canum Estium, Sil-
uium, & Zephalum existimantes præfata verba
esse formam sacramenti matrimonij, quæ non sic
accipiuntur, cum nec sint forma, nec de essentia
secramenti matrimonij, vt sæpius declaratum per
Cardinales & vt refert Basilius ex Florentino, &
ex illa abeo relata, *dict.cap.21.n. 2.* ibi, *& Paro-
chus nihil dicat, constat tamen matrimonium*,

67 † Nec posita esse à Tridentino, vt forma, vel de
essentia, sed tantùm sub præcepto, quod secun-
dùm communiorem sententiam non obligat sub
mortali, sed tantùm sub veniali, vt doceot Sanch.
Basilius, Gutierez, & alij *supra* Diana, *3.p.tract.
4.resol.256.* Villalobos, *in summa tract.13. disp.6.
n.3.* Baunius, *q.6.de matrim. claudestino dub. 20.*
Ægidius Trulench, *da sacram.lib.7.cap.6.dub.5.
fin.* Castrus Palaus, & Bonacina cum aliis, quos
sequitur Leander, *supra q.32.* contra plures rela-
tos à Sanchez, Salced. Vegam, Zanard. Rebel-
lum, & Loysium, Barbosa, *vbi supra dicta alleg.
32.n.169. & dict.c.21.num. 88.in fin.* Zeuallos, *in
pract.q 604.n.4.* & alij qui & Valer. Reginald.
in praxi fori pœnit.lib.32.n.175. Ægid. Coninch
de sacram.disp.27.dub.5.n.74. Bonacina, *de ma-
trim. quæst. 1. puncto 8. num. 40.* Filiucius, Gu-
tierrez, Basilius Pontius *supra cap. 26. §. 2.
vers. ex quibus* conditiooe 6. Barbosa *dict. cap.*

68 *21. de officio Parochi num. 87.* † Resoluunt vt
teneatur Parochus interrogare contrahentes de
mutuo consensu, vtrum, fœmina scilicet ve-
lit ducere virum, & vir fœminam, sic vt si omit-
tat, peccet grauiter, nisi certus esset de mu-
tuo illorum consensu, tunc enim dicunt solùm
peccare venialiter, Leander *dicta disp. 7. q. 31.*
sic etiam docet contra Sanchez negantem in se-
cundo casu non peccare: videndi Diana cum aliis
3.p.tract.4.ref.294. Ægidius Trulenk *d.lib.7.cap.
6.dub.5.* & alij.

69 Et quia insuper Trid. Concilium *in dicto cap.
1. sess. 24. de reformat.* statuit benedictionem
à proprio Parocho faciendam esse, nec à quo-
quam alio sacerdote, nisi ab ipso, vel nisi ab
ordinatio concessa fuerit licentia, vt alius sacer-
dos illas faciat (quacumque consuetudine in
contrarium, etiam immemorabili non obstante,
quæ potius corruptela est) ideo quod hoc etiam
spectet ad proprium officium curati, patet ita
quidem, vt ipse Parochus accepturus sit, &
non alius eleemosynam consuetam dari occasio-
ne benedictionis, vt declarauit sacra congreg.
Rit. in Archerontina 25. Ianuarij 1602. cum
pluribus Barbosa *in dicto cap. 1. Trid. & de offi-
cio Parochi dicto cap.22. part.2. num. 98. & 99.
& allegat. 32. in pastor. ex num. 185.* † Et ante 70
cum infinitis qui explicant à quo Parocho, quan-
do contrahentes sunt diuersæ Parochiæ, & num
debeat benedicere secundo nubentes, de quo late
sub tit. de secundis nupt.

In denunciationibus quæ fiunt inter missarum 71
solemnia, vt scientes parochiaoi contrahendum
matrimonium inter aliquos, possint declarare, vt
testes, an aliquod impedimentum sit inter eos, ne
contrahant. Et supposito, vt probabilius non esse
necessarium ad valorem matrimonij præmitti de-
nunciationes has, vt contra Menochium, Zepha-
lum, & Bontium, docent Thomas Sanchez *lib. 3.
de matrim disp.5.n.2.* Diana *3.p.tr.4.ref.241.* cum
pluribus ille cum quindecim Doctoribus Iuristis,
& nouem Theologis, & iste cum Riccio, & Vil-
lalobos, quibus addo Trulench. *de sacram. lib. 7.
cap.6.dub.8.n. 2.* Baunium *in tr. de denunciatio-
nibus q.1.d.2* Basilium *lib.5.de matrim.c.30.n.2.*
Ochogauiam *tract.3.de sacram.q.3.* Conink *dict.
disp.27.n.49.* Reginald. *d.lib.33.n.222.* Rebell. *de
obligat. Iustitia 2.p.lib.2.q.7.sect.2.n.8.* Moure *3.
summa cap.17.§.2.n.3.* Leander *d.disp.7.tract. 9.
de matrim.ex q 45.* & omnes ad plures casus; di-
cendum quidem est, vt prædictæ denunciationes
debeant fieri à proprio Parocho, vel ab alio de
eius licentia, vt docent cum infioitis Sanchez *d.
lib. 3.de matrim. disp.6.n.5.* Basilius Pontius *supra
cap.30* Leander *sup.q 54.* cum Ægidio ConinK,
Villalobos, Gutierrez, Baunio, Reginaldo, Riccio,
Castro Palao, Villalobos, Diana, Machado, & aliis
tenet, ac expendit omnino legendus Barbosa *d.
cap.11.p.2.de offic. Parochi ex n.16. & 17.* † vbi 72
& relati declarant quibus diebus, qua hora, num
intra Ecclesiam, vel aliquando extra &c. debeat
Parochus eas facere, & num iuxta Trid. tres de-
nunciationes in Diuersis Diebus festis vel ali-
quando cum duabus, aut vnica denunciatione va-
leat velare contrahentes?

Pro complemento ad propositum, de quo in- 73
quirimus, dico quod Parochus debet maxim ope-
re aduertere, ne ab auentu Domini Iesu Christi
vsque ad Diem Ephifaniæ & à feria 4. cinerum,
vsque in octauam Paschæ inclusiue nuptiarum
solemnitates celebret, aut benedictiones faciat
quia sic statuit Trid. *sess. 24. de reform. matrim.
in cap. 10.* sciatque vt si aduersus hoc præcep-
tum, illo verito tempore faciat, veniet graui pœ-
na puniendus, arbitraria tamen cum nulla in iure
præscripta sit, Stepan. Gaeta *in cap. ad limina 30.
q.1.§.4.n.130* Frat. Emanuel. Rodrig. *in summa
tom. 1. cap. 241. n. 4.* Sanchez *de matrim.lib.7.
disp.7.n.4.* vbi *n.2.* † ait tempus aduentus in hac 74
prohibitione incipere à primis vesperis sabbati
præcedentis, in feria autem 4. à media nocte
illius feriæ. † Sed idem *num. 7. & 8.* Aloysius 75
Riccius *in praxi p.4.ref. 558. cum sequentibus*,
Barbosa *dicto cap. 21.n.14.* & ex *n. 21.* dicunt non
prohiberi illo tempore sponsalia de futuro, imo,
& posse denunciationes præmittendas matri-
monio tunc fieri, vt declarauit sacra congreg. ne-
goriis Episcoporum proposita sub die 18. Decemb.
1598. Et videbis quæ ex multis repetit Leander,
dicto

*dicto tract.9 de matrim.diſp.7.q.76.77.& 78.*cum
76 aliis.† Vbi an dictæ benedictiones nuptiales poſ-
ſint celebrari in Die Sabbati ante aduentum: vel ſit
mortale prædicto tempore recipere benedictiones
nuptiales, vulgo *velaciones*, de quibus cum infini-
tis Sanchez *dicto lib.7.de matrim diſp. 7.n.2. &
à n.3.*Baſilius Pontius *lib.6.c.8.n.*10. Diana *p. 4.
tract.4.reſ.*501.& penes ipſos alij plures alia dubia
plenè reſoluentes.

77 Ad aliam partem, quæ pertinet ad Parochum
circa ſacramentum Euchariſtiæ miniſtrandum Pa-
rochianis ſuis etiam infirmis per verba adducta :
vel confirmatione corporis, ſanguinis Domini no-
516 *ſtri Ieſu Chriſti moriantur*, & quia ex regula tex-
tus *in dicto cap.omnis vtriuſque ſexus*. Parochus
tenetur ſuis ouibus Euchariſtiam miniſtrare, quan-
do ſubditi debeant communicare, hoc eſt in Paſ-
chate, cui ſatisfaciunt præcepto in ſeptimana ſan-
cta, & in octaua eiuſdem Paſchæ, ſicut docent
communiter DD.& Quaranta *in ſumma Bullarij*
verbo *communio*, vbi refert de hac re declarationem
Eugenij. IV. Azor, *inſtit, moral.p.*1 *lib.7.c.41.q.*
2.Zerola *in praxi Epiſcop.p.*1. verbo *Euchariſtia*
§.7.Fagundez *in præcepta Eccleſiæ præcept. 5. lib.
1.cap.3.per tot.de præcept.3.lib.1 cap.5. Theophil.
Parroch.p.4.art.3.*Henriquez *in ſumma lib. 8.c.*
78 5.§.1.† Vbi refert, quod in pluribus Diœceſibus,
conſuetudo extenditur à principio Quadrageſi-
mæ, vſque ad decimumquartum Diem poſt Paſ-
cha, Barboſa *de officio Parochi 2.p.cap.20.n.13.&*
14 vbi refert ſacra Congreg. concilij cenſuiſſe ſub
Die 19. Nouemb. 1616 poſſe etiam extendi in
longius tempus ex Epiſcopi, aut Parochi diſpenſa-
79 tione rationabili, alia addens, & *ibi n.* 15. † quod
Parochus tenetur Euchariſtiam miniſtrare, quoties
pij ſubditi eam rationabiliter petunt, quatenus po-
ſtulat pœnitentium conditio, & ſacramenti reue-
rentia, Bonacina *de ſacram.diſp.4.q.1.puncto 1.n.*
34.Tanlench.*de ſacram.lib.3.cap.7.dubio 1.n.* 15.
Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.* 59. *n.*
96.Nauar.*in cap. placuit. de pœnit.diſt.6.n.* 152.
Fagundez *dicto præcepto 3. lib. 3.cap. 3.* & alij
80 communiter. † Et in Die Paraſceues, non ſit diſtri-
buenda Euchariſtia, aliis, quàm infirmis, vt cenſuit
ſacra Rit. Congreg. ſub Die 19. Februar. 1622. vt
tenent Francolin. *de horis canon. cap. 30. num.*
12. Barboſa *ſupra n.* 56. quidquid poſt Layman.
Tanner.& Hurtad. teneat Diana *reſol.moral. p. 4.
tract.4.reſ.*257.& Ioan. Sanctius *in ſelectis diſp.*
22.*n.*50.

81 Ideo iam ad propoſitum accedendo, dicendum
eſt de pertinentibus ad officium curæ animarum
eſſe deferre ſacram Euchariſtiam ad infirmos, ho-
norificè, vt cenſuit Rota in Recanaten. Parochialis
coram Cantucio inter impreſſas *deciſ.*52.*n.*10. 21.
& 22.p.2.diuerſ & apud Farin. *deciſ.*140 *n.1.p.2.*
82 *recent.* † Et in hunc vſum ſacram Euchariſtiam
diligenter in Eccleſiis conſeruari maxima pietate;
ſimulque ſanctitate inſtitutum apparere videtur
ex Trid. *ſeſſ. 13. cap. 6. de ſanctiſſima Euchari-
ſtia ſacramento*, vbi *cap.* 7. anathematizantur di-
centes non licere, vt illa ad infirmos honorificè
deferatur.

83 Itaque Parochus ipſe deferre illam debet, habitu
decenti ſuppoſito mundo velamine & cum ſuper-
cilleo, lumine præcedenti cum omni reuerentia &
honore, vultu dimiſſo, ante pectus ſimiliter cum va-
ſe argenteo, vel ſaltim in calice, vel ſerico cooper-
to, non tamen in vaſe vitreo; imo & deferre duas
particulas, vt in ingreſſu adoretur ab omnibus cum
Pallio honeſto, præcedente tintinnabulo, vt cuncti
genuflectant pſalmos, ſeu orationes intereundo,
ſicut piè admodum aduertunt Zenedus *ad Decre-
tal.collect.51.à n.2.*& Barboſa cum Paulo Fuſco,
Bertilucen, & Piaſecio *de officio Parochi dicto cap.
20.n.31.& 32.* referens fuiſſe ſic reſponſum per
Sacr. Rit. Congreg. Epiſcopo Anconitano. 22. Fe-
bruarij 1593. vbi ex eodem Piaſeco. *n. 33. & de
officio Epiſcopi p.2.alleg.22 n.3.* refert etiam non
eſſe deferendam à Parocho euchariſtiam per Pla-
team, in qua habitant Iudæi.

Inſuper debet curare Parochus deferre Eucha- 84
riſtiam ad infirmos interdiu, niſi neceſſitas ſua-
deat etiam de nocte deferre, quia ſcilicet eſt peri-
culum in mora, vt docent Suarez *tom. 3. diſp.
66.ſect.5.paulo poſt princip.*Zambran. *de caſibus
reſeruatis in articulo mortis cap.3. dubio 2. n. 5.*
Paulus Laymann.*in theolog.mor.lib.5.tract.4.c.5.n.*
6.& ob id licere Parocho propter inſtans mortis
periculum euchariſtiam dare infirmo non ieiuno,
vel ſi peruentura ſit diuturna phreneſis ei, vt no-
tant idem Zambran.*dicto cap.3.dubio 5.n. 1.* Bar-
boſa *dicto cap.20.de officio Parochi. n.34. & 37.*
qui ex *n.*35.& aliis ex *n.*38.† alia notanda cumu- 85
lat de diſpoſitione Parochi, & num ad communi-
candum infirmum, poſſit non ieiunus, aut in veſpe-
re iterum celebrare pro conſecranda Hoſtia, qui,
& *n.*41. ex doctrina textus *in cap.liquido, & in
cap.ſacramenta.de conſecrat.diſt.*2. firmet, vt poſſit
Parochus ratione neceſſitatis euchariſtiam admi-
niſtrare per modum viatici infirmo non ieiuno exi-
ſtenti in mortis articulo, quando commode non
poteſt ſpectari tempus, quo Euchariſtia illi ieiuno
adminiſtraretur; addens id, non ſolum in caſu mor-
tis naturalis, ſed etiam in euentum mortis violentæ,
ſi communio commodo nequeat anticipari, vel
deferri.

Et notant etiam DD tantam eſſe obligationem 86
Parochi in adminiſtranda euchariſtia infirmis, vt
teneatur etiam tempore peſtis, ſi illam deferat
moribundo propria manu, & non aliquo inſtru-
mento communicare; quia ſic potius poſtulat re-
uerentia tanti ſacramenti: idem Barboſa *de officio
Parochi dicto cap.*50.*n.*46. Vbi alia mouens ſic te-
net cum Suarez *de pœnit.diſp.44.ſect.3.n.* 17. ſed
quia Poſſeuin.*de officio curati, cap.4.n.*34. non im-
probabiliter exiſtimat excuſari poſſe à peccato Pa-
rochum, præciſo ſcandalo, & periculo, lapſus eu-
chariſtiæ in terram, ſi inſtrumento ritè confecto,
& apto adminiſtret; ideo poterit eius ſententia iu-
uari per illa, quæ dixi *ſupra de ſacra vnctione q.*
12. Et in terminis docent Venerus *in examine Epiſ-
cop.lib.4.cap.46.n.47.*Gauantus *in enchirid. Epiſ-
coporum* verbo *peſtis*, & videtur docere Diana,
*dicta 4.p.tract.4.reſ.*104.verſ. *nota etiam pro pra-
xi quod, ſi ægrotus non poſſit res ſuas transmittere,
poſſit communio ei dari, impoſita parua parte Ho-
ſtia cum vino in cocleari*, ſic cum Præpoſito *in 3.
p.D.Thoma diſp.71.ſect. 3. ſub finem*, & Suarez
in 3.p.tom.3.diſp.67. ſect. 6. verſ. *ſecundus caſus*
poſt medium, licet poſt *in reſ.*114. contrarium am-
plectatur Leander, *de ſacramento euchariſtiæ tract.
7.diſp.4.q.20.*vbi & *q.*21 ait cũ Caietano, Portio
Mancino, & Marchino, vt tempore peſtis, vel alte-
rius infirmitatis contagioſæ liceat ſacerdoti ponere
euchariſtiam in loco decenti, vt inde proprio ore
aut manu infirmi ſumatur.

Quod ſi contingat deferri ſacram Euchariſtiam 87
ægrotis extra ciuitatem in loca longinqua, tum
quidem ſi per vias difficiles, & periculoſas, eſt

dico, *infra de custodia Eucharistia, lib.3.* vbi
DD. igitur quemadmodum Archipresbyter ex
dicto cap. officium 3. nostri tituli, potest præcipere
custodi Cathedralis, vt io Sacrario Eucharistiæ
Christi propter infirmos, non desit, & sint Ar-
chipresbyteri quidem rurales extra Cathedralem
in Diœcesibus, qui vulgò dicuntur *Archiprestes
de los Archiprestazgos*, de quibus dico *hic in c.
fin.* & de potestate, quam habent super Parochos,
99 & curatos sui territorij. † Ideo iam optimè pos-
sumus dicere, quod cum debeant habere sollici-
tudinem, qualiter curati adimpleant proprium
officium, ac de isto referre ad Episcopum; & sic
diceodum inter officia incumbeotia Parocho cu-
iuslibet Parochialis esse communionem infirmo-
rum sub fideli custodia, & in loco decẽti pro cõ-
municandis infirmis cooseruare, vt latè dicemus,
in cap. sane. 10. de celebrat. missar. vbi plenè
DD. ac tradunt Pelagius, *de plantu Ecclesia lib.
1. cap. 27. vers. 32.* Petr. Boll. *in œcomunia Eccle-
siast. visitao lib. 2. tract. 257.* Michaël. Thimot. *de
Ecclesiast. visit. lib. 2. tract. 22. & 23.* Menoch. *de
arbitr. casu* 410. Betti, Lucens. *in praxi crimin.
regul. tit. 4 cap. 34. prope finem*, vers. *vide primo.*
100 † Adduntque Piasecius, *in praxi Episcop. p. 2.
c. 3. n. 24.* vers. *vnde primo*, & Barbosa, *de officio
Parochi dicta 2. p. cap. 20. n. 28.* quod tenendæ
sunt ibi duæ pixides, in quarom vna conserue-
tur sanctissimum sacramentum, in altera defera-
tur ad infirmos, & quod Pixides istæ non nisi
super altari viatico, vel super corporali collocen-
101 tur. † Itemque cauendum, ne ibidem olea san-
cta teneantur, sed in alio separato decenti loco.
102 Et præter adductos docent eleganter Lælius
de Zanch. *de priuileg Ecclesiast. classe 2. cap. 4. §. 6.
pag. 257.* Barbosa cum aliis *in dicto cap. Sane n. 1.
& 2.* qui *n. 3.* dicit sanctissime ex antiqua consue-
tudine ipsam eucharistiam in sacrato asseruari,
sanctam Ecclesiam morem retinuisse iuxta coo-
stit. Innoc. III. in Concilio generali lateranensi, de
qua *in dicto cap. 1. de custodia eucharistia*, de quo
sunt videndi, quos citat etiam idem Barbosa, *ibi,
& de offic. Episcop. p. 2. alleg. 22* inter quos Paulos
Tuscos *de visit. lib. 1. cap. 5. n. 3.* cuius verba repetit
in dicto cap. sane n. 2. & in dicto cap. 20. de officio
103 *Parochi n. 27.* † quibus plane habetur quanta cum
reuerentia debeat asseruari ibi: *vnde primo est, vi-
dendum, qued ipsa sacra eucharistia honorificè cu-
stodiatur, qued locus sit decens, & eminentior Ec-
alesia bene recondita, tabernaculum sit bene fir-
mum, & clausum ex omni sua parte, vt nec fora-
men, etiam minimum pateat. claui custodiatur, &
qui clauem destinet, sit Presbyter, alioquim suffi-
ciens, & Dei timoratus, nec permittatur stare in
loco humido, Tabernaculum sit honorificum iuxta
facultates Ecclesia, cum veste serica interiori, &
exteriori, cum vase argenteo, & corporali benedi-
cto, ad retinendum ipsum sacramentum cum simili
operculo, mutatur saltim quolibet octauo Die, &
antiqua sumatur, ne aliqua corruptio in ipsis spe-
ciebus generetur; et si propositus in Sacramento in-
caute eucharistiam dimiserit, puniatur, iuxta sa-
cros canones, suspensione trium mensium ab officio,*
vt *in dicto cap. 1. de custodia eucharistia.*
104 Ex his non est omittendum dicere circa asser-
uationem clauis custodiæ, vbi asseruatur sanctissi-
mum eucharistiæ sacramentum, dum stat in monu-
mento quotannis per 14 horarum spatium in sin-
gulis cathedralibus collegiatis, Parochialibus, aliis-
ue Ecclesiis Regularium in Die Iouis Sancti, &
Parasceues, Sacram Congreg. Rit. in vna Cautien.
15. Decembris 1632. censuisse clauem custodiæ
saoctissimi sacramenti esse retinendam per sacer-
dotem feria V. in cœna Domini in crastinum cele-
braturum, & vt nullo modo apud personas laicas,
& sæculares cuiuscumque status, gradus, & condi-
tionis existant, non obstante consuetudine in con-
trarium, & hoc in omnibus Ecclesiis, tam sæcula-
ribus, quam regularibus, quouis modo à iurisdi-
ctiooe ordinariorum exemptis, de qua meminit
Barbosa *in collect. Bullary, verb Clauis 2.* & *in col-
lect. decis. 151. n. 3. & de officio Parochi p. 2. cap.
20. n. fin.* Vbi quidem refert nouissime in calagur-
ritana 13. Septemb. 1642. decreuisse eandem Sa-
cram Rit Congreg. inhærendo antiquis decretis
clauem Tabernaculi, in quo sanctissimum sacramẽ-
tum feria V in cœna Domini asseruatur, nequa-
quam laicis, etiam illustribus tradendam esse, sed
potius dignitati, vel canonico in crastinum cele-
braturo † Et vt Barbosa refert hic in curia nostri 105
Regis catholici clauem huiusmodi consignari ser-
uandam dict. feria V. in cœna Domini nobiliori,
personæ laicæ, vel Ecclesiasticæ illius Parochiæ, &
ego post illum vidi practicari per tres annos præ-
teritos, & in præsenti septimana practicabitur, dum
hæc scribo (anni 1660.) quod licet videatur
contra dictas declarationes, tamen vsus hone-
stat; at in cathedrali Vallisolet. vidi per 14. anoos
ab Episcopo, seu Decano celebrante ea Die, ac
die sequenti Parasceues officiom peracturo asser-
uari, sicut, & in cæteris cathedralibus in vsu esse
audio.
Hinc prouenit dicendum pro complemento 106
huius corollarij, quod Parochus tenetur curare, vt
lampas ante sanctissimum Eucharistiæ sacrameo-
tum, noctu, diuque semper ardeat, tum propter eius
reuerentiam, tum etiam vt ingredientes Ecclesiam,
sciant vbi primum adorare debeant præsentiam sal-
uatoris nostri, cum aduertentia tamen, vt diligens
inquisitio adhibeatur, ne in lampadibus ipsis quid
curiosum misceatur: ita Poseuin. *de officio curati. c.
11. n. 68.* Fuscus *dict. cap. 3. n. 6.* Barbosa *de officio
Parochi dicto cap. 20. n. 19* cum Nauarro *de ora-
tione cap. 18. n. 97.* dicente in Episcopatu conibri-
censi institutionem esse, quæ præcepit habere lu-
men accensum Diu, noctuque ante sanctissi-
mum sacramentum, quæ video diligeotissimè
practicari in cathedralibus, cæterisque Parochiis,
ac Ecclesiis regularium cuiusque Episcopatus.
Quod si dubites ad quem spectet facere sum- 107
ptus olei pro Lampadibus Ecclesiarum; respondeo
in cathedralibus, & collegiatis ab œconomis fabri-
cæ curari, & in Parochialibus itidem ab œconomis
cuiuslibet Ecclesiæ ex redditibus cuiuslibet fabri-
cæ; quod si bona pro fabrica noo fiot, deducitur ex
massa grossæ, vel si consuetudo est in populis Paro-
chialium, quod populus faciat hos sumptus, ita
obseruabitur; sin autem Parochiani, Parochi verò
tenebuntur ad manutenendum oleum Lampadis:
ita concluduot Ripa *cons. 2. n. 4. & 5. de consuetud.*
Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico debitore §.
13. n. 8. & §. 14. n. 5.* Barbosa *dicto cap. 20. de officio
Parochi n. 30.*
Et ibi *in dicto vers. dict. cap. officium 3. hic* ibi: 108
*& exinde per prouisionem Pontificis magnam de-
bet illis adhibere curam ad christianos quoque fa-
ciendos, & Baptizandos infantes, & ad succurren-
dum.* Per hæc quidem verba incidimus in pro-
prium ministrum Baptismi ex officio, qualiter,
& quando illud implere teneatur. Et quia
plene

plenè de hoc ſacramẹoto agimus *infra ſub tit. de Baptiſmo,lib. 3. & de clerico non baptizoto miniſtrant.*;ideo nunc ſolum de officio curati in hoc ſacramento peragendo ſolemniter,&cum qua cura,& ſolicitudine loquendum eſt.

109 Ex ſuppoſito quod proprij miniſtri ex officio Baptiſmi ſolemniter celebranti,ſint ſoli ſacerdotes, inter quos primo numeretur Epiſcopus, ſecundus Parochus,tertius ſimplex ſacerdos , vt habetur in Concilio Florentino ſub Eugenio. IV. in ſuo decreto *ibi*,ſic ait de Baptiſmo *miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos,cui ex officio conuenit baptizare,*& *in cap conſtat.de conſecrat.diſt.*4.quia ſacerdos,qui inſtitutus eſt ad adminiſtrandum euchariſtiam,par eſt,vt poſſit illa adminiſtrare,per quæ poteſt euchariſtiam participare:ſic docent Theologi cum D.Thoma *q.67.art.*1.& 2.& cum eo Nugnus,& Ægidius,*ibidem Suarez diſp.* 31.*ſect.* 2. Henriquez *lib.*1.*cap.*28.*n.*1. Valentia *tom.*4.*diſp.* 4.*q.*2.*puncto* 1.Filliucius *tract.*2.*cap.*4.*q.*2. Bonacina *diſp* 2.*q.*2.*puncto* 5.*n.*2.Delcaſtillo , *diſp.* 2. *dubio* 1.*n.*4. Paulus Layman. *in theolog. morali lib.*5.*tract.*2. *cap.*7.*n.*2. Machado *de perfecto confeſ.y cura de almas lib.*3.*p.*1.*tract.*2. *docum.* 5. *n.* 1.Latius *lib.*4 *p.*2. *tract.*2.*docum.*9.Leander , *de ſacramento Baptiſmi diſp.*4.*q* 17. Barboſa *de officio Parochi p.*2.*cap.*18.*n.*1. vbi addit, quod officium baptizandi (ſicut,& prædicandi , & à peccatis abſoluendi,aliiſque ſacramentis paſcendi)per ſe primo conuenit Epiſcopis,ſeu primis ſacerdotibus, Romano quidem reſpectu totius orbis aliis verò reſpectu ſuæ Diœceſis iuxta longe notata de his ſummis ſacerdotibus *ſupra hic in Rub. ſub quaſt.*1. vbi de Pontifice , & *ſub quaſt.* 2. vbi de Patriarchis , Archiepiſcopis , & Epiſcopis ; ſed inferioribus aliis ſacerdotibus , ſeu Presbyteris per communicationem Epiſcoporum,& non omnibus,ſed illi , qui Parochi fuerint in ſuis Parochiis.

110 Vnde prouenit quod ſi Parochus noluerit baptizare infirmum ſibi commendatum,ſit deponendus *ex cap.quicumque de conſecrat.diſt.*4.Si ſine Baptiſmo moriatur infirmus, non obſtante excuſatione aliqua,vt docent Salcedus ad Bernard. Diea , *in pract.crimin.cap.*55. verſ.*hinc procedit*, Vgolinus,*de officio Epiſcopi cap.*15.§.12.*num.*14 excuſabitur verò , ſi de licentia eiuſdem Parochi expreſſa,aut rationabiliter præſumpta , alienus ſolemniter baptizaret ex *cap.interdicimus* 16. *q.* 1. Ludouic.Miranda *in manuali Prælator.tom.* 1. *q.* 43.*art.*1.*in princip.*vbi addit quod in caſu neceſſitatis,vel de licentia ordinarij , non eſt prohibitum religioſis baptizare,Vgolin.*de officio Epiſcopi c.*15.§.6.*n.*7.Layman *in theolog,morali lib.*5.*tr.* 2.*c.*7.*n.*1.*in fine.*Tamburin.*de iure Abbat tom.* 1. *diſp.*4 *q.*1.*n.*2.Barboſa *de officio Parochi dict.cap.* 18.*n.*8.& 9.

111 Et ita ſi ſacerdos baptizet in neceſſitate,quando Parochus abeſt, nec facile haberi poteſt non peccabit,quia quilibet ſacerdos per ſe ex dictis eſt inſtitutus miniſter ad hoc ſacramentum , & habet poteſtatem illud adminiſtrandi,Sa *in aphoriſm. inquiſit.*verbo *Baptiſmus.n.*7.Valentia *tom.* 4. *diſp.* 4.*q.*1.*puncto* 1 *prope finem*, Bonacina *de ſacram. diſp.*2 *q.*2.*puncto* 5. *n.* 10. Miranda *dicto art.* 1. Barboſa *ſupra n.*12.ad alia plura, videndus Leander cum multis *de Baptiſmo dict.diſp.*4.*ex dict.q.*

112 17.† vbi an Diaconus,religioſus,clericus , non ſacerdos poſſint ex officio baptizare extra caſum neceſſitatis.

113 Incumbit ergo ex officio Parocho cuiuſcumque Parochiæ baptizare proprios Parochianorum filios;quare eueoit,quod ſi Parochus,aut alius ſacerdos intromitteret ſe,vt baptizaret puerum alterius Parochiæ extra neceſſitatem ſine licentia Epiſcopi aut Parochi,peccet mortaliter , & ſi non fiat irregularis , aut excommunicatus ex eo , nempe , quia vſurparet ſibi actum iuriſdictionis alterius (per illa , quæ dixi contra vſurpantes iuridictionem ſub *Rub.de foro comp.*)cum paſcere animas , (quod maxime fit verbo , & ſacramento) pertineat ad Paſtores,qualis eſt Epiſcopus in ſua Diœceſi , & Parochus in ſua Parochia

114 † Quod ſi exigas,quare non fiat irregularis,nec excommunicatus reſpondeo id contingere, quia nullibi reperitur talis pœna expreſſa , vt docuerunt Machad. cum Barboſa *dicto lib.*4.*p.* 2.*tract.*2.*docum.*9.*n.*4. idem Barboſa cum eo *in dicto cap.* 18. *de officio Parochi n.*11.& ex eo potius fundamẽto,quia cum in tali caſu non vſurpet actum ordinis,ſed tantùm iuriſdictionis;ideo vacat dicta pœna , vt docent Nauarr.*in man.c.*22.*n.*7.Leander,*dicta diſp.* 4. *q.* 23.Henriquez *lib.*2 *ſumma c.*29.*n.*22. Silueſter , *de irregul.*§.11.& alij communiter cum Soto,Paludano,& aliis.

115 Aduertere debet Parochus,vt quia miniſtri huius ſacramenti in caſu neceſſitatis poſſunt eſſe , non ſolùm ſacerdotes,etiam in minoribus, verùm & cenſuris innodati,laici,ac hæretici, ſi baptizent cum debita intentione faciendi,quod facit Eccleſia,de quibus omnibus plenè *in dicto tit. de Baptiſmo*,ac docent DD. per textum *in cap.melior,c. in neceſſitate de conſ.diſt.* 4. ac theologi cum D. Thoma *q.67.art.*1.2.3.& 4.Vaſquez *diſp.* 2. *diſ.* 2.& 3 Suarez *diſp.*31.Archangelus *diſt.*5. Becanus *de hoc ſacram.cap.*9.Paludan.*in* 4.*diſt.*5.*q.*2. *art.*1.& Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.*27.Leander *dicta diſp.*4.*q.*1.2.3.4. & 5. cum aliis.

116 † Ob idque contingat ab aliquo prædictorum infantem fuiſſe baptizatum in periculo mortis; tunc quidem,quærendo prius à quo fuerit baptizatus, quâ materiâ,quâ formâ,& an omnia peracta ſint,quæ in hoc ſacramento in caſu particulari,& in baptiſmo non ſolemni requiruntur,ſi inueniat rite Baptiſmum collatum,nequaquam iterum baptizet infantem , alioquin enim incurret irregularitatem iuxta quæ dixi *in cap.fin.de ſacram.non iterandis*, tantùm verò in Eccleſia Parochus , aut ſacerdos alius de eius licentia procederit ad exemplum alias ſolemnitates , exorciſmos , ac cæremonias fieri conſuetas:ita Barboſa *de officio Parochi n.* 37 & alij communiter ex *manuali Parochor.dict.* 2.*p. cap.*18.

117 Igitur Parochus vocatus ſacerdos, vel alius de eius licentia, vt dictum eſt ad hoc ſacramentum adminiſtrandum ſtatim , ac ſine alia cunctatione ad Eccleſiam ſe ſe conferre debebunt , vbi fontis baptiſmalis decenter pro facultate loci debet eſſe ornatus, & deſuper cautè occluſus,habens intus aquam mundam , & ſufficientem, vt aduertunt Piaſecius,*in praxi Epiſcopor.p.*2.*cap.*3.*n.*25.verſ. *fontis* Barboſa , *dict.cap.*18.*p.*2. *de offic. Parochi n.* 130. vbi commendat legendum Caſtaldum, *in praxi carem.lib.*2.*ſect.*14. *cap.*3. dicens quod debet eſſe indutus ſuperpelliceo, & ſtola violacea conſiſtens ante Eccleſiæ ianuam, vbi ante omnia ab illis , qui infantem ad Baptiſmum deferunt, quærat de nomine infanti , imponendo quia ſint Patrini , & infans domi ob cauſam aliquam fuerit baptizatus.

Deinde

118 Deinde etiam ad rite hoc ſacramentum obeundum, debet Parochus nonnulla parata tenere, & ſedulo efficere, ne vnquam in eis habendis defe-
119 ctus aliquis valeat notari.† Primò quidem, habere fontem, vt dictnm eſt, in quo aqua ad Baptiſmum conferendum in vaſo aliqno nitido contineatur, non ex lineo, cum imbiberetur aqua ab ipſo, non ex aurichalco, ne erugine tegatur; ſed ea lapide marmoreo, vbi facilius aqua conſeruatur, & quod hic fons conſtituatur in loco Eccleſiæ commodo, & occulto, clauibus, ne homines aquam ſumant ad ſuperſtitiones faciendas.

120 Tertiò alia duo vaſa, ſaltem ex ſtanno, in quorum altero chriſma, in altero oleum cathecumenorum contineatur, quæ munda, ac eapur ganda ſemper erunt: in Barboſa, *in dicto cap*. 18. *de of-*
121 *ficio Parochi num.* 38. † Deinde Parochus adhibet cathecumenorum oleum, dum Baptiſmum adminiſtrat, inungitur ab eo Baptizandus in pectore, & inter ſcapula, iuxta quod dicitur *in dicto cap.* 1. *de ſacra vnct* verſ. *quia vero Chriſtus*, Vbi aliqua tetigi, ibi dicitur quamobrem fiat, & *in cap.*
122 *deinde de conſecrat. diſt.* 4. † Et dum conſecratur aqua Baptiſmi in Sabbato Sancto Paſchæ, & Pentecoſtes, infunditur in aquam, pro vt habetur in Miſſali Romano; oleum autem infirmorum, de quo videndi ſunt Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap.* 16. §. 5. *n.* 1. Berti Lucen. *in praxi crim Regular. tract.*
123 4. *cap.* 34. *in fine.* verſ. *fontis baptiſmalis.* † Dicentes ſingulis annis aquam baptiſmi renouari, benedictionibus ſolemnibus adhibitis, necnon oleo, ac chriſmate mixtis fierique in die Sabbati Sancti, & Pentecoſtes, ſed de hac praxi certius in dicto Miſſali Romano, ac in cæremoniali.

124 Ea his debet admodum cauere, vt ſecluſo periculo mortis infantis, ne Baptiſmus fiat extra Eccleſiam, Domi vbi naſcitur, aut alibi, nec in aulis, vel canonicis, aut aliis priuatis locis, ſed dumtaxat in Eccleſiis, in quibus ſunt ad hoc prædicti fontes Baptiſmales ſpecialiter deputati, niſi Regum, vel Principum, quibus valet in hoc caſu deferri.

125 Et niſi talis neceſſitas emerſerit, ob quam nequeat ad Eccleſiam abſque periculo propter hoc acceſſus haberi vt probat *clem. vnica de Baptiſmo*, vbi Vitalin. *n.* 43. intelligit illum textum loqui de magnis Dominis, Vgolin. *de offic. Epiſcop. dict. cap.* 15. §. 6. *n.* 2. & inferi idem Vitalin. & Barboſa cum eo *dicto cap.* 18. *n.* 40. *de officio Parochi*, non comprehendere Ducem Venetiarum, & Genuenſem, ſed Duces Regales, & Principes Regni Neapolitani, vt etiam dixit Aloyſius Riccius *in praxi aurea fol* 427. *in princip.* alia adducit Barboſa de materia, & forma huius ſacramenti, & *ibi à n.* 41.
126 † quod Baptiſmus queit adminiſtrari in Eccleſia interdicta, & tempore interdicti, per textum *in cap. quoniam. de ſent. excommunic. lib.* 6. *& in cap. non eſt vobis de ſponſalib. cap. reſponſo de ſent. excommunic.* non ſolum infantibus; ſed etiam adultis, vt canetur *in dicto cap. quoniam cum ſolemnitate vnctionis*, & conſequenter catechiſmi, & exorciſmi, Vgolinus *de cenſuris tab.* 5. *cap.* 7. §. 4. *n.* 1. *&* 5. Suarez *ſupra ſect* 1. *n.* 1. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract* 3. *n.* 23. Sayrus *de cenſuris lib.* 5. *cap* 7. *n.* 1. Barboſa *ſupra dicto n.* 42. cum Bonacina, qui reſoluunt fere omnes fontes benedici, & ſuſceptores, ſeu Patrinos poſſe adhiberi, iuxta quæ latius dicentur *infra ſub dicto tit. de Baptiſmo*, Vbi de aliis multis, quæ incumbunt officio Parochi circa hoc Sacramentum miniſtrandum, quorum potiora ſunt proxime dicta.

Quare pro complemento huius corollarij, di- 127
co, quod tenetur Parochus habere in Eccleſia librum, vulgò qui vocatur *de baptizados*, vbi deſcribet omnes, qui in Eccleſia ſua baptizantur cum nominibus parentum, ſi de legitimo matrimonio nati ſint, & Patrinorum, qui eos de Baptiſmo, ac die, menſe, & anno, vt cauetur in Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 2 Paulus Fuſcus, *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 24 Poſſeuin. *de officio curati cap.* 8. *n.* 48. vbi ponit formam ſequentem, *Die, menſe, anno, Paulus filius Petri, & Berta de N eius vxoris baptizatus eſt à me N. compatre, & commatre, N. & N.* vel vt ait Barboſa *de officio Parochi p.* 1. *cap.* 7. *n.* 2. *&* 3. prædicta formula concipi poterit, *Die menſe anno ego N. Archipresbyter, ſiue Rector, aut curatus Eccleſia S. N. Baptizaui N. filium* (ponendo illico nomina, & cognomina, vbi habitant) *ſecundum Ritum, & praſcriptum S. R. E. Patrinus, & Matrina fuerunt N. & N.* ponendo nomina, & cognomina Patrini, & Matrinæ.

Verùm ſi infans ſpurius, & illegitimus fuerit, & 128
parentes cognoſci nolint, tunc ſcribendum modo ſequenti: *Baptizaui N filium parentum ignotorum ſecundum ritum, &c.* & vt *ſupra.* Quod ſi inquam Domi baptizatus ad exorciſmum fuerit allatus, dicit ad notanda eſſe nomina Patrinorum, qui in exorciſmo tenuerunt in hanc formam *fuit Baptizatus, & ſuſceptus N filius, & N. ſecundum ritum &c.* vt ſupra quem *ego N. exorcizaui, & fuerunt Patrini N. & N.* ponendo eorum nomina, & cognomina, vt ſupra, qui ad exorciſmum tantum cum tenuerunt *datum &c.*

De probatione, quam facit liber iſte dixi latè *ſupra c. penult. de probat.* vbi leges, item & aliorum; & ſic hic tantum notari oportet quod prædictus liber debet concipi, & inſcribi *liber Baptizatorum in Eccleſia Parochiali S. N. pro anno.* Alia de libris dico *q. ſequenti.*

Et in verſ. noſtri *cap.* 2. ibi *pœnitentias cunctis* 129
aliis ſacerdotibus iniungere: hæc verba ſi accipiantur in ſenſu, nempe quam authoritatem habeant Archipresbyter ad puniendum ſacerdotes ſibi ſubditos, intelliges ea dictis *ſupra in Rub.* & ex dicendis *in cap fin. hoc tit.* Si tamen de pœnitentia publica, ſiue ſecreta, quæ infamat, vel non, dices cum Abbate, Ægidio, Bullamera, & aliis ex antiquis, pœnitentiam, de qua hic non tendere ad prohibendum, quo minus quis valeat ordinari, & ad ordines nondum ſuſceptos aſcendere, cum hæc ſecrete imponatur, & occulte, nec de ſe infamatoria ſit; argum, eorum, quæ dixi *in c. fin. de temporibus ordinat.* ſecus verò de pœnitentiis publicis, quæ non tam ad correptionem, quàm punitionem, tendunt, & vt *ibi* dixi, & *in Rub. illius tituli. ac ſub tit. de ætate ordin & alibi.*

Et ibi *aut ad ſui iuſſionem, cui committitur per-* 130
agat, & *in dicto cap. officium* 3. ibi, *omnia à ſacerdotibus per iuſſionem ipſius faciant*, ex qua Ægidius, Bellam Abbas, ac alij ea antiquis notãt vicariũ, poſſe dare vicarium, quod in voluntaria iuriſdictione locũ habet, non in contentioſa, vel delegata, niſi eſſet à Principe deputatus, iuxta textũ, & DD. *in c. ſuper quæſtionẽ de officio deleg.* idem Bellamera,
in cap. fin. hic n. 8. † Dum diſputat, an Archipres- 131
byter habeat iuriſdictionem fori contentioſi, & in quibus, ideo applicabis quæ *ib* dico, & de officio vicarij, itemque docent DD. de iuriſdictione voluntaria per *cap fin.* §. *fin. de offi io delegat, & cap. fin. de officio iudicis ordin.* vbi late dico aliqua, Couar.

Conat.*lib.3.var cap.*20.vbi agit de dubio,an iurisdictio voluntaria delegetur, cumque Barbosa *hic in cap.2.n.3.*notat per verba,*vel cm de sacerdoti-*
132 *bns suserit.*† quod iurisdictio voluntaria competens alicui ex commissione legis delegari potest, quando non sit tanti momenti, quin per alium ex-
133 pediri valeat † Et sic visum est sub hac quæstione probari in Parocho vices suas alij Parocho, aut sacerdoti simplici committenti, etiam in officio Ecclesiæ, ac administrationis sacramentorum, de quibus huc vsque: quare iam gradum facimus ad alia, quæ incumbunt ex officio curæ Parochiali.

QVÆST. II.

Parochas,an debeat curare,vt sana Doctrina,& boni mores in Plebibus suis conseruentar,vitia auertantur,discordias componere,infirmos sua Parochia visitare, & oppertanis remediis iuuare? Et an Parochus debeat habere alios libros, prater librum baptizandorum ad inscribendam matrimonia contrahentes in sua Parochia,vel Ecclesia, & ad inscribendum mortuos,ac sepeliēdos,sepultosq́; in ea? Et an debeat etiam habere matriculam omnium,qui sunt sub sua Parochia, in qua forma,qua custodia,& qua fides eis prastetar? An debeat facere, processiones per Parochiam,seu possit alius eo nolente? Et in Die Sabbati Sancti post factam fontis benedictionem, aut in ipsa Die resurrectionis,spectet priuatiuè ad Parochos aspersiones Domorum facere, ac de aliis remissiuè, qua pertinent ad Parochi officium.

SVMMARIVM.

1 *Visitatores ex Trid. instituti pro salute animarum debent inuigilare.*
2 *Parochus debet curare,vt sana, & orthodoxa doctrina, ac boni mores in plebibus suis conseruentur,& profligentur.*
3 *Parochus debet discordias inter filios spirituales velociter componere instaas,& arguens,* & n.5.
4 *Parochus debet euitare nimiam cum Parochianis familiaritatem.*
5 *Parochus debet reducere ad pacem quos inuenerit lingua,& diuturna obstinatione in odio proximi existere,arcendo à fidelium cetu, si noluerint obedire.*
6 *Infirmitas corporis nonnumquam procedit ex animi infirmitate.*
7 *Parochus tenetur accedere, vbi necesse fuerint ad inuicendos infirmos,eosque opportunis remediis iuuare congruentibus argumentis in promptu habitis ex psalmis, & locis sacra scriptura,& sanctorum exemplis.*
8 *Parochus debet commonescere infirmum dicendo ei quandoque infirmitates prouenire, Deo disponente, vt homo ad cor redeat, vitámque suam commendet, & in periculo mortis maiori cum fauore confortare,* vt n. 9.& 10.
10 *Freneticos infirmos non potest deserere Parochus,cum sapius contingat illos prope mortem sensum integrum recuperare,*& n.11.
11 *Parochus tenetur moribundum adiuuare, eius animam recommandaas exercismis, & orationibus Ecclesia.*
12 *Matricula illorum,qui contrahunt in Parochia matrimonium,debet à Parocho fieri, vt semper constet de illo contracto, si dubitas contingat offerri,& quali forma scribatur* n.13. 15.& 17.
15 *Liber nuptiarum,quam formam debeat continere,si contrahentes cum dispensatione Papa contraxernat eas, & qualiter probet* n.16.
16 *Matrimonium contractum probatur per librum,etiam Parocho,& testibus mortuis.*
17 *Parochus debet sub pœna peccati scribere in libro contrahentes nuptias.*
18 *Libri defunctorum partita probant de morte sepultorum, sicut matricula Baptizatorum probatur quis baptizatas fraude cessante,vt* n.19.20.21.
20 *Parocho adnotanti mortem creditur,quia ei ex officio talis annotatio spectat pro mortuis sua Parochia.*
21 *Matricula de mortuis,qua forma soleat à Parocho inscribi.*
22 *Libro societatis credendum est circa mortem alicuius,illius,aut confraternitatis.*
23 *Scribis deputatis pro societate, & confraternitate,creditur.& Hospitalis* n.42.
24 *Liber Parochia probat reseruationem.*
25 *Libor administratoris, & patris administrantis,aut matris vsufructuaria, Patrui fratris probat* n.26.27.28 29.& 39.
30 *Libro negotiorum gestorum,procuratoris ad litem;actoris vniuersitatis, & executoris testamentarij creditur.*n.31.32.33.& 39.
34 *Libro curatoris ad lites haredis grauati, serui administrantis,filij sociorum,& amici administrantis.*n.35.36.37.& 38.*sed qualiter* n.39.
39 *Liber quoad expensas modicas probat pro scribente administratore,non sic quoad magnas,*
40 *Probatio in magnis debet fieri per scripturas, & testes,per apochas,& coniecturas,iudicis arbitrio approbandas.*
41 *Expensa minuta probantur solo administratoris iuramento.*
42 *Hospitalerij libro datur fides.*
43 *Libris visitationum Episcoporum adhibetur plena fides circa officium visitationis.*
44 *Libri canonicorum, Monasterij, collegij, & aliorum similium administratorum faciunt fidem, & ciuitatum, ac Episcoporum.*
45 *Libri fiscalium Catastri,Æstimi, Syndici,Casarij, Aromatarij,capitulorum, vniuersitatis creduntur* n. 46.
46 *Statutorum libri diu habiti pro solemnibus fidem faciunt.*
47 *Confirmatorum ab Episcopo libris cuiusque Parochia creditur.*
48 *Parochus debet facere annotationes de nonnullis necessariis Parochianis suis,veluti annotare*

notare aliquem fuisse excommunicatum, vel quod Dominium res spectat ad eius Ecclesiam, & o 50.

49 *Parochi solent conficere plures matriculas ad pleniorem notitiam omnium, quæ sunt sub Parochia sua, vt eorum, qui in ea nascuntur, aut Domicilium, statuunt, vel discedunt.*

50 *Parochus tenetur singulis annis rationem reddere de redditibus, & possessionibus suæ Ecclesiæ Episcopo.*

51 *Librorum Parochiæ debet Parochus habere diligentem custodiam, ne perdantur, falsentur, vel rumpantur, vt sic meliorem fidem faciant in iudicio, & n. 54.*

52 *Partita librorum Ecclesiæ, vt fidem faciant in iudicio, debent, vt iacent à Parocho scribi fallit vi o. 53.*

53 *Scripturis informibus, quando iudex possit dare fidem, & cum qua transcriptione.*

54 *Libros Parochiæ nequit Episcopus extrahere de potestate Parochorum.*

55 *Parochus quando fidem facit dè aliqua partita ex libris Ecclesiæ, potest aliquid pro mercede accipere, nisi gratis solitum sit fieri.*

56 *Libris Parochorum datur fides, quia ipsi sunt in id persona publica.*

57 *Liquidatio capitulorum matrimonialium, qualiter contingat cum fide Parochi.*

58 *Libris arrendatorum, fiscalium; item & conductorum, non datur fides pro ipsis, & pro tertio, aut contra tertium.*

59 *Duci magno scribenti expensas magnas factas causa belli, quare credatur, & non sic viro magno attestanti.*

60 *Parochus ex officio habet dirigere processiones per Parochiam, nec vllus alius etiam regularis extra claustra, aut prope muros Ecclesiarum, extra non nisi de licentia, & cum cruce. Parochialis* n. 61. *fallit* n. 62. *vide* n. 71.

62 *Processiones extra claustra possunt facere Regulares habentes priuilegium faciendi eas per loca diuersa: vbi de priuilegio fratrum Prædicatorum, &* num. 63. 64. 65. & 67.

63 *Dominicani circa processiones qualia priuilegia habent* o. 64 & 69.

66 *Processiones corporis christi soli Episcopi cum cathedralibus faciunt.*

68 *Processiones nequeunt facere confraternitates laicorum, seclusis particularibus priuilegiis.*

69 *Rosarij processiones à Dominicanis possunt fieri per calles in aliquibus festiuitatibus B. Mariæ.*

70 *Processiones facere possunt canonici, & Episcopus per Parochiam, quibus incumbit declarare quas, & per quæ loca.*

72 *Processiones duæ eodem die, & in eodem loco non permittuntur, ita vt secunda debeat protrahi in aliam Diem* n. 73.

73 *Manuteneri debent in processionibus faciendis hi, qui antiquiores sunt.*

74 *Parochi in Lusitania assuescunt benedicere, & aspergere in Pascha resurrectionis domus, Parochianorum post factam fontis benedictionem*

75 *Regulares nequeunt aspergendo benedicere Domus Parochianorum in Sabbato sancto, aut Pascha.*

76 *Regulares non prohibentur in suis Ecclesiis mulieres post partum ad purificationem admittere.*

77 *Parochus ex officio functiones plures faciunt, quæ reducuntur ad modos nouem, vt circa Decimas, oblationes, sacramenta, & alia, & qui tractent* o. 78.

79 *Parochi qua consideratione curare debent munera proprij officij exercere, vt prudenter se gerant.*

AD primam quæstionis partem; suppositis 1
quæ late iam dixi *in cap. penult. de ætate, & qualit. ordin* vbi de prædicatione Parochi, ac de doctrina Christiana per Parochos docenda, breuiter respondendum est, vt quemadmodum S. Trid. Synodus *sess 24 de reform at. cap* 3. præcipit visitatoribus, qui præcipuè in Republica christiana instituti sunt pro salute animarum, vigilare, de quorum officio late dico *in cap. inter cætera de officio ordinarij, & sub tit. de censibus*, & aliquid ad praxim *dixi in c. fin. de libelli oblat. q.* 5. † Non minus 2
quidem debeat curare Parochus, vt sana, & orthodoxa doctrina, & boni mores in plebibus suis conseruentur; item & quod mali mores, potissimumque falsa dogmata, & hæreses ab eis omni conatu auertantur, & profligantur. † Nec vllo modo per- 3
mittere discordias inter filios spirituales, curando illas, velociter, componere, instans, & arguens, vt docet Petrus Soto *in instit. sacerdot. tr. de officio pastoris §. secundum vero requisitum ad officium pastoris*, Ioannes Sancius *in selectis disp. 47. n.* 23. † qui *n.* 21. ait Parochum debere nimiam cum 4
Parochianis familiaritatem euitare, & hæc docet Barbosa *de officio Parochi p.* 1. *cap* 7. *n.* 24 & 25. & pro secunda resolutione in componendis discordiis faciunt quæ dixi *in cap. nouit de iudiciis. q.* 7. & 10 & *in cap.* 1. *de mutuis petitionib. q.* 5. *fin.* Vbi admodum pax commendatur, vt euitentur lites, discordiæ, & Iurgia. † Debet inquam in 5
primis quilibet Parochus reducere ad pacem eos, quod longa, & diuturna obstinatione in odio proximi existere, reperti fuerint, quos poterit arcere à fidelium cætu si noluerint obedire: sic Abbas *in cap. fin. n.* 2. *de maiorit. & obedientia*, Felin. *in Rubr. de treug. & pace n.* 4. Barbosa *de officio Parochi dict. cap.* 7. *p.* 1. *sub numer.* 23.

Ad secundam quæstionis partem, cum non- 6
numquam corporis infirmitas procedat ex infirmitate animi iuxta Innocent III. relatum *in c. cum infirmitas de pœnit. & remission.* & S. Chrisosthom. *Homilia* 38. *cap* 8. *Matth* ibi *ægrotationes plurimæ ab anima peccatis originem trahunt.* † 7
Ideo bene DD. dicunt quod Parochus tenetur accedere, vbi necesse fuerit ad visendos infirmos, eosque opportunis remediis iuuare, & vt id competenter exerceat, debet habere semper in promptu argumenta ad animum consolandum, & erga res diuinas, ac æternas exercendum opportuna conquisitis psalmorum versiculis, & aliis scripturæ locis, sanctorum exemplis, infirmum exortando vt peccatorum suorum, dolore concepto, spem in diuina misericordia concipiat, atque infirmitatis suæ molestiam, ipsamque mortem Deo in satisfactionem pro peccatis suis offerat.

8 Debet etiam commonescere infirmum dicendo ei, quandoque infirmitates prouenire à Deo, ita disponente, vt homo ad cor redeat, vitamque suam emendet, cuius proinde firmum propositum concipiat, si corporis sanitatem recepturus sit.

9 Quod si infirmus incipiat agonizari, tunc debebit aduertere maiorem ei incumbere adiuuandi obligationem, ac magnum, & necessarium ministerium esse moribundis opem ferre, in eo statu, à quo, vel in bono, vel in malo dependet æternitas, vt dicunt cum aliis Homobonus *in tract. de arte adiuuandi infirmos in spiritu, p.1. cap. 1. & in responso quæst. moral. p.1. responso 49. in fine*, Dionysius Carthusianus *de quatuor nouissimis art. 37.*

10 Quare si viderit Parochus quod infirmus, aut impœnitens, aut non plene dispositus, vel quia nondum voluit confiteri, aut derelinquere occasionem peccandi, in qua irretitus erat, debebit diligentissima cura per tempus præcisè assistere, quod prudenter sufficiat, vt illum reducat ad veram
11 pœnitentiam.† sic vt nec eum derelinquat freneticum, desistere queat licitè in adiuuando, cum experientia docuerit sæpius freneticos morti propinquos, solitos esse sensum recuperare, vt docent Possceuin. *de officio curati cap. 13. n. 14* Basse verbo *Parochus n. 2.* Barbosa *de officio Parochi, dict. cap. 7. n. 30.* Machado *de perfecto confes. lib. 4. p. 2. docum. 23. n. 1. & 2.* econtra firmantes, quod si infirmus sacramenta omnia rite recepisset, non teneatur ei Parochus assistere sub præcepto peccati lethalis, & si ex charitate ad id sit obligatus, quod video in praxi à Parochis timoratis exerceri, ne forte incidant in sententiam Toleti. *lib. 5. summa cap. 5.* defendentis grauiter, vt Parochus ratione officij teneatur nihilominus infirmo assistere, adiuuando illum moribundum, eius animam recommendans, orationes, & exercismos Ecclesiæ proferendo, & iuxta illum legendo quam pie poterit.

12 Ad tertiam quæstionis partem, an Parochus debeat habere libros pro nuptiis celebratis, ac Defunctis: Et supposita doctrina quæstionis præcedentis prope finem, quod debeat habere librum pro baptizatis, modo *ibi* dicto, & quæ dixi *infra in cap penult. de prob.* vbi de probatione, quam faciunt similes libri; & quod ex Trid. *sess. 24. de reform. cap. 1.* vers. *habeat Parochus*, debeat à Parocho fieri matricula illorum scilicet, qui contrahunt matrimonium in Parochia sua, vt si dubietas aliqua contingat, possit fidem matrimonio contracto
13 facere.† Ideo dico, quod forma consueta à Parochis obseruanda in describendis matrimoniis in libris ad id deputatis, erit, vt sequitur ibi, *Die, mense, anni, Petrus, & Berta factis intra missarum solemnia tribus denunciationibus, tribus festiuis continuis, videlicet Die, mense, dictis anni, & nullo impedimento allato, seruatisque aliis seruandis, coniuncti sunt matrimonio à me N. in Parochia N. talis loci, & inter missarum solemnia, ibidem matrimonialem benedictionem receperunt quando est danda præsentibus N. & N. testibus.*

14 Et addit Barbosa *dicta p. 1. de officio Parochi n. 8.* forsan melius dictam formam concipi posse modo sequenti *ego Rector Parochialis Ecclesiæ sancti N. fidem facio me tribus diebus festiuis continuis, videlicet primo die, mense, anno, secundo die mense anni, tertio die, mense, anno, in Ecclesia sancti N. inter missarum solemnia publicè, denunciasse matrimonium inter A. & B. nulloque legitimo apposito impedimento, ac viro, & muliere à me interrogatis, eorumque mutuo consensu intellecto, matrimonium inter dictos A, & B, in facie Ecclesiæ, iuxta formam Trid. Concilij Die, mense, & anno in dicta Ecclesia sancti N. fuisse legitime celebratum, præsentibus N, & N. testibus &c. Et ego N. rector Parochialis Ecclesiæ sancti N. manu propria &c.*

At si fuerit dispensatio obtenta à sanctissimo Domino super aliquo gradu post verbum, aut loco verbi, *nullo impedimento allato*, vel post illa, *nulloque legitimo impedimento*, addet Parochus, *& obtenta dispensatione à sanctissimo super gradu, & admissa, per Dominum vicarium.* Ex quibus patet, quod debet describere Parochus nomina testium, & locum contractus, vt ex Trid. *supra* aduertunt Fuscus *de visitat. lib. 2. cap. 3. n. 26.* Homobon. *de bonis. de humana vita statibus p. 1. cap. 14. in fine*, Henriquez *in summa lib. 11. c. 7. §. 4.* Reuellus, Thomas Valascus, Ægidius Conink, & alij, quos refert supra Barbosa, *n. 6.* cum Nauarro, & Azeuedo; item & Basilius Pontius *de impedim. matr. c. 26. §. 2.* vers. *ex quibus condit. 9.* Stephanus Gratianus *discept. forens. c. 653. à n. 63.* Posseuin. *de officio curati c. 6. n. 44. & c. 12. n. 42.* & alij. 15

Et ex eo libro, ac partita prædicta, non solùm viuentibus Parocho, & testibus, probari matrimonium scribunt Lancel Gallia *cons. 15. n. 3.* Franciscus Viuius *decis. 489. n. 9.* Camil Borellus *in sum. decis. p. 2. tit. 22. n 27.* Nicolaus Genoa. *de scriptura priuata lib. 5. q. 6* verum etiam, ipsis mortuis absque aliis probationibus, plene, vt resoluunt Cauacalnus *decis. 12. sub n. 12.* vers. *& liber Parochi p. 1.* Mascardus *de probat. conclus. 672. à n. 18.* Menochius *cons. 199. n. 3.* Thomas Sanchez *de matrim lib. 3. disp. 15. n. 22.* Marius Anton. *variar. resolut lib. 1. resol. fin casu 33.* vers. *nihilominus*, Gall *cons. 15. n. 3. 16. & 17.* Giurba *ad consuetudines Mesanenses cap. 1. glossa 1. p. 1. n. 30.* Rota *decis. 750. n. 1. p. 1 diuers. & decis. 340. p. 2. etiam diuers* Barbosa *in pastorali allegat. 32. n. 175.* & est ratio, quia Parocho deponenti de pertinentiis ad suum officium creditur, Menoch. *de arbitrar. casu 99. n. 3.* Surdus *decis. 70. n. 13.* Stephanus Gratianus *in terminis discept. forens. tom. 4. cap. 653. n. 60.* 16

Cumque hæc omnia pertineant ad solemnitatem sacramenti propter finem necessarium vitandi lites, obligare sub mortali à Parocho fieri, addunt Thomas Sanchez *de matrimonio lib. 3. disp. 15. n. 22.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 242* Stephanus Gratian. *dicto 4. tom. disp. 653. n. 64.* Basilius Pontius, *vbi supra*, Barbosa *de officio Parochi dicto cap. 7. n. 8. & de officio Episcoper. dicta allegat. 32. n. 174.* Posseuinus *de officio curati dict. c. 12. n. 44.* Naldus *in summa* verb. *Parochus n. 20.* 17

De libro inquam pro defunctis sepeliendis qui dicitur matricula mortuorum illorum, qui in Parochia Parochi fuerunt sepulti, dicendum est, quod sicut ex partita libri Baptismi per Parochum extracta probatur quis Baptizatus, & illius ætas origo. & impedimentum cognationis spiritualis iuxta dicta *sub quæst. 1 in fine*, ac docent Caputaq. *in decis. 714. n. 1. p. 1.* Mandos. *ad regul. 18. cancel. q. 10. à n. 1.* Veral. *decis. 314. n. 1. lib. 1.* Menochius *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 51.* Anton. Menoch Florent. *decis. 17. n. 2.* Bonon *decis. 19. n. 13.* Masceard. *conclus. 673. à n. 1.* Farin. *in fragm. crim. p. 1.* verb. *ætas. num. 141.* Franc. Molinus 18

de

de ritu nuptiar.lib.1.comparat.9.n.41. Bellet. disquisit.clerical.p 1.tit.de cleric.p.1. tit. de clerico reste §.1.n.10.Genua, de scriptura priuata lib. 5. tit.de libris plebanorum q.1.n.3.& 4. Rota decis. 592.n.2.p.1.recent.& decis.15.n.2.p. 2. etiam recentior,& in Romana nullitatis obligationis 16. Ianuarij 1626.coram R.P. D. Durand. ac de origine probando, Rebuffus de pacificis possessor. 217.Genoa.dicto lib.5. q. 3. Piasseeius in praxi Episcop.p.1.cap.1.n.9 Mascardus de probat. conclus.1147.n.21.Gonzalez ad regul.8.Cancel. glossa 9.§.1.à n.112.vbi n.113.† hoc intelligit,fraude
19 cessante,& de probando dicto impedimento, Marius,Anton.variar.lib.1.resol. fin. casu 33. Barbosa d.c.7.de officio Parochi p.1.n.4 & 5.cum Aloysio Riccio, in praxi rerum fori Eccles resol. 249.in 1. edit.alias resol.218.n.1.in 2.edit. Seraphin dec.1138. n.2.Ioseph Ludouic,dec.55.n.7.Caualer dec.444. Maurit.n.4 Camil.Bortel.in summa dec.p.1.tit.22. n.25 .de restit in integ c.321.Gratianus discept fo-
20 rens.cap.491.n.18.& cap.767.n.43 † Ita etiam ex partita Libri mortuorum probari mortem,& sepulturam;eo quod Parocho annotanti mortem credatur,cum ad illum,& opus sepeliendi defunctos suæ Parochiæ huiusmodi ex officio,annotatio spectet,vt docent Craueta de antiquit.tempor. p.1.§. videmus,& abuode n.1. Ioseph. Ludouicus. conclus.29.ampliat.24 Mascardus de probat.conclus. 673.n.13.& conclus. 1077.n.4.Genua de scriptura priuata dicto lib.5.tit.de libr.pleban.q 1. n. 1. Buratus decis.886 à n.1.Rota in Eluen. cemitorij 7.Februarij 1631.coram R.P.D.Merlioo, Petrus.decis.12.dicentes de fide Parocho præstita in hac parte. Et Menochius lib.1.præs. 51. à n. 53. Paulus Tuscus de visitat.lib. ..cap.3.n.18. Caldas Pereyra in l.si curatorem verbo minoribus à n.33. Cod.de in integ.restit.min.Ioseph.Ludouic.ita decis.55.n.7.Franc.Molin.dict.compar.9. n. 39. Genua dicto lib.5.q.1.Cauel. decis.575.n.3. Barbosa
21 dicto cap.7.de officio Parochi n.11. 12. & 13. † Ponentes matriculam,quæ solet in forma sequenti à Parocho inscribi Die,mense, anno N. De N. omnibus sacramentis susceptis cum anima commendatione, obiit in sua domo Platea nuncupata N. & sepultus fuit in hac Parochiali Ecclesia sancto N.&c.Et in terminis Rota decis.621.n.4 p. 1.recenti,& decis.605.n.4 p.2.etiam recent.& in Alexandrin.beneficij 18.Aprilis 1625.coram R.P.D. Merlino.

22 Imo quod circa mortem alicuius, credendum sit libro societatis,seu confraternitatis, quæ habet pro instituto officium generale sepeliendi mor-
23 tuos † Et quod credatur scribis deputatis ab istis coofraternitatibus, Lara de capell. & anniuers. lib. 2. cap. 4. num. 92. & 93. bene D. Ioannes De Scobar. de puritate Sanguin. p. 1. q. 6. §.1.n.30. ac de Regno lusitaniæ consuluit Valascus consult.10. n. 1. p. 1. & de libro Hospitalis, Surdus cons.350.num. 36. Barbosa dicto cap. 7. num.24.

24 Et quod liber Parochiæ probet ad effectum probandi reseruationem, dixerunt Buratus decis.11. n.2 & ibi Ferentil. vbi concordantes adducit, conclusionem amplians, & decis.407. n 3. Rota decis.700.n.4.p. 1. recent. & in Therulin. beneficij 7. Iunij 1610. coram Bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo, & in Leodiens. capelani, coram Bonæ memoriæ Vualdoien, prout refert idem Barbosa numer. 11. in fine 8 Nouemb 1619.

Ex his etiam patet,vt quemadmodum liber ad- 25
ministratoris probet,vt docent Scacia de iudiciis caus.ciuil.q.11.n.247. Scobar. de ratiociniis cap.
10. Gasto,de credito 1.p.cap.2.tit.4 n. 796. † Et 26
sic libro patris administrantis,bona filiorum,quorum bonorum, pater non erat legitimus administrator, ad textum in l.Iulis 9.Pater, vbi Bart. ff. de negotiis gestis,Socinus cons. 34. lib. 1. Pinel. in l.1.p.2.n.29.Cod.de bonis maternis,alij per Gu-
tierrez de tutelis p.3. cap. 3. num. 24. † Et libro 27
confecto à matre vsufructuaria, Corn. Pigian. &
alij relati per Gutierrez dicto loco n.55. † Et li- 28
bro Patrui confecto de bonis nepotis per eum administratis,Corn.cons.196.lib.3. Alciatus in l. 1.
in pnc.Cod.de edendo. † Et libro fratris de bonis 29
per eum administratis aliorum fratrum, consanguinitatis, aut tutorio nomine, Gutierrez sup.
num.19. & 66. † libro negotiorum gestorum ad 30
textum, vbi Bart. & alij in l.1. ff. de negotiis
gestis † libro procuratoris ad litem, seu ad 31
negotia, ad textum in l. si remunerandi, & l.
procurator §. 1. ff. mandati. † libro actoris, 32
& vniuersitatis, aut alterius Domini ad textum in l. 1. & l. item eorum §. si Decuriones ff. quod cuiusque vniuers. nomine. † libro exe-
cutoris testamentarij ad textum in l. nulli Cod. 33
de Episcopis,& clericis,& cap. tua nobis,& cap. Ioannes,de testam. Marhan. decis.13.libro executoris sententiarum ad textum in l.executorem C de
execut.rei iudicata cons 85.sub n.23.vol 1.† libro 34
curatoris ad lites,§.fin.instit. de authorit. tutor, † 35
libro hæredis grauati,Bart.in l.cum tale ff. de con-
dit.& demonstrat.Socin.cons.24 n.37. † libro ser- 36
ui administrantis,Socin.supra, libro sociorum, vt
latissime Hactor.Felic de sociel.cap. 38.† libro fi- 37
lij administratoris.viuente patre, Gutierrez supra
num.20. † libro amici administrantis, dict. cap. 38
n 56.

Quorum omnium liberis pro ipsis scribentibus 39
aliquam fidem facere docent DD si restringantur
ad expensas modicas, † quia probatio in magnis 40
debet fieri per scripturas,& testes,& sic per apochas de recepto,aut per rei,& operis euidentiam, aut per alias coniecturas iudicis arbitrio approbandas, Corneus post Bald. in l.fin.§.in computatione columna 1.Cod.de iure deliberandi, Scobar. de ratiocion.cap.10.n.58. latè Ioannes Gutierrez de tutelis p. 3. cap. 1.num.147. Ioan. Garcia de expensis cap. 20. num. 23. iuxta subiectam materiam,de qua inquiritur, Gayto de credito supr.p. 1.cap.4.tit. 4.ex n.797 cum Caluacano Stracha, Farinacio,Mascardo,Surdo,Genua dicta lib. 4. de scriptura priuata tit.de libr.tutor.& de libro mercatoris,probant idem Gayto dicto cap. 2. ex n.
123.& 127.qui n.817.† videndus ex n. 825. fir- 41
mat,quod expensæ minutæ probantur solo administratoris iuramento,Scaccia de iudiciis caus. ciuil.dicto cap.11.n.184.& multo Vberius libros.de quibus loquimur hic probare dicendum est,vt factos à persona publica,qualis est Parochus,cui debet admodum credi ex iam supra adductis, & ex proxime dicendis.

Iuuatur prænotata assertio,etiam ex eo, quia li- 42
bro Hospitalarij datur fides, vt in auth. de Eccles. tit §.penult.& in l.orphanotrofos 1. Cod.de Episcopis.& clericis,clem.2 §.vt autem de religiosis do-
mibus,vbi DD.& ex eo magis,quia libris visitatio- 43
num Episcoporum adhibetur fides plena circa officium visitationis,Caputaq dec.158.aut 160.seu 4.p.2.Verallus,decis.229.p. 1.Genua de scriptura

priuata dicte lib. 5. de libr. visitator. Marcereten,
variar. resol. lib. 1. res. 110.
44 Item vt dixi in dicto cap. cum causam ante pe-
nult. de probat. libris canonicorum, congregationis
Eclesiæ Monasterij, Collegij, & aliorum similium
administratorum danit fides, Crauetta de antiquit.
tempor, vers. quid in libro officialis alicuius Mo-
nastery, & libris ciuitatum, & Episcoporum, Ca-
putaquen decis. 156. seu 158. Franc. Marcus de-
cis. 198.
45 Et de prædictis libris, ac de fiscalium æstimi,
c atastri, & aliorum quam plurimorum, idem Ni-
colaus Genua dicto lib. 5. de scriptura priuata, ad
saturitatem videndum, & refert plures Gayto su-
pra de credito dicto cap. 2. p. 1. tit 4 qui ex n. 1003.
idem cum multis probat de libris Syndici, & ca-
sarij, item de libro aromatarij, quos plenam dicit
facere fidem, certis concurrentibus, & sine dubio
46 de libris capitulorum, vniuersitatis † seu statuto-
rum alicuius ciuitatis, si diu sint habiti pro solem-
nibus, vt responderunt Crauetta cons. 425. n. 44. &
cons. 701. num. 1. Genua dicto lib. 4. tit. de libr.
ciuit. fol. 261. in magnis: de nonnullis libris vi-
dendus Viscontus in suis conclusionibus fol. 165.
& 166.
47 Et sic fidem adhibendam esse plenam, aliis, etiam
Parochorum libris, patet, velum illorum, qui
per Episcopum confirmantur in sua Parochia non
habentem præcipue Notarium qui confirmatos
scribat in matricula, Posseuin. de officio curati
cap. 12. n. 43. Barbosa de officio Parochi dicta p. 1.
cap. 7. n. 16. vbi ponit formam seruandam in scri-
bendis eis, mutatis mutandis, iuxta supra adductas
48 in hac quæst. addens sub n. 22. vers. præter † de
aliis annotationibus, quas ex officio debet face-
re Parochus & penes se habere nonnullas, quæ
Ecclesiæ, & Parochianis necessaria videntur,
veluti, cum scribunt aliquem fuisse excommu-
nicatum, vel notant Dominium alicuius rei ad
Dominum suarum Ecclesiarum spectare, Mas-
card. de probationib. conclus. 653. n. 7. 8. & 12. Ge-
noa de scriptura priuata dicto lib. 5. tit. de ple-
banorum libris q. 4. in fine, & q. 5. Ioseph. Lu-
douic. conclus. 29. col. 2. in fine, dicentes istis qui-
dem libris, & annotationibus plenam præstari fi-
dem.
49 Alias quidem matriculas ad pleniorem noti-
tiam solent conficere Parochi, & si non ex necessi-
tate, veluti omnium omnino, qui sunt sub paro-
chia sua, vt scilicet nutet eos, qui continuo nas-
cuntur, vel Domicilium statuunt sub Parochia
sua, & eus, qui inde descedunt, vt sciat etiam
pro quibus sit orandum, & eleemosyna facien-
da argum. cap. à nobis el 1. de sent. excommunic.
50 † Item matriculam de bonis Ecclesiæ, quibus
subuenit, vt sic possit Ecclesia in damnis seruari,
cum teneatur singulis annis rationem reddere
Episcopo de redditibus, & boni sui possessio-
nibus ex cap. iniunctum de rerum permut. in illis
verbis, & ideo Ecclesiarum Rectores summope-
re caueant, ne eleemosyna vnius, alterius peccatum
fiat.
51 Quibus, & aliis libris confectis, debet etiam Pa-
rochus ex debito officio habere diligentem custo-
diam eorum, ne dum solent ad aliorum manus fa-
cili negotio peruenire, falsentur, vel rumpantur,
52 † Et vt sic fidem certiorem faciat in Iudicio for-
maliter transcribendo partitas, sicut iacent de ver-
bo ad verbum, præmittendo verba sequentia
ego N. infra scriptus Parochus Ecclesiâ sancti
N. de N. fidem facio, qualiter in libro defun-
ctorum, aut Baptizatorum, nubentium, confir-
matorum & dict. Ecclesia fol. adest sequens parti-
ta, videlicet die &c. in quorum fidem &c. datum
&c. ego N. de N. Parochus supra dictus manu
propria &c. docent Alex Ludouic. decis. 359. n. 5.
vbi Beltram, n 9 Barbosa dicto cap. 7. de officio Pa-
rochi n. 19. & 21. vbi refert decisum fuisse in To-
let. Cappellæ 18. Mai. 1615. coram R.P.D. Pirouà-
no, & in Æsina bonorum 17. Mai 1617. coram
Bonæ Memoriæ Andra, Ferentil. in annotat. ad
dec. 11. Burati n. 5. † additque Barbosa, vt nec pro- 53
bat n. 21. si aliqua ex dictis transcriptionibus fiat,
lite pendente in Rota sine citatione, & recognitio-
ne, nisi tempore productionis non fuerit de hoc
oppositum, vt censuit Rota in Romana nullitatis
obligationis 16. Ianuarij 1626. coram R.P.D. Du-
rando vers. non obstat, primo, quod est de iure in
aliis transumptis præsentandis, iuxta quæ dico sub
tit. de fide instrum, & argum. eorum quæ dixi in t.
1. de causa possess. & propriet. & in cap. 4. de testi-
bus, quare dixerunt eadem Rota decis. 427. p. 1. re-
cent. Puteus decis. 405. Socinus in auth. si quis in
aliquo n. 18. vbi Decius n. 27. vers. si vero iudex C.
de edendo, quod iudex, parte non opponente, potest
adhibere fidem scripturis, etiam in formibus, cum
possint quandocumque recognosci.
Pro complemento addo in tantum prædictos 54
libros debere esse sub custodia Parochi cuiusque
Ecclesiæ curatæ, vt nec Episcopus possit extrahere
illos de potestate Parochorum, cum sint penes Pa-
rochos omnino conseruandi: nam cum teneatur
prædictum fidem de eorum partitis facere necessa-
rio, iustum immò, & conueniens est, vt semper sint
sub Parochorum custodia, vt declarauit sacra Con-
greg. negor. & Episcopor. & regular. præposita Epis-
copo cauen. sub die 3. Iunij 1604. Barbosa supra
dict. c. 7. n. 19. & 20. † Vbi addit, vt si moris sit, pos- 55
sit Parochus, quando fidem de aliqua partita facit,
siue de aliquibus, aliquid pro mercede accipere; ve-
rum si gratis solitum sit dari, quod gratis Parochus
faciet ex dict. Congreg. quæ dicto Episcopo rescri-
psit, nihil pro huiusmodi fide recipi posse.
Quod si dubites quare libris Parochorum fides 56
integra præstetur, ac adhibeatur, tam pro ipsis,
quàm pro aliis habentibus interesse, & non sic aliis
ex libris, siue matriculis iam relatis ex vers. ex his,
& videtur eam rationem, esse quia sicut ad Paro-
chi officium ex sacra dispositione Trid. cap. 1. sess.
24. de reformat. matrim. prope finem, sancitum fuit,
vt Parochi debeant habere libros, in quibus coniu-
gum, & testium nomina, diesque, & locum contra-
cti matrimonij describantur; inde est, vt libris Pa-
rochorum credatur plene, cum ad id habeantur
Parochi, tamquam personæ publicæ, quæ instru-
mentis conficiendis creatæ sunt, iuxta quæ dixi
sub Rub de fide instrum. & in terminis videntur
concludere Monaldus cons. 78. vol. 2. n. 6. & 7. Bor-
gin. decis. 12. n. 13. p. 2. Mascard. de probat. con-
clus. 672. præcipuè n. 18. Robusterius decis. 340. v.
1. inter decis. nouissimas diuers. volum. 2. Viuius de-
cis. 489. n. 9. tomo 3. Lancelotus Gallia cons. 15. n. 3.
qui vanum disputare de hoc, nunc dicit, Genua de
scriptura priuata libro 5. tit. de libr. plebanorum q.
fin. Farinac. decis. 337. in volum prius impresso n. 1.
Gayto de credito p. 1. cap. 3. tit. 1. † qui dum ex n. 57
6. agit de dubio, num possit liquidari instrumentum
capitulorum matrimonialium cum fide Parochi, ex
qua constet matrimonium fuisse contractum vs-
que ad n. 935. sic cōcludit ex n. 918. & 925. ad 929.
&

& si cum modificatione, de qua *ibi à n.*930 nempe vt procedat si in fide Parochi describantur testes, aut melius, dummodo fides illa recognoscatur esse eam scriptam, aut subscriptam manu Parochi, & quod alias fidem illam, aut probationem non faceret: sic cum Farinacio *supra*, & Gratiano *discept. forens. cap.* 677. *a n.*10.

58 Quod non sic procedit in libris aliis, etiam artendatorum, & conductorum circa tributa fiscalia, & datia, aliasque publicas exactiones, quæ ab ipsis exiguntur, non enim istorum libris pro ipsis, & pro tertio, aut contra tertium creditur duplici ratione. Prima, quia ad sui proprij commodum non creditur vulgatis terminis. Et secunda, quia de publico ad scribendum, nequaquam sunt deputati, vt patet ex *l. fin. Cod. de conuen. fisci debitoribus lib.*10. iuncta *l. exemplo Cod. de probat.* quibus, & aliis sic scribunt Regens de Ponte *de potest. Proreg. tit. de Regal. imponit.* §. 8. *à num.* 23. Gayto, *de credito dicta p.* 1. *cap.* 2. *tit.* 1. *a n.* 66. quia nec viro egregio creditur, ipse *cap.* 3. *tit.* 1. *n.* 927. & ante, & per illa, quæ dixi *infra in cap.* 28. *de testibus.*

59 Et quamuis videatur obstare, nempe, quod creditur administratori scribenti expensas magnas quas fecerit persona egregia valde, vt puta si fuerit Dux belli, qui scripserit expendisse tot quam plurimorũ millia ducatorum pro expugnandis hostibus ciuitatis, aut Regni videlicet ingeniis igneis, exploratoribus, & in aliis bellicis, & militaribus expensis pro expugnatione iam dicta, & pro penetrandis arcanis, & consiliis inimicorum, vt docet ex Baldo Gutierrez, & aliis, inter quos Barbatia *cons.* 48. *col.* 8. vers. *cupio nunc*, Scobar, *de ratiocin.* 1. *cap.* 10. *n.* 63. vers. *& idem dicendum erit*, qui loquitur de casu Capitanei Magni Gundisalui E. Fernandez de Cordoua, & idem Barbatia, de casibus Gregorij, & Francisci de Consagha, & de vtrisque Gayto, *dicto cap.* 2. *tit.* 4. *n.* 558. Tamen respondetur prædictas personas non tantùm fuisse egregias, imo publicas admodum in id destinatas; sic vt quemadmodum generalibus Thesaurariis, & his, qui onus scribendi libros habent, creditur, cum ad librum Thesaurarij recurratur, tamquam ad speculum veritatis, Viuius *decis.* 184. *num.* 7. Gayto *dicto cap.* 1. *tit.* 1. *n.* 65 ita & illis Ducibus propter magnum secretum, quo procedunt in rebus tam magni momenti, contraria procedunt in simplici fide, & attestatione egregiæ personæ; idem *c.* 3. *tit.* 1. *n.* 917.

60 Ad quartam quæstionis partem, an debeat facere processiones per Parochiam, aut in die sabbati sancti, siue resurrectionis, benedicere, & aspergere Domus Parochianorum? Respondeo ad primum quidem, vt spectet ad officium cuiusque Parochi illas dirigere, nec vllus alius etiam regularis, nisi de eius consensu valeat, vt videtur clare dispositum à Sacra Congreg. Rit. in Siuian. 15. Decemb. 1631. quæ censuit non licere regularibus confraternitatibus laicorum, habentibus claustra processiones facere extra claustra Monasterij; carentibus vero claustra, non nisi intra ambitum, hoc est prope muros Ecclesiarum siue exeundo à ianua Ecclesiæ & intrando per aliam, siue per
61 eandem & semper prope muros Ecclesiæ † Extra vero ambitum Ecclesiarum, non nisi de licentia, consensu, aut cum cruce Parochialis, vt inter Abbatem maiorem, & vniuersitatem Parochorum Ciuitatis Hispalens citatis Procuratoribus ordinum, definitum fuit anno 1628. à Sacra Con-

greg. 26 Februarij, quam ad litteram refert Barbosa *de officio Parochi cap.* 12. *n* 13. Lezana *in summa quæst. regul.* vbi idem refert fuisse rescriptum Cardinali Ludouisio Archiepiscopo Bononien. à Sacra Congreg. Concilii sub die 2. Iulii 1620. cap. 1. n. 4. vers. *ad octauum* vbi io vers. *tertio*, subdit nec posse regulares per Parochiam extra Ecclesiam, aut Claustrum portare pluuiale, aut stolam.

Sed quia adducta declaratio Hispal anni 1628. 62
excipit religiones habentes speciale priuilegium io verbis sequentibus, *exceptis tamen illis Ecclesiis, quæ habent in hoc speciale priuilegium faciendi processiones per alia loca*, quibus per hoc decretum non intendit præiudicare Sacr. Congreg. ideo libuit ponere ad litteram aliam Sacr. Rituum Congreg declarationem, in causa Pesauren. sub die 14 Nouemb. 1613 in verbis sequentib. *Sacra Congregatio Rit. audita relatione Ill. strissimi, & Reuerend. D. Cardinalis, de Monte, coram quo de mandato eiusdem sacra Congreg. Rit. deducta fuerunt voce, & scripto iura, & rationes fratrum Prædicatorum ciuitatis Pesaurensis prætendentiũ posse virtute literarum Clem VIII. ampliare via ab illis alias electam pro processione sanctissimi sacramenti facienda Dominica infra octauam Corporis*
Christi † *Eadem sacra Congreg audita relatione,* 63
vt supra iuxta formam literarum felicis recordationis Papæ Clem VIII. in quibus expressa dicitur, quod fratres Dominicani possint dictam processionem sanctissimi sacramenti facere per vicos, plateas, & loca ab eis electa, & semel tantùm eligenda. Declarauit dictos fratres Dominicanos in dicta eorum processione, quam in ciuitate Pisauri facere soleat Dominica infra octauam festiuitatis sanctissimi corporis Christi, debere incedere per eandem viam, per quam processionaliter prima vice incesserunt, quando dictam processionem facere inceperunt.

Et confirmatur aliis duabus declarationibus Sa- 64
cræ Congreg. eiusdem in Mateianens, sub die 20. Iullij 1629. vbi respondit non licere Fratribus Dominicanis Ciuitatis Materæ in processione sãctissimi sacramenti, quam faciunt in Dominica infra octauam corporis Christi, mutare, aut variare vias, & loca semel ab eis electa, sed incedere debere per easdemmet vias, per quas processionaliter prima vice incesserunt, quando dictam processionem facere inceperunt. Et addit alia Materan. 15. Mai 1612. ex eo quidem, Parochum non posse, nec debere impedire à Fratribus Dominicanis in sua solita processione, ne Dominica infra Octauam corporis Christi illam faciat, quia dictum breue Clem. VIII. non afficit Parochus: sic eas refert Barbosa *supra de officio Parochi dict. cap.* 12. *part.* 1. *numero* 14. *&* 15. iterum refert, non sic longè *in collect. decis. Apostolicorum* 372. verbo *fratres Prædicatores, & in Bullario eodem verbo numero* 12. *&* 13. Sellius *in selectis canon. cap.* 25. *num.* 5. *& in decis. collect.* verbo *processio sanctissimi sacra-*
menti, idem Barbosa *collect.* 606. *num* 7. † Alias 65
enim regularibus aliis, qui non habent tale priuilegium, non licebit extra ambitum relatum processionem hanc, nec alias facere; & sic Sacra Congreg Rit. in Gaballicen, insulæ 27. August. 1615. & 18. Februarij 1617 dictum fuit non licere regularibus facere processiones cum sanctissimo sacramento; maxime per limites Parochiæ, & Ecclesiæ Collegiatæ.

66 Nec enim processiones in corporis christi festo facere licet aliis Ecclesiis, sed soli Episcopo in cathedralibus (scilicet) quæ debent inchoari à cathedrali, & in ea terminari quæ facienda sunt iuxta formam cæremonialis libri ex Sacra Congreg. Rituum in Pisana 22. Maii 1615. & Tuscanen 19. Augusti 1619. & Sulmonen. 15. Ianuarij 1633. cuius meminit Bonfadin. *in thesauro canonic. decision. ref. 8 n. 17.* & Sellius *in selectis canon. cap. 52. n. 12. & 13.* Vbi de alia Insulam de ferio 19. Iunij 1604. Barbosa *dicta collect. 606. num. 12. & 13.* & idem *in Bullario* dicto verbo *processio sanctissimi.*

67 Nec alias quidem processiones possunt facere regulares extra clausuram propriorum Monasteriorum, & extra Ecclesias, & ambitum illarum ex Sacra Congreg. Concil. apud Laurent. de Peyrinis *de privileg. regul. tom. 2. const. 7. Py 5. n. 13. vers. ad octauum pag. 193.* vt refert etiam Barbosa *in pastorali p. 3. allegat. 78. n. 7.* & ex alia Rit. in Areti-

68 na. Montis Sancti Saccini, 19. Maii 1614. † Et idem de confraternitatibus laicorum dictum est, repetunt per adductos Hispalens. & Liman. declarationes Sacræ Congreg. vt referunt Ioan. Anton. Nouar. *in summ. Bullarum tit. de processionibus n. 2.* Gabanto *in manuali Episcoporum*, verbo *processiones à n. 46* Lezana *in summa quæstion. regul. tom. 2. c. 1. n. 51.* Vbi id intelligit, seclusis particularibus priuilegiis, qualia Dominicanis processionibus sanctissimi sacramenti, & Rosarij, quæ in quibusdam locis dicitur concessa, quas Vallisoleti faciunt intra claustrum, hic Matriti video ambiendo a cœnobio Dominicanorum, qui dicitur *del Rosario* fieri per calles collationis eius, & per

69 plateam, quæ dicitur *de sancto Domingo* † sed de his Rosarij lego declaratum vt possint fieri per totam ciuitatem, si ita habet consuetudo à decem retro annis seruata, & in quatuor festiuitatibus B. Mariæ, nimirum Natiuitatis, Anunciationis, Purificationis, & Assumptionis ex sacra Congreg. Concilij, teste Laurentio de Peyrinis *in const. sui ordinis min. tom. 2. const. 7. Py V. n. 13. vers. ad 8.* vt refert Barbosa *de officio Episcopi allegat. 78. num. 7.* idem *collect. decis. sup. n. 12.*

70 Et quamuis processiones fieri possint à canonicis cathedralis, etiam per limites Parochiarum sine licentia curati, vt censuit sacra Congreg. Rit. in Thelesina 18. Augusti 1615. & 15. Iunij 1619. quarum meminit Aldanus *in compendio canonic. resolut. lib. 1. tit. 40. n. 15.* qui *ex n. 5.* dicit declaratum sæpius in aliis sacris Congreg. quas refert, ius dirigendi processiones à quocumque loco discesserint, & iuerint, easque indicendi, & decernendi ad Episcopum pertinere, cum consensu capituli, non obstante qualibet consuetudine, etiam immemoriali, vel ad eius vicarium, Episcopo absente, cum capituli Consilio, quibus tangit horam indicere, vt meminere etiam Barbosa *in collect. decis. 605. & in Bullario,* verbo *processio,* ex *n. 1. & de canon. & Dignit. cap. 6. n. 7. & de officio Episcopi p. 3. allegat. 78* Armendar. *ad leg. Nauarra lib. 1. tit. 14. n. 18. §. 1. de processionibus.* non obstante, quod capitulum, & alij sint per longum tempus in quasi possessione indicendi publicas processiones, vel præscribendi, quomodo, & quo sint dirigendæ Sacr. Congregat. Concil. 28. Martij 1628. & 16. Februarij 1619.

71 Tamen extra facultatem Episcopi, & canonicorũ ad curatos spectat per proprias Parochias processionem facere; sic vt nec Regularibus liceat illas dirigere sine curati licentia, vt patet ex dict. Hispalens. 28. Februar. 1628. Sacra Congreg. Rit. cuius etiam meminere Ioan. Matia Nouarius *in lucerna regular.* verb. *processiones n. 24. & 25.* Ioan. Anton. Nouar. eius Frater. *in summa Bullar. tit. de processionibus regular.* Barbosa *dicta decis. 605. n. 16.* qui & *n. 29.* refert declaratum à Sacra Congreg. Rit. in Taurin. 5. Maii 1633. quem refert etiam Bonfadin. *supra dict. ref. 8. n. 24.* † Quod proces- 72
siones duæ eodem Die, & in eodem loco non permittuntur; sic vt qui vlnmam facere intendunt, debent illam protrahere in alium Diem. † Et quod 73
debent manuteneri illi, qui in processione facienda antiquiores sunt; ita vt non liceat aliis eodem Die facere similem processionem, vt sacra Cong. declarauit in eadem causa 9. Aprilis 1633. idem Barbosa *n. 21. & in Bullario* sub dicto verbo *processio,* videndus ad plura alia ibi, & *in Bullario* verb. *Regulares quoad processiones,* & verb. *clericos* quoad processiones Bonfadin. *dict. ref. 8. & ibi n. 25.* Laurent. Franch. *de controuersiis inter Episcopos, & Regul. circa Bullam. Gregor. 13. de praced. & procession. & ibi in responso ad 7. pag. 28.* & alij plures de hac materia agentes.

Quoad dubium secundum de benedicendo per 74
Parochum Domus Parochianorum, illas aspergendo, dico cum Riccio *in praxi rerum fori Ecclesiastici p. 4. ref. 510.* quod vbi est consuetudo, fiicut & testatur vigere in lusitania Barbosa *de officio Parochi p. 1. cap. 12. num. 51. & 12.* vt debeant fieri tales aspersiones Domorum post factam fontis benedictionem, vt etiam in Italia fieri solet, vel in ipsa Die Sabbathi sancti, aut in prima, vel secunda Die post resurrectionis diem ex ea quidem ratione, quia & istæ aspersiones connumerantur inter functiones Parochiales, de quibus hic & *in quæst. 1. præced.* quæ priuatiuè ad Parochos solum spectant.

Et in tantum est vere, quod nec Regulares va- 75
leant prædictas benedictiones aspergendo facere in Domibus Parochianorum (nisi & ipsi sint Parochi loci) cum non possint hoc munus extra conuentum fauere: at gu. eorum quæ de processionibus dicta sunt hic, sicut & in terminis censuit Sacra Congreg. Concilij sub Die 23. Nouemb. 1616. & in alia Bononiens. sub die 4. Iulij, vt refert etiam Lezana *in summa quæst. regul. tom. 1. cap. 12. n. 41. vers. ad quartum decimum,* † qui addit ab eadem 76
sacra Congreg: decisum, Regulares non prohiberi in eorum Ecclesiis mulieres post partum ad purificationem admittere *ibi* in *vers. ad nonum,* & sic video practicari hic Matriti.

Ad vltimam quæstionis partem de aliis, quæ per- 77
tinent ad Parochi officium, omitto hic tractare, ne longos faciam commentarios, & quia pluribus in locis nostri instituti conuenienter, & proprie tractantur; ideo quia Parochorum functiones sunt diuersæ solitæ ad nouem modos reduci, vt in decimis, oblationibus, quarta Parochiali, primitiis, & in personis à quibus hæc persoluuntur, & quibus, & coram quo iudice, videbis late infra sub *t. 1. de decimis, & in tit. de sepulturis:* aliqua dixi, *sua cap. de quarta de præscript. & in t. vnã 3. de ordine cognit.* Circa sacramenta iã supra *sub q. 1. hic* principaliora posita sunt de vita, & honestate Parochorum, *inf. in tit. de vita, & honest. ac tit. seq.* de Residentia infra, *in tit. de Clericis non residentibus.* De præcedentia Parochorum, *infra in cap. ante penult. de maiorit. & ob id.* De missis Parochialibus ex obligatione celebrandis aliqua, *hic sub d. q. 1. & in cap.*

vt

vt Dominicis de Parochis, & infra *sub tit. de celebration. missar.* vbi etiam de officio Diuino per Parochos recitando, dico, & per alios Sacerdotes, & Clericos. Et de Parochorum cura circa propriæ Ecclesiæ, & habitationis reparationem, & debitam reuerentiam ipsi Ecclesiæ habendam, eiusque bona, & res conseruandas *infra in titulis de Eccles. ædificandis, de reliquiis, & veneratione sanctorum, de rebus Ecclesiæ non alien.* cætera verò in his duabus quæstionibus insinuantur, præcipua quidem nostræ tractationi.

78 Quæ si ad longum velis repetere, videbis præter Barbosam *de officio Parochi*, & per plures decisiones *in collect. decis. in Bullario, in pastorali, & in Trid. ac in tract. de officio Parochi*, & præster Posseuinum *de officio curati*, qui de hac materia dilucidè, nouissime, & plene egerunt, Machado *de perfecto confes. cura de almas lib. 4. p. 2. tract. 2. docum. 5. Bull. de œconomia canonica p. 2. cap. 1. §. 1. à pag. 163. vers. Parochia ius consistit.* Gutier. *allegat. 8. n. 7. & in canonici lib. 1. cap.* 30. Roman. *cons.* 356. Aldanum, Riuium, Lezanam, & alios iam *supra* relatos.

79 Quare vt finem imponamus monendos censui Parochos esse, vt in quacumque re agenda ex prædictis, & aliis, quæ suæ propriæ curæ incumbunt, non omittant considerate nominare, an liceat, an expediat, ac doceat id agere, & quod studeant sapienter, prudenter, humiliterque præesse, & quod lente festinent, ac manum occultam gerant, & quod nec temere quæcumque credant: ita Barbosa *de officio Parochi dicta p. 1. cap. 7. sub n. 23.* vbi etiam monet eos, vt memores præteritorum præsentia intueantur, considerent, futuraque præcogitent, pertinaciam, & inconstantiam fugiant, quia illa superbiam, & hæc leuitatem agnoscit, quibus præ oculis habitis, semper sperent rectè, & ritè se gubernaturos, subditosque recturos, ac in pace conseruaturos.

AD TEXT. IN. CAP. III. officium hoc titulo.

De hoc textu plene *hic sub cap.* 1.

AD TEXT. IN CAP FIN. vt singula de officio Archipresbyteri hoc titulo.

PRÆMISSVM.

MATERIA huius textus ampliatur ex dictis *supra ad Rubricam*, & quia *ibi & in Rub. & titulo de officio Archidiaconi* dictum est de sub ordinatione, quæ interuenit inter vtrosque, & qualiter deferant in maioria, ac de illo dictum sit etiam, quod sit vicarius Episcopi modo *ibi* dicto, ac textus hic probet Archipresbyterum esse legitimum Episcopi vicarium, & quod Archipresbyter ruralis gerit curam, non solùm plebis, sed aliorum Presbyterorum; ideo visum est agere de his, ac aliis, quibus materiam integram nostri tituli complectamur.

QVÆST. I.

An Archipresbyter habeat ordinariam iurisdictionem de iure instar Archidiaconi, respectu Episcopi, & in quo differat? An Archipresbyteri rurales eandem potestatem habeant, ac Archipresbyter Cathedralis, & in qua opera instituti? Et an Decani rurales differant ab illis, & qui tales dicantur? Et an sint Dignitas in Ecclesia? Et quare plebs qualibet debeat habere suum Archipresbyterum, vbi plebanus, & plebania quid sint? Et an Dignitatem plebanus retineat? Et de aliis nominibus infra in cap. 2. de offic. custodis q 2.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyter quoad spiritualia, dicitur vicarius natus Episcopi.*

2 *Archiprebyter etsi de iure habuerit ordinariam Iurisdictionem, iam vero aliter procedere de consuetudine*, vt numero 3. 4. & 5.

4 *Archipresbyteri iurisdictio spectat nunc ad vicarium Episcopi, & applica* à numero 31.

5 *Archipresbyter tantum potest extraiudicialiter sumere informationes super matrimonij à forensibus contrahendis sine receptione testium in forma, vt* num. 6. *& decernere minima absque figura Iudicij*, vt numero 8.

7 *Archipresbyter potest iurgia amicabiliter componere, pro vt decet bono religioso, non per viam iuris, & admonere excitantes clamorem, vel discordias seminantes in choro, vel in sacrario.*

9 *Archipresbyter nequit procedere contra aliquem in figura Iudicij, cum non habeat iurisdictionem fori contentiosi in suos Parochianos, sed tantum fori pœnitentialis.*

10 *Archipresbyter est manutenendus in his, quæ ei competunt, tam ex dispositione iuris communis, quam ex Concilio Tridentino.*

11 *Archipresbyter, vt castri Regalis, sanctæ Mariæ maioris de vrbe, & S. Petri in vaticano, manutenendus est, vbi priuilegium adest, aut obseruantia*, n. 12. & 13.

13 *Archipresbyter S. Petri in vaticano absoluit beneficiatos, & clericos à quolibet iuramenti vinculo ad effectum agendi, & cognoscit de aliis, vt* n. 14.

15 *Archipresbyteri, Archidiaconi Iurisdictio, & Episcopi differt.*

16 *Archipresbyteri rurales sic dicti, quia curant de Presbyteris locorum distributis per Parochias, &* n. 17.

17 *Archipresbyter quilibet ruralis, præter Parochiale officium, eam habet authoritatem quam ei Episcopus dare voluerit*, numero 18.

18 Archipresbyteri saltim in Dominicis diebus, & festiuis tenentur pascere plebes sibi commissas, salutaribus verbis docendo, vt declinent vitia, virtutes sequantur.

19 Plebanus non omnis habet Archipresbyteri officium, sed is tantùm, quem Episcopus statuerit.

20 Archipresbyteri rurales solent vocari visitatores, aut vicarij foranei, quorum opera in tota vtitur Episcopus Diœcesi.

21 Archipresbyteri præferendi sunt vicariis Parochialium; quia eorum nomen sonat in Dignitatem.

22 Archipresbyter ruralis non debet associari à Presbyteris, & clericis, nec vt eorum Dignior in porta Ecclesiæ porriget aspersorium, nec alia obsequia.

23 Archipresbyter ruralis non tenetur præstare ientaculum processionaliter accedentibus ad eius Ecclesiam.

24 Archipresbyteri per Diœcesim distributi, accedentes ad Cathedralem ad obedientiam præstandam Episcopo, & vt intersint synodo, non possunt, nec debent sedere in choro cum canonicis.

25 Archipresbytero præfertur clerus sui Archipresbyteratus fallit ratione stolæ, vt n. 26.

27 Vicarius non dicitur possidere Iure proprio.

28 Archipresbytero, & non Archidiacono, ratione stolæ, debetur præcedentia in funeralibus.

29 Archipresbyter subparatus procedit canonicis cathedralis.

30 Decani rurales, num differant ab Archipresbyteris ruralibus, & à n. 31.

31 Archipresbyterorum, alius vrbanus, qui in ciuitate Episcopali aliis præest Presbyteris, alius est foraneus, siue ruralis, alias dicitur Decanus ruralis, qui ruri curam plebis habet.

32 Archipresbyter olim habebat cætum canonicorum sub se, & hodie conseruat Dignitatem n. 33.

33 Archipresbyter vrbanus Dignitatem habet in Cathedrali. Ruralis vero est in aliqua Dignitate. Et quare numero 34. 35. 36. & 37.

35 Officiales, & Ministri habent Dignitatem, qui & iurisdictionem.

37 Archipresbyter ruralis, qualem iurisdictionem dicatur habere in plebanos.

38 Archipresbyteri tanquam Prælati, præcedunt omnes in Ecclesiis plebis suæ, etiam Rectores Parochorum.

39 Plebanus est ille; qui exercet curam animarum, dictus à plebe, vel à populo, qui sub eius cura geritur, & in quo differat à cæteris curatis, & n. 43.

40 Plebanus constituitur visitator, qui vicos, & castella in Episcopi locum circumeit, & vocatur Præfectus Ecclesiæ, seu plebis habens in sua Iurisdictione capellas, seu minores Ecclesias, quibus vicarij in perpetuum, vel ad tempus præficiuntur.

41 Plebania dicitur Ecclesia matrix, quasi mater cæterarum plebis, sicut Rectoria dicitur à regenda Ecclesia, & populo, & plebe sibi commisso.

42 Ecclesia Archiepiscopi dicitur Metropolis, id est Mater ciuitatum eiusdem prouinciæ.

43 Plebani generali vocabulo, Rectores, seu Parochi, aut curati, vel Presbyteri, Parochiales dicuntur, & qui isti sic dicantur.

44 Plebanus videtur habere iurisdictionem, quia potest de iure excommunicare suos subditos & sic Dignitatem, numeris sequentib. aliter à n. 50.

45 Prælatorum nomine habentur omnes à summo Pontifice vsque ad infimos, curatos, saltim latè, & n. 46 & 47.

46 Rectores animarum in generali nomine vocantur Pastores.

47 Apostoli elegerunt discipulos, quorum typum nunc gerunt Presbyteri animarum Rectores.

48 Messis est animarum collectio.

50 Plebani nullam iurisdictionem habent fori contentiosi ex instituto suorum officiorum, & cura; eam verò tantùm habent in foro pœnitentiali, ex commissione verò potest, vt n. 52.

51 Cap cum ab Ecclesiarum de officio ordinarij relatum n. 44.

53 Archipresbyter habet preeminentiam authoricabilem, etiam extra forum pœnitentialem in personas Ecclesiasticas.

54 Inferior num aduersus superiorem aliquid valeat ordinare, & de aliis remissiuè numero 55.

1 AD primam quæstionis partem, quia Archipresbyter in Cathedrali, quoad spiritualia, est, ac dicitur vicarius natus Episcopi iuxta glossam *in cap. 12. de pœnit. & remissionib. lib. 12.* Bald. *cons. 161. casus super quo n. 11. lib. 2.* Beroius *in Rub. de officio deleg. n. 9. & cons. 22. n. 2. vol. 1.* Decianus *responso 16. n. 20. volum. 2.* Franciscus Leo *in thesauro fori Ecclesiastici p. 1. cap. 10. n. 2. vers. sexta.* Sbrocius *de officio vicarij lib. 1. q. 3. n. 18. & lib. 2. q. 14. n. 2.* Narbona *de appellat. à vicario ad Episcopum p. 1. n. 22.* Moneta *de distribut. quotid. p. 2. q. 1. n. 26. vers. ratio.* Azor *instit. moral. p. 1. lib. 3. cap. 15. q. 4. vers. alter vero,* Cardinalis Tuschus *tom. 1. littera A conclus. 485. n. 1.* Barbosa *hic n. 2.* & alibi infra referendus; ideo legitime hic inquiritur, an habeat ordinariam Iurisdictionem.

2 Et quod habeat Archipresbyter ordinariam iurisdictionem, videntur multi DD. probare per glossam hic in verb *referant,* ibi *cum habeant ordinariam iurisdictionem* Azor *d. cap. 15. instit. moral. quæst. 6.* Narbona *de appellat. à vicario ad Episcopum d. p. 1. n. 30.* Moneta *d. q. 1. n. 26. in fine,* Barbosa *hic n. fin. & de Canonic. & Dignit. cap. 5. n. 24. in fine, de iure Ecclesiast. p. 1. cap. 25. eodem n. in fine,* & faciunt quæ de iurisdictione Archidiaconi dicta sunt *supra in dicta Rub. & sub Rubro illius tituli.*

3 Nihilominus iam hodie, sicut iurisdictio Archidiaconi, tum consuetudine, tum per Trid. est immutata, dicendum est, vt quamuis Archipresbyteri Cathedralium videantur à iure communi retinere, quod Episcopis celebrantibus assistant, fontes consecrent, & similia sacramentalia exequantur, vt patet ex adductis in Rubrica hic & ex Pontificali Romano, ac docent Barbosa *de canon. dicto cap. 6. n. 16. in fine, de iure Eccles. dict.*

cap.

cap. 25. eodem n. Castaldus *in praxi caremon. lib. 5. sect. 7. cap. 7. n. 5.* ac confirmari videatur ea dict.
glossa hic, verbo *referre*, vbi cauetur quod Ar-
chipresbyter minora, seu minima per se ipsum de-
terminare possit absque, eo quod referat Episco-
4 po, quam sequitur Abbas vers. *oblin.* † Adhuc in
omnibus sub Rub. adductis esse immutatam iuris-
dictionem, quam de iure aliàs habebant prædicti
Archipresbyteri, cum iam sicut de Archidiaconi
iurisdictione dictum est *in suo tit. & ibi in cap. fin.* ita similiter hic, quia sicut illius iurisdictio,
ita & Archipresbyteri spectet nunc ad Vicarium Episcopi, ex eo quidem, quod per contrariam consuetudinem, quæ in hac materia exaudiri debet, sit multum derogatum iurisdictioni Archipresbyteri, & Archidiaconi, vt docent Hostiens. *in summa hoc tit.* ac alij ordinarij, Nicolaus Garcia *de beneficiis p. 5. cap. 4. n. 26. & p. 5. cap. 1. à n. 256.* Moneta *de distribution. quotidian. dicta p. 2. q. 1. n. 18.*

5 Et in tantum procedit, quod etsi temporibus ferme istis post Concil. Trid. dubitatum esset, an posset Archipresbyter sumere informationes super matrimoniis à forensibus contrahendis, & illas transmittere ordinario pro gratia obtinenda iuxta dispositioné dicti Concil. *sess. 24. de reform. cap. 7.* ac sibi inobedientes in eius officio coercere eisque pœnam iniungere, & an posset iurgia inter sacerdotes, & Clericos orta in sua Ecclesia componere, & excitantem clamorem in choro, vel sacrario punire, responsum fuit à Rota in Materanens. *officij Archipresbyteratus* 11. Decem. 1597. coram Litta impressa per Farin. *post. lib. 2. consil. decis. 224.* cuius etiam litteram refert idem Barbosa *dicto cap. 3. de canonicis ex n. 32. & de iure Eccles. dict. cap. 25. ex eodem n. 32.* iuxta resolutionem sequentem.

6 [Ad primum dubium, vt quamuis possit Archipresbyter in executionem dicti Concilij Trid. sumere informationes super matrimoniis indistincte à forensibus iuxta declarationem Illustrissim. interpret. dicti Concilij, de qua in summa Archiepiscopali *n. 5.* Vlterius intelligit Rota id procedere in informatione assumenda extraiudicialiter, & non in figura Iudicij, nec cum receptione testium formaliter, cum iste fieri non possint absque Iuridictione, quam Archipresbyter ipse non habet, cum eius effectus sit omnia referre ad Episcopum, nec aliquid contra eius decreta ordinare, vt dicit textus noster.]

7 [Ad secundum dubium Dominos de Rota respondisse posse amicabiliter dicta iurgia componere, provt docet bono Religioso, sed non per viam iuris, & solum admonere excitantes clamorem, vel discordias seminantes in choro, vel in sacrario, vt à prædictis desistant, nec eos punire posse, cum ius coercendi, & puniendi præsupponat iurisdictionem fori contentiosi, quam non habet Archipresbyter.]

8 [Ad tertium, & simili modo, quia debet intelligi de his minoribus, seu minimis, quæ determinare possit Archipresbyter absque figura iudicij, vel in figura Iudicij, secundum tamen ordinem ipsius Episcopi, vt declarant addentes ad glossam fin. *hic*, & per verba finalia *hic* ibi *cuncta tamen referant ad Episcopum, ne aliquid contra eius decreta ordinare præsumant.*]

9 Quæ omnia sic procedunt, quia vt dictum est, Archipresbyter nequit procedere contra aliquem in figura Iudicij, cum non habeat Iurisdictionem fori contentiosi in suos Parochianos, sed tantum fori pœnitentialis, vt patet ex adductis *supra in Rub. & sub q. 1.* sic Cardinalis *in clem. q. 2. & 7. de probat.* vbi etiam Imola *n. 7.* notat Petr. de Perusia *in tract. de Vnion. Eccles. cap. 7. n. 3.* Barbosa *supra ex n. 33. & 34.* Tam de Canon. quàm de iu-
re Eccles. † Et eadem Rota patet inquam, quod 10
stante resolutione facta sub die 15. Iunij anni
1597. ipse Archipresbyter sit manutenendus, in his tamen, quæ ei competunt, tam ea dispositione Iuris communis, quam ex dicto Concilio Trid, & refert idem Barbosa *sub d. n. 32.*

Quare vbi priuilegium adest, aut obseruantia, 11
dicendum quidem est manutendos esse nonnullos Archipresbyteros, vt de Archipresbytero Castri Regalis Diœcesis declarauit Sacra Congregatio apud Sellium *in Selectis Canon. cap. 18.* in Masanen 8. Iunij 16 9. quæ censuit manutenendum esse in possessione habendi vicarium foraneum in suo territorio, in quo ea antiquissima consuetudine habet iurisdictionem in causis ciui-
libus indifferenter, & in criminalibus, vsque ad
sententiam inclusiue † Quod & idem procedere 12
censeo in Archipresbytero Sanctæ Mariæ maioris de vrbe, qui habet amplissimas facultates in cognoscendis causis spectantibus ad Capitulum, beneficiatos, ac ministros in dicta Ecclesia, & tangentibus tam personas, quàm res capituli actiue, & passiue, summarie, & de plano, qui & de cameralibus obligationibus potest etiam cognoscere, cuiusque authoritas etiam extenditur ad Religiosos, & priuilegiatos, vt patet ea constitutione
Pauli III quæ extat apud Laert. Cherubin. *tom. 1.*
pag 642. sui Bullari, † qui etiam refert *pag. 671.* 13
aliam Bullam 35. *incip. cum dilectus* Kalend. Nouemb. I. eiusdem, Papæ Paul. III qua constat habere etiã eandem iurisdictionem Archipresbyterum S. Petri in vaticano qui & insuper absoluit beneficiatos, & Clericos à quolibet iuramenti vinculo
ad effectum agendi. † Item & amplam iurisdi- 14
ctionem cognoscendi causas inter capitulum, qui, & Clericos, & commissiones causarum sui fori manu Papæ non signatas, non admittit, imo & facultatem ordinariam in canonicos, & cæteros, & authoritatem cognoscendi causas per suum vicarium, qui & præsidet collegio fabricæ S. Petri, vt patet ex alia Const. 102. Sixti V incip. *cum ex debito* 4. Nonis Martij 1590. apud D. Cherubin *dicto tom. 5. pag. 678.* & sequitur, ac refert Barbosa *in collect. decis. 42. & in Bullario* verbo *Archipresbyter n. 2. 3. & 6.*

Ex his, & ex adductis *in Rubr. & cap. 1. hic, & sub Rub. & tit. de officio Archidiaconi*, patet quænam differentia intersit inter potestatem, & iurisdictionem Archipresbyteri, Archidiaconi, Episcopi, alteriusue Iudicis ordinarij, & sic non amplius de hoc dubio. 15

Ad secundam quæstionis partem, an Archipresbyteri rurales, eandem potestatem habeant, ac Archipresbyter Cathedralis, & in quæ opera instituti? Et quia plene de necessitate institutionis eorum loquitur Leo Papa in textu nostro in verbis sequentibus *vt singulæ Plebes Archipresbyterum habeant, propter assiduam erga populi Dei curam, qui non solum imperiti vulgi solicitudinem gerat, verum etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam iugi circumspectione custodiunt, & qua vnusquisque industria Diuinum opus exerceat, Episcopo suo renunciet. Nec contendat Episcopus non agere plebem Archipresbytero,* 16

chipresbytero, quasi ipse eam gubernare valeat ; quia & si valde idoneus sit, decet tamen, vt sua opera patiatur, & sicut ipse Matrici Ecclesiæ præest, ita Archipresbyteri præsint plebibus, vt in nullo titubet Ecclesiastica solicitudo, cuncta tamen referant ad Episcopum, nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumant. Et constito, vt per omnes Diœceses sint distributi plures Archipresbyteri vulgò *Arcipreſtes*, quorum territoria sibimet per Episcopos ab antiquo assignata, sunt vt curent de modo quo quilibet Parochus in propria Ecclesia officium adimplet, qualiterque cæteri Ecclesiastici, ac laici viuant, vt proprio Episcopo, aut Prælato renuncient, ideo breuiter de istorum officio, potestate, & iurisdictione accipies sequentia.

17 Et dicendum est istos quidem Archipresbyteros rurales eam habere authoritatem præter Parochiale officium, quod quilibet possidet, quam ei Episcopus dare voluerit, qui quidem præter ministeria, & officia, quæ quilibet Parochus in propria Parochia cum Parochianis ministrare, ac exercere tenentur circa sacramenta, sacramentalia, & alia, quæ retuli Latè *hic sub cap 2 & 3. tota q. 1. & 2.* sic & *in cap. cum ab Ecclesiarum de offic. ordinarij.*
18 † Et in Concil. Trid. *seſſ. 4. de reformat. cap. 2.* salubriter disponitur, vt dicti Archipresbyteri, sicut, & alij curam animarum habentes, Diebus saltem Dominicis, & Diebus festiuis solemnibus, plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascant, salutaribus verbis docendo ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandoque eis cum breuitate, & facilitate sermonis, vitia quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, iuxta ea, quæ dixi sub *cap. penult. de ætate, & qualit. ordinandor.*

19 Ob idque dicunt DD. quod non omnis plebanus habet huiusmodi Archipresbyteri officium,
20 sed is tantum, quem Episcopus statuerit. † Et quod ij vocari solent visitatores, aut vicarij foranei, quorum Opera Episcopus in tota vtitur Diœcesi, vt patet in textu nostro, de cuius intellectu, præter ordinarios, Abbas, Zabarella Collect. Bellam, Ioan. Andr. Anchatran, Barbus, Anan, Hostiens, Innocent, Butr, Panormit, Viuian, Alagonam. Anton. Augustin, Ximenez, & alios, sunt videndi valer. Regnald *in praxi fori pœnit lib. 30. tract. 3. n. 49. verſ. ſexta* Sebastianus Cæsar *in relectione de Ecclesiaſt. Hierarch. p. 5. diſp. 12. §. 2. n. 2.* Azor. *inſtit. moral p. 2. lib. 3. dicto cap. 15. q. 4.* vers. *alter* Duarenus *de ſacris Eccleſiæ miniſter lib. 1. cap. 8.* Petr. Gregor. *ſyntagmat. lib. 15. cap. 21. numero 14.*

21 Et licet Archipresbyteri sint præferendi vicarijs Parochialium, vt censuit Rota *deciſ. 326. p. 2. diuerſ.* in processionibus Vicarijs Parochialium ex eo, quia nomen Archipresbyteratus de iure sonat in Dignitatem, Rota *deciſ. 9. de prebend. in nouis, & deciſ. 1. hoc tit. in antiquis*, Barbosa alia referens *de Canonic. ex n. 18. & ex n. 27. & de*
22 *iure Eccleſ. in eiſdem num. dicta p. 1. cap. 25.* † Tamen Archipresbyter Ruralis, non debet associari à Presbyteris, & Clericis, nec conuenit, quod eorum Dignior in Porta Ecclesiæ ei porrigat aspersorium, & alia obsequia, quæ soli Episcopo à Canonicis debentur, non obstante consuetudine (vt dixi in Rub. hic) & in terminis declarauit Sacra Congreg. Rit. in Baren. 4. Iunij 1615. de qua
23 Sellius *in Selectu Canon. dicto cap. 18. n. 31.* † qui *n. 39.* refert aliam in Latteren. 21. Iullij 1618. qua cauetur in fauorem *Archipresbyterorum*, vt Archipresbyter ruralis non teneatur præstare tentaculum processionaliter accedentibus ad eius Ecclesiam,

Nec enim Archipresbyteri per Diœcesim di- 24
stributi (qui sunt isti rurales) quando accedunt ad Cathedralem ad obedientiam Episcopo præstandam, vel vt synodo intersint, non possunt nec debent sedere in choro simul cum Canonicis Cathedralis, vt censuit Sacra Congreg. Rit. in Latteren. 14. Ianuarij 1612. vt referunt Sellius *dicto cap. 18 n. 41* & de omnibus Barbosa *in Bullario* verbo *Archipresbyter*, idem *in dicta collect. 42. eodem verbo n. 19. 20. & 21.*

Et insuper addendum censui, quod sicut Ar- 25
chipresbyter debet præferre vicario Parochialis ; ita etiam illi sit præferendus Clerus sui Archipresbyteratus, vt ex Sacr. Rotæ Rom. decisionibus, dixit Theodosius de Rubeis *in ſing. ſelectis dicta, ei ca deciſionē Lanzoloti pag. 343.* vbi *pag. 348* refert sic decisum in Pampilonens. antelatio. *num. 10.* Mai 1577. coram Cardin Lanzel. Sen. † 26
Sed ei inquam deberi præcedentiam prædicto clero, & alijs ratione stolæ, videtur declaratum à Sacra Rit Congregat. 12. Mai *in nullius* 1612. Barbosa *de Canon. dict. cap. 1. n. 30. & 31.* idem *de iure Eccleſ. dicta p. 1. dict. cap. 25. in eiſdem num.*
† Vbi addit quod vicarius non dicitur possidere 27
nomine proprio, & quod potentius est ius, quod quis habet iure proprio, quam alieno, ex doctrina Iasonis *in l. more 4. ff. de Iuriſdict. omnium* 28
Iud. † Cui etiam ratione stolæ deberi præcedentiam in funeralibus, & non Archidiacono primæ Dignitati, declarauit etiam Sacra Congreg. in nullius 12. Mai 1612. & 4. Mai 1613. vt refert Iulius Lalot *variar. Lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 3. n. 221.*

Item quod Archipresbyter (vt iam dictum 29
est) subparatus præcedit Canonicis Cathedralis, vt censuit etiam Sacra Congreg. Rituum in fundan. 10 Decemb. 1601. & 25. Ianuarij 1602. quas refert Aldan. *in compendio Canonic. reſol. cap. 6. tit. 5. n. 14* idem Barbosa *ſub dict. Bullario* verb. *Archipresbyter*, & *d. tr. collect. deciſ. 42. n. 16. & 17.*

Ad secundam quæstionis partem, an Decani 30
rurales differant ab istis, & qui tales dicantur, breuiter responsum præbendum est, repentis hic, quæ iam dixi de istis Decanis ruralibus *ſupra ſub queſt. 1. cap. 1. de ætate, & qualit ordin. & in Rub. hic* vers *Archipresbyter in iure* circa finem, vbi cum dictum sit, ac patet ex alijs in textu nostro,
ac *in cap. 1. 2. & 3. hic* † quod Archipresbytero- 31
rum, sit alius vrbanus, qui in ciuitate Episcopali omnibus Presbyteris præest, habens Episcopi vicem, vt declaratum est supra. Et alius quidem foraneus, siue ruralis, quem alias communis appellat Decanum ruralem, quasi qui ruri id est extra ciuitatem Episcopalem plebis, ac Presbyterorum, reliquorumque Clericorum sibi subiectorum, curam habet, vt ex nostro textu, præter adductos in Rub docet Andreas Valensis ad nostrum titul. *n. fin.* vocans illum Decanum Christianitatis, ex quibus iam videtur non differri Archipresbyterum
ruralem à decano rurali, † De quibus, & nouissi- 32
me leges quæ ex multis Congerit. Cæsar *de nobilibus diſp. 75. & 76.* vbi & plura de Archipresbytero, & plebano, de quo ait, vt antiquitus habuerit cœtum canonicorum sub se, & sic hodie conseruare Dignitatem, bene probet idem Legendus

dus *in addit. ad d. sp. 44. à n. 68. ad 73.* sic ab an-
norum computo, probans ex constitutionibus
Guertij Senensis Episcop. Lucens. ab anno 1133.
& Paganelo ab anno 1275. & à Fratre eius suc-
cessore ab anno 1313 quando abuntoni obiit.
33 Sed an isti Dignitatem habeant in Ecclesiis,
quibus præsunt; & quia de Archipresbytero vr-
bano Dignitatem in Cathedralibus habere di-
ctum est: nam vt iam proxime dixi sub vers. *ad se-
cundam*, non Archipresbyteratus de iure sonat in
Dignitatem, Rota *in dicta decis. 9. de prab. in no-
uis, & decis. 1. hoc tit.* Barbosa *de canon. dicto cap.*
34 *5. n. 29.* † Et quia respectu Archipresbyterorum
ruralium, diuersi sint DD. existimo nihilominus,
quod prædicti sunt in aliqua Dignitate, saltim
large, etiam si conuentum, aut Collegium non
habeant, sed solum plebem suam, & Clericos ip-
sius quibus præsint, quia tales Archipresbyteri
habent aliqualem iurisdictionem, vt dictum est
hic à n. 1. non solùm in solicitudine, & cura Diui-
norum, & plebaniæ verùm in renunciando Epis-
copo, & ad illum referendo cuncta, quæ in plebi-
bus aciderint ex textu, & glossa *ibi* & *in dicto
cap. cum ab Ecclesiarum de offic. ordin. & in cap.
ex litteris de consang* Innocent *hic* in verbis se-
quentibus *quod possunt minora negotia definire
secundum ordinationes Episcoporum, cum fine or-
dinarij dicti Archiepiscopi* Panormit. *n. 1.* dic *mi-
nima decidit, grauiora refert*, Michael Ferro *de
praced. cap. 5. & 6.* qui infert istos positos esse in
aliqua Dignitate, vt expresse docet cum Innocent.
35 *in cap. de multa de prabendis.* † qui loquendo de
officialibus, & Ministris, ait illos habere Dignita-
tem, qui & iurisdictionem per textum *in l. 1. ff.
de procurator.* Cæsar, Panormit. *in dicto cap. de
multa n. 11* Archidiac. *in cap. 1. n. 1. de consuet. lib.
6.* vbi per textum *in l. vltim.* affirmat quod Iu-
dex habet dignitatem, Gutierrez cum pluribus
lib. 3. pract. q. 17. n. 164. Lucas de Penna *in l. In-
dices n. 13. cod. de Dignit. lib. 12.* & faciunt textus
in cap. vt debitus honor. de appellat, & textus *in l.
omnem, cod. quando prouocare non est necesse.*
36 Quod si opponatur dictum *supra* ex adducta
decis. Rotæ in Matetanens. anni 1598. dicendo
nullam habere iurisdictiondm, etiam circa mino-
ra, & minima, in quibus tantum procedere possunt
absque figura Iudicij, non in illius figura, nisi se-
cundum ordinationem ipsius Episcopi; & ob id
tantum sustineri posse quod dixerunt Paul. de Ca-
stro *cons. 66. n. 4. n. 1.* quando hi Archipresbyteri in
plebibus, & Ecclesiis, quibus præsunt, habent sub-
ditos Canonicos, seu collegium, vel si habeant
cappellas sub se, iuxta textum *in cap. 1. ne Clerici
vel Monachi*, vbi Ioan Monach. & additio glossæ
Cardinal Tuscus in verb. *Archipresbyter n. 12.
& 13.* econtra non sic, vt dixerunt Decius *in cap.
ex parte 2. de rescriptis num. 8.* Rebuf. *in praxi
benef. cancel. Apostol. §. circa qualitatem*, Seba-
stien Cæsar. *de Eccles. Hierarchia q. 1. proom §. 2.
n. 17.* Monera *in tract. de conseruat. Iudic. cap. 5.
n. 90.*
37 Tamen adhuc, etsi iurisdictionem in minori-
bus, ac minimis non habeant, quia nec sibi ab
Episcopis data, nec commissa est; adhuc debemus
amplecti. istos quidem rurales aliqualem habere
Dignitatem inter alios Parochos, & sacerdotes
suæ plebaniæ, cui præsunt, quia etsi, nec vllam ad-
ministrationem habeant, etiam sine iurisdictione,
sufficiet solum nomen prælationis, & maioritæ,
quod inter omnes illos retinet, cum ex eo, quod
in sua Ecclesia habet prærogatiuam, dicitur habe-
re Dignitatem, vt concludunt Archidiacon. *in
dict. cap. 1. de consuet. lib. 6. n. 2. & 3.* Lucas de
Penna *dict. tit. de Dignit. lib. 12. in Rub.* vers. *item
quando habet*, Grammaticus *decis. 64. n. 3* Gonza-
lez *in reg. 8 Cancel. glossa 5. n. 62.* & alij † præci- 38
pue si consideremus dictos Archipresbyteros,
tamquam Prælatos præcedere omnes in Ecclesiis
plebis suæ, etiam Rectores Parochialium Boer. *in
tract. de authoritate magni Concilij n. 84.* Mi-
chael Ferro *dicto cap. 6. n. 7.* Et declaratur amplius
ex dictis num sequentibus de plebanis, & in vers.
ad vltimam.
Ad tertiam quæstionis partem, quare plebs quæ- 39
libet debeat habere suum Archipresbyterum, pa-
tet ex littera textus nostri in principio adducta.
Vnde iam oportet pro complemento interrogare
quid sibi velint nomina *plebanus*, & *plebania*. De
primo dicendum est, quod plebanus est ille, qui
exercet curam animarum, dictus à plebe, vel po-
pulo, qui sub eius cura geritur cum ea tamen dif-
ferentia à cæteris eiusdem plebis curatis: nam
plebanus se habet cum illis, sicut Archiepiscopus
cum suffraganeis suæ prouinciæ.
Nam & plebanus constituitur visitator, qui 40
vicos, & Castella in Episcopi locum circumeat,
vt DD. agnoscunt per textum *in cap. cum debere*,
cum glossa, 80. *dist. cap sicut olim. de accusat*; &
sic Plebanus dicitur, seu vocatur, qui præfectus
est Ecclesiæ, suæ plebis habens in sua iurisdictio-
ne, & potestate cappellas, seu minores Ecclesias,
quibus vicarij in perpetuum, vel ad tempus præ-
ficiuntur, de cuius potestate, & officio agunt
Azor *instit. mor p. 2. lib. 3. cap. 31.* Fuscus *de visi-
tat. lib. 1. cap. 6.* Sebastian. Cæsar *de Eccles. Hie-
rarchia q. 2. proom n. 17.* Parian. *de probat lib. 2.
cap. 27. ex n. 59.* Petr. Gregor. *in syntagm. lib. 15.
cap. 24. n. 13.* Lælius Zechius *de Republica Eccles.
cap. 27.* à principio Filiucius, *tom. 3. tract. 41. cap.
5. n. 11.* & alij.
Et sic sicut *supra* diximus *in cap. 2. hoc tit. q. 1.* 41
& 2. Rector Ecclesiæ; solet appellari à regenda
Ecclesia, & animabus eisdem subiectis; quia ple-
bem, & populum sibi commissum cum cura gerit,
*dicto cap. 1. de cappellis Monach. cap 3. de vita, &
honest. Clericor*, & ob id eius beneficium dicatur
Rectoria, vt *in cap. vltim. de prab.* Petr. Gregor.
syntagm. dicto lib. 15. cap. 24. n. 10. & 11. & alij.
Ita quidem plebania dicatur illa Ecclesia Matrix,
quasi mater Ecclesiarum, quæ sub se continet ex
doctrina textus *in cap. ad audientiam 1. de Ec-
clesi. adificand. cap. 1. de prascrips. Concil. Trid. sess.
21. de reformat. cap. 7.* Azor. *inst. moral. dicta p. 2.
lib. 3. cap. 12. q. 3. & lib. 9. cap. 3. q. 14.* vers. *Ma-
trix*, Rota *decis. 272. à n. 2. p. 1. recent.* † Sicut 42
Archiepiscopi Ecclesia dicitur Metropolis, idest
ciuitatum eiusdem prouinciæ mater, vt *supra* di-
ximus *in Rub. sub quast. 1.* vbi de Archiepiscopis,
Barbosa *de Iure Eccles. 1. p. cap. 18. de Plebanis,
& Rectoribus animarum ex n. 4.* † Dicens *n. 5.* 43
quod plebani sunt, qui videlicet exercent curam
animarum, & Plebania habente sub se plures Ec-
clesias, vel cappellas ex doctrina textus, vbi DD.
& glossa *in cap. 1. ne. Clerici, vel Monachi lib. 6.*
sic Et in summa ipsi plebani generali Vocabulo
Rectores, seu Parochi, aut curati, vel Presbyteri
Parochiales dicantur, vt *in clem. dudum §. caterum
de sepultur, & in clem. 1. de priuileg.* dicti à re-
gendo Rectores, vt dictum est, Parochi à Paro-
chia, quæ est locus eis commissus, certis finibus
limitatus,

limitatus, sicut late ipse Barbosa alloquitur *de iure Eccles.cap.* 20. vbi de Diœcesibus, & Parochis,& curati à cura, quam de regendis orbibus susceperunt, & tridem Plebani exercentes curam io plebania habente sub se plures cappellas, siue Ecclesias, quæ ex natura rei aliis Parochiis in suo territorio existentibus superior est, vt patet

44 Ad vltimam quæstionis partem videtur respondendum, vt plebanus Dignitatem habeat; eo quod habet iurisdictionem: nam Pontifex *in dict. cap.cum ab Ecclesiarum de officio ordinarij*, videtur sic decidere, dum probat plebanos excommunicare posse suos subditos in verbis sequentib. ibi: *quapropter mandamus quatenus, si quando Plebanus sancti Petri in Clericos, vel laicos parrochianos suos interdicti, vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, ipsam facias inuiolabiliter obseruari, & eam sine congrua satisfactione,& absque eiusdem plebani conscientia non relaxes.* Et sic docent de plebano; licet in Ecclesia collegiata non sit additio ad glossam verbo *cappellas, in dicto cap.* 1. *ne Clerici, vel Monachi lib* 6. Lambertin *de iure patronat.lib.*1.*p.*1. *q.*11.*art.*4 Petr.Gregor.*dict.lib.*15.*syntagm.cap.*24.*n.* 13. Lælius Zechius *de Republica Eccles. dict.cap.*17.

45 Et videtur confirmari ex eo, quod omnes personæ Ecclesiasticæ curam animarum habentes à summo Pontifice, vsque ad infimos animarum curatos continentur Prælatorum nomine, saltim late,& ample, vt colligitur ex *cap.* 1*na de Cleric. egrot.* vbi Abbas *n.*1. *& in dicto cap. cum ab Ecclesiarum*, quæ ponderauit ad hoc cum multis idem Barb. *tractatus varij de appellatiua.* verb. *signis vtriusque iuris app.*215.*n.*7.

46 Cum vocentur omnes animarum Rectores, generali nomine Pastores *in cap Pastor.*1.*q.*2. vbi DD. qui & si sint Episcopo, immediatè subiecti ex regula textus nostri,& ob id minores appellentur Prælati. Tamen negari non potest, quod sicut Apostolorum locum tenent Episcopi, vt *supra* dixi *in rub. hoc tit.q.*2.*vers.ad quartam.* Vbi late de Episcopis, & isti quidem locum teneant discipulorum 71. nam videntes Apostoli messem esse multam,& operarios paucos, sicut Dominus in Euangelio dixit Lucæ *cap.*10. ibi *Rogauerunt Dominum messis, vt mitteret operarios in messem suam*, vt refertur *in cap. cum ex iniuncto*
47 *de hæres.* † Et ita & ipsi Apostoli elegerunt 72. discipulos, quorum typum nunc gerunt, cum sint Presbyteri animarum Rectores, operarij messis,& coadiutores Episcoporum, de quibus loqui videbatur Apost *ad Philippenses* 4. in illis verbis *cum Clemente,& cæteris adiutoribus meis* refert idem Barbosa *de iure Eccles.dict.p.*1.*cap.* 18. *ex n.* 1. *ad* 4.

48 Dicens quod messis est animarum collectio, de qua dicebat idem Dominus Ioan.4. Apostolis suis (intelligens multitudinem gentium, quæ fidem suscepturæ erant) *aspicite regiones, quia albæ sunt iam ad messem.*

49 Et sic clarius videtur probari ex primis verbis *dicti cap.* ibi: *cum ab Ecclesiarum Prælatis Ecclesiastica sententia in malè factores aliquos promulgatur, rata debet,& firma consistere,& vsque ad dignam satisfactionem inuiolabiliter obseruari.* Quare si Episcopi,& alij iurisdictionem habentes dicantur Ecclesiarum suarum Prælati, vt dictum est, maiores, vel minores, & statim Alex III. in verbis dicti vers. *quapropter*, dixerit sententiam Plebani S. Petri in Clericos, & Laicos parœcianos suos interdicti, vel excommunicationis inuiolabiliter obseruandam: qua de causa poterit negari istos plebanos esse in Dignitate, cum iam de Archipresbyteris ruralibus dictum appareat esse constitutos in Dignitate, cum sint Præsides, Prælati, & Ordinarij, sicut de officialibus, & Ministris Ecclesiæ dixit Innocent. *in dicto cap. de multa de prebend. in fine*, & Panormit. *ibi*, quia iurisdictionem habent, & sic Dignitatem.

Nihilominus, sicut & praxis quotidiana docet, 50
dicendum est prædictos Plebanos nullam iurisdictionem habere fori contentiosi ex institutione suorum officiorum,& curæ, eo, quod isti solum habeant iurisdictionem quoad forum Pœnitentiæ, vt Parochis aliis concessa est, iuxta quæ late dixi *in dicto cap.* 2. *&* 3. *hoc tit. tota q.*1. *&* 2. sic vt non obstet dicere Plebanum præsidere aliis Parochis; quia hæc differentia, de qua *hic* in vers. *ad quartam*, quod Parochus vni præsit Ecclesiæ, Plebanus pluribus, nullam in substantia constituit, vt docet Piasec. *in tract. de Parochia cap.* 8. *pag.*59. Anton.Faber *in theorica de re beneficiaria tit. de benefic. in Cathed.n.*33. Barbosa *de iure Eccles. dicto cap.*18.*n.* 9. *&* 10. & sic in terminis resoluunt ipsi, & dictus Barbosa *in dicto cap. cum ab Ecclesiarum n.*3. Azor. *dicto lib.*7.*mor.cap.*22. *q.*1.*&* 4. Patianus *de probation. dicto lib.* 2. *cap.* 17. *à n.* 59. & cum aliis plura congerit videnda Daniel *de nobilibus disp.*73.*n.fin.& disp.*75. *&* 76. vbi de præcedentia, quam habent Plebani in alios: aliquid Michael Ferro *de præcedentia sub quæst.*6.

Et ita dicunt non obstare textum, *in dicto cap.* 51
cum ab Ecclesiarum, quia *ibi* ex littera non constat quænam fuerit Ecclesia illa Sancti Petri, de qua *ibi* nec textum decidere Plebanum illum iure communi, excommunicationem proferre potuisse, sed tantum supponere ab eo prolatum, ac subinde terminos habiles supponere nos debere, cum Pontifex id principaliter non decidat, sed quod dixit in primis adductis verbis. Et sic concludunt, ideo potuisse illum Plebanum sententiam proferre dictam, vel quia Ecclesia, cui præerat collegiata, quæ sub se cappellas habebat, vt explicant idem Patianus *dicto cap.*17.*n.*52 Barbosa *dicto n.*9. *in fine*, vel quia ipsi Plebano speciali priuilegio erat iurisdictio concessa ipse Barbosa *dict.n.* 10. *in fine, dict.cap.*18. *de iure Eccles.& in dicto cap. cum ab Ecclesiarum n.*3. Paul.Comitol *respons.moral.lib.* *q.*51.*n.*2,

Nec ex eo, quod de primis verbis textus *dict.* 52
cap. cum Ecclesiarum, inferat Pontifex ad decisionem de Plebano S. Petri in dicto vers. *quapropter* quia sicut diximus *hic* sub vers. *ad secundam*, & vers. *ad tertiam*, quod Decanus, siue Archipresbyter ruralis, nullam habet iurisdictionem contentiosam, nisi sibi demandatam ab Episcopo, vel nisi habeat Collegium,& capellas, vt *ibi* dictum est; & sic hæc procedere in Plebanis dici debet, cum nihil amplius habeant, quam curam animarum ex officio, cætera si quæ aliquando aliqua ex commissione, aut priuilegio. † Etsi vt dicit hic Ægi- 53
dius Bellarmera *n.*8. negari non possit Archipresbyterum habere præeminentiam authorizabilem, etiam extra forum Pœnitentialem in personas Ecclesiasticas sic cum Innocentio *in dicto cap. de multa de prebend. in fine* cum Archidiac. *dicto cap.*

cap. 1. de consuet. lib. 6. & sic de plebano intelligo cum adducta distinctione, in nostro vers. *ad ultimam.*

54 Ad alias quæstiones inter ordinarios hic, & in dicto *cap. 3. hoc tit.* leges Ægidium Bellameram, vbi *n. 7. 8. & 9.* inquirit de sequentibus. Num inferior aduersus superioris ordinationem, aliquid ordinare possit, & negat, & qualiter legatus possit statuere, & qualiter, quas explanabis, per ea, quæ dixi *supra de constit. in Rub.* & ibi in tit. vbi qui possint constitutiones, & ordinationes facere, & in quos? Et cum Archipresbyter habeat iurisdictionem fori contentiosi, item & Dignitatem, de quibus iam dixi *hic ex n. 1.* item & sub vers. *ad secundam*, & *tertiam*; & de præcedentia inter Plebanos, docet Michael Ferrus Videndus *d. cap. 6. n. 7. & fin.* cum multis, & resolues ex dicendis *infra sub cap. ante penult. de maiorit. & obed.*

55 De aliis vero nominibus Ministrorum ad officia Ecclesiæ pertinentium qui poterant hic adiici, eo quod aliis videntur præsidere, dico infra titul. sequentibus, & in cap. 1. de officio custodis q. 2. vbi de Archimandrita, de Archigerontibus Archipsalmista, & Archipataphonista.

AD TIT. ET CAP. VNIC. de Officio Primicerij.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Primicerius in Cathedrali est sub Archidiacono.*

1 Quia ex verbis textus hic sufficienter expenditur quale sit officium Primicerij in Ecclesia in verbis sequentibus, *vt Primicerius sciat se esse sub Archidiacono, sicut, & Archipresbyter, & ad eius curam specialiter pertinere, vt præsit in docendo Diaconis vel reliquis gradibus Ecclesiasticis, in ordine positis, vt ipse disciplina, & custodia insistat, sicut pro animabus eorum, coram Deo rationem est redditurus, & vt ipse Diaconis donat lectiones, quæ ad nocturna officia Clericorum pertinent, & de singulis studium habeat, vt in quacumque re capacem sensum habuerit absque vlla vacet negligentia, aut à quo ipse inferit instruantur.* Ideo ad explicanandum Primicerij officium, & ad alios, qui sub illo possunt explicari, descendam.

QVÆST. I.

An Primicerius sit idem quoad officia Ecclesiæ, quod Præcentor, & cantor, seu Magister scholarum, ac Chabiscolus? Qui propriè quilibet dicatur? Et ad ciuilia munia quis dicetetur Primicerius? An Dignitatem habeant in Ecclesia? Et succentor, ac concentor quis dicatur? Et ad quale offici um? Et nunc Primicerius, Præcentor, Concentor? Et Magistri schola præferantur Acolytis, exorcistis, psalmistis, atque lectoribus, ac de aliis? Et an Primicerius vocetur etiam Præpositus?

SVMMARIVM

1 *Primicerij munus est in ordinando officio diuino, qui aliàs pro diuersitate Ecclesiarum solet appellari Præcentor, cantor, seu Magister scholarum n. 2.*

3 *Primicerius dicitur primus in choro cantantium, seu primus cantor, siue primus ratione cantus, docens cæteros quid sit canendum in choro, &* numero 14. 18. 19. 10. 21.

4 *Cantorum schola olim fuit Ecclesia Cathedralis.*

5 *Primiceriatus officium, est primus in choro, absente Archipresbytero, &* numero 6.

6 *Primicerij nomen dicitur à cereo, vbi quid hoc sibi velit n. 7.*

7 *Secundi cerius dicebatur ille, qui erat post Primicerium, qui & aliàs dicebatur secundus notarius Principis, vt n. 9.*

8 *Primicerius dicebatur de iure ciuili, quod primus notarius Principis, vel Magister qui litteris eius cereum signum imponebat, & sub* n. 11.

9 *Notarij secundi Principis dicebantur secundi, cerei, vel tertij, cerei.*

10 *Primicerius est dictus, quasi primus in ordine cerea, seu scriptura, & in omnibus, dignior, & in eo officij genere antesignanus,* n. 11.

11 *S. Stephanus vocatus fuit à S. Augustino Primicerius Martyrum.*

12 *Primicerius non est amouendus à choro, nec à suo officio, vt assistat Episcopo, cum curet ibi de multis.*

13 *Primicerius qua munera ex officio debeat exercere, multi DD. docent, &* numero 14.

14 *Primicerij officium accipitur pro cantore, ac supplet Archidiaconi officium, cum absens sit in multis.*

15 *Cantor idem est, quod Primicerius. Præcentor, cantor, & Primicerius, idem significant, &* n. 16. 19. & 20.

16 *Præcentor præficitur choro cantantium, vt choro in duas partes ad canendum alternatim Diuina officia Diuiso, ipse cantum incipiat, antiphonasque inchoet, &* n. 18.

17 *Cantor habet officium cum administratione, eo quod prius intonat, dans ordinem gerendorum in choro.*

18 *Cantoria, & Præcentoria idem sunt.*

19 *Præcentor præfertur Decano quoad ea, quæ ordinantur in choro.*

21 *Canturiam habens in choro, habet ius regendi in eo, distribuendo lectiones, antiphonas, prophetias, ordinando tabellas, & functiones Ecclesiasticas per turnum.*

22 *Magister scholæ poterat etiam dici Præcentor in Cathedrali, qui, olim erat docens Clericos inferiores cantum latinè sermone, & alias artes, vt scirent latinè legere, scribere, loqui, & cantare* numero 23.

23 *Magistri scholarum in Cathedralibus vocantur etiam Cantores, Pracentores, succentores, Primicerij &, Cabiscoli.*

24 *Cabiscol aliàs dicitur cantor.*

26 *Dignitates in Ecclesia Cathedrali sunt Primicerius, Pracentor, cantor, Magister schola,* n.26,27.

26 *Cantor, qui est Dignitas in Ecclesia debet per se munus suum obire, vel per se, vel per vicecantorem.*

28 *Cantor, Decano absente, solet capitulo praeesse, vt in Cathedrali Austuricen. & Vallisoles.*

29 *Pracentoria in Ecclesia Chonchen. olim nominabatur qua nunc cantoria dicitur vulgo* Chantris.

30 *Primicerius habet ordinariam iurisdictionem in his, qua illi commissa sunt.*

31 *Cantoria saltim de consuetudine, est principalior aliis Dignitatibus in Cathedrali.*

32 *Primiceriatus de iure communi videbatur esse tantum officium, de consuetudine est Dignitas numeris sequentibus.*

33 *Consuetudo potens est ad inducendam Dignitatem in Cathedrali.*

34 *Cantori, Archidiacono, Archipresbytero, datum est in Cathedralibus, vt de consuetudine pracedant Canonicos.*

35 *Dignitates quo ordine pracedant inter se in Cathedralibus.*

36 *Primicerius debet in processionibus capere pluuiale, etsi dubitetur, num sit Dignitas.*

37 *Pracentor sic dicitur, quia voce prait, idest qui ante omnes incipit.*

38 *Concentor dicitur qui simul concinit.*

39 *Cantor & Pracentor, possunt sibi substitutum nominare, qui dicitur* succentor, *id est* vice cantor, *vulgo* Sochantre, *&* numero 44. & 46.

40 *Succentor est inferior Pracentori, cantori, & Magistro schola, cuius officium est absente cantore, incipere officium in choro.*

41 *Pracentor, succentor, concentor nonnullam praeminentiam habent in choro, &* numero 42.

42 *Pracentor censetur habere Dignitatem, quando scilicet eandem personam gerit, ac Primicerius, & cantor, secus si sit sub Primicerio, & cantore, sicut succentor.*

43 Cap. inter dilectos de excessibus Prælator. & n.44.45.46.47.48.

44 *Succentoria in Cathedrali non est Dignitas.*

45 *Succentoria potest agregari Canonicatus pro seruitio cantus, &* n.46.

46 *Succentor nominatur à cantore, & approbatur de iure ab Episcopo, &* n.47.

47 *Succentoria Pitaniens. Eccles. erat potius quoddam officium, quàm beneficium, etsi forte beneficium erat compatibile, vt* sub numero 48.

48 *Cellario proprius cadit sub beneficio vero, nominatio, aut donatia super officio.*

49 *Acolytis praferuntur Primicerius, Magister schola, cantor &c.*

50 *Diaconi qualiter sint sub Primicerio, &* numero 51.

51 Cap. officium de officio Archidiaconi, & n.52.

52 *Primicerius diuersis respectibus praest Diaconis, ac praest Archidiaconis.*

55 *Cantores, qui Musici dicuntur, non cum beneficiatis, sed immediatè post crucem incedere debent, non obstante consuetudine, &* n 54.

53 *Musici non sunt preferendi Diaconis, nec Acolytis, quibus sunt inferiores; qui & possunt mulctari, si non canant.*

55 *Plebanus Ecclesia, in qua Episcopus residet cum capitulo residet, debet sedere immediatè post Canonicos, supra Portionarios: aliter practicatur in Cathedralibus.*

SOlent DD. ordinarij, & Neoterici sub hoc tit. 1
inquirere de omnibus prædictis nominibus,
quæ etsi diuersa sint, videntur omnia idem importare, ac Primiceriatus officium, cuius munus est in
ordinando officio Diuino, esse primus in cantu,
Michael Ferrus *de praced. 1. p. cap. 5. n. 15.* & omnes etiam per textum *in cap. perlectis 25. dist.* &
vocat Primicerium Hispano sermone, idem ferre
dicendo esse *Chantre, O Maestrescuela*, qui & repetit *ibi q. 30.* † Vbi quod pro diuersitate consue- 2
tudinis Ecclesiarum, solet Primicerius appellari,
vno ex prædictis nominibus cum Hostiensi *hic* &
Barbosa *de iure Eccles.* postquam cum multis ex
hoc textu *infra* referendis, ait *p. 1. cap. 28.* † quod 3
Primicerius est primus in choro cantantium, ac secundùm alios primus cantor, seu primus ratione
cantus, quia cæteros docet quid sit canendum in
choro, refert ex Azor. *in summa inst. moral. p. s.
lib. 3. cap. 16 q. 1.* initium institutionis huiusmodi
Dignitatis ex ea nempe processisse, † quia olim 4
in Ecclesia Cathedrali fuit cantorum schola instituta, quorum munus erat officia Diuina, horas
præces, in choro pie cantare, vt diuinæ laudes religiosè celebrentur, & quod huic scholæ vnus præficiebatur, cuius cura, studio, & opera, Clerici ad
cantum, & choro destinati dicebantur, vt in sacrorum librorum lectionibus, & Diuinis officiis, &
precationibus Ecclesiasticis probe exercitati essent; & quod inde hic *Prafectus* appellari cœperit
Primicerius.

Et sic DD. postquam agunt de officio Archi- 5
diaconi, ac de officio Archipresbyteri, ponunt
tertio loco Primiceriatus officium, vt primùm in
cantu, vel choro, absente Archipresbytero: sic Panormit, & Andreas Valensis, ac cæteri *in Rub. hoc
tit.* & sic Pontifex probat *hic* quod sit sub Archidiacono, eique inferior, Boherius *de authoritate magni Concil. n. 75.* cum aliis Bot. *in tract. de
synodo 3. p. n. 16.* Michael Ferrus *de pracedentia
dict. cap. 3. sub n. 15.* Vbi dicit quod præfertur
Præcentori, & consequenter sit præferendus succentori, qui est sub illo, tamquam locum tenens.

Quare vt de singulis ab exordio breuiter, repe- 6
tamus, visum est, vt ad officium eorum descendamus, & qua de causa in idem conueniant. de etymologia cuiuslibet breuiter agere: de Primicerio vero existimat Valens. *hic num. 1. & 2.* potius dicendum hoc nomen deduci à cereo: nam
cum ante Chartæ, & membranæ inuentionem
in pugillaribus ceratis arborum libris, & foliis, aliaue materia scriberetur, factum fuit,
vt quæ in huiusmodi ceratis libellis, & per
translationem, etiam in aliis scriberentur in
cereis scripta dicerentur; eo quod in primo loco scriptum erat in prima cera, quod

io

in secundo in secunda, quod in tertio, in tertia, & quod in postremo in ima cera scriptum diceretur.
7 † Et vt qui Primicerium in quocumque ordine seqnebatur secundi cerius; & sic deinceps diceretur. Indeque factum esse, vt qui in Ecclesiis præficitur Canonicis, & aliis Clericis, ac cantoribus instruendis, atque docendis ad cantum in choro destinatis, Primicerius dici cæperit, veluti primus in choro, & primus ratione cantus.

8 Et in hoc conducunt Alciatus *in Rub. cod. de primi, dict. lib. 12.* Conanus *comment. iuris ciuilis lib. 4. cap. 14. n. 16.* Azor. *dict. p. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 16. q. 3.* Zelius Rocd. *lib. 12. lection. antiquarum, cap. 6. ad finem*, vbi explicantes, Primicerium in illa Rubrica scribunt dici primum Notarium Principis, vel Magistratum illum, qui Principis litteris cereum signum imponebat, quos sequitur Gerard. *in Anchora titulorum* verb. *Primicerius*; & sic Guido Pazirola *in the-*
9 *sauro variar. lection. lib. 1. cap. 7.* notat, † inferiores notarios dici secundos cerios, & tertios cerios; & addit Valensis *in Rub. hic sub dicto n. 1* vt quemadmodum is, qui primus erat, seu dignior primus in albo scriberetur *l. 1. ff. de albo scribendo.*

10 Ita quidem Primicerius sit dictus, quasi primus in ordine ceræ, seu scripturæ, & in omnibus Dignior; & sic sæpius legi, vt nouella 8. *notarium Primicerium*, idest primum, seu in matricula Notariorum primum scriptum, & *in cod. lib. 15. Primycerium mensorum*, idest inter mensores primum; item *Primicerium ex corpore Decanorum*, vt videtur argui ex verbis textus nostri, ibi, *vt præsit in docendo Diaconis, & Primicerium fabricæ, Protectorum, Domesticorum equitum.*

11 Vnde D. Augustinus legitime vocauit S. Stephanum *Primicerium Martyrum*, vt refert idem valens, & ad propositum, de quo hic, vt dicatur Primicerius, quasi primus in eo officij genere, & ante signanus in qualibet arte notauit Barbosa ex Alciato, Conano, & aliis proxime adductis *de iure Eccles. dict. cap. 28. p. 1. n. 4.* alia adducens *ibi n. 3.* ex Antonio Fabricio *in praxi, & theorica de re beneficiaria*, tit. *de beneficiis cum Dignitate* ex *n. 54.* relatum ex Valense dictum, ante chartæ, vel membranorum inuentionem in cera, seu in ceratis tabulis scribendi; quia scilicet isti, veluti in albo primi scribebantur, vel quia primi erant, qui in cera præsentiam, & absentiam cæterorum adnotabant.

12 Et intantum Primicerius ad regendum chorum destinatus dicitur, vt non sit ab eo amouendus, & à suo officio, vt assistat Episcopo, vt declarauit Sacra Rituum Congreg. in vna Melopolitana 6. septemb. 1603. quam sequitur Barb. *supr. d. c. 28. n. 7.* & petit idem *in Bullario* verb. *Primicerius n. 5. & in collect. decis. 599. eodem verbo*, teste Sellio *in select. canon. cap. 23. n. 13* Et est ratio, quia cum curet de modo, & ordine canendi in choro, & de lectionibus, & responsoriis ibi recitandis, & signo dando pro hora officij, & luminaribus deportandis, & similiter quidem de corrigendis eis, quos viderit delinquere, aut si non possit de deferendo eos ad agnationem Episcopi simul cum aliis contentis in textu nostro, & *in dict. cap. 1 perlectus dist. 25. §. A Primicerium pertinent*, quid mirum, vt nec debeat à choro amoueri propter associandum Episcopum.

13 Et vlterius quæ spectant ad Primicerij officium, docent præter antiquos *hic* Panormit. Ant. Butr. Bellarmeram, Ioan Andream, Hostiens. Anchatran Zabarel Collect. & alios hic Barbosa *n. 1.* & alij de quo est etiam textus de iure Regio *in l. 5. tit. 6. p. 1. ibi*, Gregor Lopez, Casaneus *in cathalogo gloriæ mundi p. 4. considerat 45 fol. 97.* Grammaticus *decis. 64. à n. 6.* Raynald Sandobal *in tract. de officio Ecclesiæ p. 1. c. 3.* Roderic. Zamoren *in speculo humanæ vitæ lib. 2. cap. 15.* Azor *sup d. cap. 16.* Lelius Zechius *de Repub. Ecclesiast. tit. 24. à n. 16.* Petr Greg. *syntagm. iuris lib. 15. c. 22.* Cardinalis Tuschus *practic. conclus. lit. P. conclus. 650.* Galgaoerus *de iure publico lib. 3. tit. 21.* Sebastian. Cæsar *in relect. de Ecclesiast. Hierarch. p. 3. disp. 12. §. 3.* Old. ad *cons. 146. in princ.* Nauar. *in prælectione, cap. si quando de rescriptis*, vbi loquitur de excellentia cantoriæ Connimbricensis, quorum aliquos etiam refert Barb. *hic n. 5.* Michael Ferr. *de precedent. d. c. 30. sub n. 1.* D. Rodericus à Cuona *in cap. 1. dist. 25. n. 14.* Anton. Fabric. *supra n. 54.* Filliucius *tom 3. tract. 41. cap. 1. n. 55* qui omnes plura de officio Primicerij scribunt.

Et Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3.* 14
cap. 3. à n. 50. dicens quod eius officium accipitur pro *cantore*, & quod supplet Archidiaconi officium, cum ipse absens sit, ac dictus Primicerius, quasi primus cantor, seu primus ratione cantus, quia cæteros docet quid sit canendum in choro, ac docent proxime relati, & Machado *de perfecto confes. tom. 2. lib. 4. p. 4. tract. 6. docum. 4* eius institutionis rationem esse, vt ipsius cura, & opera, Clerici ad cantum destinati lectione sacrorum librorum, & optimis moribus instituerentur, & alia circa Diuina officia exercere, dicto Archidiacono absente, minor tamen cum iurisdictione, nisi in aliqua Ecclesia Primicerius accipiatur, aut idem sit, qui & Archidiaconus de iure communi ex hoc nostro textu; nam & ipse quod necessarium fuerit pro reparatione Basilicarum sacerdoti denunciat epistolas Episcopi pro diebus ieiuniorum Parochiani, per Hostiarios dirigit, eique absenti detur substitutus, aliaque his similia illi competant, vt docent DD. relati per textum etiam in dicto cap. per lectis vers. *ad Primicerium*; ideo iam de cantore, concentore, Præcentore, & succentore, seu Magistro scholæ, ac Cabiscolo loquemur.

Cantor igitur, & Præcentor (præmissis quæ 15
adduxi *supra in cap. cum olim, 6. de consuet ex n. 6.*) idem sunt, quod Primicerius; eo quod hæc tria nomina idem fore significant, cum pro diuersitate locorum sit tantùm nominis, non quidem muneris, aut officij mutatio: nam vt docent Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. d. lib. 30. tract. 3. n. 50. vers. octauo*, & cum eo Barbosa *d. cap. 28. p. 1. de iure Eccles.* sicut Primicerius scholæ cantorum. † Sic Præcentor choro eorundem canentium 16
in Ecclesia præficitur, vt choro in duas partes ad canendum, alternatim Diuina officia, diuiso, ipse cantum incipiat, antiphonasque inchoet. † Et Pu- 17
teus *p. 1. decis. 89.* dicit cantorem habere officium, non tamen simplex, sed cum administratione; eo quod prius intonat, & dat ordinem gerendorum in choro, vel vt ait Petr. Gregor *dict cap. 11. n. 2.* & repetit Azor. *dict. lib. 3. cap. 22. q. 1.* quod voces in choro moduletur.

Vnde quia Michael Ferrus *de præcedentia d.* 18
quæst. 30. n. 1. in fine, Valenzuela *p. cons 33. n. 89.* dicunt quod idem sit cantoria, & Præcentoria, vt alij DD. *in dicto cap. cum olim. n. de consuet. & in cap. Cleros dist. 21.* & quod cantor, siue

Primicerius singularis honoris prærogatiua in
Ecclesia fungitur, cuius ministerium ad cælestes
laudes, & ad cultus Diuini augmentum ordina-
tur, ipsique incumbat omnium diuinorum officio-
19 rum, tam intra, quàm extra chorum. † Quoad quæ
etiá Decano ipsius Ecclesiæ præsit, ipsosque Aco-
lytos, & cæteros Ecclesiæ inferioris gradus mini-
stros ad Diuina dirigat officia canendi, & legendi
Hymnos, & psalmodiam præuideat, atque instruat
& quod Diuinæ laudis in communi choro decan-
tatur, per eum prærordinetur & solicitè psalendi
ordinem, ac orandi modum committat, silentium-
que indicet, risus cohibeat, & colloquia, ac curet
quidem, ne quis in psalendo nimium festinet, vel
tardet, nec versus alter ante alterius finem incipia-
tur, & paratur ipse cappas, & sceptra, atque alia
id genus multa faciat, vt tepetunt Brisonius *de
verb. signif. lib.* 14. verb. *Primicerius*, Isydorus *in
epistol. ad Ludofridum*, cuius meminete Iuo *lib.* 5.
cap. 41. Gratianus *in dict. cap. perlectu dist.* 25.
Bernardio de Bandobal *sup. p.* 5. *cap.* 3. Cassaneus
d. p. 4. consideras 37. Nuntius Pellica *in consuetud.
auersanas in preludio à n.* 176. Marcos Anton,
Chucus *lib. 1. inst. Iuris Canonici c.* 18. Barbosa *de
Canonicis, & Dignit. c. 9. n.* 11. *& de iure Eccles.
d. cap. 28. d. n.* 12. per eadem verba, idem *in collect.
decis.* 118. verbo *cantor Dignitas*, & *in Bullario
20 eodem verbo.* † Ideo prædicta nomina idem sibi
velle resoluendum est, vt etiam agnoscit Valen-
zuela *d. cons.* 33. *n.* 136. Vbi quod maxime Primi-
cerius incumbit oneri cantoris, vt Diuina officia
grauiter, & ordinatè altissimo persoluantur, vt
iuxta Apostolum omnia secundùm ordinem fiant
in Ecclesia quare Oldradus *cons.* 166. incipit *fa-
ctum est tale*, dixit vt apud Deum cantoris Digni-
tas acceptior dignior que sit, quanto principalius
cælestibus laudibus occupatur.

21 Iam ergo ex dictis patet quæ ad officium can-
toris spectant, & quod ei soli spectat cantum re-
gere, sic vt in choro, nec Archipresbyter, nec alius
quilibet debeat, ac possit se intromittere, vt deci-
sum fuit à Sacra Congreg. Rit. in Hidruntina 6.
Decemb. 1613. vbi etiam quod cantor, seu is, cui
annexa est centuria habet munus distribuendi le-
ctiones, antiphonas, & prophetias, chorum regere,
gubernare, ordinare tabellas, & functiones Eccle-
siasticas per turnum ordine successiuo, vt refere
Barbosa *in dict. collect. decis.* 118. *n.* 3. 4. *&* 6. idem
de iure Eccles. dict. cap. 28. *& de canon dict. cap.
9. sub n* 13. *& in Bullario sub dicto verbo*, vbi &
refert etiam declaratum in alia Tarentina crypta-
liarum 3. septemb. 1605. & post ab eadem Sacra
Congreg. consulta de cantoris huiusmodi mune-
re in Cassanen 3. Martij 1633.

22 Magister tamen scholæ, etiam Præcentor dici
poterat, quia olim talis dicebatur, qui in Cathedra-
libus Ecclesiis constitutus clericos omnes inferio-
res cantum latino sermone, & alias artes, ac disci-
plinas docebat, vt scirent latinè legere, scribere,
loqui, & cantare, & ea, quæ de officiis Diuinis
recitabant, probe intelligerent, vt docent vberius
Durand. *de benefic. lib.* 10. *c.* 13. Petr. Greg. *de bene-
fic. lib.* 5. *cap.* 19. Filiucius Putianus *de probation. d.
lib. 2 cap. 17. n.* 107. Sebastian. Cesar *de Ecclesiast.
Hierarchia q. 2. proœm. & n. 12. p. 3. disp. 12. §.* 4.
Azor. *inst mor. p. 2. d. lib.* 3. *c.* 23. Sandobal *de offic.
can. p.* 5 *c.* 1 Hieronim Roman. *de Republica chri-
stiana lib 3. c* 10 *in medio* vers. *Maestrescuela*, &
hac de causa Michael Ferrus ex doctrina Hostien-
sis *hic n.* 3. potuit dicere *in tract. de præcedentia
dict. q. 3. sub n. 17. & dict. q. 30. n.* 1. † Magistros 23
Scholarum in Ecclesiis Cathedralibus habere di-
uersa nomina, cum & vocentur cantores, Præcen-
tores, succentores, Primicerij. † Et Chabiscoli pro 24
diuersitate consuetudinis Ecclesiarum, qui & His-
pano nomine *Maestrescuelas, o chantres*, in Ec-
clesia tamen Toletana dicitur Chabiscol, ille qui
cantor est vulgò *chantre*.

Inter quos ex dictis nonnulla adest differentia, 25
vt patet; & sic restat videre numquid hi omnes sint
Dignitas in Ecclesia, & de Primicerio, qui vt est
cantor vulgo *chantre* videtur non esse dubium,
quia faciens Barbosa dicas collectaneas de canto-
re 118. *&* 119. ponens primum de cantore, vt Dig-
nitas, posuit secundam de cantore musico, & de
primo ait *ibi n.* 1. quod cantor cum Archipresby-
tero debet eligere qui epistolam, & euangelium
cantent in missis solemnibus, quæ celebrantur à
Dignitatibus, & canonicis, vt dixit etiam Sellius
in selectis canonic. à Sacra Congreg. Rit. declara-
tum in vna Tarentina cryptaliar III. septemb.
1603. † Et insuper *n.* 2. addit, quod cantor qui est 26
Dignitas in Cathedrali, debet suum munus obire,
vel per se ipsum, vel per vice cantorem à se assu-
mendum, & ab Episcopo approbandum, qui non
sit de his, qui alioqui choro sunt obligati, vt patet
ex Sacr. Congreg. Rit in Luzerna 19 Martij 1611.
cuius etiam meminit idem Barb. *in Bullario* verb.
cantor, & *de canonic. d. c. 9. sub d. n.* 12. *& de iure
Eccles. d. c. 28. p. 1. sub eodem n.* 12. Et probatur
hæc doctrina ex textu *in cap. cum accessissent de
constit.* ibi *ne primiceriatus Dignitas* in *cap. ad
aures de rescr pe. dict. cap. cum olim de consuetu-
dine*, & sic Hostiens. *in summa hoc tit.* vocat *Pri-
miceriatum Dignitatem* † qui & *lib. 5. tit. de pœ- 27
nit. & remiss. n.* 28. *&* 29. ponit etiam inter Dig-
nitates Magistrum scholarum, & cantorem, Bo-
herius *de authoritate magni consil. n.* 73. cum
Barbosa *cons.* 39. *vol.* 1. *& cons.* 3. *lib.* 2. Boreus
tract. de synodo 3. *p. n.* 26. Menochius *cons.* 190.
n. 5. *volum.* 1. Moneta *de conseru. iudic. cap.* 5. *n.* 93.
referens Rheduan. *tract. de simonia cap.* 19. *n.* 7.
& alios.

Et confirmatur, quia cantor, Decano absente, 28
solet capitulo præesse (vt expertus fui in Cathe-
dralibus Asturic. & Vallisolet. in quibus fui ca-
nonicus, in prima Doctoralis, in secunda Cano-
nicus Pœnitentiarius, vbi est secunda Dignitas
ordine successiuo, & de aliis audiui) & sic nego-
tiis ibi tractandis, quæ adeo multa, & magna so-
lent esse, vt eis proponendis, & aliorum sententiis
colligendis, & resoluendis magnus labor, nec mi-
nor prudentia sit necessaria, vt constat ex Puteo
lib. 4. *decis.* 89. *n.* 2. Casaneo *dicta p. 4. consid.* 37.
† Valenzuela Velasque *dict. cons.* 33. *sub d. n.* 156. 29
circa finem idem *dict. cons.* qui loquendo de can-
tore in Ecclesia Chonchen. *num.* 89. ait quod
possidebat dictam Dignitatem cantoratus tunc
nominatam *Præcentoriam*. † Et videtur sentire, 30
Sebastian Cæsar *de Eccles. Hierarch. dict. quæst.*
2. *§. n.* 10. & Innocent. *in Rub. hic*, & Panormit.
in hoc cap. *Archidiaconus in dicto cap. perlectis
n.* 20. dum dicunt Primicerium habere ordinariam
iurisdictionem in his, quæ illi commissa sunt iux-
ta quæ dixi *in cap. fin. de officio Archipresby-
teri*, etiam de Archipresbytero, & Decano rurali.
Quæ sententia, certa videtur ex communi vsu, &
stylo Cathedralium Ecclesiarum nostræ Hispaniæ.
Et de Magistro scholæ sumpto, vt in quæst. se-
quenti sine dubio videtur, Barbosa expressè *de*

iure

iure Ecclesiast. 1. *p d.c.* 2. *n.* 12 *in princ.* & de canon *d. cap.* 9. *eodem n.* † Vbi ait quod cantor, qui
31 est Dignitas in Cathedrali, dicitur cunus & Primicerij, qui & *n.* 13. in fine cum Valenzuela *dicto cons.* 93. *n.* 90. & Machado *de perfecto confessore lib.* 4. *p.* 4. *tr.* 6. *docum.* 4. *n.* 4. concludit saltem de consuetudine, vel vt aliis placet, cantoriam esse de principalibus Dignitatibus in tota Hispania.

32 Quare etsi Alex *cons.* 77. *n.* 5. *volum.* 2. dixerit quod Primiceriatus non sit Dignitas de iure communi, sed officium, & argui possit ita à vi nostræ Rubricæ, & tit qui scribitur de officio tantùm Primicerij. Tamen etsi ita sit, nihilominus de Archidiacono, & Archipresbytero in Cathedrali in præcedentibus titulis, & simili modo inscripti sunt tituli, & dictum à nobis est illos esse Dignitates in Ecclesia, & amplius addidi *in cap. fin. de offic. Archipresbyteri*, etiam Decanos, & Archipresbyteros rurales quodammodo dici Dignitates in suis titulis, & Parochiis respectu aliorum sibimet minorum sacerdotum.

33 Et sic quamuis nonnulli admittant prædictos largo modo, & impropriè Dignitates in Cathedralibus dici, nisi habuerint iurisdictionem, & administrationem Ecclesiæ rerum iuxta quæ docent Canonistæ *in d. cap. de multa de præbend. & in d. cap.* 1. *de consuet. lib.* 6. Moneta plures congerens *de conseruat. iudic. d.c.* 5. *n.* 84 Boerius *dec.* 286. *n.* 13. vel si ita consuetudine introductum sit, quæ potens est ad inducendam Dignitatem Michael Ferrus per dicta ab illo *de praced. d. cap.* 5. *ex n.* 4. idem *d. cap.* 10 *n.* 3. *vers possunt*, idem Moneta *d. n.* 84. & idem Boer. *dict. dec.* 286. *n.* 7. doctè Alex *d. cons.* 77. *n.* 5. Grammaticus *decis.* 64. *n.* 7. Cassan. *de Catalog.* & 4 *p. consider.* 42. Moneta *supra cap.* 5. *n.* 100 & 101. & 497. *in fine*, Oldrad. *cons.* 146. *in princ.* & *n.* 2. Valenzuela *d. n.* 89 alia adducit Fer-
34 rus *dict. cap.* 10. *n.* 3. *vers. sed hodie* videnda. † Vbi accipiendo relatos inter Dignitates, ait virtute consuetudinis, dari illis, vt Canonicos præcedant, prout procedere videmus, licet cantor, siue Magister Scholæ secundùm ordinem numerandi Dignitates Cathedralium à Boteo *d. tract. de synodo n.* 16. & ab Hostiensi in summa *de pœnit. & remiss. à n.* 18. det cantori inter alias primo sedentes *sextum locum*, vt de Magistro Scholæ clarius practicari video in dictis Cathedralibus.

35 Tamen quia eadem consuetudo est etiam potens dare cantori, præcentori, siue dicto Magistro scholæ locum sequentem ab ipso Decano præcedendo Archidiaconum, vt contra Decanum in persona Archidiaconi probat Michael Ferrus cum multis *de praced. d. c.* 5. *ex n.* 1 à 6. & proinde potuerit consuetudo prædictos in Dignitate constituere, etsi à principio tantùm haberent officia exercenda per se ipsos.

36 Et consi. matur præterea, quia vbicumque fuerit Primicerius. siue in choro, siue in comitiis, & in omni consensu canonicorum gradum, & beneficiatorum habet locum, quem subdit iuxta locorū consuetudinem, diuersimode statuit, ac propterea consuetudini stare oporteret. ita Castaldus *in praxi caremon. lib.* 1 *sect* 8. *c.* 7. *n.* 5. *vers. inter cateros*, Barbosa *d c.* 18. *de iure Ecclesf. p.* 1. *n.* 8. & *de Canonic. d. c.* 9 *eodem n.* qui *n.* 9. vtrobique addit, vt Sacr. Congreg. Rituum in vna Capuana 28. Aprilis 160- censuerit Primicerium (licet dubitetur, an sit Dignitas) debere tamen in processionibus capere pluuiale, sicut Dignitas, & non planetam, sicut canonicus.

Ad tertium de Præcentore, succentore, & con- 37
centore dico quod dixi sub *d. cap. cum olim* 6. *de consuet. à n.* 6. nempe vt *Pracentor* sic dicatur qui voce præit, id est qui ante omnes incipit, † concen- 38
tor, qui simul cancinit, vt docent Petr. Greg. *vbi supr. d. c.* 12 Michael Ferrus *d. q.* 10. *in fine*, Barb. *d. c.* 18. *p.* 1. *de iure Ecclesf.* idem *de canon. d. c.* 9. *sub n.* 11 *in fine*. Quare etsi aliquando contingat, vt Præcentor, siue concentor sit minor, quàm cantor, eique aliquomodo subsint, sed quia à communi pro eodem compntentur, vt diximus hic. † Inde 39
dicendum est, vt quemadmodum cantor, ita & Præcentor possint sibi substituum, id est succentorem nominare & assumere etiam ab Episcopo approbandum, vt iam dictum est ex vna Lazerina 19 Martij 1609. hoc est vice cantorem, qui vulgò vocatur *sochantre* † qui eisdem cantori, Præcen- 40
tori, ac Magistro scholæ est inferior, sicut ex vi ipsius nominis optimè adnotarunt Moneta *de conseru. Iudic. d. c.* 5 *n.* 100. vbi teneteum ooo habere Dignitatem, Michael Ferrus *d. c.* 10. *in fin* cuius quidem officium est absente cantore, incipere cantum in choro, antiphonas, & psalmum inchoare, Barbosa *d cap.* 18. *de iure Ecclesf. n.* 11. & *de canonicis dicto cap* 9. *eodem n.*

Quod si iterum instes dicendo quod Præcentor 41
& succentor, siue concentor, solent esse sub Primicerio, siue cantore, tunc quidem iam erit dicendum quod etsi isti non potiantur ea superioritate, ac idem Primicerius, & cantor, nihilominus habere videntur in Ecclesia personarum, ex quo nihil iuris in alios. sed certam dumtaxat in choro processionibus, & cantu, præeminentiam obtineant *ex d. c. cleros* §. *Precentor*, 21. *d* Barb. vbi proxime *d. n.* 11.

Vnde etsi nonnulli de Precentore existiment ha- 42
bere Dignitatem in Ecclesia, sicut cantor, & Primicerius, hoc est intelligendum iuxta dicta *hic* ex vers. *Magister* quando Præcentor eandem personam omnino gerit, ac Primicerius, & cantor; secus tamen si sit sub Primicerio, & cantore, sicut succentor; quia hoc in casu, vel nullam Dignitatem habet Ecclesiasticam, etsi teneat prærogatiuam in choro, vt sentit Moneta *d. tract. de conseru. iudic. cap* 5. *n.* 100 † Respondens ad textum *in cap. in-* 43
ter dilectos de excess. Pralator. & *ibi* glossa verbo *Dignitas* intelligendo succentorem, de quo *ibi* habere Dignitatem, vel in propriè, vel ex consuetudine illius Ecclesiæ: idem Moneta *n.* 94. & sequitur Michael Ferrus *dict. q.* 10. *n. fin.* dicit eodinuari ex eo, quod nomen Dignitatis aliquando largè, aliquando verò strictè sumatur.

At ego pace eorum dico in littera illius textus, 44
attente considerata, nullam fieri mentionē de *succentoria*, quatenus Dignitas esse possit, & si glossa ibi *Dignitatis* per argumentum, deducat, quia licet P. ille, de quo ibi tamquam indignus, eo quod alearor, siue criminosus prohibitus fuerit ascendere ad illam succentoriam, ad quam nominauerat cantor. duos nempe D. P. & B. quia ei donatio pertinebat, vt patet in verbis ibi *inter dilectos filios B & P. canonicos Pictauens. super succentoria Pictauens. Ecclesia, quastione suborta, vtroque asserente, succentoriam ipsam per Pictauen. cantorem, ad quem eius donatio pertinebat, canonice assequutā &c* Tamen non inde, quod in aliis verbis sequentibus exprimatur ratio, propter quam ille P succentoriam obtinere non valuit in vers. *quod circa eundem P. de succentoria factum esse dignoscitur propter indignitatem, & vtilitatem ipsius, duximus irritantem cum personis vilibus* &

& indignis perta dignitatis patere non debeant iuxta legitimas sanctiones &c. Dicendum est succentoriam ibi fuisse Dignitatem, quia verba dicta *cum personis vilibus, & indignis porta Dignitatis patere non debeant*, non probant quod illa succētoria esset Dignitas in Ecclesia, sed quod beneficiari in illa, non posset P. ille quia indignus, & criminosus adducens Pontifex regulam illam generalem, qua prohibentur Clerici fieri, & in Ecclesia beneficia obtinere criminosi, aliive infames, ex his, quæ Late dixi *in c. fin. de temporibus ordin.* & ad summum videmus practicari, quod succentores vulgò *sochantres*, solùm seruiant, tamquam Portionarij, siue beneficiati in Ecclesia, qui aliàs solent admitti certo quodam salario absque beneficio.

45 Nec obstat dicere dictos B. & P. esse iam Canonicos dict. Eccles. Pictauens. indeque non esse credibile ad succentoriam ascendere voluisse, si illa Dignitas non esset in tali Ecclesia; quia etsi, vt dictum est, in Ecclesia illa forte, vt Dignitas Ecclesiastica ponderetur, sed non inde ex vacatura rei, ac officij, quod exercet succentor Dignitatis Ecclesiasticæ aliquid haber, vt cantor, Primicerius, Decanus, Archidiaconus, & aliæ Dignitates concurrentes in Cathedralibus, cum nomine cantoris essent præstaturi in succentoria seruitium, & officium, & potuerunt illi Canonici prætendere, vt commodius viuere possent aggregando Canonicatui salarium, siue emolumenta succentoriæ, & sic videtur probari ex doctrina Barbosæ *in d. cap. n. 2.* cum Azot *ibi* iam *supra* relato, nempe succentorem aliquando beneficiarium esse.

46 Nec etiam contra iam dicta obstat dicere *in d. cap inter dilectos*, ad solum cantorem spectasse sibi donare succentoriam illius Ecclesiæ Pictau. & sic nullam desiderari Episcopi approbationem; imo quod non debuerunt nominari Canonici, qui alias debebant illi Ecclesiæ inseruire, siquidem et Sacra Congreg. Rit. in adducta declaratione 19. Mai 1611. in Lucerna, quæ dum ait, quod cantor debet per seipsum, vel per vice cantorem à se assumendum, hoc est *succentorem*, & ab Episcopo approbandum, addit, qui non fit de his, qui alioqui choro sunt obligati: nam respondetur factum illius decretalis esse multò antiquius dictæ declarationi; Deinde quia succentoriæ assistentia potuit non esse incompatibilis cum Præbenda Canonicali, vt natura cantus apparet, & sic non incurri in illa incompatibilitate, de qua Doctores Latè, & nos agemus *in d. cap. de multa de Prabendis.* Videbis *supra n. 39.*

47 Imo potius hoc argumento possumus existimare dictam succentoriam Ecclesiæ Pictau. nec esse beneficium, sed tantùm quoddam officium simpliciter stipendiarum, ad quod solus cantor nominauit prædictos B & P. qui ambo non admissi sunt, ac cuiuslibet donatio irrita declarata fuit. Primum illa quæ fuit facta P. secundùm facta B. propter defectus vtriusque late ibi relatos ab Innocent. III. imo & ipse cantor, quia de indignis fecit donationem, & nominationem vnam post aliam pro illa vice, optimo iure fuit prohibitus iterum nominare, cum indignos nominasset, vt patet ex vers. *quia vere cantor* circa finem in verbis ibi, *vt concedendi succentoriam ipsam hac vice nullam facultatem habeat*, glossa fin, *ibi ex cap. quia propter cap. cum vicinen. de elect.* de quo *supra in ille tit.* dixi, & aliqua sub *cap. illa quotidiana 39. eodem.*

48 Nec audieris si replices quod dicta succentoria Pictau. erat beneficium collatiuum arguendo sic à summario illius textus ibi *collatio beneficij occulta facta indigne, cassari debet, & conferens secunde ante cassationem prima collationis, priuari debet ea vice potestate conferendi*, quia inspecta littera Innocentij *in eo cap. nihil* de collatione canonica succentoriæ habetur, cum verba sint de cantore, ad quem donatio illius pertinebat. Et in fine ibi *prima donatione non reprobata*, secundam facere attentauit. Et ibi *& concedendi succentoriam ipsam hac vice &c.* in cuius conjectura magis apparet de donatione, nominatione, seu simplici concessione, quàm de canonica collatione, quæ propriè cadit super beneficio vero, & perpetuo collatiuo, de quo *in tit. de concess.* item *de insstituti.* Quod si adhuc appareret succentoriam in dicta Ecclesia Pictau fuisse beneficium, sed non quidem incompatibile propter adductam rationem Canonici, quam habent Canonici, cantor, atque eius succentor ex propria institutione iuxta quæ dixi de officio canonicorum supra *in Rub. de officio Archipresbyteri*, etsi sub diuersa, ac distincta obligatione.

Ad vltimam quæstionis partem, num Præcentor, Primicerius, cantor, & consentor præferantur Acolyis, item, & Magistter scolæ? & de cantore Primicerio, ac Magistro Scholæ affirmatiuè respondendum est absolutè, vt præferantur Acolytis exorcistis, psalmistis, atque lectoribus, & de quibus late dixi *in Rub. de offic. Archid. q. 1.* & patet ex *d. cap. perlectis dist. 21. d. cap. Cleros dist. 21.* † Imo & Diaconis, vt patet ex nostro textu ibi, *vt prasit in decende Diaconis, vel reliquis gradibus Ecclesiasticis in ordine positis*, vbi glossa verbo *Diaconus* exponit secundùm varias Ecclesiarum consuetudines, vel de mandato, & ordine Archidiaconi † ne repugnet textus *in cap. officium de officio Archidiaconi*, vbi illi cura Diaconorum tribuitur, ve longissimè *ibi dicta Rub.* adduxi, & ex textu nostro colligunt etiam DD. nam ex eo quod *hic* dicitur vt Primicerius sit sub Archidiacono, colligitur esse de illius ordine, si postea Diaconis præsit: ita expend t Michael Ferrus ex communi de præcedentia *d. q. 30. n. 1.* addens vt aliàs non bene diceretur, quod esset Primicerius sub Archidiacono, si sine mandato illius præesset, quibus ille præest, ita approbens secundum intellectum glossæ cum Panormitano *hic n. 1.* 49 50 51

52 Quod si vrgeas dicendo ex *dicto cap. 1. de officio Archid.* quod Primicerius non præsit Acolytis, siquidem ex eo textu patet illos sub se habere quemadmodum, & Diaconos, ibi *Acolytesque ordines &c.* de quibus longissime, & de singulorum officio egi *ibi sub dicta Rub.* & sic tantum de mandato Archidiaconi Primicerium in illos habere Prælationem. Tamen quia propter diuersos respectus Archidiaconus, & Primicerius prædictis præsunt de iure, possumus quidem firmare, vt colligitur ex littera hic, Primicerium præesse Diaconis cæterisque gradibus inferioribus suæ Cathedralis circa ministerium instruendi illos in cantu, ac in aliis, quæ incumbunt ex officio cantori, Præcentorio, & Magistro scholæ, etsi isti omnes alia de causa in officiis ministrandis, ac in iurisdictionalibus subsint Archidiacono, vt ibi late dixi, imo & possint subesse alio respectu Archipresbytero, vt Colliges ex dictis *in Rub. & iuribus tit. proximo de officio Archipresbyteri.*

53 Pro complemento notandum duxi cæteros cantores hoc nomine vulgò nuncupatos, qui aliàs *musici*

musiti dicuntur, non cum beneficiatis, sed immediatè post crucem incedere debere, non obstante consuetudine, vt Sellius *in selectis canon. cap.* 25. *n.* 12. & Barbosa *dict. collect. decis.* 119. vers. *cantor musicus*, & in Bullario eodem verbo, adducunt decisum à sacra Congreg. in Vrbetana. 28. No-
54 uemb. 1610. & 15. Ianuarij 1611. † Et istos intelligo non esse præferendos Diaconis, seu cæteris Acolytorum gradibus, cum ministerium eorum sit inferioris gradus in choro, & extra, chorum personæ subiectæ sunt Magistro capellæ ad cantum musicum accordem, & solemnem electum in choro, & extra eorum canendum, & succentori hoc vice cantori vulgo *Sochantre*, si tales cantores musici, tamquam capellani intrent ad assistendum in choro, vt Ministri, ac canonici ad canendum cantum Gregorianum, vulgò *el canoellano*, quem, vt discant canonici, potest Episcopus iubere, & retinentes mulctare, etiam pœna ob participationis, distributionum quotidianorum, & substractionis fructuum, sicut declarauit sacra Congreg. Concilij in Tropien. 9. Mai 1620. quam refert in Bullario, ac *in dicta collect. decis.* 119. *n.* 5. Barbosa, idem *de canonicis cap.* 13. *n.* 6. vbi dicit *n.* 5. in fine ex Concilio Mediolan. Prouin. *sub tit. de distribution.* vers. *vt diuinis officiis* Moneta *de distribut. quotid. p.* 2. *q.* 19. *num.* 35. quod tenetur in canonicum promouendus cantum requisitum scire.

55 Item notandum est quod Plebanus Ecclesiæ, in qua Episcopus capitulo residet, debet sedere immediatè post canonicos, supra Portionarios, vt fuit declaratum à sacra Congreg. Rituum in concordien. 16 Mai 601. quam referunt Barbosa *in decision. Apostol.* 576. verbo *plebanus*, & Sellius *in selectis canonic. c.* 29. *n.* 30. quod admittendum censeo de Præcentore non constituto in Dignitate, vt cantor, siue Primicerius; nec in eo, qui propriè succentor est sine beneficio, ac succentoria ex paulo ante dictis *hic*.

QVÆST. II.

An Magister scholæ, seu scholasticus in cathedralibus, & collegiatis, distinguatur hodie tam à Primicerio in officio, ac Dignitate? Et quale officium speciale per Concil. Trid. exercere debeat distinctum ab illo, quod Primicerius, cantor, siue Præcentor, exercent, etiam in dicendo? Et an Dignitas Magistri scholæ debeat dari Doctoratus, siue licentia gradibus insignitis in sacra theologia, aut sacris canonibus, & per quam vniuersitatem? vbi de Magistris ad docendum pueros seminarij erecti in cathedralibus iuxta Trident. sess. 23. cap. 18. de reformat. *Et de Magistro capellæ, Magistro chori, & Magistro cæremoniarum &c. Et de Magistris aliis scholæ puerorum?*

SVMMARIVM.

1 *Magistri scholæ Dignitas iā hodie in cathedralibus est de maioribus dignitatibus earū.*

2 *Magister scholæ quale officium post Tridentinum, & secundum eum debeat exercere in cathedrali.*

3 *Magistri scholæ Dignitas solet dari graduatis, & in qua ex vniuersitatibus suffic.* num. 4.

5 *Magister seminarij ad docendos ibi existentes pueros, seminaristas qualis debeat eligi.*

6 *Magister capellæ, siue cantus quis dicatur, qui alias vocatur Archipsaltes.*

7 *Magister capellæ in processionibus, non cum beneficiatis, sed cum suis cantoribus debet incedere.*

8 *Archipsaltes dicitur, id est Princeps cantuum, seu cantorum.*

9 *Magister chori potest cogi ab Episcopo, vt eat ad circulos, qui & habet ius indicendi silentium in choro* n. 10. 11. 12. 13. 14.

11 *Circulus, ad quem debet ire Magister chori, est ille, qui fit ab assistentibus Episcopo celebranti solemniter* ad Hymnum. Angelicum, Credo Sanctus, &c. *non tamen Episcopo coadiutori.* n. 13.

12 *Circuli denotant membrorum vnionem.*

14 *Circulum tenentur facere canonici ad chorum obligati iuxta dispositionem ceremonialis Episcoporum, Episcopo interessenti.*

15 *Magister cæremoniarum creatur in qualibet cathedrali, & collegiata, vt cæteri Ecclesiastici residentes, attente se gerant, qui solet eligi à capitulo, seu à vicario* n. 16.

17 *Magister cæremoniarum potest etiam eligi alius, qui non sit de capitulo, & vbi sedere debeat in choro.*

18 *Magister cæremoniarum debet de certo salario ab Episcopo, & capitulo promediate prouideri, donec ei certum stipendium fuerit assignatum.*

19 *Magistris cæremoniarum debentur oblationes, quæ offeruntur cruci feria 6. in Parasceve, vbi viget consuetudo in Ecclesia vallisoletana sacrista.*

20 *Magister cæremoniarum in processionibus sedet apud celebrantem, & eius assistentes, qui & vbique discurrit quando opus est pro ordinanda processione.*

21 *Magister cæremoniarum non habet facultatem mutandi, siue alterandi consuetudinem circa præintonantiam antiphonarum ad vesperas.*

22 *Magister cæremoniarum, qui est beneficiatus poterit vti superliceo in exercitio sui officij absque incursu censurarum contra non defendentes suum habitum.*

23 *Magister cæremoniarum debet vocare vicarium, vt hora solita, si voluerit ad Ecclesiam accedat, qualiter fiat in vallisoletana Ecclesia.*

24 *Magistri scholæ, siue ludilitterarij, debent instruere pueros, non solùm in grammatica, & Rhetorica, sed etiam in his, quæ ad religionem pertinent, non in aliis, quæ sunt contra mores.*

25 *Magistri ludilitterarij possunt examinari ab Episcopo ipso, in his, quæ spectant ad Doctrinam christianam, & bonos mores.*

26 *Magistri ludilitterarij tenentur facere professionem fidei.*

1 AD primam quæstionis partem, quia iam *sub quæst.* 1. *hic* 10 verſ. *Magiſter tamen ſcholæ*, dictum eſt ad quæ olim in cathedralibus eſſet inſtitutus, & præter *ibi* adductos, Gregorius Lopez *in l.* 7. *tit.* 6 *p.* 1. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 5. *n.* 50. verſ *decima* Machado *de perfecto confeſ. tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 4. *tract.* 6. *docum.* 3. Barboſa *de iure Eccleſiaſt.* 1. *p. cap.* 29 *& de canonicis, & Dignit. cap.* 10. *n.* 1. per eadem verba repeteniam *ibi* dicta, addit cum adductis, quod is Magiſter ſcholæ dicebatur, qui modo in nonnullis Eccleſiis dicitur *Scholaſticus*, aliis *Scholarens*, hoc eſt ſcholæ Præpoſitus, ſiue Præfectus, de quo, licet in iure titulus ſpecialis non extet, nec ab eo cognitus fuerit eo modo, & forma, qua in vſu modo eſt, io omnibus fore Hiſpaniarum Eccleſiis (forte, quia illius officium includebatur ſub officio Primicerij, atque cantoris, vt diximus, ſub *dicta quæſt.* 1.) tamen iam hodie in eis ex particularibus Eccleſiarum ſtatutis, & iſtorum beneficiorum erectione, de principalioribus eſt Dignitatibus cathedralium, vt coniprobatur amplius, & Vberius ex dicto verſ. *Magiſter tamen*, & apparet ex Trident. *cap.* 18. refero *n. ſequenti*, in verſ. *de cætero vero officia, vel Dignitates illæ.*

2 Ad ſecundam quæſtionis partem quale officium poſt Tridentinum debeat exercere Magiſter ſcholæ, ſeu ſcholaſticus? Reſpondit idem Concil. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18 *de reformat.* poſtquam latè agit de erigendis ſeminariis puerorum in ſingulis Eccleſiis cathedralibus de eis dotandis, & aliis ad erudiendos pueros in illis receptos in verbis ſequentibus: *Deinde, & cum minori impenſa huiuſmodi ſcholis instituendis prouideatur: ſtatuit ſancta ſynodus, vt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & alij locorum ordinarij ſcholaſtrias obtinentes, & alios, quibus eſt lectionis, vel doctrinæ munus annexum ad docendum in illis ſcholis inſtituendos per ſe ipſos, ſi idonei fuerint; alioquin per idoneos ſubſtitutos ab eiſdem ſcholaſticis eligendos, & ab ordinariis approbandos, etiam per ſubtractionem fructuum cogant, & compellant. Quod ſi iudicio Epiſcopi, Digni non fuerint, alium, qui Dignus ſit nominant, omni appellatione remota. Quod ſi neglexerint, Epiſcopus ipſe deputet, docebunt autem prædicti, quæ videbuntur Epiſcopo expedire &c.* Ex quibus quidem patet, ad quod minuſterium fuerũt iſtæ Dignitates creatæ, ſed proh dolor! expertus ſum ab hinc pluribus annis, nullibi Eccleſiarum Hiſpaniarum iſtos per ſe docere, nec agnoui quale officium habeant intra Eccleſiam, niſi reſidere, & ſedere ſuo loco, ſicut & aliæ Dignitates, quæ etiam propria munia, ad quæ fuerunt creata, et ſubſtitutos ſeruiuot, vt proxime *q.* 1. hic de ſuccentore reſpectu Principalis cantoris in Eccleſia dictum eſt. Et patet etiam Magiſtrum ſcholæ, ſiue ſcholaſticum, qui eſt Dignitas in Eccleſia iam hodie deferri à Primicerio, ſiue cantore, vulgò *Chantre.*

3 Ad tertiam quæſtionis partem, an Dignitas ſcholaſtriæ, hoc eſt Magiſtri ſcholæ, ſit neceſſario conferenda poſt Trid. Doctori, vel Magiſtro, ſiue licentiato in theologia, vel iure canonico; & quia *in dicto cap.* 18. *Trid.* expreſsè id cauetur in dicto verſ. *Deinde* circa finem *ibi*: De *cætero verè officia, vel Dignitates illæ, quæ ſcholaſtriæ dicuntur, non niſi Doctoribus, vel Magiſtris, aut licentiatis in ſacra pagina, aut in iure canonico, aut alias perſonis idoneis, & qui per ſe ipſos id munus explere poſſint id prohibetur & aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida, non obſtantibus quibuſuis priuilegiis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus*:
quæ verba clarè ſignificant gradum prærequiſi-
tum. † Sed quia non declarant in quali vniuerſi- 4
tate, ſiue loco debeant ſcholaſtici illi gradibus
prædictis inſigniri; reſpondetur cum Nicolao Gar-
cia *de benefic. p.* 7. *n.* 35 *cap.* 7. Machado *de perfe-
cto confeſſore dict. docum* 3. *n.* 5. Barboſa *in dict.
Trid. n.* 53. *de iure Eccleſ. dicto cap.* 19. *n.* 3. *de ca-
non. dict. cap.* 10. *eodem n.* 3. *de offic. Epiſcopi p.* 3. *al-
legat.* 60. *n.* 62. *in collect. deciſ.* verb. *Scholaſtria
deciſ.* 664. idem *in Bullario* eodem verbo *decla-
rando*, vt ſufficiat, quod ſit graduatus in aliqua
vniuerſitate, quamuis non ſit ex illis, qui exiſterent
in illa regione, in qua eſſet ſcholaſtria: ſic refert
deciſum idem Garcia legendus à ſacra Congreg.
Et ſic videmus, quod hic in partibus non prohi-
bentur adipiſci ſcholaſtrias cathedralium Romæ
ad illas prouiſi, & in ibi, aut in alia ex vniuerſita-
tibus Italiæ gradu aliquo ex prædictis inſigniti,
videndi ſunt etiam Caſtrus Palao *in opere morali
tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 4. *puncto* 6. *n.* 14. D. Ioan de
Solorzano *de iure indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *n.*
18. qui, & ſubdit dict. Trid decretum non compre-
hendere ſcholaſtrias exiſtentes in loco, in quo ere-
ctum non eſt ſeminarium, vel vbi in eius inſtitu-
tione alij Præceptores ſunt deſignati, nec ſchola-
ſtrias exiſtentes in loco, in quo minime erigendum
eſt ſeminarium, ſicut teſtatur deciſum Nicolaus
Garcia *dicta* 7. *p. c.* 7. *in addit. ad n.* 35. Barboſa
ſub dict. cap. 18. *Trid ſeſſ.* 23. *n.* 53. *in fine, & n.* 54.
fin.

Ad quartam partem de Magiſtro eligendo ad 5
docendum pueros ſeminarij, iam liquet ex dictis
Trid verbis, quiſnam debeat eligi, & cuius expen-
ſis; at etiam expertus ſum in cathedralibus, non
ex fructibus ſcholaſtriæ id deduci, ſed ex alia maſ-
ſa, aut fabricæ, menſæ capitularis; item ſubſidij, &
ſcuſati, aut partim ex omnibus iuxta diſpoſitio-
nem cuiuſque Epiſcopi, ac Eccleſiæ in creatione
ſeminarij.

Ad quintam quæſtionis partem de Magiſtro 6
ſcilicet capellæ, qui ſolet pro dirigendis cantori-
bus in cathedralibus, & collegiatis eligi, & etiam
in nonnullis Parochialibus, breuiter reſpondetur,
ſuppoſitis quæ iam adduxi *ſupra de cantore, ac de
ſuccentore, & muſicis.* † Quod Magiſter capellæ 7
io proceſſion bus, non cum beneficiatis, ſed cum
ſuis cantoribus debet incedere, vt fuit declaratum
à ſacra Congreg. Rit. in Vrbe Verana 50. No-
uemb 1610. non obſtante poſtea allegata conſue-
tudine contraria, vt etiam fuit declaratum ab ea-
dem ſacra Congreg. in dicta cauſa ſub die 15.
Ianuarij 1611. quarum meminere Aldanus *in com-
pendio canonic. reſol. lib.* 1. *tit.* 54. *num.* 67. Barbo-
ſa *in collect. deciſ* 458. verbo *Magiſter n.* 1. *& in
Bullario eodem verbo.* † qui & vocatur Archip- 8
ſaltes, id eſt princeps canentium, ſeu cantorum
Ro. *pſalm.* 44.

Ad ſextam quæſtionis partem de Magiſtro 9
chori dicendum eſt, etiam breuiter, quod cogi
poteſt ab Epiſcopo vt eat ad circulos, vt patet ex
ſacra Congreg. Rit. in Saonen. 15. Martij 1614.
quam citant Aldan *ſupra dicto tit.* 24 *n.* 69. Bar-
boſa *dicta collect. deciſ.* 459. *n.* 5. *& in Bullario*
verbo *Magiſter choro*, qui *n.* 5. *ibi, & dict. collect.
n.* 3. Aldan. *dict. tit.* 54. *n.* 70. † addunt quod Magi- 10
ſter chori habet ius indicendi ſilentium in choro
dicentes ſic fuiſſe declaratum à ſacra Congreg in
Hidruntina 6. Decemb 1613.

Quod

11 Quod si dubites de circulo, ad quem debet
ire Magister chori, quia iam aliquid sub Rub. de
Archipresbytero dixi, dum egi de canonicis assi-
stentibus suo Episcopo solemniter celebranti, di-
co breuiter ad illum, nempe quem solent, & de-
bent facere in missa solemni ante Episcopum ce-
lebrantem, *ad Hymnum Angelicum, Credo, San-
ctus, &c.* Dignitates, & canonici, & non alij, etiam
vicarius Generalis, vt dictum fuit à sacra Con-
12 greg. Rit. in Mauraten. 28. Septemb. 1630. † Et
ideo fieri, quia circuli denotant membrorum
13 vnionem. † Indeque prouenire, vt canonici non
debeant ad illos ascendere cum Episcopo coadiu-
tore, quia ille non est caput, sacr. Congreg. Rit.
nomine Cardin. Paleoti, & Veromen. sub die 31.
Ianuarij 1561. in responsione ad quintum, & sunt
testes. Prospero de Augustino, *addit. ad Quaran-
tam in summa Bullarij* verbo *Archiepiscopi au-
thoritas*, auctor 13. *n* 10. *in fine*, Campanillus, *in
diuers. iuris canon. Rub. 7. cap. 6. n.* 107. Piasecius
in praxi Episcop p. 1. cap. 1. n. 20. Barbosa *in Bul-
lario* verbo *circulus n. 1. & 2.* & *in collect. decis.*
149. *eodem verbo n. 1. 2. & 3. & de canonicis cap.*
14 *33. n. 25.* vbi *n. 4.* † addit à sacra Congreg. Rit. in
Cassanen. 5. Martij 1631. de quo etiam meminit
dict. cap. 33. de canonicis n. 25. in fine, quod tenen-
tur facere circulum canonici ad chorum obligati
iuxta dispositionem cæremonialis Episcoporum,
Episcopo interessenti cum cappa missis decantan-
dis, vtrobique repetens.

15 Ad septimam quæstionis partem de Magistro
cæremoniarum, dico, quia praxis est ordinaria Ec-
clesiarum cathedralium, imo & collegiatarum, vt
creentur in singulis Magister vnus dictus cære-
moniarum, vt cæteri de capitulo, & de Ecclesia
Beneficiati, tam in choro, & infra Ecclesiam,
quàm extra in processionibus, & actis Ecclesiasti-
cis capitulariter factis attente procedant, stando
Magistro ipsi in exequendis cæremoniis, qui iuxta
declarationem sacræ Congreg. Rit. in Tarentina
Cryptaliarum 3. Septemb. 1605. quam adducunt
Sellius *in selectis canonicis cap. 72. n.* 14. Barbosa
collect. decis. 459. n. 3. verb. *Magister cæremonia-*
16 *rum*, & *in Bullario eodem verbo n.* 1. † est eli-
gendus à vicario cum consensu capituli, & si vi-
deam in aliquibus Ecclesiis quottannis nominari
ad annum sequentem aliquem ex Dignitatibus,
canonicis, siue Portionatiis. De isto enim dicen-
dum est, quod habet munus indicendi, etiam Si-
lentium in choro, absente Magistro chori: sic Al-
danus *in compendio canonicar. resol. lib. 1. tit. 14. n.*
70. Barbosa *dicta decis. n. 2.*

17 Et quod potest alius etiam eligi, qui non sit de
capitulo patet, quia Magister cæremoniarum, et-
iam capellanus, quando officium exercet, & vesti-
bus illius officij vestitus est, sedere debet apud ce-
lebrantem, vel eius assistentes pluuialibus indutos;
sed si non sit in ministerio, tunc debeat sedere in
choro inter Præbendatos, vel Presbyteros, vel cle-
ricos sui ordinis, seruato ordine suæ receptionis, vt
declarauit Sacra Congreg. Rit. in Patiuana 28.
Nou. 1609. & 8. Mai 1617. quas refert Aldan. *in
compendio canonic. dict. tit. 24. n. 72.* & notat Bar-
bosa *dict. collect n. 7. & in Bullario dicto verb. n.
penult* quo loco suadetur, vt possit eligi Magister
cæremoniarum clericus nondum receptus ad gre-
mium ipsius capituli.

18 Et confirmatur, quia etiam decisum est in alia
sacra Congreg. Rit. Tropien. quod Magistro cære-
moniarum debet de certo salario ab Episcopo, &
capitulo promediate prouideri, donec ei certum
stipendium assignatum fuerit sic in illa 23. Martij
1602. quam refert Sellius *dicto cap. 72. n. 15.* Bar-
bosa *in dict. collect. decis 459. n. 4. in Bullario n.*
3. † Et item, quia Magistris cæremoniarum de- 19
bentur oblationes, quæ offeruntur cruci feria 6.
in Parasceue, vbi viget talis consuetudo ex sacra
Congreg. Rituum in Beneuentana 29. Nouemb.
1603. Aldanus *dict. tit. 24. n. 71* Barbosa *dicta de-
cis. collect. 459. n. 5 in Bullario dicto verbo n 2* in
Ecclesia tamen vallisoletana sacristæ tantum, sicut
aliæ oblationes per annum Natiuitatis, Epipha-
niæ, Paschæ Resurrectionis, & Spiritus Sancti
&c. vbi quia canonici solent esse Magistri cære-
moniarum nominari ab ipso capitulo quotannis,
nec emolumenta alia assignantur præter stipen-
dium quoddam tenue.

Item Magister ipse cæremoniarum in proces- 20
sionibus incedit apud celebrantem, & eius assi-
steotes, qui & vbique discurrit, quando opus est
pro ordioanda processione, vt referunt etiam de-
claratum Aldanus *dicto tit. 24. n. 33.* Barbosa *dict.
collect. decis. 459. n. fin. & in Bullario dicto verbo,
& n.* ex sacra Congregat. Patiuana 30. Augusti
1602. & 8. Mai 1617. iam adductis hic.

Nec enim talis Magister cæremoniarum habet 21
facultatem alterandi, seu mutandi consuetudinem
circa præintonantiam antiphonarum ad vesperas,
vt fuit declaratum à sacra Congreg Rit. in alia
suessan. 28. Aprilis 1607. vt testantur Sellius *supra
in selectis canon. dicto cap 72. n. 13.* Barbosa *dict.
collect. decis n. 1. & in Bullario in eodem verbo n.*
4. † Et qui est beneficiatus poterit dimittere habi- 22
tum beneficiatorum, & vti superliceo in exercitio
sui officij absque incursu censurarum impositarum
contra non deferentes dictum habitum;
idem Sellius *dicto cap. 72. num.* 16. Barbosa *in
dict. collect. 459.* verbo *Magister cæremoniarum n.
6. & in Bullario dicto verbo n 6.* referentes ita de-
claratum à sacra Congreg. in Ianuen. 9. De-
cemb. 1617.

Et quod Magister cæremoniarum (& non sa- 23
crista de cuius officio dico *iit sequentib.*) debeat
vocare vicarium, vt hora debita, si voluerit ad Ec-
clesiam accedat, referunt etiam declaratum Sellius
dicto cap. 72. n. 17 Barbosa *dict. collect. n. 8. in Bul-
lario n. 4* At in Ecclesia Vallisoletana non est sty-
lus vocandi vicarium, sed Dominum Episco-
pum dando ei horam per capellanum quendam
chori.

Ad vltimam quæstionis partem de Magistris 24
scholæ, siue ludilitterarijs respondeo quod isti non
solum in Grammatica, & Rhetorica instruere de-
bent, sed etiam in his, quæ ad religionem perti-
nent; & sic adolescentes ad missas, ad Diuina offi-
cia, & prædicationes audiendas, non solùm hortari,
sed etiam compellere possint, qui & prohiben-
tur omnino legere, vel docere ea, quæ sunt contra
mores, vel quæ possunt ad impietatem inducere:
ita ex Leon. 10. *const. 6.* incipit *mereiur* a Ianuarij
1514. quæ stat apud Laert. Cherub. *in Bullario to.
1. pag. 474* Barbosa *collect. decis. 459. n. 4 in Bul-
lario*, verbo *Magister schola, siue ludelitterarij.*
num. 1.

Imo & tales Magistri, vt rectius exequi va- 25
leant prædicta constat, vt possint ab Episcopo
examinari in iis dumtaxat quæ spectant ad fidem,
Doctrinam christianam, & bonos mores, vt refe-
runt decisum & declaratum Aldanus *in compen-
dio canonic. resol. lib. 3. tit. 4. num.* 10. Barbosa *in*
Bullario,

Bullario, vbi proxime n. 2. idem *in dict. collect.* 16 *459. n. 2.* † Addentes quidem iuxta Bullam Pij IV. Sacr. Congreg. Concil. vt teneantur facere professionem fidei, ex Doctrina eorum, quæ late scripsi de hac obligatione *in cap. 4. de iure iur. q. 4.* & *ibi* de Magistro etiam grammaticæ sub *n. 3.* quæ fuot notanda pro his, quæ ioxta Trident. de Magistro scholæ, siue seminarij adduxi *hic* ex *n. 1.*

AD TIT. ET RVBRIC. De Officio Sacristæ, & Custodis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Sacrista, custos, & Thesaurarius, sunt nomina Ecclesiæ, quasi idem significantia, &* n. 2. & *à quo nominentur sub* n. 3. & 7. *vbi quod in origine habent diuersa officia vt* n. 8.

3 *Thesaurario maiori in cathedralibus, subsunt sacrista, custos, & thesaurarius minor; iste enim non habent Dignitatem, sed officia* num. 5. & 6. *& subsunt etiam Archidiacono* num. 4.

4 *Custodia sacrorum vasorum, & vestimentorum pertinet sacristæ, custodi, & Thesaurario.*

6 *Sacrista, Custos, & Thesaurarius minor de iure nullam habent iurisdictionem, & administrationem.*

1 Doctores solent sub vna tractatione agere, tam de officio sacristæ, quam custodis; eo quod iste secundum glossam, & Panormitanum ad Rub. de officio Custodis, Custodem reputent quasi Ministrum Sacristæ; item & Sacristam dicant esse idem, quod Thesaurarius; eo quod sicut ad Sacristæ officium pertinet custodire Sacra Vasa Ecclesiæ, & alia, vt patet ex verbis sequentibus *cap. vnic. hoc tit. de officio Sacristæ* ibi, *vt sciat se sacrista subiectum Archidiacono, & ad eius custodiam pertinere sacrorum vasorum, vestimentorum Ecclesiasticorum, seu totius Thesauri Ecclesiastici, nec non quæ ad luminaria pertinent, siue in cera siue in oleo.* Ex quibus verbis ibi *custodiam*, & ibi *Thesauri*, rectè de tribus prædictis, *Sacrista Thesaurario*, & *Custode* agunt sub vno contextu, præcipue si adiungas, quæ etiam *sub tit. de officio custodis*, ad huius officium specialiter spectant dependentia quidem ab iis, quæ sub cura *sacristæ* in textu nostro mandatur.

2 Quare cum per textum *in cap. 1. de offic. custodis*, his in verbis sequentibus *in his tribus Ecclesiæ columnis* (vt sancta sanxit Synodus) *consistere debet alma mater Ecclesia, vt ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores, & sanctiores esse viderint, vt nulla negligentia in sancta dei Ecclesia videatur*, inferant nonoulli, vt sentit Barbosa *de iure Eccles. p. 1. cap. 27. n. fin.* hodie, etiam ex coosuetudine omnia contenta, tam *in dicto cap. vnico de officio sacristæ*, quàm *in cap. 1. & dict. cap. 2. de offic. custodis*, in Ecclesiis quidem inferioribus ipsa omnia propria esse Sacristæ, seu Thesaurarij 3 in cathedralibus Thesaurarij minoris. † Proindeque attenta coosuetudine (ad quam fortasis respexit Pontifex *in dicto cap. 2.* in dict. verf. *hæres*) dum custodis appellatione, sacristam comprehendere videtur, ait prædictos tres nullam habere Dignitatem, seu beneficium Ecclesiasticum, solùmque subesse Thesaurario maiori, ponique ad eius nutum, & de competenti Salario ab illo prouideri, vt omnium fere Ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum vsus obseruat, vt etiam reperit eisdem verbis, idem Barbosa *de canon. & Dignit. cap. 8. n. fin.* & idem Barbosa *in dict. cap. 2. hic n. fin.* de his tribus nominibus loquens, dixit idem esse videri; quia cum eorum eædem sint partes, & munera pro varietate Ecclesiarum, & locorum, videri etiam nunc, vt idem dicatur Sacrista, nunc Thesaurarius, num custos cum Azor, *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 16. q. 8.*

De quibus etiam loquutus Michaël Ferrus *de præcedentia q. 48. sub n. 1.* idem sentiens de dictis tribus oominibus, ait, quod omnes illi subsunt Archidiacooo ad eorumque curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, & vestimeotorum Ecclesiasticorum. Et sic possumus quidem firmare prædictos tres de iure oullam habuisse Dignitatem, † sed tantùm officia Ecclesiastica, vt probant 5 DD. ex inscriptiooe dictorum titulorum; imo nec vllum beneficium habuisse propter talem custodiam, vt tradont Rebuf. *in praxi tit. sæculare beneficquotuplex n. 9.* Petr. Gregor. *syntag. iuris cap. 39. lib. 15.* Antonius Fabricius *de re beneficiaria tit. de beneficiis cum Dignitate n. 59.* Michaël Ferrus *dict. quæst. 48. sub n. 2.* Moneta *de conseruat. c. 5. à n. 105.* Machad. *in suo perfecto confessario lib. 4. p. 4. tract. 6. docum. 1.* Sebastian. Cæsar, *de Ecclesiast. Hierarch. q. 2. præam. §. 2. n. 11. & q. 5. n. 5.* Barbosa *hic in textu nostro n. 2.* idem de canon. *dicto cap. 8. n. 4. de iure Eccles. dict. cap. 27. eodem n. 4.*

Et patet ex eo fundamento, tum quia ipsi de 6 iure, iurisdictionem, & administrationem non habent ad notata per Archidiaconum *in cap. 1. de consuet. lib. 6.* per ionocent. *in cap. de multa de prabend.* Michaël Ferrus *dict. quæst. 48. sub dicto n. 2.* per dicta etiam ab ipso *cap 6. n. 16. & q. 10. n. 2. & q. 30. n. 3.* io specie Moneta *dicto cap. 5. à num. 103.*

Sed quia licet in pleriſque minifteriis idem vi- 7 deantur custos, atque Thesaurarius, & sacrista, vt insinuat *dict. cap. 2.* in relato verf. *in tribus de officio custodis*, Azor, *dict. cap. 16. q. fin.* Machado *dict. docum. 5. n. 3.* Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 1. cap. 3. n. 5.* verf. *nota.* † 8 Verùm quia io origine diuersa suot officia, vt constat ex diuersitate titulorum hic, & verisimile non esse Greg. 9. *in compilatione Decretalium*, duos diuersosque titulos eiusdem officij vnum post alterum iouriliter addidiſſe. Iode videtur quidem etiam de iure diuersa ioter se officia penes istos exerceri, quibus distinguuntur quantumuis aliqua communitet exerceant; indeque inferri, vt quamuis de iure communi nullus eorum esset Dignitas in Ecclesia cathedrali: tamen inter se differentiam conseruasse, qualem possumus considerare fuisse etiam illo iure ioter Primicerium, siue cantorem, cum successore, iuxta quæ latè dixi *in tit. praced quæst. 1. circa finem* Et sic explanando singula vtriusque tituli capita, clare inspicietur adhuc de iure antiquo, ooo leuem inter eos fuisse maioriam.

AD

AD CAP. VNICVM DE Officio Sacristæ.

PRÆMISSVM.

QVIA ex annotatis *supra* in Rubrica nostri tituli, & de officio custodis; satis insinuatur nostri textus decisio, & de officio sacristæ aliqua annotari in *supra in cap. 2. de officio Archidiaconi sub quæst. 2* sub vers. *sed quia Ostiarius*, & in vers. antecedenti, vers. *Ostiarij officium*, & vers. illico sequenti, quod ad *Ostiarium* spectat campanas pulsare, & quod Christus Dominus officium ostiarij exercuerit; ideo illis suppositis iam nunc per quæstiones distinguentur difficilia, quæ ad nostrum titulum, & sequentem sese offerre valent.

QVÆST. I.

An Sacrista in aliquo differat à Thesaurario, & quale officium vtriusque in specie, hodie iam iuxta vsum Ecclesiarum cathedralium? An sicut Thesaurarias dicitur hodie Dignitas in cathedralibus, & similiter de sacrista verificetur? Et an sicut iam nominatur Thesaurarius, quidam maior, exinde inferatur ad alium Thesaurarium minorem, qui propriè, & in suo arigine sit Sachrista, sicut de nostro titulo salet cantari? vel an hodie sacrista, de quo titulus de afficio sacrista, proprè sacrista maiar in ardine ad custodem esset, & custos in ordine ad illum, sacrista minor ad inferiora Ecclesia officia destinatus? Et an Sacrista habeot commaue cum Archidiacono seruare, & custadire vasa sacra Ecclesia, seu sit inter illos aliqua differentia, quoad prædictam austodiam, sic vt nec vnus pra alio vsurpetur?

SVMMARIVM.

1 *Sacrista maior dicitur thesaurarius in cathedralibus, pracedens canonicis, &* à num. 7. & 10.

2 *Thesaurarius in cathedralibas habet Dignitatem, vel personatum in choro, & in suffragiis ferendis.*

3 *Thesauraria est Dignitas in Ecclesia, &* num 5.

4 *Thesaurario maiori subsunt alij Thesaurarij minores, quales sunt sacrista, & custos, qui nominantur ad nutum ipsius.*

5 *Thesaurarius cœpit consuetudine, aut statuto cathedralium dici Dignitas, tertia in cathedralibus.*

6 *Thesaurarius debet vt Dignitas residere in cathedrali, aut collegiata, non obstante consuetudine contraria.*

7 *Sacrista Thesaurarius maior sidet inter Dignitates ante canonicos, sed in quo loco, &* n 8.

8 *Thesaurarius, Sacrista, vt Dignitas potest deputari ex Trid. index delegatus, & etiam conseruator.*

9 *Dignitas potest induci ex consuetudine in cathedralibus &* n. 12.

10 *Thesaurarius maior, qui vocatur Sacrista, sic vocatur ad differentiam Sacrista, & Thesaurarij mineris, qui solent in quibuslibet cathedralibus, & collegiatis inseruire,* num. 11.

11 *Mota Taurina Ecclesia S. Martini, annexa antiquiori S. Maria de castellanos, erecta fuis loco fratrum Theutonicorum, antea ordinis de pruucia cum septem capellanis, & alsit duobus, vocatus vnus Sacrista maior, alter Sacrista miner, qui prouidentur in concursu, vt* n. 12.

13 *Sacrista Dignitas dici potest, & si potius nuncupetur appellatione Thesaurarij.*

14 *Sacrista, & Thesaurarius à vi nominis ad eundem effectum sunt constitati in Ecclesiis* n. 16.

15 *Sacrista in cathedralibus videtur introductus, quasi coadiutor Ostiarij.*

16 *Sacrista proprium munus quale sit efficium, & munus circa custodiam Thesauri, & vestimentorum.*

18 *Thesaurarius maior, non ex eo quod Dignitas sit eleuata, desinit habere curam earum Ecclesia rerum, sed cum nonnulla differentia, ac Sacrista, vt* n. 19.

19 *Sacrista, & custos solent nominari à Thesaurario, Dignitate eius expensis, aut à capitulo.*

20 *Sacrista num hodie in ordine ad custodem dicatur proprie maior, & qua differentia inter custodiam vtrorumque* à n. 21.

21 *Custodis munus circa vtensilia minora Ecclesia est, & qua.*

Sacrista circa alia maiora, & n. 22.

23 *Sacrista tenetur reddere rationem Thesaurario maiori de rebus saa castodia* n. 24. & 25.

24 Cap. 3. de officio Archidiaconi, & num. 25. & 26.

25 *Cimelia dicuntur ornamentorum Ecclesia custodia.*

26 *Archidiaconus ad custodiam ornamentorum Ecclesia qualiter sit obligatus preter Sacristam, & custodem, & qua differentia* n. 27.

27 *Sacrista. Thesaurarius, & custos sunt ministri inferiores Archidiacono, etiam quoad custodienda vasa, & ornamenta Ecclesia, & minores in Dignitate, vt* num. 28.

AD primam quæstionis partem, quia ex com- 1
muni vsu loquendi, solet dici, quod vnus sit in cathedralibus Sacrista vocatus maior, qui dicitur Thesaurarius; eo quod iam per consuetudinem sibi nomen Thesaurarij absolutè appropriauit præcedens canonicis suæ cathedralis, & inter Dignitates eiusdem connumeratus, qui & etiam *Sacrista* in nonnullis cathedralibus forte contingat nominari, quod non video in cathedralibus Hispaniæ

Hiſpaniæ receptum;eo quod talis Dignitas The-
ſauraria nuncupetur vulgò *el Theſorero*,talis ca-
2 thedralis,† Ideo ſuppoſita hac diſtinctione,aduer-
tendum duxi Theſaurarium Dignitatem, vel per-
ſonatum habere,quia in choro,conſeſſu,comitiis,
& ſuffragiis ferendis gradum,& locum honorifi-
cum habet,iuxta quæ latè de illo ſcribit Sebaſtian.
Cæſar,*de Eccleſiaſtica Hierarchia q.2.proœmial.
à n.4* imo Abbas *in cap.de multa de præbend. n.
23.*verſ.*ſecus* ibi Quinta Dueñas *n.89.circa me-
dium*,Rota Pamphilonen.Theſaurariæ.23.Ianua-
rij 1617.coram R.D.Coccino Decano , Buratus,
3 *deciſ.473.à n.5.* † probantes late Theſaurariam
4 eſſe Dignitatem.† Referunt Theſaurarium inter
Dignitates,cui,vt iam in Rub.dixi ſubſunt hodie
Theſaurarij dicti minores in cathedralibus,quales
ſunt Sacriſta,& cuſtos nullam habentes Dignita-
tem,ſeu beneficium Eccleſiaſticum,cum ad nutum
Theſaurarij maioris ponantur.quibus prouidet de
ſalario competenti iuxta vſum ibi adductum vni-
uerſalem Eccleſiarum cathedralium , & collegia-
tarum.

5 Vnde fit,vt ex conſuetudine, aut fere omnium
Eccleſiarum cathedralium ſtatutis cœperit The-
ſaurarius inter Dignitates cathedralium referri ,
Barboſ.*hic n.fin.*idem *de Dignit.d.c.8.n.5.de iure
eccleſ.d.c.27.p.1.eod.n.5.*& præter relatos Mach.
*d lib.4.p.4.in ſuo perfecto confeſ.tract.6.docum.2.
n. 2.*latè Rota in Taurinenſ.Theſaurariæ 15.Mai
1620.coram bonæ memoriæ Burato , inter eiuſ-
dem impreſſas *dict.deciſ.473.ex dict.n.5.*Vbi ali-
qua ponderata fuerunt,ex quibus probari viſum
fuerit Theſaurariam eſſe Dignitatem. *Primo* ex
collationibus,tam Apoſtolica quàm ordinaria au-
thoritate factis,de illa,tamquam tertia Dignitas ,
Secundo ex declaratione capituli viſione Bullæ
electionis Theſaurariæ,& aliis iuribus in protho-
colis capituli exiſtentibus , ex quibus conſtat
Theſaurarium eſſe tertiam Dignitatem poſt Pon-
tificalem.Deinde ex pluribus actibus,& functio-
nibus capitularibus factis videlicet conuocatione
capituli in abſentia obtinentium maiores Dignita-
tes,& ex aliis quidem reputationibus ponderatis
à Rota *deciſ.518.n.3.p.1.*diuerſ & *n. 2.* vt refert
Barboſa *de iure Eccleſ.dicto c.27.n.6.& de Dig-
nit.dict.c.8.eodem* , *n.* & magis in ſpecie eadem
Rota *deciſ.29 p.2 recent.*

6 Vnde Theſaurarius cathedralis dicendum eſt ,
quod licet nullos fructus habeat tenetur ex Con-
cilio *ſeſſ.24.cap.12.de reformat.* ad reſidentiam ,
quia illa conſuetudo non reſidendi , quæ valet de
iure communi,cum nulli ſunt fructus, ſublata eſt
à concilio in Dignitatibus,canonicatibus, & cu-
ratis,vt referunt deciſum à ſacra Congreg.conci-
lij Nicolaus Garcia *de benef.p.3.cap. 2. n. 198.*
Barboſa *in collect.deciſ.703.n.fin.*idem *in Bulla-
rio* verbo *Theſaurarius*, etiam *n.fin.*& facit idem
Trid.in verſ.*aut conſuetudinis*,ex quidem Garcia
*ſupra n.197.*Sanctarel.*variar.reſolut.q.4. n. 33.*
cum Barboſa *in paſtorali 3. p. alleg. 53. n. 115.*
idem Barboſa *in dict.cap.12.Trid.n.60.& 61.*Ar-
mendarez *in addit.ad leges Nauarra lib. 2. tit.
23.de reſidentia in Rubrica,an canonici, vel alij
habentes Dignitatem teneantur reſidere in ſuis
Eccleſiis n.20* dicentes,vt nec immemorialis excu-
ſet à reſidentia in cathedralibus,& collegiatis in-
ſignibus.

7 Et quia Hoſtienſis *in ſumma hoc tit.& de pœ-
nit.& remiſſion.lib.5. n. 27.* Enumerant Sacri-
ſtam,& Theſaurarium inter Dignitates ante ca-
nonicos,& Boteus *de ſynodo 3 p n.26.*poſuit Sa-
criſtam in loco ſeptimo poſt Primicerium , &
ante canonicos, † Et ſic Michaël Ferrus *dict* 8
quaſt.48.ſub n.2.in fine& Moneta *de conſecrat.
iudic.cap.5 n.94.& à n.100.* dixerunt, conſuetu-
dine attenta.prædictos *Sacriſta*, & *Theſaurarius*
deputari iudices delegatos poſſe iuxta textum , *in
cap.Statutum de reſcriptis lib.6.*& etiam conſer-
uatores,ſi dignitas ſita fuerit in cathedralibus , &
collegiatis,*ex cap.fin.de officio deleg. lib.6.* non
enim aliis perſonis,quàm ipſis Dignitatibus , ſiue
canonicis prædictæ iudicaturæ aſſignantur , † 9
Etenim vt iam *in cap.1.& in Rub.de Primicerio*,
dictum eſt,patet quidem,vt conſuetudo ſit potens
ad inducendam Dignitatem in cathedralibus, Mi-
chaël Ferrus *de præced.q.5.n.4.*Moneta *de conſer-
uat.Iudicum dict.cap. 5.n.84.*Boërius *deciſ. 286,
n.7.*idem Moneta *n.101.in fine*,Caſan. *in catha-
logo 4.p.conſider.42.*cum Oldrado *conſ.64. num.
7.* Grammaticus *deciſ. 64. num. 7.* Alex. *dicto
conſ.77.num.5.*ſicut hodie de Primicerio,& can-
tore multis etiam probat Michaël Ferrus *de præ-
ced.q.30.ſub n.3.*vt late dixi in *cap.vnico ſupra de
Primicerio.*

Et ſic poſſumus dicere in cathedralibus,& col- 1
legiatis Theſaurarium bene vocari *Sacriſtam* , &
è contra Sacriſtam *Theſaurarium* , nempe ma-
iorem ad differentiam Sacriſtæ , & Theſaurarij
minoris,qui ſolent in quibuſlibet cathedralibus ,
& collegiatis inſeruire, † Et ſic in quadam ſpe- 11
ciali Bulla,Pauli IV.expedita in fauorem D.Con-
ſtantini del Caſtillo Clitonchenſ. quondam com-
mendatorem mei loci *Mota*, ſcilicet Parochialis
S. Mariæ de Caſtellanos 27. Nouemb. anno
1556. quæ ſolebat eſſe commenda ab anti-
quo antea ordinis *de Pruncia* Theothonico-
rum religioſorum Alemaniæ,quibus extinctis in
eo loci Diœceſis Zamorenſ.prope ciuitatem Tau-
rinam, ipſe tunc Conſtantinus commendator ex
bonis & fundis applicatis ipſi commendæ, & ex
alia annexione per Pontificem de vno beneficio
ex tribus alterius Parochialis matricis nominatæ
S.Saluatoris quæ ſpectat ad Epiſcopum Palenti-
num,eo quod illa villa ſit mixtura duorum illo-
rum Epiſcopatuum cum facultate , vt quilibet ex
Parochianis poſſit de vna Parochia ad aliam quo-
tannis tranſitum facere , in die ſcilicet Octauæ
Paſchæ Reſurrectionis cum integra ſua familia ,
ſub quodam ſigno pulſandi duplici ictu campa-
nam Eccleſiæ,à qua deſinit eſſe Parœcianus ma-
nifeſtando ſe Parocho , dum veſpere illius diei
cantantur,& non ante conſtruxit Eccleſiam in-
tra illum oppidum,ſumptuoſam quidem,quæ fuiſ-
ſet annexa iam dictæ S.Mariæ,vbi in loco Theo-
tonicorum Religioſorum inſeruirent ſeptem ca-
pellani,ex quibus quotannis vnus eligeretur ſorte
de illis,qui vocatur pro illo anno *Capellanus ma-
ior*;item & duos alios nuncupatos,vnus *Sacriſta
maior* , qui quodammodo reſpectu alterius , eſt
vt Dignitas,quæ tangit antiquiori capellano per-
petuo,dum viuit. Alter quidem *Sacriſta minor*,† 12
Et ambo cum examine,collatione, & nominatio-
ne cæterorum capellanorum, qui per affixos edi-
ctos, dum vacat aliqua ex dictis capellaniis , pri-
mo vacant Parochianos, aut filios Parochiano-
rum in ętate 24.annorum , qui prius à tribus an-
nis expletis fuerunt Parochiani , & actu ſint
tales,& Deinde alios ex aliquibus locis illius ter-
ritorij vulgo loci *de Tordeſillas* , aut vallis *du
Torre* , in quomodo diſponendi notandum duxi
Pontificem

Pontificem in dicta Bulla expedita anno 1560. & D.Constantinum oratorem vsos fuisse voce nempe illa, *Sacrista maior*, & *Sacrista minor*, quasi iam tunc in Ecclesia vniuersali vox hæc; item, & illa *Thesaurarij*, diuideretur in maiorem, & minorem.

13 Vnde inferendo ad secuodam partem difficultatis, an sicut hodie Thesaurarius dicitur Dignitas in cathedralibus, & similiter de Sacrista dici debeat, ex dictis patet dici; etsi geores potius vtantur nomine Thesaurarij, & sic scripserunt non solùm de officio, verum, & de Dignitate Sacristæ Sebastiao. Cæsar *in relect. de Eccles. Hierarchia dict. quæst. 2. proœm. §. 5. ex n.* 2. Galganetus *de iure publico lib. 3. tit.* 33. Cardinal. Tuscus, *litt. D. conclus.* 419. *n.* 24. Azor, *instit. mor. p. 2. lib. 3. cap. 16. q.* 4. & 5. Fr. Hieronym. Roman. de Republica Christiaoa *lib. 3. cap. 9.* notat *hic* Barbosa *n. 2.* & dixit Gregor. Lopez *in l. 6. tit. 6. p. 1.*

14 Et comprobatur quia idem quod consuetudines Ecclesiarum, siue statuta quoad Thesaurarios introducere potuerunt, & quidem etiam quoad sacristas cathedralium, eo quod à vi nominis in substantia hæ duæ voces noo distant: nam quemadmodum Thesaurarius à Thesauro Ecclesiæ custodiendo appellatur per D.Isydorum *in cap. per lectis in fine dist.* 25. ibi: *ad Thesaurarium vasiliarum, & ostiarij ordinatio incensi præparatio, cura chrismatis conficiendi, cura Baptisterij ordinandi, præparatio luminariorum in sacrario, &*

15 *in sacrificiis.* † Viderique in Ecclesia iotroductus, tamquam coadiutor ostiarij, qui ordinem Ecclesiasticum habet & munus eius est claudere, & aperire ianuas, ac fores Ecclesię (vt iam *supra* dixi de munere ordinis ostiarij in loco, mora sub præ-

16 misso oostri textus) † ita etiam, & Sacrista cuius muneris est ex littera textus nostri relata *supra* in principio nostræ Rubricæ, custodiam sacrorum vasorum habere, vestimentorum Ecclesiasticorum, seu totius Thesauri Ecclesiastici (qui magis in vasis sacris, & instrumentis Ecclesiasticis, quàm in pecunia numerata consistit) nec non luminariorum, vt ex communi DD. præter ordinarios, expendit Andreas Valens. *in Rub. hic n. 3.* vbi firmans ex nostro textu, & ex *dicto c. perlectis*, Sacristam, nudum habere officium absque vlla iurisdictione, aut præeminentia ex Rota *tit. de præb.*

17 *decis. 9.* alias 153. in nouis, † addit vt possit eidem per coosuetudinem, vel priuilegium attributa iurisdictione, accedere Dignitas ex dicta dec. Rotæ, idque ostendi in delegationibus Pootificiis Thesaurariorum Turonen. *in cap. ex tenore* 11. *infra de foro compend.* Linconensis *in cap significasti* 18. *de conuersione coniugatorum*, & Niuernensis *in c. cum olim de officio, & potest. iudicis delegati.* & patebit ex aliis referendis circa deoominationem Sacristæ, & Thesaurarij *q. 2.*

18 Ad tertiam quæstionis partem, an sicut iam nominantur Thesaurarius quidem maior ex inde inferatur ad alium Thesaurarium mioorem, , qui propriè, & in suo origine sit Sacrista, sicut de nostro titulo solet cantari? Io quo dubio ex dictis *in Rub. hic & in textu*, nostro colligendum est, quod etsi consuetudine, priuilegione in cathedralibus Thesaurarij officium, atque sacristæ eleuatum sit ad Digoitatem, ex aliis canonicis superiorem (vt diximus) non inde fieri, quod talis dignitas desinat habere curam earum rerum, quæ sub littera textus ostri, & *dict. cap. perlectis conti-*

nentur. † sed cum eo tamen temperamento, vt ne 19 deficiant in cathedralibus custodes rerum sacrarum, vestium, atque vasorum, maioris Thesaurarij expensis nominaotur, ant per eum, aut per capitulum, expensis mensæ capitularis, aut fabricæ, sub cautione legitima, alij duo, vnus dictus propriè sacrista iuxta proprietatem tituli nostri, alius ei inferior, qui, & custos aliorum supellectilium, & vtensilium de quibus sacristæ præstant rationem, & ambo illi, aut Thesaurario, aut ipsi capitulo iuxta morem cuiusque cathedralis, cum in Ecclesia Austuricensi (Dignitas io ea Ecclesia) cuius curæ incumbit ex redditibus suæ Dignitatis luminaria io cera, atque oleo impendere; & sic in aliis cathedralibus; in Vallisoletant cathedrali nihil horũ curæ Thesaurarij maioris vidi, sed à capitulo nominari sacristã, cui sub cautione tradit omnia argentea, & ornamenta Ecclesiæ per inuentarium cum obligatione reddeodi rationem iuxta eiusdem inueotarij tenorem, qui & eligit sibi alium sacristam minorem, hoc est custodem, per quam mioistrantur alia inferiora iuxta munia, quæ custodis officio competunt io tit. sequenti, de quorum differentia repeto *hic in vers. sequensi.*

Ad quartam quæstionis partem, an hodie Sa- 20 crista de quo titulus de officio sacristæ propriè sacrista maior in ordine ad custodem esset, & custos in ordine ad illum, sacrista minor ad inferiora Ecclesiæ officia destinatur. Igitur quia constat ex tit. sequenti, & in Rub. *ibidem*, vbi Panormit. Andreas Valensis, & alij DD. vt custos sit quasi Minister sacristæ, & eidem addictus, vt *ibi* docet Anton. de Butrio ex dicta glossa, quam, & sequuntur Petr, Gregor. *dict. lib.* 15. *syntagm. cap.* 39 *n.* 7. *& partitionum iuris canon. lib. 2. tit. 9. cap. 5. n.* 10. Barbosa *de canonic. dicto cap.* 8. *n. 9. & de iure Eccles. p. 2. dict. cap. 27. eodem num.* ideo dicendum est; quod etsi Sacristæ principaliter (item & custodi, vt illius Ministro) incumbant seruare, ac custodire vtensilia Ecclesiæ. ex *cap. vnica hic, & ex cap. 1. de officio custodis.* † 21 Tamen ad munus custodis spectant alia quidem minora præparanda per ipsum, ad quæ oon adstringitur Sacrista; etsi eius curæ sit mandare custodi, qualem diligentiam debeat adhibere in omnibus illis præstandis, inter quæ sunt vt signa dare ad horas canonicas recitandas per Tintinnabuli pulsationem, & luminaria Ecclesiæ accendere, & ignem vigilanter custodire, ne extinguantur, vt habetur *in dicto cap. 1. ibi.*

Item vinum, hostias, incensum, & alia ad alta- 22 ris sacrificium necessaria præparata habere, ac denique, & alia Iussu Archidiaconi inter pauperes distribuere, vt habetur *ibi in dicto cap.* 2. quæ omnia sacristæ, seu Thesaurarij officio de iure antiquo non competere: prosequuntur Azor *instit. moral. p. 2. dict. lib. 3. cap. 16. q.* 7. Cardinalis Tuscbus *littera D. conclus.* 419. *n.* 24. Galganetus *de iure publico lib. 3. tit.* 33. Barbosa *de Dignit. dicto c. 8. n.* 10. idem *de iure Eccles. dicto c. 27. n.* 10.

Ad vltimam quæstionis partem, an Sacrista 23 habeat commune cum Archidiacono cathedralis seruare, & custodire vasa sacra Ecclesiæ, seu sit inter illos aliqua differentia; sic vt nec vnus pro alio vsurpetur. † facit dubiom textus *in cap.* 24 *ea qua de officio Archid.* per quem dictum est *ibi sub cap. 1.* vt vasorum Ecclesiæ, aliaue similia sint arctius sub illius custodia; & cum ex textu

nostro appareat eandem custodiam spectare ad sacristam, dubium quidem est, qualiter vterque teneatur. Et maius dubium; si consideretur, quod praxis cathedralium obseruat, vt hic, dictum sacristam teneri rationem de tali custodia teddere Thesaurario, & sacristæ maiori, vel Decano, & capitulo, & ex nostro textu in primis verbis ibi, *vt sciat se sacrista subiectum esse Archidiacono &c.*

25 Sed respondet glossa *ibi* in verb. *cimelia*, quod custodia vasorum potius pertinet ad custodem, siue Thesauratium, & vbi non sit Thesaurarius, hoc
26 forte pertineat ad Archidiaconum.† Tamen quia verba illius textus declarant expressè prædictam vasorum curam arctius spectare ad Archidiaconum, qui præest Diaconis, aliisque Acolytis, & curat etiam de aliis pluribus, gaudetque in illos plurima authoritate, vt *ibi* dictum est & ex nostro textu illi etiam subiiceant, in officio eiusdem Custodiæ Sacrista, & Thesaurarius; ideo dicendum est Archidiaconum quidem præsidere Sacristæ; etiam in eodem officio de iure, item Thesaurario, & Custodi, quibus iuxta illud incumbit prædicta cura vasorum Ecclesiæ, vt iam hic dictum est. Et sic attento, eodem iure communi, & si custos sit Sacristæ, velut Minister; ambo tamen curant de custodia vasorum Ecclesiæ, tamquam Archidiacono subiecti, cuius est arctior cura in eis custodiendis in tantum vt reatu adstringatur, si quid deperiit, vel negligentia, vel cuiusquam fraude, vt declarat *ibi* Pontifex.

27 Quare optime Abbas, Barbosa *ibi*, Sebastianus Cæsar *de hierarchia Ecclesiastica q. 3. proœm. §. 5. n. 3* Michael Ferr. *de præcedentia q. 48. sub n. 1.* dixerunt Archidiacono talem curam incumbere, & etiam Sacristæ, sed sub illo, tanquam vice gerenti, quia subetat Archidiacono, cumque, & lampadum cura, etiam ad custodem pertineat pro vt ad Sacristam, secundum locorum consuetudines. Et hæc nomina, item & Thesaurij promissiuè solèant accipi, eueniet quidem Archidiaconum principaliorem esse de iure in vasorum Ecclesiæ custodia, cæteri sacrista Thesaurarius, & custos, vt ministri inferiores ei, qui nullã Dignitatem, præter
28 nudum, & simplex de iure habeant officium.† Imò & debemus dicere; quod licet iam sacrista, & Thesaurarius maior in cathedralibus sit Dignitas: tamen semper inferior Archidiacono, vt patet ex dictis in toto illo titulo, etsi contingat, vt iam isti cõsuetudine, priuilegiis, aut statutis specialibus non sint obnoxij reddere rationem prædicto Archidiacono de custodia vasorum Ecclesiæ, quia tunc alia de causa deficit iuris communis dispositio, & si non ratio.

QVÆST. II.

An Sacrista, Thesaurarius, & custos ex vi nominis cuiusque denominentur ab eadem causa ad eundem finem? Et an cimiliarcha, cimiliarchium, ciminile, seu ciminilia, vel cimelia habeant aliquam similitudinem cum prædictis nominibus. Et quid sibi velit ciminarcha, & Sacellarius quoad Ecclesiastica? Et quæ differentia in vsu practico sit inter Thesaurarium, & sacristam? Et an custos Ecclesiasticarum rerum possit habere Dignitatem in cathedralibus?

SVMMARIVM.

1 *Sacrista dicitur à rerum sacrarum custodia, & nomine, quasi sacris stans.* n. 1.

2 *Sacrarium dicitur, in quo res sacræ asseruantur, ac reponuntur.*

3 *Cantor non cogitur seruire sacristæ officium.*

4 *Sacrista nihil exigere debet pro benedictione sponsi, & sponsæ.*

5 *Sacrista, & Prefectus Ecclesiarum cogi possunt ad non permittendam celebrationem in Ecclesia, nisi exhibita ordinarij licentia.*

5 *Sacristæ maioris Ecclesiæ sanctissimæ Annunciatæ, licet benedicere cineres, candelas, Palmas, & distribuere etiam, si non sit celebraturus.*

7 *Sacristæ Palatij Apostolici consueuit officium committi.*

8 *Sacristanatum in Parochiali erectum est vna cum vnione simplicis beneficij vt deseruiatur in Ecclesia*

9 *Thesaurarius appellatur à Thesauro Ecclesiæ custodiendo, qui in Ecclesia introductus videtur, tamquam Hostiarij coadiutor*, numer. 10.

10 *Hostiarius vocatur etiam Sacrista, & quæ istis incumbant custodienda, & ministranda intra Ecclesiam.*

11 *Thesaurarius res pretiosas custodit Ecclesiæ.*

12 *Sacrista, & Thesaurarius in aliquibus partibus ex vsu idem sunt, in aliis diuersimode.*

13 *Custos est coadiutor Sacristæ, & Thesaurarij constitutus, vt pulset tintinnabula, aliaque inferiora exerceat Ecclesiæ officia, &* n. 22.

14 *Thesaurarius Papæ dicitur circa res Cameræ.*

15 *Cimeliarcha dicitur à Iustiniano rerum pretiosarum asseruator, seu custos, & alio nomine Thesaurarius, aut Sacrista, seu œconomus.*

16 *Cimeliarchium, ciminile, seu ciminalia vocantur locus, in quo asseruantur res, quas debeat custodire Thesaurarius, & custos.*

17 *Cimelia intelliguntur omnia vasa Ecclesiæ.*

18 *Sacellarius fuit Ostiarij coadiutor, cui successit in cathedrali Thesaurarius*, num. 19.

19 *Sacellarius vocabatur à paruo nimirum sacco, quem ferebat secum, vel habebat ad pecunias Ecclesiæ in eo reponendas, Græco nomine Thesaurarius.*

20 *Ciminiarcha Metropolis Neapolis, dum assistit sine canonicis processionibus, & celebrationibus, potest baculum ornatum in manibus, in signum superioritatis deferre.*

21 *Custos in Ecclesia cathedrali, non est Dignitas, sed tantum officium, nisi consuetudine vsurpetur pro Thesaurario, & sacrista maiori, vt* n. 22.

23 *Custodes*

23 Custodes cathedralium, num præcedant aliis, recurritur ad consuetudinem.

1 PRo doctrina harum duarum Rubricarum,
& titulorum, suppositis quæ dixi in Rub.
hoc tit.item & *q.* 1. oportet à vi nominis inne-
ctere similitudinem, quam inter se promissiuè ad-
mittunt omnia prædicta, quæ pro diuersitate vsus
Ecclesiarum habet se explicare; igitur quod Sa-
crista dicitur à rerum sacrarum custodia, quasi sa-
2 cris stans, † & idem sit qui sacratius, nam vt lo-
cus, in quo res sacræ reponuntur, & asseruantur
dicitur sacrarium, *l.sacra § sacrarium*, vbi DD. *ff.
de rerum diuis*. sic & qui rebus sacris præficitur,
vocetur sacrista, docent communiter Doctores,
per textum nostrum, & Andreas Valensis *in Rub.
hic n.*1. & sic Antonius Fabricius *in praxi bene-
fic.tit.de beneficiis cum Dignit.n.* 59. Barbosa *de
canon.cap.*8.*n.*10. idem *de iure Eccles.eodem n. c.*
27. firmant, vt sacrista dictus sit à rerum sacratum
nomine.

3. De quo dicendum est iuxta titulum nostrum,
quod Sacristæ munus per simplices sacerdotes
Ecclesiæ solitum exerceri non cogitur suscipere
cantor, qui sit vna ex Dignitatibus Ecclesiæ, vt ex
sacra Congreg.Rit.in Adrion. 2. Martij 1602. de-
claratum est, vt referunt Sellius *in select.can.c.*37.
*n.*8. Barbosa *collect.decis.*660. verbo *sacrista n.* 3.
4 *& in Bullario eodem verbo n.*2. † De quo Sellius
*n.*9. idem Barbosa *n.*4. *collect.& Bull.n.*1. firmant
à Sacra Congreg.Rit.declaratum in vna Nitore-
nen. 25. Februarij 1606. vt nihil exigere debeat
5 pro benedictione sponsi, & sponsæ. † Et quod sa-
cristæ, seu Præfecti Ecclesiarum regolarium ad-
stringi possunt ad non permittendam celebratio-
nem in eis nisi exhibita ordinarij licentia, dicit
declaratum à Sacra Congreg.Concilij in Neapo-
litana 17. Augusti 1630. Bonfadin. in Thesauro
Eccles. *decis.resol.*32.*n.*1. idem Barbosa *in dict.
collect n.*2. vbi & *in dicto Bullario* alia congerit,
6 vbi *n.*5. *&* 3. Sellius *in dicto cap.*37.*n.* 10. † ad-
dunt quod licet Sacristæ maiori, Ecclesiæ san-
ctissimæ Anunciatæ ciuitatis Caietæ, iuxta anti-
quam consuetudinem benedicere cineres, cande-
las, Palmas, illasque distribuere, etiam si missam
non sit ipse celebraturus, vt declarauit Sacra Con-
greg.Rituum in Caietana 23. Februarij 1619. Quæ
addes ad ea, quæ dixi *de officio Parochi sub tit. de
officio Archipresbyteri.*

7 Et præterquam quod Sacristæ Palatij Apostoli-
ci consueuit officium ab immemoriali tempore
citra alicui ex fratribus Eremitarum S. Augustini,
deinceps committi Alex VI. in sua constit. V. in-
cipit *ad sacram* de anno 1497. apud Laertium
Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 394. irritans com-
8 missiones aliter fundatas. † Dico à Sacra Con-
greg.Concilij in Spoletana 21. Iunij 1629 cuius
meminerc Bosadin. *in Thesauro Eccles.decis. dict.
res.*32.*n.*5. Barbosa *dict.collect.*660.*n.fin.in Bul-
lario* verb. *sacrista n.fin.* vt sacristanatum in Paro-
chiali erectum vna cum vnione simplicis benefi-
cij pro vno clerico, qui in Diuinis officiis, & cura
exercenda, ac aliis officiis adiuuare teneretur, pos-
sit deseruire per substitutum, fructusque eidem
deberi.

9 Thesaurarius namque cum à Thesauro Ec-
clesiæ custodiendo appelletur, vt per Isydorum
iam dixi ex verb. textus *in cap. perlectis sub q.*
1. *dist.*25. vers. *ad Thesaurarium*, qui in Ecclesia
introductus videtur tamquam coadiutor ostiarij,
qui ordinem quidem Ecclesiasticum habet, cuius
munus sit claudere, & aperire ianuas, ac fores Ec-
clesiæ iuxta quæ dixi *in cap.*2. *de offic. Archid.q.*2.
vers. *Ostiarij*, & vers. *sed quia Ostiarij*, Et quod
officium Ostiarij exerceat sacrista Ecclesiæ; eo
quod isti, sicut ille incumbat etiam præter dicta
omnia, quæ sunt intus, & extra custodire, fideles
recipere, & infideles, ac excommunicatos expelle-
re, vt ibi multis probaui. † Ideo quidem ostia- 10
rius vocetur etiam Sacrista, cui cura commit-
tatur ex textu nostro sacrorum vasorum, &
Thesauri Ecclesiæ; indeque etiam ad eius offi-
cium spectet Basilicarum ordinatio, vel ordi-
natio, & incensi præparatio, cura chrismatis
conficiendi, ac Baptisterij ordinandi, præparatio
luminorum, id est ceræ, & olei, & pro ipsis lumi-
naribus, & huiusmodi, vt dixi *quæst.*1. præceden-
ti, & loquens de Thesaurario, & custode,
ac ostiario à Sacrista, admittit Barbosa iterum
*de offic. Eccles.lib.*1.*cap.* 38. *de Acolytis. n.* 29.
& 30.

Quod quidem de iure per nostrum textum, & 11
ex communi DD. verum est, vt dixi *dict.q.*1. & si
debeamus admittere forsam diuersimode accipi
sacristas, & Thesaurarios, qui non exerceant ea,
quæ ad ipsos spectare docuit D. Isydorus *in di-
cto cap perlectis*, sed potius sacristæ, quorum illa
sunt propria, vt constat ex cæremon. Episcopor.
*lib.*1.*cap.*6. vbi latius sacristarum officium descri-
bitur, & quod Thesaurarij thesauros Ecclesiæ
res pretiosas magni valoris, & fortassis pecunias,
& oblationes eius obseruent, vt dixit Archi-
diaconus *in dicto cap. perlectis num.* 2. ibi
*Thesaures enim Ecclesiæ, non est eorum cu-
stodire, sed Thesaurarij.* † Michaël Ferrus *de præ- 12
ced.q.*48. *sub n.*1. *in fine*, vbi concludit attenden-
dum, quod vsus disponit: nam in quibusdam par-
tibus vniformiter, & coniunctim Sacristæ, &
Thesaurarij; in aliis autem diuersimode, & separati
fortassis, assumantur.

Custos, vere, supposita distinctione, quam ad- 13
duximus in Rub: & *in quæst.*1. textus nostri, quia
Coadiutor est sacristæ propter eandem rationem,
& coadiutor Thesaurarij sit dicendus etiam Archi-
diacono subiectus destinatus ad custodiam vaso-
rum, aliorumve, sicut sacrista, & Thesaurarius, &
in super, vt *dict.q.*1. dictum est, cura in pulsandis
Tintinnabulis & in Palliis, & linteaminibus Ec-
clesiæ, & lampadibus accendendis, omnia iubente
Archidiacono, cui subditi esse debent, & cum aliis
relatis, quæ refert Pontifex *in c.*1. *&* 2. *eod. tit. de
officio custod.* ac tractant Doctores *ibi*, qui cuncta,
& vtensilia Ecclesiæ indesinenter debet custodire.
Quare cum dicta nomina promissiuè vsu gentium
sumantur, dixit bene Andreas Valensis *in Rub.de
officio custodis* in fine vers. *cæterum* non esse mag-
nam vim faciendum in hoc, vel nominibus ante
dictis *Sacrista*, scilicet, & *Thesaurarij*, de iure sta-
tutis, sed omnia referri debere ad consuetudines
Ecclesiarum pro quarum diuersitate nomina ista
variantur, & pariter eorum officia Conducit ex
aliis Michaël Ferrus, *dict. q.* 48. *de præced. sub
dicto n.*1. *in medio*, dum dicit, quod quamuis
Lampadum cura pertineat etiam ad custodem,
provt ad Sacristam, hoc tamen fit secundùm
locorum consuetudines, ipsum videbis cum
Barbosa, Hostiensi, & Sebastian. Cæsar, *q.* 20.
n. 1.

Alia de Thesaurario Papæ congerunt, ac de eius 14
officio circa res cameræ Apost. ex Bullis Pij IV.

const. 83. Calixti III. Const. I. Sixti V. Const. 10. quas adducit Cherub. *tom. 1. Bull. pag. 309. tom. 2. pag. 113. & pag. 640.* Barbosa *in Bullario* verb. *Thesaurarius*, idem *collect. decis. 763. eodem verbo.*

15 Ad secundam quæstionis partem de *cimeliarcha*, &c. breuiter dico, quod nomen *cimeliarcha*, à Iustiniano dicitur, *in l. vlt. §. Cod. de authoritate indicis possid.* ideſt rerum prætiosarum asseruator, seu custos, quemadmodum præter ordinarios *ibi* docent Petrus Gregor. *syntagm. iuris lib. 15. cap. 39 n. 3.* Barbosa *de canonic. cap. 39. n. 3.* Barbosa *de canonic. cap. 8. n. 3.* idem *de iure Eccl. cap. 27. eodem n. 3.* & Michaël Ferrus *dict. quæst. 48.* loquens de Custodibus, & Sacristis, dicit *sub dict. n. 1.* quod vocantur alio nomine Thesaurarij *cimeliarcha*. Nam vt dicit Andreas Valensis, *in Rub. de officio sacristæ n. 2.* Sacristam, quam in Ecclesiis quibusdam *Thesaurarium* vocant, aliter *Cimeliarcham*, dici, & vtriusque videri idem munus, atque officium, & Ægidius Bellamera *in cap. 3. de offic. Archid.* circa finem in glossa *ibi verbo Apostolicos* exponit nomen *Simi'iarcha*, id est sacristam, vel Thesaurarium custodientem, quæ in Ecclesia deponuntur, ex *dict. l. fin. Cod. de bonis auth rit. iud. possid.* vbi *viros idoneos, œconomos* vel *cimiliarchas*, glossa Margin. *in dict. c. 3. de officio Archipresb.* exponit, ex *aitl. l. fin.*

16 Item quod locus, in quo asseruantur res, quas custodire debent Sacrista, Thesaurarius, & custos, vocatur *cimiliarchium, in dict. l. vlt. §. vlt.* & *cimnile*, seu *ciminilia* à nostris summis Pōtificibus, *vt in cap. cum inter de verb. signific. in dict. cap. ea qua 3. dist. tit. de offic. Archid. & in dicto cap. perlectis 1. in fine dist. 25.* Petr. Gregor. *dict. lib. 15. c. 39 syntagm. n. 3.* Barbosa *d. l. c. 8. de canon. dict. n. 3. in fi-*

17 *ne*, idem *de offic. Eccles. dict. c. 27. dict. n. 3.* † Et *cimelia*, de quibus loquitur expressè Pontifex *in d. c. 3. de offic. Archid* in vers. *vel ea quæ de diuersis Ecclesiis (cimelia) sunt collecta*, vt DD. *ibi* per glossam verbo *cimelia* intelligantur quidem omnia vasa Ecclesiæ, & sic iudicant verba textus, quibus vtitur S. Gregor. *lib. 10. epist. 42.* ex octaua Synodo *in cap. Apostolos. ibi: vel vicumque alienare cimelia, & vasa sacra, excepta causa &c.*

18 Et quod *Sacellarius* fuisse Ostiatij coadiutor ex temporali deputatione sacerdotis & sacellario in Ecclesia cathedrali successisse Thesaurarium, referunt Henriquez *in summa lib. 10. cap. 9. §. 2.* Barbosa *de canon. dicto cap. 8. n. 1. & 2.* dicentes in Ecclesia cathedrali Sacellario successisse Thesau-

19 rarium. † Et Azor, *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 16. q. 3* idem Barbosa *de iure Eccles. dict. cap. 27. p. 1. n. 2.* notant quod *Sacellarius* vocabatur à paruo nimirum facco, quem ferebat secum, vel habebat ad pecunias Ecclesiæ in eo reponendas, & asseruandas, Græco nomine *Thesaurarius*: quæ omnia nomina, vt simillima ad hanc Thesaurarij, Sacristæ & custodis tractationem pertinere, admodum pro vera intelligentia tituli de officio sacristæ, ac tituli de officio custodis, nemo erit, qui negare possit.

20 Ad tertiam quæstionis partem quid sibi velit *ciminiarchia*, & sacellarius, iam ex proximè dictis patet. Sed quia hic *ciminiarchia* videtur alias litteris inscribi; ideo placet hic referre, quod de nomine isto scribunt declaratum à sacra Congreg. Rit. in Neapolitan. 19. Ianuarij 1619. Bonfadin. *in thesauro Eccles. ref. 3. n. 19.* Barbosa *in collect. dec. 147.* & *in Bullario eodem verbo*, nempe vt cimiliarchia Metropoli Metropolitanæ, dum celebrationibus officiorum, processionibus &c. absque canonicis, interuenit, posset Baculum ornatum in manibus in signū superioritatis, & reginimis deferre. Ex qua declaratione iam videbis, quod licet iste non sit sacrista, nec Thesaurarius, habet ad minus officium cuiusdam superioritatis si canonici non incedant.

Ad quartam quæstionis partem, quæ differentia in vsu practico sit inter sacristam, & Thesaurarium, quia iam late patet ex dictis in Rub. & q. 1. ac in hac nostra q. 2. ideo nihil amplius de hoc dubio. 21

Ad vltimam quæstionis partem, an custos Ecclesiasticarum rerum in cathedralibus possit habere Dignitatem? Et quia de iure probatum est late sub *quæst. 1.* quod nec Sacrista, nec Thesaurarius sint Dignitas in Ecclesia, sed tantùm officium, & ex dictis in Rub. & hic pateat, custodem esse, quasi ministrum sacristæ; & sic ei inferiorem; sequitur, vt multo minus possit dici, quod custos sit Dignitas in cathedralibus. † Vnde ad præsens dubium respondendum est, quod si consuetudine vsurpatum sit nomen *custos* pro Thesaurario, siue Sacrista maiori, tunc quidem posse habere locum; quod appellatus *custos* in cathedralibus possit habere Dignitatem Ecclesiasticam iuxta distinctionem positam *dict. quæst. 1.* hic de Thesaurario, & custode. ita resoluit Michaël Ferro in terminis de custode *in tr. de praced. q. 1. n. 2.* vbi dicit, quod cōsuetudo inducit Dignitatem, vt iam ex *dicto n. 1.* dictum est, quare potuerunt de officio, & Dignitate custodis agere, Azor, *inst. p. 2. lib. 3. c. 16. q. 7.* & Galgonatus *de iure publico lib. 1. tit. 34.* apud nos Hispanos *tit. 6. l. 6 p. 1.* Seclusa tamen consuetudine, statuto, aut priuilegio, non sic cum obstat ius commune, Innocent. & cæteri *in dicto c. de multa de preb.* Moneta *de consecrat. indic. c. 5. n. 103.* 22 23

Indeque pro complemento existimo dicendum recurrendum esse ad eandem consuetudinem circa dubiū, num custodes præcedant aliis, meminerunt Boërius, seo Ioan. Montan. *in tr. de authorit. magni consilij n. 75.* interpretando custodem, idest ministrum Sacristæ, Barbosa *in c. 2. n. 5. de officiis*, vbi sic notauit, idem esse custodem, sacristam, & Thesaurarium, Michaël Ferrus *dicto n. 2.* vbi in fine ait eandem consuetudinem attendendam esse ad videndum quibus præferantur, alias enim custodem, & sacristæ ministrum, cæteris eiusdem sacristæ ministris coadiutoribus, aut in fine tractantibus tantùm præferri. 24

AD TITVLVM DE officio Custodis in Cap. 1.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Custodis Ecclesiæ cathedralis officium, in quibus consistat* remissiuè o. 1. 3. 4.

5 *Custos minus idoneus debet ab officio repelli.*

PRo Rubrica huius tituli, quis dicatur custos, quale officium habeat in Ecclesia cathedrali collegiata, siue inferiori; quid commune 1

cum

tum Sacrista, Thesaurario, ac aliis Ecclesiasticis Ministris gerat, plene dictum est in Rub. & *in cap.1.q.1.& 2.de offic.sacrista*;& sic iam de officio, ac Dignitate ipsius, non est aliquid amplius repetendum. At quia sub hoc *cap.1.& 2.* Pontifex sigillatim loquitur de rebus, circa quas custodiam præstat; item & de aliis ab eo exercendis, & exequendis, vt impleat ministerium, ad quod ex officio tenetur; ideo iuxta verba litteræ erunt nonnulla prælibanda, quibus hæc integra materia explanetur &c.

2 In verbis, *vt sui Archidiaconi iussioni in cunctis obediat*, qualiter hoc compati possit cum obedientia, etiam, quam tenetur custos præstare, Sacristæ, siue Thesaurario, intelliges per dicta *supra in c.1. de officio sacristæ, q.1.* vers. *ad vltimam.*

3 Ibi *in canonicis horis signa Tintinobulorum ipso Archidiacono iubente, ab ipso pulsētur* præmissis proxime adductis ex dicto vers. *ad vltimam*, aliqua *hic sub quæst.1.* de campanis notabimus.

4 Et ibi *sed omnia cum discretione*, & paulo ante, *aut supra modum* præter adducta hic à glossa, applicabis quæ dixi *supra in c.ne innitaris de constit.*

5 Et ibi *minus idoneus*, quod custos, si minus idoneus sit debeat ab officio repelli probat Pontifex hic; & sic conducunt, quæ dixi contra Parochum ineptum, & minus idoneum, *supra in c penult. & fin.de ætate, & qualit.ordinand.& in c.fin.de præsumptionibus.*

QVÆST. I.

Campanarum vsus in Ecclesiis quare introductus? quando, ad quos effectus? Et quid sibi velit campanas baptizare? Et qui eas habere possint, quæ primo pulsentur. Corporale quid sit, vnde dictum? Quid representet? Cur palla nominetur? Quotuplex sit palla ac de aliis circa materiam, & vsum? Et lampades, ac lucernæ, cur in Ecclesia introductæ? Et quare dicta hora lucernalis?

SVMMARIVM.

2 *Campanæ idem sunt, quod tintinnabula, quasi honora strepera, atque vocalia, & signa præ horis canonicis* n.2.

3 *Campana in vocabulo Germano, vocantur* cloches *Et nola à Nola campania ciuitate* n.4.

5 *Campana cum ligna pulsarentur introducta sunt in Ecclesia, nolæ, aut campaniæ, vocarentur persona ad rem sacram.*

9 *Campanarum vsus rite receptus, quæ pulsantur ad missam publicam, & in exequiis, & iustis defunctorum, & quare* n.7.

7 *Campanæ tempore interdicti non sunt pulsandæ, & quare* n.8.& n. 17. *vbi quod ne pulsantur in septimana sancta, dum corpus christi est in monumento, & quare?*

9 *Campanarum sonitu aer, & tempestates, diluuntur nequissima.*

10 *Deus tubarum clamore se excitabat ad misericordiam* n.11.

11 *Tubarum vsus mandatus à Deo fuit, ad vocandum cœtum. ac dum castra mouebantur.*

12 *Tuba forma erat in extremitate campanellæ cum differentia, & quare:* sub n 13.

13 *Campanæ, quibus Ecclesia vtitur sunt ex metallo, & ex quibus metallis conflentur, quæ durant, quam tuba veteris testamenti, & altius resonant.*

14 *Vas metalli æris significat concionatorum ora, ferrum interius linguam.*

15 *Funis, quo campana pulsantur intelligitur mensura vitæ nostræ.*

16 *Campanas pulsaturus congruit, vt supercilleo eas pulset.*

18 *Campanæ cum infunduntur, vulgò auditur vt Baptizantur; sed quo Baptismo, expenditur, id est benedictione, & quomodo* n. 22. 23. & 24.

19 *Campanæ sunt tubæ, quibus vocatur populus ad conueniendum in templum, & audiendum verbum Dei, & vt Dæmones terreantur, cum vocantur christiani.*

20 *Campanis Hugenoto hæretici huius temporis bellum indixerunt, quæ frangunt, & comminuunt sarracenos imitantes.*

21 *Turca campanarum vsum non admiserunt.*

22 *Baptismus campanarum, quibus ceremoniis,* & n 29.

23 *Campanas benedicere, vngere, & nomen eis imponere non est nouum.*

24 *Baptizare templum quo in sensu dicatur à à Joanne serm.de sacram.*

25 *Campanæ si non sunt benedictæ possunt, ne pulsentur, prohiberi ab Episcopo.*

26 *Campanæ consecratæ etiam in Turri prophana existentes, non debent deseruire vsui prophano.*

27 *Campanas habere non licet omnibus communitatibus, sicut licet Ecclesiis; non enim sunt habendæ in oratoriis priuatis. Vbi quid de religiosis.*

28 *Campanæ non possunt in aliqua Ecclesia pulsari Sabbato sancto ante pulsationem in cathedrali, vel Matrice, etiam si collegiata sit, aut exempta, vt* n.29.

30 *Campanæ indifferentes possunt in qualibet Ecclesia ad salutationem Angelicam, ante, vel post pulsetionem in cathedrali, nisi forte adesset consuetudo, vt vallisoleti, & salmantica conchens, & Ansturicen.*

32 *Gallus supra pinnaculum Turris solet effingi ad exitandam vigilantiam in Prælatis.*

33 *Corporale vocatur Palla, eo quod palliat, vel abscondat sacrum ministerium, &* n 36.

34 *Palla altaris, dicitur quasi eius vestimentum* n.37.

35 *Corporale significat sindonem, in qua inuolutum erat corpus christi, in monumenta positum, quo monentur sacerdotes ministrare cum nitore* n. 37.

36 *Corporalis apud varias nationes vsus fuit varius.*

37 *Palla duplex est, vna, quam Diaconus supra altare totam extendit, altera, quam supra calicem plicatam imponit, & de punitione Diuina male vtentium, vt* numero 40.

38 *Fœmina sacrata prohibentur tangere calicem, Patenam. Sacras Pallas, & nec lauare Pallam Monacha potest* numero 39.

40 *Donatistæ puniti fuerunt Diuinitus; eo quod Pallas Ecclesiæ eripuerant,& quasi pollulatas lauarant. vbi de punitione proculi sibi facientem camisas,& femoralia.*

41 *Palla, siue coporale ex linteo purissimo fit, & à quo primo sit institutum.*

42 *Lucerna, lampades, & luminaria introducta sunt à principio nascentis Ecclesiæ vespere,& mane* n.43.44.& 45.

43 *Linchi, & corei accenduntur in Ecclesiis.* num.44.

44 *Candelabrum fieri in Ecclesia ductile de auro mundissimo mandauit Deus.*

45 *Lucerna erant lampades aurea, & qua figura.*

46 *Olea tantùm ad lucernas Ecclesia vtebatur à tempore Apostolorum,&* n.47.

47 *Luminariorum dotationem facere debet quilibet dotans,& ædificans Ecclesiam, vbi de exemplis pro luminaribus semper habendis, &* n.48.49.& n.58.

48 *Res Ecclesiæ in quatuor partes diuisa, vna pro luminaribus.*

49 *Gentiles oleum, & lumina in ado sacra ponebant.*

50 *Lumina christiani vetiti fuerunt deferre ad ædes sacras Gentilium, vel ad synagogam.*

51 *Lucernis tribunus quidam militum accensis in templo in Christi honorem complacuit.*

52 *Lucernas in Ecclesias accendere maximè commendatur, ac puniuntur grauiter prohibentes, vt exemplificatur.* n.53.

54 *Luminaria sic necessaria in Ecclesiis probatur, vt illis deficientibus miraculosè, accensa sint lumina* n.55 & n.56.

55 *Aqua iussa in lampadibus pro oleo infundi, conuersa fuit in oleum.*

57 *Candelabrum aureum solidum, quandoque legem, quandoque Ecclesiam significat, quandoque euangelicam conuersionem.*

58 *Luminarium donationes ingentes facta ab Agathone Papa,& ab vxore Theodosij,& ab aliis.*

59 *Lumina duo ad minus in altari accensa esse debent, dum recitatur officium Diuinum.*

60 *Lampadarum accensarum vsus ad sepulchra quorundam virorum cum opinione sanctitatis, aut martyrij, qualis debeat esse probatus. &* n.61.& 69.

61 *Cereorum, & lampadum vsus in Baptismo in missa celebratione* remissiue.

62 *Cereus Paschalis,& lucernalis* remissiuè.

63 *Hora lucernalis ideo dicta; quia tunc lucerna accendi solebant, quando hora canebantur.*

64 *Lucernarum vsus visus fuit aliquando prohibitus à Lactantio, qui expenditur,* n.65.*& Concil. Elibert,& D. Hieronymus.* num.66. & 67.

65 *Lactantij* cap.1.lib.6.

66 Cap.17.Concilij Eliberitani.

67 *S. Hieronymus circa lucernas, qualiter loquens intelligatur.*

68 *Tymiama suaueolentia,& luminaria, sunt ante imagines accendenda.*

69 *Lampades, & luminaria pro sanctis tantùm canonicatis, & Beatificatis cum licentia ordinarij adhibito Consilio Theologorum.*

QVod ad officium Ostiarij, hoc est Sacristæ, 1
spectat pulsare campanas iam aliquid dictum est *supra in cap. 2. de officio Archid. sub q. 2. de Acolytis*, in vers. *sed quia ostiarius* vt notaui *in præmisso Rubrica de officio sacristæ.* Ideo quia ex verbis *signa tintinabulorum pulsanda*, aperitur locus ad dicendum aliquid de campanis, accipies sequentia breuiter. Et quia iuxta verba textus nostri campanæ idem sunt, quod Tintinnabula, quo nomine appellat græcè Apuleius *de asino aureo*, vbi proprio epitheto tintinnabula perarguta appellat, quasi honora obstrepera, atque vocalia, & Cælius Rhodiginus *lib. 19. lectionum antiquarum cap. 11.* plura de tintinnabulis scribens,
eadem docet de Campanis. † Quæ etiam iuxta 2
relatum verbum textus nostri *signa* bene in Concilio Cabilonen. relato *in cap. solent de consecrat. dist. 1 & in cap. 2. hoc tit.* etiam campanæ, & tintinnabula signa pro horis canonicis appellantur; & in praxi sæpissimè tali verbo Ministri vtuntur
dicendo *dar señal*, † Quæ etiam in vocabulo 3
Germano appellantur *cloches* vt in capitulari Caroli Magni apparet, vbi dicitur Gallicè, *ve cloches non Baptizant cloches*, & campanarum fiat mentio *in cap. in causis de electione cap. Ioannes de homicidio. cap. petentibus de priuileg. cap. fin. de sent. excommunicat. lib. 6. cap. nimis iniqua de excessibus Prælator*, vbi DD.
† Et quod campanæ vocentur & *nola*, à No- 4
la campaniæ ciuitate, vbi primum vasa illa fabricata fuere scripsit Vualfred. Strabo *de rebus Ecclesiast. cap. 5.* & sic eo pertinere nonnulli putent illud Quintiliani 8. *institut. orat. in cap. nola*, de quibus videndi Alciatus *de Diuinis officiis, cap. quid significent vestimenta* Amalar. Fortunat. *lib. 3. de Ecclesiast. offic. cap. 1.* Gullielm. Durand *lib. 1. ration. Diuinor. officior.* Durantus *de ritibus Ecclesiæ catholicæ lib. 1. cap. 22. ex n. 1.* Selua *in tract. de benefic. p. 1. q. 5. vasa, quibus populus conuocatur.*

Et quia legitur, *in 7. synodo. act. 4.* ex libro mi- 5
raculorum S. Anastasij Martyris, quod cæsareæ ciuitatis reliquiæ S. Anastasij appropinquarent, ciues omnes lætitiæ magnâ, perfusi surgentes, subito, lignaque sacra pulsantes, obuiam facti sint in veneranda Dei paræ Virginis æde: *ecce ligna sacra pulsabantur in processionibus*, vulgò fertur Paulinum Episcopum Nolanum, Nolarum vsum in Ecclesiam inuexisse, planeque *campana*, siue nolæ institutæ fuerint ad conuocandam ad sacra plebem vice tubarum testamenti veteris. Et cum populus ad sacram rem peragendam, & audiendam sacram concionem non sine aliquo tinnito, aut bombo admoneri possit, nec vllum instrumentum commodius reperiri poterit ipsis campanis, ad quas pulsandas magna arte opus non est, seu industria, earumque bombus longe, lateque diffundatur, ideo habetur Sabinianum Pontificem constituisse pulsari campanas ad horas canonicas.

Vnde rite vsum earum receptum esse te- 6
stantur, Martinus Palonus *in Sabiano lib. ord. Rom.* & Durant. *de ritibus Ecclesiæ dicto lib. 1. cap. 22 n. 3. in fine ex hoc nostro cap. 1.* qui ex Concil. Toler. *in cap. 2. eodem. & ex cap. studeant. in prima compilatione*, quod prætermissum est in Gregoriano,

Gregoriano, & ex *can. Presbyter dist.* 11. ibi, & *signis designantibus*, sic apparere probat, & fasciilus tempor. Anselm. Ryd. *in Cathalogo*, an *glossa in cap.* 1. *de celebr. missarum*, & quod pulsantur ad missam publicam, Alcuinus *de Diuinis, cap. de sabbato sancto Pascha*, & Albertus, Pighius
7 *ad finem lib.* 5. † ait quod pulsantur etiam Campaniæ in exequiis, & iustis defunctorum vt excitentur, & præmoneantur, nedum necessarij; sed & cæteri ciues ad præstanda officia defunctis eorum opem implorantibus, ac si dicerent *misseremini mei, saltem vos amici mei*, & sic Beda *lib.* 4. *cap.* 13. prodidit populum conuocari solitum funerum deductionem tintinabulis, vel campanis; & sic Barbosa *in cap. alma mater de sent. excommunic. lib.* 6. *sub n.* 11. postquam dixit tempore interdicti campanas pulsandas non esse; quia oportet ab Ecclesia eo tempore populum, & laicos excludere à Diuinis officiis cum Sayro *dicens lib.* 5. *cap.* 9. Suarez *de cens dist.* 34. *sect.* 1. *à n.* 15. Costa
8 Couar. Nauarro & Vgolino † addit ideo tunc non expulsari; quia ratio pulsandi ea est, vt fiat signum, vt conueniat populus ad Diuina audienda, qui eo interdicti tempore excluditur.

9 Quando vero introductus fuerit, & ad quos effectus, patet ex proxime dictis, & addo amplius Campanarum sonitu, & aerem caliginosum, deflui, tempestatesque arceri, & nequissimas potestates aereas expelli, atque exturbari, vt Catholicorum Christiana pietas exercet quottannis, præcipue in vere, & patet ex Concilio Colonien. *cap.* 14. ac tradit Durantius *supra dicto cap.* 22.
10 vbi addit, † quod si qui hæc irrideant, & ipsum Deum, qui numer. *cap.* 10. disertè ait, se excitari ad misericordiam, turbarum clangore ibi, *Clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino, Deo vestro, & eruamini de manibus inimicorum vestrorum*; quo argumento, etiam dicit conuinci etiam errorem eorum, qui vocales orationes repudiant: nam si tubalibus vocibus excitari à nobis vult, cur enim non magis vocalibus præcibus?

11 Et non sine inexpugnabili fundamento; quia cum Deus fieri iussisset num. 10. tubas ibi *duas tubas argenteas ductules*, & vsus earum fuisset ad
12 vocandum cætum, ac dum castra mouebantur. † Et Iosephus *lib.* 3. *antiquitatum cap.* 11. de scribendo tubæ formam, dicit eam desincte in extremitatem Campanellæ similem, quid mirum, vt nostri Campanarum vsum referant ad prædictas tubas; sed vt docent Durantius, *dict. cap.* 22. *de vitibus Eccles. n.* 5. Amalar. Fortun *lib.* 3. *de Ecclesiast. officiis*, Durandus *in rationali cap.* 1. Rupertus Tuitiensis *lib.* 1. *de Diuinis officiis*, & alij
13 late loquentes cum ea tamen differentia † quod campanæ, quibus Ecclesia vsa est, & nunc vtitur fiunt ex metallo æris, quod est durabile & sonorum, quæque habent interius plectrum ferreum, quo tunduntur, vt audiantur, & significant ora Prædicatorum noui testamenti, quæ plus durant, quam tubæ veteris testamenti; & altius resonant; eo quod Iudæorum tempore natus esset tantùm
14 in Iudæa Deus; at nunc in omni terra. † Et quod vas metalli æris significat concionatorum ora,
15 ferrum interius linguam eorum. † Et per funem, quo Campana pulsatur, intelligi mensuram vitæ nostræ: videndus est etiam Greg. *lib. de edificatio-*
16 *ne templi*, quem refert Durantius *supra* † qui *dist. cap.* 22. *n.* 7. *lib.* 1. addit congruum esse, vt qui Campanas pulsant, induantur superpelliceis, vt habetur in Concilio Colon. *p.* 3. *cap.* 31. & sic præcticandum multùm conuenire; tum quia prædicta pulsatio spectat ad Clericum hostiarum, sacristam, siue Custodem, item propter reuerentiam ipsis Campanis debitam ex earum Baptismo, seu benedictione, de quibus *hic* in vers. *nec enim* sequenti.

Dictum quidem est tempore interdicti non 17
pulsari Campanas, nec licere magnas, siue paruas pulsari, etiam cum eleuatur hostia, vel etiam vt signum fiat Clericis venientibus ad horas, quibus interesse tenentur, sed instrumento, Tabulæ aut simili vtendum esse ad Clericos conuocandos, vt bene probant Suarez *de cens. dicta dist.* 34. *n.* 16. Barbosa *in dicto cap. alma mater n.* 12. & 13. ex quibus quidem bene ab Ecclesia praticari, vt in septimana sancta quotannis celebrata, dum corpus Domini nostri Iesu Christi à Ioue ad diem Parasceue in monumento repositum manet, campanarum sonitus, non audiatur recordatione illius temporis, quo passus fuit Iesus Christus Dominus noster, contenta Ecclesia, & populo sola conuocatione tabulæ, aliove instrumento, vt conueniant ad Diuina officia illius temporis peragenda per sacerdotes.

Nec ambigi potest vulgò sæpius audiri campanas, cum infunduntur baptizari; sed ne dura propositio videatur, dico non baptizari baptismo, quo remissio peccatorum confertur, sed quia
cultu Diuino dicentur benedici eas, ex sententia Patr. Concilij Colonien. *cap.* 14. † explicant DD. 19
vt sint scilicet tubæ Ecclesiæ militantis, quibus vocetur populus ad conueniendum in templum, & audiendum verbum Dei; item, vt Dæmones tinnitu campanarum Christianos ad præces concitantium terreantur; & sic visum esse Patribus ad abigendos, & propulsandos malignos spiritus, campanas leuare, benedicere, & vngere, & vestimenta Ecclesiastica, & quàm plura alia, de quibus *alibi*; imo & Paul. Gryllandus *in tract. de sortilegiis*, prodidit Dæmones maleficos quasdam ducentes, audito campanæ sono ante diluculum eas deseruisse, fugamque arripuisse: sic Durantius *dicto cap.* 22. *sub n.* 4. vbi ex Ouidio aliud refert in confirmationem † qui & *n.* 7. refert, quod Hugo- 20
noti, & cæteri huius sæculi hæretici campanis bellum indixerunt, & quod eas franguot, & comminuunt sarracenos imitantes, qui, vt Platina in Vrbano III. scripsit capta Hierosolyma, campanas in
primis à sacris turribus deiecerunt. † Et quod turcæ authore Cuspiano de religione Turcarum, vsum campanarum nequaquam admittunt. 21

22 Quod si scite desideras formam, siue modum Baptizandi campanas, quæ admodum antiqua est, legitur quidem exarata *in lib. ord. Rom.* cuius etsi ignotetur author; tamen hunc librum antiquissimum esse, profitentur DD. de quo mentionem Alcuinus faciens *lib. de Diuin. offic. dicto cap. de sabbato sancto*, & Durantius *dicto lib.* 1. *cap.* 22.
de ritibus Eccles. sub n. 6. † Dicunt, vt nec nouum 23
debeat videri campanas benedicere, & vngere, eisque nomen imponere: nam & Genes. 28. Iacob. memor visus scalæ ad cælum vsque pertingentis tulit lapidem, quem capiti suo supposuit, & erexit in titulum fundendo oleum desuper, appellauitque nomen *vrbis Betel.* quæ prius *Luza* dicebatur; & quod in capitulari Caroli Magni cloches baptizati vetatur, Vitus Amerbachius interpretatur prohiberi superstitionem, non verò legitimam, & Ecclesiasticam benedictionem, nec consecratio-

24 nem † eoque in sensu dici templum baptizari ab Iuone, ferm. *de sacrament.* dedicat ipsum templum primo suo modo, & suo ordine baptizamus.

25 Quare iam recte possumus descendendo ad tempora nostra, dicere, quod Episcopus potest prohibere, nec pulsentur campanæ, si non sunt benedictæ, vt refert Barbosa declaratum *de offic. Episcop. p. 2. allegat. 27. n. 48.* idem *in collect. decis.* 82. verbo *campana in Bullario eodem verbo n. 5.* à Sacra Congreg. Rit. io Aprutina 5: Iullij 1614 & sic *in dicta alleg. 27. n. 48. in dict. collect. n. 2. & in Bullario n. fin.* etiam refert decisum à Sacra Congreg. Concil. Episcop. & regul. in Pa-
26 pien. de anno 1581. † Quod campanæ consecratæ etiam in Turri prophana existentes, nullatenus vsui prophano inseruire debent, etiam si in hunc vsum à sæcularibus prætenderentur.

27 Campanas verò habere non quidem licet omnibus communitatibus, etiam Ecclesiasticis, sicut licet in Ecclesiis. Constae ergo habendas non esse in oratoriis priuatis: DD. per textum *in dicto cap. petentibus de priuileg.* vbi probant, nec eas habere possint Religiosi ordinis Prædicatorum, præsertim qui plures tenere nequeunt, vt tractant adducti à Barbosa *ibi n. 1.* prohibet inquam Celestinus Papa, vt nec religiosi Templarij, & Hospitalarij, aliiue, queant habere campanas, nec publice pulsare in suis oratoriis. De dominicanis plenè tractant, & luculenter Oldradus *cons.* 128. Albericus *in dictionario* in voce *campana*, Durantius *de ritibus Ecclesiæ dicto cap. 22. lib. 1. n. 9.* vbi firmum constitutionibus eorundem fratrum videtis, vt non liceat eis habere præter vnam campanam ad omnes horas; sed addit generali consuetudine huic constitutioni derogatum fuisse, vt docet Vincent. de Castro nouo quondam generalis illius ordinis io declaratione *ad cap. 1. dictarum constit.* Et in aliis religionis visum est nobis quotidie practicari.

28 Et quia de hac materia, ac de campanis scribunt post *supra* relatos *in princ.* Gauantus *in Rub. missal. p. 1. tit.* 20. vers. *parua Campanula*, Petrus Crepet. *in summa Catholica fidei eodem verbo* Iodoc Cocc. *in thesauro Catholic. tom. 2. lib. 3. cap.* 7. Iodoc. Lorich. *in thesauro nouo theolog.* verb. *campana*; ideo pro complemento dicendum est primo, quod non possunt Campanæ in aliqua Ecclesia, sabbato sancto pulsari ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice, vt desinit Leo Papa 10. *tom. 1 Bullar. pag.* 150 apud Lezanam *in summa quæstion. regular. tom. 1. cap.* 11. *n.* 43. ac declarauit Sacra Congreg Rit. in Oriolen. 11. Aprilis 1601. & in Marsicen. 21. Martij 1609. & in venusina 30. Decemb. 1614. Nouemb. 1614. & 14. Nouemb. 1615. & in Syracusana 13. Iunij 1617. & in alia Syracusana Modicæ 13. Februarij 1619. penes Ioan Mariam Nouar. *in Lucerna regular* verbo *campana*, Barbosa *de iure Eccles. lib. 3. cap. 3. n. 69.* idem *in Bullario dict. verb. n. 1. in dict. collect. decis.* 82. *n.* 3. Et sic Vallisolet Austuricens. & alibi vidi practicari.

29 Quod extenditur ad Ecclesias sæculares, & regulares, etiam Ioannis Hierosolymitani, etiam prope, & extra muros exististentes, & etiam ad Ecclesias confratrum, vt declarauit eadem Sacr. Congreg. Rit. in Placentina 21. Augusti 1604. & in Meliten. 6. Decemb. 1641, etiam si adsit Ecclesia collegiata, quæ habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem, vt declarauit eadem Congreg. Rit. in dict. Syracusana Modicæ 13. Februarij 1619. penes Lezanam *in summa quæst. regul. tom. 2. cap. 1. n. 44.* idem Barbosa *in dict. collect. decis. 82. n. 4. & 3.* idem *in Bullario* dict. verb. *campana sub dicto n. 1. & de iure Ecclesiast. dict. lib. cap. 3. n. 69.*

Secundo quod campanæ in aliis Diebus, præter sabbatum sanctum pulsari possunt ad salutationem Angelicam, & indifferenter ante, vel post pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice: Sact. Congreg. Rit. in Oriolen. 11. Aprilis 1601. & in hac causa, & aliis decisum attestantur Gauant *in manuali Episcopor.* verb. *Regularium iura sub Episcopu n. 50.* Lezana *in dict. cap. 11. n. 45.* Ioan. Maria. Nauar. dicto verb *campana n. 3.* idem Barbosa *in Bullario dicto verb. n. 2. in dict. collect. n. 6. & in dict. cap. 3. iur. Eccles. lib. 3. cap. 3. num. fin.* 30

Quod limitant ex eadem Sact. Congreg. in Oriolen. 21. Augusti 1601. nisi forte adesset consuetudo, vt non pulsentur in aliqua Ecclesia ante pulsationem in Matrice; quæ tunc obseruanda erit, & sic Valisolet. Austuricen. Salmantina, & Conchen. Ecclesiis videri obseruatum. 31

Vltimo notatur in plurimum, vt supra pinnaculum Turris, vbi campanæ fixæ sunt, soleat Gallus effingi ad Prælatorum, & curatorum alliciendam, atque excitandam vigilantiam, vt adducit Durant. *de ritibus Eccles. dicto cap. 22. lib. 1. n. 9.* & quod inde significarit sic Alciatus emblemate sequenti. 32

----- *Instantis quod signa canens det Gallus Eoi.*
Et reuocet famulas ad noua pensa manus,
----- *Turribus in sacris effigitur Aerea mentem*
Ad superos peluis quod reuocet vigilem.

Ad secundam quæstionis partem, de palliis, & corporalibus, quod corporale vocatur palla; eo quod palliat, vel abscondat sacrum ministerium. Durantius *lib. 4. in rationali Diuinorum officior. cap. 29.* & idem *dict. lib. 1. de ritib. Eccles. n. 2.* putat corporale pallam dici quasi corporis Christi 33
in altari indumentum. † Et quod sic palla altaris 34
passim dicatur apud S, Clem. *epist. 2. ad Iacob. fratrem Domini in cap. altaris, & in cap. nemo de consecrat. dist. 2.* quasi altaris vestimentum; item quod Palla, auctore Varrone dicitur quod foris,
ac palam fit. † Et quod corporale significat sindo- 35
nem, in qua inuolutum erat corpus Christi in monumento positum. Et quod corporali, siue sindone monentur sacerdotes ministrare populis, vt sicut illud linteum castigatum est ab omni naturali viriditate, & humore, ita sit mens offerentium ab omni carnali cupiditate, & sicut illud nitet suo splendore, ita intentio offerentium simplicitate niteat coram Deo: plura tradunt videnda Ama-
lar Fortun. *lib. 5. de Eccles. officiis cap. 19.* † Alcu- 36
nius *de Diuinis officiis cap. de celebrat. miss.* qui dicit corporale dici linteum illud, cui superponitur in sacro missæ corpus Domini, alia plura addens, quæ & explicat omnino legendus Durantius *de rit. Ecclesiast. lib. 1. cap. 15.* qui & *n. 6.* ex D. Thom. *opusculo 58. de sacram altaris*, ex S. Hieronimo, & aliis corporalis, & sindonis significationes varias mysticas affert & quod corporalium apud diuersas nationes vsus fuerit varius, obseruans *n. 8.* ex Rodulpho Tungren. *de canon.*

obseruant

obseruant, proposit. vltima, quia Romani, Itali, & Germani, siue Alemani duobus corporalibus vtuntur, quorum vtrumque pure lineum esse debet; & sic nos Hispani vtimur; Galli verò vno tantùm.

37 De Palla, quod est vestimenti genus, plura adducit Barsius *de re vestiaria cap.* 23. & patet ex sententia Innocent. III. *lib.* 2. *mysterior. missæ cap.* 56. duplicem esse Pallam, quæ dicitur corporale. Vnam quam Diaconis super altare totam extendit. Alteram, quam super calicem plicatam imponit, & Durantius *de ritibus Eccles. dict. cap.* 2. *lib.* 1. *n.* 7. ait quod pars extensa significat fidem, pars plicata significat intellectum: alia dicit, & Durand. *dict. lib.* 4. *in ration. cap.* 29. qui & dicunt corporale repræsentare etiam sindonem, qua corpus Christi in sepulchro, & quod appellatur Pal-

38 la sacra, vt *in cap. sacratas dist.* 24. † quo loci sacratæ fœminæ vetantur calicem, vel Patenam, vel sacras Pallas, hoc est corporalia tangere.

39 Et sic Bonifacius *in lib. Pontific. cap.* 42. Sigiber. & Martinus Polonus in Bonifac. Rodulph. Tuogeren. *supr. proposit. fin.* constituunt, ne Monacha Pallam sacratam contingeret, & leuaret.

40 Et idem Durantius *de ritib. Eccles. dict. cap.* 11. *sub n.* 2. dicens punitos esse Diuinitus Donatistas; en quod Pallas Ecclesiæ eripuerant, & quasi pollutas, & lauerant, & Proculum de pallis, camisas sibi, & femoralia facientem, sibi linguam comedentem, sibi frustratim breui turpissima consumptum morte, vt testatur Victor Vticensis

41 *lib.* 1. *de persecutione Vuandalorum.* † Et Robanus Maurus *lib.* 1. *de institu. clericor. cap.* 3. putat ex institutione Syluestri corporale ex lino puro texum esse debere, sed ab Eusebio Papa nonnullis annis ante Syluestrum institutum fuisse putat Durant. *dict. cap.* 12. Videndus *n.* 3. *&* 4. Vbi impugnat, & explicat aliorum dictum, & liquet ex vsu Ecclesiæ, & ex Gratian. *in cap. consulto de consecrat. dist.* 2. vbi habetur, ne quis sacrificium altaris in serico panno, aut tincto celebraret, sed in lineo ab Episcopo consecrato, sic vt super quod sacra oblatio immolatur, corporale quidem sit ex purissimo, & mundissimo linteo, nec in eo alterius generis materia pretiosior, aut vilior misceatur, Beda *in cap.* 44. *in Marcum &c.* Ex quibus iam vides custodiam Pallæ corporalis, & aliorum linteaminum altaris; imo & cunctorum aliorum vtensilium Ecclesiæ ex textu nostro, vers. *pallia*, vel *lintea amina* pertinere ad custodem Ministrum sacristæ.

42 Ad tertiam quæstionis partem, quare lucernæ, & lampades in Ecclesia introductæ sint; quia ab initio nascentis Ecclesiæ, nedum vesperi, sed &

43 lucente sole consuetum est lucernas, † item & Lynchos, ac cereos accendi in Ecclesiis, sicut præ-

44 claris testimoniis probatur † quia si Deus in veteri testamento disertè iusserat fieri in templo candelabrum ductile de auro mundissimo, vel vt alij volunt graue, & solidum, non intus vacuum *exodi* 26. *leuit.* 24. *numer.* 8. & Zacar 4. & Phillo Iudæus *lib quis Diuinarum rerum vsus sit*, quibus etiam locis lucernæ septem fieri iubentur; apparentque lucernas distinctas fuisse à candelabro.

45 Et quod lucernæ essent Lampades aureæ, quæ super extremitates brachiorum, & hastilis candelabri ponebantur, sicut refert Durant. *de ritibus Ecclesiæ Catholicæ lib.* 1. *cap.* 8.

46 Ideo & in Ecclesia Catholica superiori decausa vsum earum probatissimum reperiri, ipsa antiquissima praxis manifestat à tempore quidem Apostolorum; siquidem erat vetitum ab eisdem Apostolis *can.* 3. aliquid offerri ad altare quam oleum in lampadem, seu ad luminare, & tymiama tempore sanctæ oblationis, vbi Ballamum notat oleum offerri ad templi illuminationem, & veræ luci, & Deo gratiarum exhibendam actionem.

Quam Apostolorum constitutionem Melchiades Papa laudat, & renouat apud Buchard. *lib.* 5. *cap.* 7. & Iuonen. *p.* 2. *cap.* 17. rursus in Concilio Aurelìano *cap.* 3. apud Buchard. *cap.* 3. & Iuonen. *lib.* 2. *de constit. Eccles. cap.* 6. & Gratian. *cap. nemo de consecrat. dist.* 1. vbi fuit præceptum, quod is, qui vult ædificare Ecclesiam, ante præfiniat, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodum sufficiunt; imo, & legimus in Iustiniano constitutum *nouella* 67. *deinde*, & longe ante Constantinus decreto donationis factæ Syluestro commemorat se sancto Petro, & Paulo Apostolis ædificasse Ecclesias, quibus Adiecit possessiones, & agros, vt haberent lumina semper accensa, & Eugubin in Vallan. *n.* 41. ait legimus Mauritium Imperatorem anno Imperij sui 10. ad omnes Patriarchales sedes, & ad Monasteria, quæ sunt in Eremo, & in Hierosolymis, & ad lauras pecuniam, & cereos, & incensa misisse, vt pro ipso orarent, & Paulus Diacon. *lib.* 17. *rerum Romanarum*, in Concilio Bracharen 1. *can.* 25. † refert 48 res Ecclesiæ in quatuor partes diuidi iussas, quarum tertia in reparatione, vel luminari Ecclesiæ reseruaretur, quod & repetitum apparet in Concilio Bracharen 2. *can.* 2. de quo fit mentio, *in cap. placuit* 10. *q.* 3. Et ita si vlterius cupiat scire de dote, quam ædificans Ecclesiam, tenetur assignare, & ad luminaria, & ad custodiam, leges Abbat. *consl.* 89. *n.* 6 *&* 7. *p.* 2. Bellet. *disquisit. Clerical. p.* 1. *tit. de Clerico debitore* §. 15. *n.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæst.* 7. vt & eos refert Barbosa *in pastorali part.* 3. *alleg.* 64. *in tract. de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 2. vers. *debet*, cum sequentibus.

Si ergo Gentiles oleum, ac lumina in æde sacra ponebant, vt apparet ex *l. si sponsus* §. *proinde ff. de donat. inter virum, & vxor*, vbi DD. nonne, vt dictum est fortiori ratione cautum reperiri de prædictis lampadibus, ac luminibus in Ecclesia Catholica, quantum excellentior est causa? Et sic Apostoli diligenter vetarunt in sequentibus verbis *can.* 7. *vt si quis Christianus oleum tulerit ad sacra gentilium, vel sinagogam Iudæorum, festis ipsorum Diebus, aut lucernas accenderit, de sotietate pellatur.* vsum vero lucernarum probat S. Chrisostomus *homil.* 60. *ad Popul. Antiochen.* & S. Hieronim. *apud vigilant.* non improbant eorum deuotionem, qui interdiu cereos accendunt in Ecclesiis, quin ait ille, *quicumque accedunt cereos secundum fidem suam habent mercedem*, & S. Augustinus *serm.* 215. *de tempore*, eorum eorum vsum probat, sed & cereos offerre hortatur in sequentibus verbis: *qui possunt, aut cereolos, quod cum debilis mittatur exhibeant*, hortatum, & S. Chrisostomus *oratione de occursu Domini, & Simeonis ad finem, vt tamque lucis filij Christo vero illi lumines cereos offeramus.* 49 50

Imo & extat apud Surium *tom.* 4. oratio Gregorij cæsareæ capadociæ, de sanctis trecentis decem, & octo Patribus Nicenæ Synodi, in qua mentio 51

mentio fit cuiusdam tribuni militum, qui, & templum, vel potius templi habitatorem Christum honorauerat, & lucernis in templo accensis placauerat. † Et sic Germanus Patriarcha Constantinopolit. *lib. 7. cap. 14. epist.* 2. alloquutus fuit optime, dum dixit, *non offendat quemquam, quod ante sanctorum imagines lamiaaria, & suaueolentia tymiama accendantur; symbolicas enim ista fieri, non lignis, aut lapidibus ipsis, sed in honorem sanctorum, quorum honor ad Christum recurrit.*
52

53 Et Concilium Aquisgraoens sub Ripino lib. 1. cap. 19. graui pœna afficiendos statuit eos, qui luminaria in Basilicis Deo dicatia, quæ ex fidelium oblationibus concinnari debent, auferre præsumunt; nam si filij Aaron, Nadab, & Abiud eo quod eorum negligentia ignis, qui iubetur in altari esse perpetuus, extinctus est, & propter ignem alienum coram Domino offerre præsumpserunt, ob id igne egresso à Domino deuorati sont merito, quod non sine magno animi merore debet prosequi, quid mirum, vt horribili morte deuorandi sint ij, qui ignem Domini in basilicis sibi dicatis, & consecratis audacter extinguunt? vt refert Durantius *dicto cap. 8. de rit. Eccles. Cathol. sub n. 3. post medium*, qui ex *can. 71. Apostol.* refert quod est segregandus ab Ecclesia qui surripuerit oleum, vel ceream *ibi sub dicto n. 3. paulo post princip.*

54 Tamque necessaria in Ecclesia sont luminaria, quod sit sæpius comprobatum, vt illis deficientibus, miraculosè lumina accederentur. † Quia vt narrant Euseb. *lib. 6. cap. 7. historia Eccles.* & Nicephor *lib. 5. cap. 9.* deficiente in Die solemni vigilarum Paschæ, & in Ecclesia Hierosolymitana oleo, luminaribus, quod Narcisus Hierosolymit. Episcopus aquam deferre iusserit, eamque benedixerit, præceperitque in fundi lampadibus tunc repente miro, & sæculis inaudito genere virtute natura aquæ in olei pinguedinem versa, splendorem luminum, etiam solito reddiderit Clariorem.
55

56 † Simileque miraculum à S. Gregorio *lib. 1. dialogo cap. 5.* legitur commemoratum, & idem Gregor. *lib. 3. cap. 30.* refert lampades immisso Diuinitus lumine, accensas fuisse, & alibi cereos cœlesti lampade accensos, testatur Gregor. Turonens. *cap. 57. de gloria Martyrum, de Amarantho Martyre.* Paulinus, item cereorum, & lucernarum meminit natali III. Felicis Martyris: alia plura ex aliis videndis refert idem Durantius *sub dicto cap. 8. n. 1.* † Vbi quod candelabrum aureum solidum, quandoque legem, quandoque Ecclesiam significat, quandoque euangelicam conuersionem, in qua Christus lucernæ, modo virtutis splendore præcipit qui ex S. Hieronymo, & aliis Patribus alia refert, qui & *n. 5.* refert non defuisse, qui candelarum in Ecclesia.. .... & improbant, vbi illos explicat, atque declarat.
57

58 Quod si aliter posset accipi, non quidem legeremus facile, quod legitur in libro Pontificali, nempe Agathonem Pontificem ad luminaria S. Mariæ ad præsepe, & Apostolorum bis mille centum sexaginta donasse & Theodosij vxorem in lucernarum rationem decies mille sextarios olei retulisse, vt refert Nicephor. *lib. 14. cap. 50.* Phara, Damasus, & Bibliothecarius *in Romanor. Pontifi & præcipuè S Syluestr. vita*, nec non Canthara Cerosta coronas, delphinos, & Lychnos, & Lynchnicos pro diuersi generis lampadibus, & lucernis in Ecclesiis ardentibus acceperunt.

Cumque Trid Synodus *sess. 16. cap. 7.* probet candelarum vsum, sed damnet earum dumtaxat numerum superstitiosum, vt refert idem Durantius *de rit. Eccles. Cath. sub n. 4. in fine.* Iam ergo ad hodiernum Stylum dicendum est à Sacr. Congreg. Rit in Lunen, Sarzanen. 3. Martij 1633. quam refert Bonfadin. *in Thesauro Eccles. decis. res. 31. n. 10* Barbosa *in collect. decis. 457. in Bullario* verb. *lumina*, declaratum lumina duo admitnus in altari accensa esse debere, dum recitatur Diuinum officium matutinum horæ, & Vesperum. † Vbi idem Barbosa refert qualis vsus debeat esse probatus accendendi lumina, lampadesve ad sepulcha quotquodam cum sanctitatis, aut martyris fama, vel opinione defunctorum, qui nec canonizationis, neque beatificationis honore ab Apostolica sede insigniti fuerunt sint recognitione, atque approbatione ordinarij, de quo adducit Sacr. Congreg. S. Rom. & gener, inquisit. habita in Palatio Apostolico in Baticano coram D. Vrban VIII. Die 13. Martij 1625. *in Bullar. à n. 4. conf. 57. eiusdem Pont. §. 3. & 4.* vbi leges. Et ego dico *infra hic* in verf. *& confirmatur.* † Et de cereis, & lampadibus io Baptismo, in missæ celebratione, in exequiis funeris. † Et de cereo Paschali, & lucernali hora signat, vbi tractat idem Durantius legendus *dicto cap 8. sub n. 4. in fine*, & refert, quod scripsit Onuphrius in interpretatione quarundam vocum Ecclesiasticarum: plura de Pharis, & cantaris. 59 60 61 62

Ad vltimam quæstionis partem de hora lucernali, breuiter respondeo, horam lucernalem dici, quod tunc lucernæ accendi solebant, quando horæ canebantur; indeque S. Hieronymus *1. expositione ad psalmum* 118. Vespertinum officium lucernarum appellarit, dum ait *hora tertia oramus, hora sexta oramus, nona lucernaram facimus, media nocte consurgimus*, vbi videtur lucernarium pro vesperis vsurpasse iuxta mentem Durantij *de ritibus Ecclesiæ Cathol. lib. 3. cap. 11. n. 5. & 6.* vbi & refert quod horæ lucernariæ meminerint D. Augustin. *1. ad fratres in eremo, operentur* (inquiens) *ergo in nomine Domini sacram ordinem non habentes, vsque ad horam lucernariam*, & Cassius *lib. 3. de instit Monachat. cap. 3. ad finem*, Rodulph, Tungruens *de canon. obseruant. propos.* 12. & lucernalium sermonum, & orationum mentionem facit Epiphan. *contra heres lib. 3. in compendiaria* vera doctrina circa finem, & legimus preces lucernarij semel, atque iterum apud Philoteum in libro, qui *ordo instituendi Diaconum*, inscribitur, & S. Hieronymus *epist.* sic loquitur *discat lucerna accensa reddere sacrificium vespertinum*, & Rodulph. Tungreos. *de canon. obseruant. dict. propos. 12. ad princip.* testatur sanctos Patres antiquitus hora lucernali ad vesperas conoeniri solitos; & sic addunt, vt refert Durantius *supra dict. n. 6.* Cassiodor *lib. 9. tripar. cap.* 38. Socratea *lib. 5. histor Ecclesiast. cap. 21.* & Nicephor. *lib. 12. cap. 14 in Hellade*, Hierosolimis, & in thessalia preces ad tempus vespertinum fieri consueuisse, dum accenduntur lucernæ. 63

Pro complemento notandum est, quod etsi lucernarum vsus, videatur aliquo modo improbatus. Primum ex Lactantio *lib. 6. cap. 1.* deinde ex Concilio Elibertan. *cap. 17.* denique ex D. Hieronymo, qui aduersus Vigilantiam confitetur pro honore martyrum cereos accendere pertinere ad imperitiam, & simplicitatem sæcularium hominum, & religiosarum fœminarum, quæ quidem 64

Zelum

Zelum habent, sed non secundùm scientiam: tamen ex longe iam *hic* addnctis patet contrarium.

65 Nec obstant proxime addncta, non Lactaorij locus, cum ipse tantum ibi arguat eos, qui Deo candelarum, ac cereorum lumen offerrent pro munere, quasi Deus dator luminis egeat lumine; quemadmodum Dij terreni egent lumine, & prophani eis lumina offerunt, quod Christiani non sic
66 ea mente, eoque fine lumina offerunt, vt patet. † Nec adductum ex *dict. concil. Elibert.* quod prouinciale est, vt meminit Duraotius *in cap. de imaginibus lib. 1. de rit. Eccles. Cathol. cap. 5. & dict. cap. 8. sub n. fin.* vbi dicit quod *in dicto cap. 37.* agitur de Neophitis, qui more gentilium lucernas publicè accendebant, quibus communio denegatur, oon vero de i.s, qui ad cultum Dei lucernas in Ecclesiis accendunt.

67 Qui & eodem modo intelligit loquutum Hieronimum de his scilicet qui cereos accendunt, credeorès inde Martyres illustrari, & quod Vigilantius dicebat ironicè quosdam præbere honorem Martyribus, quos putabant de cereolis vilissimis illustrari; & sic concludit, vt alioquin S. Hieronym. probet pium, atque mercede dignum cereus accendere in honorem Martyrum, tum aduersùs Vigilantium, tum etiam *epistola ad Riporium.*

68 Et confirmatur responsio ex Germano Patriarcha Constantinopolitano *dicto lib. 7. cap. 14. epist.* a. in iam relatis verbis sequentibus ibi: *non offendat quemquam, quod ante sanctorum imagines luminaria, & suaueolentia tymiamata accendantur; symblicus enim ista fieri, non lignis, aut lapidibus ipsis, sed in honorem sanctorum, quorum honor ad Christum recurrit.* Nec hæc quidem verba turbantur, etiam ex adducta declaratione Sacr. Congreg. S. R & generalis inquisit. Die 13. Martij 1625. quia prohibitio, de qua ibi accendendi lucernas, lampadesue ad sepulchra quorundam cum sanctitatis, aut martyrij fama, vt iam adduxi, nititur quidem alia ratione fundamentali, de qua *infra* diximus de reliquiis, & veneratione saoctorum.
69 † Nempe quod, vt prædicta permittantur, debet præcedere caoonizatio, aut beatificatio, cum approbatione ordinarij, adhibito Theologorum, aliorumque piorum, & peritorum virorum Consilio, spectato demum responso Apostolicæ sedis, imo & luminaria ac lampades permittit ipsa Sacr. Congreg. vt expendit Barbosa *in dicto* verbo *lumina in Bullario, & in dict. collect. decis. 457. sub n. 1.* vt refertur *in Bullario, tom. 4. constit. 37. Pontificis Vrban VIII. §. 3. & 4.* si tales fama martirij, aut sanctitatis per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque saoctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac sedis Apostolicæ tollerantia, vel ordinarij colantur, in Christi qnidem honorem.

***

AD TEXT. IN CAP. FIN. De officio Custodis hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

4 *Eucharistiæ custodia, quanta debet esse remissiuè.*
6 *Custos debet decimas, & eleemosynas donatas diuidere.*
7 *Custos, Archidiaconus, & Archipresbyter debent sic gerere, vt nulla sit inter eos inuidia.*
8 *Sanctiores, & meliores ministri debent ordinari ad Ecclesiæ ministerium.*

QVia satis, & abunde explanata esse videtur 1
decisio hæc ex proxime adductis *in cap. 1. hic, & in Rub. ac cap. 1. de officio sacristæ,* & quatenus de cura, quam debet habere Custos circa luminaria, de quibus late sub *quæst. praced.* vers. *ad tertiam*, & vers. *ad vltimam*; ideo duxi remissionaliter agere de aliis huius textus verbis.

Ibi *custos solicitus debet esse de omni ornamento Ecclesiæ, & luminaribus*, iam ex *dict. q. 1. ad dict. cap. 1. hic, & supra de officio sacristæ* latè dictum est. 2

Ibi *sine incenso*, de thurificatione iam dixi nonnulla *supra de officio Archipresbyteri*, sed cur incensi oblatione, & thurificatione Ecclesia vtatur, infra hic *sub q. 1.* dico. 3

Et ibi *nec panem, & vinum omni tempore præparatum, admissam habere debet*, cum ergo sacrum facere onn nisi cum pane, & vino io Ecclesia Dei adimpleri possit iuxta quæ longissime diximus *infra in tit. de celebrat. missarum*, vbi agimus de sacramento Eucharistiæ; ideo quanta debeat esse cura per custodem circa hæc, patet sine dubio. 4

Et ibi, *& per singulas horas canonicas signum ex consensu Archidiaconi sonare*; quia iam plene dixi *in cap. 1. hic in princip. quæst. 1.* ideo *ibi* leges *à num. 1.* vbi de campanarum vsu, & signo. 5

Et ibi *& omnes oblationes, seu eleemosynas, seu decimas cum eiusdem tantum consensu, absente Episcopo, inter fratres diuidat*; quia de his late dico *infra in tit. de decimis, de sepulturis, & de Parochianis*; ideo *hic sub quæst. 1.* aliqua breuiter dicenda erunt, applicando nonnulla dicta de officio Parochi *supra in tit. de offic. Archipresbyteri, & Premicerij*, solùm tamen poterat hic disputari qui sint, inter quos custos debet diuidere oblationes, decimas, siue eleemosynas donatas, cum hæ, vt DD. docent, communiter Parocho debeantur, vt ex communi probat Barbosa hic *num. 2. 3. & 4* de qno *in dicto tit. de decimis* latissime scribo. 6

Et ibi *in his tribus*, & ibi *hi tres, Archidiaconus, Archipresbyter, Custos simul iuncti vno animo prouide peragant, & perfecto, & non sit inuidia, neque zelus inter illos.* His quidem verbis patet, qnod circa peragenda Ecclesiæ ministeria in diuinis officiis, sunt maxime necessarij, Archidiaconus, 7

conus, Archipresbyter, & Custos, quorum officia respectiuè ad implent munus sacrificandi in Ecclesiis, & aliarum rerum pernecessariarum, vt abundè patet ex titulis *supra* adductis. Quare præcepit Pontifex, vt inter istos bonus actus seruetur, nec in odium prorumpant, ne ex desidia inter illos Ecclesiæ Catholicæ sacra ministeria deficiant in præiudicium rei spirituaris, atque fidelium, vt *glossa penult. & fin.* demonstrat *hic*.

4 Et ibi *& ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores, & sanctiores esse videntur* Per quæ verba ex glossa hic verbo *sanctiores*, possunt applicari plura, quæ dixi sub *Rub. & tit. de electione, & de eligendo digniore ad benefica, & officia etiam sæcularia*,

QVÆST. I.

Incensi oblatio in Ecclesia à quo tempore introducta? Vbi de Thuribulo, & Thymiamaterio? Quid significet Thuribulum? Incensi vsus, quare introductus in Ecclesia Catholica? Et Thus apud gentiles, quando in vsu: & quod ab hæreticis incensi vsus inepte reiicitur. Vbi qui mittentes libella, turificuli, & sacrificati dicerentur?

SVMMARIVM.

1 *Incensi vsus ab initio nascentis Ecclesiæ.*
2 *Thurificatio non tam quasi cæremoniali præcepto, quàm Ecclesiæ statuto, &* n. 6.
3 *Ture Magi professi sunt Christum Deum.*
4 *Thymiamaterium erat vas, in quo Thymiama in sacris incendebatur, vulgo* incensario.
6 *Thymiama pro incensu accipitur, & quid amplius significet* n. 7.
7 *Thuribulum aureum Christi corpus sanctum interpretatur, qui obtulit seipsum in odorem suauitatis.*
8 *Incensi vsus, & turificatio introductus est in loci reuerentiam, & Diuini officij ad repræsentandum gratia effectum.*
9 *Thurificatio admonet assistentes sacris, vt cogitent de cælestibus, reiectis importunis cogitationibus.*
10 *Carbones in Thuribulo incensi, quid repræsentent.*
11 *Thurificatio significat deuotionem celebrantis & assistentium.*
12 *Orationes in incenso significantur.*
13 *Thurificatio sufficiens est ad fugandos Dæmones.*
14 *Thuribula sunt Thymiamateria aurea, narrantur in plerisque Ecclesiis fuisse.*
15 *Thuribulum aureum à Constantino donatum sancto Nicolao refertur.*
16 *Thurificationum irrident hæretici, qui impugnantur, & explicantur loca Neomia, & Arnobij* n. 17. & 18.
19 *Thuris suffitus ex quo apud Gentiles vsus erat sacrificij certum indicium.*
20 *Incensare Christiani qualiter intelligantur.*
21 *Incensum mittentes, quibus modis appellabantur.*

AD primam quæstionis partem ex dicto vers. *sine incenso* apparet congrue, & melius, quàm alibi hic deferendum, est ergo primo dicendum; quod incensi oblatio fuit instituta ab ipsis Ecclesiæ primordiis, & in hunc vsque diem vsu recepta. † Indeque thurificatione non vti quasi cæremoniali præcepto legis, sed sicut Ecclesiæ statuto, authore S. Thoma *in 3. p. q. 83. art. 5.* & Theologi cum eo; & sic licet Apostoli vetent. *can. 3.* aliquid offerri ad altare, sed non quidem oleum ad luminare, & incensum tempore oblationis, & S. Dionysius *cap. 3.* Pontificem, vbi orationem sanctam super altare peregit ex ipso incensum adolore, omnemque fani ambitum circuire. 1 2

Ture enim Magi Christum Deum, & sacerdotem professi sunt, vt docent Ireneus *lib. 3. cap. 10.* Cyprianus *sermone de stella, & Magis*, Hylarius *can. 1. in Matthæum*, Ambrosius *lib. 2. ad c. 2. Lucæ*, Leo Papa *sermone 1. de epiphania*, Christhom. Iuuencus, Hieronym. Theophilac. Fulgentius, & alij Patres, patet enim ex Mathec. *cap. 2.* quod ipsi Christo in noua lege fuit facta à Magis thuris oblatio, & alij communiter. 3

Ad secundam partem de Thymiamaterio, Thymiama, & Turibulo, & breuiter dico, quod Thymiamaterium, erat vas, inquo Thymiama in sacris incendebatur. † Etenim Thymiama pro incenso, vt fit mentio *in dict. can. 3. Apostolor.* de Tymiamaterio, cuius etiam meminit S. Ambrosius *lib. 4. de sacerdotio cap. 1.* quod vulgo vocatur *incensario, obraserillo pera quemar olores, y perfumes*, vt patet *2. Paralipomenon. 4. & exod. cap. 25.* ac dicit Isidorus, Pelusiota, dicitur vt sit illud, in quo confectio Thymiamatis exaratur, *exodi cap. 30.* quam tropologue enarrant Helias Creten. & Gregor. Naaianzen. *oratione* quæ *Apologetica* inscribitur, & Anastesius Synaita *lib. 6. in Hexameron*, & alij etiam. 4 5

Et quidem quia Cyprianus *in epistola*, S. Iacobus in princip. & in ingressu liturgiæ orationem edidit, dum incenditur Thus, & in liturgiis quoque Basilij, & Chrisosthomi forma benedicendi incensam exaretur, ibique plura de vsu incensi legamus, & in libro Pontificiali benedictione turis verbis sequentibus: *Dominus Deus omnipotens, cui adstat exercitus Angelorum cum tremore &c.* nec non Turibuli his verbis. *Domine Deus, qui dum filios Israel in disertum numerantes ob rebellem suam audaciam, durum vastaret incendium Aaron sacerdotem, tunc orantem, arrepto de igne altaris Thuribulo, ibi incensum ponentem exaudire, eosque de incendio liberare dignatus est, benedic quæsumus hoc Thuribulum & præsta, vt quoties thus igneo adolebitur, votum populi tui boni odoris efficias, sitque fuga Dæmonum, repulsio, phantasmatam, & immundarum abscessio cogitationum per Dominum &c.* de quibus benedictionibus plura etiam in ordinario Romano de Diuinis officiis ideo nunc, quibus facienda sit thurificatio tractari oportebat; sed quia quibus Ministris illa fiat, iam *supra* dictum est *sub tit. de officio Archipresb.* nunc ad significationem thuribuli descendendum duxi, ex quo cui debeat ea primo fieri facilis erit collectio. 6

Thuribulum ergo, vt sanctus Augustinus *in homil. 6. in Apocalyps.* (dicens quod thuribulum aureum corpus Christi sanctum interpretatur) apertè fatetur vt corpus Christi significet addens quod ipse Dominus factus est thuribulum 7

ex

ex quo Deus odorem suauitatis accepit,& propi-
tius factus est mundo ; quia obtulit se ipsum in
odorem suauitatis,id confirmans *serm.98.de tem-
pore*,qui est *feria 2.post Domin.4*.ibi *vide quomo-
do verus Pontifex,Iesus Christus, assumpto Turi-
bulo,carnis humanæ , & superposito igne altaris,
adiecto etiam incenso, qui est spiritus immacula-
tus* , & amplius , nam vt ait Amalar. Fortunat.
*lib.3.cap.5.pranenis in Thuribulo Tymiama,quod
significat corpus Christi plenum odore bono* , &
cap. 18. ibi , *Thuribulum corpus Christi signi-
ficat , in quo est ignis , scilicet Spiritus Sanctus ,
ex quo bonus odor procedit,quem vnusquisque ele-
ctorum ad se vult rapere*.Imo Innonent. III. *lib.
2.mysteriorum missæ cap*. 16. & Durandus *lib.4.
ratioa. cap*. 10. quos sequitur Durant. *de ritibus
Ecclesiæ Cath. lib. 1. cap. 9. sub num.* 9. di-
cunt per Thuribulum verbum accipi incarna-
tum.

8 Ad quartam quæstionis partem vsus incensi
scilicet,quare introductus, breuiter etiam respon-
deo ex dictis primo introductum, & thurificatio-
nem fieri ad reuerentiam loci, & Diuini officij,vt
si fuerit in loco odoris fœditas thure recenso
depellatur , & qui adsunt odoribus lætis mul-
ceantur. Secundo ad repræsentandum gratiæ
effectum , quia sicut bono odore Christus fuit ,
iuxta illud *Genes 34. ecce odor filij mei , sicut
odor agri pleni*, & à Christo deriuatur ad fideles
officio ministrorum 2. *Corinht*. 2. ibi *odorem
notitiæ suæ spargit per nos in omni loco*. Indeque
ait D.Thomas qui hæc adducit *in 3.p.q. 83. art.*
3. quod vndique thurificato altari , per quod
Christus designatur, thurificantur omnes per or-
dinem.

9 Deinde etiam ea de causa , quia per thurifica-
tionem monentur,qui sacris adsunt, authore Phi-
lone Episcopo *in cantica* in illud *ex aromatibus
myrrhæ,& thuris , ad cœlestia omni desiderio as-
cendere* depulsis à cordis cubiculo importunis co-
gitationibus,reiectisque curis omnibus,& studio
rerum caducarum,cor suum ignitum,veluti thuri-
10 bulum coram Deo odoratissimum faciens. † In
quo quidem corde,cum per amorem virtutes,col-
ligit,quasi carbones in thuribulum congerit,qui-
bus seipsam, mens in conspectu Dei igne charita-
tis accendat,dum feruentes,& mundas orationes
ad Deum emittit,quasi fumum aromatum ex thu-
ribulo exalat,vt coram sponso suaue redoleat, &
proximos quosque ad eius amorem per bona
exempla conclrare non desinat.

11 Et addit Durantius *de ritibus Eccles.Cath.dict.
lib.1.cap. 1.sub n.* 8. quod thurificatio significat
deuotionem celebrantis,& eorum,qui assident ad
Deum directam,iuxta illud *psalmi* 140. *dirigatur
12 oratio mea , sicut incensum*. † Imo vt Hilarius
ait , in incenso significantur orationes ex Apo-
calyps 8. ibi *data sunt ei incensa multa* ; &
sic Innocent. III. *lib. 1. de ministerio missæ cap.*
17. Gullielmus Durandus *lib. 1. rational. cap.*
10. *argum.* 1111 , quod scriptum est Tobiæ *cap.*
13 6. † Dicunt quod suffitus , seu thurificatio effi-
cax ad fugaudos Dæmones (vt dictum est)
cum præsertim & thus,& thuribulum benedican-
tur;indeque ex S. Augustino *homil. 6. in Apoca-
lyps.* Turibulum autenm interpretatur corpus
14 Christi. † Et ita constat ex Pontificali Damasi
Papæ Constantinum largitum fuisse plerisque
Ecclesiis thuribula , seu thymia materia au-
rea.

Et Simon Metaphrast. *in vita sancti Nicolai* 15
prodidit Constantinum S. Nicolao thuribulum
aurenm , quod inter sacrificandum vteretur do-
nasse.& ipse Durand.*lib.4 rationai.cap*.10. expli-
cat cur turribula tribus catenulis vniantur. Non-
nulla de his dixi *in cap.2.de offic. Archid. q. 2. à
n.*14.

Ad quintam quæstionis partem respondendum 16
est , quod cum tot de causis incensi oblatio , &
thurificatio in Ecclesia Catholica sit admissa inep-
te,imo & peruerse hæretici irrideant thurificatio-
nes in sacris contendentes res ponendas esse ex
illo Isaiæ *cap. 1.incensum est abominatio mihi*. Et
ex Arnobio *lib. 7. aduersùs gentes* , vbi pluribus
thuris vsum in sacris,& nouum,& vanum docet,
quia prædicta fundamenta sunt leuia nimis ; non
enim apud Isaiam *in dict cap*.1. pure Deus thu-
ris incensum spernatur, ac respuit , quemadmo-
dum,nec sabbata. † Et Neomenias , sed tum de- 17
mum, cum ab impiis indignè incensum offertur ,
vt enarrat , & explicat Gregor. Nazianzen *orat.
3. aduersus Iulianum Imperatorem*. † Nec aliud 18
Arnobij dictum nocet , quia ibi tantum , ipse
improbat suffitum , & thuris incensum in ho-
norem Deorum. Non autem in honorem Dei
viui , cui , & thus , & cætera , quæ pura mente
à piis , & religiosis offeruntur gratia, & accepta
sunt, maxime thus quod (vt *supra* dictum est)
ex Crineo , Hilario , Ambrosio , & aliis , Deo
offerri solet , & Diuinitatem , notat ita Duran-
tius *de ritib. Eccles. Cathol. num.* 10. vbi in
simili S. Augustini censura *epistola* 99. ad *Deo
gratias* , loquutus fuit in verbis sequentib. *qua-
propter qui Christianas litteras vtriusque te-
stamenti sciant , non hoc culpant in sacris legis
ritibus paganorum,quod instituant templa,& sa-
cerdotia, & faciant sacrificia; sed quod hæc Ido-
lis,& Dæmonis exhibeant.*

Itaque etsi apud Gentiles (qui sacerdotes , 19
Pontifices , Flamines , & Archiflamines ha-
bebant , vt iam late expendi *sub Rubrica de
officio Archypresb.*) initio in vsu , non fue-
rit thus in sacris incendere , vt pluribus pro-
bat Diuus Ambrosius *dict. lib.* 7. Tamen vbi
primum thure sacrificare ceperunt; suffitus thu-
ris erat sacrificij certum iudicium. † Adeo vt 20
Christianos verè sacrificare crederent , vbi su-
mis Digitis , paululum thuris iniecissent in
acernam , vel thuribulum : sic refert Duran-
tius *de ritib. Eccles. Cath. dict. capit. 9. num.* 3.
vbi refert *num. 3. 4. 5. & 6*. inter alia , quibus
solebant prophani Christianos ad idolatriam ad-
igere , vt iniicerent thus in aureolum , vel
thuribulum , qui explicat ex S. Cypriano , &
alij qui essent libellati mittentes thurificuli,& sa-
crificari.

Et ne quidem prædictorum nominum proprie- 21
tas sub silentio relinquatur , breuiter dico, quod
qui iniiciebant thus in Arcolum *mittentes* ap-
pellabantur,eo quod eam actionem mittere dice-
bant,vt in Synodo Romana , in qua Marcellinus
Papa causam dixit,item vt quia solerent prophani
Christianos ad idolatriam adigere aliis nibus gra-
dibus.Primo vt nomen suum darent.quod scribe-
barur in libello,seu Chatalogo, inde tales à Chri-
stianis contumeliose appellabantur libellati : sic
S. Cyprianus *lib 1. epist. 2. & lib. 5. & lib.
3. & lib 4. epist.* 5. & Durantius ex eo *dict.
num.*4 ait vt quod vulgo legitur *libellaticos* , le-
gendum est *libellatos*,vbi S.explicat quis proprie

sit *libellatus*. Et apud eundem. Cyprianum ait *n.* 6.legi,quod qui manu capiebant Turibulum, vt adolerent, vocabantur *Turificati*. Et quod qui pollutis mentibus,manus,& ora sacrificantes polluerunt, *sacrificati* vel *sacrificiati* appellarentur.

QVÆST. II.

An Archimandrita, Archigerontes, siue Diæceta, Archipsaltes, & Archiepara-phonista, sint Ministri deputati ad exercenda aliqua officia intra Ecclesiam? Et quæ illa fuerint, aut sint?

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus, Archipresbyter, & custos, sunt pracipuè Ministri Ecclesia.*

2 *Archimandrita nomen gracum, est Princeps ouium, & Monachorum dicti loco Abbatum* num. 3. *id est Duces, & Principes Monachorum sint Archimandrita.*

3 *Mandra significat sermone Hyspano* Magiada deganado, rebaño, o manada, *item & spelunca.*

4 *Archimandrita etiam dicuntur illi, qui sunt Episcopi, Abbates, & alij Pastores Ecclesia, siue qui sunt Pralati Monachorum &c. qui degebant in speluncis, &* numero 7.

5 *Monachi olim eremos colebant in speluncis, & cauis montium habitabant.*

6 *Ascetria significat monialem, aut studium, siue exercitium.*

7 *Archigerontes, siue Diæceta quid significent? Et ad quos effectus assignati in Ecclesia, &* num. 8. *& extra Ecclesiam, vt* n.10.

9 *Diæceta lingua latina parum cultores, dicique administratores purpura, & lana.*

10 *Archipsaltes dicitur Princeps canentium; idest Magistor cappella.*

11 *Archipharaphonista dicitur, quartus schola, qui Pontifici de canteribus, cum quid opus erat, numciabat* n.12.

12 *Cantores olim more leuitarum quarebant ad fontem aquam, eamque mundam offerre consueuerant, & per manum Archipharaphonista &c.*

1 PRo complemento circa enodandam tractationem eorum ministrorum, qui exercent officia intra Ecclesiam ministerio spirituali deseruientium, quasi aliorum Principes, & superiores, visum nobis est sub hoc *titulo de officio custodis* adiicere; præcipue quia textus noster in vers. *in his tribus*, & in vers. *hi tres, Archidiaconus, Archipresbyter, custos &c.* signanter demonstrat, ac velle videtur, vt prædicti tres sint qui præsertim perficiunt Ecclesiæ ministeria; & cum Archidiaconus, Archipresbyter, ac sactista maior, atque Primicerius in Ecclesia officia exerceant, imperentque Ministris, vt ea rite, & rectè peragant; ideo nunc de nominibus Ministrorum Ecclesiæ ad spiritualia, quæ in iure reperiuntur dispersa, opportet *hic* differere, antequam *ad titulum de offic. vicarij* descendamus.

Archimandrita verò est Græcum nomen, qui 2
latine dicuntur Principes ouium, vel Monachorum, vt tradit ex Alciato, & Cassaneo referendis, Barbosa *in l. inter claros §. nos reddentes, n.9. de summa Trinit. & fide Cath.* & quia Dignitates regulares dicuntur habere Abbates, Abbatissæ, item aliquando (Priores de quibus nonnulla dixi *sub cap. 1.* & aliis *de atate ordinand.* & de Abbatissis *sub Rub. de elect.*) † Et Archiman- 3
dritæ, qui loco Abbatum sunt dicti ab *Arcos*, idest Princeps, & *mandra*, quud significat sermone Hispano, *Masada de ganado, rebaño, o manada*, item & spelunca, quasi prædictæ dictiones, Principem speluncæ significent, idest quasi quod Principes sint, vel duces Monachorum, qui ab initio eremos, & speluncas habitabant; ita etiam Patianus *de probat. lib. 2. cap. 31. num. 3. &* 4. vbi ait, quod glossa vocet Archimandritas Principes ouium; quia cum *mandra* apud vulgares sit locus ouium, pro ouibus intelligit Monachos, qui mansuetudine, ac humilitate oues imitantur, probans ex *dict. §. nos reddentes, & ex cap. dispensationes* vers. *Archimandritam 1. quæst. 7.*

Sed quia de significatione *Archimandrita* 4
Frater Didacus Ximenez Arias, Alcantarensis Theologus ordinis Prædicatorum *in suo vocabulario Ecclesiastico*, verb. *Archimandrita* dicens fieri mentionem de Archimandrita, non solùm in iure ciuili, verum, & *in Concilio 2. Constantinop. in dict. epiphania*, & quod *Archimandrita* vocantur illi, qui sunt Episcopi, Abbates, aut alij Pastores Ecclesiæ, siue illi, qui sunt Prælati Monachorum, & Religiosorum; eo, quod sint spirituales Pastores, vel quia *Mandra*, quod est spelunca, Prælati Monachorum, qui degebant in speluncis, forte ex ea ratione vocentur *Archimandritæ*.

Ideo Alciatus *lib. 1. prætermissorum adminutium* 5
fol. mihi 227. *sub litt. B.* agens de quibusdam vocibus, & inter eas de Archimandrita, improbans ibi acceptionem, quam Sidonius Apollin. *lib. 1. epist.* 8. dum Palestinos Archimandritas nominat, apud quem Paraphrastes suos dictos putat, quasi Principes sint mandræ, & agmines, Alciatus *ibi* non probat illius partem in verbis sequentibus *quid enim conuentus brutorum cum sacrosanctis* viris commune habet? & Accursium sic sentientem *cui (ait) error facilis est remittendus, quando quidem extra suum forum litigabat*; & sic videtur magis accipere eam significationem, vt Archimandrita id significet, quod dicimus Abbatem: nam prisci illi Monachi eremos colentes in speluncis, & cauis montium habitabant, vt non vno in loco apud Hieronymum legere est, iam ergo ex his patet, quale officium Archimandritæ habent in Ecclesia, & quare sic vocati, de quibus elegantius loquentem leges Marsilium *in cap. 15 de Ecclesiast. redditibus.*

Hinc enim non abs te erit scire, quid sibi 6
velit. *Ascetria*, sic legendum, & non *assisteria in authent. & etiam Cod. Iustinian.* quod significat *monialem*, ita legit Alciatus, vbi proxime *sub dicta littera B.* dicens vt in hunc sensum alicubi meminerit Gregor. Nazianzenus, præsertim *in Panegyrico magni Basilij*, vbi deducit à verbo Græco, quod laborare, & exercere significat; & idem Pater Didacus Ximenez Arias *in suo Vocabulario Ecclesiastico* verb. *ascesis*, dicens, vt significat studium, siue exercitationem, vt repetit ex Hieronymo in Cathalogo,

scribens

vel ſcribens Baſilius ſermone de *aſceſſi*, hoc eſt de cultu,& exercitatione monaſtica.

7 *Archigerontes*,ſiue *Diœceta*,de quibus fit mentio *in l. Archigerontes 6. de Epiſcopali audient.* & Accurſius inter primos eos ſacerdotes appellauit,quibus delicta ſua in metallum damnati confitentur *qui Chriſtiani eſſe iubentur vt ea lege exiſtimat eo quidem argumento* quod ſcriptum ſit *Diœceta ergaſiotanorum*,dicens verba hæc ſignificare Epiſcopos,ſeu Diœceſanos damnatorum in metallum,& id eſſe *ergaſiotanos*,qua quidem ſignificatione, quidam alij ſcribentes,vt refert Barboſa *in d. l. Archigerontes n. 2.* interpretantur illos Archipresbyteros,aut Epiſcopos, vel minores ſacerdotes, quidam natorum in metalla confitentium peccata audiebant; qua de cauſa non præter inſtitutum eſt tractare de prædictis, cum allegari ſoleat ille,ad hoc,quod iudex poſt ſententiam diffinitiuam latam contra reum,debet ei mittere ſacerdotem,vel religioſum,vt confiteatur peccata ſua, & dare ſibi aliquod tempus,vel ſpatium,vt poſſit prouidere ea, quæ ad conſcientiam, & animam ſuam faciunt, vt per illam leg: communiter adnotarunt Bald.Paul.de Caſtro, & communiter Doctores, Clarus *in §. fin. ſua praxis q. 97. n. 4.* Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap. fin. n. 6.* & alij poſt eos, vt dicit Barboſa *in dict. l. n. 4.* Haillon. *in addit. ad dict. Gomez. dict. cap. fin. n. 7.*

8 At quia prædictam expoſitionem communiter improbant alij Doctores referendi, inter quos idem Alciatus *in dicta l. Archigerontes* in verſ. *quæ expoſitio*,dicentes eam eſſe ineptam, & quod nemo alicuius iudicij, qui Græce ſciat,non cognoſcet,& addens vt fidelis lectio ea eſſe videatur, nempe vt veteri imperatores piis aliquos præfici, qui procurent negotia aulæ principalis, ſeu qui annonam,& penum,& quæ ad victum Principis,palatinorumque pertinent, emant,niſi iidem Chriſtiani ſint, vocemque illam ad vocem ex Græco traductam ad verbum, ſignificare Principes ſeniorum, ſeu ſummos ſenes, eaque ratione Matth. in euangelio ſummi ſacerdotes dicantur. Ideo Guid Pancirola *in theſauro variar. lib. 2. cap. 173.* veriſimilius tenet intelligi ſenes qui Gynecijs præerant, vbi veſtes Principis, & lintea texebant, de quibus *in tit. de murilegulis, & Gynetiariis lib. 11.* quibus enim obſeruandam mulierum pudicitiam præficiebantur, ſenes Archigerontes vocati, vt amplectitur Barboſa *in dicta l. num. 5.* de quo legendi ſunt etiam Cuiacius *lib. 23. obſeruat.* & Calum. *in l. ex iuridico*, verb. *Archigerontes*, vbi ait, leuiſſima mutatione adhibita,locum ſic corrigendum *Archigerontes, & Diœceta ergaſticarum, non niſi Chriſtiani*.

9 Vnde idem Alciatus *in dict. l. Archigerontes* inuehens admodum in Accurſium, & alios loquentes de Diœcætis, quaſi illos linguæ latinæ patum cultores; vel quia tempore eorum aſſiduis bellis,non ſolum litteræ græcæ, ſed & latinæ perierant; & ſic errorem, non hominis fuiſſe, dici quidem,ac habent Guid. Pancirola, vbi proxime, & Barboſa *ſub dicto n. 5.* Diœcetas, idest adminiſtratores,ſcilicet purpuræ, & lanæ, & huiuſmodi rerum, quas in cubiculis fœminæ operabantur, quarum etiam erant Præfecti illi, qui Archigerontes nominabantur,quod dicta lex præcipit,vt Chriſtiani eſſent,& idem de Diœcetis, qui prædictas res tractabant,non quidem Procuratores,

ſiue diſpenſatores ad quæſtum,& lucrum, quod ſi verum ſit ad aliam ſignificationem repertam *in eod. lib. 11. de pradiis Timiacis*, vt refert idem Alciatus, dicendo, vt ſignificet quæſtorem, & œconomum tamen *in conſtit. dicta leg. Archigerontes* ſibi placeet intelligere de Principis cella. 10

Archipſaltes, qui aliàs vulgari ſermone dicitur Princeps canentium, ſeu cantorum, alias dictus Magiſter cappellæ muſicorum, qui iſte ſit, & ad quid teneatur dixi *ſupra in cap. vnico de officio Primicerij.* verſ. *ad quintam*. ſic explicat illam vocem cum Rob *pſalm. 44.* Frater Didacus Ximenez *in ſuo Vocabulario Eccleſ.* verb. *Archipſaltes*.

Archiparaphoniſta, quale officium habeat, 11 & quis dicatur? Igitur vt explicant Durantius *de ritibus Eccleſ. Cathol. lib. 2. cap. 26. de offertorio n. fin.* & Onuphrius *in libello ordinis Romani in interpretatione vocum obſcur. Eccleſiaſt.* Archiparaphoniſta dicitur quartus ſcholæ, qui Pontifici de cantoribus, cum quid opus erat, nunciabat. † Cumque cantores olimmore Leuitarum quærerent ad fontem, aquam, eamque mundam offerre conſueuiſſent, vt docet Alcuin. 12 *de Diminis officiis cap. quid ſignificent veſtimenta*; idque inſtitutum eſſe dixerit Amalar Fortun. *lib. 3. de Eccleſ. officiis cap. 19.* ne cantores penitus extorres eſſent à ſacrificio; inde aduertunt adducti, & Durant, probantes ex oxordine Romano, quod Cantores offerebant aquam per manum Archiparaphoniſtæ, & quod deinde deſcendit ſubdiaconus ſequens in ſchola, qui & accipiebant fontē de manu Archiparahoniſtæ, & deferebat ad Archidiaconum. Ex quibus patet de officio Archiparaphoniſtæ, iam non multum in vſu, imo & penitus abrogatum videri, praxis demonſtat, niſi alicubi practicetur, vt antiquitas in oblationibus iſtis obſeruabat.

AD TITVLVM ET RVbricam de Officio Vicarij.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutores Pralatorum ſolent dari, de quibus tractetur ſub* tit. de officio vicarii.
2 *Vicarij præcipuum munus dicitur de ille, qui loco Rectoris ad ſeruitium alicuius beneficij nominatur per Prælatum.*
3 *Vicariorum quatuor ſpecies ſunt, quorum dua ad titulum de officio vicarij ſpectant, nempe, vna ſit vicarij perpetui, alia ad tempus, vt* n. 4. & 5.
4 *Vicarius perpetuus quando dicatur, & numero* 5.
5 *Vicarius temporalis Rectoris, ac Parochi, qualis dicatur, & exemplificatur, &* n. 6.
7 *Vicarij ſunt alij, qui à Romano Pontifice in prouincia aliqua, vel Diœceſi conſtituuntur in ſpiritualibus.*

8 *Vicarij, alij sunt quoad omnia Jurisdictionis, vt sunt vicarij Episcoporum, quorum duplex differentia; nam aly sunt generales, alij foranei.*

9 *Vicarij de iure sunt in triplici differentia, qui dicuntur, aut nati, seu legitimi, foranei, siue Datiui*, n.10.& 11.

12 *Vicarius, siue officialis Episcopi promiscuè sumuntur. Et in quibus prouinciis vtatur*

4 *nomine vicarij* n.13.

13 *Officialis nomine in nonnullis prouinciis vtitur.*

14 *Vicarij Coepiscopi coadiutores ad idem tendunt.*

15 *Coadiutores dabantur Episcopis, qui Coepiscopi dicebantur.*

16 *Coepiscoporum officia, & nomina iam in desuetudinem sunt.*

17 *Vicarius Episcopi missus appellare solet.*

18 *Locum tenens dicitur quem vicarius sibi nominat.*

19 *Vicarius est, qui vices alterius gerit in iurisdictione, & iudicio.*

20 *Vicegerentes, seu vicarij appellantur illi, qui in locum alterius Magistratus absentis seu mortui, vel impediti substituuntur.*

21 *Vicarij, siue vicegerentes sunt inferioris gradus, ac illi, in cuius locum suffecti sunt.*

22 *Suffecti appellantur etiam vicarij, seu vicegerentes, quanta eorum authoritas* numero 23.

23 *Vicarius non solum personam illius, in cuius vicem subrogatur, sed magis officium, & locum tenet.*

1 QVia occasione huius Rubricæ, & tituli solent DD agere, non solùm de vicariis temporalibus, seu perpetuis positis in beneficiis, siue Parochiis; imo & de aliis vicariis, siue coadiutoribus Prælatorum, tam ad spiritualia ordinis, quàm iurisdictionis. Et sic de officio vicarij generalis, siue foranei Episcopi, alteriusue Prælati Ecclesiastici iurisdictionem habentis, & licet sub Rubro nostri tituli nihil de istis vicariis caueatur: tamen quia ex aliquo facit textus *in cap. sua nobis* 5. *hoc tit.* Vbi nonnulla Pontifex agit de vicario Papæ in vrbe iurisdictionem habente; ideo *ibi* de dictis vicariis, eorum officio, ac iurisdictione agemus, etsi non latè, cum præcipua tractatio nostri instituti ex *supra* dictis titulis solùm sit de officiis Ecclesiasticis, quæ exercent in functionibus Ecclesiasticis, & spiritualibus pleræque personæ Ecclesiasticæ designatæ ad similia munera, & officia Ecclesia-

2 stica. † Et sic in præsenti titulo præcipuum munus vicarij, erit de illo, qui loco Rectoris ad seruitium alicuius beneficij nominatur per Episcopum, siue Prælatum, qui propriè coadiutor vocari videtur iuxta distinctionem proxime sequentem.

3 Quare libuit breuiter assignare vicariorum quatuor species, quarum duæ proprie spectant ad titulum nostrum, de quibus potissime fit mentio in nostro iure canonico vnius quidem perpetui, vt *in cap. extirpandæ hoc tit. cap. extirpandæ* 30.§.*qui vero de præbend. & Dignit. cap.*

4 *G perpetuus de fide instrum.* † Ergo vicarij perpetui Parochialium dicuntur, quos propter curam animarum constituit Episcopus, vt *in cap.* 1. *cap. fin. hoc tit.* & sunt, ac dicuntur illi qui in Ecclesiis quibusdam Parochialibus, in quibus directi Rectores perpetuò animarum curam exercere, non possunt, vicarij Constituuntur, veluti in Ecclesiis Monachorum, *cap. vnico de cappellis Monachor. lib.6.* aut aliis, quæ Prælaturis, vel militiis perpetuò sunt vnitæ, quarum curam exercere commendarius non tenetur, aut nequit: de quo an habeat beneficium, & qualiter distinguatur ab eo, cuius est vicarius, dico *infra in cap. 2. hoc tit.*

Vicarius alius curæ, beneficij, siue Parochiæ, aut Rectoriæ, alius est temporalis, de quo DD. 5
agunt etiam per caput peruenit de appellat, qui dicitur veluti coadiuuans in cura ad voluntatem & liberum arbitrium ipsius Rectoris, vt per *cap. illud cum sequenti* 7. *q.* 1. notant DD. qui tamen non proprie vicarius, sed aut cappellanus, aut curatus appellari consueuit, & dicitur temporalis, qui in locum alterius ad tempus substituitur, iusta subsistente causa; puta quia pluribus Ecclesiis, quas obtinet simul deseruire nequeat *cap. ex temporis* 16. *q.* 1. aut pluribus negotiis ratione sui muneris, & officij detineatur, vel quia ob peregrinationem, ægritudinem, aut iustam absentiam ab Episcopo cognitam, & approbatam, vel ob aliam aliquam causam, veluti necessitatem, aut vtilitatem Ecclesiæ, deseruire suæ Ecclesiæ non possit, Andr. Valens *hic n.*1.vers. *duplicis* & *n.3.* sic etiam alii DD. *in tit. nostro*, Barbosa *de iure Eccles. p.*1.*c.*15. *de vicario, & coadiutore Episcopi n.*8.& 9.

Et amplius etiam exemplificiatur, vt quando 6
nominatus est vicarius illius, qui duas habet Ecclesias Parochiales æque principaliter vnitas, tunc enim, qui curatus est Rector, & Parochus vtriusque, non tenetur constituere vicarium perpetuum in altera, sed ad tempus, videlicet, vt est dictum, quando ipse nolit ei inseruire ex *dict. cap. ex temporis* 16.*q.* 1.*cap.* 1.*ne sede vacante*, vel quando beneficium est vnitum mensæ Episcopi, seu capituli, quia tunc potest constitui vicarius temporalis, vt inquit glossa verb. *ad mensam in clem.*1.*de excessib. Prælator*, glossa & DD. *in clem.* 1.*de rescrips.* quod hodie limitatur per const. Pij V. quæ incipit *ad exequendam* Kalend. Nouemb. 1567. Barbosa *hic n.* 17. vbi addit, quod quando vnitur beneficium simplex, solet tunc constitui vicarius temporalis.

Quidam alij sunt vicarij, qui à Romano Ponti- 7
fice in prouincia aliqua, vel Diœcesi vicarij in spiritualibus Papæ constituuntur, qui & visitatores dicuntur, de quibus agunt DD. *in cap. fin. dist.* 61. *in c. Charitatem in fine* 12.*q.*2. *& in cap. is cui de elect. lib.6.* de quibus amplius dico, & aliis *in cap. sua nobis* 5. *hoc tit.* & simili modo videmus iuxta textum *in cap. adiicimus* 16.*q.*1. quod Monachi certis in locis vicarios sibi statuerunt.

Alii denique sunt vicarii, qui ad omnia, quæ sunt 8
Iurisdictionis à Prælatis constituuntur, & tales dicuntur; qui sunt, nempe vicarii Episcoporum, quorum duplex est differentia: nam quidam sunt qui generaliter nominati sunt ad omnes causas ciuiles, & criminales, item & iurisdictionis voluntariæ, & tales proprie dicuntur vicarii generales, & aliquando officiales Episcoporum, vt in cap. ex frequentibus *de constit. cap.* 2. *de consuet. lib.6. cap.*2. *eodem lib.6.* Alii eorum, qui solent constitui, vel ad ciuiles tantum causas, vel ad criminales totius Diœcesis, non proprii vicarii, sed officiales, vel auditores vocantur *in cap.*1. *&* 2. *hoc tit. lib.*6.

Hinc

9 Hinc prouenit vt incidamus in aliam distinctionem, scilicet quod in triplici differentia accipiuntur de iure vicarij: nam vel dicuntur nati, seu legitimi, & isti sunt qui dicuntur à lege ipsa constituti, vt Archidiaconus, & Archipresbyter, de quibus iam dixi *sub tit. de officio Archidiaconi, & de officio Archipresb.* & probant iura *ibi in*
10 *cap. 1. & in cap. vt singula.* † Alij dicuntur foranei, & sic appellantur, qui extra ciuitatem, in qua est Episcopi sedes, iurisdictionem exercent, vtpote quos Episcopus in certa Diœcesis, parte, vel in oppidis Constituit, sicut docent Doctores per glossam verb. *Foraneus in Clem. etsi principalis de rescriptis, & in cap. 1. eodem ver-*
11 *bo de officio ordinarij lib. 6.* † Datiui alij dicuntur, qui, vt iam diximus in vers. *alij denique*, appellantur vicarij, seu Constituti generales, hi nempe, quos Episcopus creauit, vt eius vices gererent in eodem tribunali, & loco, in quo ipse ius dicere consueuit: sic Barbosa *hic n. 9.* vbi loquens de vicariis Patriarcharum, Episcoporum, & Archiepiscoporum inter illos prædictam constituit differentiam, & plura de omnibus illis dicit *in pastorali 3. p. allegat. 54. ex n. 19. & ante.*

12 Promiscuè namque verbum *vicarius*, vel officialis Episcopi, iam in iure sumuntur, & certius in praxi, vbi sic accipiuntur, quod bene procedit, cum reuera in effectum nulla inter eos, nisi in nomine versatur differentia, vt dixerunt Hypolitus Riminald. *in Rub. de officio n. 113.* Couarruu. *lib. 3. variar. cap. 20. n. 46.* Mandosius *in tract. de commission. in commis. per breue* 28. verb. *vicario*, & *in Reg. 14. Cancel. q. 6. a. 16* Menochius *cons. 51. n.* 38. Gonzalez *ad regul. 8. Cancel glossa 5. §. 3. n.* 8. & alij.

13 Et quidem Romanæ curiæ stylus obseruat, vt in expeditionibus, seu delegationibus ad Italiam, Vngariam, Dalmatiam, Egyptum, & Cretam, & partes orientales, Siciliam, & Corsicam concernentibus, Cancellaria vero vicario semper vtatur, sed vltra montes Alpinos, vt in Hispania, Gallia, Germania, Polonia, Anglia, & in Vltramarinis, vt in Africa, officiales nuncupentur, sicut testantur Sbrotius *de officio vicarij lib. 1. q. 2. n. 10.* ante Barbosam *de iure Eccles. dict. 1. p. cap. 15. n. 12. in fine*, Hieronymus Paulus *in practica Cancel. fol. 7. & 8.* Mandos, *in dicto tract. de commis. dict. breue* 28. verb. *vicario.*

14 Quod si dubites quare tales proxime adducti vicarij appellentur, & non coepiscopi, Coadiutores, vicesgerentes, seu locum tenentes, respondeo prædicta nomina ad idem tendere iuxta species suas, quas nomen vicarios claudit omnino; quia etsi quondam, vt iam *supra* dixi *in*
15 *sub Rub. de officio Archipresbyt. q. fin.* † Coadiutores darentur Episcopis, qui Coepiscopi dicebantur, & erant quasi suffraganei, & vicarij simul Episcoporum, quibus scilicet plurima cum Episcopis ministeriorum communis erat dispensatio, qui non erant Episcopi, sed sacerdotes honorabiliores, vt dicit Nicenum Concilium; sic vt inter eos, ac Presbyteros quædam esset differentia, cum ipsi tenerent medium quoddam inter Episcopos, & Presbyteros, etsi præsumptuose in Episcopos consecrarentur, lectores etiam & Exorcistas atque subdiaconos ordinarent, nec infra Episcopo maiores ordines minime contulissent, nec alia Pontificalia exercerent, *cap. ie quamais 68. dist.*

16 Tamen quia iam nomen istorum quod officium in desuetudinem abiit, & ab Ecclesia reiectum fuerit *cap. Coepiscopi 68 dist.* eo quod insolenter sibi officia Episcoporum vsurparent; ideo recte, & eorum institutio fuerit omnino interdicta. Hodie tamen qui in ordine Episcopali constitutus ad Episcopalia exercenda, assumitur, suffraganeus nominatur, Barbosa *d. cap. 15. de iure Eccles. n. 7.*

Et quamuis vicarius Episcopi soleat in sacris ca- 17
nonibus *missus Dominus*, aut *missus* simpliciter appellari, *cap. de paroecia, cap. ab isto 35. q. 6. & cap. 2. iuncta* glossa *de regularibus cap. 1. de frigidis, & maleficiatis*, vbi Doctores, vel etiam officialis, (vt diximus) Episcopi, sed non proprie; imo nec si vocetur coadiutor Episcopi; nam proprie talis dicitur qui Episcopo, aut Rectori infirmo, vel senio confecto, aut iniquo administratori adiungitur, vt in officio, & in administratione coadiuuet, vt patet ex *cap. 1. de Clerico ægrotante. & eodem tit. lib. 6. & supra in cap. grandi de supplenda negligentia Prælat.*

Et quia locum tenens proprie dicitur ille, quem 18
ipse vicarius sibi ipsi sufficit, & vicarius ille proprie, qui ab ipso Episcopo nominatur tantundem etiam sine consensu sui capituli *cap. ea noscitur*, vbi Hostiensis, & DD. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu capituli.

Et vicarius proprie dicatur ille, qui vices alterius 19
gerit in iurisdictione, & iudicio *c. 1. & 2. h. tit.* ideo propriè dictum nomen idem significare videatur, ac vices gerens, nec bene locum tenens poterit dici, cum vicarius non dicatur constituere sibi vicarium, vt patet *in cap. Clericos hoc tit* glossa verbo *aliorum in clem. 1. de regularibus.*

In iure enim vicarij, seu vicegerentes appellan- 20
tur illi, qui in locum alterius Magistratus absentis, scilicet mortui, vel impediti, substituuntur ab eis, qui à lege ad id potestatem habent, vt deducunt Doctores, ex *l. 1* ibi, siue *proconsulatum ff. de tutelis, & curator. datis ab his* Cujacius *lib. 1. quæst. Papiniani super leg. 5. ff. de officio Proconsul. in princip.* Morla *in emporio iuris tit. 5. in præludio*
n. 84. † Quare fiet, vt tales sint inferioris gradus, 21
ac illi, in cuius locum suffecti sunt; quia sicut Præfectura, vt dignius officium vicem gerenti, vel vicario præfertur, vt notat Barbosa *in l. in ciuilibus cod de officio vicarij n. 1.* ita similiter dici debet de quocumque vicario, seu vicem gerente, aut
locum tenente in materia, de qua loquimur. † Et 22
sic etiam patet, quod tales vicarij, seu vicegerentes, appellantur etiam suffecti, vt *in l. 1. §. post hanc in fine.* ibi *quo suffectus fieret &c. ff. de origine iuris, in cap. quadam* ibi *suffecti consules 2. dist* vbi habetur, quod suffecti iudices dicebantur illi, qui pro aliis substituebantur, vt ex Isidoro, Suet, & Lamprid. tradit Brison *de verb. significatione lib. 17.* verb. *suffectus* Alciatus *lib. 3. dispunct. cap. 3.* & Isidorus relatus *in dicto cap quadam l. 5. etymologyarum cap. 14.* ait quod sub Octauiano Cæsare suffecti consules, Papius, & Poppeius legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellatur Papea Poppea, continens Patrũ premia pro suscipiendis libris super quo ex Dione *lib. 56.* aduertit Couarruu. *de spons. p. 2. cap. 8. in initio n. 4.* referens huius legis capita plura, & Doctores *in l. fin cod de infirm. pæn. cælib.*

Ex quo videtur quanta fuerit iudicis suffecti 13
authoritas, & Caluin. *in lexicon Iurid.* verbo *vicarius*, Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. 9. §. 3. gloss. 1. a. 4.* demonstrant agentes de vicariis Magistratum, & militum, de quibus agitur Imper.

in dicta tit. de officio vicarij, vt ibi adduxit Barbosa *in præmisso*, & patet ex titulo *cod. de officio eius, qui vicem alicuius Iudicis obtinent*, qui etsi vicarius, seu vicesgerens, ac alterius vice fungatur: tamen sub ratione officij, & tituli vicariatus habet iurisdictionem, & non quidem ex sola commissione; & sic bene Bellon. *lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 2. *ad finem*, Barbosa *in Rub. hic n.* 6. post alia ab eo dicta *n.* 3. 4. & 5. concludunt vicarium, non solùm personam illius, in cuius vicem subrogatur, sed magis locum, & officium tueri, iuxta verba textus *leg.* 2. *cod. de officio eius* ibi *tueri locum Rectorem prouinciarum noscuntur*, vbi declarat glossa, verb. *Rectorem* in verb. sequent. ibi. *est enim vicarius ordinarius à lege non delegatus*, cum infinitis Barbosa *in pastorali p.* 3. *dict. allegat.* 54. *à n.* 45. de quo *infra*. Et hæc nunc sufficiunt pro explicatione nostræ Rubricæ.

QVÆST. I.

Vicarij perpetui Parochialium, an dicantur Beneficiati, sicut, & ipsi Parochi? Et an Vicarij earum alij, qui perpetui non sunt, dicantur amobiles, nec vllo modo Beneficiati? Et qua differentia, nominentur ad seruiendum in Parochialibus? Et an, Rectore mortuo, duret nihilominus sibi Vicarius perpetuò suffectus? Et an idem sit de Vicario, temporali? Et an mortuo Præside, siue Episcopo, possit eius Vicarius exercere iurisdictionem? Et qui de materia Vicarij perpetui in beneficiis, aut temporalis, item & Episcopi agant?

SVMMARIVM.

1 *Vicarius perpetuus non est propriè Rector Ecclesiæ, sed Rector curæ animarum perpetuus.*

2 *Vicarius perpetuus Parochialis sic debet institui, vt institui debent in suis Parochiis, Rectores, & Parochi.*

3 *Vicaria, seu vicariatus perpetuus, qui debet institui in Ecclesia Parochiali vnita alicui Dignitati, vel monasteriis, est beneficium curatum.*

4 *Curati beneficij dispositiones procedunt etiam in vicaria perpetua.*

5 *Vicaria perpetua eandem ætatem requirit in eam obtinente, quam requirit beneficium curatum.*

6 *Vicarius perpetuus tenetur subire omnia onera incumbentia ipsi Parochiali, in qua erecta erat vicaria perpetua.*

7 *Vicarius perpetuus habet penes se omnem beneficij curam, & exercitium.*

8 *Vicarius perpetuus Abbatiæ debet subire omnia onera respicientia curam animarum, & administrationem sacramentorum.*

9 *Vicarius temporalis, qui dicitur amobilis, non est beneficiatus, cum non habeat se instar beneficiarij* n. 10.

10 *Vicaria temporales non veniunt sunt nomine beneficij.*

11 *Rector principalis, cui datus est vicarius temporalis, habet principalem curam, vicarius autem solum functionem, & administrationem, secus in vicario perpetuo vt* n. 12.

12 *Vicarius perpetuus debet residere in beneficio, non tamen Rector.*

13 *Vicariorum sæcularium ad tempus nominatio in beneficiis curatis spectat ad Episcopum. Perpetuorum vero ad nominationem eorum, in quorum Ecclesiis ponuntur cum examine tamen, & approbatione Episcopi, &* n. 14.

15 *Vicarij constitutio tempore vacationis, spectat ad eum, qui potest instituere concursum, & in casibus repentinis limitatur* numero 16.

17 *Vicario perpetuo deputato seruitio alicuius Parochiæ debet assignari certa congrua, & portio annua ex prouentibus ipsius Ecclesiæ* n. 18.

18 *Congrua portio arbitrio taxatur Episcopi, sic vt non sit maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum computatis, etiam incertis, & obuentionibus percipi solitis. Et quid debeat prius Episcopus perscrutari* n. 19.

20 *Congrua non sic assignatur vicario temporali, ac perpetuo, &* n. 21. & 22.

21 *Vicarius temporalis, non perpetuus assignatur Rectori, qui senio, morboque perpetuò, & incurabili factus est inutilis, non perpetuus, nec cum futura successione, cum assignatione certi stipendij.*

22 *Portio assignanda vicario temporali tanta debet esse, vt valeat commode sustentari, & maior, si administrationem in temporalibus habet, vel si ei commendetur Ecclesia interim, dum Beneficiatus puer adolescit.*

23 *Alimenta potius debentur Rectori, quam eius Vicario de fructibus beneficij &* n. 24.

24 *Vicarij assumpti temporales sine magna necessitate, inseruiunt cum salario conuento cum Rectoribus.*

26 *Vicaria temporalis, nec est beneficium, nec titulus beneficialis, sed tantum simplex salarium.*

27 *Vicario nominato infirmo, Rectori, aut puero ad seruitium beneficij vniti authoritate Episcopi assignatur congrua, siue portio, iuxta distinctionem supra à* n. 7.

28 *Vicarius perpetuus nequit remoueri, mortuo Rectore, nec à successore beneficiarij, qui consensit institutioni* n. 29.

29 *Vicarius perpetuus non habet se ad instar simplicis mandati, quod reuocari valet, sed ad instar beneficij perpetui.*

30 *Vicarius perpetuus ipso iure censetur beneficiarius.*

31 *Vicarius temporalis potest ad nutum amoueri per eum, qui illum constituit, si non subsit aliqua causa malitiæ, & sine causa, sed non ante annum,* vt n. 32. & 33.

33 *Vicarius temporalis non potest se iuuari regula de annali, nec comprehenditur in reseruationibus, nec virtute ipsius quæit defendi quominus amoueatur.*

34 *Locum*

34 *Locum tenentes nominati à Principe remoueri non valent ad libitum prætoris, nec eius morte cessant in officio.*

35 *Vicarius Episcopi cessat morte Episcopi; quia illico iurisdictio transfertur in capitulum n.36.*

36 *Vicarius Episcopi remouetur sola voluntate eius.*

37 *Vicarius Episcopi, dum nescit mortem Episcopi, potest etiam beneficia prouidere.*

38 *Vicarij iurisdictio, cessat Episcopo excommunicato, aut interdicto, suspensoue.*

39 *Vicarij perpetui, & temporalis, materiam qui Doctores tractent.*

40 *Vicarij generalis Episcopi; item, & foranei, materiam qui tractant, vbi assignentur aliqua de eorum potestate, & de capitulo, sede vacante.*

1 AD primam quæstionis partem, quia vicarius perpetuus, sic dicitur ad vitam scilicet ipsius, Vitalin, *in clem. vnica hoc tit. n.* 11. & ibi Doctores, Barbosa, *hic n.* 12. *&* 13. talisque vocetur respectu Rectorum Ecclesiarum Parochialium; quia hi sunt Principales personæ in Ecclesia, ex qua primo, & principaliter cura incumbit, sed vicarij tamquam minus principales, & coadiutores vicariam præstent operam, vt notat glossa fin. *hic in cap. ad hæc hoc tit. & in cap. fin.* verb. *annexa de præbend. lib.* 9. recepta communiter per Doctores *ibidem*, vt per Cardinal. *n.* 10. & Innocent. 7. *in dicta clem.* 1. Aufretius *ad Cappellam. Tholos. decis.* 109. Petr. Greg. *rei benef. cap.* 10. *n.* 26. & sic Abbas *in cap. ex parte hic notab.* 3. Vitalin. *in dicta clem n.* 24. & proxime adducti, notant Rubricam de cappellis Monachorum sic concipi, non autem de cappellis vicariorum; inde iste vicarius perpetuus, non sit propriè Rector Ecclesię, sed Rector curæ animarum perpetuus: tamen qui dicitur habere beneficium curatum iuxta glos fin. *in dicta clem.* vbi Boois *n.* 43. Gonzalez *ad Regul. 8. cancel. glossa* 5. §. 3. Nicolaus Garcia *p. 9. c. 2. n.* 186.

2 Vnde euenit quod sicut, quæ dicuntur de beneficio curato, locum habent in vicaria perpetua Rebuffus *in tract. nomin. q. 9. n. 7. & quæst.* 16. *n.* 13. Gonzalez *supr. dict. glos.* 5. §. 3. *n.* 21. Nicolaus Garcia *dict. n.* 286. Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 3. *q. 1. à n.* 115. Campanil. *in diuers. iuris canon. Rub. 7. cap. 6. n.* 114. ita & similimodo, quia de curato beneficio aperta est communis iuridica resolutio, quod Parochi, seu Rectores Ecclesiarum, debent in suis beneficiis institui titulo perpetuo ad inseruiendum in illis, sic contingat in vicariis perpetuis, vt DD. fatentur per glos. *in dict. clem.* 1. *hoc tit.* quia verius est, vt isti vicarij perpetui habeant, verum titulum, vt contra glossam *dict. cap. ad hæc 3. hoc tit.* verb. *remouere*, docent Gonzalez *dict.* §. 3. *num.* 20. Gambara *de officio leg. de latere lib. 6. tit. de dispensat. n.* 19. Barbosa *in dicto c. 3. n. 5. & in hac Rub. n. 14. & de iure Eccles. lib. 5. c. 6. ex n.* 20.

3 Vnde bene potuit Nauar. firmare *conf.* 11. *n.* 3. *de statu Monachor, in nouis*. vt vicaria, seu vicariatus perpetuus, qui debet institui in Ecclesia Parochiali vnita alicui Dignitati, vel Monasteriis, sit beneficium curatum, & habeant in locum iura statuentia, de Ecclesiis Parochialibus, Barbosa *in dict. cap. fin. ab n.* 3. vbi cum Riccio *in collect. decis. p. 4. collect.* 909. *in princip.* ait inde etiam euenire, vt vicarius perpetuus dicatur Rector animarum.

4 Quare etiam venit firmandum, vt dispositiones omnes, quæ de beneficio curato faciunt mentionem circa vacationem per assequutionem, & non promotionem, & de eorum ætate in eorum vicariis procederet, vt notant variis in locis scribentes, ac probat textus optimus *in cap. postulasti* 27. *de rescript.* ibi *non enim carere beneficio dici debet, cui competenter de perpetua vicaria prouentibus est prouisum*, cap. Michaël, *de filiis, Presbyter*, sicut vtrobique notaui, ac docent Rebuffus *in praxi tit. de vicariis perpetuis n.* 14. Gomez *in reg. de idiom. q.* 11. Flamin. Paris. *de resig. benef. lib. 3. q. 1. à n.* 315. cum pluribus Barbosa *de appellatiua*, verb. *vtriusque iuris signif. appell.* 32. *ex n.* 8. Gonzalez *in dicta glossa* 5. §. 3. *n.* 21. & alij: idem Barbosa *in dict. clem. 1. hoc tit. n. 1. 2. &* 3. cum infinitis ex antiquis, vbi cum eodem Paris. *dict. q. 1. lib. 2. n.* 112. Gonzalez *dict.* §. 3. *à n.* 19. Azor, *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 6. q.* 5. resoluit, quod vicariæ perpetuæ sunt beneficia Ecclesiastica, vt dixit etiam Rota. *decis. 2. n. 1. de excessibus Præl.* Lessius *de iust. lib. 2. cap. 44. n.* 3. Sebastianus Cæsar *in relect. Ecclesiast. hierarchia. p. 3. disp.* 14. §. 8. *ex n.* 1. Hoieda *de incompatibilit. benefic. cap.* 15. *n.* 11. qui *in p. 2. c. 10. n.* 10. Barbosa *in c. 1. hic n.* 3. concludunt disposita de beneficiis, habere locum in vicariis perpetuis.

5 Et confirmatur ex eadem ratione, sicut ad obtinendum beneficium curatum ætas annorum 25. requiritur, iuxta quæ adduxi *sub Rub. & tit. supra de ætate & qualit. ordinand.* sic etiam, & ad obtinendam vicariam perpetuam in Parochiali: quare Bonifacius *in dicta clem. 1. hoc tit.* opportere ait curatæ Ecclesiæ vicarium annum 25. attigisse, & addit Azorius *dict p. 2. lib. 3. cap. 8. q.* 5. vt debeat intra annum sacerdos fieri, vt ibi sequitur Barbosa *n. 3. in fine, & in cap. fin. hoc tit. sub dicto n.* 3. Andreas Valensis *hic n. 2. in fine ex dict. clem.* Nec enim docent declaratum à sacra Congreg, Concilij, Nicol. Garcia, *de benef. p. 12. cap. 2. n.* 15. Barbosa *in collect. decis.* 719. verb. *vicarius perpetuus n.* 7. & sub eodem verb. in Bollario vicarios perpetuos posse institui absque erectione tituli vicariæ.

6 Et confirmatur secundo, quia vicarius perpetuus solus tenetur subire omnia onera incumbentia ipsi Parochiali, in qua erat erecta vicaria perpetua; quia Bulla Pij V. de vicariis perpetuis vult vicarium perpetuum expedire Bullas, & soluere annatam; & sic à Sacra Congreg. Concilij Die 27. Februarij 1580. teste Aldano *in compendio canonic. resol. tit. 43. n.* 66. Barbosa *in dict. collect. n. 10. & sub eodem verbo in Bullario referunt*, declaratum, nulla ex parte Ecclesiam, siue Monasterium, aut locum pium, cuius erat vnita ipsa Parochialis spectare: nam ex quo constitutum est beneficium in personam ipsius vicarij, inde ad illum spectare omnia onera beneficij.

7 Vnde euenit ita Dominum dici ipsius beneficij, cui inseruiat, quod penes ipsum tantum dicatur animarum cura, & exercitium, vt tenuerunt Cardinal *in dicta clem. vnica hoc tit. q.* 9. vers. *indistinctè dicitur* cura apud vicarium quoad omnem effectum, *& in clem. 1. de iure Patron. num.* 8. vers. *& magis propriè in effectu ipsi instituti sunt Prælati*, Anchar. cons. 404. n. 11. vers. *nam vicarius non recipit titulum à Rectore, sed ab ipso, & penes ipsum dicitur esse cura animarum*,

maram, & exercitium, Barbosa ad alia videndus, *in dict. cap. fin. hic n. 4.*

8 Et iterum confirmatur, quia vicarius perpetuus Abbatiæ debet subire omnia onera respicientia curam animarum, & administrationem sacramentorum; cætera verò ad Abbatem seu commendatarium eiusdem spectare, vt ex sacra Congreg. in Eugubin. 11. Mai 1594. referunt decisum Aldan. *supra dicto tit. 43. n. 64.* Barbosa *dict. collect. decis. 719. n. 8. & sub Bullario in dicto verb. vicarius perpetuus*, alia inferius dicentur.

9 Ad secundam quæstionis partem, an vicarij temporales dicantur amobiles, nec vllomodo Beneficiati, & qua differentia nominentur ad inseruiendum in Parochialibus? In quo dubio facilis videtur responsio præberi ex adductis *in Rub.* igitur de temporali vicario in Parochialibus dicendum est, vt non habeat se ad instar Beneficiati glossa *in extrauag. Ioan. 22. execrabilis de præbend.*
10 10 verb. *temporales vicarios.* † qua notant DD. quod vicariæ temporales non veniunt sub nomine beneficij, vt censuit Rota in Iaceo. vicariæ 25. Mai 1615. coram Bonæ Memoriæ Buratto, Barb. *in d. extrauag. n. 35.* Andr. Valens *in Rub. hic n. fin.* non enim vicariæ temporales dantur in titulũ, nec in perpetuum, ac proinde non esse Ecclesiastica beneficia, nec vti talia reputari, nec cõprehẽdi sub reseruationibus docet Barbosa *in Rub. hic n. fin.* in fine Gonzalez singula comprobans *in dict. reg. 8. cancel. dict. glos. 5. §. 5. ex n. 55.*

11 Quare dicendum est curam omnimodam beneficij, siue Parochiæ manere penes Rectorem principalem, & penes vicarium; solummodo esse functionem, & administrationem, quam exercet nomine alterius, Andreas Valensis *hic dict. n. fin.* nam vt dicunt Nicolaus Garcia *de benef. p. 3. cap. 2. n. 179. in declarat.* Armendar. *in addit. ad Recopil. leg. Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 1. §. 2. sub tit. sed an Parochi debeant residere in suis curatis n. 141.* Barbosa *de offic. Parochi cap. 1. n. 65. in collect. decis. 710. n. fin.* verb. *vicarius amobilis Parochialis*, & *in Bullario sub eodem verbo*, Sacr. Congreg. Concil. declarauit, vt vicarius amobilis deputatus in exercitio curæ animarum arguat curam esse penes deputantem; & quod ipse Rector
12 teneatur ad residentiam. † è contra verò in vicario perpetuo; quia si tota cura legitime translata fuerit in solum vicarium perpetuum, tunc ipse teneatur, ac possit compelli ad residentiam personalem, vt declarauit sacra Congreg. Concilij, quam citant Armendar. *in addit. ad recopil. leg. Nauarræ lib. 2. tit. 13. l. 7. §. 2. sub tit. an Parochi debeant residere n. 126.* Barbosa *dict. collect. decis. 719. n. 11.* verb. *vicarius perpetuus*, & *in Bullario sub eodem verbo.*

13 Vnde ad dubium qua differentia nominentur ad seruiendum in Parochialibus, breuiter respondeo vicariorum sæcularium ad tempus in beneficiis curatis vnitis, nominationem spectare ad Episcopum, perpetuorum vero in vim constitutionis Pij V. incipit *ad exequendum*, spectare ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur, & cum præuio examine, & approbatione ab Episcopo esse deputandos, vt ex sacra Congreg. Concilij, testatur Nicolaus Garcia *de benefic. p. 9. cap. 2. n. 295.* Barbosa *dict. collect. decis.*
14 *720. n. 10. & in Bullario, sub eodem verbo* † debent enim vicarij, seu Parochi in Ecclesia exempta animarum curam exercere, intendentes prius examinari, & approbari à suo Episcopo iuxta dispositionem *cap. per exemptionem de priuileg. lib. 6.* Vbi DD. communiter, & referunt sic declaratum à Sacra Congreg. Concilij in Capitaquen. 25. Iunij 1619. Bonfadin. *in thesauro Eccles. decis. res 53. n. 1.* Barbosa *dict. collect. decis. 720. n. 3. & in Bullario sub dicto verbo*, de quo late *infra* dico *in cap. 3. q. 1.*

Vicarium enim constituere tempore vacatio- 15
nis ad custodiam Parochialis vacantis, spectat ad eum, qui potest instituere concursum, vt declarauit Sacr. Congreg. Concil. penes Nicol. Garciam *de benefic. p. 4. cap. 5. n. 8.* Barbosa *in dict. collect. 720. n. 4.* qui & *n. 5.* & Nicol. Garcia *de benef. dict. p. 9. cap. 2. n. 11.* † dicunt quod licet hæc 16
disputatio, sic ad Episcopum spectet, limitatur in casibus repentinis, si vicaria est ad præsentationem alicuius collegij, quod illum poterit constituere, quàm primum; donec Episcopus certior sit factus, & prouiderit, dicentes sic declaratum à sacra Congreg.

Et quod vicario perpetuo, quando alicui Pa- 17
rochiali deputatur, vt seruiat, debeat assignari certa, & congrua portio annua, tamquam laboris, & operis mercede ex prouentibus ipsius Ecclesiæ; nam sic à sacris canonibus permittitur habenti Parochialem Ecclesiam suæ, vel Dignitati, vel præbendæ annexam; substituere sibi vicarium idoneum, & perpetuum authoritate Episcopi, *extirpanda 30. §. qui vero de præbend.* Andreas Valens. *hic vers. perpetuus*, † quam tamen taxant 18
DD. ex constit. Pij 4? incip. *ad exequendum* Kalend. Nouemb. 1567. apud Laertium Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 243.* Gutierrez *cons. 8. à n. 3.* Valenzuela *cum* multis *cons. 54. tom. 1.* Barbosa *de iure Eccles. lib. 3. cap. 6. à n. 40.* in Trid. *& in dict. collect. 719. n. 1. & in Bullario sub dicto verbo*, dicentes vicariis perpetuis congruam portionem arbitrio Episcopi esse definiendam; sic vt non sit maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis, & aliis obuentionibus communiter percipi solitis, de quibus late dico *infra*, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, *& infra hic in cap. 3. & in cap. de Rectoribus de clerico ægrot. minist.* † sed vt cautus agat Episcopus in 19
prædicta assignatione debet intra ipse perscrutari qualitates, & circunstantias loci, beneficij, personarum, morum, regionis & alia quamplura recensita à Rebuffo in tract. *congruæ portionis q. 8.* Valenzuela *dicto cons. 54. à n. 42. lib. 1.* Campanilus *in diuers. iuris canon. Rub. 7. cap. 6. n. 117.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 366. à n. 67. & cap. 199.* Surdo *de alimentis tit. 4. q. 23. n. 44.* idem Barbosa *dicto cap. 6. n. 42.* vbi cum Paulo de Rubeis, *decis. 220. n. 11. tom. 3. diuers. alias p. 7. recent.* Videndus etiam *n. 43. & 44.*

Et quamuis non sic expresse caueatur in as- 20
signanda portione vicariis temporalibus, quia vt docent Gonzalez *dicta glos. 5. § 3. n. 40.* Barbosa *de iure Eccles. lib. 3. cap. 6. n. 61.* & alij, vicarij temporales, non gaudent prærogatiuis, & emolumentis, quibus audent vicarij perpetui: tamen ipsi iuxta doctrinam Abbatis *in cap. de Rectoribus n. 1. de clerico ægrot. vel debilitato*, vbi & ex Trid. *sess. 25. de reformat. cap. 7.* colligunt Suarez *de cens. disp. 51. sect. 2. ad fi. em.* Gonzalez *in dicta reg. 8. § 9. n. 31.* Scobar *de ratiociniis cap. 28. à n. 26.* Barbosa *in dicto cap. de Rectoribus. n. 3. & 4.* † colligunt quod Rectori beneficij, qui se- 21
nio, morbo perpetuo, & immutabili, factus est

in

inutilis, & impeditus miniſtrare, ſuumqoe officium exercere, adhibetur coadiutor temporalis, non perpetuus, nec cum futura ſucceſſione, qui pro eo miniſtret, & officium exerceat; ſic vt talis clericus Rector non veniat ſuo beneficio priuandus, ſed quod tantùm ei detur coadiutor, cui aſſignetur ſtipendium, & congrua portio pro victu de fructibus beneficij, quæ detrahatur authoritate Epiſcopi ex ipſis Eccleſiæ facultatibus, vt docent etiam Azor, *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 2. q. 9.* Aloyſius Riccius, *in praxi rerum Eccleſiaſtici fori deciſ. 564. in 1. edit.* alias *reſolut. 494. n. 11. in 2. edit.* & alij per gloſſam verb. portionem, *in dict. c. de Rectoribus*.

22 Quod ſi dubitetur quanta portio ſit aſſignanda; reſpondeo tanta, vt poſſit commodè ſuſtentari, & maior, quando talis coadiutor temporalis ab Epiſcopo deſignatur; ita vt adminiſtrationem etiam in temporalibus habeat cum conſenſu Epiſcopi; eo quod Rector morbo deſeruire nequit, vel ſi ei commendetur Ecleſia interim, dum beneficiatus puer, qui per ſe orare non poteſt, adoleſcat: ſic idem Gonzalez *dict. gloſ. 5. §. 3. num. 40.* Barboſa *dicto cap. 6. de iure Eccleſ. lib. 3. ſub n. 62.* dicentes ex dicto Abbate, *in dict. c. de Rectoribus n. 2.* tunc Parocho infirmo, aut puero aliquam ſolùm portionem congruam relinquendam eſſe.

23 Quare dicere potuit Azor, *dict. n. 11.* quod quando redditus Eccleſiæ coadiutori, & ægrotanti beneficiario, non ſufficiunt alimenta, potius danda ſint coadiutori, quàm beneficiario infirmo; ſed æquius videtur, ac melius ex doctrina Aloyſij Ricij *dict. quæſt. 9.* Barboſæ *in dicto cap. de Rectoribus n. fin. & in paſtorali p. 3. allegat. 63. n. fin.* Parocho infirmo in primis eſſe prouidendum; deinde in ſobſidium teneri Parochianos ad alimenta coadiutoris; non enim Rector infirmans ſine ſua culpa, aut puer, congruit alimentis priuari ex fructibus ſuæ Parochiæ omnino propter alendum coadiutorem.

24 Et corroboratur; quia etſi vicarius perpetuus de iure communi fundatam habeat intentionem in decimis beneficij pro ſua tantùm congrua portione aſſignata, Rota *deciſ. 5 hoc tit*, Caputaqnen. *deciſ. 329. n. 2.* Campanil. *Rub. 7. cap. 6.* 118. imo quoad omnes decimas, vbi nullus apparet Rector, Rota *dicta deciſ. 5. in antiq.* Vitalin. *in clem. 1. n. 71. de iure patronat.* Rebuffus, *in dicto tract. de coning. n. 110.* verſ. *tertius eſt*, Gonzalez *in dicto §. 3. n. 28.* Nicolaus Garcia *de benefic. dicta p. 9. cap. 2. n. 299.* vbi citat Rot. in Papilonen. decimarum 14. Iunij 1559. coram, Bubalo, ſed prius ſemper quoad hoc debet præferri primus Rector, cum eodem iure habeat decimas aſſignatas pro congrua, vt videntur fateri Cardinal. *in clem. 1. de decimis*, Caputaq. *ſupra deci. 353. n. 3. p. 1. & 339. n. 3. & 4. p. 3.* Barboſa, etſi non clare *dict. c. 6. lib. 3. de iure Eccleſ. n. 38. & 39.* vbi idem de eo, cui beneficium vnitum eſt affirmant.

25 In alus verò coadiutoribus temporalibus, qui nec adminiſtrant in temporalibus, nec erant, & alia onera Rectoriæ patiuntur, præter adiutorium, quod præſtant proprio Rectori per ſe etiam inſeruienti, & adminiſtranti, de quibus loquuntur DD. per textum, *in cap. vt quiſque 1. de vita, & honeſtate clericor. & in cap. illud 7. q. 1.* qui dicuntur, vt mercenarij & ab Eccleſiarum Prælatis, plebanis, Rectoribus, capellanis, perpetuis vicariis cæteriſque quibuſlibet Eccleſiarum Dominis ad augmentum Diuini cultus, officiique ſopplementum aſſumuntur, vt commemorat Barboſa *dict. c. 6. de iure Eccleſ. lib. 3. n. 57.* aliter ſentiendum videri, quia ſi tales aſſumantur, ſine magna neceſſitate, inſeruient cum ſalario conuento cum proprio Rectore.

Et confirmatur, quia vicaria temporalis, ſeu ad 26
nutum amobilis (vt *ſupra* diximus) nec eſt beneficium, nec titulus beneficialis, ſed tantùm ſimplex ſalarium, ſeu ſtipendium, vt aduertunt Nicolaus Garcia *de benefic. p. 1. cap. 2. n. 93.* Gonzalez *dicta gloſ. 5. §. 3.* Barboſa *dict. cap. 6. n. 58.* cum Rebuffo, & Calderino, & Rota coram Cardinali Blanqueto in ſalmantina vicariæ 15. Mai 1596.

Et iuxta præfatam diſtinctionem veniunt intel- 27
ligendi, idem Suarez *de relig. tomo 1. lib. 4. de horis canonicic cap. 22. n. 15.* Paulus Layman. *in theolog. morali lib. 4. tract. 1. cap. 5. n. 8* verſ. *temporales autem vicarij*, Barboſa cum illis, *dicto c. 6. de iure Eccleſ. n. 61. in fine.* de congrua coadiutori, Rectoris infirmi, aut pueri aſſignanda, ſi beneficium, quod Monaſterio vnitum eſt authoritate Epiſcopi committatur alicui vicario, quamuis ad nutum remobili. Alia dico *in cap. 3. hic q. 1.* verſ. *ad quartam*.

Ad tertiam quæſtionis partem, an Rectore 28
mortuo, duret nihilominus ſibi vicarius perpetuo ſuffectus, idemque ſit de vicario temporali? in quo dubio, ſuppoſita tituli perpetuitate, de qua *in Rub. & à n. 1.* hic dicendum eſt, vt cum vicarius perpetuus non poſſit remoueri, etiam ſi Rector principalis moriatur, vt docent DD. per textum *in cap. ad hac hoc tit.* ibi. *non poteſt eundem ab Eccleſia remouere*, & Azor, *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 6. q. 7.* Rebuff. *de vicariis perpetuis n. 15.* Hoieda, *de incompatibilit. beneficior. p. 1. cap. 13. n. 12.* Gonzalez *dict. gloſſa 5. ad regul. 8. Cancel. §. 3. n. 2.* Caldas Pereira *de empt. & ven. dit. c.*
26. n. 14. † Vbi ſubdit quod nec poteſt remoueri 29
à ſucceſſore beneficiarij, qui conſenſit inſtitutioni, Andreas Valenſis *hic n. 2.* & alij communiter; ſequi vt licet alias mandatum reuocari poſſit arbitrio mandantis, non quidem vicarius perpetuus reuocatus dicatur morte Rectoris; quia vicarius perpetuus non habet ſe ad inſtar ſimplicis man-
dati, ſed ad inſtar beneficii perpetui † Et quia 30
(vt iam eſt dictum) vicarius perpetuus ipſo iure cenſetur beneficiarius, *cap. 5. perpetuus in fine de fide inſtrum. gloſſa in cap. 1. hoc tit. & in cap. Michael de filiis præsbyteror.* cuius officium refertur inter beneficia, vt *in dicto cap. poſtulaſti de reſcript.* & ſic breuiter in terminis iterum reſoluit Barboſa *in dicto cap. ad hac n. 3.* verſ. *non poteſt*, cum dict. Rebuffo, Hoieda, Gonzalez, & Pereira.

Sed hæc in vicario temporali num procedant 31
poteſt eſſe dubium ex dicendis *infra* in verſ. *ad quartam*, Vbi multi tenent, quod vicarii Epiſcopi, nec locum tenentes correctorum poſſunt ad libitum Epiſcoporum, ſiue correctorum remoueri; & ſic nec morte eorum deſinant eſſe vicarii. Tamen contraria ſententia quoad præſens dubium in puncto iuris; imo & in praxi tenenda eſt, quia, vt docent Abbas *in cap. eo doceri n. 10. de reſcriptis* Vitalin. *in dicta clem. 1. hoc tit.* Gonzalez, *in dicta gloſſa 5. §. 3. n. 39.* vicarius temporalis poteſt ad nutum amoueri per eum, qui illum conſtituit, & ex eo, nam vt etiam docent ex Rota decitum Cauelarius *deciſ. 71. n. 4. in fine*, Theodos de Rubæis *in ſingularib. Rota p. 2.* verbo *beneficium §. 5. pag. 25.*

pag.15. in beneficiis manualibus amotio fieri potest, etiam absque causa.

32 Quæ tamen opinio procedit, si non subsit aliqua causa malitiæ, & præsumptio odij, Cardinal. *in dict. clem.1. § præmissa, versic. ego puto, ibi* Imola *n.44.* Rota *decis.778.p.1.diuers.* Cauallet. *dict. decis.72.n.5.* quod si malitia cesset etiam sine causa posse vicarium temporalem amoueri à Rectore, dixerunt Selua *de beneficiis p.3. q. 68. in fine*, Nauar. *commento 2. de regularibus. num. 95.* Fr. Eman. Rodrig. *quæst. regul. tom.1.q.34.art.9.* Nicolaus Garcia *dicta p.1. de benefic. p. 2. n. 68.* sed non ante annum seruitij tenent Barbosa *de iure Eccles. p.3. dict. cap.6.n.66.* Rebuf. *in praxi benef. p.2. tit. de dispens. de non residen. n.18. & tomo 3. ad leg. Gallia tit. de mater possess. in benef. art. 5.* Flores de Mena *variar. quæst.10.n.34.*

33 Et patet amplius, quia cum vicarius temporalis non possit se iuuari *regula de annali*, Mandos. *in reg. de annali q.13.n.1. & 2.* Gonzalez *dict. §. 5.n.43.* nec subiiciatur nominationibus, Rebof. *in tract. nomin. q.15.n.48.* Gonzalez *dict. §. 5. n. 44.* nec comprehendatur in reseruationibus, glossa verb. *esset causa mandati in cap. si pauper 30. de preb. lib. 6.* Hoieda, *de incompatibilit. beneficior. p.1. cap.15.n.16.* Petr. Gregor. *rei benefic. cap. 11. n.16. & 17.* Gonzalez *dict § 5. n. 45.* nec itidem virtute ipsius defendi; quo minus possit amoueri, vt docent Mandos, *reg.34.q. 11.* Nicol. Garcia *dict. p.1. cap.2.n.89.* Barbosa *dicto n.66. & 59.* & Rota *dec.739.n.7 p.1 diuers.* sunt tales vicarij improprie, alias vocari capellanos, & curatos consuetos, veluti coadiuuantes in cura ad voluntatem, & libitum ipsius Rectoris, vt *in c. illud cum seq. 7.q.1.* vbi Doctores.

34 Ad quartam quæstionis partem, an mortuo Præside seu Episcopo, possit eius vicarius exercere iurisdictionem? quia ad saturitatem dubium hoc potest tractari, & resolui per illa, quæ dixi *in cap.4. de foro comp. q.15.* vbi occasione illius quæstionis, an recusato Episcopo, vel mortuo Prætore, siue etiam recusato, cessent locum tenens, & vicarius in officio iam de Præside, aut Prætore mortuo dieo breuiter, quod si locum tenentes prætoris, nominati sint, & creati, à Principe, vel Republica; tunc mortuo Prætore, non cesset eorum iurisdictio, & exercitium per *ibi dicta à n. 34. & 36.* Quod si omnino dependent in nominatione à Prætoribus, tunc morte Prætorum officium locum tenentium de iure cessare, regulis iuris patet, sed in praxi, de qua etiam suo tempore, late agit Couarruu. *in pract. cap. 4. à num 4.*

35 De vicario tamen Episcopi, dicendum est, vt eius officium cesset, non solum morte Episcopi, nam illico transfunditur iurisdictio in capitulum cathedralis (vt late agemus *in tit. ne sede vacante aliquid innouetur*,) verum & voluntaria reuocatione ipsius Episcopi: nam quemadmodum sola nominatione Episcopi, vicarius eius habet ordinariam iurisdictionem à lege, vt pluribus pro-

36 bat Barbosa *hic n.4. & 5.* † Et similiter sola voluntate Episcopi remoueri valeat ex reg. iuris per quascumque causas, *in cap. omnis res de regul. iuris lib.6.* vt in terminis docent Sbrocius *lib.3. hoc tit.q.6.n.7. & q.14.n. 5. vers. secundo adducitur* Azor, *lib.3. mor. cap.45. q. 14.* Vgolin. *de offic. Episcop. cap.4.§.6.n.4.* Barbosa *in pastorali allegat.54.n.14. & n.145.* idem *de iure Eccles. l. p.c. 15.n.44.* & in terminis quod morte Episcopi cesset vicarij iurisdictio. *dict. allegat.54. n. 151. & de iure Eccles. dict. n.44. in fine*, † Vtrobique addens cum aliis, & *n.52. & 53. in dicta allegat.* 5
Valere gesta à vicario ignorante mortem Episcopi longe distantis; & quod ante scientiam dictæ mortis, possit beneficia conferre, si talem potestatem haberet, & patet ex dictis *supra sub tit. de sacramentis non iterandis.* ex regula textus *in l. Barbarius Philippus ff. de officio Prætoris*, ac docent Garcia *de benefic. p.5. cap.8. à n.174.* cum multis Valensis *hic §.6 n. 3.* vbi ex *dicta l. Barbarius*, vt valeant gesta per ipsum, etiam conscium reuocationis, si adsit communis error reuocationis, in qua ait non attendi ignorantiam priuatam, vt gesta valeant, sed communem.

38 Et sic eius iurisdictionem cessare, morte Episcopi, aut eo reuocante vicarium; item excommunicato ipso Episcopo, aut ipso Ecclesiam suam resignante, vel si ad aliam transferatur, vel sua priuetur, vel ab ea remoueatur, vel religionem ingrediatur, aut Episcopo interdicto, & suspenso, quando scilicet ipse est denunciatus, vt omnes scribentes de hac materia fatentur, & Andreas Valensis *in Rub. hic §.6. per totum.* omnino legendus.

39 Ad vltimam quæstionis partem, qui ex proposito agant de vicario curati Parochi, & Rectoris alicuius beneficij, siue Parochiæ, tam perpetuo, iuxta titulum hunc, & item de vicario temporali, & amobili, præter antiquos hic Zabarellam, Bellam, Ioan. Andream, Anchar. Butrium, Ananiam, Panormit. Hostied. Hostiens. Alex. Cassan, Doctores moderni *in cap. extirpandæ §. 1. de prabend.* vbi Rebuf. *in repetitione, & in cap. super eo eodem tit. & in clem.1. de offic. vicarij, & de iure Patron. & in praxi beneficial. tit. de congrua portione*, Hoieda, *de incompatibilit. benefic. p. 1. cap.15.* Azor, *instit. moral. p.2. lib.3. cap.6. & lib.6. cap.19.* Nicolaus Garcia *de benefic. dicta p.9. cap.2. ex n. 285. & p.11. cap.2.* Campanil. *in diuers. iuris. canon. Rub. 7. cap.6. ex n.11.* Gutierrez *cons.8.* Flores de Mena *variar. q.10.* Gonzalez *ad dict. regul. 8. Cancel. glossa 5.§. 3.* Valenzuela, *1. p. cons. 54.* Canisius *in summa iuris canon. lib.1. tit.22.* Ioannes Honotius Banagel. Andreas Valens, Bartholom. Carthagena, Zitonius, & Anastasius Germon. ac alij super hanc Rubric. Lancelotus *instit. canon.* Cafurel. *in erotem. iuris canon.* Barbosa cum aliis *hic, & in iure Eccles. aliquid 1. p. sub cap. 15. in princip. & in collect. decis.719. & 720.* verbo *vicarius perpetuus, seu amobilis Parochialis, & collect. decis.174.* verb. *coadiutor Rectoris Parochialis, & in Bullario super eisdem verbis* Gullielm. Durand *in breuiario aureo iuris canon. fol. 29.* verbo *Pot. de Rauena*, & alter Gullielm. Durand. *in speculo iuris lib.4. hoc tit.* Martin Mesnart. *in epitome decret. fol.28.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris canonici pag. 87.* nouissimè de istis vicariis temporalibus, & perpetuis, ac de eorum officio cum multis agit Daniel *de nobilibus disp.19. & 20.* & post in additionibus ad eas.

40 De vicario namque generali, aut foraneo Episcopi, ac alterius cuiuslibet Prælati Ecclesiastici, agunt Sbrocius *de officio vicarij*, Zerola, *in praxi Episcopi*, verb. *vicarius*, Paulus Piasetius *in simili praxi p.2. cap.4. à n. 4.* Rebuffus *in praxi tit. de vicariis Episcoporum*, Lancelotus *instit. canonic. lib.1. tit. de officio vicarij.* Lælius Zechius, *de Repub. Ecclesiastica cap.13. de vicario Episcopi*, Bertachinus,

Bertachinus *in tract. de Episcopo lib.4.p.7.tit. de vicario Episcopi* Chuchus *instit.moral.lib.2. tit. 8.* Ioanoes Gotierrez *canonic.lib. 1.cap.17.* Nicolaus Garcia *de benef p.5.cap.*8. Axor , *instit. moral.p.2.lib.3.à cap.43.* Narbona *de appellatione vicarij ad Episcopum* , latè Barbosa cum multis aliis *p.3.in pastorali,allegat.54. & de iure Ecclesiast p.1.cap.15.in collect.decision.715.716.717. & 718* à verbo *vicarius Generalis*, & *in Bullario eodem verbo*, vbi de dictis vicariis; item & foraneis, ac de potest. vicarij capituli, sede vacante , de quibus, & *in cap. 1. de officio vicarij hoc tit. lib.6.* & in Trid. Riccius, *collect.* 1599. 1600. & 1601. Vbi quod vicarij iurisdictio non est delegata, sed ordinaria Et an delegatio facta vicario transeat ad successorem? Diana *p.10. tract. 15. q. 23. & 24.* Vbi an vicarius Episcopi sine speciali maodato possit facere concursum ad beneficium, seu ad libitum reuocari? & præter alios ordinarios hic de materia Andreas Valensis, *§.2.3.4. & 5.* de quorum vicariorum materia, quia aptus est textus *in cap.quoniam 14.de officio ordinarij*; ideo de illa *ibi* ago, cum in integro illo, *tit.de iudicibus ordinariis*, agatur, quales sunt vicarij Episcopi ; eo quod cum eo vnum , & idem tribunal constituunt, quem solet sibi quilibet Episcopus constituere; quia nequit pluribus implicatis negotiis , præcipue spiritualibus aliis iurisdictionibus deseruire, alia DD. tangunt *in clem. de rescriptis* , vbi quod vicarius Episcopi , item & capituli sedis vacantis possunt esse delegati Papæ , non tamquam foraneus, vt docent Sbrocius *lib.2.q.22. n. 13.* Flores de Mena *variar.q.4.à n.6.* Barbosa *in dicta clem.n.5.& dict.allegat.54.à n.139.* Masobrius *de synodo Diœcesana.cap. 4. dubio 13. art. 18.* qui omnes alia difficilia tractant, & quæ possint tales vicarij exercere ex solo maodato generali, & in quibus sit necessarium maodatum speciale? Et ao præcise teneatur Episcopus ad nominandum sibi vicarium? Et an possit duos in simul cum æquali iorisdictione ordinaria ? De quibus , etiam infra dixi expressius nonnulla *sub cap. penult. à quæst. 4.* cum aliis hoc tit. *ibi* videnda.

AD CAP. I. ET II. DE Officio Vicarij hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum incompatibilitas insinuatur* remissiuè, & n. 2. 3 & 4.

2 *Vicarius perpetuus alicuius beneficij , nequit vicariam perpetuam, & incompatibilem simul obtinere , propter vitandam auaritiam, sicut contigit in Romano Imperio* , & n. 3.

3 *Vacant Ecclesia curata per receptionem aliarum similium.*

4 *Vicaria perpetua vacat per adeptionem beneficij habentis curam animarum.*

5 *Incompatibilitas temporalium efficiorum insinuatur.*

6 *Coadiutores perpetui residere tenentur, sicut , & veri curati.*

7 *Vicarij temporales non subiacent incompatibilitati.*

QVia ex his duobus Iuribus habetur tractatio 1
de incompatibilitate beneficiorum, de qua
plena manu agunt DD. & ego agam *in cap. de
multa 18. de præb.* de quo notaui aliqua *in cap.
eam te de ætate, & qualit.ordinandor. & in cap.
1. hic pateat*, in verbis ibi; *quia igitur non est ca-
nonicum, vt qui curam animarum in diuersis ha-
bet Ecclesiis vicarius in alienis existat* , & in di-
cto cap.2. ibi. *prouideas attentius , ne in Episco-
patu tuo, patiaris aliquem plures vicarias habere;
quia cum vicarij teneantur personis deseruire ,
alienum est ab ordine iuris, vt vicariam quis ha-
beat, præter vnam*, vicarios, de quibus in toto hoc
titulo agunt præcisè DD. esse perpetuos, beneficia-
que habere, vt *supra in Rub. & in quæst. 1. ibi* di-
ctum est, totamque curam, & seruitium eis incum-
bere. vt ibi dictum est, † ideo optimo iure Alex. 2
III: in hoc duplici capite disponit , vt vicarius
perpetuus alicuius beneficij curati, possit obtinere
aliam vicariam similem : nam cum duæ vicariæ
perpetuæ sint in compatibiles, vt agnoscunt Re-
buf. *in praxi beneficiali tit.de dispens.ratione æta-
tis §.vel earum perpetua vicaria*, Benedictus Ca-
pra *reg.90.n.25.* Flamin. Paris. *de resignat.lib.3.q.
1.n.116.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit.
lib.30.tract.3.n.293.* & quidem propter vitandam
auaritiam in obtineodis pluribus incompatibili-
bus beneficiis: nam ex quo in Ecclesiis (vt scrip-
sit D. Hieronymus) sicut in *Romano Imperio cre-
uit auaritia, periit lex de sacerdote , & visio de
Propheta*, vt suot præcisa hæc verba relata *in cap.
Diaconi, quod cap. 23. dist.93.* Staphileus, *de lit-
teris gratiæ, & inst.tit.de qualit.& statu benefi-
cior.vers.ex quibus appos.* Daniël. *de nobilibus disp.
19.n.43.*

Et desumitur ratio ex *clem.unica hoc tit.* vbi 3
DD. desumunt iura loquentia de Ecclesiis curatis
per receptionem aliarum similium amittendis, ac
de ipsorum Rectoribus promouendis ad sacerdo-
tium, nec noo de eorum ætate iuxta quæ dixi sub
Rub. & tit.de ætate ordinand. habere quidem lo-
cum in perpetuis Ecclesiarum Parochialium vi-
cariis, vt colligunt ex antiquis *per dict.clem.* La-
pus, Abbas, Anchatran, Imola, Zabarella , Panor-
mit. Paulus de Eleazar, Bonifacius Vitalin. & alij
antiquiores, ac post Barbosa *ibi, & in dict. cap. 2.
hic n.2.in fine*, Rebuff. *in tract.nomin.q.9. n.7. &
q.16.n.13.* Flamin Paris. *de resig.Benef.lib.3.q.1.à
n.315.* Gonzalez *ad regul.8. Cancelar. glossa 5.§.
3.n.11* & alij.

Quæ confirmatur ex dispositione oostri , quo 4
decisum est, vt qui vicariam perpetuam in bene-
ficio curato obtinet, si consequatur secundum, vel
aliud beneficium habens curam animarum , ipso
iure vacare faciat primam per adeptionem secuo-
dæ ex *reg.sextus in cap.litteras de conces.preben-
da, cap.si quis iam translatus 21.q.1.cap.super in-
ordinata, cap. de multa de prabend.* vbi decisum
est , quod vtrumque beneficium perdere debet ,
sic vtrumque retinere contendit , & ex *c.fin.hic ,
dict.cap.eam te de ætate ordin.cap. constitutis de
filiis Presbyter.* in terminis Abbas , antiq. Zaba-
rell. Collect. Bellam. Ioan. Andreas, Innocen. Ana-
nia, Panormit. Hosticos, Anchartanus , Heotiq.
Viuianus *in rationabili lib. 1. iuris Pontificij
pag. 128.* Barbosa *hic* cum Ximenex , Antooio
August.

Augnst & Flamin.Parisf.*de resignat.lib.3. q. 1.n. 115.& 118.*Sebastian. Cæsar, *in relect.de Ecclesiast.hierarch.p.3.disp* 14.§.8.*n*.5.

5 Et pro hac resolutione, supposita generalitate *d cap.de multa de prabend.* de qua *ibi* dico circa incompatibilitatem beneficiorum, quàm plura explanando iura, & alia circa incompatibilitatem aliorum beneficiorum temporalium Reipublicæ, faciunt omnia *supra* relata *in Rub. hic*, & *sub quæst.1.ibi*, vbi late dictum est has Vicarias perpetuas, esse non solùm beneficia Ecclesiastica, & disposita in vicariis habere locum in vicariis perpetuis, & per se adimplere curam Parochialem; verum, & residere, quia vt sacra Congreg. Concil.apud Nicol.Garciam *de benefic.p.3.cap. 2. n.*

6 167.† Coadiutores perpetui residere tenentur, sicut veri curati, etiam si aliis beneficiis seruitent in cathedralibus. Etenim coadiutores Rectorum Parochialium instituti authoritate Apostolica tenentur ad personalem residentiam, sicut Rectores ipsi, vt censuit sacra Congreg: Concil. quam sequuntur Gonzalez *ad dict.regul.8.Cancel. glossa* 5.§. 9.*n*.17.Galetius *in Margarita casuum conscientia*, verbo *residentia*, Piasecius *in praxi Episcop p.1.cap.3.n.27.* Campanil. *in diuers.iuris canonici Rub.7.cap.6.*Sanctarelus *variar.resol.q. 4. n.17.* Barbosa cum aliis *de officio Episcopi allegat.* 53.*n.58.p.3.*idem *in collect.decis.*174.*n.1. & fin.* verbo *coadiutor Rectoris Parrochialis*, & *in Bullario* sub eodem verbo.

7 Cætera vero, quæ de vicariis perpetuis hic valebant applicari de earum natura, perpetuitate, & obligatione, ac officio vicarij perpetui, colliges ex adductis *supra in Rubrica, & in dict. quæst. 1. ibi*, ac ex dictis *in cap. sequenti, & cap. fin.*

Vnum verò notabis, quòd vicarij temporales non subiacent dispositioni *dicti cap.de multa de prabend.nec extrauag.execrabilis eodem tit. cap. canon.de elect.* nec aliorum iurium prohibentium receptionem plurium beneficiorum curatorum introductam, vt gregi sibi commisso diligenter prouideatur, & non ob auaritiam beneficia consequantur: nam cum de altari viuere, non luxuriari permittatur 44.*dist.in princ.* iure incompatibilitas fuit prohibita, quæ non competitur in istis vicariis temporalibus, qui tali incompatibilitati non subiacent, cum eorum vicaria non sit curatum beneficium, vt *supra* dictum est *hic in Rub. & sub dicta quæst.* 1.in terminis Daniel, *de nobilibus disp.19.sub n.42.& 43.*

AD TEXT. IN CAP. III. Ad Hæc De Officio Vicarij & Fin. hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius perpetuus nequit portione sua defraudari à successore in Parochiali* num. 2.& 3.

Per hos textus de nonnullis circa materiam de vicario perpetuo ad beneficia curata potest inquiri, quæ iam *sub Rub.& ibi quæst.* 1. adducta sunt: nam quod vicarius perpetuus per Episcopum institutus remoueri non possit, vel portione sua defraudari; & quod nec remoueri possit à successore in Parochiali, etiam si principalis moriatur; abunde liquet ex dictis *sub dicta Rub.hic*, & clarius, *ibi sub quæst.* 1. vers. *ad secundam*, & vers.*ad tertiam.* 1

Et in verbis ibi, *& authoritate Episcopi Diœcesani certam assignauerit portionem*, & ibi, *vel assignatam sibi minuere portionem*, DD. egunt de congrua portione vicario Rectoris perpetuo, siue temporali assignanda; ideo adiunges, quæ obiter dixi de hac assignatione *in dicta Rub. hic q.1.* in dicto vers. *ad secundam*, in vers. *& quod vicario perpetuo*, cum sequentibus, de qua portione aliquid amplius sub quæst seq. vers. *ad vltimam*, & *q.5.* sub vers. *ad vltimam*, & sub quæst.4. in fine. 2

Et quia ex verbis ibi *qua in eandem Ecclesia institutus*, agunt DD. de personis, ad quas spectat institutio, siue nominatio ad vicarias perpetuas, siue temporales; ideo applicabis quæ dixi *in dicta Rub.hic*, & proprius *ibi sub dicta quæst.* 1. *à n.* 1. Quibus suppositis alia vtiliora ponuntur *infra hic sua quæst.* 1. & circa verba *dicti cap.fin.ibi in præmisse.* 3

QVÆST. I.

An vicarij perpetui constitutio, & institutio spectet ad ordinarium Episcopum præcisè, seu queat ad alios pertinere ex Trid. sess.7 de reformat. cap. 7. *in aliquibus casibus. Et an in Monasteriis possit Episcopus ponere vicarium perpetuum, siue temporalem, quando transfertur in illum tota cura animarum? Vbi de differentia inter Rectorem proprium, & eius vicarium quoad curam, cæteraque munera Parochialia? Et cum quo stipendio, siue congrua portione?*

SVMMARIVM.

1 *Vicarij perpetui qui sunt in Parochialibus curatis, qua cathedralibus, collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis, collegiis, aut piis locis à quibuscumque perpetuò vnita, ab ordinariis instituuntur, etsi in literis vnionis expressa sit clausula, vt possit deseruire per vicarios amobiles &c. fallit in casibus hodie ex Trident. Concil.* à num.3.

2 *Vicarius perpetuus nequit institui ab Episcopo, si aliter ab immemoriabili vnio facta in pactum, & concordiam reducta sit, vt prouideatur ab alio, &* n. 3. *vel cum clausula ponendi vicarium amobilem ex priuilegio* n. 4.& 5.

5 *Tridentini dispositio super instituendis vicariis ab ordinario, extinguitur, quando ex certa scientia Papa illi derogauit, præcipiens, vt beneficium inseruiatur temporali vicario;*

vicario; & quando expediret pro bono pacis nihil innouari o. 6.

7 *Vicaria perpetua singulariter vnita, non instituitur in ea ab Episcopo.*

8 *Vicariorum institutio in perpetuum, qualiter ab arbitrio Episcopi dependeat?*

9 *Vicarius perpetuus in beneficio vnito Monasterio Monachorum, aut Mendicantium, non instituitur ab Episcopo, sed tantum ab eo fiet nominatio vicarij temporalis.* n. 10.

11 *Vicarij perpetui, vel temporales non possunt poni ab ordinario in Monasteriis quibus imminet animarum cura.*

12 *Regula VIII. Cancellariæ non derogat constitutioni Pij V. super instituendis, aut nominandis vicariis, nec constitutioni Gregorianæ.*

13 *Vicarij amobiles in Ecclesiis, poni possunt Monasteriorum, sed ab Abbatibus regularium cum approbatione ordinarij in curatis,* vt o. 14.

14 *Vicarius amobilis nominatus in Monasteriis, remoueri valet tantum ab Abbate, non ab Episcopo.*

15 *Vicarij regulares deputandi in Parochialibus vnitis Monasteriis Pramonstratens. solum ab Abbatibus constituuntur, seculares poterunt ab ordinario.*

16 *Arbitrium Episcopi in nominatione ad vicarias, debet esse boni viri, à quo valet appellari, si iustum non sit,* vt n. 17. & 26.

18 *Vicarij soliti nominari à capitulo ad vicarias vnitas mensa, amoueri valent tantùm ab eo, etsi approbatio in examine sit Episcopi, quæ non est facienda in concursu,* vt n. 23.

19 *Vicarij perpetui prima nominatio ad Parochias annexas semper spectat ad eos, cuius est nominare; licet examen sit Episcopi.*

20 *Vicarius debet esse ex gremio regularium, quoties tractatur de nominando vicario beneficio Parochiali ei vnito, &* n. 21. *quod procedit in perpetuò, ac temperali vicario nominando* n. 22.

24 *Vicaria Ecclesiarum vnitarum, & dependentium à religione Hierosolymitana, possunt ab Episcopo approbari simpliciter non ad tempus, etiam si sint temporales* o. 25.

25 *Examen nouum non fit pro libito vicarij, etiam temporalis, semel iam approbati ad Ecclesias vnitas Monasteriis, seu capitulo.*

26 *Sententia Episcopi arbitrantis male in institutione, ac prauio examine vicarij nominandi, & constituendi, non suspenditur appellatione, sed deuoluitur,* vt n. 41.

27 *Vicarius perpetuus, siue temporalis in multis differunt à proprio Rectore, habet inquam perpetuus aliquam maiorem potestatem, quam Rector,* vt num. 28. 19. 30. & 31.

28 *Rector nullomodo potest se ingerere in cura animarum, ad quam datus est vicarius perpetuus, nec in residentia cum ea competat* vicario, vt n. 30. & 31.

29 *Vicarius perpetuus est honorandus, sicut Rector principalis. Quid de temporali* n. 31.

31 *Vicarius temporalis dicitur minusprincipalis respectu Rectoris.*

32 *Portionis congruæ assignatio facta Monachis, & canonicis, vel vindicatio cæterorum fructuum competit vicario; non sic vbi certa portio assignatur vicario. Et quali computo* n. 34. & 35.

33 *Vicarij etiam perpetui in materia pœnali, non comprehenduntur in dispositionibus facientibus mentionem de Rectore.*

34 *Eleemosyna altarium funeralium non assignantur pro congrua portione assignanda arbitrio Episcopi.*

36 *Congrua semel assignata, debet vicarius esse contentus.*

37 *Congrua late qui Doctores agent.*

38 *Vicarij merces est detrahenda ex fructibus Parochiæ. Et quid de bonis Archipresbyteri* o. 39.

40 *Congrua assignatio est facienda, partibus citatis.*

AD primam difficultatis partem respondetur 1
ex dictis *supra in Rub. q. t.* vers. *ad secundam*, verbo *vnde ad dubium*, vbi ad quem institutio, nominatio, examen, & approbatio spectet. Et nunc vberius agendo, quod vicarij perpetui dicuntur illi, quos ordinarij duxerint constituendos in quibuscumque beneficiis curatis, quæ cathedralibus, collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis, beneficiis, & collegiis, seu piis locis, quibuscumque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur iuxta Trid. *in c. 7. sess. 7. de reformat.* vt docent Nicolaus Garcia *de benefic. p. 1 t. c. 2. n. 9.* Flores de Mena *variar. q. lib. 1. q. 10. à n. 36.* Barbosa *de offic. Episcopi p. 3. alleg. 72. n. 150.* dicentes procedere etiam si in litteris vnionis expressa sit clausula, *vt possit deseruire per vicarios amobiles*, si litteræ ante Concilium Trid. emanatint, non autem si post illud sub eadem clausula fuerint concessæ, vt referunt decisum proxime relati, & etiam Barbosa *in d. c. 7. Trid. ex n. 15.* legendus ad plura de vicarij constitutione in Ecclesiis vnitis, & de falleotiis.

Sed quia sunt casus plures, in quibus prædicta 2
institutio, siue constitutio non spectat ad Episcopum, sed ad alios; ideo signati sigillatim pro exceptione adductæ regulæ clarius parebit. Primo ergo iuxta *dict. cap. 7. Trid.* si à tempore immemoriali vnio facta est, & ex tunc constet vicarios amobiles fuisse, scientibus, & consentientibus ordinariis, & nunquam vicarium perpetuum fuisse, constitutum, vt docent Flores de Mena *d. quæst. 10. variar. num 44.* Thomas Sanchez *in præcepta Decaleg. tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 191.* vers. *tertio fallit.*

Secundo quando vnio facta est per viam pa- 3
cti, & concordiæ à sede Apostolica approbatæ cũ clausula deseruiendo beneficium per vicarium ad nutum amobilem, Flores de Mena *dicta q. 10. n. 41.* Sanchez *d. n. 19.* vers. *secundo fallit*, dum dicunt, vt nequeat Episcopus virtute *dict. c. 7. Trid.* deputare vicarium perpetuum; quia Trid. in clausula derogatoria contenta in eo decreto non meminit pacti, & concordiæ à summo Pontifice approbatorum; erat enim opus, vt his derogaretur expressa mentio.

Tertio quando ex priuilegio remunerationis 4
causa concesso, beneficium esset vnitum cum clausula *ponendi vicarium ad nutum amobilem*; quia in generali priuilegiorum derogatione, quam ponit Trid *in dicto cap. 7.* non comprehenduntur priuilegia remunerationis gratia concessa, vt ex multis probant idem Flores de Mena *dict. q. 10. n. 46.* Sanchez *dict. n. 191.* vers *quarto fallit.* † 5
Et inde quarto idem procedit dicendum est,

si ex priuilegio Pontificio post Trid. decretum *in dicto cap.7.* vnitum esset beneficium Parochiale cum dicta clausula *instituendi vicarium ad nutum*; non enim tunc poterit Episcopus vicarium perpetuum constituere; eo quod nequiuerit Trid. restringere potestatem Pontificiam; quia cum derogauit priuilegiis, intelligitur de priuilegiis ante id decretum concessis sic Nicolaus Garcia *dicta p.11.cap.2.num.5.* Flores de Mena *dict.quæst.10.num.49.* vbi *n.50.* exigit vt id priuilegium ex certa scientia, aut proprio motu, aut cum expressa Trid. derogatione concessum sit, addens quod intelligitur etiam derogatum illi Trid. decreto, si ex verbis priuilegij constiterit eam fuisse mentem Pontificis, ac in dubio dicit eam esse præsumendam; eo quod illud Trid. decretum, satis sit notorium, repetit etiam Barbosa *in dicto cap. 7. Trid. n.40.fin.* idem *de iure Ecclef. cap.6. de vicariis lib.3.p.2.n.10. & 12.* Legendus *à n. 6. & à n.3.*

6 Quinto quando pro bono pacis, & creatione litium, rectaque beneficij gubernatione expediret nihil innouari, sed institui vicarium ad nutum amobilem (vt iam sub Rub. dictum est) non enim tunc poterit Episcopus perpetuum vicarium constituere; quia Trid. id non liberæ Episcopi voluntati reliquit, sed vsum est verbis arbitrio boni viri denotantibus ibi *nisi ipsis ordinariis pro bono regiminis, aliter expedire videbitur*, vt docent Flores de Mena *d.q.10.n.47.* Sanchez *d. n. 191.* vers. *quinto fallit*, Barbosa *d.c.9. de iure Eccles. n.11. & in d.c.7. Trid. n.32.* in vers. *pro bono Ecclesiarum*, qui *in d.c.6. sub d.n.4.* vers. *sexto*, Flores *dict.q.10.*
7 *n.48.* Sanchez *d.n.191.* vers. *Sexto fallit.* † addunt sexto non posse Episcopum instituere vicarium perpetuum, quando particulariter, & per se fuit vnita vicaria perpetua; non enim Trid. concedit ei facultatem tollendi vnionem. De aliis ad Monasteriorum beneficia in vers. *ad secundam.*

8 Itaque in aliis casibus, non exceptis, aliqua de causa, ex præcedentibus, & aliis similibus, constituere, siue instituere, spectet ad Episcopum vicarium perpetuum, vt refert Barbosa *in dict. Trid. c. 7. sess. 7. n. 18.* dum ait posse Episcopum constituere vicarios perpetuos in beneficiis curatis vnitis cathedralibus iuxta Bullam Pij V. & ipsum Trid. dummodo portio vicarij non excedat fructus Ecclesiæ: sic cum Aldano *in compendio canonicarum resol. lib. 3. c. 2. n. 15.* item *n. 13.* quod relinquitur facultas arbitrio Episcopi secundùm facultatem ponendi vicarium perpetuum in Parochialibus vnitis Archidiaconatui, seu aliis dignitatibus, vel canonicatibus, explicans cum Nicolao Garcia *constit. Pij V.* eo quod & de vnitis ante Concilium intelligatur; & sic absolutè videtur docere Daniel *de nobilibus disp. 20.* vbi plura dicit de vicariis perpetuis *n. 1.* vbi & *n. 5.* quod vicarius perpetuus dicitur quasi procurator in rem suam ex Cardinali, & aliis, *in clem. 1. hoc tit.* qui & alia tradit videnda de vicariis temporalibus, *ibi tota disp. 19. & in additionibus ad eam.*

9 Ad secundam quæstionis partem, an in Monasteriis possit Episcopus ponere vicarium perpetuum? In quo dubio, quia DD. communiter agnoscunt, quod deputatio talis vicarij, siue nominatio in Parochiali vnitæ spectat, non ad ordinarium, sed ad eum, cuius est beneficium, in quo exigitur vicaria, etiam quod vicariæ vacent in mense reseruato, succedant sub alia reseruatione, vt clare statuit Pius V. in verbis sequentibus *volumus insuper, & ita mandamus, quod dicti vicarij perpetui, non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu eorum vicariorum prævio examine, approbatione deputentur*, sicut non semel declarauit Sacra Congreg. teste Nicol. Garcia *de benefic. p. 9. cap. 2. à n. 194.* Barbosa *de iure Eccles. lib. 3. cap. 6. n. 45. & in collect. decis. 719. num. 9. & in Bullario* verbo *vicarius perpetuus Parochialis*, & iterum *in dicto c. 7. Trid. de reformat. sess. 7. n. 28.* adducens expeditionem dict. Papæ constitut. *ad exequendum* sub datæ 1567. dicentes omnes illam habere locum, etiam quando vicariæ vacant in mense reseruato, seu quando cadunt sub alia reseruatione.

Ideo nunc ad præsens dubium respondetur, vt 10
quando apparet beneficium vnitum Monasterio monachorum, aut mendicantium, tunc Episcopus non possit deputare pro eius seruitio vicarium perpetuum, sed ad nutum amobilem, cuius nominatio spectat ad Monachos; ad Episcopum vero examen, & approbatio, vt docent Flores de Mena *d. q. 10. variar. n. 40.* Nicolaus Garcia *de beneficiis dict. 11. p. c. 2. n. 13.* Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi to. 2. lib. 7. c. 267. d. n. 191.* vers. *fallit primo*; & ita intellexit, seu restrinxit Pius V. *in dict. const. d. Trid. decretum*, vt refert Steph. Quaranta *in summa Bullarij* verbo *vicarius perpetuus.*

Vnde euenit quod vicarij perpetui, vel tempo- 11
rales non possunt ab ordinario poni in Monasteriis, quibus cura imminet animarum, vel à principio, vel ratione annexionis, sed tantùm à superioribus eorum, prævio tamen examine ipsius ordinarij, iuxta præscriptum decretum Trid. Concil. *sess. 25. cap. 11. de regularibus*, sacra Congreg. penes Piasecium *in praxi Episcopali p. 1. cap. 3. num. 46.*

Nec prædictæ Pij V. constitutioni obstat, nec 12
derogat regula 8. reseruatoria mensium, vt multis probat Gonzalez *glossa 5. §. 4. à n. 59.* quia vt ait Barbosa *de iure Eccles. dict. 3. p. cap. 6. lib. 2. sub n. 9.* nec etiam fuit ei derogatum per aliam constitutionem Gregorii XIII. incipit *in tanta rerum, & negotiorum, mole.* quam refert Quaranta verb. *priuilegia regul.* nam vltra quod dicta constitutio Gregoriana procedit dumtaxat quoad vicarios Parochiarum vnitarum Monasteriis, postea idem Gregorius XIII. ore tenus reualidauit d. Pij V. constit. dummodo cum fratre seu religioso vicario ad nutum amobili pro Monasterio, pro subeunda animarum cura, assignando vnus dumtaxat, alius Religiosus extra claustrum maneat, & non plures, prout Sacr. Concil. Trid. Congreg. declarauit; adeo quod memorata Pii V. Constitutio sit hodie seruanda, vt attestantur Gonzalez *dicta glossa 5. §. 4. numer. 79.* Campanil. *in diuers. iuris canon. Rub. 7. cap. 6. numer. 121.*

Nec etiam proxime dicta pugnant cum de- 13
creto dict. Trid. *sess. 7. de reformat. cap. 7.* quia cum proxime adductum aliud Trid. decretum *in dict. sess. 25. de reg. cap. 11.* supponit in Ecclesiis Monasteriorum vicarios remobiles poni posse, eo quod illud *in dict. c. 7.* & id, quod post *in d. cap. 11.* est statutum, sed relinquit arbitrio ordinariorum, vt si viderint expedire, perpetuos ponant vicarios, & vbi ordinarius voluerit

in

in executionem dicti decreti Concilij; vicarios temporales in perpetuos mutare, debeat tunc prius erigi vicaria perpetua, cum iam *ſupra in Rubrica* dictum ſit vicarios perpetuos inſtitui non poſſe abſque erectiooe tituli vicariæ, vt reſpondit Sacr. Congreg. teſte Nicolao Garcia *de benef.p.11.cap.2.n.15.*vbi *n.10.*poſt Flores,*dicta quæſt.*10.*n.*80.*&* *n.* 10. ſubdit oon poſſe Epiſcopum procedere ad executionem dicti decreti, & poſitionem vicarij perpetui,niſi citatis, & auditis partibus,& addit nec videri id poſſe,niſi in viſitatione,quando beneficia ſunt vnita Monaſteriis,& locis regularibus,& exemptis.

14 Quod ſi replices dicendo ex proxime dictis videri etiam inter regulares poſſe vicarium poni ab ordinario,& ſic non pertinere nominationem ad Abbatem,ſiue Prælatos regulares; breuiter reſpondetur primeuam adductam nominationem, ſiue electionem ſpectare ad Abbatem, ſiue Rectorem vtique primitiuum, approbationem verè ad Epiſcopum,de cuius conſenſu vicarios amobilis,eſt deputaodus ad nutum,qui & poteſt amoueri ab Abbatibus,& Rectoribus; non autem ab Epiſcopo,oiſi ex cauſa legitima, & approbata; propter quam etiam ſi perpetuus eſſet,priuari poſſet,vt cenſuit ſacra Congreg. Concilij, referente Stephano.de Aluin.*de Epiſcopor, Abbatum, & Abbatis poteſt.cap.14.n.2.*& iuxta hanc facultatem credo contingere adductam mutationem vicarii temporalis in perpetuum,ſtante ſcilicet legitima cauſa.

15 Et confirmari poteſt ex ſeqnentibus, quia etſi vicarii Regulares deputandi in Parochialibus vnitis Monaſteriis ordinis Præmonſtratens, debeant eſſe amobiles ad nutum ſuperiorum iuxta adductam Conſtit. Pij V at ſæculares poterunt ab ordinario conſtitui perpetui iuxta decretum Concil.& Sacr.Congreg.quam referunt Sellius *in ſelectis canon.cap.14.n.15.* Barboſa *in Bullario*, verb.*vicarius amobilis Parochialis*, idem *in collect.dec.710.n.1.in fine in Trid.dict.cap.7.ſeſſ.7. de reformat.n.17.*referens ita deciſum ex Aldano *in dicto compendio canonic. reſol. lib. 3. tit. 2. num.*10.

16 Et in tantum io ordinario cauſam ad prædictam mutationem deſiderati docent poſt Nauarr.*conſ.11.n.7. de ſtatu Monachor.* Flores de Mena *dict.quæſt.*10.*variar.quæſt. n.* 47. Barboſa *de iure Eccleſ.dicto lib.3.cap.6.*vt nec poſſit ordinarius libere,& ſine cauſa id facere quia ex quo eius arbitrio, & iudicio videtur relictum,vt colligitur ex *dict. Trid. cap.* 7. ibi *ſolicitè prouidere procureat*, & ibi *niſi aliter expedire videbitur*,denotetur,vt dictum eſt arbitrium boni viri, vt expendunt Nicolaus Garcia *dicta p. 2. cap. 2. n.8.* Barboſa *de offic. Epiſcop.p.3. allegat.72.n.190. in medio*, item *in dict. cap.* 7. Trid *ſeſſ.7* in verſ.*niſi ipſis ordinariis n.* 31. vbi explanando per illa iuſtum arbitrium ordinariorum origi;& deinde quod id fiat in viſitatiooe,& ſic iuſtam deſiderari cauſam, vt erigantur vicariæ perpetuæ in Eccleſiis,in quibus iuxta prædi-
17 cta,poni poterant vicarij amobiles,† adduot enim *ibi* Barboſa & Flores *dicta q.10 n.47.* idem Barboſa *de iure Eccleſ.dict.cap.6.ſub n.6.* cum Nauarro *ſupra* iuſtè poſſe appellari ab ordinario, ſi male arbitretur,quia ratione Regularium in prædicta mutatione, debet inſpici expedientia, & vtilitas Eccleſiarum. Videbis *infra quæſt. 4. in fine.*

Et confirmatur,quia ſi capitulum habeat vnitas menſæ noonullas Parochiales, quibus ab immemoriali tempore deſeruire fecit per vicarios ad eius nutum amobiles iuxta facultatem ſibi à ſede Apoſtolica conceſſam præuio examine, & approbatione Epiſcopi,poterunt huiuſmodi vicarij amoueri ad nutum capituli,ab ordinario verè noo,niſi ex iuſta cauſa legitima, atque probata, propter quam etiam ſi perpetui eſſent, amoueri poſſent,vt dicit deciſum fuiſſe Nicolaus Garcia *in addit.ad p.10.art.10.de beneſic.c.2.n.94.*Barboſa *in dicto c.7.Trid.ſeſſ.7.n.* 24. 18

Et licet vt Sacr.Congreg.Concil in Caputaq ſub die 23.Iunij 1629.cenſuerit vicarios,ſeu Parochos in Eccleſia exempta, animarum curam exercere iotendeores prius approbandos,& examinandos eſſe ab Epiſcopo iuxta diſpoſitionem *c.per exempt.de priuileg.lib.6.*Barboſa *de iure Eccleſ dicto c.6.n.47.* idem *in Trid.d.c.7.n.25.*ſic etiam referens ex Aldano *dict.tit.2.n.* 16. tamen ex dictis dicendum eſt ſemper primam dictam nominationem ſpectare ad illos primæuos Prælatos, ſiue Rectores. 19

Et iterum facit, quia quoties tractatur de beneficio vnito Monaſterio Regularium,debet eſſe ex eorum gremio vicarius ab eiſdem proponendus,& amobilis,vt ex conſtitutionibus, & declarationibus Pij V.& Greg. XIII. & ſacræ Congreg.tradunt poſt alias Gonzalez *d.gloſſa 5.§.3.n.* 48.49.*&* 54 Garcia *de benef p.11.d.c.2.n.83.* Barboſa *in paſtorali d.alleg.71.n.190.* Fuſcus *de viſitat.lib.1.c.16.n.8.&* 9. Nauar.*conſ.11.n.3. de ſtatu Monachor.lib.3.*Riccius,*in praxi aurea rerum fori Eccleſ.reſ.293 ſub n.4.in 6 concluſ.* Daniel,*de nobilibus d.diſp.19.*vbi plura tradit de vi- 20
catiis iſtis temporalibus *n.21.*† vbi *n.22.* confir- 21
mat regulam *ſupra* dictam, nempe qnod talis vicarius,ſiue ſit perpetuus,ſiue temporalis,conſtituitur ad nominationem Rectoris,& approbatur ab Epiſcopo præuio examine, cum à Rectore præſentetur *ex c.1.de capell.Monachor.lib.6. cap. de Monachis de prabend.*ex Rota diuerſ. *deciſ.* 798. *n.5.p.1.*

Et de perpetuo vicario tradunt Rebuff *in praxi tit de vicario perpetuo n.13.*Garcia *de beneficiis d.p.9.c.2.n.189.&* 291.& quoad temporales (licet non ſit neceſſaria inſtitutio, ſeu collatio) Seraphin.*dec.*1304.*n.*3 Goozalez *dicto §.3.n.* 47. 53.*&* 54.Garcia *vbi ſupra dicta p.1.c.2.n.92. & dict.p.9.c.2.n.182.*vbi refert declarationes Congreg,*dict.p.11.c.2.n.13.*Piaſec.*in praxi p.1.c.3.de viſit.regular.ſub n.46.*Nauar.*conſ.8.n.2.3.& 4.& ſub n.9.de priuileg* ſed abſque examinatoribus, & abſque concurſu, Garcia *dict.p.9.n.184.&* 193. Riccius *in dicta reſ.293.ſub 6.concluſ.*Daniel,*de nobilibus dicto n.22* verſ.*ſed abſque.* 22

Et ſic docent deciſum Nicol.Garcia,*in additionib.ad tract.de beneſic.dict.p.9 cap.2.n.294.*Barboſa *in collect.deciſ* verbo *vicarius perpetuus Parochialis n.fin.& dict.verb.in Bullario*, referunt declaratum à Sacra Congreg Concil.die 18.Aprilis 1594.quod vicarij perpetui in Parochialibus capitulo vnitis,noo ſunt præuio conſenſu inſtituendi. 23

Et ex his infertur ad reſolutionem declarationis Sacræ Congreg.Rituum in Aguſtana iuriſdictionis 14.Decemb. 1630. vbi habetur vicarios Eccleſiarum vnitarum,& dependentium à religione Hieronymitana, poſſe ab Epiſcopo examinari, & approbari, ſimpliciter ſcilicet; non autem 24

ad tempus, etiam si sint temporales.† Nec prohibito posse subiici nouo examini, quemadmodum scribit Barbosa, loquens, tam de vicariis temporalibus, quàm perpetuis *dict. collect. decis. 719. n. 6. & 750* etiam *n. 6. verb. vicarius perpetuus*, vel temporalis Paroch. & *in Bullario eodem verbo, de iure Eccles. dicto cap. 6. lib. 3. n. 48.* vbi si Episcopos illos repererit idoneos, addens in dictis locis, & *hic n. 49. & in dicto cap. 7. Trid. sess. 7. num. 27.* vbi hæc ad litteram repetit; quod si superuenerit noua causa, & suspicio ignorantiæ, possit tunc Episcopus eosdem iterum examinare ad effectum *cap. 6. sess. 21. de reformat.* ex Aldano *in compendio canonic. resol. lib. 3. dict. tit. 2 n. 16.* dicente sic resolutum in Placentina. 56. Augusti 1628 pro quo faciunt quæ dixi *supra in cap. fin. de ætate, & qualit. ordin. tota quæst.* 2. Vbi de reexaminandis Parochis ab ordinario Episcopo.

26 Pro complemento huius dubij notandum est, quod si Episcopus male arbitretur, & grauatus vicarius appellet; non ob hoc eius sententiam suspendi; quo minus executioni mandetur, cum solùm appellatio habeat deferre iurisdictionem ad superiorem, qui causa cognita, poterit eius sententiam reuocare: sic Barbosa *dict. cap. 6. lib. 3. de iure Eccles. n. 5. in fine.*

27 Ad tertiam quæstionis partem de differentia inter Rectorem proprium, & eius vicarium perpetuum, siue temporalem; & quia iam sub Rub. & *ibi q. 1.* plura dixerim de simili potestate, quam habent vicarij Perpetui, & eorum Rectores, vt quod vicarij perpetui etiam habent verum titulum, & quod disposita in vicaria perpetua, habent locum in vicaria perpetua, & quod officium Diuinum tenetur recitare vicarius perpetuus, possitque ordinari ad titulum suæ vicariæ; sic vt vicarius perpetuus Rector curæ animarum aliquando dicatur; licet propriè non sit rector; & quod pœna *cap. multa de præbend. & cap. licet canon. de elect. lib. 6.* habet locum in vicario perpetuo, vt dixi *in cap. 1. & 2.*
28 *hic* † Imo & quod aliquid amplius habeat vicarius perpetuus, nempe vt ille dicatur habere curam animarum, non autem Rector principalis, intantum, vt si Rector principalis, existente vicario perpetuo, vellet se ingerere in cura animarum, nullo modo posset, quia cura habitualis est in eo, qui præest beneficio principali, cura tamen actualis quæ ab eodem sublata fuerit in vicarium perpetuum, translata cum Papa erigendo vicariam perpetuam, & in vicarium transferendo curam, nihil aliud fecerit, quam constituere illum actu Rectorem curæ animarum, licet propriè non sit Rector, vt cum Vitalin. Riccio, Layman, Azor, Ludouico, Gomez, Mandosio, Salcedo, Campanillo, Sebastian, Cæsar, Seraphin, Caputaq. Nauarro, Franchis, Couarruu. Hoieda, & pluribus aliis ex antiquis, melius quam alibi prosequitur idem Barbosa *de iure Eccles. lib. 3. dict. cap. 6 ex n. 18.* aliqua *sub dict. cap. 7. Trid. sess. 7. de reformat.* multis aliis comprobans Daniel, *de nobilibus dictu disp. 19.* per totam cum Valenzuela Velazquez, Lotter, Gonzalez, Garcia, Filliucio, Romano, Bonacina,
29 & pluribus aliis ex antiquis, † sic vt talis vicarius perpetuus, vti Rector principalis, honoretur, *cap præcipimus dist 88.* & vt iura loquentia de reseruationibus, de residentia, de beneficiorum multiplicitate, vel aliter de Rectoribus Parochialium in vicariis quoque perpetuis procedant;
† Et in tantum etiam, quod in humanis, vica- 30
rio perpetuo agente, Principalis Rector non teneatur residere, quia principalis actu curam non habet; indeque & vicarius ei præferatur in his, quæ specialiter ad vicarium spectant; sic vt non possit ipse Rector curam exercere, inuito vicario, *cap. extirpanda §. qui vero*, cum eodem Barbosa *alleg. 57. n. 166.* Garcia *de benefic. p. 5. cap. 2. n. 177.* Bonacina *in tract. de onere, & oblig. beneficiat disp. 2. puncto 3. n. 5.* Ancharrano, Rebuffo, Azorio, & Reginaldo *in praxi fori pœnit. lib. 30. cap. 8. n. 52.* idem Daniel *de nobilibus dicta disp. 50. ex n. 12. ante.*

Tamen, etsi in prædictis, & aliis conueniant, 31
vt etiam refert idem Barbosa *de iure Eccles. dict. cap. 6 lib. 3. ex n. 51.* adhuc Rectores Ecclesiarum Parochialium, & Vicarij perpetui inter se differunt (vt iam in dicta Rubrica dixi) Rectores enim sunt principales personæ in Ecclesia ex qua primo, & principaliter cura incumbit vicariis inquam, tanquam minus principales, & coadiutores eorum vicariæ præstant operam; & clarius verificari, quando vicarius non habet integram curam, sed tantum portio certa assignatur vicario, vt patet in exemplo quotidiano, quando vnio fit accessorie iuxta glossam in verbo *necessitas in cap. exposuisti de præbendis*, recepta communiter ab Abbate *in cap. postulasti notab. 1. de rescript.* notat etiam glossa in textu nostro *& in cap. fin. hic. verb annexa de præb. lib. 6.* recepta communiter per DD. *ibidem*, & Cardin. *n. 10.* Anfrer. ad Capell. Tholos. *decis. 109.* Petr. Gregor. *rei beneficiaria cap. 12. n. 26.* notantes merito Rubricam de capellis Monachorum sic concipi; non vero de capellis vicariorum.

Et inde fit, quod vbi certa portio Monachis, 32
& canonicis assignatur, & reliqui fructus vicario relinquuntur, tunc ipse vicarius principalis, censeri debet, & bonorum Ecclesiasticorum habere rei vindicationem, non ita, vbi certa portio assignatur vicario, vt probant Doctores ex dicto quotidiano exemplo, quando vnio fit accessoriè † Et sic colligi regulam, quod in dispo- 33
sitionibus, quæ de Rectoribus Ecclesiarum faciunt mentionem vicarij etiam perpetui non comprehenduntur ex sermonis proprietate præcipue in materia pœnali, & odiosa, vel exorbitanti, *ex reg odia, & regula, quæ à iure exorbitant de reg. iur. lib. 6.* Barbosa *vbi supra dict. cap. 6. n. 57.* qui non obstat dum *ibi sub n. 52.* ait in dispositionibus quantumcumque pœnalibus, appellatione beneficij vicarios comprehendi, cum in materia quantumcunque pœnali, & odiosa, ea omnia comprehendantur, quæ sub verbi proprietate continentur ex *l. cum lege ff. de testament* & alij plene congestis à Tiraquello *in l. si vnquam Cod. de reuocandis donat. in præfat. num. 119.* Couarruu. *lib. 1. variar. cap. 10. num. 7. & lib. 3. cap. 5. num. 8. ad finem*, & vt constat *in dicto cap. de multa de præbend. & in extrauag. execrabilis de præbend.* & aliis; quia hoc procedit; eo quod nomen, vicarius perpetuus dicitur Beneficiarius, sicut ipse Rector; at in primo casu loquimur, quando agitur de differentia Rectoris, & vicarij qui nondum habet omnem animarum curam.

Ad vltimam quæstionis partem, suppositis quæ 34
supra

ſupra dixi, *in Rub. ſub quæſt. 1. verſ. ad ſecundam* à
verbo, *& quod vicario perpetuo*, de aſſignanda
portione, & quanta, ſeu quale ſtipendium; ſo-
lùm enim addimus hic quod licet ad effectum
aſſignandæ portionis, aut congruæ fructus om-
nes beneficij ſint computandi, imo & diſtributio-
nes quotidianæ, aliaque in certa, vt aduertunt
Gonzalez *in regula 8. Cancel. § 8. procem. n. 185.*
Gutierrez *conſ.* 8. tamen non numerari ad prædi
ctum effectum eleemoſynas altarium, funeralium
& aliorum ſimilium iurium Parochialium, eo
quod iſthac percipit vicarius ex ſuo officio, & la-
bore, vt dicunt Franciſcus Leo *in Theſauro fori
Eccleſiaſtici p. 1. cap. 31 ſub n. 6.* Barboſa *dict. cap.
6. lib. 3. de iure Eccleſ. ſub n.* 44. vbi explicans
Conſtit. Pij V. de qua memini in dicto verſ. *&
quod vicario*, quæ recipit dicendo eam aſſigna-
tionem fieri arbitrio Epiſcopi, dum non ſit ma-
ior centum, nec minor quinquaginta ſcutorum
annorum ſumma in verbis ſequentibus *computa-
tis omnibus, etiam incertis emolumentis, & aliis
obuentionibus communiter percipi ſolitis, eis om-
35 nino aſſignetur.* † ait verba hic intelligi de ob-
uentionibus, & emolumentis, quæ ſunt in certæ
reſpectu ſummæ, quæ in ſpecie ignoratur, ſed ve-
nit certificanda ea eo quod in præteritum com-
muniter, atque vt in plurimum conſueuit percipi,
quales ſunt diſtributiones quotidianæ, aliæ que
oblationes ſolitæ præſtari; propter quod dixit
Rota apud Paul de Rubeis *deciſ. 230. n. 2. tom. 2.
diuerſ.* alias *p. 6. diuerſ n. 3.* debere computari in
certa emolumenta, quæ habent quandam certitu-
dinem; & ſic Barboſa *in dict. cap. 7. Trid. ſeſſ. 7. n.
33.* & Aldan. *in compendio canonic. reſolut. lib. 3.
tit. 2.* referunt deciſum in Turulen Die 2. Aprilis
1583. oblationes eſſe computandas in portione aſ-
ſignanda vicariis ea illo decreto, & dict. Bulla
Pij V.

36 Pro complemento notandum eſt, quod quan-
do à principio congrua ſemel eſt aſſignata, debet
vicarius illa eſſe contentus, qui ſibi imputare de-
bet, ſi accidat quod congruè ſit nimis tenuis, niſi
ſit ita tenuis quod vicarius ſuſtentare poſſit: ita
refert Barboſa *in dicto c. 6. p. 3. de iure Eccleſ. n.
43. in fine*, ex dict. Rota apud Paul de Rubeis *n.
7. & 8.*

37 Quod ſi abundè cupis ſcire Trid. loca, in qui-
bus ſit mentio de congrua portione aſſignanda,
tam Rectoribus, quàm eorum vicariis, leges *cap.
2. ſeſſ. 6. de reformat. & in cap. 5. ſeſſ. 7. & ibi in c.
7. & in cap. 4 ſeſſ. 21. de reformat. & in cap. 6. ea-
dem, in cap. 18. ſeſſ. 24. & in cap. 16. ſeſſ.* 25. quo-
rum decretorum verba referendo meminere Va-
lenauela, *p. 1. conſ. 54. n. 14.* Legendus omnino per
per totum ad integram congruæ materiam, Bar-
boſa *dict. cap. 6. lib. 3. de iure Eccleſ. n.* 40. Legen-
dos in dictis Trid. decretis, DD *in cap. extirpan-
da § qui vero de prebend.* vbi Abbas *n. 3. in fine*,
Azor *inſtitut. moral. p. 1. lib. 6. cap. 29. quæſt. 2.*
Paulus de Rubeis, *dict. deciſ. 230. num. 1. tomo 2.*
& alij communiter ea textu noſtro, & in aliis
locis.

38 Iterum eſt notandum, quod vicarij merces eſt
detrahenda ea fructibus Parochiæ vnitæ Mona-
ſterio, non autem ea fructibus Monaſterij, vt re-
ferunt deciſum dict. Aldanus *ſup. tit. 2. n. 21.* Bar-
39 boſa *in dict. cap. 7. Trid ſeſſ. 7. n. 36.* † qui *n. 37.* ex
eodem Aldano *n. 21.* dicit reſolutum, quod ſi cu-
ra vnita collegiatæ immineat Archipresbytero,

& capitulo, ſit aſſignanda portio ex bonis Ar-
chipresbyteri, & capituli, † Item etiam quod ad- 40
doctæ portionis congruæ aſſiganatio, ſit facienda,
partibus citatis, idem Aldan. *dict. n. 18.* & Barboſa
dict. n. 33. & addunt Nicolaus Garcia *p. 11. de be-
nefic. cap. 2. n. 11.* Aloyſius Riccius. *in deciſ. cu-
ria Archiep Neapol. deciſ. 136. p. 2.* Barboſa *in
dict. Trid. cap. 7. n. 38. verſ. appellationibus*, † 41
agentes de appellatione ab aſſignatione congruæ
portionis, quod hæc appellatio deuoluit, ſed non
ſuſpendit; & ita reſolutum fuiſſe aliquid dico *infra
quæſt. 4. in fine, & q. 5* ſub verſ. *ad quintam vſque
ad finem.*

QVÆST. II.

An habens dignitatem, vel canonicatum in cathedrali, vel collegiata Eccleſia, cui accesſorie & in perpetuum eſt annexa Parochialis per vicarium temporalem à ſe deputatum ab immemoriali deſeruiri ſolitam poſsit in illius cura exercitio ſe intromittere? Et quid de Rectore cui eſt vnitum aliud beneficiam ſimili obligatione, & vnione? Et an ſi in ea ſe ingerant, faciant actum validum? Et an in Eccleſia, vbi eſt Rector vnus principalis, poſsit & alius æque principalis, ſiue vicarius perpetuus deportari; ſic vt eodem tempore ambo deſeruire valeant eidem cum plena iuriſdictione Parochiali? Et an in vicario temporali habeant locum Regale de annali, triennali, denominationibus, aut reſeruationibus.

SVMMARIVM.

1 *Vnio poteſt fieri alteri beneficio acceſſoriè, & in perpetuum, dependenter, vel independenter, & qualiter ſic contingat.* numero 2 & 3.

3 *Beneficij annexi acceſſoriè qualitas non debet redundare in principale.*

4 *Rector reſpectu vicarij remanet in cura habituali, vicarius in actuali; à qua nequit remoueri per Rectorem.*

5 *Reſidere in canonicatu, vel Dignitate, cui eſt annexa Parochialis, tenetur illam habens, & quare* n. 7. 9. & 10.

6 *Nullus poteſt in animarum curam ſe ingerere, niſi qui habet titulum ad illam.*

7 *Parochialis ſemel vnita canonicatui, aut Dignitati, nunquam vacare cenſetur.*

8 *Beneficium ſimplex, cui vnitur Parochialis, non inde ſit beneficium curatum.*

9 *Prouiſus de beneficio ſimplici, cui eſt annexa Parochialis, non tenetur habere qualitates, & alias, quæ ad Parochialem deſiderantur.*

10 *Rector tenetur reſidere in maiori, cui alias minor eſt vnita.*

Bbb 3 11 *Rector*

11 *Rector principalis Parochiæ, cui accessoria sit vnita alterius, potest se intromittere in ea fallit* n. 17.

12 *Vicarij temporales, quia non assumuntur in certum, non abdicant curam à principali, &* n. 13. 14 & 15.

13 Extrauagans execrabilis, de præbend. & Dignitatibus.

14 *Rector qualiter deseruiendo per vicarium temporalem, intelligatur per se ipsum seruire; expeditur etiam à* n. 17.

15 *Vicaria perpetua adhuc censetur esse, quæ soles per temporalem vicarium deseruiri, &* n. 16 & 19.

16 *Vicarius Episcopi est temporalis, sed vicarius illius Dignitatis est perpetua.*

17 *Rector nequit se intromittere in seruitio Parochialis vnita, quæ solita est deseruiri per vicarium temporalem, &* n. 20. & 25.

18 *Beneficia illa dicantur de mensa, quæ non habent specialem administratorem.*

19 *Vicarij temporales ad nutum amobiles vocantur capellani mercenarij, & officiatores.*

20 *Dignitas, siue canonicatus, cuius probende est vnitas Parochialis solita deseruiri per vicarium temporalem, nequit se intromittere in illius seruitio,* n. 25.

21 *Episcopus nequit deputare vicarium perpetuum in Parochiali vnita, quando vnio est per viam pacti, nec in casu* n. 22.

23 Cap extirpandæ §. qui vero de præbend. cap. 1. de cappell. Monach. lib. 6.

24 *Vicaria temporalis non alteratur ex eo quod eius seruitio assignetur vicarius perpetuus,* & n. 25.

26 *Vicarius, siue Rector alius deputari non potest in Ecclesia, in qua erat primo Rector institutus, & ratio* numero 27. & 28.

27 *Capita plura non possunt esse in vna Parochiali* n 28.

28 *Ecclesia vna nequit esse plurium curatorum.*

29 *Clerici plures, qui soleat poni in vna Parochiali ad curam administrandi sacramenta, sunt veluti capellani, & tenentes.*

30 *Vicarius perpetuus datus Rectori in proprietate, est totus in exercitio curæ. Et quare* n. 31.

32 *Titulus Parochiæ datus vicario perpetuo talis est, vt possit ex eo, ordinari in sacris.*

33 *Vicarius perpetuus non dicitur, nisi ille, cui conceditur perpetua vicaria; quia ipse in humanis agit, non Rector.*

34 *Vicarius perpetuus prefertur Rectori in his, quæ specialiter spectant ad illum.*

35 *Rectores aut vicarij perpetui, si instituantur æque principaliter in eadem Parochia, neuter dicitur Rector, aut vicarius, qui nec ordinari valebunt ad illius titulum, ne dicentur incompatibiles, si aliud beneficium obtineant, &* n. 38.

36 *Capitulum, siue collegium habentes Parochiam, repræsentant tantum vnum Rectorem.*

37 *Vicarij plures in vna Parochia deputati, impropriè dicuntur Rectores &* n. 38.

38 *Parochialis vnita capitulo, aut collegio, si inseruiatur per plures, illi non dicentur Rectores, sed Ministri; solet tamen per singulos Hebdomadarios inseruiri, vt* numer. 39.

40 *Regula de triennali, & annali in vicariis temporalibus locum non habent, cum nullum titulum, & collationem habeant, preter temporale seruitium ad nutum amobile* n 41.

41 *Regula de triennali, & annali respiciant tantum ad beneficialia cum perpetuitate.*

42 *Regula de triennali & annali habent locum in iuribus loquentibus de reseruationibus, de residentia, de multiplicitate, de Rectoribus, & vicariis perpetuis.*

AD primam difficultatis partem, vt distinctione desidia opinionum claritate componentur, aduertere opportet, quod vnio potest fieri alteri beneficio accessoriè, & in perpetuum, dependenter, vel independenter. 1 † Dependenter, quando vna Ecclesia Parochialis propter locorum distantiam diuiditur in duas, & creata de nouo accessoriè antiquæ vnita dicitur fiscalis, & natiua, vel quando aliter dependet à beneficio principali. 2 † Independenter vero, quando beneficium curatum annexum, non processit à principali: quo in casu ipsum principale non dici curatum, respectu beneficij annexi; quia qualitas annexi accessoriè, non debet redundare, & influere in principale. vt dicunt DD. per textum *in cap. super eo de prebend.* Rebuffus *in repetit. ad textum in cap. extirpanda §. quia vero n. 146. de prebendis*, quos terminos cura, ac diligentia explicat Barbosa legendus omnino; quia plenè *in cap. fin. a n.* . n. vt propositam difficultatem dissoluit. 3

Vnde existimo dicendum ex nonnullis adductis *sup. in Rub. & ibi sub q. 1. & hic sub quæst.* 1. quibus probatum est Rectorem non posse ad libitum remouere vicarium perpetuum semel intitulatum; quia in eo tantùm permanet cura habitualis; in vicario autem actualis, & omnimoda cum exercitio curæ, quod habens Dignitatem, vel canonicatum in cathedrali, vel collegiata Ecclesia, cui in perpetuum, & accessoriè est annexa Parochialis per vicarium temporalē ab immemoriali deseruiri solitam, nō possit in illius curæ exercitio se intromittere. 4 † Quia nemo negare poterit habentem canonicatum, vel alij simplici beneficio annexam Parochialem independenter, absolutum esse ab omni cura, & residentia ipsius Parochialis, cum in ea residere non teneatur, sed in canonicatu, vt declarauit Sact. Congreg. apud Garciam *de benefic. 3. p. cap. 2. n. 179. declaratione* 12. 5

Et confirmatur primo, quia nullus potest in animarum cura se ingerere, nisi habeat immediatum titulum, vt docent Felinus *in cap. postulasti de rescript. n. 1. vers. & hoc videtur certum, quando titulus prælaturæ est immediatus ad curam.* Barbosa *in dicto cap. fin. hoc tit. n. 6.* † Sed habens accessoriè, & in perpetuum annexam Parochialē Dignitati, vel canonicatui, non solùm non habet titulum immediatum ad curam animarum ipsius Parochialis, sed neque vllum Ecclesiasticum, cuius prætextu se in ipsius cura possit intromittere, cum post vnionem eius nomen, & titulus ita extinctus sit, & supressus, vt in eo nullus amplius possit institui, aut ea alicui conferri; eo quod nunquam 6 7

quam vacare cenſeatur, ſicut docent Nicolaus Garcia *p. 11. de benefic. cap. 5. n.* 193. *& p. 12. cap. 12. n. 5. & p. 5. cap. 1. n.* 170. vt refert à Rota deciſum, *deciſ.* 114. *a. 5. p. 2. diuerſ.* Gomez *in regula de triennali q. 8. ſub a. 2.* Gonzalez *in reg. 8 Cancel. gloſſa* 5. §. 7. *n.* 7. idem Barboſa *n. 6. & 7. in dict. cap. fin.* ex doctrina DD. *in cap. cum acceſſiſſent de conſtit. & per gloſſ.* in verbo *Eccleſias*
8 per *clem. per litteras* de præb. vbi etiam antiqui.

Confirmatur ſecundo ex doctrina Nauarri *conſ.* 19. *de maiorit. & obed. in nouis*, dicentis per anoexionem Parochialis, beneficium principale, ſi ſit ſimplex, non creſcere, nec fieri curatum per Eccleſiam Parochialem ei annexam, imo potius Parochialem ipſam recipere ſimplicitatem beneficij, cui annectitur, eo quod vnitur, & annectitur beneficio ſimplici.

9 Et ſic fieri, vt talis non teneatur habere qualitates requiſitas in prouiſis de Parochialibus, curam animarum habentibus; quia vltra quam quod titulo careat, à quo ſibi ſpiritualis concedantur iuriſdictio, patitur ætatis defectum iuxta differentias, quas adduxi de ætate ad Parochiales, vel ad canonicatus, & quam debeat habere canonicus, cui anoexa eſt Parochialis, *ſub Rub. & tit. de aetate, & qualit ordin.* Ætas enim ad Canonicatum, vel Dignitatem obtinendam ſine cura, eſt annorum 22. vt ibi late aſſignaui, *& in cap. 1. ibi a. 42.* ſi vnita ſit Parochia minus principaliter, ætas hæc requiratur. Ad curatum vero 25 annorum, vt ibi etiam, & inſuper. Quod ſi vnio facta ſit Dignitati, ſiue canonicatui, adhuc non teneatur eſſe in maiori ætate canonicus, ſi talis annexio Parochiæ facta ſit minus principaliter, ſiquidem tunc canonicus, nec tenetur inſeruire per ſe in Parochia, nec talem ſcientiam habere, & idoneitatem, qualem debeot habere curati nulla habita conſideration ad Parochiam vnitam, vt cenſuit Sacra Congregatio, quam refert, & ſequitur Barboſa ex communi *in dicto cap. fin. hoc tit. n.* 11. *verſ. nec tenetur* vbi alia tradit videnda.

10 Et tertio facit, nam quoties duæ Eccleſiæ non ſunt principaliter vnitæ, ſicut Rector tenetur reſidere in maiori, *cap. exſtirpandæ* §. *qui vero de præb. lib. 6.* vbi DD gloſſa *in cap. non poteſt de præbend. lib. 6.* Gonzalez *in reg. 7. Cancel gloſſa* 5. §. 1. *n.* 12. *& 13. & gloſſa* 6. *a.* 268. Bonacina *in tract. de onerib. & obligation. benefic. puncto* 1. *n.* 3. Daniel. *de nobilibus diſp.* 19 *a.* 14. ſic & Dignitas, atque canonicus, cui Parochialis, vnita ſit tenetur inſeruire in ſuo canonicatu, & vicarius temporalis in Parochia. Applicabis alia, quæ adduxi *in cap. 3. de aetate ordin. ſub quaeſt. 2. à n.* 11. aliqua *in cap 4. ſub quaeſt.* 1. vbi de ætate ad curatum; & licet ſint plures pro contraria ſententia, tamen ex proxime dicendis in *verſ. ad ſecundam* intelligentur in alio quidem caſu loqui.

11 Ad ſecundam quæſtionis partem, quid quando vnio facta facta fuit alteri Parochiæ vbi adeſt Rector in quo dubio reſpondeo conſtituendo ex deciſione *extrauagantis execrabilis in fine verſ. quantum* de præbend. quod poſſit Rector principalis Parochiæ, cui acceſſit, & de pendenter ſit alterius vnio ſe intromittere: nam cum ex dicta *extrauag. conſtet* illa beneficia Eccleſiaſtica habere curam animarum, quæ Parochias habent, in quibus ipſe eſt, non per vicarios perpetuos, ſed per Rectores, aut miniſtros beneficiorum ipſorum, vel illorum temporales vicarios exercenda, cum explicat ibi gloſſa, vt Rector principalis per temporalem vicarium deſeruiendo, per ſeipſum deſeruire cenſetur; indeque non videatur à ſe coram animarum remouere, ac eâ non remotâ, poſſit eâ vti.

Et confirmatur, quia cum huiuſmodi vicarij 12 temporales, non aſſumuntur in totum, Buttius *conſ.* 2. *ſub a.* 3. non abdicant curam à principali Rectore, cui ſoi natura iocumbit Oldradus *conſ.* 217. *a.* 8. *in fine*, Daniel *de nobilibus dicta diſp.* 19. *n.* 38. *& 39.* vbi *a.* 4. quod ipſe principalis tenetur reſidere, & deſeruire, vt dixit Bocc. in textu noſtro *ſub n.* 3. Lapas *allegat.* 5. *n.* 7. *& 8. & in fine*, Garcia *de benefic.* 5. *p. cap.* 2. *n.* 53. *n.* 178. Seraphin *deciſ.* 639. *a.* 3. & quod aliàs ſuum munus non impleat, & reus ſit.

Quæ omnia differunt à caſu præcedentis *verſ.* 13 *ad primam*: hic *dict. extrauag. execrabilis* dare loquitur de Rectore habente curam animarum in Parochiali, in qua primo, & principaliter, eſt intitulatus, qui eam aliquando propter iuſtam abſentiam, aliamue ſimilem cauſam ad certum tempus exercere poteſt per vicarium temporalem. † Et 14 ſic intelligendum aſſumptum proxime dictum, quod Rector per temporalem vicarium deſeruiendo per ſe ipſum, deſeruiri cenſetur; ſed in caſu de Parochia annexa Dignitati, aut canonicatui ſolita ab immemoriali deſeruiri per vicarium temporalem; aliter vt *ibi* reſpondetur, cum ſit diſſimilis; quia vt *ibi* dixi, principalis canonicus, ſeu beneficiatus, qui habet annexam Parochialem ſuo canonicatui, vel beneficio, cui eſt annexa acceſſoriè, & in perpetuum, non deputat vicarium temporalem ob cauſam, vel ad certum tempus, ob quam, vel vſque ad quod vicaria durat, quaſi ceſſante cauſa, vel tempore elapſo, poſſit Parochus curam per ſe exercere, pro vt in terminis *dicti cap. cum ex eo* 34. *de elect. lib. 6.* † Sed deputat vica- 15 rium quamuis temporalem, neceſſario tamen ponendum, qui licet ex tempore immemoriali, ſeu priuilegio, poſſit eſſe ad nutum amobilis, vicaria tamen eſt perpetuo erecta, ita reſoluit Barboſa *in cap. fin. n.* 17. *&* 18. Vbi addit, quod nihil inconuenit, & nec contrarietatem implicat, vt vicarij dicantur, & vicaria perpetua ſit. † Quia eodem 16 modo vicarius Epiſcopi, temporalis eſt, & tamen vicariatus Dignitas perpetua iudicatur, vt refert, ac tenet Sbrotius *de offic. vicarij lib.* 1. *q.* 4. *in fine* cum Gabriel *conſ.* 32. *n.* 19. *volum.* 2. videndi Nicolaus Garcia *p.* 11. *de benefic. cap.* 6. *n.* 193. Franchis *in cap.* 1. *n.* 7. verb. *de filiis Presbyt. lib. 6.*

Ego inquam hanc diſſimilitudinem duplicis 17 caſus admitto: tamen ſi contingat quod Parochialis fuerit vnita alteri acceſſoriè, ſed ſolita ab immemoriali deſeruiri per vicarium temporalem, exiſtimo reſpondendum, vt quemadmodum iuxta primum caſum de vnione facta Dignitati, aut canonicatui, ita etiam reſpondendum de ſimili vnione facta alteri Parochiæ, quia tunc qui inuenitur Rector huius, cuius ſit alterius Parochiæ vnio ſolitæ ab immemoriali deſeruiri per vicarium temporalem, non transfert facultatem, vt Rector illius, cui vnio fit, valeat ſe intromittere in ſeruitio vnitæ, cum iam ea ab immemoriali tempore habeat legem conſuetudinariam, vt inſeruiatur per vicarium temporalem. & ſic neceſſitate cogi Rectorem ponendi in acceſſoria Parochia talem vicarium.

His tamen obſtat quod in omnibus vicariis 18

temporalibus, siue tractetur de vicaria cuiuslibet Ecclesiæ seu de vnita mensæ capituli, aut Prælati nulla datur tituli perpetuitas, siue ius; sic vt vicarij temporales sint tantùm simplices ministri ad nutum Rectoris amobilis, cui titulus curæ animarum inhæret; ita vt onus in persona Prælati, vel capituli, cuius Ecclesia est mensalis, resideat, per *regul. in cap. accessoriam de regul. iuris lib. 6.* latè Ancharran. *in clem. vnica de excessib. Prælat. notab.* 12. omnino videndus, Imola ibi *n. 16. in fine*, Cardinalis *in §. præsentatet in 4. quæst. textus in clem.* 1. vbi Imola *n. 16. de rescript.* idem Imola *in clem. 1. n. 29 & 32. de supplenda neglig. Prælat.* vbi quod illa beneficia dicuntur de mensa, quæ non habent spiritualem administratorem alium à superiore Prælato, Daniel *de nobilib dict. disp. 19. à n. 41.*

19 Sed adhuc respondetur ad propositum nostri dubij, quod licet prædicti vicarij temporales sint ad nutum amobiles per proprium Rectorem, qui & vocantur capellani ab Imola (prout etiam vulgo) in Clem. 1. hoc tit. item & Mercenarij, & officiatores ab officio, Baldus *cons.* 18. *lib.* 1. Decius *in cap. ex parte* 12. *de rescript. n.* 1. Daniel *dict. disp. 19. n. 17.* tamen non inde sequi, vt vicaria, cui tales vicarij ab antiquo solent inseruire, desinat esse perpetua; sic vt quamtumuis vnita fuerit, nunquam Dignitatis, siue canonicatus, aut Rectoris possessor, cui fuisset vnita altera Parochialis solita inseruiri per vicarium temporalem, desinat permanere in ea met obligatione, vt inseruiatur per vicarium amobilem, sicut antea tempore, quo proprium Rectorem habebat. Et faciunt alia dicenda *infra in cap. fin.*

20 Vnde fit vt talis Dignitas, canonicus, siue Rector, cui fuerit vnita talis Parochia, solita ab antiquo inseruiri per vicarium temporalem, non possit se intromittere in seruitio illius vicariæ, vt docent adducti DD. *hic à n.* 1. & per alia, quæ congerit Barbosa *in dicto cap. fin.* Legendus omnino ex *n. 5. vsque ad finem*, vbi ita difficilem hanc quæstionem vocauit, quod dixerit eam magnam, nouam, & dignam, vt eam Sacr. Congreg. S. Con-
21 cil. Trid. declarandis proposita determinet. † Et faciunt iam *supra dicta in quæst. præcedenti*, nempe vt non possit Episcopus deputare vicarium perpetuum in Parochiali vnita, quando vnio est per viam pacti deseruiendo beneficium per vicarium ad nutum amobilem: ita Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 29. n.* 191. vers. *secundo fallit.*

22 Qui & vers. *tertio fallit*, ait nec posse Episcopum deputare vicarium perpetuum, quando à tempore vnio facta est, & ex tunc constat, vicarios fuisse ad nutum amobiles, scientibus, & consentientibus ordinariis, & nunquam vicarium perpetuum fuisse constitutum: sequitur Barbosa *in Trid. dict. cap. 7. sess. 7. de reformat. n. 16.* & prius dixit ex aliis Flores de Mena *variar. quæst. 10. n. 41.* & faciunt alij casus positi *in dicta q.* 1. *breue. ſ. ad primum.*

23 Nec insuper obstat dicere à tali perpetuitate oriri, quod quando Parochialis accessoriè, & in perpetuum quoad temporalia alteri beneficio vnitur debeat tunc ipsa inseruiri per vicarium perpetuum ex *dicto cap. extirpanda §. quia vero de præb. cap. 1. de cappellis Monachor. lib. 6.* & ex
24 hoc textu nostro, † quia satis fit à simili: nam si v. g. contingeret, vt in tali vicario nominaretur vicarius temporalis, non perpetuus, non inde fieri quod alteretur natura perpetuitatis talis vicariatus; quia nominatio, siue vnio de vicaria temporali in inperpetuum, facta non debet alterare naturam vicariæ temporalis ab antiquo iam institutæ, quia sicut, si de facto, aut negligentia Prælatorum, vel consuetudine, aut priuilegio, vicarij temporales deputentur in casu, vbi perpetui constitui deberent, non sufficit vt colligatur inde talem vicariam perpetuam translatam esse in temporalem, sic nec econtra ad casum nostrum, si contingeret, vt Episcopus deputaret vicarium perpetuum pro vicario temporali solito ab antiquo poni, sicut ei permittitur, si sibi videbitur deputare, non obstante Trid. *in cap. 6. sess. 7.* vt existimant Barbosa *in dicto cap fin. sub n.* 13. & Flores
de Mena *variar. dict. quæst. 10. n. 39.* † Tamen ip- 25
se, & Caualer. *decis.* 595. *num. 2. in fine*, docent quod erectio de vicaria ad nutum in perpetuam per Episcopum facta ex facultate sibi concessa, non alterat vnionem iam factam quoad exercitium curæ; & sic nec quod ea Parochia solita inseruiri, per vicarium temporalem inseruiatur; deinde perpetuum, & multo minus, quod Dignitas, canonicus, siue Rector, quibus ea Parochia vnita sit, valeant se intromittere in tali seruitio; quibus & alia dubia possunt in amicitiam redigi.

Ad tertiam quæstionis partem, an in Ecclesia, 26
vbi est Rector vnus Principalis, possit, & alius æquè principalis, siue vicarius perpetuus deputari: in quo dubio respondendum est, vt non possit alius deputari æquè principalis, quia vnum ex requisitis præcipuum curatus est, quod exerceat curam nomine suo, & non alieno, & sic instituatur, vt per DD. *in clem vnica hoc tit. & in dicto cap. extirpande §. quia vero de præb.* Staphileus *de litteris gratia, & in §. 1. p. tit. de qualit. & statu benef.* vers. *requiritur etiam aliud*, Rebuffus Gomez. *de reg. 8. Cancel. regula de idoneitate q.* 11. *vers.* & adeo *n.* 6. Barbosa *de officio Episcopi allegat. 57. p. 3. n.* 159. Rota *in decis. 52. n.* 16. Gonzalez *in reg. 4. Cancel. glossa 60. n.* 40. Parisius *de resignat. benefic. lib. 2. q. 2. n.* 107. vbi de communi, & est de mente Oldradi *cons. 65. n. 2.* vers. *non est dubium*, ita similiter, & aliud requisitum fit, quod vt quis dicatur curatus singulariter nomine suo, & non cum aliis ad regimen Parochialis assumatur.

Et est ratio, nam cum adsit Rector Ecclesiæ, 27
& sic curatus non possunt esse alij vti principales; quia essent plura capita: nam sicut vna sponsa non potest esse plurium *cap. 1. de sponsa duorum*,
vbi DD. † nec vnum corpus habere duo capita, 28
cap. quia plerisque de offic. ordinarij, sicut nec vna Ecclesia possit esse plurium curatorum, vt fatentur DD. per textum *in cap. cum non ignores de præb. in cap. sicut in vna 21. q. 2.* vbi Archidiacon. Felinus *in cap. in nostra in 10. Corollario.* vers. *scias etiam quod si plures de rescript.* Oldradus *seu tres iuris periti. cons. 67.* Ancharran. *cons.* 59. *n.* 3. Staphileus *supra* vers. *requiritur etiam tertiam*, Rebuffus *in praxi tit. de non promotis intra annum. n.* 63 Rota *dicta decis. 52. n. 17. 18. & 19.* Gonzalez *dict. glossa 6. à n. 41. & n.* 115. Barbosa *vbi supra*, Nicolaus Garcia *de benefic. p. 9. cap. 2. n.* 175. (vbi quod secus quoad concursus pro vt etiam *n.* 176. & Rota *decis. 48. n. 5. p. 1. diuersor.*) Lotterius *de re beneficiaria lib. 1. q. 20. à n.* 110 Daniel *de nobilibus dict. disp. 19. n. 9. 10. 11. & à n. 47.*

Nec

29 Nec implicat dicere ſolitos eſſe poni Presby-
teros plures in vna Eccleſia exercentes curam
animarum,& ſacramenta adminiſtrantes,quia reſ-
pondetur vnum tantum Rectorem in proprieta-
te conſtitui, ſiue Prælatum,cæteros verò Presby-
teros conſtitui tantùm vti Miniſtros,& ſubditos,
qui etſi habentes , & exercentes curam anima-
rum,tamen non ſunt Rectores, nec Prælati, ſed
vnus erit tantùm eorum ſuperior, aut deficiente,
Epiſcopus,aut Collegium, vel capitulum, vt do-
cent Innocent. *in dicto cap. cum non ignores de*
præbendis.vbi Ioan.Andr, Butr, & Imola *col. 2.*
verſ.extra gloſſa,Abbas *n.6.& 7*.Archid.*in dicto*
cap.ſicut 21.q. 2. Rebuffus *in praxi dicto tit. de*
non promouend. intra annum à n. 64. & 69. An-
charranus *conſ. 39.* Lotterius *de re benef. dict.*
lib. 1. quæſt. 20. num. 141. vbi cum aliis bene
declarat Rota *in nouiſſim. p. 1. deciſ. 48.num.5.*
& 6.

30 Et ſic contingere quando vnus eſt Rector in
proprietate,cui datus eſt,perpetuus vicarius in to-
tum;quia vt *ſupra* diximus *in Rub. & ibi q.*1. at-
que hic , tunc ipſe vicarius eſt totus in exercitio
curæ,& adminiſtratione ſacramentorum in actu ,
Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.30 cap. 8. n.52.*
in Rectore ſolum maneat cura in habitu, & ſine
exercitio,vt *ibi* diximus, ac docent Garcia *de be-*
nefic. 3.p.cap. 2.n.177.Barboſa *allegat. 57. in pa-*
ſtorali n.166.Bonacina *in tract.de onere, & obli-*
gat.beneficiat.diſp.5.n. 5. puncto 2.Daniel *de no-*
31 *bilib.diſp.20.n. 78. & 15.* † Quia illa cura, etſi
non habitu,tamen in actu fuit ſeparata à proprio
Rectore,Cardinal *in dicta elem. vnica hoc tit. q.*
9.& ſub.quæſt.10. vbi Ancharran. *in 4.notabili* ,
verſ.iſte enim,& *verſ.quaris* vltim,& *verſ.in con-*
trarium,Rebuff.*in praxi tit.de diſpenſat.rat. ata-*
tis verſ. *vel earum perpetua vicaria* Seraphinus
deciſ.1304.ſub n.4. Caputaquen *deciſ. 339. n. 2.*
& 3.p.3 . Gonzalez *in dicta reg. 8. Cancel gloſſa*
5.§.3.n.23.& 24.& gloſſa 6.à n 97.vbi affert de-
clarationem Congreg Barboſa *de officio Epiſcopi*
dicta alleg. 57.p.3.n.166.Riccius *in praxi reſolut.*
quotid.388.n.3.& 5.p.3. Lotterius *de re benefi-*
ciariaria dict.lib.2. cap.10. à n. 123. & n.127.
32 qui *& n. 138.* † dicit quod titulus eſt apud ip-
ſum vicarium perpetuum, vt iam latè dictum eſt ;
ſic vt vicarius poſſit promoueri virtute talis ti-
tuli ad ſacros ordines, vt iam etiam dictum eſt in
Rub. & docent Cardinal. *in dicta clementina 1.*
hoc tit.q.8. Qui tenetur, ſicut Rector infra an-
num, Valenzuela Velazquez *1.p. conſ. 54. n.19.*
cum & reſidere ſit obligatus , Rebuff. *in praxi*
dict.tit.de non promotis infra annum n. 4. & 67.
textus non gloſſa *in cap.fin.hoc tit.* verſ.*perpetuos*
vicarios,vbi Abbas *n.3*.dicit perpetuum vicarium
eſſe curatum, & intitulatum , vbi Ioan Andreas ,
33 & alij,& pulchre Geminian *conſ.86.n. 2.* † Vbi
quod vicarius curatus , non dicitur,niſi ille , cui
conceditur perpetua vicaria Eccleſiæ , in tantum
quidem,vt talis vicarius in humanis agens, prin-
cipalis Rector non teneatur reſidere , vt poſt de-
clarationem Sacræ Congreg. referunt Gonzalez
in dicta regula 8.gloſſa 3 n.99 Barboſa cum aliis
dicta alleg. 57. n. 78. Daniel *de nobilibus dicta*
diſp.20.n.12.13.& 14.quia principalis actu non
habet curam , vt docent idem Barboſa , Garcia ,
& Bonacina proxime adducti,dicentes etiam , &
34 Imola *in dicta elem vnica hoc tit. n. 8.* † Vica-
rium perpetuum præferri Rectori ipſi in his, quæ
ſpecialiter ad vicarium ſpectant, cum & nec poſ-
ſit Rector exercere curam inuito vicario, vt iam
in principio ſub quæſt. 1. dictum eſt cum mul-
tis.

Vnde etiam dicendum eſt, quod ſi duo,vel plu- 35
res indeterminatè deputentur vicarij perpetui
in quadam Parochiali, ſiue Rectores , neuter eo-
rum dicetur,nec ſit curatus , nec in eis locum ha-
bere poſſint diſpoſitiones textus *in cap. licet ca-*
non. vbi cauetur de ordinibus ſuſcipiendis à Re-
ctore , ſiue intitulato vicario intra annum *de*
elect.lib.6.nec textus *in cap.de multa de præb.*vbi
cauetur de prohibita incompatibilitate beneficio-
rum;ſiquidem tales nullo modo dicuntur intitu-
lati : ſic proxime adducti , & Daniel *de nobilibus*
dicta diſp.19.n.10

Quare venit intellectu dignum , quod quoties 36
cura Eccleſiæ ad capitulum, vel totum collegium
ſpectat , tunc repræſentent vnicam Rectoris per-
ſonam omnes capitulares ei inſeruientes , vt tra-
dunt Gonzalez *ad dict.reg.8. Cancel. gloſſa 6. n.*
71.& 74. Barboſa *de officio Epiſcopi dicta alle-*
gat.57.n.164.& allegat.60.n.50.& allegat.70.n.
81 Lotterius *de re beneficiaria dict.lib.1. q. 20. à*
num.117.Daniel *de nobilib.dicta diſp. 19. n. 49.*
& 50.

Vbi cum Gonzalez dicit quod tales vicarij im- 37
proprie Rectores nominantur , cum non ſint cu-
rati, pro vt nec nominantur ſignanter in Eccleſia
S.Michaelis , ſed curatores , vt in tabella eiuſdem
Eccleſiæ , qui nec tales proprie dici poſſe,ait *ibi*
in verſ.*ex quibus*, & quod contrarium poſſit tan-
tum admitti iuxta loquutionem , quam faciunt
perſonæ vulgares.

Et confirmatur,quia etiam loquendo de vica- 38
riis,patet, quod in Parochialibus Eccleſiis anne-
xis capitulo,etiam independenter cura,tam actua-
lis,quàm habitualis,eſt penes ipſum capitulum eis
ſolum vicariis habentibus curæ exercitium ; quia
eo ipſo quod in totum vnio facta, fiat Parochia-
lis , quoad ſpiritualia , & temporalia totalis cura
fuit in capitulum tranſlata , quam vicarij vti ſim-
plices miniſtri capituli exercent ex ea quidem ra-
tione;quia Cathedralis (vt iam *ſupra ſub tit. de*
primicerio dixi) dicitur Parochialis totius Diœ-
ceſis , & licet vicarij Parochianis ſacramenta ad-
miniſtrent , tamen cæteri canonici in principali
Eccleſia,collegiata, vel Monaſterio cætera omnia
exequuntur , celebrando ſcilicet , horas Diuinas
cantando,& prædicando,vt docet Barboſa *in di-*
cto cap.fin.n.14.

Et hæc omnia pro praxi videntur declarati à 39
Sacra Congreg Trid.*in cap.7.ſeſſ.7.de reformat*,
in ſequentibus verbis, quæ refert Garcia *de bene-*
fic.p.11.cap.2.ſub n. 9. ibi *alia de Parochialibus*
vnitis capitulis Cathedralium, ſeu collegiatarum
Eccleſiarum ſic cenſendum eſt,ſi cura animarum
incumbit certa perſona,per illam exercenda eſt, ſi
imminet toti capit.vt per ſingulos,per vices exer-
ceatur,ipſi cogendi ſunt ad illam exercendam, vt
per notata *in cap.ſtatutum de elect.lib.6.ſi ſpectat*
ad illorum menſam;ita vt inſtitutio illarum per-
ſonarum,quæ illam curam exercent, à nullo ſupe-
riore facienda eſſet,canonici non poſſunt compel-
li, vt nec per ſe ipſos , nec per vicarios perpetuos
illam exerceant,gloſſa *in clem. 1. de exceſſib. præ-*
lator,verb.menſam,& ibi Cardinal, Imola , An-
charran *in cap. extirpanda §. quarto de præbend.*
idem dicendum ſi per ſedem Apoſtolicam eis eſſet
indultum,vt per temporarios cura exerceatur, &
ad id declarans, *quod in iſtis caſibus ex cong. cogi*
poſſunt

possunt ad constituendum vicarios perpetuos, iuxta tamen decretum dictæ Congregat. non præcisè, vt habetur in declarationibus dicti Concilij adiunges alia, quæ dico *quæst. sequentib. vers. ad primam*, repetit Barbosa *in dicto cap. 9. Trid. numero* 29.

40 Ad vltimam quæstionis partem, an in vicario temporali habeant locum regulæ de annali, & triennali, de nominationibus, & reseruationibus; quia iam sub Rub. & *ibi quæst. 1. & sub quæst. 1. huius textus*, dictum est non habere locum, breuiter nunc iterum respondeo, vt quia temporales vicarij nullum titulum, aut collationem habeant in vicariis præter temporale seruitium ad nutum amobile. † Ideo prædictæ regulæ in illis non habeant locum, quæ ad beneficialia cum perpetuitate respiciunt: sic docent Staphileus *de litteris gratia, & just.* vers. *subsequenter*, & vers. *similiter, fol.* 26. ex pluribus probat Ludouicus Gomez *ad regul. 8. Cancel. glossa 5. §. 3. à num. 43.* Barbosa *dicta allegat. 57. num. 146. de officio Episcopi p. 3.* cum aliis Nicolaus Garcia *de benefic. 1. p. cap. 2. n. 89. & 90.* Daniel *de nobilibus dicta disp. 19. n. 42.*

41

42 Et sic vt verum deducitur, quia tales regulæ ècontra habent locum, & practicantur in iuribus loquentibus de reseruationibus, de residentia, de beneficiorum multiplicitate, vel aliter de Rectoribus Parochialium, item & vicariis quoque perpetuis, quia vt abunde *in hac quæst. & in dicta Rub. & quæst. 1.* apertè probatum est has quidem vicarias perpetuas, esse beneficia collatiua intitulata, sicut & Rectoriæ, ac principales Parochiæ, vt docent Imola *in dicto cap. de multa de præbendis*, & *ibi* Ioan, Andreas, Abbas *in cap. 1. & 2. hoc tit. & in dicto cap. fin. in vltimo notabili*, Ancharran. *in dicta clem. vnica hoc tit. in 4. notab.* Bocc. *in dicto cap. 1. in fine*, Cardinalis, & alij *in clementina 1, de excessibus Prælatorum*, vbi Imola *n. 10 & 14* Roman. *cons. 346. n. 5. in fine*, Rebuffus *in praxi tit. de vicar perpet. n. 14.* Gomez *regula de idoneitate q. 11.* Daniel *de nobilibus disp. 20. n. 11.* Filliucius *quæst. moralium tract. 41. cap. 7. sub n. 16.* Garcia *de beneficiis p. 9. cap. 2. n. 313. & 319. & p. 11. n. 286.* Gonzalez *in dicta. regul. 8. Cancel. glossa 5. §. 3. n. 19. 21. 31. 32.* & alij videbis *infra q. 4. vers. ad secundam.*

QVÆST. III.

An vicarij debeant institui ad præsentationem Canonici vel beneficiati, cuius Canonicatui, vel beneficio Parochialis accessoriè est vnita? Et quando dicatur vnio facta plene quoad temporalia, & spiritualia, & in quo differat vtraque si quoad vnum, & non aliud facta sit? Et an Rector Ecclesiæ Patronatæ, possit apponere vicarium temporalem sine consensu Patroni? Et an Rector, siue Episcopus possint semel assignatam portionem, siue congruam vicario perpetuo, aut temporali reuocare, vel diminuere? Et an Appellatio à nominatione vicarij, vel assignatione congruæ, operetur vtrumque effectum?

SVMMARIVM.

1 *Vicarium perpetuum poni in Parochiali vnita Archidiaconatui, aliis Dignitatibus, aut Canonicatui, pendet ab arbitrio ordinarij, vt declaratum est*, numero 2. & 3.

4 *Vnio quoad temporalia, & spiritualia dicitur plene facta, si ita dictum sit &* numero 6.

5 *Vicarius perpetuus ponitur quando vnio facta est plene quoad temporalia & spiritualia, si quoad temporalia, temporalis.*

6 *Vnio perpetua, dicitur quando vna Ecclesia dependenter alteri vnitur.*

7 *Cura animarum, cui incumbat, quando vnio facta est alteri.*

8 *Rector potest ponere vicarium temporalem in Ecclesia Patronata sine consensu Patroni.*

9 *Congrua semel assignata vicario, nequit a Rectore auferri.*

10 *Congrua portio est assignanda cappellanis perpetuis.*

11 *Alimenta, & cibaria naturali ratione debentur ei, qui seruit.*

12 *Salaria præstantur pro labore.*

13 *Participes erant apud Iudæos illi, qui sacrorum vice fungebantur de his, quæ altari offerebantur.*

14 *Stipendia sanctis laboribus debita sunt danda qui altari deseruiunt*, n. 15.

AD primam difficultatis partem, repetitis *hic*, quæ adduxi post Rubricam, & *ibi q. 1. hic sub q. 1. ex n. 1.* dicendum est, quod licet vicarij 2 debeant institui ad præsentationem Canonici, vel beneficio Parochialis accessoriè vnita est, sed quia non inde per huiusmodi deputationem vicario iurisdictio vlla data fuerit à Canonico, quia in cura vicarius ab illo dependentiam non habet ex iam adductis, ideo dicendum est ex Sacra Congreg. iam declaratum fuisse, vt prosequitur Nicolaus Garcia *de beneficiis p. 11. cap. 2. n. 9.* ac refert Barbosa *in cap. fin hic n. 16.* relinqui arbitrio Episcopi, an oporteat ponere perpetuum vicarium in Parochialibus vnitis Archidiaconatui, seu aliis Dignitatibus, vel Canonicatus; deputare enim vicarios perpetuos, vel temporales in annexis Parochialibus solùm pendere ab ordinariorum arbitrio fatentur DD per verba Trid. *sess. 7. cap. 7. de reformat.* ibi *etiam perpetuos nisi ipsis &c.* quæ iam *supra* latè expendo. † Et quia idem Garcia *à n. 3. vsque ad* 17. ex Rota, Hojeda, Felino, Flores de Mena sigillatim explicat, ideo duxi hic inserere verba prædictæ declarationis ibi: *Sacra Congreg. censuit relinqui arbitrio Episcopi ponendi perpetuum vicarium in Parochialibus vnitis Archidiaconatui, seu aliis Dignitatibus, seu Canonicatibus, secundum facultatem, & prout colligitur ex dict. Trid. decreto; nec Constitutio Pij V. obstat, quod & de vnitis ante Concilium intelligatur.* Et hæc postquàm alia retulit verba S Congreg. *n. 7.* ibi *per hoc decretum tollitur consuetudo immemorialis, vt in illis beneficiis vnitis deseruiatur per cappellanos amobiles, si aliter Episcopo videbitur*, & iuuat Garcia ex dictis ab eo *3. p. cap. 2. n. 197.* quamuis contrarium teneat

Flores

Flores *dicta quæst.* 10. n. 44. † quod *in dicta p.* 11. *cap.* 2. n. 8. declarat ex eodem Nauarro iuxta iam adducta q. 1. & 2. *hic*, nempe vt non possit ordinarius libere sine causa id facere iuxta arbitrium regulatum rationi, considerata expedientia, & vtilitate Ecclesiæ, vt *in dicta quæst.* 1. explicatum est.

4 Ad secundam quæstionis partem, quando dicatur vnio facta plene quoad temporalia, & spiritualia, & per quos vicarios seruitium præstetur, 5 breuiter respondetur. † Quod quando pleno iure vnitum est beneficium mensæ quoad spiritualia, scilicet & temporalia, tunc vicarius temporalis constituitur à Priore, aut Episcopo; sin autem quoad temporalia tantum vnitum sit, perpetuus non temporalis, venit eligendus vicarius iuxta glossam in vers. *ad mensam in clem.* 2. *de excessibus Prælator*, vbi Cardinalis §. *præsentatos* vers. *oppone ad hoc*, Ancharran. *in* 12. *notab.* Imola 16. textus *in clem.* 1. vbi DD. de rescriptis, Abbas *in cap. vt supra n.* 9. *de rebus Eccles. alien. vel non* Rota *decis.* 160. *in antiquis*, Rebuffus *in praxi tit. de vicario perpetuo n.* 6. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancel. glossa* 5. §. 3. *num.* 14. Garcia *de beneficiis dict. part.* 11. *cap.* 2. *num.* 5. cum aliis Barbosa *de officio Episcopi alleg.* 72. *n.* 189. Daniel. *de nobilibus disp.* 19. *n.* 18. & 19. Riccius late *in praxi rerum fori Eccles. resolut.* 293. *n.* 3. & 4.

6 Sed vt clarius intelligatur, dicendum est tunc fieri vnionem quoad spiritualia, & temporalia, si ita in vnione dictum sit, & quod talis præsumitur, quando vna Ecclesia dependenter, alteri beneficio quoad temporalia præsumatur facta; ita vt principalis habet solummodo facultatem percipiendorum fructuum, dispositioque quoad spiritualia, erit quidem penes vicarium, sic vt cura habitualis sit in illo, qui præest beneficio principali 7 † sed cura habitualis transiet ad vicarium, quia cura animarum probatur esse penes illum, cui incumbit specialiter iurisdictio spiritualis, id est administratio sacramentorum, Vitalin *in clem.* 1. *de excessibus Prælator*, Mascardus *de probationib. conclus.* 648 Barbosa *in dicto cap. fin. hoc tit. n.* 12. omnino legendus.

8 Ad tertiam quæstionis partem resolutiue ex iam dictis respondendum est per glossam in textu nostro verbo *Episcopi* ibi: *non credo quod consensus Patroni sit requirendus*, nempe vt Rector Ecclesiæ Patronatæ possit apponere vicarium temporalem in illa sine consensu Patroni, vt docent Lambertinus *de iure Patronatus lib.* 3. q. 5. *art.* 10. *n.* 1. Gonzalez *in regula* 8. *Cancel.* §. 3. *n.* 38. refert, & sequitur Barbosa *hic n.* 4. quorum mihi videtur ratio, quia cum talis nominatio non præstet ad intitulandum eum in beneficio, sed tantum ad seruiendum pro aliquo tempore semperque manet in Rectore vicarium temporalem nominante cura, titulus, & beneficium, inde procedere vt talis nominatio valeat à Rectore fieri independenter à Patrono.

9 Ad vltimam quæstionis partem existimo respondendum, vt quemadmodum ex textu nostro vicarius perpetuus per Episcopum institutus remoueri nequit à Rectore, nec à successore in beneficio, sic nec possit semel assignatam portionem pro victu, siue congrua sustentatione auferre, aut diminuere, quia cum iam supra dictum sit æquo iure vicario Ecclesiam, ac populum regenti propter onus curæ partem congruam, & idoneam ex redditibus erogandam esse, *cap. de Monachis cap. exstirpanda de præbend. cap.* 1. *eodem lib.* 6. ibi: *nisi tantum ei de prouentibus ipsius Ecclesiæ, coram eis fuerit assignatum, vnde* Iura Episcopalia possint soluere & congruam sustentationem habere, Duarenus *lib.* 6. *de sacris Eccles. ministeriis cap.* 4. *in dicto cap. exstirpanda* §. *quia vero n.* 6. Crescent. *decis. Rota* 1 *hoc tit. n.* 2. & *de decimis n.* 3. Rota Romana *decis.* 758. *n.* 5. *p.* 5. *p.* 2. & *decis.* 83. *n.* 12. *p.* 2. *diuers. sacr. Palat.* Rebuffus *tract. de pacificis possess. n.* 98. inde fit, vt nequeat, nec debeat aliqua nouitas induci in præfatæ legitimæ assignationis congruæ, præcipue si iam tempore fuisset assignata, vt amplectitur Velasquez *cons.* 54. *n.* 35. videndo ex *n.* 34. & per tot. Concil. argum. textus *in l. minime* 25. *ff. de legibus*, & ex Aristotel. *lib.* 2. *politic. cap.* 6. Roland. à Valle. *cons.* 9. *n.* 10. *volum.* 4.

Et confirmatur ex decis. Rot. 16. *in* 3 *p.* 1. dum 10 ait, quod facultas ponendi capellanos perpetuos non releuat, quominus debeat eis congrua portio assignari, vt patet ex doctrina textus *in cap. ex eo de elect. lib.* 6. vbi statuitur, quod curato Parochiali dispensatiue per septennium, absente causa studij, deputandus est loco eius vicarius bonus, & idoneus, cui de ipsius Ecclesiæ prouentibus necessaria ministrentur œconomia Canonica, & ex textu *in c. peruenit de appellat*, ita idem Valenzu. *n.* 31. cum Vrenio *cons.* 42. *n.* 15. † Naturali enim ratione cibaria, & alimenta debentur ei, qui seruit, 11 *l. in rebus* §. *possunt ff. commodati*, *l. item si serui ff. de edilitio edicto*, *l. diuortio* §. *fin. ff. soluto matrim. l. cum duobus* §. *si quis pro socio*, Guillelm. Durand. *super* 6. *in cap.* 1. *n.* 68. *de postulando.* † 12 Et quia salaria præstantur pro labore, *l. idem*, *l. in fundo* §. *idem labeo ff. mandati*, aut pro scientia, & probitate, Stephan, Gratian. *decis.* 101. *n.* 10. & *in decis.* 201. *n.* 5. & pluribus aliis dicteriis, & cum multis idem Valenzuela *dicto cons.* 54. *ex n.* 2. vbi adducit illa, quæ repetunt Doctores *in cap. cum secundum Apostolum de præb.* nempe quod Altari seruiens, de illo viuere debet, & quod Mercenarius dignus est mercede sua, & quod stipendium iustum est consequi eos, qui præstiterunt obsequium, & quod labor non debet esse sine iusta mercede, & quod nec operæ debent esse sine emolumento.

Et amplius facit illud 4. *Regum cap.* 12. Ezechiel *cap.* 44. quibus probatur apud Iudæos fuisse 13 participes de his, quæ altari offerebantur illi qui sacrorum vice fungebantur, & altari præsto erant eorundem donorum, Ioan, Ekius *cap.* 21 *locorum commun. contra Luster. aconom. canon.* 2. *classi cap.* 3. §. 1 † Et faciunt textus *in cap Charitatem cap.* 14 *Ecclesiasticis* 12. *q.* 2. Concil. Agathens *cap.* 36. vbi Clerici omnes, qui Ecclesiæ fideliter, vigilanterque deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum per ordinationem Canonum à sacerdotibus consequentur, cum naturali Iure, ad quem onus spectat, debeat & honor pertinere ex *l. fin.* §. *sed cum cod. de furtis, & seruo corrupto, dict. cap. Ecclesiasticis* 12. *q.* 2. *cap. delapsis vbi glossa* 16. *q.* 6. nam vt ait *auth. de Indicib.* §. *ne autem col.* 6. *ingratus est labor, quem debita præmia fallunt*, alias inquam fieret contra ipsam naturæ ius, vt proferebat ille Alexander Seuerus Imperator: *nihil esse iniquius, quam vt è Republica annonas cogerent ii, qui nihil in eam labore suo conferrent*, vt retulit Lampridius, & Appius Claudius apud Liuium *lib.* 1. ibi, *nusquam*

nusquam operam esse sine emolumento, nec emolu-
15 *mentum sine impensa operam esse.* † Quæ omnia præstant etiam respectu vicarij temporalis; quia licet possit ad nutum Rectoris amoueri, tamen dum seruit ei, & similiter portio debetur iuxta quæ dixi *in hoc textu q.*1 vers. *ad vltimam.*

QVÆST. IV.

An Rectoris prohibitio se ingerendi in cura animarum, spreto vicario, absolutè intelligatur, seu tantùm procedat in vicariis Parochialium vnitarum alteri beneficio independenter? Et an vicarij iuxta Trid. in cap. 7. de reformat. sess. 7. *& constit. Pij V. perpetui pro tempore deputati teneantur expedire nouam prouisionem, & soluere annatam? Et an si dubium est num vicaria sit perpetua, vel temporalis, debeat attendi vltimus status? Et an appellatio à nominatione vicarij facta ab Episcopo, seu ab assignatione, congruæ pro victu vicarij suspendat vtrumque effectum, vel tantùm deuoluat, non enim executionem impediat?*

SVMMARIVM.

1 *Rectoris prohibitio contra vicarium perpetuum circa curam animarum non habet locum in Ecclesiis vnitis, &* n. 2.

3 *Vicarius temporalis, quandoque habet totam curam in beneficio habitualem, & actualem, & illius exercitium, si sic pendeat ab erectione, vt* n. 4. 5 6. & 7.

5 *Rector qui habet tantùm titulum prophanum, non se intromittit in cura, quam vicarius temporalis administrat &* n. 6.

6 *Rector, qui cum titulo temporali se intromittit in cura, furtum, & rapinam quodammodo committit in sua salutis, & multarum animarum dispendium.*

7 *Vnionis littera non præstant titulum de beneficio Rectori, sed temporalitatem.*

8 *Vicaria temporales sunt conferenda in concursu, quando contingit, vt vicarius actualis habeat nedum actualem curam, verum & ipsam habitualem extra hunc casum non sic, vt* n. 9.

10 *Vicarij perpetui, si vicaria vacans in mense reseruato, tunc tenentur Bullas expedire, & si nominatio fiat ab alio non Episcopo, & soluere annatam, vt* n. 11.

12 *Vicaria perpetua ante Concilium Tridentinum comprehenduntur sub reseruationibus beneficiorum. Et qua sint ista.*

13 *Pij V. constitutio cum Trid. circa prouisionem vicaria cum expeditione Bullarum, & solutione annata.*

14 *Status vltimus in beneficiis attenditur, quando, & quomodo* n. 15. & 16.

15 *Vicaria perpetua à quo sic dicatur, si non constat de eius erectione.*

16 *Status vltimus non est attendendus, quando constat de anteriori statu distinguendo inter illum quasi possessionem conferendi, seu præsentandi, &* n. 17.

18 *Appellatio ab assignatione congruæ & nominatione vicarij non suspendit quo ad vtrumque effectum.*

19 *Vicarij remotio nequit fieri nisi citatis & auditis partibus nec appellatione remota nisi fiat in visitatione.*

AD primam quæstionis partem præhabitis 1 quæ dixi *hic q.* 2. *à n.* 1. pro complemento illius nunc de hac fit inquisitio, cuius intellectu, & alia, quæ de simili vnione *ibi* insinuata sunt clarescant, cumque Abbas *in cap. extirpanda §. quia vero de præb. n.* 15. in vers. *ex quo sequitur quod Rector principalis non posset ibi exercere curam fori pœnitentialis,* & refert Azor *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *q.* 2. *ad finem* in vers. *& ideo Rector sacramenta conferre non debet nec potest,* Ancharranus *in cap. exposuisti de præb. lib.* 6. *in fine.* vers. *vicarij à canonicis in curam dependentibus non habent illo modo, sed authoritate iuris habent cura exercitium de per se, quam principalis canonicus impedire non potest, nec in ipsa se intromittere, sicut nec Episcopus, inuito Rectore, Ecclesia Parochialis, posset assumere curam animarum,* Seraphinus *in decis.* 1009. *n.* 5. vers. *non enim potest per se ipsum exercere* Rota in Barchinonens. Vicariæ 17. Mai 1614. coram R. P. D. Merlino, Barbosa *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 31. *&* 32. † Intelligit prædictam conclusionem 2 procedere in vicariis Parochialium vnitarum alteri beneficio independenter iuxta terminos declaratos per illum *in cap. fin. hoc tit.* (de quo in relata *q.* 2. *&* 3. *præced.*) quia tunc, licet habitualis cura sit in illo, qui præest beneficio principali, cura tamen actualis sublata Rectori principali, translata fuit in vicarium, sicut docent etiam Vitalin. *in clem.* 1. *à n.* 1. *de excessibus Prælat*, Nauar. *cons.* 21. *n.* 7. *&* 8. *de Clericis non residentibus,* Campanil. *in diuers. iuris canon. Rub.* 7. *cap.* 6. *n.* 114. Gonzalez *in reg.* 8. *Cancel. §.* 3. *à n.* 23. quia vt sæpe diximus, vicarius perpetuus dicitur habere curam animarum, non autem Rector principalis, Cardinal. *in dict. clem.* 1. *n.* 10. *q.* 9. *hoc tit.* vers. *indistinctè cura dicitur apud vicarium quoad omnem effectum, & in clem.* 1. *de iure Patronat. n.* 8. vers. *& magis proprie in effectu ipsi instituti sunt Prælati,* Ancharran. *cons.* 404. *n.* 11. vers. *nam vicarius non recipit titulum à Rectore, sed ab ipso, & penes ipsum dicitur esse cura animarum, & exercitium.*

Quare probando DD. per textum *in cap. super eo, & per glossam ibi de præb. lib.* 6. Rota *decis.* 3 2. *hoc tit. in antiquis,* Seraphin *decis.* 109. *n.* 5. Buratus *decis. quæst.* 36. *n.* 1. Rota in Romana vicariæ 8. Nouemb. 1621. coram R. D. Coccino Decano, Barbosa ex multis aliis *dict. cap.* 6. *n.* 28. 29. *&* 30. curam animarum residere penes Prælatum, seu Rectorem beneficij vniti (in habitu scilicet) curæ verò exercitium penes vicarium in dicto beneficio vnito deputatum. Tamen quia aliquando in erectione vicario reseruatur tantum curæ exercitium, & quandoque cura actualis, & habitualis, atque illius exercitium; & sic tota conferatur in vicarium temporalem iuxta terminos decis. Caualer. 595. *n.* 2. *in fine*, idem Barbosa *n.* 33. *&* 34. † Ideo ipse, & alij dicunt totum hoc pendere ab 4 erectione iuxta quæ dixi *suo dicta quæst.* 2. *à n.* 1. de vicario temporali deputato ab immemoriali pro

pro ſeruitio Parochialis vnitæ acceſſoriè Dignitati, vel canonicatui.

5 Ex quo nihil refert, an in prædicto caſu ſit vicarius temporalis, vt præſumi poſſit maiorem curam eſſe penes principalem; quia cum Parochialis tranſierit in temporalitatem, & penes Rectorem, ſit tantùm titulus prophanus, cuius virtute non poſſit, niſi temporalia gubernare, & percipere fructus, qui remanent, ſoluto vicario, & aliis oneribus, non tamen adminiſtrare ſacramenta Parochiania, nec vti aliis iuribus ſpiritualibus, intantum quod cura habitualis, quam ſolummodo retinet ex defectu tituli, ſit irreducibilis ad actum, idem Barboſa *dict. cap. 6. numero 31.* ibi *& ſic reſpectu Rectoris cura habitualis non eſt quandoque reducibilis ad actum*,

6 † ſequitur vt cum titulus ad curam debeat eſſe immediatus ad illam, vt dixit Felinus *in cap. poſtulaſti de reſcrip. numero 1.* verſ. *& hoc* videtur (& aliis *ſupra*) quod ſi cum titulo temporali in ea exercenda, principalis Rector ſe intromittat, furtum quodammodo committit, vel rapinam in ſuæ quoque ſalutis, & multarum animarum diſpendium, vt probat idem Barboſa *in dicto capite fin. hoc tit. ſub numero 12.* & verſ. *& nihil* Videndus *ex cap. dudum. 54. paulo poſt princip. de elect.* qui loquitur de exercente curam animarum in Parochiali, cuius titulum per priuationem amiſerat.

7 Quod ſi replices dicendo poſſe ſufficere pro titulo in ipſo Rectore litteras vnionis, reſpondetur illas non poſſe dici litteras de beneficio, ſed de proprietate, & re prophana, vt dixit Rota *decis. 2. n. 5. de rebus Eccleſ. alien.* Nicolaus Garcia cum aliis *p. 12. cap. 2. num. 35.* Barboſa *in dicto cap. fin. hoc tit. num.* 8. cum Mantica, Caſadoro, Gonzalez, & aliis; quia Parochialis prædicta poſt vnionem ita tranſiuit in temporalitatem, Rota *decis. 2. de exceſſib. Prælat.* in nouis Caſſador. *decis. 3. num. 1. de Iudic.* vt cauſa vnionis non dicatur amplius beneficialis, & lis introducta ſuper beneficio, vt vnito non ſit lis ſuper beneficio.

8 Ex quibus infert Barboſa, tam *in dict. cap. 6. de iure Eccleſ. dicto lib. 3. n. 34. & 35.* idem *dict. cap. fin. ſub dicto n. 12. in fine*, vt quando contingit in vicarium temporalem, nedum actualem curam, ſeu exercitium illius, verum, & ipſam habitualem; & ſic totam conferri; tunc quidem in eo caſu tales vicarias temporales in concurſu conferendas eſſe, vt cenſuit Rota in Vlixbonens. concurſus 1615. coram Bonæ memoriæ Remboldo apud Farin. *decis. 710. p. a recent.* quæ clare præſupponit poſſe vicarios temporales habere curam actualem, & eadem Rota ex alia Vlixbonens. Iuris conferendi 2. Decemb. 1605. coram Dom. Litta, quibus D. Barboſa *in dicto cap. fin hoc tit. dicto n. 12. in fine*, probat ſuper faciendo concurſu in vicariis, non attendendi an ſint perpetui, vel ad nutum amobiles vicarij, ſed tantùm, an totalis cura ſit tranſlata in vicarios: alia dico *infra q. 5.* videnda, quibus hæc reſolutio de examine per concurſum limitantur.

9 Alias tamen extra hunc vltimum caſum perpetuas vicarias Parochiarum vnitarum concurſu non conferri, ſed ſolùm ad nominationem eorum, quorum Dignitati, vel Eccleſiæ Parochialis eſt vnita, & annexa, deputandos, & inſtituendos eſſe vicarios refert idem Barboſa *de iure Eccleſ. dicto cap. 6. lib. 3.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an vicarij 10
perpetui teneantur expedire nouam prouiſionem, & ſoluere annatam, coniunctis his, quæ dixi *q. 2. præced.* in verſ. *ad vltimam*, vbi dixi, an habeant locum regulæ de annali, & triennali, de nominationibus, & reſeruationibus, ſic vt *ibi* dicendum eſt in caſu propoſito, quod quando vicariæ vacant in menſe reſeruato, ſeu cadunt ſub alia reſeruatione, tunc poſſe fieri præſentationem, ſeu denominationem, & deputationem ab eo Trid. *in cap. 7. de reformat. ſeſſ. 7.* & ex conſtit. Piana anni 1567. incipit *ad exequendam*, cuius verba refert Barboſa *in dict. cap. 6. n. 28.* ac *ſupra* retuli ſæpius, & doctrinam, cuius eſt beneficium, in quo erigitur vicaria, non ab ordinario, non obſtante reſeruatione.

Ita tamen, quod vicarij deputati teneantur 11
expedire nouam prouiſionem, nec aliàs ad poſſeſſionem admitti poſſint ex dicta Conſt. Pij V. quatenus ſtatuit vicarij perpetui pro tempore deputandi teneantur expedire nouam prouiſionem, & ſoluere annatam proportione fructuum ſibi aſſignata, pro qua debet fieri detractio in ſolutione quinquennij: ſic docent ex Sacra Congreg. Nicolaus Garcia *de beneficiis dicto cap. 2. p. 9. à numero 194.* Barboſa *dict. capit. 6. de iure Eccleſ. lib. 3. ſub numero 45.* referens dictum fuiſſe in Taraſonenſ. Vicariæ 13. Octob. 1595. quam refert idem Garcia *dicto cap. 5. numero 309.* Legendus ad alia, dicentes ita velle præd. conſtit. non obſtare reſeruationes; nam ſi obſtarent, & vti reſeruatæ à Papa eſſent vicariæ eiuſmodi prouidendæ non opus eſſet ſtatuere, quod expediretur noua prouiſio, & ſolueretur
annata, ne Cancellaria defraudaretur. † Alia tra- 12
dit Videnda Gonzalez *in dicta reg. 8. Cancellaria dicta gloſſa 5. §. 3. numero 57. 59. & 65.* Garcia *de beneficiis dict. cap. 2. numero 311. & 312.* vbi *numero 313.* reſoluit vicarias perpetuas ante Concilium Trid. comprehendi ſub reſeruationibus beneficiorum, addens in Hiſpania non ſeruari; & *numero 319.* certum eſſe alia beneficia, quæ dicuntur vicariæ, quæ tamen ſunt beneficia de per ſe, & non vicariæ Parochiarum vnitarum, & vicarias erectas in Eccleſiis vnitis, ab dicando ab illis curam, & transferendo eam in vicarios, comprehendi in reſeruationibus, vt magis late repetit idem Barboſa *dict. num. 44. & 46.* & latiſſimè omnium, cum infinitis idem Garcia *dicta part. 9. cap. 2. ex numero 194. vſque ad 310.* qui *num. 208.* expreſsè loquitur, plures deciſiones ad litteram referendo vſque ad
numero 311. † Vbi & numeris ſequentib. dicit, 13
Trid. & conſt. Pianam loqui de vicariis illarum Parochialium vnitarum, quæ ante Concilium non habebant vicarios perpetuos, ſed amobiles, nec habere locum, in quibus ante Concilium vicariæ iam erectæ erant perpetuæ, vt ſancta Congreg. cenſuit ibi *in Eccleſiis, in quibus ante Concilium Tridentinum, vicaria perpetua iam erecta erant, nec decretum Concilij, nec conſtit. Pij V. de vicariis perpetuis habet locum.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſi du- 14
bium eſt, num vicaria ſit perpetua, vel temporalis debeat attendi vltimus ſtatus? Et ſuppoſitis quæ late dixi *cap. licet 9. de probationib. & ſub titul. de cauſa poſſeſſ.* Vbi quid operetur vltimus poſſeſſionis ſtatus, tam in iudicio momentaneo, vulgo *de el interin*, quam in alia
iam, nunc breuiter. † Reſpondeo quod ſi non 15

constat de erectione, quæ est quid facti, & quæ non præsumitur, non sit attendendus vltimus status, nempe quod sit collata, vt vicaria perpetua, nisi probetur spatio 40. annorum, vt in decis. Salmant. Vicariæ 15. Mai 1596. quam ad litteram refert Garcia *de beneficiis 1.p.cap.2.n.94.* omnino Videnda, qui *p.9.cap.2.num.16.* vbi addit, vt stante Bulla vnionis cum facultate ponendi vicarium amobilem, & decreto irritanti, videtur requiri immemorialis, vt idem dixit *in part.7.cap.10.n.36* verum Gonzalez ab ipso relatus *in Regula* 8. Cancel. *glossa 5. §.3.num.18.* dicens resolutum esse in vna Pampilonen. decimarum 1. Aprilis 1591. absolutè dixit, alias inspiciendum esse vltimum statum, & ex vtrisque repetit Barbosa *de iure Ecclesiast. lib. 3. dict. cap. 6. numero 67.* & faciunt plura alia, quæ dico *infra*, in materia præcedenti cum, *in cap. ante penult. de maiorit. & obed.* & per alia, quæ dixi *in cap. cum Ecclesia sutrina de causa possess. & propriet.* & per alia *hic* applicanda, quæ dixi *in cap. cappellanus de feriis q. 4. a n. 3.*

16 Et magis ad propositum loquuntur Marescotus *variar. resolut. lib.1.cap.55.* Rota *in decis.625. p. 2. in recent. & decis. 435. eadem p. 2. & decis.154. sub n. 3.p. 1. recent.* Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancel. glossa 45 6.2. à n. 4. ad 14.* Garcia *de benefic.p.5.cap.5.ex n.2.* Seraphin. *decis. 555. n 8.* eadem Rota *decis. 188. sub. n. 1. p. 1. in recent.* & cum aliis, atque cum DD. *in cap. consultationibus de iure Patronat.* Alex Ludouisius *decis. 77. n. 9.* & *ibi* Beltraminus *n. 12.* longe, vbi dicens quod vltimus status non sit attendendus, quando constat de anteriori statu antecedenti, nisi status vltimus sit legitime præscriptus: tamen aduertit esse distinguendum inter statum beneficij, & inter quasi possessionem conferendi, seu præsentandi, sic vt quando agitur de statu, puta quod beneficium sit sæculare, vel regulare, curatum, vel simplex, & de similibus qualitatibus, quæ proprie est materia, *cap. cum de be-*
17 *neficio de preb. lib. 6.* tunc † verum sit quod non attendatur, vltimus status, si constat de statu anteriori contrario, nec etiam ad effectum sustinendi collationem. Verùm si agatur de possessione conferendi, præsentandi, seu eligendi, quæ est materia *dict. cap. consultationibus de iure Patronat. cap. quæ elim de elect. & cap. cum olim de causa possess. & propriet.* tunc sola quasi possessio sufficiat ad sustinendam prouisionem, nec sit attendendus præcedens status contrarius; quia isti actus, vti fructus spectant ad possessorem sicut bene distinxit inter statum beneficij, & possessionem conferendi, Rota *in decis. 229. sub n. 2. & 3. p. 1. recent.* vbi dicitur hanc esse veram, & legitimam intelligentiam *dict. cap. consultationibus de iure Patronat.* sequitur idem Oliuerius Beltramin *in addit. ad dict. decis. 77.* Alex in vers. *prædictis*, & ita præcisè intelligendas esse plures decisiones, præsertim vnam in nouar. Iuris Patron. 28. Iunij 1628. coram R. P. D. Vbaldo, & coram eodem, alia in Rom. curia 9. Decemb. 1619 Garcia, & Gonz. sup. qui dicunt, quod sit ante collationem constaret, nihil prodesse status vltiones.

18 Ad vltimam quæstionis partem, an appellatio à nominatione vicarij facta ab Episcopo, seu ab assignatione congruæ suspendat quoad vtrumque effectumquam vt dissoluas, *leges que, supra dixi q. 1. vers. ad secundam in vers. & instantum,* vbi de appellatione à nominatione vicarij, quando fit in visitatione. Et de appellatione ab assignatione Congruæ *in dicta quæst. 1. vers. ad vltimam* in fine vers. *item etiam.*

Sed parum amplius agendo, adiunctis hic pro 19
doctrina generali his, quæ adduxi *sub cap. 11. de appellat.* nunc addo cum Nicolao Garcia *de beneficiis p. 11. dict. cap. 2. n. 10. 11. 12.* Flores *de Mena variar. cap. 10. n. 75.* quod Episcopus non potest procedere ad executionem decreti Trid. *dict. sess. 7. cap. 7.* & positionem vicarij perpetui, nisi citatis, & auditis partibus, Flores de Mena *n. 80.* vt iam etiam dixi in textu nostro, nec possit procedere appellatione remota, fatendo, vt videatur esse locus appellationi, etiam suspensiuè ex Nauarro, nisi id faciat in visitatione: nam quatenus decretum tollit appellationem, loquitur de ordinario visitante, & quod nunc tollitur quoad effectum suspensiuum tantùm, vt in sequenti declaratione Sacræ Congreg. super dicto decreto: *hac appellatio deuoluit, sed non suspendit.* & quod circa alia decreta Concilij, vbi tollitur appellatio, censuit alias eadem Congreg. de quo plane *in part. 4. cap. 5. num. 10.* idem Garcia.

QVÆST. V.

An in vicariis perpetuis Parochialium vnitarum, debeat fieri concursus, sicut in Parochialibus, saltim iuris Patronatus, Ecclesiastici, vbi quid, si vicaria sit de per se, & si etiam vnita? Et an procedat etiam quando vicaria vacet in mensibus reseruatis? & an vicarij nominatio interim, dum vacat Parochialis spectet ad Episcopum cum aliquo examine, an ad libitum remoueri possit? Et intra quod tempus, tam iste vicarius, quàm aliquis alius perpetuus, siue temporalis? Et alia de congrua tali vicario assignanda?

SVMMARIVM

1 *Concursus debet fieri in perpetuis vicariis Parochialium, sicut in Parochialibus, saltim Iurispatronatus debet examen præcedere, qualiter in praxi.* num. 5. 9. & n. 10.
2 *Vicaria perpetua sunt beneficia, non simplicia, sed curata, in quibus locum habent cætera requisita, quæ in Parochialibus.*
3 *Beneficio Ecclesiastico non dicitur carere ille, cui de vicaria perpetua prouentibus est prouisum.*
4 *Vicarius perpetuus est præsentandus, & instituendus, qui dignus existimetur ab examinatoribus* n. 10.
5 *Concursus non admittitur in vicariis vnitis, quæ prouidentur ad nominationem, seu præsentationem illorum, quorum Dignitati, vel Ecclesia Parochialis est vnita. Et qui sint videndi* n. 6.
7 *Examen, quod sufficit pro vicario constituendo in Ecclesia vnita, & nominata* n. 8.

8 *Vicariorum*

7 *Vicariorum ad nutum amobilium nominatio pertinet ad Priorem, seu Prælatum Monasterij, cui beneficium vnitum est, examen ad Episcopum.*

9 Trid.cap.18, sess.24 de reformat, & n. 18. & constit.Pij V.

10 Concil.Tolet decret.24.cap.9 actione 1. anni 1556.

11 *Concursus in vicaria perpetua, quæ non sit vnita debet fieri, &* n.13.

12 *Vicarij perpetui habent fundatam intentionem super decimis, quando non adsunt alij Rectores.*

14 *Vicarij deputatio cum congrua est de forma concursus.*

18 *Concursus debet fieri in vicaria, quæ vacat in mensibus reseruatis, sicut in aliis Parochialibus liberis, &* n.16.

17 *Vicarius sine concursu, & solo examine nominatur ab Episcopo, interim dum vacat Parochialis.*

18 *Vicarius deputandus cum congrua, non est necessario examinandus.*

18 *Vicarius cum congrua semel assignatus, non reuocatur sine causa; quia Episcopus non retractat, quod semel fuit exequutus pro Concilio.*

20 *Vicarius prouidendus cum rigoroso examine ad curam, debet se retrahere ab administratione, & exercitio curæ, ne incurrat in pœnam* cap.auaritiæ de electione.

21 *Vicarius constituendus ab Episcopo, non differatur vltra tres dies ab habita notitia vacationis, qui debet constitui cum congrua in qualibet Parochia, qualiter cumque vacet.*

22 *Vicarium nominaturus ab illo, cuius Parochia vnita est vicaria, debet illum nominare inter decem Dies assignatos ab Episcopo, alias faciet Episcopus, vt* n.23.

23 *Vicarius à capitulo sede vacante, est nominandus ex Trid. intra octo dies.*

24 *Vicarius temporalis datus Parochiæ ad nutum, varius est, vt possit amoueri à seruitio sine remedio manutenebili.*

25 *Congrua, quæ assignatur vicario amobili, potest dari per singulos menses duorum aureorum, quando sufficitur pro Rectore mortuo, vel vt* n.26.

26 *Congrua pro seruitoribus Parochialium, est assignanda iuxta consuetudinem regionis, seu prouinciæ, & iuxta Ecclesiæ facultates, vt* n.27.

28 *Congrua talis debet assignari, quæ sufficiat plebano, & suæ familiæ.*

29 *Portionis assignatio pro vicario talis debet esse, quæ sufficiat etiam pro Clerico adiutore ipsius vicarij.*

30 *Congrua talis debet vicario assignari, quæ suppetat pro receptione hospitum, & nunciorum sedis Apostolicæ; sed qualiter* n. 32.

31 *Clerici præcipuè tenentur ad hospitalitatem, &* n 32.

33 *Ratio decentis status Clericorum debet haberi in assignatione congruæ.*

34 *Congrua summa maior centum Ducatorum assignatur in Episcopatu Conchens. pro vicario, &* n.41.

35 *Dos pro modo Dignitatum, & facultatum est assignanda.*

AD primam quæstionis partem, suppositis, 1
quæ iam *sub Rub. & ibi q. 1. & sub textu nostro q. 1.* & in aliis dictom est, ad quem scilicet spectet nominatio, & præsentatio ad vicarias perpetuas, siue temporales, ac examen, & approbatio, etiam si nominati sint ad Ecclesias vnitas capitulo, mensæ, seu ad exemptas; iam videtur dicendum, vt in perpetuis vicariis Parochialium debeat fieri concursus, sicut in Parochialibus, saltem iuris Patronatus Ecclesiastici, debeat idem examen præcedere. † Quia vt sæpe 2
dictum est in præcitatis locis, vicariæ perpetuæ sunt beneficia, non simplicia, sed curata, vt docent DD. argum.textus *in clem.1.hoc tit.& hic in cap, fin.* inter quos Rebuffus, Gimon, Gambarus, Mandosius, Hojeda, Quintinus, Lessius, Azor, Bonifacius, Nauar, quos refert Garcia *de beneficiis p.9.cap.2.ex n.285.* sic vt quæ dicuntur de beneficiis, etiam curatis, habeant locum in vicaria perpetua in qua habent locum iura statuentia de Ecclesiis Parochialibus, & omnes per textum optimum *in cap. postulati de rescript.* † Non enim 3
carere dicunt beneficio Ecclesiastico, cui competenter de vicariæ perpetuæ prouentibus est prouisum, *capite Michael de filiis Presbyter.* & sunt etiam videndi in Theorica Rebuffus *de re benefic. tit. de officio & administ. ex numero 39.* Sebastian. Cæsar *in relect. de Ecclesiast. Hierarch. p. 3. disp. 14. §. à principio*, Gonzalez *in reg.8.Cancel.glossa 5.§. 3. à n. 13.* Flamin.Paris *de resignat.lib.3.q. 1. à n.115.* Campanil.*in diuersorio iuris canonici Rub.1.cap 6.n.114*, Barbosa diuersis in partibus, vt iam adduxi, item *de appellat.* verbo *vtriusque iuris signif. appell.32.ex n.4.*

Et sic bene potuit statui in Concilio prouio- 4
ciali Toletano de anno 1566. *actione 1. decreto 24. in fine*, quod in Parochialibus Ecclesiis quibuscumque, quæ Dignitatibus præbendis capitulis, Monasteriis, Collegiis, aliisue locis piis vnitæ sunt quocumque modo vicarii perpetui, seruata forma, quæ in eligendis, atque statuendis Presbyteris Parochialibus à Trid.Synodo, & illo decreto prescripta extat deputentur de quo *in cap. 18.sess. 24.de reformat*; ita vt is, ad quem Parochialis Ecclesia iure vnionis pertinet, quem Digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicauerit, præsentare ordinario tenetur, vt ab eo perpetuus eiusdem Ecclesiæ vicarius instituatur; imo sic, vidisse in Episcopatu Abulensi seruatum in vicaria *de Cabreros*, & *de Marra*, & *del Herradon*, testatur Garcia *dicta 9. p. cap. 2. numero 187.*

Adhuc tamen Doctorum assertio, quam & 5
ego sequor, est, vt huiusmodi vicariis non debeat fieri concursus, sed solùm ad nominationem, seu præsentationem illorum, quorum Dignitati, vel Ecclesiæ Parochialis est vnita, & annexa, deputandos, & instituendos esse ex reg. textus *in cap. extirpando §. qui vero, cap. de Monachis de præb. cap. vnico de Cappellis monachor. lib. 6. Clem. 1. de iure Patronat*, Abbas *in dicto §. qui vero numero 9.* Petrus de Perusio *de vnionibus cap. 11. quæst. 6.* Ripa *lib. 2. responso 18.numero 4.* Nauarrus *cons.11. de statu Monachor. num. 3. & 7.* Ioannes Guttierez *cons.44.* Nicolaus Garcia *dict.9. part cap. 2. ex n 289.* qui ex *num. 190.* refert pluries decisum, ac declaratum in Rota, ac Sacra Congreg. in vna Tirasonen. iuris præsentendi 18. Iunii 1584. &

in alia 17. Mai 1588. & super Trid. *in cap. 7. sess. 7.* declaratum refert *ibi. n. 294.* & inter alia dubia fuisse responsum Episcopo Abulen. *ibi numero 295.*

6 De huiusmodi vicariis perpetuis Parochialium vnitarum videndi sunt etiam Doctores *in cap. super eo de prabend. lib. 6. in cap. vnico de appellat.* Monachor, *in clem. 1. hoc tit. de iure Patronatus* Rebuffus *in praxi tit. de vicariis perpetuis, & in repet. dicti cap. extirpanda §. quia vero, & in tract. de congrua portione*, Hojeda *de incompatibilitate benefic. cap. 15.* Gutierrez, *consl. 8.* Flores de Mena *variar. quæst. 10.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 6. & lib. 6. cap. 19.* & de Concilio Rotæ in causa Salmantina vicariæ, de anno 1596. quam etiam abducit Garcia *de beneficiis 1. p. cap. 2. num. 94. & dicta p. 9. sub cap. 2. num. 320.* Legendus *parte 11. cap. 2.* & aliis ex modernioribus, quos supra retuli, & hic *sub quæst. 1. & 2.*

7 Et confirmatur ex verbis constit. Pij V. incip. *ad examen*, quam tenui in adductis locis, quæ loquens super declaratione portionum assignandarum vicariis perpetuis Parochialium vnitarum ibi *volumus* (ait Pontifex) *in super, & ita mandamus, quod dicti vicarij perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur, enim ipsorum ordinariorum prauio examine, approbatione deputentur*: sequuntur idem Gonzalez *dict. glossa 5. §. 3. n. 38. & glossa 6. n. 161.* Garcia *de benefic. dict. cap. 2. p. 9. num. 191. vbi n. 293.* ait, in huiusmodi vicariis non solùm non requiri concursum, sed nec examen nominati cum examinatoribus Synodalibus, sed quod sufficiat examen, & approbatio ordinarij iuxta dict. const. Pij V. & decretum Trid. *in cap. 13. sess. 7. de reformat.* de cuius materia iam dixi alibi, & addit idem Garcia *dicto numero 295. in fine*, vers. *prædicta resolutio*, quod hæc sententia, & declarationes, quas ipse ad longum ponit, approbantur, & confirmantur per breue Sixti V. positum Manuel Rodrig. *in collectione priuilegiorum regularium, Bulla. 2. Sixti V. pag. 1173.* & nouissime sic tenent, ac referunt decisum Galerius *in Margarita casuum conscientiæ*, verbo *Vicarius 3.* Filliucius *tom. 3. tract. 41. num. 147.* Vgolinus *de offic. Episcopi cap. 50. §. 8. vers. tertio*, Aloysius Riccius *in praxi fori Eccles. ref. 358. n. 1. vers. secundo.*

8 Et iterum confirmatur; quia simili modo in vicariis ad nutum amobilibus contingit, nam in illis nominatio pertinet ad Priorem, seu Prælatum Monasterij, cui beneficium vnitum est (vt iam *supra* dixi) & Episcopus solùm debet approbare, & admittere, ac licentiam administrandi sacramenta dare, si vicarius idoneus inuentus fuerit, quem potest examinare, in quo nulla alia requiritur collatio, aut institutio: sic docent Flores de Mena *variar. quæst. 10. num. 26.* Nicolaus Garcia cum aliis *de benefic. 1. p. cap. 2. num. 93. in medio*, Barbosa *de iure Ecclesiast. dicto cap. 6. lib. 3. num. 63. & 64.* vbi addit fuisse dictum in Iuuen. Parochialis S. Andreæ 19. Aprilis 1627. coram R. P. D. Duran, inter eius impress. *decis. 74.* & impressa per Viuium post Tuam praxim iuris patron. *decis. 86. num. 2.* in Ecclesia regulari facultatem nominandi vicarium spectare ad Regulares.

Nec tunc obstant fundamenta contrariæ sententiæ. Non primum de vicariis perpetuis vnitis aliis Parochialibus, aut Cathedralibus; quia præterquam quod in litteris vnionis soleat disponi, & caueri, vt examen non fit in concursu, nec per examinatores Synodales, sed modo hic signato, respondetur Trid. *in dict. cap. 18. sess. 24. de reformat. & dict. const. Pij V.* loqui tantum de examine præmittendo ad ipsasmet Parochiales, non vero de vicariis ipsarum Parochialium vnitarum, in quibus vicarios nominari per eos, in quorum Ecclesiis vnitis ponuntur, iuri, & rationi consonum est, cum suarum Parochialium vnitarum vicarii sint & vices suas sustineant, nec *dict. const. 46. Pij V.* esse in hoc correctoriam, seu limitatoriam Trid. dicunt Garcia *dict. pars. 9. cap. 2. n. 292.* vbi sub *dicto n. 294. in fine* refert à Sacr. Congreg declaratum 28. April. 1594. vicarios perpetuos in Parochialibus capitulo vnitis, non esse prauio concursu instituendos; & alij iam adducti pro nostra sententia, quidquid dixerit Gonzalez *in dicta glossa 5. §. 3. n. 53. & dict. gloss. 6. n. 161.* 9

Non secundum fundamentum ex dicto Concilio Toletano *decret. 24. action. 2.* cuius decisionem, vti contra ius improbat idem Nicolaus Garcia *dicto cap. 2. part. 9. de benefic.* videndus à *num. 296.* vbi dicens egere confirmatione Apostolica, & aliàs non valere, addit *num. 297.* vt nec videatur suffragari possessio contraria, etiam in iudicio possessorio, & manutentionis, quia ius commune illis assistit, quorum Ecclesiæ, seu beneficio Parochiales vnitæ sunt, qui de iure fundatam habent intentionem in libera nominatione vicarii perpetui, & ordinariis resistit quoad concursum, præsertim stantibus dict. constit. 46. Pii V. & declarationibus S. Congreg *ex cap. ad decimas de restit. spoliat. cap. cum persona de priuileg. lib. 6.* sic refert decisum, & declaratum idem Garcia Videndus etiam *p. 5. cap. 5. n. 102.* per Rotam in vna Chonchens. exercitii notariatus 14. Martii 1594. coram Dom. Blanchetto, & in causa Veronen. Iurisdictionis 28. Martii 1596. coram D. Pamphilio, & in aliis causis, quas idem Garcia ponit *dict. cap. 2. lib. 9. numero 260.* & in aliis declarationibus, quas ponit *in dicto tract. de beneficiis part. 3. cap. 2. numero 194.* maxime stante decreto irritante, & clausula sublata dict. constit. ad Crescent. *decis. 4. de priuileg. ad finem*, & patet ex aliis congestis à Barbosa *in Trid. cap. 7. sess. 7. & ibi cap. 13. & sub dicto cap. 18. sess. 24.* 10

Quod si adhuc instes pro prima sententia, respondendum iudico eam tantum admitti posse respectu vicariæ beneficii curati, quæ tamen non sit vicaria de Parochiali vnita alicui beneficio, vel luco, sed de per se; tunc enim in talibus vicariis fieri concursum deberi, sicut in aliis Parochialibus firmandum est, iuxta formam *dicti cap. 18. Trident. sess. 24.* quia tunc ille qui sic nominatur vicarius dicitur verus Rector, vt in vna Cæsar. Augost. fructuum 10. Nouemb. 1595. coram Dom. Iusto, fuisse dictum, refert Nicolaus Garcia *dict. 9. part. cap. 2. ex n. 298. & ibi à n. 300* vbi quod cum non extendantur isti duo tituli Rectoris, & vicarii separati, sed videmus ipsum vicarium, sine Rectore, vt vicarius reputetur verus Rector, talisque dici possit, vt Bonifac. probat *in clem. dudum 9. ceterum n. 4. de sepulturis*, idemque esse in vicariis erectis in 11

Ecclesiis

Ecclesiis alicui Beneficio, vel loco abdicando, & separando curam animarum ab ipsis Ecclesiis, & transferendo eam in vicarios; vt in vicaria per Greg. XIII de anno 1583. erecta in Ecclesia loci *de la ventosa* Abulensis Diœcesis, vnita per eum Monasterio *B. Mariæ de la Mejorada* ordinis Diui Hieronymi.

12 Ac de prædictis vicariis loqui decisio. Pampilonens. decimarum 14. Ianuarij 1591. coram Dom. Bubalo, in qua fuit resolutum vicarios perpetuos habere fundatam intentionem super decimis, quando non adsunt alij Rectores: sic Garcia *dict. cap. 9. num. 299.* cum Rota *decis. 5. hoc tit. in antiquis* Rebuff. *de congrua n. 110. licet alias non habeant* glossa *in cap. 5. perpetuus de fide instrum.* Cardinalis *in clem. 1. de decimis num. 10. post glossam in cap. 1. de rebus Eccles. lib. 6.* verbo *defensore*, & id probat idem Barbosa referens verba declarationis S. Congreg. super dict. Trid. *in cap. 18.* dum probat in vicario seruandum esse dictum decretum, vt vicaria scilicet detur per concursum, & sufficere quod approbatus ab Episcopo ab ipso detur iuxta *cap.*
13 *6. sess. 21.* † Concludirque Garcia, quod huiusmodi vicariæ appellantur, & sunt vere beneficia curata de per se, sic vt in eis debeat fieri concursus, sicut in aliis beneficiis curatis, & comprobatur, quia de tali vicario dicitur quod sit verus Rector, & intitulatus, vt iam dixi, & notanter Lælius Mancinius *de sacr. iurium controuers. tom. 1. dissert. 5. capit. 7. numero 16.* Daniel. *de nobilib. in addit. disp. 10. numero 1.* videndus ad plures alias annotationes cum Barbosa, & Bellarmino, qui *in ea disp.* principalia congerit *à numero 3. & 13.* certum esse, vt alia beneficia, quæ dicuntur vicariæ, quæ tamen sunt beneficia de per se, & non vicariæ Parochialium vnitarum, & vicarias erectas in Ecclesiis vnitis abdicando ab illis curam, & transferendo eam in vicarias; comprehendi sub reseruationibus per proxime dicta, & quæ ipse dixit *ibi à n. 298.*

14 Et videtur confirmari ex doctrina Masobrij in praxi habendi concursum ad Parochiales, requisito 1. *dubio* 1. post Garciam, & cum eis Barbosa *in dicto cap. 17. Trid. n. 30.* idem *de offic. Episcopi parte. 3 sub allegat. 57.* dicentis deputationem vicarij cum congrua esse de forma concursus, & ordinarium posse in huiusmodi vicarios deputare alios vicinores Parochos, vel alios etiam Hebdomadarios, vel diurnos, nec vt cessatio congruæ faciat cessare deputationem vicarij.

15 Ad secundam quæstionis partem, an procedat dictum sub vers. *ad primam*, quando vicaria vacat in mensibus reseruatis? In quo dubio, quia ex proposito scribit Nicolaus Garcia *dicta part. 9. cap. 2. ex numero 304. ad 320.* adducens quam plures decisiones, & declarationes legendas apud ipsum, quas adducit pro explicatione dict. const. Pianæ, & Trid. *in dicto cap. 7. sess. 7.* Ego in quam existimo pariformiter respondendum, & cum distinctione, de qua hic in toto vers. *ad primam*, & in vers. *quod si adhuc* & per dicta *in quæst. 4. præced.* vers. *ad secundam*, & præter adducta ab ipso Garcia, confirmatur ex Trid. verbis *in dicto cap. 18. sess. 24.* Vbi loquens de forma examinis obseruanda cum numero certo examinatorum synodalium, ponit eundem concursum desiderari ac in aliis Parochialibus liberis, in illis nempe; quæ sunt reseruatæ, & affectæ ibi, *etiam si ipsa Parochialis Ecclesia reseruata, vel affecta*, vt resoluunt Lælius Zechius *de Republica Eccles. c. 28. de Parocho numero 6.* Zerola *in praxi Episcop. parte 1. verbo Parochus §. 2. dubio 4. & 10.* Marescot. *variar. resolut. lib. 1. cap. 52. numero 2.* Riccius *in praxi fori Eccles. res. 351. vers. ampl. 3. in 2. eddit.* Filiucius *tom. 3. tract. 41. numero 141.* Barbosa *in dicto cap. 18. Trid. numero 27. 28. & 29. ibi* cum Salgado *de Regia protect. tom. 1. parte 3. cap. 9. numero 98.* Gonzalez *dicta glossa 6. numero 12.* Garcia *de benefic. dict. parte 9. cap. 2. numero 154.* ait in beneficiis curatis reseruatis sedi Apostolicæ, & quibusuis aliis, etiam ex antiqua consuetudine ordinarios proponere edicta, concursus, & à sede Apostolica prouisionem fieri approbato ab examinatoribus in synodo Diœcesana deputatis, vt dixerunt etiam Anastas. Germon *de indultis Cardinal. §. quibusuis num. 17.* Flamin Parisius *de resignat. beneficior. lib. 10. quæst. 7. n. 12.*

Et sic idem Nicolaus etiam *dicta part. 9. dict.* 16
cap. 2. n. 319. Loquutus ad *n. 304.* de prædictis vicariis reseruatis distinxit etiam postquam dicit late iam *supra* dictum de vicariis perpetuis Parochialium vnitarum, vt à se dictum ex *num. 285.* procedat etiam, quando vicaria vacat in mensibus reseruatis, quod est idem ac à nobis resolutum est *hic ex num. 1.* postea *dict. n. 319.* in sequentibus verbis conformando se cum distinctione adducti in dicto vers. *quod si adhuc vrgeas*, ait certum vero esse alia beneficia quæ dicuntur vicariæ, quæ tamen sunt beneficia de per se, & non vicariæ Parochialium vnitarum, & vicarias erectas in Ecclesiis vnitis, abdicando ab illis curam, & transferendo eam in vicarias, comprehendi sub reseruationibus, quod & repetit Barbosa *de iure Eccles. lib. 3. cap. 6. n. 45. & 46.* Legendus cum eodem Garcia, & Gonzalez *in reg. 8. Cancel. glossa 5. §. 3. n. 57.* & explanandus vt hic *ex num. 1.* quoad concursum faciendum, vel non in nominationibus, & prouisionibus dictarum vicariarum.

Ad tertiam quæstionis partem, an vicarij no- 17
minatio, interim dum vacat Parochialis spectet ad ordinarium? In quo breuiter iuxta Trid. verba *in dicto cap. 18. sess. 24. de reformat*, ibi *statim adhibita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit idoneum vicarium ea cum congrua eius arbitrio fructuum assignatione constituere, qui onera Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur*, per quæ & alia verba licet examen prærequiratur ad regendam Ecclesiam, coram deputandis examinatoribus vt insuper demonstrant alia sequentia Trid. verba ibi, *& porro Episcopus, & qui ius Patronatus habet intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet &c.* Tamen præterquam quod hæc vltima loquuntur de Ecclesia Patronata. ego respondeo non requiri examen concursus, sicut ad prouisionem de Rectore, aut vicario perpetuo in Parochialibus, instituendo per prouisionem canonicam, & titulum perpetuum, sed tantum aliud de idoneitate, & habilitate illius, qui nominatur talis vicarius, interim dum Parochialia prouidetur de Rectore, siue vicario perpetuo, quando vicaria est de per se, vt diximus sub dicto vers.

ad primam in dicto verbo, *quod si adhuc instes*, & hoc faciendum examen non coram examinatoribus synodalibus, qui iam sunt è synodo Diœcesano deputati, sed coram aliis tunc ab Episcopo deputandis.

18 Ob quod rectè per ipsum Tridentinum in vers. *si opus fuerit idoneum in ea vicarium*, dicit Masobrius *in praxi habendi concursum ad Parochiales requisito 1. dubio 12.* & Barbosa cum eo *in dicto cap.18.Trid.n.* 40. vicarium deputandum cum congrua, non esse necessario examinandum, dummodo aliàs sit idoneus; qui & *n.* 39.cum Nicolao Garcia *dicta p. 9. cap. 2. n.* 13. dicit ordinarium obnoxium esse aduertere cum omni diligentia, vt aliquem inueniat, qui velit, & possit hoc munus obire, qui si recipere nequiuerit, saltim illud curet, vt aliqui mercenarij diurni, vel Hebdomadarij, aut vicini Parochi curam animarum interea exerceant, indeque ipsi ambo explanado verba dicti Trid. ibi *si opus fuerit* dicunt eo tendere; quia in eadem Ecclesia possunt ad esse alij Ministri sacramentorum, qui interea curam quoque illam, quæ ad defunctorum spectabat exercerent, vel aliqui vicini Parochi libenter, idem præstarent, aut alij similes casus euenirent, quibus appareret non esse opus constituere alium vicarium: sic referentes decisum.

19 Ad quartam partem, an talis vicarius valeat ad libitum remoueri, applicatis *hic*, quæ iam
adduxi *in Rub. sub quæst.* 1. vers *ad secundam*,
& *ad tertiam*, vt notaui in præmisso textus nostri, respondendum existimo in præsenti casu,
nec vicarium istum semel cum congrua constitutum posse remoueri sine causa, quia Episcopus non retractat quod semel exequutus est
pro exequutione Concilij Trid. sic tenent Barbosa *in dicto cap. 18. Trid. sess. 24.* vers. *donec ei de Rectore prouideatur num.* 44. ante eum
Masobrius *de examine per concurs. faciendo ad*
20 *Parochial. dicto requisito 1. dubio 26. & 27.* †
Qui ambo addunt quod si vicarius constitutus
cum congrua subeat examen, & eligatur, tamquam magis idoneus, debeat se retrahere à prosequutione exercitij curæ, & administratione bonorum, alioquin quidem eum incurrere pœnam *c. ap. auaritia de elect. lib. 6.* quod ego intelligerem iuxta terminos eorum, quæ late resolui *in cap.* 15. *de elect.* applicando quæ applicabilia *ibi* scripta sunt.

21 Ad vltimam partem breuiter respondeo per verba *dicti cap. 19. Trid. sess. 24.* in dicto vers. *statim* & in vers. *habita notitia vacationi*, vt non vltra tres Dies à tali notitia debeat Episcopus differre constitutionem talis vicarij, vt explicant *ibi* Marcilla, & Farinacius, item & Barbosa *n.* 37. & 38. Masobrius *dicto requisito 1. & 2. dubio* 13. dicentes etiam talem vicarium esse constituendum cum congrua in qualibet Parochiali vacante, siue de iure, & de facto tantùm, & siue per obitum, siue per simplicem resignationem, vel priuationem vacent.

22 Cumque *supra in Rub. & hic à q.* 1. latè dictum sit, quod vicarij perpetui Parochialis vnitæ nominatio, spectat non ad ordinarium, sed ad eum cuius est beneficium, in quo erigitur vicaria, & posset contingere quod ipse multo tempore non nominaret; ideo argumento eius, quod proxime diximus, dico, à Die etiam notitiæ esse assignandum ex Sacra Congreg. terminum de-
cem Dierum ab Episcopo ad nominandum, vt di-
xit Bellarmarin *in dicto cap.7.Trid.sess.7. fol.* 80.
col. 2. vers. *item ordinarius* Daniel *de nobilibus*
in addit. ad suam disp.20. n. 5. vers. *statuitur.* † 23
Sic vt si non nominet, tunc nominatio, ac deputatio spectet ad ipsummet Episcopum ordinarium; pro qua resolutione facit etiam alia communis Trid. *decisio sess. 14. cap. 16. de reformat.* qua cauetur, vt capitulum sede vacante, teneatur creare vicarium idoneum infra octo dies, vt *ibi*; sic vt non facta electione deuoluatur nominatio ad Metropolitanum iuxta quæ docent. Rubeus *in decis.* 91. Riccius *collect.* 1601. vbi sic dicit, licet possit capitulum moram purgare, & ex dicto Concil. Colligunt Quaranta, Marcus Anton, & Barbosa *ibi n.32. de canonicis cap. 42. n. 55. de offic. Episcopi p.1. tit.4. n.*60. vel ad Episcopum propinquiorem, vacante Ecclesia Metropolitana, Sbrotius *lib.2.q.*58. Chuch. *lib.2.tit.8 hic tit.n.*59.

Quod si dubites an vicarius ad nutum amobi- 24
lis possit ante finitum annum seruitij amoueri
Respondebis cum Rebuff. *in praxi beneficiali tit. de dispensatione de non residendo n.13. & tom. 3. ad leges Gallicas tit. de mater. possess. in benef. art.9. glossa vnica in præfat* Flores de Mena *variar. dict. quæst.* 10. *n.* 34. vt licet non posset, sicut nec remoueri debet sine causa locum tenens alicuius correctoris, vel vicarius alicuius Episcopi, vel alius vicem alicuius gerens ab eo, qui eum nominauit, ita vt si amoueatur, detur illi officium iudicis de manutendo, vt docent Guillielmi. Benedict. *in cap. Raynucius verb. duas habens a num.*37. Abiles *in capitib. Prætor.* verb. *fielmente num.* 4. Azeued. *in l. 11. tit. 5. lib. 3. recopil.* Vicent. Franc. *decis.* 409. *part.* 2. adhuc ante annum posse remoueri ad libitum, sic vt nec detur ei officium aliquod, seu remedium ad defendendum suam possessionem, aliàs inquam posset facere illum vicarium perpetuum, quod non est credendum praxi admittendum.

Et si iterum inquiras de congrua, suppositis,
quæ tam *supra* dixi *hic sub quæst.* 1. vers. *ad vlti-* 25
mam, & quod notaui ibi in præmisso de ea, quæ assignatur vicario perpetuo, seu vicario temporali, iuxta materiam tituli, ac textus nostri. Nunc circa congruam assignandam vicario, qui sufficitur, Rectore mortuo, interim dum prouidetur Parochialis de nouo Rectore iuxta verba *dicti capit.* 18. *Trid.* ad propositum dixerunt Gallet. *in Margarita casuum conscient.* verbo *vicarius* 8. Campanil. *in diuersorio iuris canon. Rubric. 7. cap. 6. numero* 116. *in fine*, posse eam congruam esse singulis mensibus duorum aureorum.

Sed mihi videtur verum si posita qualitate
personæ, beneficij, & loci, ille sufficiat pro vt iam 26
in dictis locis dixi, ac docent Masobrius *de praxi habendi concurs. ad Parochial. requisito 1. dubio* 26. Garcia *de beneficiis dict. p.9. cap 2. n.* 15. cum aliis, Barbosa *in Trid. dict. cap.* 17. *n* 42. & 43. Et ego distinctius explanado existimo prædictum arbitrium in congrua generaliter assignanda pro seruitoribus beneficij cuiuslibet, esse quidem taxandam iuxta consuetudinem regionis, seu prouinciæ *per cap. erit. dist. 4. cap. secundum 29. dist.* cum Vranio, & aliis multis Valenzuela Velasquez *cons. 54. per totum*, & *numero* 46. allegant ex Vranio pro simili textum *in l. quod si nolit §. qui assidua ff de edilit. edicto*,

cto, vbi Cepola, *à num.*22. Rebuffus *de congrua num.* 76. *ex l. si seruus plurium* §. *fin. ff. de leg.*1.
27 Et quia præter adductas conditiones, & hanc
scilicet Regioois consuetudinem addunt Docto-
res, illam nempe, & iuxta Ecclesiæ facultates per
glossam *in cap.*1.21.*q.* 1. *& in cap.cum adeo de*
rescriptis, vbi Panormit. *glossa in dicto cap. extir-*
panda de præbend. Hostiensis *in summa eiusdem*
tit.§. 3. vers. *sed quod tu*, Cardinalis *in clem.* 1. *de*
iure Patronat. §. *sane notabili* 4. ideo existimo ar-
28 bitrium ita posse extendi, † vt tanta congrua as-
signetur, quæ sufficiat pro eodem vicario, & suis
eum appellatione eoogruæ, intelligatur sustentatio
sufficiens pro plebano, seu vicario, & suis. *cap. stu-*
deat in fine & ibi glossa 50. *dist.* vt voluit etiam
glossa *in cap.*1.21.*q.*1. *dist. cap. cum adeo de res-*
cript. & in dicto cap. extirpanda, Decius *cons.*
173. *num.* 8. Martin Vranius *cons.* 42. *num.* 2.
qui id intelligit de suis indigentibus, & de his,
quos debet habere secum necessario ex Abba-
te *in dicto cap. cum adeo*, & cum Hostiense,
Ioan. Andreas, & Dominicus *in cap.* 1. *de Præb.*
*lib.*6.
29 Et amplius etiam Rebuffus *in tract. de con-*
*grua n.*65. *&* 67. Rota Romana *decis.*56.*p.* 2. *n.*
10. *in nouis*, Valenzuela Velasquez, *dicto cons.* 54.
Videndus *à n.*39. & per totum, *& n.*49. dicunt
quod in deeernentia portione vicariis, debet et-
iam Episcopus coosiderare, vt assignet vicario
tantùm, ex quo possit habere clericum, qui sibi
deseruiat in Diuinis, vt opus fuerit, *c. proposuit in*
fine de filiis Presbyter. c. vt quisque de vita, & ho-
nest. clericor. glossa in c. sedulo 38. *dist. ex c. non li-*
ceat dist. 92.
30 Imo & addunt taliter eam esse assignandam, vt
suppetat pro receptione hospitum, & Nunciorum
Apostolicæ sedis; quia hæc sunt onera vicariæ
perpetua incumbentia, vt DD. agnoscunt *in dicto*
31 *cap.*1. *de præb. lib.*6. vbi glossa verbo *onera*, † ex
eo quod clerici præcipue tenentur ad hospitali-
tatem, vt in summa, & per totum, 42. *dist. cap.*
Archidiaconum Florentinum 85. *dist. cap.* 2. *de*
supplenda neglig. Prælat. cap. de Monachis, vbi
glossa *de præbendis* Paul. 1. *ad Timoth. cap.*8. *dict.*
*cap.*1. iuncta glossa, verbo *soluere de præbend.*
*lib.*6. Concil. Trident. *sess.*25. *cap.*8. *in principio*,
ibi *admonet* (Sancta Synodus,) *vt hospitalita-*
tis officium quantum per eorum prouentus lice-
bit, promptè, benigneque exercere assuescant cap.
offerebat. 32.*q.*7. *cap. vltimo* 16.*q.*1. vbi S. Hiero-
nymus, ibi, *quoniam quidquid habent clerici pau-*
perum est, & domus illorum omnibus debent esse
communes susceptioni peregrinorum, & hospitum,
inuigilare debent.
32 Quod intelligunt Martinus Vranius *dicto cons.*
42. *n.*3. *&* 4. Valenzuela Velasquez *dicto cons.*54.
*ex n.*41. vbi adducit Concil. Mediolanen. *p.* 2. *co-*
*lum.*146. & ex Neuizano *lib.*4. *Syluæ nuptial. n.*
61. Campanil. *in diuers. iuris canon. Rub.*9. *cap.* 6.
*n.*117. de hospitalitate, quæ spectat ad officium
pietatis suo modo, & congruenter facienda: sic
etiam Inoocent. *in dicto cap. de Monachis*: nam
talis magnopere laudatur per D. Augustin. contra
hæreses D. Crysosthom super Matth. *homil.* 43.
44. *&* 51. *super Genes.* Paul. *ad Hebr. cap.*13. Petr.
1. *epist. can. cap.*4. D. Ambros. *in libro de Patriar-*
chis, Gerard. Maynard. *decis. Tholosan. n.*2. *&* 3. *lib.*
2. etenim, vt DD. ex D. Thoma habent 22. *q.* 32.
*art.*6. & tradit Marcus Antoo. columna Eccle-
siast. reddit origine *p.*3. *c.*27. *n.*33. † Debet haberi 33
ratio deeentis clerieorum status, & iuxta has, &
alias considerationes refert idem Valenzuela *di-*
*cto cons.*54. † Et sub *n.* 46. quod in Episeopatu 34
Chonehens. pro congrua vicarij perpetui maior,
quam 100. scutorum assigoatur summa eo quod
Parochiales sunt abundatiores in plurimum; inde-
que assignandam ad similitudinem constitutionis
Dotis per *leg. si filiæ ff. de legatis* 3. *l. quæro, l. cum*
post §. *nuptiis ff. de iure dot.* † vbi dos pro modo 35
facultatum, & Dignitate natalium coostituitur,
vt fatentur etiam DD. *in auth. res quæ ff. commu-*
nia delegatis, l. si curator ff. de administrat. tutor.
Martin. Vranius. *dicto cons.*42. *n.*10. Borell. *summa*
decis. tom. 1 *tit.*4. *n.*133. iuxta quæ proportionabi-
liter, & si non io tanta quantitate, crederem
ego, posse arbitrium Episeopi extendi in assig-
nanda congrua pro vicariis temporalibus; item
pro vicario, qui interea, dum Parochia proui-
detur de vicario, nominatur ab ordinario modo
dicto.

AD TEXT. IN CAP. IV. Clericos hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

PER hunc textum Doctores communiter 1
probant, vt vicarius ad Parochialem nomina-
tus, siue institutus non possit substituere vica-
rium. Quare pro exacta tractatione possunt hic
adiungi quæ *supra* dixi *in Rubr. de officio Archi-*
presbyteri q. 4. quatenus *ibi* in vers. *ad quintam*
egi de dubio illo, *an officium canonicorum debeat*
per se ipsos adimpleri, aut queat per substitu-
tum?

QVÆST. I.

An vicarius Parochiæ perpetuus, siue ad nu-
tum amobilis, possit ponere alium vica-
rium, sibique in officio impendendo cura-
ti aliquando sine Episcopo substitue-
re? Et an vicarius Episcopi ea facere
queat ex sola commissione generali abs-
que sui Episcopi specialis licentia? Et
quid de vicario siue delegato Papæ? Et
de vicario capituli sede vacante.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius temporalis, siue perpetuus nequit, sibi alium vicarium substituere, &* n.5. fallit vt n.6.
2 *Procurator constitutus cum facultate substituendi, nequit substituere alium cum pari facultate.*
3 *Accessio accessionis non datur, nec officium officij, nec superioritas superioritatis.*
4 *Vsus fructuarius nequit facere alium eiusdem rei vsufructuarium.*
6 *Vicarius si consuetudo est poterit alium sibi*

substituere,

substituere, aut si ipse sit creatus cum tali facultate, vt in casu infirmitatis, seu alterius impedimenti n. 7.

7 *Subdelegatio cessat per industriam personæ electa.*

8 *Vicarius Episcopi nequit in sui locum deputare vicarium, ita vt substitutus vtatur iurisdictione ordinaria, sine præcedenti Episcopi licentia, & tunc iuxta tria requisita, vt sub* n. 10. & 11.

9 *Officialis nequit alium officialem generalem dare.*

12 *Vicarij substitutus potest conferre beneficia, si facultas ad id data esset ab Episcopo eius vicario. Quid si facta esset ad medicum tempus substitutio* n. 13.

14 *Vicarij substitutus intelligitur habere facultatem ad beneficia, non ex substitutione, sed ex facultate data ab Episcopo, &* n. 15.

15 *Vicarij substitutio ad beneficia, quibus verbis intelligatur concessa.*

16 *Vicarius substitutus à vicario Papæ habet prouidere de beneficiis iuxta facultatem, Papa, vt in substituto vicarij Episcopi, &* num. 17.

17 *Vicarius Papæ in grauibus sine causa non substituit sine facultate Papæ.*

18 *Vicarius capituli, sede vacante, nequit alium sibi substituere, nisi in tribus casibus.*

1 AD primam quæstionis partem, regula est, vt ille, qui creatus est vicarius perpetuus, siue temporalis, non possit sibi substituere alium, quia cum ipsi propter propriam industriam, ac diligentiam examinatam à superiore & nec ea, de facili inueniri valeat in substituto sine prævio examine, euenit vt nullus ex prædictis vicariis possit sibi substituere alium vicarium, qui curam animarum

2 impendat pro substituente. † Et facit pro hac resolutione alia regula desumpta à Doctoribus per textum *in cap. fin. de procuratorib. lib. 6. in §. licet*, vbi Geminian. *n. 7.* & alij, docent vt Procurator constitutus cum facultate substituendi non possit substituere alium procuratorem cum pa-

3 ri facultate. † Non enim docent etiam per textum *in cap. veniens de testibus*, datur accessio accessionis, nec officium officij, nec superioritas superioritatis; Peregrinus *de iure fisci lib. 6. tit. 7. à*

4 *n. 30.* Heringius *de fideiussoribus cap. 4. à n. 49.* † Sicut nec vsufructuarius propriè saltem potest facere alium eiusdem rei vsufructuarium, vt agnoscunt alij per textum *in §. fin. instit. de vsufructu, & l. si vsusfructus. 67. de iure dotium*, cum multis Sanchez *in præcepta decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 13. à n. 14.* Barbosa *hic* multis aliis compro-

5 bans exemplis *sub n. 2. vers. nam sicut* legendus, † post quæ concludit nec videri, vt concedi possit quod vicarius substituat vicarium ex textu nostro, sicut in terminis docent post Ostien. Abbat. Zabarella Collect. Ancharran, Bellamer. Ioan. Andr. Ananiam, Innocent. Henric. Butr. Panormit. Hostiensem, Viuianum, Alagonam, Gimenez, & alios ex modernioribus, Maranta *de ordine iudicior. p. 4. dist. 5. n. 12.* Galganat. *de iure publico lib. 3. tit. 36. n. 3.* Riccius *in collect. p. 5. n. 1599.* qui loquitur de vicario Episcopi, Abiles *ad cap. 4. Prætorum* verbo *iustitia n. 7.* Azeuedus, *in l. 1. n. 8. tit. 9 lib. 3. Recopil.* Menchaca *illustr q. c. 33. n. 21.* Abendañus, *de exequendis mandatis p. 1. c. 3. n. 5.* quos refert *hic* Barbosa *n. 1. & 2.* & iterum *de iure Eccles. p. 5. c. 6. n. 37.*

6 Sed prædicta resolutio limitatur, quando scilicet esset consuetudo in contrarium, vel vicarius haberet potestatem proponendi alium, vel substitutus poneretur ea causa infirmitatis, vel ea alia parum duratura, quia est si, vt dictum est, industria vicarij ad sui constitutionem sit electa, & in propria persona residere teneatur: argumento eorum, quæ dixi de canonicis, Magistralibus, Doctoralibus, scripturariis, & Pœnitentiariis *supra sub q. quia propter §. fin. de electione.* hoc tamen non impedit, quin si ea causa impeditus fuerit vicarius alium loco sui substituere, cui partes suas dummodo non ea toto, sed pro parte committere valeat, vt desumunt DD. ea littera textus *in cap. cum Bertoldus de re iudicata ex dicto cap. 1. de procuratorib.* ita Auendañus *de exequendis mandatis dicta 1. p. cap. 3. n. 5.* Barbosa *hic dicto n. 2.* idem *dict. lib. 3. de iure Eccles. cap. 6. n. 37. in fine.* † Nec tunc 7 implicabunt quæ DD. cumulant *in cap. fin. per textum ibi de officio iudicis deleg.* vbi quod subdelegatio cessat per industriam personæ electæ; quia præterquam quod recipit declarationes, & limitationes, id quidem intelligitur in arduis, & præcisè petitâ industriâ, quod in nostro casu non sic strictè obligat, præcipuè si substituatur idoneus, & qui iam est examinatus ad curam: argumentorum, quæ dixi *in c. quia v. 11. de iudiciis q. 22. & 24. & de cedente, & cessionario ibi. quæst. 23.*

Ad secundam quæstionis partem respondeat 8 Hostiensis, Butrius, Abbas, & alij per textum nostrum *hic*, & per glossam verbo *ipsius in cap. 1.* vbi Ancharran. *n. 2.* Dominic. *num. 11. hoc tit. lib. 6.* quod vicarius generalis Episcopi nequit sui loco deputare alium vicarium, ita vt substitutus vtatur iurisdictione ordinaria, nisi specialis Episcopi licentia præcedat: sic etiam docent Rota *decis. 4. alias 378. hoc tit. in nouis*, Gauffred. *tit. collect. iur. in cap. sua nobis n. 2. de officio delegati*, Capella Tholosana, *decis. 36. & ibi* Apostol. *& decis. 97.* vbi addition. Butr. *in cap. G. perpet. n. 8. de fide instrument.* & *ibi* Felin. *n. 3.* Paul. Paris. *cons. 80. à n. 16. volum. 4* Ripa *responso 24. à n. 2.* Franc. Marc. *quæst. delphin. 317. n. 4. vol. 1.* Chuchus *instit. moral. tit. 8. n. 40.* Puteus *lib. 1. decis. 168.* Reduan. *de rebus Eccles. Rubric. de autheritate Prælator. n. 66.* Guido Papæ *decis. 374. n. 6.* Axebed. *in l. 1. tit. 9. lib. 3. recopil. n. 8.* Iacob. Philipus Port. *consil. 87. n. 16.* Sbrocius *lib. 1. de officio vicarij q. 15. n. 7. & lib. 2. q. 66.* Zerola *in praxi episcopali p. 1.* verbo *vicarius dubio 5.* Petr. Lazarius *de monitar. q. 6. n. 10.* Axor, *instit. moral. 1. p. cap 6. n. 68.* Iacob. Laurent. *de iudice suspecto cap. 4. n. 10.* Vgolin, *de officio Episcop. cap. 4. §. 7. n. 2. vers. vndecimo*, Nicolaus Garcia cum multis aliis *de benefic. p. 5. cap. 9. à n. 148.* Barbosa hic *n. 3. & de officio Episcopi n. 99. in collect. decis.* verbo *vicarius generalis Episcopi* in *Bullario eodem verbo*, item *in cap. 1. in Trid.* in cap. 1. hoc tit. per glossam *ipsius n. 8.* † ibi *nec putes quod officialis* 9 *alium officialem generalem dare possit.* Vantius *de nullit. ex defectu iurisdictionis delegata*, Abiles *cap. 4. prætor* verbo *iustitia n. 7.* Zechius *de Republica Eccles. cap. 23. de vicario Episcopi*, Natbona *de appellatione à vicario ad Episcopum p. 1. n. 219.*

Et Riccius *in collect. 1599.* ad textum nostrum 10 referens decisum in Rota ait ampliati conclusionem

sionem, etiam si talis vicarius fuerit constitutus ab Episcopo cum facultate substituendi , vt testantur Domini de Rota *in decis.4.hoc tit. in nouis*,Balb.*in decis.*99. Cardinal.Puteus , qui vltra quod refert decisum,dicit pariter hanc communem,& receptam sententiam,vt *in decis.*166. *lib.* 1.etiam refert idem Riccius nouissimis temporibus tantum à Rota contra præfatam ampliationem, quod scilicet valeat vicarius substituere casu,quo esset præfata facultas substituendi ei tributa,vt *n. præced.*dictum est , quod ego cum eo intelligo,si tria concurrant. Primo,quod substitutio fiat ad modicum tempus , Secundo ex iusta causa.Tertio de consensu Episcopi,vt fuit in Rota resolutum in vna Oriolonens. 21. Mai 1593. coram illustrissimo Seraphino.

11 Verum ex iam adductis *hic à n.* 1. de vicario Parochialis substituente alium ad modicum tempus ex causis relatis in vers.*sed prædicta*,existimo quod concurrentibus illis causis , aut aliqua ex eis possit etiam dictus vicarius Episcopi sibi alium substituere vicarium,si necessitas vrgeat, nec adsit Episcopus, sed forte alio in loco sui Episcopatus aderit etiam,si vicario ea facultas substituendi data non esset.Et sic intelligo limitationem , quam ad hanc conclusionem præstant Pauinus *de potest.capituli p.2.q.10.n.19.*Zerola,dict. verbo *vicarius* vers.*quartum dubium*,Sbrocius *dict. lib.* 1. *de vicario Episcopi q.66.n.11.& 17.*Barbosa *in dicto cap.1.hoc tit.lib 6.dicto n.* 8. *in fine.* dicentes quod bene potest ex causa ad modicum tempus.

12 Ex quibus notandum est quod si Episcopus suo vicario generalis vices commisisset cum facultate substituendi,tunc talis vicarius substitutus posset etiam beneficia conferre,si substituens præfatam facultatem à suo Episcopo obtinebat , vt dixit Rota *in decis.4.hoc tit.in nouis*,Cardinal. Puteus *in decis.*487.*lib.* 2.idem Riccius *dicta collect.*1599.circa medium,vbi limitat , si in præfata substitutione non concederetur facultas substituendi,quoniam tunc minime conferre posset, vt
13 dixit Rota *in decis.* 18. *de procurat. in nouis.* † Sed hanc limitationem sublimitant Cardinal.Puteus *decis.*168.*lib.*1.eadem Rota , *dicta decis.* 4. *hoc tit.in nouis*,Chissan.*in decis.*139. *in manuscript.*dicentes substitutum posse etiam beneficia conferre,quando substitutio fieret ex causa ad modicum tempus,quia valeret collatio , quamuis non data esset substituendi facultas idem Barbosa *hic,& dict.allegat.*54 *de offic.Episcopi n.* 100.& 101. resoluit posse illum vicarium delegare vnam, vel plures causas,aut substituere ad modicum tempus, vel ex causa.

14 Est tamen animaduertendum quod si aliquis substituatur ad prædicta,& alia à vicario generali habente facultatem substituendi,tunc ipse substitutus intelligatur vicarius virtute facultatis sobstituendæ tributæ ab ipso Episcopo , vt dixerunt Rota *dicta decis.4.hoc tit.* Cardinalis Puteus *in decis.487.lib.2.*Rota *diuers.in decis.*11.& 31. *p.1.& in decis.*159 *p.2.& in decis* 122.*p.3.* idem
15 Riccius *dicta collect.*1549 vbi inter alia † ampliat vt procedat , si Episcopus daret facultatem substituendi suo nomine,quia tunc censetur etiam ab ipso Episcopo positus. cum eius nomine substituatur , Balbus *in decis.* 349. & addit Franc. Marc.*in decis* 317 *p.1.n.1.* quem sequitur idem Riccius *dict.collect. in fine* , intelligendo , nuoc tunc procedere , quando fuissent inserta verba illa , videlicet : *damus potestatem substituendi alium , quem nos vicarium cum eadem potestate substituimus* , tunc enim dicunt procedere quod substitutus videtur ab ipso Episcopo positus.

16 Ad tertiam quæstionis partem,quia late de vicario Papæ ad beneficialia,& spiritualia,loquimur *in proximo cap.sequenti*, breuiter ex generali doctrina *hic à n.*1.adducta respondeo idem ac responsum est in duobus relatis casibus *hic* per eadem fundamenta, & vt in terminis docent Zabarella *in clem. 1.de rescript.dict.n.4* Barbosa *hic d.n.2.*Maranta *de ordine iudicior p 4.dist.5.principali n.22.*Narbona *de appellat.à vicario dict.2 p.dicto n.119.in fine.*

17 Quod si pugnes aduersùs hanc assertionem,dicendo talem vicarium Papæ , vt à Principe supremo Ecclesiæ posse subdelegare ex doctrina textus *in cap.si pro debilitate* 3.cum vulgatis *ibi de officio iudicis deleg.* Respondeo , non id fieri posse sine iusta causa, nec quando causæ sunt graues.Vnde cum in casu textus nostri ratio denegatæ substitutionis sit,ne abstrahatur ab exercitio curæ ille,cuius personæ industria electa est:sequitur videndum ratione vberiori , vt nec vicarius Papæ possit sibi alium substituere, nisi data causa aliqua ex adductis.

18 Ad quartam quæstionis partem.an vicarius capituli,sede vacante, possit alium sibi substituere? in quo dubio , negatur , vt possit substituere sibi alium,nisi in tribus casibus,videlicet infirmitatis , ad modicum tempus,& in delegatis, & tunc multò magis teneri ad substituendum prædictum qualitatibus, quas exigit Trid. decret. *in cap.* 16. *sess.24.de reform.* in ipso vicario capituli,de quibus aliqua *in cap.sequenti*,sic refert decisum Sellius *in selectis canon.c.29.n.45.Die 17.Mai 1660.* Barbosa *in dicto decreto n.*20.qui *n.*21.cum Garcia *de benefic.p.5.c.7.n.* 23. *declaratione* 6. refert decisum vicario capituli propter eius absentiam spectare substitutionem facere.

QVÆST. II.

An inquisitores sancti officij & Regij Auditores,Regij Fiscales, iudicesque ordinarij deseruire possint , per substitutum? An Decuriones? Et an cui datur facultas excommunicandi detur facultas vices suas committendi ? Et an substitutus gaudeat honoribus , & priuilegijs illum substituentis ? Et num substituens mulctari valeat ex defectu substituti?

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores nequeunt sibimet alios in officiis substituere.*

2 *Inquisitores , in quibus valeant subdelegare.*

3 *Auditores,& iudices criminum vulgò* Alcades de corte , *nequeunt in officiis alios sibi substituere sine Principe.*

4 *Fiscales Regij sibi alios non substituunt , vt seruiant in officiis. Et de praxi in cancellariis* n.6.

5 *Fiscalis sancta inquisitionis absens,& mortuus, qualiter*

qualiter substituatur, & consilij supremi praxis cum Auctore.

6 *Cancellaria, & Regia Audientia, absentibus, seu mortuis Fiscalibus, quos alios substituant interim, dum à Rege nominantur.*

7 *Cãcellaria Pintiana, qualiter, & ad qua negotia, soleat, deficientibus iudicibus, pro interim nominare aliquem, aut aliquos ex collegio sancta crucis.*

8 *Ordinarij iudices nequeunt alios sibi substituere in officiis. Quid inter Pratorem, & eius locum tenentem?*

9 *Decuriones ciuitatum non substituunt sibi alios* n. 10. 11. 12. & 13.

10 *Decuriones iure antiquo erant curia mancipati, quam derelinquere non valebant.*

11 *Substitui non valet in officiis, quibus exercendis eligitur industria persona, vt* à n. 1.

12 *Decurio absens, aut impeditus, ire ad capitulum, valet committere votum suum alij ex condecurionibus.*

13 *Decuriones nostri temporis, quibus illustribus antiqui comparantur, & quibus nominibus signentur.*

14 *Substitutio, que denegatur fieri à quibusdam Ministris, & officialibus, in quibus requiritur industria persona à quo proueniat.*

15 *Industria persona cui substituens denegatur in exercendis officiis, quibus verborum formulis in iure proponatur.*

16 *Delegare non potest ille, cuius persona industria eligitur; & sic nec excommunicandi, aut absoluendi, vt* à n. 21.

17 *Visitatio terminorum, & locorum fit à Pratore, & quando ab eius locum tenente?* n. 18. 19. 20.

18 l. 6. tit. 6 lib. 3. recopilat.

19 l. 18. tit. 7. lib. 3. recopil. & n. 30. l. 16. tit. 5. lib. 3. recop.

21 Cap. fin. de officio delegati, & cap. fin. ibi.

22 *Iurisdictionis executio non prastat iurisdictionem.*

24 *Substitutus gaudet priuilegiis illum substituentis, quando dictus est officialis; sed non in omnibus.*

25 l. nullus Cod de decurionibus lib. 10. & à n. 1.

26 *Substituens tenetur ex male gestu à substituto, si substituentis fuit electa industria; item si sine cura elegit parum industrium, etiam in casibus, in quibus potuerit substituere, vt* n. 27. 28.

27 *Episcopus Cauriensis quare fuit mulctatus ab auditoribus Pintia ex male gestis à suo vicario generali?*

29 *Substituere possunt in officiis illustres persona ad vnum tantum negotium.*

1 AD maiorem exornationem textus nostri, non extra limitem erit de his omnibus inquirere; Quibus, & alia valebunt facili negotio dissolui. Igitur quoad primum dubium de inquisitoribus praxis communis obseruat nullo modo posse sibi substitutos nominare, vt in terminis docent Mastrill *de Magistratibus lib. 1. cap. 29. n. 18.* D. Franc de Amaya *in l. nullus 60. Cod. de Decurionibus sub n. 6. in fine*; & sic in praxi videmus; non enim alius substituitur loco absentis, aut mortui, nisi quem D. Inquisitor generalis nominauerit, & substituerit in inquisitoribus sibi subiectis.

Nec obstat inquisitores posse causas fidei subdelegare, cum sint delegati summi Pontificis, ex regula, quod delegatus Principis, potest subdelegare, *cap. super quastionum de officio de leg.* vbi DD communiter, Diana *p. 4. tract. 3. ref* 8. Carena *de officio inquisitor p. 1. tit. 5. §. 11.* cum Castro Palao, Petr. Barbosa *in l. quia tale n. 47. ff. soluto matrim. & in l. cum Prator. §. 1. à n. 186. ff. de iudiciis*; quia etsi dicta regula vera sit, & in indiuiduo teneant Diana, & ab eo relati, & Carena citatis, hoc præstat intelligi inter Inquisitorem immediati delegati Pontificis, vt in italia; & licet nostri inquisitores Hispanici potiantur iurisdictione delegata, siue ordinaria (de quo aliquid dixi sub allegatione facta anno præterito 1648. contra Prætorem Vallisoletanum) verùm quia tota iurisdictio inquisitionis Hispanicæ collata est breuibus Pontificibus Dominis inquisitoribus generalibus Pontificum delegatis, inde est; quod sicut de iure subdelegatus delegati Papæ, nequit aliom subdelegare, Molina *de iust. tract. 5. tit.* 6. Pegna *in Eymeric. comment.* 64. vers. *cum enim 3. p.* Carena *supra n. 80. & 81.* vt nequeant causas fidei subdelegare, quia vt ait Ioan. Andreas, *in cap. is cui, de officio deleg. lib. 6.* esset dare processus in infinitum; solùm enim solent committere commissariis, & Notariis aliquas testium receptiones & notificationes. 2

De Auditoribus Regiis, & iudicibus criminum vulgò *Alcadeo de corte*, nuncupantur, vt nec possint deseruire per substitutum probant practici nostri *por l. 49. tit. 5. lib. 2. recopil.* quæ licet solùm loquatur, quando aliquis ex Alcaldiis se absentent, vt tunc ex Auditorum corpore, locus suppleatur, & non possit substitutum ponere: idem quidem in Auditoribus practicandum fore existimamus; quia ratio posita in illa lege respectu iudicis criminum in verbis sequentibus ibi *porque de se nombrar substituto en lugar de Alcalde, que va fuera, se han seguido algunos inconuenientes*; militat æque, in Auditoribus; præcipuè, cum illa lex sit proposita *sub tit. de los Presidentes, y oydores*; & sic videmus inconcussè practicatum in cancellariis, in Audientiis Regiis, & in cæteris huius curiæ consiliis supremis. 3

Et quod Regij Fiscales prohibentur apud nos constituere substitutum, patet ex *l. 2. dict. tit. 5. lib. 2. recopil.* sed non sic absolute, vt de Auditoribus dicitur, patet ex *dicta l. 2.* vbi cauetur, vt possint in casu absentiæ substitui. Quod existimo fieri, si substitutus ei nominetur per Præsidem cancellariæ, Audientiæ, siue Consilij cum consensu Auditorum. † vt vidi aliquando practicatum in nostro Consilio supremo inquisitionis, in quo, me nondum Fiscaliam possidente, & absente iam antecessore DD. Didaco Scolano, tunc creato, & electo Episcopo Maioricens. nunc Episcopo Taraconensi, tale officium exercuit DD. Antonius Estrada, & Manrique, Consiliarius modernior; licet iam nominatus Episcopus Palentinus; quo vsque ego Die 3. Martij anni 1657. adeptus fui possessionem Fiscaliæ, quam exercui fere etiam post annum, à quo creatus fuit consiliarius, & ad aduentum D. Didaci Sarmiento, & Valladares, litteris, virtute & prudentia conspicui, nunc Fiscalis, qui cum esset Vallisoletanus Inquisitor mei successor, & inde à Rege nostro Philipo IV. 4 5

Iustissimè

iuſtiſſimè nominatus Auditor Rotalis,euoluit ad hanc ſupremi Conſilij ſanctæ inquiſitionis Fiſcaliam,cuius poſſeſſionem intrauit in menſe Octob. anni proximi præteriti 1660 & ob id non eſt cur audiatur Alfaro *de officio fiſcali gloſſa* 18. *n.* 2. dum dicit in caſu abſentiæ,& in praxi obtinuiſſe, cum tali munere fungeretur.

6 Quod ſi dubitetur de praxi in nominando aliquem,qui peragat officium fiſcale,quando,vel ſe abſentarunt ambo cancellariatum Fiſcales , ſeu mortui,aut prouiſi fuerunt,accipies quod de Granatenſi ſenatu in praxi teſtatur D.Franc.Amaya , *in dicta leg.nullus Cod.de decurionibus ſub n.* 5. dum ait nec *dictam leg.Regiam 2.recopil* correctam eſſe ex diplomate Regio,quod exaratum eſt in ordinationibus illius cancellariæ poſt indicem, ante conſtitutiones viſitationis Epiſcopi Zamorenſis;vbi ſtatuitur , quod ſi Fiſcales ambo obierint,vel ad alium locum aſſumantur , non poſſint alij nominati à curia Auditorum,ſed ſtatim Regi denuncietur,vt de eis Audientiæ prouideat , quoniam non excluditur,vt dum Princeps prouidet , nominetur aliquis,qui res fiſcales pertractet:ſicque practicari refert,vt ſi abſens ſit Fiſcalis , vel mortuus alter & munera ciuilia,& criminalia peragat,ſi vero ambo Fiſcales abſentes, aut mortui ſint. interim dum Rex prouidet , vel abſens eſt, Fiſcalem ſolitum,eſſe prouideri,ac deſignari vnum ex Aduocatis grauioribus illius curię,qui nomine officij Fiſcalis,comparens in iudicio,lites fiſcales pertractet.

7 Ex iuxta hanc praxim vidi in Senatu Pintiano practicari; ſic vt ſi vnus ex Fiſcalibus ab ſit,prouiſus,aut mortuus fuerit,qui remanet Fiſcalis vocatus de *lo ciuil* vel *delo criminal* , inſeruit vtramque Fiſcaliam cum aliquo ampliori ſtipendio.Sin vero ambo abſentes ſint,aut mortui,tunc ſolitum vidi aliquem ex collegis collegij maioris ſanctæ crucis illo officio fungi,interim , ac prouideretur proprietarius à Rege ; imo & tale collegium habere tale priuilegium,vt abſente, ſiue deficiente , mortuoue iudice maiori vocato ſic *de vizcaya* ſubintret pro interim vſque ad Regiam nominationem aliquis de dictis collegis de quibus etiam ſolet eligi pro inſeruiendo in Aula vulgò *de los hijoſdalgo*,cum deficiunt iudices;& ſic in duplici tempore vidi obſeruatum; imo aliquando accidit, vt quando non ſuperſunt Auditores ad pronúciandam ſententiam; eo quod fuerint pares in ſuffragio,aut quia recuſati,nominetur tertius de dictis collegis.

8 In iudicibus inquam aliis ordinariis reperitur prohibitum ſubſtitutum conſtituere *in l.6. tit.* 5. *lib.* 3. *recopil.* quia intereſt Regi officia perſonalia,& quæ maximam in ſe continent qualitatem , & confidentiam exerceri per perſonas electas ab eo.Et in quibus eligendis cura Principis animaduertitur iuxta *leg.*10.*tit.*5.*lib.*3.*recop.* ſic docent idem Amaya *ſupra in dicta l.nullus n.*6. Giurba *conſ.* 36.*n.*3.*in fine*;at idem de Tabellionibus notant Abendañus,*in capitib.Prætor.*1.*p c.* 1.*n.*5. idem Amaya *dicto n.*6.*in fine* , quorum omnium ratio præſtantior eſt,vt *infra* patebit.

9 De decurionibus ciuitatum,idem de iure prouiſum eſt,etſi non ſic in praxi receptum. Etenim conſtitutione imperatores Theodoſ. & Valentinianus *in dicta l. nullus Cod. de decurionibus* , prouiderunt ita Decuriones perſonaliter adſiſtere debere,vt nec per ſubſtitutum potuiſſent deſeruire per verba ibi:*nullus*,qui *nexu generis curiæ teneatur obnoxius per ſubſtitutam quamque perſonam curiales impleat functiones , ſed ipſe per ſe debitum patriæ munus exoluat;& ſi expectabili dignitate decoratus ſit , niſi hoc ſpeciali beneficio ſit conceſſum.Hi verò,qui honorario titulo illuſtrem dignitatem conſequuti ſunt,per ſubſtitutos periculo ſuarum facultatem curiæ muneribus ſatisfacere non vetentur.*

10 Cum ergo Decurionum officium , de quo aliquid adduxi *ſub Rub.de elect* . perſonalem occupationem haberet talem quidem,vt neque rus habitare eis licet,*toto tit.Cod ſi curialis relict.ciuit.* nec quomodolibet curiam derelinquere , cui erant,veluti mancipati,& adſcripti(iuxta nonnullam adſcriptitiorum ſeruorum ſimilitudinem , de quibus dixi *ſub Rub. & tit. de ſeruis ordinand. vel non*) & ſi cum magna differentia inter illos , cum Decurionum officium ſit honoris,adſcriptitiorum,ſeruituris,& ignominiæ , vt *in eo tit. dictum eſt*; & taliter quidem mancipati erant,quod ſi aliquam adepti eſſent Dignitatem , poſt eam depoſitam , ad curiam redire tenebantur ex *l. neminem* 64. *Cod. de Decurionibus* , cum adductis à Petro Gregorio *lib.*18. *ſyntagmat.cap.* 14. *num.*7.

11 Et cum in aliis officialibus,& Miniſtris, idem ſtatutum legamus,vt *in nouella* 134. quæ eſt *in auth.vt nulli iudicum in princip.nouella* 128.quæ eſt *auth.de collatoribus* §. *ad hæc prohibemus,nouell.*17.*ſeu auth.de mandatis Princip.* §. *tes autem nouella*.8.*ſeu auth. vt iudices* ſine quoquo ſuffragio. §.*nulli quoque* , & iure noſtro caueatur,*in l.*1.*&* 4.*tit.*9.*lib.*3.*recopil.l.*6.*tit.* 1.*lib.* 7. vbi explicat, Azeued.& Abendañ.*ſupr.dict.cap.*3. *n.*5. Bobadilla *lib.*1.*politica cap.* 20. *n.* 34 Menoch. *de præſumpt.lib.*2.*præſumpt.* 21. Maſtrill. *de Magiſtratib.lib.*1.*toto cap.* 29. Giurba *deciſ.* 36.*ex n.*1. & Fuluius Conſtant. poſt Plateam *in dicta l.nullus*,ex ea quidem ratione, quia in officiis,quæ habent adminiſtrationem annexam , vel quando certum miniſterium alicui committitur , tunc cenſeatur electa induſtria perſonæ , ex vulgata,*l.inter artifices* , 31. *ff. de ſolutionib.* & per DD.quos plena manu congerit Barboſa videndus per textum *ibi in cap.fin.* §. *is autem cum ſeq. de officio,& poteſt.iud. delegati*,quæ non poteſt ſuppleri per ſubſtitutum,*l.vnica* §. *ne autem* 9. verſ. *ſin vero talis Cod de caducis tollend.cap.*is , *cui* 12.vbi etiam cum aliis Barboſa,*de offic. deleg.lib.* 6.indeque in officiis,& Dignitatibus prohibitum eſſe dicant Bartol. per textum *ibi in l.* 1. *Cod. de præpoſit.agent.in rebus*,vbi eius additio,*littera C.* Pald *in l.quiſquis.Cod.de Epiſcopis, & clericis* . Paris de Puteo *de ſyndicatu*,verbo *ſubſtituitur n.* 3.& Conſtantius *in dicta l.nullus n.*15.vbi Amaya,*n.*2.*in fine.*

12 Sequitur vberiori ratione Decuriones miniſterium ſuum per alium expedire non poſſe , vt docent Doctores *in dicta l.nullus*, Alex,*in l.morem* 45.*ff.de iuriſdict.*Petr. Gregor. *dict. lib.* 18. *cap.* 14.*n.*3.*ſyntagm.* Bobadilla *dict.lib.*3.*polit. cap.*8. *n.* 129. & expreſsè *in l.*18.*tit.*3.*lib.* 7. *recopil.*in tantùm quidem vt ſi citaretur Decurio , dum impeditus,vel abſens eſt , non poſſit loco ſui alium ſubſtituere; licet poſſet alicui ex condecurionibus committere,vocem,vt notauit Azebed. *in l.* 1.*n.* 16.*& in l.*4.*n.*5.*tit.* 9.*lib.* 3. *recopil.* & ſequitur Maya *in dicta l.nullus,n.*1. contra Didac. Perez *in l.*1.*tit.*5.*lib.*3 *ordinam.* † præcipuè ſi conſideretur,vt quemadmodum Senatores illuſtres & 13

claríſſimi

ego interpretor ex communi intellectu Doctorum, ille, cui commissum est tale nudum ministerium, nullam habet iurisdictionem, nisi tantum
22 exequi sibi commissum. † Non enim iurisdictionis executio præstat iurisdictionem, hoc est cognitionem, cum talis commissarius sit tantum merus executor *per leg. executorem. Cod. de execpt. rei iudic. cap. pastoralis* 28. §. *quia vero de officio delegati.* latissimè DD. Franc. Salgado 4. *p. de Regia protect. cap.* 5. *n.* 1. *& cap.* 6 *à n.* 16 non enim ille habet amplius quàm, vt proferre, ac declarare, siue intimare sententiam iam latam excommunicationis à vero iudice, coram quo fuit decisum de re in aliquem, vel vt absoluat, quod est merum factum, sicut eleganter docuerunt; idem Bobadilla *dict. lib.* 2. *politic. cap.* 20. *n.* 45. Salgado *supra*, & cum Frechilla *in suo tract. de sentent. excommunic.* 2. *part.* 1. *n.* 3. illud *cap. fin.* sic explanantem Amaya *vbi supra in dicta l. nullus Cod. de Decurionib. lib.* 10. *n.* 15. *&* 16. vbi cum Salgado *dicto cap.* 5. *n.* 13 & cum Azebed. *in Rub. tit.* 9. *lib.* 3. *recopilat. ex n.* 4 Mosla *in empor. tit.*
23 2. *tota quæst.* 10. † concludit talem commissionatium habentem illud nudum ministerium, eum sic delegatus, & vicem gerat mandantis, non posse alij illud ministerium exequendum demandare, iuxta *dict. cap. fin. §. fin. & per leg. fin. ff. de officio eius, l. more ff. de iurisdict* de qua latè ego *in dicto cap. fin.* & sic non immoror; solum enim commendo legendum quæ scripsi *sub cap.* 4. *de sent. & re iudic.* vbi explanaui quando dicantur executores meri; idest ministeriales tantùm, quando verò mixti habentes aliqualem iurisdictionem.
24 Ad tertiam quæstionis partem, an substitutus gaudeat priuilegiis, & exemptionibus, quibus & substituens applicatis *hic* quæ dixi de subrogante, & subrogato in locum alterius sub *cap. quia v. de iudicus q.* 22 *& q.* 24 breuiter videtur respondendum, vt gaudeat, quando talis substitutus diceretur officialis ordinarius; sic vt tunc teneat eundem locum in ordine, & concessis, quem ipse substituens occupabat; & ob id dixerunt Abiles *in d. c.* 4. *Prætorum*, verbo *iustitia à n.* 8. cum aliis Mastrill. *de Magistratib lib.* 1. *n.* 33. *p.* 29. vbi per totum loquutus de hac substitutione legendus Fuluius Constant *in dicta l. nullus Cod. de Decurionib. lib.* 10. *à n.* 51. substitutum gaudere eisdem honoribus, immunitatibus, & priuilegiis, ac substituens sed non in omnibus æque, vt de vicario Episcopi, quoad ipsum Episcopum, percipitur satis ex adductis *in cap.* 5. *hic a quæst.* 5. & ob id non immoramur.
25 Ad quartam partem quæstionis, etiam breuiter iudicaui respondendum, & affirmatiuam sententiam manifestant verba vltima *dictæ l. nullus. C. de Decurionibus*, iam *supra* adducta sub vers. *de iudicibus*, ibi *hi verò, qui honorario titulo illustrem Dignitatem consequuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatem, curis, mu-*
26 *neribus satisfacere non verentur.* † Ex ea quidem ratione, quia male agit qui alium substituit pro seruitio, ad quod propria industria fuerat electa: sic Giurba *cons.* 31. *& cons.* 16. *n.* 4. seu melius, quia, cum ex eius mala electione, damnum proueniat, debeat in eius damnum cedere *ex regula damnum de reg. iur.* quia ipse fuerit in culpa, male eligendo, iuxta *l. videamus* 11 *in princip. ff locati l. seruum* 7. §. *Proculus. ff. ad leg. Aquil. toto tit. Cod. de peric. nomin.* Cum debuerit eligere, de quo quilibet sperarer quod omnia bene gereret, vt significant verba *l.* 5. *tit.* 18. *p.* 2. ibi: *deue catar que imbie tal ome en su lugar, que sepa, é pueda facer todas a quellas cosas, que el era tenudo de facer*, notat ibi Gregor Lopez verb. *castigal.* Giurba *dicto cons.* 36. *n.* 14. *&* 16. Cancer. 2. *p. var. cap.* 2. *n.* 87. Platea *in dicta l. nullus Cod. de decurionib. n.* 5. Fulu *n.* 57. latissimè legendus Amaya *à n.* 43. vbi cum Cuiacio, *lib.* 2. *quæst. Papiniani*, addens proprietarium substituentem videri, quasi fideiubere pro substituto, & iudicatum solui pro eo spondisse, vt eleganter docuit Papinian. *in l. Imperator.* 11. §. 1. *ff. ad municip* vbi dict. Cuiac. firmat. † 27
practicatum vidisse, (vt Auditor tunc temporis) in Cancellaria Pintiana Episcopum Chauriens. mulctatum pœna quingentorum ducatorum de bonis temporalibus, quod vicarium quemdam constituisset, qui in casu, quo declaratum fuit vim facere, iussionibus Regiis parere noluit; & cum se absentasset, vel è Regno abstractus esset, nullis relictis temporalibus bonis, Episcopum, qui eum elegit in subsidium fuisse mulctatus tum quia constaret varios officiales mutasse, vt effugeret, seu eluderet Regias iussiones. Tum quia ipse tenebatur tamquam nominator, vel fideiussor; tum quia delictum, culpa, dolus, aut defectus à vicario commissi in officio, debent Episcopo imputari? indeque teneri pro eo, qui in officio deliquit, vt in specie docent Farinac. *de delictis cum multis q.* 24. *n.* 51. Giurba *dicto cons.* 36. *n.* 28. & in propriis terminis Gabriël Pereira *de manu Regia* 1. *p. c.* 1 2. *n.* 14. latius Sesse *de inhibition. c.* 10. §. 1. *ex n.* 13. *ad* 21. idem Amaya, qui testatur etiam de alio fere simili casu in cancellaria Granatensi, & per doctrinã Salgadi *de Regia protect.* 1. *p. c.* 2. *n.* 149. iunctis, quæ de mulctis à sæculari iudice in bonis temporalibus clericorum faciendis, tradunt Greg. Lopez *in l.* 57. *tit.* 6. *p.* 1. *gloss.* 2. Ioan. Garcia *de nobilit. glossa* 9. *à n.* 32. Bobadilla *lib.* 2. *politic. c.* 18. *ex n.* 89. *sese de inhibit. c.* 8. §. 3. *n.* 198. Pereira *supra c.* 7. *n.* 42. Giurba *cons.* 38. *n.* 15. Zeballios *in pract. q.* 879. *n.* 63. Zened. *ad Decret. collect.* 37. *n.* 10 *& in q. pract.* 49. *n.* 42. sed quia talis facultas mulctandi clericos in bonis temporalibus periculosa est; ideo applicando quæ adduxi *in c.* 2. *de iudic. q.* 19. 20. *&* 21. *& sub c.* 17. cumaliis reperies quanto cum temperamento debeant Auditores, & Consiliarij Regij hanc materiam tractare contra Episcopos, & Iudices Ecclesiasticos.

Aliquando substituentem non esse mulctan- 28
dum ex defectu sui substituti, patet, quando substitutio sit ex necessitate, non ex voluntate, veluti si talis substitutio, aut electio fiat superioris iussu, vel ex consuetudine, quia illud officium semper per nominatum, aut substitutum administrabatur, vel si à superiore datum sit sic per verba *legis vnum ex familia* 67. §. *de falcidia ff. de legat.* 2. sic plures relati à Giurba *dict. cap.* 36. *n.* 20. Cancer, *dicta* 2. *p. n.* 87. Fulu. *in dicta l. nullus Cod. de Decurion. n.* 59. Amaya *n.* 47. *&* 48. cum Barbosa, Tiraquello, Zeballos, & aliis, qui & *n.* 49. cum Alberic, & cum Greg. Lopez *in dicta l.* 7. *part.* eum eodem Fulu. *n.* 63. *&* 64. Vincent. de Anna *allegat.* 57 *n.* 24. Giurba *supr. n.* 17. Nouarr. *dicta l. nullus ad finem*, post Oldradum *cons.* 52. qui & etiam loquuntur, & post eos latè *in dicta l. nullus à num.* 50. late idem Amaya in

castellano seu castelli, aut Arcis Præfecto, qui si virum aliàs perfectæ vitæ, & diligenter elegerit, in custodiam Arcis non teneatur ex culpa substituti, sicut teneretur, si substituens in electione, diligenter se gesserit, & eum, qui idoneus reputabatur, substituit, aut elegit.

29 Nunc aduersùs dicta potest replicari dari casus, in quibus præcipui officiales possunt officia per substitutos deseruire, quod est verum, vt accidit in illis, qui illustrem Dignitatem sunt consequuti, vel substituendus esset tantùm aliquis non ad vniuersitatem causarum, sed ad vnum tantùm negotium; item quando commissio data est illa formula, *o nos lo nuestro corregidor, oa vuestro lagarteniente*, non expressis nominibus propriis, vel quando officialis habet à Principe talem facultatem, vel si consuetudine receptum esset: idem Auiaya *supra n.* 28. cum multis.

AD TEXT. IN CAP. V. Sua nobis hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

1 QVIA materia huius textus, quatenus loquitur de iurisdictione, quam habet in Vrbe Papæ vicarius, & non extra, nisi specialiter illi concedatur, potest porrigi etiam ad iurisdictionem quam habent in spiritualibus alij vicarij, & officiales Cardinalium, Primatum, Archiepiscoporum, imo & exercitus; ideo de omnibus istis maxima cum breuitate tractare intendo.

QVÆST. I.

An vicarius Papæ habeat iurisdictionem in alios officiales Papæ, non solùm in vrbe, verùm & extra? Et in quibus casibus, aut circa quæ habeat cognoscere, siue disponere? Et an officium eius expiret mortuo Pontifice? Vbi de aliis Vicariis mandatariis Papæ. An vice-cancellarius Papæ præponatur administrationi, iustitiæ, seu alij speciali officio Pontificis? Et num morte, Papæ expiret? Quid de camerario commissario cameræ, & de Clericis de camera, siue Magistro viarum? De Pænitentiario summo, siue Bibliothecario? Et an isti post mortem Pepæ durent in officio? Præpositus in officio Sacræ generalis inquisitionis, aut cuilibet alij officio ad libitum Romani Pontificis, sint eligendi è Sacro Cardinalium Collegio.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Papæ, est velut ordinarius in Diœcesi Summi Pontificis, habens iurisdictionem in clericos, datus quasi vnus Episcopus ex Cardinalibus* vt n. 2.

3 *Vicarius Papæ habet cognoscere causas ciuiles, & criminales Clericorum, & matrimonialium actiuè, & passiuè, priuatiuè quoad alios Vrbis iudices, & causas alienationum bonorum Ecclesiæ, & de causis vsurarum inter iudæos, & Religiosorum, confraternitatum, & Hospitalium, & inter Hebræos, & Apostatas, vt* n. 4. & 5.

6 *Vicarius Papæ habet visitare Monasteria etiam exempta in vrbe, qui & cognoscit summariè causas miserabilium, potest synodum congregare pro correctione morum cleri Romani, & consecrat Ecclesias* n. 7.

8 *Vicarij Papæ iurisdictio non expirat, mortuo Pontifice; quid si datus esset ad tempus, seu bene placitum* n. 9.

10 *Vicarij Papæ mandatarij possunt deferre claues argenteas in Ecclesia lateranensi tantùm, & in processionibus priuatis.*

11 *Vestes vicarij Papæ debent esse coloris leonati obscuri, & non Rossa Secca, non ex lana, non ex camisa.*

12 *Vice cancellarius Papæ, qui ante erat priuatæ sortis homo eruditissimus, dictus sic, quia solus Papa est Ecclesiæ Cancellarius.*

13 *Vice Cancellarius Papæ præponitur administrationi iustitiæ in sacro Palatio, & specialiter circa expeditionem Bullarum, super collationibus, & aliis gratiis.*

14 *Vice Cancellarius assistit examini publico, & & priuato eius, qui assumendus est in Rota Auditorem.*

15 *Vice cancellario Papæ subsunt omnes officiales cancellariæ.*

16 *Vice cancellarij Papæ officium videtur cessare morte Pontificis, fallit & abreuiatorum, scriptorum, & aliorum, vt* numer. 17.

17 *Bullæ quæ iam plumbatæ erant in vita Papæ expediuntur, & per officiales cancellariæ subscribuntur.*

18 *Camerarij Pontificis officium, est assistere eius ærario, & Patrimonio Romanæ Ecclesiæ præesse, quod exercetur, mortuo Papa, vt* n. 19.

19 *Camerarius non est anteponendus vice-cancellario Papæ.*

20 *Camerario, ac clericorum cameræ iurisdictioni subsunt omnes depositarij, Thesaurarij per varia loca statas Ecclesiastici, etiam circa datia, & noua pedagia, & contra Piratas, & contra arma sarracenis deferentes.*

21 *Camerarius solùm habet cognoscere de causis concernentibus interesse cameræ; & sic de contractibus circa id* num. 22. 23. & 24.

23 *Camerarius Papæ habet inhibere, sine Papæ mandato alios iudices in concernentibus Papæ interesse, nisi derogatio fiat manu Papæ subscripta.*

24 *Camerarius committit causas criminales iudicibus ordinariis, & ordinaris, & habet iurisdictionem circa venditionem pignorum Hebræorum, & eorum furta, accipit emolumenta ex collectoria Hispaniarum, & aliorum locorum; non tamen potest dare licentiam communitatibus, vendendi stabilia, & creandi censum, aut faciendi nundinas, de aliis* numer. 25.

25 *Camerario*

25 *Camerario Papæ subsunt omnes officiales vrbis, cui etiam incumbit, Papa viuente, solicitatio, extractio frumentorum, & circa gratias delictorum facultas*, n. 26.

27 *Commissarius cameræ Apostolicæ officium, est habere annexam generalem administrationem Archiuij eiusdem cameræ, qui gaudet priuilegiis clericis de camera concessis, quo non citato, non expediuntur commissiones causarum, nec inhibitiones*, vt n. 28.

29 *Clerici de camera habent cognoscere quascumque causas concernentes eiusdem cameræ interesse summariè, & qui eis subsunt*, numer. 30.

31 *Clerici cameræ Apostolicæ sunt redacti ad septennarium numerum, & sunt exempti à contributione seminarij ratione beneficiorum, quæ obtinent, & sunt commessales Papæ* vt n. 31.

32 *Clerici cameræ sunt sic commessalitati adstricti, vt abesse non possint.*

33 *Magister viarum, siue camerarius potest cogere vicinos ad vendendum domus, quas non inhabitant, & quæ eorum iurisdictio in exercendo iure congrui*. n. 34.

35 *Pœnitentiarij summi iurisdictio quæ? & in quo? qui debet esse Presbyter Magister in theologia, siue Rector in decretorum iure* n. 36.

37 *Camerarij & pœnitentiarij officia durant post mortem Papæ &* n. 38.

38 *Camerarius & clerici de camera non possunt concedere commissionem, si in euidentem super alienationem rerum ecclesiæ.*

40 *Pœnitentiarij officium durat quoad forum conscientiæ mortuo Papa extra forum conquiescit.*

41 *Pœnitentiarius mortuo Papa debet se abstinere à commutatione vltimarum voluntatum ab omnibus, absolutionibus & aliis pluribus.*

41 *Pœnitentiarius summus dum manet inclusus in conclaue nec in foro conscientiæ quidquam expedire valet.*

43 *Cardinalium cœtus sede Apostolicâ vacante poterit subrogare camerarium & Pœnitentiarium loco demortui &* n. 44.

44 *Cœtus Cardinalium etsi sede vacante iurisdictionem non exerceat Papalem limitatur in aliquibus casibus.*

45 *Bibliothecariis Papæ officium* remissiue, *&* n. 47. *cuius officium non vacat morte Papæ.*

46 *Præpositi Cardinales & alij officia exercentes num morte Papæ cessent in officiis &* n. 47.

47 *Officia quæ non suspenduntur mortuo Papa &* n. 48.

48 *Legati transmissi Papæ non possunt reuocari per Cardinales.*

1 AD primam quæstionis partem, præmittendo quod Papæ vicarius est, velut ordinarius in Diœcesi summi Pontificis, qui habet iurisdictionem in clericos, vt docent Sbrocius *de vicario Episcopi lib.* 1. *q.* 5. *n.* 19. Barbosa *hic sub n.* 2. dicens facere quæ Maranta scribit de ordine iudi-
2 ciorum *p* 4 *dist* 5. *n.* 9. † quem vnum ex Cardinalibus Romanus Pontifex, tamquam Vrbis Episcopus populo, & suæ Diœcesi vicarium dat, vt docent DD per textum nostrum, Vestrius in praxi Romanæ curiæ, *lib.* 2. *cap.* 6. Hoieda *de incompatibilitate beneficior. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 1. Azor, *instit. moral p* 2 *lib.* 5. *cap.* 39. vbi late de eius officio Galganatus *de iure publico lib.* 3. *tit.* 39. *n.* 7. Barbosa *de iure Eccles. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 99 ideo de casibus in quibus iurisdictionem habet breuiter scribendum est.

Igitur dicendum est quod vicarius Papæ habet cognoscere causas, tam ciuiles, quàm criminales clericorum Vrbis, & eius districtus, & 3
matrimonialium actiuè, & passiuè, & priuatiuè quoad alios vrbis iudices, † qui & cognos- 4
cit causas alienationum bonorum Ecclesiasticorum, vt patet ex Constit. Pauli III incipit *licet* 3. Nouemb. 1542. apud Laert. Cerub. *in Bullario tomo* 1. *pag.* 671. † imo & iudicat 5
de causis vsurariis Iudæorum, & clericorum in Vrbe degentium, Religiosorumque vtriusque sexus, & confraternitatum laicorum, atque Hospitalium, qui & habet iurisdictionem in Hebræos, si causæ inter eos agantur actiuè; secus si inter alios, nempe christianos; quia tunc habet locum præuentio, vt patet ex Constit. 2. Iulij III apud Laert. Cerub. *tom.* 1. *pag.* 691. incipit *cum sicut* de anno 1550. qui etiam cognoscit de causis Apostatarum, & male translatorum in curia, vt cauit Pius IV. in Constit. III. apud dict. Laert. Cerub. *tom.* 1. *pag.* 3. incipit *sedis* 3. nonis Aprilis 1560.

Imo & habet talis Papæ vicarius iurisdictio- 6
nem visitandi Monasteria etiam exempta in Vrbe, qui & cognoscit summariè causas miserabilium personarum non excedentium summam sexaginta scutorum; & iuuatur per illa, quæ dixi *in c. dilecti.* 6. *de iudiciis q. pen. & fin.* qui & visitat carceres, Vrbes vna cum aliis visitatoribus, & votum dat.

Qui & potest synodum congregare in Roma- 7
no clero pro correctione morum, & consecrat etiam Vrbis Ecclesias, & cæmeteria per se, vel alios: ita sequitur, & coegerit Barbosa *collect. dec.* 712. verbo *vicarius Papæ n.* 1. *ad* 11. *& in Bullario eodem verbo n.* 1. 2. *&* 3.

Ad secundam partem, quia pro disputando po- 8
teris hic reperere quæ dixi *sub q.* 1. Rubricæ, an mortuo Præside, vel Episcopo, expiret iurisdictio vicarij? Tamen illis omissis, respondeo, quod mortuo Papa, non expirat iurisdictio eius vicarij, cum non prohibeatur etiam statim post sedem vacantem ad ordines dimissorias impertiri, eo quod Concilium Trid. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 10. minime restringit iurisdictionem sedis Apostolicæ, quamuis vacantis: sic docent Maiolus *de irregularit. lib.* 4. *cap.* 6. Henriquez *in summa lib.* 10. *cap.* 22. §. 3. Campanil. *in diuersorio iuris canonici Rub.* 9. *cap.* 7. *num.* 6. Barbosa *hic num.* 3. idem ac referens *de officio Episcopi p.* 2. *allegat.* 7. *num.* 13. & iterum *de iure Eccles. dicto cap.* 4. *num.* 99. Gambara *de officio legati à latere lib.* 9. *num.* 78. Machado *in tract. de perfecto confes. tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 7. *tract.* 3. *documento* 3. *num* 3. Iulius Laborius *variar. lucubrat. cap.* 3. *tom.* 1. *tit.* 3. *num.* 45. aliam præstantes rationem, nempe quia cum eius deputatio fieri soleat ad vitam ipsius vicarij per mortem Pontificis, non expirat eius officium, & iuxta eam non erunt impedimento *dicta sub dicta Rubric. quæst.* 1. sed Gambacurta de

Conſt.65.Clem.VIII. incipit *in conferendis* 15.
Kalend.Ianuarij 1599.apud dict. Laert. Cherub.
24 *tom.3.pag.90.alias 66.in nouiſſim. impreſſ.*† Ca-
merarius committit cauſas criminales iudicibus
ordinariis criminalibus, auocat ad ſe cauſas ab
omnibus tribunalibus,& iudicibus, etiam Cardi-
nalibus, habetque iuriſdictionem circa venditio-
nem pignorum Hebræorum, & eorum furta,
emolumenta ex collectoria Hiſpaniarum,& alio-
tom locorum accipit, ſed oon poteſt date licen
tiam communitatibus vendendi ſtabilia, creandi
cenſus,aut faciendi nundinas,vt habetur in dict.
Clem.VII conſt.
25 Qua propter optime alia Conſtit.41.Paul.III.
incipit *Romani* 7.Kaleod.Decemb. 1544. apud
Laert.Cherub.*tom.1.pag.680.alias 558.in no-
uiſſ.impreſſ.*dictum eſt, vt omnes officiales vrbis,
ac Dictionis Eccleſiaſticæ teneantur parere dicto
camerario,& ea de cauſa ſicut ex aliis iam addu-
ctis potuerunt ſe mouere Pontifices Leo X. in
dict. Cooſt.14.& Iulius III.*conſtit.3.* in c.*licet.*
8.Kalend.Martij 1550 apud dict. Laert. Cherub.
*tom.1.pag.*692.ad confirmandum priuilegia con-
ceſſa;item& facultates à prędeceſſoribus ſuis,Ca-
meriano,& clericis de camera.Hæc omnia,&alia
congerit Barboſa *in collect.deciſ.*181.verbo *came-
26 rarius* S.R.E.idem *in Bullario eodem verbo*,†
Habet enim Papæ camerarius, Papa viuente, in-
cumbere ſolidationibus,extractionibus frumento-
rum,gratiis delictorũ,aliiſque ſimilibus,& omnia
præmiſſa exercere,etiam per Auditorem, vt dicit
Iulius Labor,*variar.lucubr.tit.5.c.3.n.57.in fine,*
per gloſſam *in d.clem.ne Romani §.eo de elect.* in
verbo *camerarium*,quæ magnificat illius officium,
& iuriſdictionem.
27 Iam ergo de commiſſarij cameræ officio,dicen-
dum eſt,quod habet annexam adminiſtrationem
Archiuij eiuſdem cameræ,qui nihil ſoluit pro ex-
peditione litterarum ſui officij, quique gaudet
priuilegiis clericorum cameræ,& aliis gratiis, &
procedit contra detinentes, & non reuelantes
ſcripturas cameræ in toto ſtatu Eccleſiaſtico via
executiua,& manu Regia,& contra Prælatos, &
alios prouiſos ingereotes ſe in beneficiis à ſede
Apoſtolica obtentis ante litterarum expeditio-
nem(iuxta doctrinam,quam longe ſcripſi *ſupra
in c.15 de elect.*)& quod illo inſtante proceditur
in cauſis cambiorum illicitorum,vt Sixti V. cauit
in ſua Conſt.44 incipit *ad excelſum* 5.Id.Octob.
1586 apud Laert.Cherub.*in Bullar.to.2.pag.*550.
28 *alias pag.418.in nouis;*† imo & Pius IV.in conſt.
51.incipit *attendentes* de anno 1568.apud d.Laert.
tom.2.pag.146.alias 186 in nouiſſ.impreſſ. addit
quod dicto cameræ commiſſario non citato, non
expediantur commiſſiones cauſarum, nec inhibi-
tiones in cauſis ſpoliorum:hæc dicit,ac refert Bar-
boſa *in collect.deciſ.*190 verb. *commiſſarius ca-
meræ*,idem *in Bullario dicto verbo*, vbi dicitur
quod ſit Papæ commeſſalis,& familiaris.
29 Vnde iam diſſerendo de officio,& iuriſdictio-
ne clericorum cameræ,dico quod dicti habent co-
gnoſcere quaſcumque cauſas concernentes eiuſ-
dem cameræ intereſſe ſummarie, & ſine ſtrepitu
iudicij, ſola facti veritate inſpecta, vt cauetur
ab Innoc VIII in Conſt.4.incipit *cum ſicut* 5.
Kalend.Septembris 1485.apud dict.Laert. Che-
30 rub.*tom.1.pag.*176. alias 335 in nouis.† Et ad id
eorum iuriſdictioni ſubſunt Dohanerij,cura do-
hanæ,Ripæ,mercium,graſciæ,ſalis, aluminum,
patrimonium,Zecchæ,carceres,ſtratæ,tam vrbis,

quam cæterorum locorum ſtatus Eccleſiaſtici
conſiſtentes,vt habetur ea Leone X.*in ſua dicta
conſtitut.*24.incipit *licet* 17.Iunij 1517. apud d.
Laert.*dicto tomo 1.pag.*514. *alias* 436. *in nouiſſ.
impreſſ.*
Sunt etiam clerici cameræ Apoſtolicæ redacti 31
ad numerum ſeptem,vt patet ea Conſtit. 13.Eu-
genij IV.incipit *inter cætera* 8. Id. Iulij 1444.
apud Laert Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.*
279.*alias pag.*265.*in nouis,impreſſ.* qui exem-
pti ſunt à contributione Seminarij ratione bene-
ficiorum, quæ obtinent,teſte Aldano *in compen-
dio,canonic. reſolut.lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 1. di-
cente ſic declaratum à Sacra Congreg. Epiſ-
copor & regul. in Marceratan. 12. Mai, & in
Perúſina 17. eiuſdem 1604. † qui ſunt com- 32
menſales Papæ, quique debent deſcribi in libris
Cancellariæ ad effectum, vt præferantur in gra-
tiis, vt decreuit Sixt. IV. in Conſtit. incipit
diſpoſitione, 16. Kalend. Februarij 1472. apud
Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 332. *alias* 302.
in nouiſſ. impreſſ. ſed ſunt ita commeſſalitati
adſtricti, vt abeſſe non poſſint abſque licentia
camerarij, vel Decani, vt decreuit Pius IV.
Conſtit. 87. incipit *cum inter* Kaleod. No-
uemb, 1564. apud eundem Laert. Cherub. *tom.*
2. *pag.* 122. *alias* 91. Et hæc recolligit Bar-
boſa *in collect. deciſ.* 160. verbo *clerici ca-
meræ Apoſtolicæ*, idem *in Bullario eodem
verbo.*
De camerario, & Magiſtro viarum dicen- 33
dum eſt, vt poſſint cogere vicinos non habi-
tantes Domus, illas vendere aliis, qui illas refi-
ciant,vt decreuit Sextus IV. Conſtit. 60. inci-
pit *etſi* pridie Kalend Iulij 1480. apud Laert.
Cherub.*tom.1.pag.* 360.*alias* 435.*in nouiſ.im-
preſſ.* † Et qualis ſit eorum iuriſdictio io exer- 34
cendo iure congrui, cauit Gregor.XIII.*conſtit.*
22 incipit *quæ publica*, Kalend Octob. 1574.
apud Laert Cherub.*tom.2.pag.*387.vt refert Bar-
boſa *in dict. collect.deciſ.*81.verbo *camerarius* S.
R.E.*n.6.&* 16. qui repetit ſub eodem verbo *in
Bullario.*
De Pœnitentiario ſummo,cuius officium ver- 35
ſatur circa officium curæ pœnitentialis, id eſt in
caſibus conſcientiæ, & diſputationibus, aut ab-
ſolutionibus circa hæc à ſede Apoſtolica obti-
nere, qui vtitur opera aliorum pœnitentia-
riorum minorum, quorum eſt pœnitentium
confeſſiooes audire, & eos à cenſuris Eccle-
ſiaſticis, & pœnis, ac delictis abſoluere iux-
ta delegatam ſibi à ſummo Pœnitentiario au-
thoritatem, Azor *inſtit. moral.dicto lib.* 5. *cap.*
38. Machado *de perfecto confeſ. dict. tract.*
5. *docum.* 3. Barboſa cum aliis *dicto lib.* 1. *de
iure Eccleſ.cap.*4. *n.*97. *&* 98. item *collect.
deciſ.*580. verbo *Pœnitentiarius maior*, & *in
Bullario eodem verbo*, de quo etiam Caſſaneus
*in catalogo gloriæ mundi.p.*4. *conſideratione* 17.
Iulius Laborius *variar. lucubrat. tom.* 1. *lib.* 1.
tit. 3. *cap.* 3. *num.* 39. *&* 40. † qui & debet eſſe 36
Presbyter, Magiſter in Theologia, ſiue De-
cretorum Doctor; quod ſi abſit, tenetur ſub-
rogare pro Pœnitentiario, vt habetur in con-
ſtit.83 Pij V,incipit *in omnibus* 15. Kalend. Iu-
nij 1569. apud eundem Laert. Cherubin. *in
Bullario tomo* 2. *pag.* 115. *in impreſſ. nouiſ-
ſim.*
Ad quintam quæſtionis partem,an camerarij, 37
commiſſarij cameræ,atque clericorum de camera,

& Pœnitentiarij officia durent post mortem Papæ? Et circa quæ, præhabitis quæ dixi *in Rub. hic sub dicta q. 1. & in hac quæst.* in vers. *ad secundam* breuiter respondeo, vt camerarius, & clerici de camera, sede Apostolica vacante, possint ad hæc incumbere exactionibus pecuniarum, & prouisioni rerum pro statu præsenti, dumtaxat, cuius rei rationem tradit Iulius Labor. *variar. lucubration. dicto tit. 3. cap. 3. n. 36. & 37.* ne minimum intentus suæ amplissimæ iurisdictioni, negligat temporales redditus Ecclesiæ, sine quibus spiritualia rite gubernari non possunt, *cap. si quis obsecerit 1. q. 3. cap. ex officij de præscript. & retardetur etiam*
38 *pauperum sustentatio cap. pasce 86. dist.* † cum ad eundem camerarium spectet temporalia pauperibus erogare glossa *in dicta clem. 2. de elect. §. eo verbo camerarium,* vt à reliquis se abstinere debeant; sicut statutum est in Constit. 63. Pij IV. incipit *in eligendis* 7. Id. Octob. 1562. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 91.* & ex alia Constit. 69 Pij V. incipit *volentes* 17. Augusti 1568. apud dict. Laert. Cherub. *tomo 2. pag. 266. alias 200. in*
39 *nouiss. impress.* † Cauetur quod camerarius, & clerici cameræ non possint concedere commissionem in forma, si incidentem super alienationem rerum Ecclesiæ, & præhabitam conclusionem confirmant, Iulius Labor. *variar. lucubrat. tom. 1. tit. de conclaui, & conclauistis cap. 3. à n. 36.* latè aliquid Azor, *instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 37. a principio.* Barbosa *de iure Eccles. p. 1. dict. cap. 1. num. 96. in fine.* idem *in dict. collect. decis. 81. ex num. 14. & in Bullario,* sub vers. *camerarius* S.R.E. Doctores per textum *in clem. ne Romani de electione §. eo tamen,* vbi idem Barbosa *num. 11.* qui *in dicta collect. num. 17. & in Bullario* refert cautum à Paulo V. *constit. 72.* incipit *cum nos* de anno 1612. apud Laertium Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 186.* quid camerario soluendum pro Sigillo, & idem Cherub. *dicto tom. 3. pag. 264. alias 194.* adducit reformationem eius, quam edixit idem Paulus *constit. 71.* incipit *vniuersis* de anno 1611. quæ repetit Barbosa *in Bullario sub dicto verbo.*

40 An vero officium Pœnitentiarij summi, vacante sede, duret, & in quibus? absolute videntur tenere aliqui ex adductis; sed alij subdistinctione, & melius: nam Iulius Labor *vbi supra numer.* 39. admittit officium Pœnitentiarij durare quoad forum conscientiæ ad vitandum periculum animarum subdens *ibi numer.* 40. extra forum conscientiæ eorum officium conquiescere veluti in dispensationibus matrimonialibus, absolutionibus, nec non alijs quibuscumque expeditionibus forum, vt aiunt fori mixtum, vel separatum, quomodolibet concernentibus, vt ista; idemque procedere quoad forum conscientiæ in pœnitentiariis minoribus, qui & retinent officium, vt maior: ita Laborius, quem sequitur idem Barbosa *de iure Ecclesiast. dict. cap. 4. num. 98.*

41 Vnde dicendum est, quod debet se abstinere à commutatione, vel derogatione vltimarum voluntatum, & ab vnionibus, suppressionibus beneficiorum Ecclesiasticorum, & ab absolutionibus Simoniacorum, nec concedit absolutiones, vel mandata absoluendi ab homicidiis, & aliis grauibus delictis nec commissiones alienationis bonorum Ecclesiasticorum *si in euidentem,* nec homicidæ voluntario, etiam canonicè absoluto altaris ministerium, nec ascensum ad superiores ordines, & restitutionem, aut retentionem beneficiorum, quibus priuatus fuit, nec concedit Apostatis licentias obtinendi beneficia Ecclesiastica, ac in illis deseruiendi: sic de omnibus statuit Pius IV, *constit. 52.* incipit *in sublimi* 4. Nouemb. Mai 1562. apud Laert. Cherub. *in Bullaria tom. 2. pag. 71. alias 53.* in nouissim. impress. refert, & sequitur idem Barbosa *collect. decis. 580. n. 1. 2. & 3.* verbo *Pœnitentiarius maior,* idem *in Bullario eodem verbo,* qui cum Iulio Laborio refert Constit. Pij IV. *in dicta clem. ne Romani de elect. sub n. 12.* incipit *in eligendis §. 10.* vers. *Pœnitentiarius vero,* quæ est *in Bullario nouo in ordine 61.*

Et idem Iulius Laborius, quem refert, ac sequi videtur idem Barbosa *in dicta clem. sub dicta num. 12.* addit quod, nec in foro conscientiæ summus Pœnitentiarius posset aliquid expedire, dum manet inclusus in conclaui; quia licet retineat iurisdictionem, non tamen retinet exercitium, cum sit impeditus extra negotiari, quo impedimento cessante, veluti si vellet manere extra conclaue (pro vt fecit Cardinalis Tusculanus) dicit, vt bene posset concernentia conscientiam expedire pro vt etiam posset intra conclaue quoad illos, qui in eodem conclaui existunt. 42

Notandum vero est, quod si sede vacante Apostolica, contingat mori, aut deficere camerarius S.R.E. aut summus Pœnitentiarius, tunc posse cætum cardinalium pro tempore vacationis alios subrogare; quemadmodum DD. colligunt ex *dicta clem. ne Romani de elect. dict. §. tamen.* vt ex antiq. Abbas, Ancharran, Imola Zabarel. Panormit. Paulus de Eleazar, Bonifacius de Vitalinis, & alij ex ordinatiis, late Iulius Labor, *variar. lucubrat. tom. 1. tit. de conclaui, & conclauistis. cap. 3. à n. 26.* Azor aliquid *instit. moral. dict. p. 2. lib. 4. cap. 3.* & alij, qui quamuis ex *dicta clem.* doceant quod cætus cardinalium sede vacante, iurisdictionem Papalem non exercet, sed limitant, in quantum permittit concilium Lugdunens. & in casibus, quibus cauetur *eadem clem.* de quibus Machado *en su perfecto confes. tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 3.* Iulius Labor, *dicto cap. 3. tit. 3.* Azor, *dicto cap. 3. quæst. 1.* Campanil. *in diuers. iuris canonici Rub. 7. cap. 6. ex num. 76.* ac statuit etiam D. Pius IV. *in dicta constit. in eligendis,* sub data Rom. Idibus Octob. 1562. vt *in Bullario nouo tom. 1. pag. 91.* vt retuli *in Rubr. de officio Archipresbyter. quæst. 2.* dum egi *ibi* de cardinalibus. 43

De Blibiothecario S. R. E. fit mentio *in cap. Adrianus dist. 63.* qui semper est vnus ex Cardinalibus, vt docent Petr. Gregor. *syntagm. iuris p. 2. lib. 18. cap. 42. num. 15.* Barbosa *de iure Eccles. dicto cap. 4. p. 1. num. 99. in fine.* 44

Item & præpositi officio sacræ generalis, & alij aliis officiis Præpositi, quæ solent exerceri per Cardinales ad libitum Romani Pontificis, & quorum ratione ipsi Cardinales non sortiuntur aliquam prærogatiuam in his, quæ spectant ad officium Cardinalium in eorum collegio, vt dicit decisum Seraphin. *in decis. 716. num. 6.* Barbosa *de iure Eccles. dicta p. 1. cap. 4.* 45

cap.4.n.64. Dubium poteſt eſſe,an eorum officia morte Pontificis, ſedeque Apoſtolica vacante, vacent; & videtur, vt vacent, quia vt colligunt DD.iam *ſupra* adducti *in dicta Clem.ne Romani de elect.* ex verſ.*quorum officium dicto §.eo tamen,* in vrbe Romana omnia alia officia præter expreſſa *in dicta Clem.* ſuſpenduntur vſque ad electionem noui Pontificis: ſic refert. Barboſa *in dict. Clem.n.13.*

46 Sed & ſi reſpectu Bibliothecharij ita contingat,aliorumue, officiorum ſine iuriſdictione: tamen de Prepoſitis Cardinalibus S. generalis in-
47 quiſitionis † aliter videtur dicendum ad ſimilitudinem aliorum Inquiſitorum exiſtentium ad cauſas fidei in vrbe Chriſtiano, quorum officia durant,& mortuo Pontifice,& mortuo in his Regnis Hiſpaniæ quolibet Generali Inquiſitore, qui habet ex Bullis Pontificiis inquiſitores nominandi,& ex legitima cauſa reuocandi.

48 Quod inquam confirmari videtur, nam legati tranſmiſſi à Pontifice defuncto non poſſunt per Cardinales reuocari,niſi neceſſitas vrgeat, vt dicit Iulius Labor *variar. Lucub, dicto cap.3.n.14.* Barb.*d.c.4.de iure Eccleſ.n.32.in fine,*ex quo videtur quod nō ceſſat legatorum iuriſdictio,& quod ſic ſint alia plura officia, quæ non ſuſpenduntur Pontificis morte,circa quæ ſtandum eſt ſtylo Romanæ curiæ, dictum tamen delegato à latere, ſi res eſt integra, veluti ſi nondum ab vrbe diſceſſit, videtur limitari,quia eius officium, & Iuriſdictio expirat tunc, *cap. nos de cauſa de officio legati*, Gambacurta *de officio legati lib. 4. n. 9.* ſecus ſi poſt diceſſum,& re non integra,*cap. 2. de officio leg lib.6.* Vbi Ioan. Andreas,& alij, Iulius Laborius *dicto tit.3.cap.3.n 42.*

QVÆST. II.

An vicarius Papæ ratione ſui officij, ſine Epiſcopi proprij licentia, ordinare forenſem poſſit? An Auditor cameræ habeat iuriſdictionem ordinariam, & circa quæ? Et qualem Auditor Rotæ & confidentiarum? Et num morte Papæ expirent eorum officia? Qualiterque vendantur Auditoriatus, & Clericatus cameræ? Qui dicantur cubicularij Papæ, & ad effectum regulæ reſeruatoriæ? Datarius Papæ quale officium exerceat? Et quæ velit Dataria, vt exprimantur? Et an officiales Pœnitentiariæ debeant eſſe conſtituti in aliquo ordine.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Papæ verius eſt vt non poſſit ordinare forenſem ſine licentia proprij Epiſcopi contra Rotam in vna firmiana, niſi cum expreſſa Papæ facultate,vide* numero 5. 7. & 8.

2 *Facultas conceſſa à Papa eius vicario, vt ordinet, creditur ſic per atteſtationem vicarij tempore ordinis* n.3.

3 *Cardinali atteſtanti de facultatibus ſibi competentibus plene credendum eſt ratione ſui officij.*

4 *Cardinali ſe eſſe iudicem, vel delegatum, non creditur in his, quæ ſunt magni præiudicij, vt* n.5.& 6.

5 *Vicario Papæ creditur in his, quæ atteſtatur non magni præiudicij.*

6 *Aſſerenti ſe eſſe iudicem non eſt credendum quamcumcumque ſit perſona authoricabilis, niſi prius conſtet plene de mandato.*

7 *Ordinatus à vicario Papæ, eo ipſo quod ſit Clericus, eſt capax penſionis, non obſtante, quod illegitimus eſſet; ſic vt nec egeat alia peculiari diſpenſatione, vt* n.8.

9 *Auditor cameræ Apoſtolicæ, dicitur iudex ordinarius, &* n.10.

10 *Auditor cameræ eſt iudex competens quorumcumque Prælatorum, officialium curiæ, oratorium Curialium, notariorum cameræ, & familiarium eorundem, & campſorum, Mercatorum, & penſionum, etſi ſolutio alibi eſſet facienda, & executor litterarum Apoſtolicarum. Et quare?* n.14.

11 *Auditor cameræ decernit monitoria ad partes, cenſuras promulgat, & ſolus cognoſcit de cauſis, & litibus.*

12 *Auditor cameræ olim tantum cognoſcebat inter curiales Romanæ curiæ, hodie eſt iam executor gratiarum Apoſtolicarum.*

13 *Auditor cameræ poteſt citare hic in partibus in prima inſtantia, non obſtante Trid.* in cap. 20. ſeſſ.24 de reformatione, *& auocare cauſam ad curiam.*

15 *Appellari non poteſt ab Auditore cameræ procedente vigore cameralis obligationis.*

16 *Auditoris cameræ præcipua iuriſdictio eſt ad audiendas, procedendas, atque finiendas cauſas delatis per appellationem; & auocationem ex iudicibus inferioribus.*

17 *Auditores cameræ vulgo dicuntur Rotales iudices.*

18 *Auditores cameræ quibus priuilegiis gaudeant, & eorum locum tenentes.* & n. 19. & 10.

21 *Auditoris cameræ Decanatus ſpectat ad Auditorem etiam Abſentem ex cauſa publica.*

22 *Auditores Rotæ nequeunt cognoſcere de ſuis familiaribus, aut conſanguineis, & affinibus vſque ad ſecundum gradum, nec alius collega.*

23 *Auditor confidentiarum cauſarum, eſt qui cognoſcit de cauſis ſimoniæ, eiſque connexis, & eſt competens, etiam reſpectu quorumcumque Prælatorum, & Cardinalium circa dictas cauſas, ſiue vrbis, ſiue orbis, in quibus procedit ſummarie.*

24 *Auditor confidentiarum habet cognoſcere ex mero officio ad procuratoris fiſcalis denunciationem, & partium accuſationibus contra ſimoniacos.*

25 *Auditores cameræ, & confidentiarum morte Papæ non ceſſant in officiis, in iuriſdictione eſt difficilius, &* num.16.27.& numero 28.

26 *Auditores cameræ, & Mareſcalium, videntur iudices ordinarij in procedendo, etſi ſint delegati in ſententiando.*

28 *Auditorum cameralium iuriſdictio in cauſis iam cœptis, morte Papæ non expirat* n. 29. & 30.

29 *Officia Romanæ curiæ morte Papæ dicuntur dormire, non expirare.*

30 *Auditori cameræ quæ expediant, morte Papæ.*

31 *Auditorum Rotalium officium vacat per promotionem ad Ecclesias Cathedrali.*

32 *Auditor Episcopi Canonicus debet sedere in loco suæ receptionis.*

33 *Auditoriatus, & Clericatus cameræ officia, qualiter venduntur.*

34 *Datarius Papæ quale officium exerceat & quæ velit Dataria, ut exprimuntur ad expeditionem gratiarum. Et num expiret morte Papæ; quare etiam expedire eo tempore possit & n. 35. & 36.*

36 *Gratia de stylo nam sit subreptitia, si non exprimatur ordo.*

37 *Pœnitentiaria officiales debent esse in aliquo ex sacris ordinibus.*

1 APplicatis hic ad primam quæstionis partem dictis *supra in cap. cum contingat. 11. de ætate, & qualitate ordinandor.* pro ampla disceptatione huius dubij, vbi de Abbate Presbytero, & benedicto conferente ordinem clericalem, iam nunc potest esse dubium, an vicarius Papæ ratione sui officij possit ordinare forensem sine proprij Episcopi licentia; Dequo ego dubito, nisi habita ad id Papæ facultate, quia etsi Rota in vna firmana pensionis 15. Decemb. 1627. coram R.P.D. Durand. firmauerit vicarium Papæ posse ratione sui officij prima tonsura ordinare forensem sine Episcopi proprij licentia; sed Barbosa, qui in præsenti *n. 4.* eam refert; alia de pensione adducens iuxta quæ tetigit *in cap. proposuit. 5. de filiis*

2 *Presbyterorum n. 4.* † Dicit tamen facultatem habitam à vicario, probari ipsius vicarij attestatione in Clericatus litteris commemorata; quatenus ibi attestabatur illum ordinasse in vim facultatum Apostolicarum, cuius attestationi standum esse, vtpote facta tempore ordinis suscepti, quo non agebatur de alicuius præiudicio, docet idem Barbosa cum Puteo *decis. 449. lib. 1. & decis. 140. & 347. lib. 5. in Correct.* Mohedan. *deciss. 51. n. 2. de renunciat.* Achiles *decis. 2. n. 5. de filiis Presbyter,* Rota *decis. 351. p. 1. recent.* pro quo faciunt, quæ *supra* dixi de fide, quam faciunt libri Parochialis Ecclesiæ *in cap. 2. de officio Archipresbyteri sub q 2* & quæ dixi *in cap. 7. de probationibus,* de credendo litteris Episcopi.

3 Et faciunt sequentia, nempe, quia attestatio fit ab illustrissimo Cardinali Papæ vicario in curia degente, cui propter præsentiam Papæ, creditur de commissione sibi data, vt dixerunt Gabriel. *commun. opinion. tit. de probat. conclus. 3. n. 10.* Caputaquen *decis. 91. p. 1.* Seraphinus 1292. *num. 2.* item quia cum attestatur de facultatibus sibi competentibus ratione sui officij plene credendum est, vt dicunt idem Gabriel *dict. conclus. 3. n. 10.* Monachius *de urbitr. q. 66. n. 10* Rota in Ianuen. Parochialis 19. Aprilis 1610. coram D. Durando, Barbosa *hic dicto n. 4. in fine,* addentes etiam credendum sine speciali mandato.

4 Sed hæc labefactari videntur, quia, vt ait Archidiaconus *in cap. nihilominus n. 4.* Patianus *de probationib. lib. 5. cap. 43. n. 42.* nec personæ nobilissimæ, vt puta Cardinali dicenti se esse iudicem, vel delegatum, credendum est ei dicenti, nisi probaretur: quare Præpositus *in cap. quod super his n. 3. colum. fin. de fide instrument.* latissime Felinus *n. 1. vers. secunda conclusio col. 3.* vbi Geminian. *n. 5.* Ioannes de Imola optime *n. 3. colum. fin.* idem Felinus *in cap. cum in iure n. 7. vers. vltimo vbi quæritur de officio deleg.* plene idem Patianus *dicto lib. 2. cap. 33. vers. legatis autem incumbit,* dicunt quod quamuis legatus sit recipiendus, & ei credatur, si est notus; non tamen sine litteris debeat aliquid, vt legatus iudicare.

Tamen esto, quod vicarius Papæ non possit 5 ipso officio tonsurare aliquem sine speciali mandato, dicendum est iuxta relatam decis. Rotæ, ac doctrinam Menochij, Gabriel, & Barbosæ, credendum esse dicto vicario cum facultate ordinasse absque alia comprobatione, quia in casu, de quo hic loquimur non agitur de magno tertij præiudicio, in quo procedit Doctrina de Cardinali, non credendo attestanti, se esse iudicem, vt etiam dixit Abbas *in cap. præterea col. 2. vers. ego concordando,* quem sequitur idem Patianus *dicto cap. 42. sub. n. 41. vers. & hanc.* † Dum dicunt 6 quod quando agitur de grauissimo præiudicio, non est credendum asserenti se esse delegatum, quantumcumque persona sit authorizabilis, nisi prius constet plene de mandato, non itero quando agitur de leui præiudicio, qui satis exemplificant, & non male commendat Felinus *in dicto cap. quod super his dicto n. 10. vers. secunda conclusio* cum sequentibus Anania *in dicto cap. cum in iure num. 7.* & videndi sunt Angelus, Alex, & alij *in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit.*

Et amplius comprobat Barbosa *hic sub dicto* 7 *n. 4.* ex facto eiusdem Rotæ in vna firmana 15. Decemb. 1627. dum censuit translationem pensionis factam ad fauorem illius ordinati à prædicto Papæ vicario, fuisse validam, non obstante quod illegitimus esset, quia eo ipso, quod est clericus, fit capax pensionis, etiam super Cathedralibus absque alia expressa dispensatione, vt dixi *in dicto cap. proposuit. 6. de filiis Presbyteror.* vbi probaui, ac probarunt Sarnen. *in regula annali q. 21. in fine,* Gambara *de authorit. legati lib. 6. n. 28.* Nicolaus Garcia pluries decisum, & Barbosa *in dict. cap. n. 4.* coram Seraphino, Orielano, Litta, Blanqueto, coram Robusterio, Gyprio, & Burato *de beneficiis p. 1. cap. 5. n. 117.* in addit, & coram aliis, nempe Coccino Decano, D. Merlin. & Du- 8 rand. *in dictis decis.* † dicentes quod perpetuo Rota seruauit, nempe, vt si illegitimus præuia dispensatione sit ordinatus, eo ipso efficiatur, ac censeatur capax pensionis, absque alia peculiari dispensatione, pro vt reiecta Gigantis, & Rebuffi opinione, perpetuo Rota tenuit, & sic legitimo ordinatum censeri illum, de quo attestatur ipse vicarius Papæ in litteris suis, vel quia eo ipso quod creatus fuerit, eam facultatem cum ipso officio habet, vel quia speciali licentia Papæ expressa, aut tacita fecit quæ satis probetur ex facto sequenti datæ pensionis ad fauorem illius ordinati, vt patet ex dicta decis. firmana pensionis.

Ad secundam quæstionis partem, an Auditor 9 cameræ Apostolicæ habeat iurisdictionem, & qualem in quo dubio dico, quod talis est iudex ordinarius, in terminis docent Petrus Barbosa cum Iasone, Purpurato, & aliis *in l. cum Prætor. 51. n. 75. ff. de iudiciis,* Flores de Mena *lib. 2. q. 12. n. 6.* Iulius Laborius *variar, lucubration. tom. 1. tit. de Conclauistis, & Conclaui cap. 3. n. 51.* Legendus, & alij DD. per glossam *in clem. ne Romani de electione sub §. eo verbo expirare ibi &*

Auditor

Auditor cameræ habet ordinariam, & comprobatur ex *infra* dicendis de vicario generali Episcopi *q.4.* hic.

10 Quare dici debet quod talis Auditor, est iudex competens causarum quorumque Prælatorum, officialium curiæ oratorum, Curialium, Notariorum cameræ, & familiarium eorundem, & campsorum, Mercatorum, & pensionum, quamuis solutio alibi facienda esset, & executor omnium litterarum Apostolicarum, solus, ac priuatiue, (vbi alij vero deputati cumulatiue) qui & remissorias, & compulsoriales dat, de quibus dixi *in cap. fin. de foro comp. q. fin. §. 6. & §. 7.* vbi de formula

11 exequendi dixi. † Item decernit monasteria, ad partes, censuras promulgat, & alia facit, ac solus cognoscere est de causis, & litibus ortis vigore obligationis cameralis, vt patet ex Constit. 33. Pij IV. incipit *ad eximia* Kalend. Maij 1561. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 47.* & ex alia Constit. 29. Pauli V. incip. *eximia* 17. Kalend. Octobr. 1606. apud eundem Cherub. *in Bullario*

12 *tom. 3. pagina 212. alias 156.* † Quod si plora desideras scire delata iurisdictione Auditoris cameræ, leges ex pluribus per plures conclusiones & illationes, Flores de Mena *variar. tota quæst. 12.* vbi *n. 1.* dicit, quod antiquitus solùm habebat cognoscere in prima instantia inter curiales Romanæ curiæ residentes, sed hodie, vt sit executor gratiarum Apostolicarum, litterarum pensionis, sententiarum Rotæ, & quod cognoscit in turbantes possessores beneficiorum.

13 Imo quod possit hic in partibus citare in prima instantia, non obstante *Trid. cap. 20. sess. 24. de reformat.* referunt declaratum Sellius *in selectis Canonicis cap. 72. n. 20.* & late agens Videndus Barbosa *in praxi exigendi pensiones*, idem *in collect. decis. Bullar. 50. n. 6. & 7.* verbo *Auditor*, idem *in Bullario*, verbo *Auditor cameræ*, & possunt hic adiungi aliqua, quæ dixi *in Rub. de foro compet.*, dum scribens de casibus, in quibus limitatur dicta. Trid. dispositio, posui casum auocationis causæ ad Romanam curiam, & in terminis adducunt Sellius, & Barbosa, Sact. Congreg. Episcopor. declarationem in Pistoriens. 18. Aprilis 1595. & procedit etiam contra debentes salaria officialibus curiæ Romanæ, Flores de Mena *dicta q. 12. n. 50.*

14 Tantaque est eius iurisdictio, vt ab Auditore cameræ Apostolicæ, procedente vigore cameralis obligationis, appellari non possit, vt tradunt Sccacia *de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 27. limit. 9. con. 7.* Galganet *ad statuta vrbis cap. 179. lib. 1. sub n. 40* vers. *seu mandati*, Rota *decis. 626. n. 2. p. 1. diuers.* Zachi *de obligatione camerali post quæst. 37.* Gelasij *ex n. 2.* Barbosa *de iure Ecclesiast. 1.*

15 *p. cap. 39. §. 3. n. 39.* † Qui loquens de causa accessus, dicit specialiter commissam, omni, & quacumque appellatione remota, & *n. 50.* qui & *n. 87.* ait quod Auditor cameræ, tamquam expresse delegatus ad certarum causarum generalitatem, est iudex competens, ex quo fit à papa delegatus: sic cum Massa. Vestrio. & Chocher.

16 Auditoris inquam Rotæ iurisdictio, præcipue quidem est ad audiendas, prosequendas, atque finiendas causas, q. æ media appellatione deuoluuntur, aliouè remedio inhibitionis, aut auocationis ex iudicibus aliis inferioribus suo ordine iuxta gradus, de quibus dixi *in cap. 7. de appellat.* coram quibus actuatæ fuerunt, & sententiatæ.

Et dicuntur vulgo Rotales iudices, quod per 17 Rotam, seu circulum causas disceptare, & cognoscere soleant nuncupari, alias Auditores Sacri Palatij, qui his soluendis quæstionibus plurimum operis & temporis insumunt, vt Anastasius Germonius docet de indultis Cardinalium *n. 11. in proœmio.*

Qui etiam gaudent omnibus priuilegiis, & gra- 18 tiis referendariorum, potiunturque exemptione à Gabella vini ex Constit. 12. Pauli III. incip. *Romani* 13. Augusti 1537. apud Laert. Cherub. *tomo 1. pag. 634. alias 525.* qui & eorum locum tenentes habent facultatem recitandi horas canonicas etiam postpositis horis missam ante Diem celebrandi, stationes vrbis propriam visitando cappellam, vtendi Carnibus etiam Diebus prohibitis de Concilio vtriusque Medici vescendi, litterarum Apostolicarum expeditionem gratis habendi. † Qui etiam obtinent exemptionem alle- 19 gatorum ordinariorum, & aliorum superioritate, à Decimis, p. dagiis, & gabellis, & aliis oneribus, & quod his priuilegiis, non censeantur derogatum per litteras Apostolicas habentes, clausulam, *quod tenores, & formæ illarum habentur pro expressis.*
† Et quod non comprehendantur Auditores, aut 20 locum tenentes, nisi eorum nomina, & cognomina in eis expressa fuerint, vt habetur decretum in Constit. 11. Clem. 7. incipit *conuenit æquitati* nonas Augusti 1525. apud Laert. Cherub. *in Bullario tomo 1. pag. 577. alias 485. in nouis impress.* † Et quod Auditorum Rotæ Romanæ De- 21 canatus cum omnimoda præcedentia spectat *ad antiquiorem* tempore vacationis in curia præsentem, aut absentem, ex causa publica, patet ex Constit. 81. Pij IV. incipit *dudum* 6. Kalend. Augusti 1561. apud Cherubin *tom. 2. Bullar. pag. 89. alias 67. in nouis.*

Et quamuis eorum iurisdictio sit ampla, ta- 22 men ex Constit. 44. Pij V. incipit. *inter* 6. Kalend. Ianuarij 1561. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 58. alias 44. in nouis*, in qua habetur, vt Auditores Rotæ Romanæ, nequeant cognoscere de causis suorum familiarium, nec non consanguineorum, & affinium, vsquead secundum gradum, imo nec vt tractentur coram aliis Collegis, Domino familiaris absente, seu se abstinente à cognitione, quæ sunt iuxta iuris regulas; refert Barbosa *in collect. decis. 50. ex n. 1.* dict. verb. *Auditor* vsque ad *n. 5.* & in Bullario, verbo *Auditor Rota*. Quod si alia desideras scire de his Auditoribus Rotæ, leges ex proposito agentes, etiam de eorum institutione, Octauian. *de stylo Curiæ lib. 2. cap. 17.* Axor *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 41.* Lotterium *de re beneficiaria in apparatu*, Lælium Zechium *de Repub. Ecclesiast. cap. 11.*

Auditor alius vocatur confidentialium causa- 23 rum simoniæ, & cum eis Connexitatem habentium (de quibus *in suo tit. de simonia, & in cap. fin. de pactis*, & aliis de rerum permutatione agemus) qui dicitur, ac est iudex competens, etiam respectu quorumcumque Prælatorum, & Cardinalium, & causarum inducentium aliquam pactionem simoniacam, tam mouendarum in vrbe, quam deuoluendarum ex toto orbe, in quibus procedit summariè. & omissis terminis substantialibus, qui seruantur de stylo Palatij: argum. eorum, quæ *hic* dixi *q. 1. & supra sub cap. dilecti 6. de iudiciis, & ibi q. penult. & fin.* † Habetque 24 procedere ex mero officio ad Procuratoris fiscalis denunciationem, & partium accusationem

contra

contra Simoniacos, vt decernitur à Sixto V. in
const. 47. incipit. Diuina Kalend. Nouemb.
1586. apud Laert. Cherub. in Bullario dicto tomo
2. pag. 510. de quo firmat declaratum à Sacra
Congreg Rituum, Aldan in compendio canonicar.
resolut lib. 3. tit. 4. n. 15. quem sequitur Barbosa in
dict. collect. decis. 50. n. 8. & in Bullario verbo
Auditor confidentiarum, vt procedat vtriusque
Signaturæ Referendariis.

25 Ad tertiam quæstionis partem, an morte Papæ
eorum iurisdictio, ac officium expiret? soleot quidem
non æque respondere Doctores de istis Auditoribus;
quia, etsi Inlius Laborins variar. Lucubrat.
vt testis oculatus rerum curiæ Romanæ;
tem & antiquitatum vigilantissimus præscrutator
vt videre est in toto illo labore variar Lucubrat,
dicens in tit. 3. cap. 5. de conclaui, & conclauistis
ex n. 48. quod Auditor cameræ, & Auditores
Rotæ, sede vacante, retinent eorum officia sine dubio,
& circa iurisdictionis exercitium non modicam
26 esse controuersiam proponit † Quia quoad
Auditorem cameræ, & Marescialum refert per
dictam glossam clem. 1. in verb expirare de elect.
habere iurisdictionem ordinariam, eamque minime
expirare, mortuo Papa, ex cap. 12. de officio legati.
Qui etsi non ita sit firmus, videtur idem amplecti
de Auduoribus Rotalibus, quoad procedendum;
quia in procedendo videntur ordinarij;
quamuis sint delegati in sententiando, clem. Auditor
de rescriptis, Speculator in tit. de officio ordinary,
Gamba. a de officio legati lib. 9. n. 64. vers.
vndecimo quaro. Sed quia istos Rotæ Auditores
esse delegatos notant Speculator in tit. de iudice
deleg. §. nunc dicendum n. 9. Cardinal, q. 2. Imola
n. 15. Siculus collect. 3 & Barbosa in clem. Auditor
III. per glossam ibi Auditor, & ibi de aliis
Auditoribus causarum non &c Alciatus in Rub.
de offic. ordinarij n. 20. Anton. Natta cons. 51. n.
14. lib. 1. quidquid dicant Iason, Purpuratus, &
alij, de quibus Petr. Barbosa in l. cum Prætor §. 1.
27 n. 75. ff. de iudiciis. † Ideo sub dubio potest esse,
num Auditorum Rotalium iurisdictio expiret
morte Papæ? quod & idem potest dici de Auditore
cameræ: nam glossa in Rub. de officio de legati,
& Anton de Præris in tract. de iurisdic. Episcopor.
cap. 6. n. 48. Staphileus de litteris gratia n.
740. velum. 15. tract. nonorum, Cardinalis in dict.
clem. Auditor, Franciscus Marcus decis. 281. p. 1.
affirmant cum delegatorum iurisdictio expiret re
integra, cap. gratum, cap. licet de potest iudicis delegati,
& sic videri vt in vtriusque debeat esse dispositio.
Et confirmatur ex dicto Archidiaconi in
cap. experientia 10. q. 1. tenentis quod in Romana
curia nemo habet iurisdictionem ordinariam, nisi
Papa, & quod propterea, eo mortuo, cessent omnia
officia, præterea, quæ sunt expressa in dicta clem.
ne Romani 1. de elect. vt etiam videtur sequi Rota
in nouiss. decis. 306.

28 Sed in praxi, quantumuis admittatur, quod
horum Auditorum iurisdictio sit delegata. & quod
in causis cœptis non expiret per mortem delegantis,
quando iam erat radicata per actus iudiciales
iuxta dict. cap. gratum, & cap. liceat, iterum &
relatum de officio iudicis deleg. & propterea in
causis cœptis non esse supersedendum, cum textus
in dicta clem. 2. determinans durare officia
camerarij, non excludat alia officia in istis terminis.
vt late demonstrat glossator, quem refert Iulius
Labor dicta cap. 3. lib. 3. n. 32. de potestate vicecancell.
post regal. 69. fol. 99. Tamen ego cum eo
n. 15. & cum Gambara de officio legati dicto lib.
9. n. 64. vers. vndecimo quaro ad concordiam hæc
omnia existimo redigi. † Dicendo generaliter offi- 29
cia Romanæ curiæ eo tempore, non expirare, sed
dormire: nam, & etiam Auditor cameræ qui facilius,
vt dictum est, potest iudicari ordinarius, imo
& sic expresse teneant, & quod non sit delegatus,
Hostiensis, in summa de officio ordin. in princ.
Mandosius in nona forma mandati §. volentes
glossa camerarius in fine, & glossa in dicta clem.
ne Romani §. ee tamen dicto verbo expirare,
idem Mandusius in tract. de moniteriis q. 44. n. 3.
& q. 60. n. 14. Vantius in tract. de nullit. tit. de
nullitate ex defectu iurisdictionis delegata à n.
12. Flores de Mena dicta q. 12. variar omnino
Legendus, & ibi n. 6. † dicens illius iurisdictio- 30
nem esse officio in perpetuum, & inuariabiliter
annexam, quod sufficit ad esse ordinarium, dormit,
ac silet omnino mortuo Papa, donec Cardinales
ingrediuntur conclaue, qui, & post ingressum
aliquid interloquitur, tamquam dormiens;
quia solum expedit ea, quæ moram non patiuntur;
præsertim quod tunc omnes carcerati pro debitis
ciuilibus liberãtur, & difficile est nouas executiones
obtinere: sic vidisse, & obseruasse testatur Iulius
Laboribus cui iudico credendum, vt testi oculato,
& nimis practico tempore obitus felicis recordat.
Gregorij XV.

De istis Auditoribus Rotæ addendum est, 31
quod eorum officium vacat per promotionem ad
Ecclesias Cathedrales, vt est decretum in constit.
6. Innocent. VIII. incipit circumspecta 10. Kalend.
septemb. 1485. apud Laert. Cherub. in Bullario
tom. 1. pag. 368. alias 335. Barbosa in dicta
collect. decis. 50. n. 1. adem in Bullario verbo Auditor
Rota, qui vtrobique in dicta decis. 50. n.
fin. refert declaratum à Sacra Congreg Rituum
in veneuetana 29 Ianuarij 1605. de qua testatur
Aldanus lib. 3. canonic. resolut. tit. 4. n. 18. † quod 32
Auditor Episcopi canonicus debet sedere in loco
suæ receptionis, & noo super alios canonicos
præsentes in Congregationibus, quæ fiunt coram
Episcopo, quod idem dicemus infra de vicario
generali Episcopi canonico eiusdem Cathedralis,
de istis omnibus Auditoribus cameralibus, do
præcedentia inter se, & quibus aliis officialibus
Papæ præcedant, bene cum multis Michael Ferro
de praced. q. 8.

Ad quartam quæstionis partem qualiter ven- 33
dantur Auditoratus, & clericatus cameræ officia-
cia? Nicolaus Garcia de beneficiis p. 1. cap. 2. n.
10. & 21. qui postquam cum Vgolino in tract. de
Simonia, qui tabula 1. de Simonia gener. cap. 2. §.
2. dicit quod etsi tituli beneficiorum, respectu
habito ad ius administrandi ordines, iurisdictionemque
Ecclesiasticam exercendi, à Romano vendi
oon possint, sed solum habito respectu ad bona
temporalia, concludit tamen quod Auditoratus,
& clericatus cameræ, & alia officia, seu Dignitates
huiusmodi (de quibus q. sequenti) vendi
non possunt à Papa, habito respectu ad potestatem,
& iurisdictionem Ecclesiasticam, quam
habent sine Simonia, bene tamen vendi posse habito
respectu ad emolumenta, & fructus, quæ ex
ipsis consequuntur, & sic alienationes dictorum
officiorum in hanc partem fieri, sicut apparet ex
litteris Auditoratus Gregor. XIV. ad fauorem D.
Camilli Burgosij, qui fuit postea D. N. Pauli V,
quas ponit ex Tiberio Salustr. in pract. Auditoris
camera lib. 4. ad finem, ibi, & quia D. Horatius

tius

tius eiuſdem Sixti prædeceſſoris , & dictæ ſedis ſubuenienuem pro pretio emolumentoram dicti officij auditoratus ſexaginta millia ſcuta monetæ , ſoluere promiſerat , ac realiter , & cum effectu ſoluere inceperat ; & licet hæc reſolutio videatur difficilis ex his, quæ doceot DD. per *cap. ſaluator* 1. *q.* 3. quem abundè explicat *ibi* Barboſa : tamen operæ dictotum officiorum ſunt temporales, quę vendi poſſunt, vt explicat Suarez *lib.* 3. *de religione tract.* 3. *cap.* 19. *lib.* 3. ideo ſine labe ſimoniæ poterit ea vendere ; quia ſic etiam vendi poſſunt officia æcooomi, vice Domini Aduocati , Sacriſtæ, Caſtaldi, vt ex gloſſa *in cap. ſi quis Epiſc.* 1. *q.* 1. explicant DD. & Villalobos *in ſumma p.* 2. *tract.* 37. *difficultat.* 22. abunde Barboſa cum multis plures intellectus congerens *in dicto cap Saluator.* vbi quod ibi agebatur de ſimonia, quia prohibita, quam poteſt Papa de facili tollere illa vendendo officia ex cauſa relati finis.

34 Ad quintam quæſtionis partem Dataria Papæ quale officium exerceat, & quæ velit Dataria, vt exprimantur? Et ſuppoſito, quod Dataria, & Cancellaria incipit annum ab incarnatione Chriſti , non à natiuitate, vt obſeruant alij ob reuerentiam natiuitatis Chriſti , Iulius Laborius *variar. lucubrat. tit.* 1. *cap.* 4. *ſub n.* 6. verſ. *quidam alij*, officiumque Datarij deſeruiat ad expeditiones ſupplicationum, & ſimili modo , ac dictum eſt de aliis officiis curiæ Romanæ, quod Datarij officium, & poteſtas, ſede Apoſtolica vacante, expiret ; ſic vt ille datas ante mortem Pontificis adnotatas extendere noo poſſit , & ſupplicationes gratiarum , & Iuſtitiæ , etiamſi datæ fuerint collegio Cardinalium ſub ſigillo clauſas præſentare tenetur , vt decreuit Pius IV. in conſtit. 63. incipit *in eligendis* 7. Idus, octobr. 1562. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 91. *alias* 69. *in nouis impreſſ* Barboſa *in collect. deciſ.* 239. verbo *Datarius* , & *in Bullario eodem verbo* , *& ex eadem conſtit.* §. 11. docet Iulius Labor. *variar. lucubrat. tit.* 3. *cap.* 3. *n.* 46. vbi addit reſeruandas eſſe futuro Pootifici ; ita vt ſi aliter fecerit etiam ad alicuius Cardinalis inſtantiam, omnia irrita ſint, & nihilominus falſi crimen incurrat, & in morte Pauli V. refert idem Laborius *cap.* 9. *tit.* 1. *n.* 26. quod Datarius reſtituit ſupplicationes ſignatas manu Papæ , quas reconditas in orla ſigillata non habebat.

35 Circa ſecundum Dataria quæ velit ? vt exprimantur, dico quod, prærerquam quod ſit melius, vt fiat expreſſio clara , & ſic in ſupplicationibus de canonicatibus , ac portionibus Eccleſiarum Cathedralium velit Dataria exprimi ordinem ſacrum annexum , & ſic in ſupplicatione ponitur Clauſula, *etiam ſi ſacerdotalis*, quæ antea ſolebat concedi, vt refert caſſarum in deciſ. Abulens. Garcia *de benefic p.* 7. *cap.* 1. *n.* 52. qui *n.* 54. nihilominus poſt alia dicta *diſt. n.* 52. *&* 53. ait , quod etſi in ſupplicatione non ſit expreſſus ordo ſacer annexus canonicatui, vel portioni, etſi ſit Presbyteratus, vel Diaconatus, gratia non ſit ſubreptitia , quia ex eo, vt Dataria ſoleat petere, quod in ſupplicatiooe exprimatur ordo, non ſequitur eſſe, ſtylum, quod debeat exprimi, & ſi non petatur, maxime, quia aliquando ſignantur ſupplicationes , etſi non ſit expreſſos ordo , quia forte impetrans ignorat ordinem annexum, addens, quod nec in reſignationibus, & coadiutoriis ſoleat peti , aut exprimi iſta expreſſio ordinis.

36 Et licet cootraria ſententia , vt gratia de ſtylo ſit ſubreptitia, ſi non exprimatur ordo Presbyteratus & Diaconatus, vt aliqui exiſtimant , & faciunt plura, quæ dixi *ſub tit. de reſcriptis* , *& ibi cap ſuper litteris* 10. tamen ſi non fieret expreſſio ordinis ſubdiaconatus annexi canonicatui , vel portioni, tunc gratiam nullam non eſſe; idem Garcia probat ex Doctrina Felini *in cap in noſtra de reſcriptis*, *& conſ.* 4. Seluæ *de benefic.* 3. *p. q.* 126. *qualitate ni* 12. diceutes, vt non opporteat exprimere qualitates, quæ inſunt beneficio de iure, ſed illas tantùm, quæ ſunt de facto ratione conſuetudinis, vel alio modo, Papa enim poteſt intelligere, dum ſit ſupplicatio canonicatum , vel portionem adminus habere talem ordinem annexum , iuxta Trid. *ſeſſ.* 24 *de reformat. cap.* 12. verſ. *nominibus vere*.

Ad vltimam partem quæſtionis , ſuppoſitis quæ dixi de ſummo Pœnitentiario quæſt. præcedenti, reſolutiue dico, quod officiales Pœnitentiariæ debent eſſe conſtituti in aliquo ex ſacris ordinibus, & per ſe ipſos officia exercere , vt ſtabilitur in Conſt. 83. Pij V apud Laert. Cherub *to.* 2. *pag.* 28. incipit in *omnibus* 15. Kalendas Iunij 1569 Barboſa *in collect. deciſ.* 531. verbo *officialis n.* 3. *& in Bullario eodem verbo*. 37

QVÆST. III.

An Referendarij officium ſit ſignare ſupplicationes ordinarias , & extraordinarias exiſtens cum aliqua Dignitate Eccleſiaſtica ? Quot eligi, aut quarum qualitatum ? An Prælati retineant ſignaturæ gratiæ officia, ſede vacante ? Et ad quem effectum ſummi Pontifices ſignaturam gratiæ , & Iuſtitiæ inſtituerint ? Abbreuiatorum quæ ſint officia ? Quibus potiantur, quantum durent. Et an eadem dicenda ſint de ſcriptoribus. Et de ſecretario breuium Pontificis. Vbi de Gubernatoribus , & qui olim fuerint vice Dominus, Caſtaldus, & alij Papæ. Et collectaris, atque ſubeallectoris officium quale , & cum qua Iuriſdictione. Et an Cancellaria ſuppleat Concilij derogationem?

SVMMARIVM.

1 *Referendariorum efficium , eſt ſignare ſupplicationes ordinarias iuſtitiæ , & extraordinarias, & quæ ſint ?*

2 *Prælatus ſemper proponit ſupplicationem coram ſanctiſſimo.*

3 *Referendarij ſolent committi cauſæ , quæ non excedunt quingentos aureos, & quæ non ſunt Rotales.*

4 *Referendarij dicuntur habere Dignitatem ſimul cum officio , & præcedunt extra Eccleſiam Dignitatibus, & canonicis , vt* n. 5. & n. 7.

6 *Referendarij quare non poſſunt conſeruatores deputari, aliter videtur* n. 7.

8 *Referendarij præcedunt cæteris officialibus, & Miniſtri inferioribus curiæ Romanæ , quia ſunt Prælati, & etiam præcedunt Prothonotariis, vt* n. 9.

10 *Referendarij*

10 *Referendarij cedunt præcedentiam Auditorì confidentiarum.*

11 *Referendarij condecorantur multis Pontificum priuilegiis, vt priuilegio vera nobilitatis, comites Palatini creantur, si Abbates sunt, in eorum Monasteriis Pontificalibus, vti possunt, beneficia vbique existentia obtinere, & retinere, horas canonicas postpositis horis recitare,* n.12.13.14.& n.18.

12 *Referendarij, & eorum familiares nihil soluunt pro expeditione litterarum Apostolicarum, qui, & testari possunt de bonis acquisitis ex beneficiis, exempti sunt à iurisdictione ordinaria.*

13 *Referendariis conceditur facultas eligendi confessarium approbatum ab ordinario celebrandi, & celebrari faciendi circa auroram, & in locis Ecclesiastico interdicto positis.*

14 *Referendariorum ætas debet esse 25. annorum.*

15 *Referendariorum numerus, qualis à Sixto V. constitutus, & de qualitate eorum* numero 16.

17 *Referendarij gratiæ non creantur, nisi in signatura Iustitiæ, saltem triennio laudabiliter se gesserint, exceptis cameræ Auditore, & Clericis.*

18 *Referendarij vtriusque, vel alterius signaturæ familiares, & commensales Papæ sunt.*

19 *Signaturæ officia, Prælati, sede vacante, non retinent, nec signare valent commissiones, etsi supplicantes paruas datas ante obtinuerunt.*

20 *Signatura gratiæ, & Iustitiæ instituta fuit à Pontificibus, vt indemnitati consuleretur litigantium.*

21 *Referendarij eligendi, debebant esse spectatæ virtutis.*

22 *Referendarij supplicum postulata vident, & Pontifici significant, num sint concedenda, aut Cardinali signatori. Et qui* numero 32.

23 *Referendarij à referendo appellantur, qui etiam expendunt commissiones appellationum in gratiæ, & Iustitiæ signatura.*

24 *Abbreuiatorum officium in curia Romana, est concipere breui compendio impetrata à Papa in supplicationibus, quæ postmodum latius extenduntur in litteris. Et ad quæ officia per gradus admittuntur.*

25 *Abbreuiatorum officia, sunt resignabilia, & eis communicantur priuilegia referendariorum, danturque singulis portiones panis, & vini, & dispensantur. Bulla Pij IV. de registrandis gratiis.*

26 *Abbreuiatorum Parci maioris, & minoris nobilitas, & qui de eis scribunt.*

27 *Abbreuiatores nihil vltra taxam recipere possunt.*

28 *Abbreuiatores maiores, & minores vnum collegium faciunt, etiam circa beneficia eis conferenda, & reseruata Papæ, vt* n.29. & 30. *contra aliquos &* n.31.

29 *Extrauagans ad regimen de præbendis* n.30. & 31.

32 *Abbreuiatorum relationi standum, si sint de numero maiori, non de minori, qui vt plurimum sunt iuris ignari.*

33 *Abbreuiatorum iurisdictio, & officium, morte Papæ, finiuntur, sicut alia curiæ officia,* remissiuè.

34 *Scriptoribus litterarum Apostolicarum plura concesserunt priuilegia Leo V. & alij Romani Pontifices subsequentes.*

35 *Scriptores suos, & sedis Apostolicæ Notarios fecit Leo V.*

36 *Scriptores curiæ Romanæ, & Abbreuiatores æquis gaudent priuilegiis.*

37 *Scriptorum curiæ officium, suspenditur morte Papæ.*

38 *Secretarius breuium Pontificis, breuia obsignata post mortem illius, refert Cardinalium collegio, &* n.40.

39 *Magistratus omnes Romæ, mortuo Pontifice, cessant.*

40 *Pauli Pontificis morte, Cardinalis sanctæ Susanæ breuia in arca obsignata retulit Cardinalium collegio.*

41 *Gubernator Papæ, qualiter sub nomine Magistratus comprehendatur? Et quibus comparetur! De curia, & de aliis.*

42 *Vice dominus Papæ, fuit qui interregno gubernabat* numero 43. *hodie dicitur camerarius Papæ, aut aliquis ex septem officialibus curiæ, & qui isti dicebantur dicto* n.42.

43 *Arcarius, Sacellarius, Primicerius, Defensorum, secundicerius, nomendator, Protoscriniarius comitia habebant post tertium Diem ab obitu Papæ, de eligendo nouo Pontifice, quo electo, nihil administrare poterant.*

44 *Vice Dominus dicitur qui præest rebus Episcopi vulgò dicitur Maurdimus, seu œconomus, &* n.47.

45 *Syndicus qui, & aduocatus, Castaldus, & actor, sub procuratoris nomine.*

46 *Maiordomus, Præpositus, œconomus, & vice Dominus idem sunt.*

47 *Vice Dominus Prælati curam habet de Hospitibus, qualemque diligentiam debeat ponere in rebus eius.*

48 *Collectorum, & subcollectorum officium, est cum Dignitate, & iurisdictione, &* n.49.

49 *Subcollector est subdelegatus Apostolicus habens iurisdictionem, qui debet esse persona qualificata, vt canonicus in Ecclesia, seu in Dignitate constitutus, & si postea desinat illam, vt* n.50.51.& 52.

51 *Canonicatus, & Dignitatis qualitas in collectore, & subcollectore, debet à principio adesse.*

52 *Canonicus, cui commissa est delegatio à Papa, si post acceptationem litterarum desinat esse, nihilominus est iudex.*

53 *Collectores, & subcollectores, fiscales, & Procuratores, Aduocati, & Notarij, durante spolij causa, sunt exempti à iurisdictione ordinarij.*

54 *Collectorum, & subcollectorum causa delictorum in Regno Neapoli cognoscuntur à Nuncio ibi existenti, post dimissum officium, & etiam excessum patratorum in alio Regno, vt* n.55.

56 *Subcollectores, vt exempti, non comprehenduntur sub Trid. decreto* sess.6.cap.4. & sess. 7. cap.1.& sess 25 cap.6.de reformat.

57 Sub

57 *Subcollectores, & commissarij spoliorum non comprehenduntur sub dispositione ordinariorum, sed Nuncij Apostolici, qui nec possunt visitari, nec corrigi* n.52.

59 *Collectorum, & subcollectorum facultas, est, vt capiant bona quorumcumque Ecclesiasticorum sine licentia testandi, relicta, aut legata, qui non poterunt accipere in spolium suppellectilia Clericorum, vt* numero 10.

61 *Collectores, & subcollectores cameræ Apostolicæ non excusantur à residentia.*

62 *Collectorum, & subcollectorum beneficia sunt sedi Apostolicæ reseruata, etiam obtenta ante officium* n.63.

64 *Collectoris facultas est probanda per litteras, aut per testes, cum distinctione, vt* n.65.

66 *Subcollector Portugalliæ potest concedere licentiam introducendi mulieres in Monasterio pro earum seruitio.*

67 *Subcollector absque ordinarij licentia alloquens cum Monialibus, potest excommunicari.*

68 *Ordinarius contra collectores, & subcollectores, potest capere in formationem delictorum, saltim notoriorum ad effectum transmittendi illos ad suos superiores.*

69 *Collector Apostolicus est sepeliendus de salario ei deputato.*

70 *Cancellaria non supplet in litteris Apostolicis derogationem Concilij, sed requiritur, quod ipsa derogatio fit in supplicatione. Et quando obstet*, n.71.

72 *Tridentino non derogatur propter verba apposita in eius fine, quæ ipsum remittit omnia a se determinata dispositioni Papæ.*

1 AD primam quæstionis partem respondeo, quod Referundariorum officium est signare supplicationes ordinarias Iustitiæ; pro vt sunt appellationes à diffinitiua, & etiam extraordinarias, pro vt suspiciones Iudicum, & aliorum grauaminum; & siquidem pars citanda venit, tunc citatur, & quatenus concordet bene, quatenus non proponitur supplicatio in plena signatura coram eminentissimo Cardinali Præfecto signaturæ informantibus partibus, & de voto signaturæ expeditur, sic & coram sanctis-
2 simo, si petitur gratia. † Et quod Prælatus semper proponit supplicationem coram sanctissimo.

3 Et vt plurimum causæ, quæ non excedunt quingentes aureos, & non sunt Rotales, soleant committi Referendarijs Prælatis: sic Cardinalis Tuschus *in pract. conclus. tom.6. litte. R. conclus.* 19. Barbosa *de iure Eccles.* 1. *part. capite* 22. *numero* 11.

4 Et quamuis Referendarij dicantur habere Dignitatem simul cum officio, Vestrius *in pract. libro* 1. *capite* 3. *numero* 2. & *ibi* Grauat. *numero* 10. Cassaneus *in Cathalogo gloriæ mundi parte* 7. *consideratione* 11. Gomez *in compendio vtriusque signaturæ*, quod loco 16. quæst. posiit *ad reg. de non iudicand.* Iuxta formam supplicationis prope medium, Iacobatius de Con-
5 ciliis *libro* 1. *articulo* 5. *numero* 6. † Sic vt extra Ecclesiam huiusmodi Referendarij, non solùm Canonicis, sed etiam Dignitatibus præcedant, vt declarauit Sacr. Rot. Congreg. in veton, quam ad litteram refert idem Barbosa *dicto*
cap. 22. *num.* 12. & 16. † Tamen cum illi Digni- 6
tatem vere non dicantur habere in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel collegiata, deputari non poterunt conseruatores, vt resoluit Moneta *de conseruat. cap.* 5. *num.* 111. sed Barbosa *supra numero* 12. dicit, hoc non carere aliqua difficultate per alia, quæ adducit *ibi cap.* 21. vers. *quoad Dignitatem.*

Sed quia sententia Monetæ nititur *in capite fin. de officio de leg.* & ex Bulla Sixti V. 41. quæ est *in* 2. *tomo Bullario fol.* 543. Vbi dispositionem textus *in capite statutum de rescript. lib.* 6. ad eosdem Referendarios extendit, & illos in Dignitate constituit: nam vt refert, ac sequitur Ferro *de præcedant quæstio.* 44. *numero* 2. in Tribunali existenti hic Matriti Illustrissimi, & Reuerend. Nuncij Hispaniæ committuntur illis omnes causæ, etiam matrimoniales, & criminales, quæ in secunda, & tertia instantia in eodem tractantur (etsi referat non vidisse commissas) indeque negare propter relatas Bullas Sixti V. 41. & Pauli III. 23. vt *in* 1. *tomo Bullario*, ideo poterit defendi, Barbosa, at Ferro sequitur contrariam; quia nec causæ prædictæ committuntur Prothonotariis. 7

Et quod nedum præcedant Canonicis, & Dignitatibus extra Ecclesiam, sed etiam illos præferri cæteris officialibus, & Ministris inferioribus curiæ Romanæ ex eo quod sunt Prælati, docent Vestrius *in pract. capite* 3. *lib.* 1. *n.* 2. Ferrus *dicto cap.* 44. *n.* 3. sic colligens ex Casaneo *in Cathalogo* 7. *part. cons.* 11. & 4. *part. considerat.* 29. & 30. ex Moneta *dicto cap.* 5. *de conseruat. iudic. n.* 111. *puncto* 2. *n.* 113. & ex dictis constitut. Pauli III. & Sixti V. vbi plura illis priuilegia
honorifica, & exemptiones conceduntur. † Et 9
quod nedum prædictos officialibus præcedant, verum etiam Protonotariis, idem Ferr. *dict. cap.* 44. *n. fin.* ex eodem Cassaneo *considerat.* 29. §. *fin.* Vestrio *dicto cap.* 2. *lib.* 1. *practic. in annotat. n.* 10. cum Gomezio *in compendio vtriusque sig.* Moneta alios plures referens, *dicto cap.* 5. *num.* 112. iterum videtur Barbosa probare *dict. cap.* 21. *de iure Eccles.* dum dicit, quod gaudent Dignitate, de qua *in dicto cap. statutum de rescriptis lib.* 6. 8

Sed quod cedant præcedentiam Auditori con- 10
fidentiarum, de quod dixi quæst. præcedenti videtur declaratum à Sacra Cong. VI. Decemb. 1621. quam refert Barbosa *dict. cap.* 22. *p.* 1. *de iure Eccles. num.* 14. idem *in collect. decis.* 631. verbo *Re-*
ferendarius, & *in Bullario eodem verbo.* † At non 11
inde sequi, vt desinant decorati multis Pontificum priuilegiis: nam qui dicuntur Referendarij vtriusque signaturæ Papæ, condecorantur priuilegio veræ nobilitatis, Comites Palatini creantur, insignijs Romani Pontificis etsi Abbates fuerint, in eorum Monasteriis, Pontificalibus vti possunt, beneficia vbique existentia obtinere, & retinere valent, absentes iussu Pontificis, aut studij occasione, fructus suorum beneficiorum percipiunt, horas canoni-
cas, postpositis horis, recitare possunt. † Et 12
illi, ac eorum familiares duo nihil soluunt pro expeditione litterarum Apostolicarum,

testari possint de bonis acquisitis ex beneficiis Ecclesiasticis, ipsi, & eorum familiares à iurisdictione ordinariorum exempti sunt, vt recolligit Paul III. in sua constit. 23. incipit *debita* apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 647. alias 534. de anno 1540. ex relata Sixti V. constit. 41. incip. *quemadmodum* Kalend. Octobr. 1586. apud eundem Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 543. vt refert Barbosa *in dicta collect. referendarius à num.* 1. *in Bullario eodem verbo*, & magis late *in dicto cap.* 22. *lib.* 1. *de iure Eccles.* vbi *ex num.* 2. *ad* 9. eas Bullas per extensum ponit, vbi *num.* 8.
13 9. & 10. † Conceditur eis facultas eligendi confessarium ab ordinario approbatum, facultatem celebrandi, & celebrari faciendi circa auroram,
14 & in locis Ecclesiasticis interdicto positis. † Et addit Narbona *in tract. de etate ad omnes humanes actus requisita annor.* 25. *quæst.* 74. *numero* 6. ætatem horum referendariorum esse 25. annorum dict. constit. Sixti 61. & idem Barbosa contra Zerolam *in praxi*, Staphil. & Riccium *numero* 15. ex tenore dict. const. Sixti: sequitur vt dicti Referendarij sint exempti, in prædictis, etiam extra numerum, quod ipsi tantum illis, qui essent de numero concesserunt.

15 Numerus namque qualis signetur exprimit Sixtus V. §. 2. in sequentibus verbis statuit, ibi *nullus deinceps in referendarium alterius signatura prædicta etiam cedentibus, vel decedentibus, aut alias deficientibus, qui nunc sunt Referendariis omnino admittatur; donec, & quousque omnium Referendariorum huiusmodi numerus imminutus, & ad centum duntaxat redactus fuerit; illo autem sic redacto, & imminuto, præscriptus centenarius numerus Referendariorum huiusmodi, nullo vnquam tempore augeatur; sed nec inter hos omnes vltra septuaginta signatura gratia Referendarij esse possint:* quibus videtur inter Referendariorum Iustitiæ, gratiæ numerum, esse aliquam differentiam.

16 De qualitate eorum, patet ex §. 2. eiusdem constit. Sixti V. ibi *statuit ne vllus numero, & consortio Referendariorum Iustitia, de cætero adscribantur, nisi sit ex legitimo matrimonio, honestisque parentibus procreatus* (ad tradita *supra* de filiis Presbyteror.) *& Clericali Charactere insignitus, ac vtrinsque, vel alterius iuris Doctor & in aliqua studij generalis vniuersitate promotus, & in Romana curia habitu, & tonsura Clericalibus incedendo per biennium versatus, vitaque integritate, ac morum probitate commendatus, & saltim in 25. annis etatis sua constitutus, habeatque in bonis temporalibus, vel beneficiis Ecclesiasticis, vnde in ipsa curia Dignitatis sua gradum valeat*
17 *decenter sustineri.* † Et ex §. 4. 8. & 9. ad litteram referens Barbosa *dicto cap.* 22. *ex numero* 5. insuper statuit vt Referendarij gratiæ, non arceantur, nisi saltim in triennio in signatura Iustitiæ, laudabiliter fuerint versati, exceptis cameræ Apostolicæ Auditore, & cleri-
18 cis. † Et quod Referendarij vtrinsque, vel alterius signaturæ familiares, & Continui Commensales Papæ sint, nobiles declarantur, & ab omni Iurisdictione ordinariorum exempti, vt iam dixi etiam ad alia, vide Laertium Cherub. *supra*, quem refert Barbosa *in dicta collect. decisione numero* 10. *& in Bullario.*

Ad aliud, an Prælati retineant signaturæ gra- 19
tiæ officia, sede vacante? in quo dubio breuiter respondetur, quod signaturæ gratiæ, & Iustitiæ, Cardinales, & Prælati supplicationes, & commissiones aliquas, etiam si supplicantes paruas datas antea obtinuerint signare non valent sub pœnis arbitrio Romani Pontificis, imo quod eorum officia omnino cessare intelliguntur ex constitr. Pij V. relata *quæstio.* 1. & 2. §. 12. probat Iulius Labor. *Variar. Lucubrat. tit.* 3. *capite* 5. *numero* 47. & confirmatur ex his, quæ dixi de Datario, *supra quæstione* 2. *in fine.*

Quod si adhuc dubites, ad quem effectum 20
Pontifices summi instituerint signaturam gratiæ, & Iustitiæ; Respondetur id factum fuisse, vt litigantium indemnitati consuleretur. † Et sic 21
ad horum ministeria, non nisi cognitæ, & spectatæ virtutis assumendos esse consueuerit eos, qui Referendarij dicuntur, quibus, vt dictum est, amplissima concessit indulta D. Paul. III. de quorum officio agit Late Pius IV. in sua constit. 59. incipit *cum nuper* sub data Kalendis Iulij 1562. *in Bullario nono tom.* 2. *pagina* 84. & postmodum latissime Sixti V. in sua iam præcitata Bulla, vt testatur Barbosa *de Iure Ecclesiastic. dicto capite* 22. *parte* 1. *numero* 1. *&* 2.

Et amplius dico cum Vestrio *in dicta practi-* 22
ca libro 1. *capite* 3. *numero* 1. *& ibi annot. numero* 11. Gomez *de compendio vtriusque signatura*, quod Referendarij supplicum postulata vident, etsi concedenda sunt Pontifici, seu Cardinali signatori rem esse concedendam significant, & refert cum aliis relatis per Vestr. dicto loco, Michael Ferro *de præcedent. dicto cap.* 44. *num.* 1. vbi infert ex constit Pauli V. 71. tom. 3. Bullarij fol. 205. † quod Referendarij à referendo appellentur, & quod expediunt etiam commissiones appellationum in gratiæ, & iustitiæ signatura.

Item patet ex alia Pauli V. constit. II. in- 23
cipit *Romani Pontificis* Kalend. Iulij 1505. apud Cherubin. *tom.* 3. *pagina* 175. *alias* 129. quod eo ipso, vt Pontifex summus creat Referendarios vtriusque signaturæ, creet & illos abbreuiatores litterarum Apostolicarum de Parco maiori, eos nempe, qui in concessionibus gratiarum, delucidandis, interpretandisque egregiam operam præstant, Barbosa *collect. decis.* 6. *vers. sexto abbreuiatores num.* 7. de quibus *à num. sequenti.*

Abbreuiatorum officium curia in Romana, 24
est concipere breui compendio impetrata à Papa in supplicationibus, quæ postmodum latius in litteris extenduntur, & ideo sic appellati, vt dicunt Pariscus *cons.* 117. *numero* 9. *libro* 4. Barbosa *in collect. decis.* 6. *numero* 2. quod est compatibile cum aliis curiæ officiis, & admittuntur per gradus à minori ad maiorem Parcum, qui fruuntur multis indultis, quorum aliqua confert Vice cancellarius, reliqua summus Pontifex iuxta constit. XVI Sixti IV. incipit *Diuina* 4. id. Ianuarij 1478. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 156. *alias* 320. *in nouiss. impress.* † Vbi etiam cauetur quod 25
eorum officia sunt resignabilia: ita Barbosa *in*

in dict. collect. decif. 6 num. 4. in Bullario verbo *abbreuiatores num.4* imo & abbreuiatoribus Parci maioris, qui ſimul creantur Referendarij, vt dictum eſt n. præced. priuilegia Referendariorum communicat: ſic Paul. V. in dict. conſtit. iam ibi citata; quæ conſtitutio vni, ex eis in dicta ſignatura gratiæ, & iuſtitiæ locum aſſignat, & illis concedit ſingulis portiones panis, & vini, ex Palatio Apoſtolico, quibus etiam diſpenſantur Bullæ Pij IV. de regiſtrandis gratiis, vt refert Barboſa *ſub dicto numero* 7. item in Bullario dicto verbo *Abbreuiatores numero* 3.

26 De iſtis namque Abbreuiatoribus Parci maioris, & minoris ſcribunt Veſtrius in practica Romanæ curiæ *lib.* 1. *capite* 4. Petrus Gregor. Tholoſan. *ad decretal. tit. de reſcriptis lib.* 1. *n.* 3. *& 6. & in ſyntagm. iuris lib.* 15. *cap. fin. n.* 3. qui nobiles comites Palatini, & Papæ familiares ſunt, vt patet ex Bulla Leon. X. *conſt.* 14. incipit *ſummi.* 17. *Kalend. Auguſti* 1513. apud Laert. Cherub *tom.* 1. *pag.* 486. *alias* 415. *in nouis impreſſion.* Barboſa *dicta collect.* 6. *num.* 6. *in Bullario dicto verbo num.* 2. *vbi num.* 1. *& in dicta collect. decif.*
27 *num.* 5. † ex *alia conſtit.* 1. *Martini V.* incipit *in Apoſtolica* apud Laertium Cherubin *tom.* 1 *pag.* 250. *alias* 239. *in nouiſſim. impreſſ.* dicitur, quod abbreuiatores nihil vltra taxam recipere poſſunt.

28 Et quod dicti abbreuiatores maiores, & minores vnumque collegium faciunt, nec differant, niſi in ſolutione portionis; quia maius, & minus non faciunt quid deferre ſpecie per textum *in l. fin. ff. de fide inſtrum*, maiorique ſemper inſit minus, *l. inter ſtipulantem* §. 2. *l. diligenter in fine ff. de verbor. oblig. cap. ex parte tua de decimis*, dicit Anaſtaſius Germonius *de indultis Cardinal.* §. *etiam ex eo numero* 50. *&*
29 51. † Qui etiam *ex numero* 46. Loquens de abbreuiatoribus, præſertim pro his, qui indultum extraordinarium habent, ratione cuius non poſſunt conferre beneficia ad ordinarij collationem, & prouiſionem ſpectantia, dicit quod appellatione beneficiorum abbreuiatorum de Parco maiori, veniunt etiam beneficia abbreuiatorum de Parco minori, vt quemadmodum inquam beneficia abbreuiatorum de Parco maiori; ita & beneficia abbreuiatorum de Parco minori ſint reſeruata, ſicut Romæ ob tantum fuiſſe ſcribit Puteus *lib.* 1. *decif.* 240. de quorum materia ſcribit *decif.* 104. *& decif.* 263. *in antiquis, alias decif.* 234. *&* 237. *in correctis*, vbi quod beneficia abbreuiatorum de minori, ſunt reſeruata per textum *in Extranag. ad regimen de prabendis*, Barboſa ibi *numero* 9. verſ. *ac abbreuiatorum.*

30 Et licet idem Anaſtaſius Germon. *de indultis dicto* §. *etiam ex eo ex numero* 51. dicat, quod iſti, vel illi non continentur *in illa Extranag. ad regimen*: tamen quia alij Pontifices fecerunt ſimiles reſeruationea, quo tempore creuerat abbreuiatorum numerus, regulam primam adductam ait amplecti omnes abbreuiatores, cum legis natura ſit, vt extendatur ad futura, vt late ipſe diſſeruit *in capite* 1. *lib.* 3. *animaduerſionum*, tam iuris ciuilis, quam Pontificij; pro quo facit regula generalis, quod lex reſpicit ad futura, & quando ad præterita, *ſupra in cap.* 2. *& cap. fin. de conſtit:*

Quod ſi dubitetur, an maiores abbreuiatores antiquiores, ſint abbreuiatoribus de minori; 31
reſpondeo cum eodem Anaſtaſio Germonio quæſtionis eſſe, propterea, quod dicta extrauagans *ad regimen* inter communes Benedicti 12. *de prabend.* nec de maiori ſpecialiter Loquitur, nec de minori, ſed generaliter: quare Mandoſius *ad reg.* 1. *Cancell. quaſt. vltima* videtur dicere antiquiores eſſe, qui de minori dicuntur, Rota vero contra dict. *decif.* 240 de qua Puteus ſupra, & Anaſtaſius Germon *in dicto* §. *etiam ex eo*, concludit (vt quidquid ſit) beneficia vtrorumque eſſe reſeruata; quia cum lex generaliter loquatur, generaliter intelligi debet per *textum in l. in generalibus ff. de reg. iuris l. ſi quis earum* §. *interemptum*, *l. item legate ff. de leg.* 3. *cap de liberatione* §. *prohibemus* cum gloſſa in verbo *ſpecie*, & ibi Geminian. *in c. notabili de officio deleg. lib.* 6. Craneta *conſ.* 118. *n.* 13. *lib.* 1.

Pro complemento notandum eſt, quoddum 32
Caputaquen *in decif.* 72. *num.* 3 *part.* 1, dicit abbreuiatorum relationi, ſeu dicto ſtandum eſſe, dico cum eodem Anaſtaſio Germon *de indultis dict.* §. *cum ex eo n.* 53. intelligi de abbreuiatoribus de maiori, non æque de minori, quia iſti, vt plurimum ſunt iuris ignari, illi periti, & in ſtylo curiæ per quam exercitati, quia, & litteras Apoſtolicas conficiunt, reuident, mutant, mutanda, addunt addenda, & vt ſtylus curiæ expoſtulat, omnia perficiunt.

Sed ſi etiam dubites, num Pontificis morte, 33
abbreuiatorum officia expirent? recurres ad dicta ſupra *ſub quaſt.* 1. verſ. *ad ſecundam*, *& q.* 2. vbi dum dixi de hac quæſtione in perſona vice Cancellarij, & Papæ vicario, ac de aliis officialibus curiæ, item & Datariis dixi, etiam, vt quidquid ſit de iure, & de ipſa iuriſdictione in vice Cancellario, certe tam iuriſdictionem ipſius, quam abbreuiatorum, ſcriptorum, & aliorum officialium Cancellariæ, ſede vacante, ſuſpendi cum Iulio Labore, rationem præſtante, *variar. lucubration. tit.* 3. *cap.* 3. *n.* 43. *ex doctrina leg. fin. ff. de conſtit. Princip. & cap. quod decet de regul. iuris* propter quandam ſcilicet reuerentiam.

De ſcriptoribus litterarum Apoſtolicarum, 34
latius ſub diſtinctione Loquemur *quaſt. ſequenti* vbi de Prothonotariis, & Notariis Romanæ curiæ. Et quia de iſtis late loquuntur Rota *decif.* 70. *per totam* 1. *part. diuerſ.* Lotterius *de re beneficiaria lib.* 2 *quaſt.* 27. *numero* 86. Barboſa remiſſiue per textum *in dicta Extranag. ad regimen*, *de Prabend. num.* 8 & alij DD. per verba ibi, *& ſcriptorum litterarum Apoſtolicarum*, ac de iſtis maius dubium ſit, quam de abbreuiatoribus. Sed quia Leo V. & alij Romani Pontificea ſubſequentes ſcriptoribus Apoſtolicis plura conceſſerunt priuilegia, † & in ſpecie, vt omnes. & ſinguli 35
ſcriptores, tam præſentes, quam futuri, ſint ſui, & Apoſtolicæ ſedis Notarij, ac in alio verſ. Bullæ, ac conſtit. dict. Papæ, conſter Pontificem ipſum ſcriptores omnes pro tempore exiſtentes, ſuos, & Apoſtolicæ ſedia feciſſe Notarios, vt refert Anaſtaſius Germon. *de indultis Cardinal. dicto* §. *cum eo num.* 54. † Ideo exiſtimo dicendum iſtos, & 36
abbreuiatores æquis gaudere priuilegiis; quia & eiſdem priuilegiis gaudent ſcriptores Archiui Romanæ curiæ, vt cauetur in conſtit. 14. Iulij 2. incipit *cum ſicut*, Kalend. Decemb. 1507. apud

Laerr Cherub.*tom.1.pag.427.alias 373.in nouiss.*
impress Barbosa *in dict.collect.decis.6.* verb. *Ab-*
37 *breuiare n.4* † idem *in Bullario dicto verb.n.fin.*
quorum exercitium suspendi morte Papæ dixit
Iulius Laborius *sub dicto n.44.tit.3. cap. 3. Var.*
Lucub.

38 Et hinc est quod secretarius breuium Ponti-
ficis breuia obsignata post mortem illius, Car-
dinalium collegio refert, vt in specie testatur
Iulius Labor. *Variar. Lucub. tit. 1. cap. 9. nu-*
39 *mero 27.* † qui post *ex numero 24.* dixit, mor-
tuo Pontifice, omnes Ecclesiasticos Magistra-
tus cessare, & à suis muneribus vacare per *Bul-*
lam Pij IV. vers. Datarius, & §. prohibentes
præter officia camerarij, & Pœnitentiarij maio-
ris, iuxta quæ dixi etiam cum eo, & aliis ex *clem.*
40 *ne Romani de elect. num. 27.* † in specie refert
practicatum in morte Pauli V quod Cardinalis
sanctæ Susanæ breuium à secretis, quæ in arca
obsignata breuia tenebat, retulit collegio Cardi-
nalium.

41 De Gubernatoribus vero Papæ, dico quod li-
cet Gubernator non comprehendatur sub nomi-
ne Magistratus ciuitatis, vt habetur ex Sacra
Congreg Rituum in Alexand. XV Martii 1603.
in 4. dubio, teste Sello *in selectis canonic. cap.*
27. numero 18. Barbosa *in collect. decis.* 401.
verbo *Gubernator numero* 1. qui *numero* 13. ait
quod Gubernatores ciuitatis sedis Apostolicæ,
quando sunt Referendarii, & Prælati, & vtun-
tur Rocheto post Episcopum, & assistentes
ante canonicos iuxta consuetudinem thurifican-
di sint ex Sacra Congreg. Rituum in casao. 7.
Decemb. 1601. quam refert Aldanus *in com-*
pendio canonic. resolut. lib. 1. tit. 16. numero
65. idem Barbosa *in Bullario dicto verb. vtro-*
bique plura alia referens de Gubernatore sæcu-
lari, aut Ecclesiastico thurificandis, sed magis
ad propositum nostrum Iulius Laborius *Variar.*
resolut. dicta 1. parte tit. 1. cap. 9. numero 25.
& 28. dicit quod in morte Pauli V. Guberna-
tor vrbis ter genuflexus coram Cardinalibus
in principio ingressus, in medio, & in fine Au-
læ Conclauis, assignando baculum Decano col-
legii, à quo ad vicecamerarium per cæremo-
niarum Magistrum delatus fuit, muneri renun-
ciauit, & quod denuo fuit introductus Guber-
nator vrbis, qui ab eodem Sacro collegio ex
mera eius liberalitate, & beneuolentia suo mu-
neri donatus est, ex quo inter alia idem Laborius
recte dixerit *dict. tit. 3. cap. variar. Lucubrat.*
sub dicto n.43.in fine, vt sicut cætera officia mor-
te Papæ cessant, sic & Gubernatoris Papæ offi-
cium.

42 Vice Dominus Papæ qui olim fuerit, proba-
tur ex Pauino *lib. 3.* quem sequitur Iulius La-
borius *Variar. Lucubrat. tit. 4. cap. 4. de elect.*
numero 12. & 13. nempe vt postquam Adria-
nus III. decreuit, vt libere Clerus, & po-
pulus absque Imperatoribus electionem face-
ret Episcoporum, iuxta vnum ex temporibus
quæ retuli supra *sub Rubrica de elect. infra sub*
quæst. 1. & 3. cap. Ecclesia sutrina de causa
possess. & propriet. quod à Nicolao fuerat po-
tius tentatum, quam cœptum, vt Platina in
eius vita, & Euseb. *lib. 6. capite 36.* & Gra-
tianus *in capite cum longe 33. dist.* tunc vt fie-
ret huiusmodi electio per clerum tres quidem
ex primis ordinibus, aut Presbyterorum, aut Dia-
conorum, Cardinalium caparentur, & curæ
Ecclesiæ præponerentur, qui Ecclesiam ipsam
Gubernarent interregni tempore, qui aut fue-
re vice Dominus Papæ defuncti † qui hodie 43
camerarius dicitur, aut aliquis ex septem offi-
cialibus Romanæ curiæ, videlicet Primicerio,
Secundicerio, Arcano, Sacellario, Primice-
rio defensorum, nomendatore, & Protho scri-
nario, aut vnus ex Apostolicæ sedis Consilia-
riis, aut Archipresbyter, siue aliquis ex Pres-
byteris, & Diaconis Cardinalibus, qui inter-
regni tempore locum seruent sedi Apostolicæ,
qui post tertium ab obitu Pontificis Diem comi-
tia habebant de eligendo nouo Pontifice iuxta de-
cretum Bonifacii III. de quo Gratianus *in cap.*
nullus Pontificem 79. dist. quo electo, nihil
administrare poterat absque spectata confirma-
tione Imperatoris. Hæc, & alia Laborius Vi-
dendus, etiam *in cap. 3. dict. tit. 4. nume-*
ro 51.

Vnde qui præest rebus Episcopi, dicitur vi- 44
ce Dominus *in cap. volumus 79. dist.* & Ga-
staldus, siue Castalio, qui curam habet exter-
narum rerum glossa verbo *Gastaldum in cap. sal-*
uator 1. quæst. 3. idest cui externæ res à Clericis
gubernandæ mandantur, qui & Maiordomus
solet appellari, quamuis proprie videatur hic esse
œconomus, *vt in dicto cap. volumus*, de quo la-
te infra hic, dum egerimus *de officio vicarij Epis-*
copi, & in tit. de Procuratoribus. † Sub quo ap- 45
pellatione defensoris, comprehenditur Syndicus,
qui & Aduocatus, item Castaldus, & actor, cæteri
sub Procuratoris nomine, quorum nomina sæpe
confunduntur, vt ait Barbosa *de iure Eccles. p. 1.*
cap 46.n.4.

Itaque Maiordomus, Præpositus, œconomus, 46
& vice Dominus idem sunt, per quos intelligi-
tur quilibet Ecclesiasticarum rerum administra-
tor, *cap. saluator 4. quæst. 3. cap. consulere de*
Simonia, Suarez *tomo 1. de religione lib. 4. de*
Simonia cap. 29. numero 8. † Et sic vice Domi- 47
ni officium esse, curam Domus Prælati gerere,
& Hospitibus superuenientibus, vel causis, quæ
veniunt, paratum existere, *cap. volumus 89.*
dist. Vbi glossa explicat vice Dominum idem esse,
ac œconomum rerum Episcopalium, qui Episco-
palibus, & Hospitibus superuenientibus prouideat
cum tali obligatione in officio bene gerendo,
quod in negotiis gerendis sui Domini debet spe-
ctare maxima commoda; quia dum officium
suscipit, censetur se adstringere ex tacita quadam
promissione ad curandam summam vtilitatem
Domini quantum commoda, seu communi dili-
gentia poterit, vt dixit post Lessium *de iustit. lib.*
2.cap.18. dubio 2. numero 57. Barbosa *dicto cap.*
46. numero 15. & 16. de quo non amplius,
cum plus spectet *ad titul. de procurator, & Syn-*
dic.

Ad aliud de officio collectorum, & subcol- 48
lectorum, de quibus est omnino Videndus Man-
dosius *ad regul. 4. Cancell. quæstio. 6. 7. 8. 10.*
& vltima, & cum aliis Nicolaus Garcia *de*
beneficiis parte 5. capite 1. ex numero.359. ad-
ducens plures decisiones, dum agit de reserua-
tione beneficiorum collectorum, & subcolle-
ctorum, & de quibus intelligatur qui dicit etiam
ibi *num. 335.* † Quod subcollector est subdele-
gatus Apostolicus habens iurisdictionem, ob id-
que debeat esse persona qualificata iuxta formam
cap.

cap. statutum de rescriptis lib. 6. nam isti duo
collector. & subcollector habent Dignitatem
cum iurisdictione, vt per Gonzalez *in reg.* 8.
Cancellaria glossa 51. *num.* 79 Masobr. *de syno-*
do Diœcesana cap. 4. dubio 13. *n.* 32. *vbi num.*
33. colligit cum D. Gonzalez, & Barbosa cum
illis *in dicto cap. statutum numero* 10. huiusmo-
di subcollectores debere habere qualitates re-
50 quisitas eiusdem textus. † Et specificans Gar-
cia vbi proxime, sibi videtur, vt sufficiat,
quod sit persona qualificata, nempe canoni-
cus Ecclesiæ Cathedralis, vel alias in Dig-
nitate Ecclesiastica constitutus tempore depu-
tationis, quamuis postea desinat esse ex glossa
in dicto capite statutum verbo *canonicus* ad fi-
nem, quam communiter sequuntur DD. *ibi*,
& in capite quoniam, Abbas *de officio dele-*
gati, Flamin Parisius, *de resign. beneficior. li-*
bro 1. *quæst.* 11. de qua ipse 4. *parte capi-*
te 5.

51 Et confirmatur, quia qualitas canonicatus, vel
Dignitatis in Cathedrali, quæ in delegato sum-
mi Pontificis requiritur, debet à principio ad-
esse tempore commissionis Masobrius *de syno-*
do dicta dubit. 13. *numero* 47. *de pensionibus*
quæst. 22. *numero* 19. Cardinalis Tuschus *litte-*
ra D. conclus. 145. *numero* 15. Flamin *de resig-*
nat. lib. 4. quæst. 1. *numero* 17. Barbosa *in dicto*
cap. statutum numero 18. & per illa, quæ dicit
52 cum multis *numero* 10. † Nempe quod si cano-
nicus, cui causa commissa est per sedem Aposto-
licam post acceptionem litterarum desinat esse
canonicus, possit nihilominus esse iudex in cau-
sa, sic cum Azeuedo *in l. 7. tit. 18. lib. 4. reco-*
pil. numero 60 & ad Coriam Pisaoam *lib. 4. cap.*
6. Garcia Gironda, Masobrio, Aloysio Ric-
cio, Zabellos, Galetio, Gratiano, & aliis, quos
repetit etiam *de canonicis cap. 19. part. 1. num. 6.*
& 8.

53 Vnde omissis aliis, cum tales collectores,
& subcollectores cameræ Apostolicæ, sint iu-
dices signati à Papa pro spoliis Episcoporum,
cameræ Apostolicæ spectantibus; ideo dicen-
dum est, quod durante officio, tam collecto-
res, subcollectores cameræ Apostolicæ, quam
Aduocati, procuratores, fiscales, & Notarij in
causis spoliorum, & iurium præfatæ cameræ,
exempti sunt à iurisdictione ordinariorum ex lit-
teris Pauli III. Pij IV. Gregorij XIII. &
Sixti V. quarum meminere Ioannes Anton. Na-
uar. *in summa Bullar. tit. de subcollectoribus*,
Barbosa *in collect. decis.* 685. verbo *subcollector*
54 *Apostolicus*, *& in Bullario eodem verbo.* †
qui addit *numero* 2. quod in Regno Neapolit,
causæ delictorum, & excessuum a subcollecto-
ribus commissorum cognoscuntur à nuncio ibi
etiam post dimissum officium: sic ex Gregorij
XIII. constit 25. incipit *cupientes* de anno
1575. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2.
55 *pag.* 492. † quam extendit Vrban. VIII. in
constit. 35. alias 145. incipit alias recolendæ
Memor. II. Iulii 1636. apud Angel Mariam
Cherubin. *tom. 4. Bullarij in appendice pag.* 88.
ad excessus, & crimina patrata in aliis Regnis,
& prouinciis, etiam expletis eorum officiis:
Videndi Maranta *tom. 1. resp.* 42. Selmis *in*
56 *selectis canonicis*, *capite* 73. *numero* 8. † Nec
enim tales subcollectores tamquam prorsus exem-
pti comprehenduntur sub decreto Concilii *Tri-*
dent. sess. 6. capite 4. & sess. 7. capite 1. &
sess. 25. capite 6. de reformat, vt Sacra Con-
greg. Concilii penes Gonzalez ad *Reg.* 8. *Can-*
cel. glossa 51. *numero* 81. *&* 82. declara-
uit.

Et inde euenit, quod ipsi, vel commissarii 57
spoliorum non comprehenduntur sub dispositio-
ne ordinariorum, sed Nuncii Apostolici iuxta
eorum priuilegia: sic Sacra etiam Congreg. Con-
cilii, quam refert ad litteram Nicolaus Garcia
de beneficiis part. 11. cap. 10. num. 186. *decla-*
rat. 13. † & Armendar *in additionibus ad reco-* 58
pil. leg. Nauarra lib. 4. tit. 5. de stupro l. vnica
num. 12. qui nec possunt visitari, nec corrigi ab
Episcopo, vt patet ex Sacra Congreg etiam apud
Garciam *dict. p. 3. cap. 2. num.* 168. in fine, Armen-
dar *ad recopil. leg. Nauar. lib. 1. tit. 6. de visita-*
tione n. 80. quos refert Barbosa *de officio Episcopi*
p. 3. allegat. 74. n. 28. & sic idem Armendar *n.* 30.
vers. *item subcollectores*, Gonzalez *in Regul.* 8.
Cancel. dicta glossa 51. *numero* 82. ex Sacra Con-
greg. Concilii, & Barbosa *in collect. decis.* 180.
num. 3. dixerunt collectores cameræ Apostolicæ
ad nudum ministerium exigendi certis casibus
in partibus deputatos, siue canonicos, vel alias
beneficiatos ab Episcopo visitari, & corrigi non
posse.

Facultas enim horum collectorum, & sub- 59
collectorum spoliorum cameræ Apostolicæ, est
vt capiant bona quorumcumque Ecclesiastico-
rum sine licentia testandi, relicta, aut legata, iux-
ta constit. VIII. Pii IV. incipit *graue* 26. Mai
1560. apud Laertium Cherubin. *in Bullario to-*
mo 2. pag. 8. alias pag. 7. in nouis edit. † Sed non 60
poterunt accipere in spolium supellectilia Cleri-
corum, sicut declarauit Pius V. constit. 42. incipit
Romani 3. Kalend. septembris 1567. apud Laer-
tium Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 238. *alias*
279. in nouis impress. Barbosa *in dict. collect. decis.*
180. n. 1. 2. & 3. idem in Bullario verbo *collecto-*
res, & subcollectores.

Sed non inde; quamuis tot priuilegiis potian- 61
tur, excusantur à residentia Parochialis, vt censuit
Sacra Congreg. Concilii, testibus Nicolao Gar-
cia *de beneficiis dict. 3. cap. 2. num.* 41. *in* 3. *de-*
claratione, Gonzalez *in dicta reg.* 8. *Cancel.*
glossa 6. n. 266. Armendar *in additionib. ad leg.*
Nauarra lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. sub Rub. an
Parochi debeant residere in suis curatis? Barbosa
de officio, & potest Parochi cap. 8. num. 25. *in col-*
lect. decis. 685. *n.* 3. *idem in Bullario* verbo *sub-*
collector.

Et sic quod eorum beneficia sint sedi Apostolicæ 62
reseruata *per regul. 4. Cancellaria* in sequentibus
verbis: *item reseruauit generaliter omnia beneficia*
Ecclesiastica quorumcumque collectorum, & vni-
corum in quacumque ciuitate, vel Diœcesi, qui suo
tempore officia exercuerint subcollectorum, fru-
ctuum, & prouentuum camera Apostolica debi-
torum, illa videlicet beneficia dumtaxat, quæ
durante eorum officio obtinebant, & in quibus, seu
ad quæ tunc ius competebat; & quia, vt iam in
principio dixi hanc regulam vltra glossatores
explicat Mandosius *supra*, & Rebuff *per* 11.
quæst. item Bellon, *de charitatiuo subsidio à quæst.*
106. Simoneta *q.* 31. 33. *&* 34. & ibi Paulin.
Granut, & Mascard. *de probat conclus.* 317. & post
eos Nicolaus Garcia *de benefic. dict. part.* 5 *cap.*
ex numero 344. † Ideo breuiter inter alia no- 63
tabilia cum ipsis pro explicatione, dico benefi-
cia talium subcollectorum esse reseruata, etiam

obtenta ante officium contra Mandosium, idem in Bellen.q. 120.Simoneta *q. 32.* Graonutius *ad eum q.33.n.18.*Æneas Alconius *q 4 principali*, 41. Garcia *supra* contrariis respondens *ex num.* 352. dicens ita decisum in Rota *decis.* 10. *de prabend. in nouis* ad alia plura Videndus circa subcollectores vnius ciuitatis, aut dispersos per prouinciam dicti collectorum subcollectores.

64 Secundo quod licet collectoris facultas sit probanda per litteras *l. vnica cod.de mandatis Princip. cap. cum in iure peritus* cum ibi notatis *de officio deleg.* subcollectoria tamen probatur per testes, Rota *decis.*10. *de officio deleg.* alias 116. *in nouis*, & ibi à DD. Paz, Bellon. *quæst.* 3. 110. 111. & Miles *in repert* verbo *probatio quod quis sit collector*, & verbo *probatio quod quis sit subcollector* Simon *dict. quæst.* 34. *vbi*, Gramus, Gomezius *in dicto capite statutum de rescript. lib.* 6. *numero* 60. Caputaquen *in decis.* 39. *numero* 3. *parte* 1. Mandosius *in ea reg. quæst.* 2. Marcard. *dicta conclus.* 317. *à numero* 1. *&* 15. idem Garcia *dicta parte* 5. *quæst.* 1. *numero* 176. cum Alex. Simoneta, referens sic decisum in Vrgelen. Canonicatus verbo *adducta numero* 346. & in alia Pla-
65 centina. † Quam notat circa modum probandi subcollectoriam per testes, qui & *numero* 377. 378. *&* 379. ait cum dictis probari subcollectoriam per testes ad effectum probandi reseruationem, secus quando agitur de probanda facultate ad effectum, vt soluere debentes, caute soluant; nam tunc requiritur scriptura, additque non probari subcollectoriam per solos testes de reputatione, & publica fama, & voce ad effectum probandi reseruationem: sic contra Puteum *decis.* 10 *lib.* 3. Cassador *decis.* 2. *ante numero* 3. *de constit.* Bellen. *quæst.* 111. *&* 112. Mascardus *dict. numero* 17. idem Garcia referens ita decisum, ac resolutum in vna ferent. Parochialis 9. *Mai* 1558. coram D. Rubeis, nempe *non probari aliquem fuisse subcollectorem per testes, qui deponunt de publica voce, fama, & exercitio ipsius, nisi deponant fuisse præsentes commissioni, & deputationi, aut alias per scripturam probetur deputatio ad effectum probandi beneficium esse reseruatum* Rota *dict.decis.* 10. *Bull.* 112. idem Garcia *dicto numero* 379. eam referens, ait dictum fuisse resolutum coram Berrallo 1554. io Getunden. beneficior, & pro hac dicit facere à se tradita *d. 5. p. cap.* 2. *dub.* 11. Videoda ad propositum *ex n.*215.

66 Notandum vero est pro complemento, quod etsi collectori Portugalliæ licet concedere licentiam Monialibos introducendi mulieres in Monasterio pro eorum seruitio ex Sacra Congreg. Concilij in Vlixbonen. 31 Ianuarij 1615. penes Sellium *in selectis canon. cap.* 18. *numero* 25. quem refert Barbosa *in tract. de iure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 48. *& in dict. collect. de-*
67 *cis.* 180. *num. fin. ac in Bullario.* † Sed si subcollector absque ordinarij licentia alloquatur cum Monialibus, eum posse excommunicari videtur à Sacra Congreg. Concilij in Hipporregien. 13.Mai 1628. quem citat Sellius *vbi supra dicto cap.* 37. *num.* 9. idem Barbosa *in collect. decis. dicto verbo subcollector Apostolicus decis.* 685.*n.*7.

68 Secuodo notandum est, quod licet dicti collectores sint exempti à iurisdictione ordinarij, item & alij officiales, vt dictum est, adhuc non sit negandum ordinario, vt possit capere, aut capi facere informationem subcollectoris delictorum, saltem Notariorum ad effectum transmittendi ad suos superiores, vt tradiderunt idem Sellius *in selectis canonicis dicto cap.*37. *num.*10. Barbosa *dicta collect.* 685. *num.* 8. Videndus etiam *in Bullario dicto verbo subcollector Apo-*
stolicus.† Et Iulius Labor *varian. lucubrat.tit.*2.
cap. 17.*n.* 37. *ex cap.* 1. *de sepulturis* dicit quod 69
collector Apostolicus est sepeliendus de salario ei deputato.

Ad vltimum, an Cancellaria suppleat Concilij 70
derogationem? Respondeo cum Anastasio Germonio *de indultis Cardinal.§.per qua sublatis n.*74. quod Cancellaria, non supplet in litteris Apostolicis derogationem Concilij, sed requiri quod ipsa derogatio sit in supplicatione.

Et supplet eam tantum quando pars Conci- 71
lij, quæ obstat gratiæ est registrata in corpore iuris, & sic vt suppleatur in dispensatione super defectu natalium, derogatio Concilij Pitauiens, quod est *in cap.*1.*de filius Presbyteror.* etsi non sit generale, ac io dispensatione beneficiorum incompatibilium derogatio Concilij generalis, quod est Lateranense sub Innocentio III. celebratum, de
quo *in cap. de multa de prab.* † Dicitque idem 72
Anastasius Concilio Tridentino non derogari, propter verba apposita in eius fine; per quæ ipsum Concilium remittit omnia à se determinata dispositioni Papæ, qui videtur potius vti facultate sibi tributæ, quam aliquid facere contra Concilium: ita ille.

QVÆST. IV.

An Prothonotariorum participantium, aut titularium, seu extraordinariorum officium sit Dignitatis, & iurisdictionis, & ita Papa commessales, vt eorum beneficia sint reseruata? Et an quis habuit scriptoriam Apostolicam, & dimisit ob istam dimissionem, desinat esse Protonotarius, sicut desinit esse scripsor; ita vt beneficium? quod obtinebat intelligatur esse reseruatum, vel non? Et an finito officio omnibus priuilegiis veriis Protonotariis, concessis priuetur? Et de aliis Notariis inferioribus curia? cursores Papa qui dicatur? Aduocati consistoriales quis? Et qui ex officialibus curia dicantur familiares, ac Papa commessales?

SVMMARIVM.

1 *Prothonotariorum septem collegium ampliatum fuit ad duodecim tempore Sixti V. qui plura priuilegia illis concessit.*

2 *Prothonotariorum, seu Notariorum à Clemente Papa officium institutum fuie ad perquirenda, atque conscribenda Sanctorum gesta.*

3 *Prothonotari, habitum gerentes in ciuilibus, & criminalibus, exempti sunt à iurisdictiane ordinariorum.*

4 *Prothonota*

4 *Prothonotariorum participantium collegium institutum à Clem. I fuit illustrissimorum virorum ex serenissimis Principum familiis, & S R. E. cardinalibus, quorum nonnulli fuerunt Pontifices.*

5 *Prothonotariis Papa Paul. V. concessit deferre pileum nigrum cordulis violaticis circum ornatum, etiam serico violaceo suffultum cum flocis, & ornamentis eiusdem coloris.*

6 *Prothonotarij sunt familiares, & Prælati Domestici Papæ, panem quotidie, & vestes in morte, & coronatione Pontificis, & locum in caualcatis habentes, spurios legitimare, ac notarios creare valentes, suique familiares potentes arma portare.*

7 *Prothonotarij ideo dicti sunt, quia sunt primi Notarij sedis Apostolicæ* à protos *Græce.*

8 Prothonotarij, *nomen in Bullis numquam ponitur, sed* Notarij: *Et si in Regulis cancellariæ ponatur illud nomen ad maiorem excellentiam.*

9 *Prothonotarius Papæ nemo creari potest ante annos* 20.

10 *Prothonotarij de numero participantes, dicti ordinarij habent Dignitatem, & precedunt canonicis Parochialium Ecclesiarum, & etiam Lateranen. de Vrbe.*

11 *Prothonotarij de numero præcedunt in capella Papæ sacristæ, & Abbatibus vsum Mitræ habentibus.*

12 *Prothonotarij nnmerarij, turificantur ante Nuntium Apostolicum transeuntem, non autem intra suam Prouinciam existentes, & etiam ante canonicos, & Dignitate, ac Abbates benedictos, & vicarium Episcopi, & Generales ordinum, & post eos Prothonotarij supra numerarij, nisi essent consanguinei alicuius magni Principis. Quandoque precedunt nunciis Apostolicis, si incedant in habitu, vt n.13.*

14 *Prothonitary titulares dicti extraordinarij, & si habeant Dignitatem, sed non quasi cateri Prothonotarij; non enim habent in Ecclesia præcedere supra canonicos, nec inter eos, si non sunt canonici.*

15 *Prothonotarij titulares, poterunt vbi non est canonicorum collegium, sedere in presbyterio cum habitu prelatitio, & in processione incedere post sacramentum, & post celebrantem.*

Quibus concessit Papa in consistorio sedi sui esse proximiores, quando authentica documenta conficiunt, vt n.16.

17 *Prothonotarij titulares possunt esse iudices delegati; sed an iudices conseruatores non est certum vt n 18. vbi DD. affirmane, & de necessitate eorum hic.*

18 *Prothonotarij titulares, etsi Dignitatem non habeant in Ecclesia cathedrali, vel collegiata, eam tamen habent in Ecclesia Romana.*

19 *Prothonotarij titulares incedentes in habitu clericali, gaudent fori in priuilegio ciuilibus, & criminalibus, & si Ecclesia, non seruiant, & sunt exempti ab ordinariis in causis excedentibus summam 25. Ducatorum.*

20 *Prothonotariorum priuilegiis Concilium non derogauit, nisi in causis criminalibus.*

21 *Prothonotariorum beneficia, sunt reseruata, etiam de illis, qui sunt creati allegatis.*

22 *Reseruatio beneficiorum Papæ Prothonotariorum, potest dici clausa in corpore iuris.*

23 *Prothonotarius Papæ nequit sua beneficia coram ordinario permutare, nec ordinarius ea conferre; sic vt ius abdicetur à permutante, vt n.24.*

45 *Prothonotariatus probatio; ad hoc vt gaudeat priuilegiis Papæ, debet esse concludens, & quod constet de acceptatione, vt num.26.*

27 *Scripturam Apostolicam dimitens, num finiat Prothonotariatus officium, & beneficium desinat esse reseruatum, & n.28.29.30 ad 35.* & ex n.36. *respondetur argumentis contra affirmatiuam.*

28 *Scriptura est causa inductiua, & conseruatiua Dignitatis.*

29 *Scriptori æqualitas adiungitur Prothonotoriatus officio.*

30 Rotæ decisio 70.n.8.

31 *Gratia Principis, & concessio debent interpretari, sic vt non oriatur absurdum.*

32 *Verba dubia debent trahi ad eum sensum; quem accipit subiecta materia, vt deseruiant menti, etiam in materia, in qua stricta sit interpretatio.*

33 *Dignitas per numerositatem vilescit.*

34 *Prothonatarius simul cum scriptoria videtur esse causa consecutiua, & realis eiusdem scriptoriæ.*

35 *Priuilegium concessum ratione alterius, sublato vno, tollitur aliud.*

36 l.eos Cod. de excusat muner. lib. 10. l. eam legem Cod. eodem. l. 1. Cod de aduocatis diuers. iudicum, & num sequentibus.

37 *Dignius debet trahebere ad se minus dignum, sed qualiter.n.41.*

38 *Dignitatis vestigia solent retineri in memoriam antiqua Dignitatis, sed qualiter n. 44. & 45.*

39 *Aduocatis pleraque priuilegia construantur; etiam post cessationem in officio.*

40 *Officij honorarium cessat, vbi illud datum est pretio, si dimittatur scriptoria.*

41 *Scriptoribus Apostolicis à curia absentibus; non datur priuilegium, nisi de licentia Papæ, vt n.43.*

42 *Prærogatiua data in regula 1. prærogatiuarum est ratione laboris.*

43 *Dignitatem adipiscens virtute propria, plus meretur, quam qui pretio.*

46 *Gratia cessante causa, quando dicatur cessare.*

47 *Prothonotariatus est dignior Dignitas scriptoria, quando stat de per se; non sic inscriptoria, quæ stat accessoriè.*

48 *Priuilegia Principum, quanto sunt concessa propter certam causam, non sunt late interpretanda.*

49 *Beneficia omnium officialium Papæ sunt reseruata, etsi officium deposuerint.*

90 *Scriptores sunt officiales Papæ; & sic eorum beneficia reseruata.*

51 *Prothonotarij quidam vacantes, etiam retinent honores, & beneficia, qui isti, honorarij.*

52 *Reseruationes beneficiorum sunt legales.*

53 *Beneficia camerarij Papæ, Auditorum Rotæ, atque abbreviatorum sunt reservata, vt cumque vacent, siue morte, siue officio dimisso.* n. 55.

54 *Beneficia Referendarij, Acolyti, scutiferi, secretarij litterarum Apostolicarum, ad effectum reservationis continentur. Item & scriptorum militum sancti Petri, aliorumque officialium Papæ, & si non comedant in Tinelo.*

55 *Notarij extra vrbem creandi debent se prius submittere examini sub pœna nullitatis, & falsi. Et de forma examinis* remissiuè. numer. 56.

57 *Cursorum curiæ Romanæ officium, est potestas citandi, & intimandi, in nonnullis causis Papæ mandata.*

58 *Cursores Papæ in processionibus, ac funeribus claues argenteas deferre debent, & non mandatarij.*

59 *Pertigarij officium in cathedralibus correspondet cursori ad intimas faciendas.*

60 *Aduocati consistoriales sunt qui plenam habent administrationem redituum studij, quorum collegium creatum apparet; & sic dicitur Papam constituisse ordinem Aduocatorum, qui sint legis periti, vt habeant regimen vrbis.*

61 *Consistoriales vrbis precedunt quibuscumque aliis. Aduocatis, atque Doctoribus antiquioribus.*

62 *Salmantinæ vniuersitatis, Vallisoletana, & complutens. priuilegia* remissiuè.

63 *Aduocatorum officium, etiam extra vrbem est nobile, & laudabile; sic vt nec ad senatoriam Dignitatem non eligantur, nisi viri experientia aduocationis illustres.*

64 *Infames sunt repellendi à munere aduocationis.*

65 *Liberti possunt esse Aduocati; non enim infames erant.*

66 *Aduocatus dicitur quoad officia Ecclesiæ ille qui præsidet rebus Ecclesiæ agendis.*

67 *Familiares, ac Papæ commensales solum sunt, qui rationem personæ, & non officij pro tempore obtenti in Palatio Apostolico panes habere quotidie possunt, & in posterum habere possint.*

68 *Familiares Papæ, siue comensales sunt Auditores Papæ, Referendarij, & alij officiales ex Palatio Apostolico panem habentes.*

69 *Commensales Papæ vere sunt Clerici de camera.*

70 *Comissarius cameræ, est familiaris.*

71 *Cantores capellæ Pontificis sunt familiares*

72 *Familiares Papæ qui dicantur, quoad beneficia reservata* remissiuè.

73 *Exemptiones familiarum Papæ non sunt reuocatæ.*

74 *Familiares Auditorum Rotæ, confidentialium, Cardinalium, Episcoporum* remissiuè.

1 ET si longe hæc omnia possent hic repeti, ego inquam breuiter distinguendo absoluam & sic præmitto ex Constit. Sixti V. incipit *Romanus Pontifex*, sub data 16. Kalend. Decemb. 1585. ampliatum fuisse collegium septem Notariorum sedis Apostolicæ antiquitus institutorum ad numerum duodecimum, cum gratiarum, & priuilegiorum extensione pro ipsis septem Notarijs, in qua per 22. §§. patet de summa priuilegiorum ipsis concessa, vt referunt Barbosa *de iure Eccles. c. 23. de Prothonotarijs n. 4. 5. & 6.* referens verba *dicta* Constit. Anton. Nouatius *in summa Bullar. tit. de Prothonotarijs.* † Quorum officium, seu 2
Notariorum sedis Apostolicæ in ipsis primitiuæ
Ecclesiæ initiis à felicis recordationis Clem. Papa
I. ad sanctorum gesta perquirenda, atque conscribenda noscitur institutum, ad quod assumpti,
† habitum, & Rochetum deferentes, actuque 3
exercentes, tam in ciuilibus, quam in criminalibus ab omni ordinariorum iurisdictione exempti reperiuntur, vt statuit Leo X. in Constit. incipit *Romani*, sub data Romæ 4. Mai 1515.

Quorum Prothonotariorum collegium de nu- 4
mero participantium à S. Clem. institutum, in quo semper illustrissimi viri, & ex serenissimis Principum familiis adscripti fuerunt, ex quo numero quam plurimi ad Sacr. Romanæ Ecclesiæ Cardinalatus Dignitatem promoti nonnullique summum Pontificatum adepti fuerint, & ante an-
nos quidem 160. Episcopis præferebantur. † ita 5
grauissime commendatum à Paulo V. vt in peculiare signum, & prærogatiuam quoad omnes alios eius Collegij Prothonatorios concessum fuerit priuatiue, vt pileum nigrum cordulis violaceis circumornatum, & etiam Serico violaceo suffultum cum flocis, & ornamentis eiusdem coloris deferre possint, & valeant, vt S. D. Papa, audita Congreg. sententia, annuit, atque concessit, vt in decreto eiusdem sacræ Congregat. sub Die 17. Februar. 1617. idem Barbosa *dicto cap. 23. de iure Eccles. n. 7.* quos idem *in collect. decis. 616.* verbo *Prothonotarij de numero participantium n. 5. &*
in Bullario sub eodem verbo. † Dicit dictos esse 6
familiares, & Prælatos Domesticos Papæ, panem quotidie, & vestes in morte, & coronatione Pontificis, & locum in caualcatis habentes spurios legitimare, ac notarios creare valentes, ac eorum familiares arma gestare potentes ex dict. Constit. 12. Sixti V. apud Laert Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 382. in nouissim. impress.* de quorum materia agunt idem Ioannes Anton. Nouatius Sup. Theodosius de Rubeis *in singularibus Rotæ tom. 2. p. 4. tit. de præced. Prothonot.* Barbosa latè *in dicto cap. 23. de iure Ecclesiast. in dict. collect. 616. & 617.* ac *in Bullario eodem verbo*, & verbo *Prothonotarius titularis*, Michaël Ferro *infra cap. 41. à n. 1.* aliquid *cap. 27. num. 12.*

Quod si dubites quare dicti sint Prothonota- 7.
rij, respondetur ideo, quia sunt primi Notarij sedis Apostolicæ *a protos* græce, quod est primus, late Michaël Ferro *de præced. cap. 42. n. 1.* Mandosius *de signatura gratia tit. Prothonotarij in princip.* Ludouicus Gumez *super reg. Cancel. q. 1.* Erasmus Chochier. *de iurisdict. ordinum in exemptos p. 1. q. 18. n. 1.* Cassaneus *in cathaloge gloriæ mundi p. 4. considerat. 9.* vt & Barbosa *n. 12. &*
14. dict. c. 23. † aduertunt quod istud nomen *Pro-* 8
thonotarius numquam ponitur in Bulla, nec in aliis dispositionibus Apostolicis, sed tantum *notarius*, licet in regulis, cancellariæ ponatur illud nomen ad maiorem excellentiam, vt refert etiam Narbona de ætate ad actus humanos anno 20.
q. 10. n. 2. † vbi *num. 5.* post Moneiam de con- 9
seruat *cap. 1. num. 161.* & alios subdit speciali Constitut. Pauli II. statutum esse neminem

ante

ante 20. annum creari Prothonotarium debere.

10 Et quod dicti Prothonotarij de numero participantes, & dicti ordinarij, qui ratione sui officij, fructus ex Romana curia percipiunt, & Bullas Ecclesiarum, & Monasteriorum expediunt, Cassaneus *dict. considerat.* 19. Leo in Thesauro fori *Ecclesiast. p. 1. c. p. 2. n.* 14. & auth. conficiunt instrumenta rogari ex Bulla Pij II. quam refert Ferrus *dict. quæst. 42. n. 1. de præcedent. & q. 57 n. 12. quæ est 1. tom. Bullar. fol.* 316. *ordine* 4. incipit *cum seruare*, non minimam habent Dignitatem; siquidem præcedunt canonis Ecclesiarum Patriarchalium, & etiam Lateranensis de Vrbe, vt Sacra Congreg. Rit. declarauit Die 4. Martij 1613. testibus Ioan. Nouar *dict. tit. de Prothonotar. n. 5.* Theodos de Rubeis *in singular. Rota tom. 2. pag. 4. tit. de præcedent. Prothonotar. à pag.* 87. & 88. *in fine eiusdem tit. pag.* 493. Barbosa *de canonicis*
11 *cap. 18. n. 34.* † Qui & in capella sanctissimi, debet præcedere Sacristæ. & Abbatibus vsum mitræ habentibus vt à Sacra Congreg. Rit. in Romana 13. Iulij 1601. declaratum fuisse referunt Sellius *in selectis canonicis cap. 27. n. 25.* Barbosa *in dicta collect. 616. n. 6. & fin. & in Bullario supra*, & Cantelorius *de præcedentia n. 47. 52. & 53.* ex cæremoniali Romano *lib. 2. tit. de ordine sedendi in capella Papæ*, quam sequitur Michaël Ferro *dict. quæst. 42. n. 3* negantes, quod Prothonotarij supernumerarij non præcedant Prælatos antiquiores de stylo Romanæ curiæ, nec Prothonotarij habeant sedem in capela Pontificia, fatentur solum de Prothonotarijs participantibus, de qui-
12 bus, † docent Leo dist. *cap. 2. n.* 34. Casan. *dict. consid.* 59. Michaël Ferro *dict. q. 42 sub n. 3.* quod Prothonotarij numerarij intitulantur ante Nuntium Apostolicum transeuntem, non autem intra suam Prouinciam existentem, & etiam ante Canonicos, & dignitates, ac Abbates benedictos, & Vicarium Episcopi, & Generales ordinum, & post eos Protonotarij supranumerarij, nisi essent
13 consanguinei alicuius magni Principis. † Et tunc pro arbitrio Episcopi, & Leo *vbi supra*, & Ferro cum eo dicunt præcedere Nuncijs Apostolicis si in cedant in prædicto habitu Prælaturæ, intelligentes procedere sic in Nuncijs, non Episcopis, aut Archiepiscopis, & idem Michaël Ferro *dicto n. 3. in fine*, vers. *sed cum Prothonotarij*, com in his partibus hæc non obseruari cum Prothonotarijs; eo quod consuetudine habituri non defe-runt.

14 Prothonotarij titulares, aliàs dicti extraordinarij; quorum Dignitas vilescit propter numerum eorum excessiuum, vt dixit Casaneus. *dict. considerat. 29. in fine*, licet habeant Dignitatem, sed non qualem proxime relati Prothonotarij participantes, quia in Ecclesia non habent præcedere supra canonicos, nec inter eos, si non sunt canonici, vt censuit Sacra Congreg. Spoletana terræ Casciæ. 23. Mai 1619. & in alia castellæ, & legion. 30.
15 Aprilis 1604. † Poterunt tamen, vbi non est canonicorum collegium sedere in presbyterio cum habitu prælatitio, & in processione incedere post sacramentum, & post celebrantem ex eadem Sacra Congreg. 15 Iulij 1628. qui & præcedunt canonicis non collegialiter interuenientibus Sacr. Con-
16 greg. in dict. Legionen. & Castellæ, † Quibus etiam in consistorijs Papæ Pius II. supra concessit sedi suæ esse proximiores, quando authentica documenta conficiunt, & sic venire, vt sint præferendi omnibus officialibus Romanæ curiæ inferioribus post Episcopos, Casaneus. *dict. consideratione* 29. & 30. Cantelorius *de præcedentia dicto n.* 47. & 52. Michael Ferrus *dict. quæst. 42. sub n. 3.* quod intelligo de Prothonotarijs numerarijs ex dictis in vers. antecedenti, alia congerunt videnda Sellius *in selectis canonic. cap.* 36. Anton. Nouar. *n.* 9. 13. 24. & alijs Barbosa *de iure Ecclesiast. videndus a num.* 5. *vsque ad finem in collect. decis.* 617. *à n.* 1. verbo *Prothonotarius titularis*, idem *in Bullario eodem verbo*, plura ex multis Bullis Pontificum, & declarationibus congerentibus, vbi leges.

Dubium tamen est, an dicti Prothonotarij su- 17
pra numerum possint nominari, atque fieri, deputarique iudices conseruatores? in quo est Doctorũ diuersitas: nam quidã docent, quod licet isti Prothonotarij titulares dicantur habere Dignitatem, vt dixerunt Cassan. *dict. considerat.* 19. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. cap. 2. n.* 34. Moneta *de conseruat. iudic. cap. 5. n.* 18. Michaël Ferro, *de præcedent. dict. q. 42. n.* 5. sed non inde possint conseruatores nominari, ac deputari, cum Dignitas eorum non sit in cathedrali, vel collegiata, iuxta textum *in cap. fin. de officio deleg. lib.* 6. etsi possint esse iudices delegati, iuxta *cap. statutum de rescript. lib.* 9 dicit Ferro, *dict. n.* 8. firmius de praxi in hoc tribunali Nuncij Hispaniæ, quia in se multoties vidit, vt Prothonotarius nonciaturæ, cui tamquam Dignitatem habenti, & alijs Prothonotarijs eiusdem nunciaturæ, causæ ciuiles, & beneficiales commissæ fuerunt, & hodie committuntur, non tamen criminales, & matrimoniales, quæ tantùm ordinarijs possunt committi iuxta Concilium Trid *sess. 24 cap.* 20. & idem Ferro *dicto n. 3. in fine*, satis de conuenientia plorat, vt magnopere congrueret, quod in his partibus essent tres, aut quatuor Prothonotarij deputati à sede Apostolica cum habitu, qui literis, & moribus ornati, causas cum grauitate, & sine ipsarum solicitudine definirent, & eis tantum, & non alijs committerentur, cuius dicto obest praxis Trid. *in cap. 10. sess. 25. de reformat.* dum ordinarijs, & iudicibus synodalibus causas præcipit committi.

Nihilominus, vt iudices conseruatores deputa- 18
ti possint, alij docent ex Sacra Congreg. Concilii de anno 1630. ex eo quia licet Prothonotarij Dignitatem non habeant in Ecclesia cathedrali, vel collegiata, eam tamen habent in Ecclesia Romana, quæ omnium aliarum mater est, & Magistra, *cap. 2. de summa Trinit. cap. antiqua.* 23. *de priuileg.* refert Barbosa *de iure Eccles. p. 1. cap. 33. n. 57. 28. & 29* alia congerens, quod hic in partibus non video in praxi admissum; sed idem Barbosa videtur *ibi* hanc vltimam tenere ex dict. Sacr. declarat. Concilij, vt refert etiam dict. collect. 617. n. 18. verbo *Prothonotarius titularis*, & *in Bullario sub dicto verbo* nam dicit *n* 34. *dict. c.* 23. quod collegium Prothonotariorum participantium, solet Prothonotarijs titularibus litteras suarum facultatem expressiuas concedere inter alia verba, sequentia referens; *& propterea eidem D. N. vti Prothonotario Apostolico, ac in Dignitate Ecclesiastica constituto, causas, seu lites beneficiales Ecclesiasticas, & mixtas per Apostolicas litteras, seu quouis alio modo committi, seu delegari posse, sicut ab immemoriali tempore circa obseruatum fuit, & de præsenti obseruatur &c.* quæ tantum de delegatione loquuntur, sicut prima

prima sententia concedit negans in conseruatoria.

19 Hi inquam Prothonotarij in habitu clericari, incedentes, fori priuilegio gaudent, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis, quamuis non sint adscripti seruitio alicuius Ecclesiæ, vt ex Sacra Congreg in Toletana 22. Martij 1632. docent Anton. Nouar. dict. tit. de Prothonotar. n. 23. & 24. Barbosa dicto cap. 23. de iure Eccles. n. 36. idem in dict. collect. decis. 617. n. 4. & in dicto Bullario & Sellius in select. canonic. refert in Sacra Congreg. Concilii Die 9. Iulii 1626. quod ipsi gaudent etiam priuilegio, & clericali, etiam si Ecclesiæ non inseruiant, qui quidem ex priuilegio in ciuilibus sunt exempti à iurisdictione ordinarii quoad causas excedentes summam 25. Ducatorum ex Bulla VIII. Leonis † quia Concilium

20 non derogauit priuilegiis Prothonotariorum, nisi in causis criminalibus iuxta sacram Congreg. Concilii in Papien. 14. Decemb. 1630. cuius meminere Ioan. Anton. Nouar. dict. tit. de Prothonot. tit. 23. n. 36. Barbosa dicta decis. 617. n. 3. aliquid tradit idem Barbosa ex Trid. sess. 14. de reformat. cap. 11. n. 3. ex Sellio cap. 71. n. 4. qui etiam de canonicis cap. 3. n. 54. & cap. 18. n. 34 nonnulla refert de his Prothonotariis titularibus, & alia circa sessiones, & processiones intra Ecclesiam, quàm extra; item & præcedentias inter canonicos & Dignitates, & ad alios plures casus in dicta collectanea 617. & in Bullario dicto verbo Prothonotarius titularis, & sub dicto cap. 23. lib. 1. de iure Ecclesiast. Nouarius, Sellius adducentes plures declarationes Sacræ Congreg. ibi videndas idem Barbosa de potest. Episcopi p. 3. alleg. 74. à num. 30. late Lotterius de re benefic. lib. 2. q. 18. & 19.

21 Dubitant ergo DD. an prædicti Prothonotarii, ita Pontificis sint commensales, quod eorum beneficia sint reseruata ex reg. Cancel. sicut de beneficiis subcollectorum diximus in fine quæstionis præced. Quibus suppositis breuiter hic respondendum est Prothonotariorum beneficia, etiam si illi non sint de numero participantium, sed ad instar, vel à legatis creati esse reseruata per extrauag. ad regimen de preb. & reg. 1. cancellaria, vt docent Puteus decis. 329. lib. 2. in correct. Caputaq. decis. 407. p. 2. & decis. 27. p. 3. Rota decis. 407. n. 1. p. 1. recent. & in Burgen. Abbatiæ de Salas 14. Mai 1612. coram Vbaldo, & 30. Nouemb. 1615. coram eodem. vbi abunde fuit firmatum, & in commen. capellæ 7. Februarii 1610. coram Remboldo, & in Casalen. Beneficior. 10. Decemb. 1627. coram R.P.D. Merlino, & in Romana capellaniæ 20. Nouemb. 1618. & 29. Aprilis 1630. coram R.P.D Prouano, Barbosa dicto cap. 23. de iure Eccles. n. 37. de quo sunt videndi etiam Mandosius in dicta regula prima, Cancel. quest. 5. sub numer. 7. Bellamera in decis. 655. incipit Notarij pœnitentiariæ, Gonzalez in reg. 8. Cancel. glossa 51. n. 12. Lotterius de re beneficiaria q. 17. n. 97. in fine, Vbi per Rotam in Ferrariens. Cano-

22 nic. 26. Aprilis 1624. coram D. Pirouano † subdit hanc reseruationem Prothonotariorum posse dici clausam in corpore iuris.

23 Et in tantum vt Prothonotarius non possit coram ordinario beneficia sua permutare cum alio, quia non posset ordinarius conferre, cum Papa esset adeundus, vt conferret, sicut docent Felin. in cap in nostra 15. de rescript. Federicus de Senis consil. 1 12. in princip. Puteus decis. 255. lib. 1. in correct. Flamin. Paris. de resignat. beneficior. lib. 2. q. 16. n. 4. vbi Rotæ decisiones refert Chochier de permutat. beneficior. p. 2. cap. 2 Rota in Calaxen. beneficior. 10. Decemb. 1627. coram R.P.D. Merlino, Barbosa dicto cap. 23. de iure Eccles. n. 38. † qui n. 39 40. & 41. resoluens illam 24 dubiam quæstionem, an ex permutatione tali, abdicatum ius dicatur a permutante; ita vt tunc indicatur vacatio, ex n. 46. vsque ad finem, respondit fundamentis existimantium dictam extrauag. ad regimen. non comprehendere quoad reseruationem Prothonotarios titulares, sed tantùm participantes: nam omnes sub generali ea reseruatione comprehenduntur.

Quod si dubites qualis debeat esse Prothono- 25 tariatus probatio ad effectum reseruationis, præhabitus hic, quæ diximus de simili probatione collectorum, & subcollectorum dict. q. præcedenti in fine, ad casum præsentem, dico, vt debeat esse concludens, Puteus decis. 166. n. 2. lib. 3. Rota decis. 46. n. 5. & 4. p. 2. diuers. Greg. 15. quos refert eadem Casalen. beneficiorum 10. Decemb. 1627. coram R.P.D. Merlino; & quamuis possit probari per litteras patentes, l. nemini licere §. non aliter ff. de aduocatis diuers. iudicium, Barbosa de iure Eccles. dict. cap. 23. p. 1. ex n. 41. † Vbi vlterius 26 requiri quod constet de earum acceptatione, vt firmauit Rota in dicta Burgen. Abbatiæ de Salas in vers. pro cuius resolutionis fundamento, quam tamen acceptationem determinari per litterarum expeditionem, non aliter; eo quod hæc sit acceptatio tacita, quæ sufficit, secundum Mohedan. dec. 18. de prebend. Puteus dec. 17. n. 9. lib. 1. Crescent. dec. 9. de præsumptionib. & Rota in Carthagin. beneficii 26. Februarii 1603. coram Cardinali Lanceloto, in qua ponitur prædicta distinctio.

Ad secundam quæstionis partem, an qui ha- 27 buit scriptoriam Apostolicam, & dimisit, ob istam dimissionem desinat esse Protonotarius, sicut desinit esse scriptor, ita vt beneficium, quod obtinebat intelligatur reseruatum, vel non. Et visis, quæ de scriptoribus Bullarum Apostolicarum scribunt Rota decis. 70. per totam p. 1. diuers. Loterius de re beneficiaria lib. 2. q. 17. n. 86. & alii. Respondeo in hac difficultate sedanda longos esse scriptores, quia si sit reseruatum, dicemus Cardinalem vigore indulti extraordinarii conferre eum posse; sin secus, tunc prouisio spectet ad ordinarium collatorem, vt tenuit Rota in vna Hispalens. beneficii Die Lunæ 14. Ianuarii 1572. coram R.P. D. Domino Robusterio Oriolensi Episcopo impressa in 1. part. diuers. decis. 7. dicens propter dimissionem scripturæ Apostolicæ finiri, & Protonotariatum, & beneficium non esse reseruatum Apostolicæ prouisioni, si vacauerit scilicet in mense ordinarij iuxta intellectum, quam dictæ decisioni præstat, Anastasius Germon. de indultis 8. etiam ex eo num. 54. & 55. cum sequentibus.

Pro hac vltima sententia plura sunt fundamen- 28 ta. Primum quia scriptoria est causa inductiua, & conseruatiua Dignitatis ipsius Protonotariatus in personis scriptorum cum sic inducatur ex coniecturata mente disponentis, à quo totum hoc pendet ex l. 1. §. in vico & §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico. vt declarant Bald. ad leg. humanitatis n. 18. ff. de impuber. & substit. & alii, qui citantur in dicta decis. quia in priuilegio scriptorum sedis Apostolicæ, aut obscure constat qualitatem

tatem scriptoriæ qualificare protonotariatum, cum sint in eadem oratione,& ab eodem verbo regantur, Oldradus *cons.* 8. Socinus *cons.* 27. *n.* 13. *&* 18. Decius *cons.* 92. *colum fin.* vers. *quinto in pro-*
29 *posito*, Parisius, *cons.* 72. *n.* 53. *lib.* 4. † At qualitas propter quam in Prothonotariatu huiusmodi fuit apposita qualitas scriptoriæ, non intuitu personarum, de quibus Papa, ibi nullam habet notitiam, cum referat se ad præsentes, & futuras, *l. qui filiabas*, & *ibi notat ff. de leg.* 1. cum alijs per Socinū, *cons.* 73. *n.* 10. *in fine lib.* 4. ergo cum voluerit Papa, quod ea Dignitas Protonotariatus staret simul cum officio scriptoris, hoc est non de per se principaliter, sed consecutiuè, & accessoriè ad officium scriptoriæ, & illi esse annexum ex notatis per Innocent. *ad cap. de multa col. fin. ante finem de preb.* Ioan. de Platea *ad leg. cum legem post princip Cod. de dignit. lib.* 12. Socin. & alij *ad Rub. de leg.* 1 Petr. de Perusio, *in tract. de vnione cap.* 1. sequitur vt dimisso scriptoriæ officio, extinguatur, & finiatur illa Dignitas in persona dimittentis, qui remanet, vt priuatus, & Dignitas transit ad alium cum officio, quod & ratio naturalis, & ciuilis suadet, nec duo eodem tempore eandem rem possideant: argum. textus *in l. si vt certo §. si duobus vehiculum ff. commodati*, de qua regula canonistæ, *in cap. licet* 9. *in fine de probationib* vt in præmisso illius notaui.

30 Secundum ex verbis eiusdem Rotæ. *dict. decis.* 70. *n.* 8. ibi *facit Prothonotarios illos, qui in futurum erunt scriptores*, quibus probatur non sufficere, quod aliquomodo scriptor existat, sed debet permanere toto tempore importato per participium *in futurum erunt, seu exstiterint scriptores*, Bartol. *in l. ex facto n.* 2. *in fine*, & *ibi* etiam Cuman. *n.* 13. *de vulgari, & pupil.* idem Bartol. *in l. præcipimus §. sane ff. de appellat.* Imola *in clem. & si principalis n.* 14. *de rescript.* prædicta enim verba resoluuntur in relatiua, & eiusdem temporis iuxta Doctrinam glos. *in clem.* 1. *in* verbo *Dignitas. de prebend.* Bartol. *ad leg. centurio n.* 28. *in fine* vbi & multi alij *ff. de vulgari, & pupillari*, quæ faciunt conditionem, & inducunt qualitatem rei dispositæ, iuxta doctrinam eiusdem Bartoli, & aliorum *in l.* 1. *ff. de condit. & demonstrat.* causa enim est, quæ regulat conditiones addictas.

31 Tertium, quia cum iuris regulæ sint, quod Principis gratia, seu concessio interpretetur, ita vt inde non oriatur absurdum, aut aliquid quod à sapientibus reprehendi posset ex *dicta l. ex facto*, vbi Cuman, & alij *ff. vulgari*, Craueta cum aliis,
32 *cons.* 3. fere per totum *lib.* 1. † Et quod quando verba sunt dubia, debeant trahi ad eum sensum, quem accipit subiecta materia, vt deseruiant menti, etiam in materia, in qua stricta sit interpretatio, *in l. insulam ff. de præscript.* verbis cum aliis per Cort. Senens. *cons.* 40. *n.* 14. Alex. *cons.* 120. *n.* 4. & *ibi add. lib.* 2. Cassan. *cons.* 1. *à n.* 57. sequitur vt si dimisso officio adiuncto cum Protonotariatus Dignitate, ipsa etiam Dignitas non vacaret, contingeret, quod simul eodem tempore possent oriri plures Protonotarii, qui valerent vti tantis prærogatiuis, ibi concessis, vt esset valde absurdum, & contra verisimilem mentem concedentis, maxime, quia infinitas debet euitare, *l. qui bona §. fin. cum ibi notatis ff. de damno infecto, l. vones, §. hoc sermone ff. de verb. signif.* cum aliis per Alex. *cons.* 16. *n.* 9. *lib.* 4. Abbat. *in cap.* 1 *num.* 1. *de*
33 *priuileg.* † vbi ait per numerositatem vilescere Dignitatem, quæ per se alioquin est excellens, & qualitas scriptoriæ sit successiua; eo quod officium scriptorum existimatur perpetuum, & non momentaneum, cum detur ad vitam, & beneplacitum eorum, qui illud emunt glossa, *ad leg.* 1. *ff. pro socio*, Ioannes de Platea *ad leg. eam legem Cod. de excusat. muner. lib.* 10. Decius *cons.* 204. *per totum* & in simili de iurisdictione, vt sit quid perpetuum, & non momentaneum, vt considerat Bald. *in l. generaliter circa medium Cod. de Episcopis, & clericis*, & in canonicatu locum sibi vindicet, *dict. decis.* 70. *n.* 9. *in medio*, & Dignitas illa Protonotariatus sit qualitas successiua, euenit, vt in dubio præsumatur, quod fuerit à disponente assumpta pro causa essendi, & permanendi, vt eatenus sit Protonotarius, quatenus in eo durat qualitas scriptoriæ, Imola *in dicta clem. etsi principalis num.* 14. vers. *si vero non appareat &c.* & vers. *quandoque est dubium* de rescriptis.

Vnde licet prædicta causa non sit expressa, & 34 causa scriptoriæ influat in ipsam rem principaliter, & non in personas, videtur vt Dignitas Protonotariatus sit causa consecutiua, atque realis, & vt sequitur suam causam indiuiduam, & ipsum officium, sicut notant omnes ad textum *in l. sordidorum Cod de excusat. muner. lib.* 10. à quo non potest separari præter intentionem concedentis iuxta Baldi doctrinam *in l. si prædium n.* 4. *ante finem ff. de ædilitio edicto*, & aliorum, quos citat Craueta, *cons.* 170. *n.* 6. *lib.* 1. & inde fieri quod dimisso scriptoriæ officio, extinguatur dicta Dignitas in persona dimittentis, vt dictum est, & in terminis late Anastasius Germon. *de indultis, dicto §. etiam ex eo videndus à n.* 60. *vsque ad finem*, vbi *n.* 61. *&* 66. confirmat ex doctrina Bartoli *ad leg. Gallus §. & quid si tantum, col.* 3. *in princip.* vers. *propterea posita ff. de liber. & posthumis*, Socinos *cons.* 150. *col.* 7. *num.* 17. vers. *sexto confirmatur*, in fine, † Dicentis quod quando pri- 35 uilegium competit ratione alterius, si tollitur vnum tollitur, & aliud; item ex regula textus *in l. cum Prætor ff. de iudiciis, l. maritus Cod. de Procurator. l. vnica §. sin autem Cod. de caducis tollendis cap. ad audientiam de decimis*, cum aliis similibus, ex quibus deducunt DD. quod vbi concedens vult quod priuilegia durent dimisso officio, id exprimit, sicut patet in facultate testandi per dicta iura, quam soler dicere velle durare, etiam dimisso officio; in aliis verò casibus iure communi, & ordinario non comprehensis, ac de quibus expressam non faciat mentionem denegare.

Nec obstat aliquod ex fundamentis contrariæ 36 sententiæ, nempe vt Dignitas perpetua, dimisso officio, duret ex *l. eos. Cod. de excusat. maner. lib.* 10. *l. eum legem in fine Cod. de excusat. maner. l.* 1. *Cod. de aduocatis diuers. indic.* vbi Bart. Salicet, & alij, qua probatur, quod deposito officio, habens Dignitatem illi annexam, remanet in Dignitate, & quia cessante causa, non debeat cessare gratia creationis Protonotariatus, quæ semel habuit suam perfectionem, & transtulit plenum ius in acquirentem *ex l fin. in princip. ff. vnde liberi.* cum aliis per Bartol. *ad leg.* 2. *§. fin. circa finem. ff. de donat.* † Et illud quod dig- 37 nius, quale est Dignitas Protonotariatus, debet ad se trahere minus dignum, quale videtur scriptoria ad Protonotariatus Dignitatem per regulam iuris, accessorium, *de regular. iuris*

iuris lib. 6. l. in argente in princip. ff. de
argento,& auro legato, Canonistæ per textum,*in*
c.quanto 3. de iudiciis,c.per tuas de arbitris cum
vulgatis,& ex alıs principiis.

38 Nam præterquam quod prædictæ obiectiones
adiuuentur etiam ex eo quod nonnunquam,imo,
& plerunque in memoriam antiquæ Dignitatis,
retineantur reliquiæ, & vestigia quædam, dictæ
antiquæ Dignitatis,hoc est nomen,seu honor, &
prælatio honoris cum priuilegio immunitatis ter-
tio non nociuis sine aliquo exercitio præcedentis
Dignitatis,Ioan.de Platea *ad leg. 1. & 2. Cod.de*
præfect. Prætor,& ad leg. 1.vbi Iacobus Rebuffus
Cod.de proposit.sacr.cubic.lib. 12. & late Tyra-
quellus *in tract.cessante causa causa, limitatione*
39 *15.& 16.per totum*,† Et sic contingere in aduo-
catis ex *dicta l.1. Cod. de aduocat. diuers. iudic.*,
quibus pleraque constitutionibus illius tituli pri-
uilegia concessa sunt,reuerentia studiorum, & vt
ait Iacob. Cuiac. *in paratitb. eiusdem tituli*,
reuerentia litterarum,contemplatione litteratæ
40 militiæ. † Tamen honorarium illud cesset, vbi
quis pretio, aut suffragio adipiscitur officium
cum Dignitate, pro vt ipse scriptores Apostolici,
quibus dantur priuilegia, non ob merita,aut la-
bores,sed ob pretium, vt eleganter scripsit Pu-
41 teus *decis.104.lib.3.*† qui dicens non dari priui-
legia scriptoribus Apostolicis à curia absentibus
ratione laboris,sed ratione pretii,quod in officio-
rum exemptione exponunt; & sic resolutum in
vna Leodiens.Canon. & præbendæ S. Bernardi
1548.Die 24.Februarij, vt prædicti scriptores in-
42 citentur ad emendum ea, † ait vt prærogatiuæ
quæ dantur in regula prima prærogatiuarum,
dentur ratione laborum; indeque ipsa regula po-
suerit *actu sua officia exercentium*,& sic in casu
nostro,si dimittatur officium à fortiori cesset ipsa
Dignitas,& omnes reliquiæ, ita quod non rema-
neant vestigia aliqua ex *l.vniuersi*, & *ibi* Bartol.
Ioan.de Platea,& Iacob.Rubeus,*Cod.delegatsen.*
*lib.*10.in qua sane lege perelegantem reddit ra-
tionem Imperator dicens ne commoda publica
cum vmbratili suffragiorum pactione lacerentur,
vbi Cuiacius rectissimè interpretatur, ne sub spe-
cie,& vmbra harum Dignitatum,pretio, non me-
ritis coemptarum commodis publicis officiatur,
sicut,& respondent Rolandus à Valle *cons. 66. n.*
47.lib.1. Anastasius Germon. *dicto §. etiam ex*
43 *eo à n.78.*† cum plus mereatur qui acquirit Dig-
nitatem virtute propria,quam pretio, vel suffra-
gio aliquo illam adipiscitur ex *l.1.& 2.ff.de offi-*
cio Proconsul. Bartol. *ad leg. quod Principi ff.*
delegat. 2. Natta *cons.163.num.14.& cons. 123.*
*num.*8.

44 Vnde licet dignitas Protonotariatus dicatur
perpetua; sic vt dimisso, etiam officio, non ces-
set ex *dicta l eam legem Cod.de excusationib. mu-*
ner,non tamen procedat in Dignitate reali anne-
xa ipsi officio,quæ sequitur suam causam, vt di-
ximus:nam regula,quæ docet, vt cessante causa,
non cesset effectus,& sic nec cesset dispositio, re-
maneantque vestigia, & reliquiæ intelligitur in
casibus à iure expressis, de quibus non est iste,
de quo agitur, vt expendit Tyraquel. *in dicto*
tract.limitat.16.n.9. in fine, & Anastasius Ger-
mon. *de indultis in dicto §. etiam ex eo num.*
45 86. † Vbi addit illud etiam habere locum, vbi
dispositio est inducta cum causa momentanea,
aut requisita certo, & determinato tempore;
& sic ego amplector ex *dict. decis.* 104. *Pu-*
tei lib.3. quæ adhuc visa est contra nos, si non
expendatur; loquitur enim ibi de scriptore ab-
sente, non inquam de illo, qui dimisit offi-
cium, & nihilominus Puteus concludit, quod
scriptores, auditores, & Referendarij à curia
absentes non deberent gaudere, nisi absint de
licentia Papæ, qui tunc pro præsentibus haben-
tur; non enim isti absentes in totum renun-
ciarunt officio empto, & nihilominus non
fruuntur prærogatiuis absentes, nisi de Papæ
licentia absententur, quæ absentia dicitur po-
tius temporanea, quàm perpetua, quod ma-
gis procedit in scriptore officium dimittente,
cum in ea sit causa successiua, & permanens;
qua ratione à cessante causa inductiua, & con-
seruatiua dispositionis, cesset ipsa dispositio, &
si supersint reliquiæ aliquæ, illæ nempe ho-
norariæ, de quibus ipse Anastasius Germon.
vbi proxime sub num. 75.76.& 77. & DD.
per dict. l. 2. Cod. vt Dignitat. ordo serue-
tur.

Et sic non esse impedimento aliud fundamen- 46
tum, quod cessante causa, non debeat cessare ef-
fectus,seu gratia creationis Protonotariatus,quæ
semel fuit perfecta; quia id verum est tantùm,
vbi fuit gratia, & ius illi simpliciter quæsi-
tum, non æque vbi gratia, & ius fuit quali-
ficatum ex aliqua conditione, vel causa, vt in
scriptore (iuxta adducta supra in proxima sen-
tentia,) tunc enim res transit cum sua, &
non recipit perfectionem, nec adquirit ius,
nisi cum sua qualitate, & causa, vt dixerunt
Bartol. & alij, quos sequitur Iason. *in l. qui*
Romæ §. Flacius col. 1.& 2.ff. de verb. obli-
gat. Castr. *ad l.priuilegia Cod. de sacro sanctis*
Eccles. Decius *ad cap. Ecclesia sancta Maria*
num.53. de constit. & ad cap. nouit. num. 13.
in fine, vers. *sed contra de iudiciis*, Anasta-
sius Germon. *dict. §.etiam ex eo de indult.nu-*
mer. 87. qui & *num.88.& 89.* † ad aliud obie- 47
ctum, quod magis dignum, quale est Proto-
notariatus trahit ad se scriptoriam, vt mi-
nus dignum; respondet Protonotariatum es-
se Digniorem, quando stat de per se, sed
in scriptoria non sic contingere, cum tan-
tùm stat, tamquam accessorium ipsi scripto-
riæ, quæ etsi minus principalis, & digna sit,
considerato vtroque de per se. At cum dig-
nitas Protonotariatus in casu nostro dicat or-
dinem ad exercitium, sic vt tunc iam ipsa
scriptoria sit res principalis, & officij digni-
tas tantum ei adhærens; ita vt ea dimissa, di-
missa omnino intelligatur eadem Protonotaria-
tus Dignitas, iuxta ea, quæ scripsit ipse Ana-
stasius *lib. 3. de sacror. immunit. à num.* 106.
quod accessorium, non trahit ad se principa-
le, sed à principali trahitur, vt dixit Clem.
V. *in cap. 1. de donat. inter virum, & vxor.*
quia vt instat Paul. *in l. ordinarij Cod. de*
iudiciis, accessorium tamquam minus dignum,
non debet trahere ad se principale ex *l. in ar-*
gento in princip. ff. de auro, & argento le-
gato. sic DD. per textum *in dicta l. cum prin-*
cipali ff. de reg. iuris.

Quod si adhuc instes ex alio fundamento re- 48
lato, quod Principum priuilegia sunt late inter-
pretanda: tamen respondetur id non procedere,
quando sunt concessa propter certam causam;
tunc

tunc enim restringuntur propter illam causam,
cum non possit fieri interpretatio, quæ verbis
non concipitur, vt late post alios tradit Clau-
dius de Seisel olim Episcopus Tauriensis
ad textum *in l. fin. num. fin. de constit.* Ana-
stasius Germon. *de indultis dict. n.* 88. §. *etiam
ex eo.*

49 Hæc in puncto iuris, verum si adhuc pro sen-
tentia vltima corroboreris, nihilominus in casu re-
seruationis, de quo nunc, præterquam quod quæ-
stio tradita, videtur superflua ex eo quod in regu-
la 28. Sixti Papæ V. sunt reseruata beneficia om-
nium officialium, etsi officium deposuerint, vt tra-
dit idem Anastasius *in dicto §. etiam ex eo n.* 89.
in fine, ac pateat ex eo, nempe, quod non solum
Camerarij Auditorum Rotæ, & Abbreuiatorum,
beneficia sint reseruata Papæ, verum ex constit.
78. & 79. Pauli 3. & constit. 44. Iulij 3. quibus pa-
tet, quoad prædictum effectum viri familiares,
& continui Papæ commensales sunt omnes refe-
rendarij, & alij officiales ex Palatio panem ha-
50 bentes, † scriptores dicti, ac Protonotarij quorum
beneficiorum reseruationem dictum est, iam clau-
sam dici in corpore iuris ex adducta decis. Rot.
Ferrar. 26. April. 1624. & vt latius de offi-
cialibus Papæ dico *infra hac quæst.* dicen-
dum est ex adducta *decis.* 70. *Rota n.* 11. vestigia
Protonotariatus relata non sufficere, cum *extra-
uagans. ad regimen. de præb. & reg.* 1. reseruatoria
exorbitarint à iure communi, quæ cum reseruent
beneficia officialium, videlicet Protonotariorum;
etsi supponant qualitates officij, & Dignitatis,
sunt intelligendæ plene, & cum effectu, vt expli-
cat ex aliis multis Anastasius *de indultis d. § etiam
ex n.* 80. *ad* 84. Et sic non amplius insistimus in
repetendis aliis fundamentis vtriusque sententiæ,
cum ita amplectitur: videodus Barbosa expendeos
dictam extrauag. & Paul. III. *& IV. constit. ex d.
reg. 1. Cancellariæ, à n.* 51. 52. 53. *&* 54. *de iure Ec-
cles. dict. c.* 23 *p.* 1.

51 Vnde etsi dictus Barbosa omnino legendus in
dictis locis resoluat *dict. n.* 51. 52. *&* 53. quod
Protonotarij creati ratione officii, remanent Pro-
tonotarii, etiam finito officio, & quod gaudeant
omnibus beneficiis veris Protonotariis conces-
sis, vt expressa probat ex *dictis Paul III. & IV.
constit.* cum ex iure, etiam vacantes plura haberent
beneficia; quam honorarii ex *dict. l.* 2. *Cod. vt
Dignit. ordo seruetur*; item & vt Lampridius in
Alex. scribit, vacantibus dabantur annonæ, quas
nullas honorarios constat habuisse; indeque non
immerito vacantes præferrentur, honorarij licet
non omnibus ex *dicta l.* 2. quia proculdubio
præferuntur his, qui simili ornati sunt Digni-
tate, veluti Præfectorius vacans, Præfectorio
honorario, Quæstorius vacans Quæstorio ho-
norario, non inquam illis, qui ampliori Dignita-
te præditi sunt, veluti Quæstorius vacans, non
præfertur Præfectorio honorario; sicut nec comes
vacans Quæstorio, vel ex Magistro honorario; &
sic vacantes omnibus honorariis non præferri,
quia retinent, deposito officio, reliquias, & vesti-
gia Dignitatis illi annexa, sicut præsertim de
aduocatis dictum est ex *dicta l.* 1. *ff. de aduo-
catis diuers.* tamen præterquam quod hæc intel-
ligentur de officiis, & Dignitatibus consideratis
per se, non vt accessoria vna alii officio, vt
52 iam diximus, † quoad reseruatonies non fit il-
latio, eo quod, vt diximus, reseruationes ex
dicta regul. 1. *& ex extrauag. ad regimen sunt le-*

gales, quia expressis verbis disponūt, quoad bene-
ficia, quæ sedis Apostolicæ officiales, qui ratione
officiorum eiusmodi Notarii erant, etiam dimissa
officiis. & quaodocumque assequuti fuerint sub
reseruationibus ex *dicta extrauag. ad regimen*,
comprehendantur; sic in stantibus hodie dictis
constit. & declarationibus, nullus amplius supersit
in hac re scrupulus.

Quare quidem sine controuersia erit, non so- 53
lum beneficia camerarii, vt dictum est camerarii
Auditorum Rotæ, atque abbreuiatorum esse re-
seruata, vtcumque vacantia, siue morte aut offi-
cio dimisso, Mandos. *in dict. reg.* 1. *q.* 4. Cassado-
rus *decis.* 4. *de constit.* Lotterius *de re benefic. lib.*
2. *q.* 27. *n.* 68. Puteus *decis.* 204. *&* 266. *in anti-
quis, alias* 254. *&* 257. *lib.* 1. verum, & dictorum
Notariorum, Protonotariorum, & scriptorum, vt
ex Gonzalez, Bellamera, Lotterio, & aliis probat
Barbosa *in dicta extrauag. ad regimen de præb. ex
n.* 5.

Vbi *n.* 11. *&* 12. ad prædictum effectum reser- 54
uationis, non solùm prædictos comprehendi, ve-
rum vt comprehendantur etiam referendarii,
Acolyti, scutiferi, secretarii, litterarum Apostoli-
carum scriptores, Cubicularii, ac milites sancti Pe-
tri, & reliqui officiales Romano Pontifici pro-
tempore existenti, in Palatio deseruientes, aut cu-
stodiam facientes; licet in eodem non habitaue-
rint, nec habitent, nec forsan habitabunt, nec in
Tynello comederint, nec comedant, nec in futu-
rum forsan comedent vt referunt Gonzalez *in
reg.* 8. *Cancel. glossa* 51. *n.* 17. Ioannes à Chochier.
in reg. 3. *Cancel. n.* 34. imo & aliorum capellano-
rum reseruata censeri dicunt idem Gonzalez *dict.
glossa* 51. *n.* 8 Mandosius *in dict. reg.* 1. *q.* 5. *&* 6.
Æneas de Falconibus *de reseruat. q.* 3. *princip. n.*
25. *in fine, & n.* 16. Simon *in simili tractatu q.* 57.
& 58.

Ad tertiam quæstionis partem de aliis Nota- 55
riis inferioribus, cursoribus, aduocatis &c. breui-
ter respondeo, ad primum de notariis, & fide, quæ
eis præstatur; quia multa dixi generalia *sub tit. de
fide instrument.* & ex iam adductis Protonota-
riis, & scriptoribus constat, nec iste locus aptus
sit, vt de Notariis extra Romanam curiam exi-
stentibus, ac eorum fide agatur, ideo tantum hic
dico quod Notarii extra Vrbem creandi, antequā
exercere Notariatus officium incipiant, debent se
submittere examini sub pœna nullitatis, & fal-
si, vt decreuit Vrbanus VIII. in constit. 10. alias
110. incipit *ratio pastoralis* 12. Kalend. Ianuarii
1631. apud Ang. Mariam Cherub. *in Bullario in
appendice tom.* 4. *pag.* 19. † Vbi ponitur forma 56
examinis, Barbosa alia referens de Notariis S. In-
quisitionis, ac Episcoporum *in collect. dec.* 525. *à
n.* 1. *&* 4. verbo *Notarius*, & *in Bullar. eodem* ver-
bo, de quibus etiam aliquid *in Trid. sess.* 21. *de re-
format. cap.* 21. idem *ibi, & in dicto Bullario*, *&
collect. decis.* 83. verb. *cancellaria cancellarius*
Episcopi.

Cursorum tamen officium est, & potestas citan- 57
di, & intimandi in nonnullis causis Papæ manda-
ta, iuxta quæ cauentur in constit. 14. Iulii 2. inci-
pit *cum sicut* 15. Kalendas Septembris 1507.
apud Laertiu Cherub. *in Bullario tom.* 1.
pag. 417. & ex alia constit. 34. Clem. 8. inci-
pit *etsi* Iulij 1531. apud dictum Cherub. *eo-
dem tomo pag.* 602. *alias* 579. *in nouiss. impress.*
qui & debent diem futuræ cameræ Apostolicæ
postridie intimare, vt cauetur in alia Pij IV. con-

stit.87. incipit *cum inter* Kalend. Nouemb. 1564. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 121. Barbosa *in collect.* 237. *decis.* verbo *cursatores Papæ*, & *in Bullario eodem verbo*, & quæ nam fides eis adhibeatur super intima facta, desumi potest, etiam ex his, quæ dixi *in c. 1. de causa possess. & propriet. sub quæst.* 7. vbi de fide præstita Nuncio, seu apparitori citanti; item & executori.

58 Et quod isti cursores, & non mandatarij vicarij vrbis in publicis processionibus, ac funeribus claues argenteas deferre debent, tradit Sellius *in selectis canon. cap.* 20. *n.* 35. & refert Barbosa *in d. collect. & Bullario n. fin.* ex sacra Congreg. Rit. in Vrbis 17. Martij 1613. quam idem Sellius ad lon-
59 gum ponit. † Et huic officio correspondet circa intimas, & citationes ad conuocationes faciendas in capitulis cathedralium officium Pettigarij, de quo aliquid dixi *supra*.

60 Aduocati vero consistoriales, qui plenam habent administrationem reddituum studij, quorum collegium creatum apparet; quia cum in electionibus, quæ in consistorio Papæ olim fiebant, plerumque apparerent oppositores; ideo Pontifices constituerunt ordinem prędictum Aduocatorum, qui egregij essent iuris periti, & nonnisi solenni eorum periculo in hunc ordinem admissi huiusmodi munus in consistorio obirent, vt aduertunt Vestrius *in pract. Romana curia lib.* 1. *c.* 18. Petr. Gregor. *lib.* 49. *syntagmat. iuris cap.* 6. *n.* 10. vbi subiungit hac tempestate in hoc otiosos esse, cum in publicis tantùm consistoriis orent, studijque vrbis regimen habeant iuxta Bullam. 51. Sixti V. incipit *Sacri* 10. Kalend. Septemb. 1587. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 587. *alias* 247. *in nouissim. impress.* in qua eius filius *in scholio* 1. vt refert Barbosa *in collect. dec.* 14. verbo *Ad-*
61 *uocati consistoriales, & in Bullario eodem verbo*, † addit proxime dictum, dicentes quod Generales vrbis, hoc est consistoriales, qui Romæ præcedunt quibuscumque aliis aduocatis, atque Doctoribus, habeantque facultates Doctorandi, ex dicta constit. Sixti.

62 Qua occasione hic possent adiici de collegio Aduocatorum vniuersitatum, salmanticæ vniuersitatis, de cuius priuilegiis plura congerunt videnda, & de Cancellario iudice illius vniuersitatis D. Alphonsus de Scoba. Chonchensis collega *de scholastica & Regia iurisd.* & Pater Mendo è societate de iure academico, & de aliis Aduocatis vniuersitatis Vallisoletanæ, ac compluti apud nos celebratissimis; & sic possunt hic adiungi pleraque Aduocatorum priuilegia, quæ congerunt DD. *in l.* 1. *& toto tit. Cod. de aduocat. diuers. iudic.*

63 Quorum quidem officium etiam vbicumque extra vrbem esse nobile, & laudabile, docent DD. per textum *in l.* 4. *Cod. de Aduocat. diuers. indic.* cum & textus *in l. prouidendum* 7. *Cod. de postuland.* agnoscat aduocatos esse in Dignitate, & *in nella vnica eodem tit.* vocauerit aduocationem seminarium Dignitatum; sic vt nec ad Dignitatem senatoriam eligerentur, nisi viri experientia aduocationis illustres Perez de Lara *in compendio vitæ humanæ cap.* 30. *n.* 14 Mastrillus *de Magistratib. lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 4. Quare dixerunt Riccius *p.* 1. *decis.* 216. *n.* 12. Burgos de Pax *in proœm. leg. Tauri n* 379. Fontanell. *de pactis nuptial. tom.* 1. *clausula* 4 *glossa* 10 *p.* 1. *n.* 117. *& clausula* 3. *num.* 16. Guzman. *de euiction. q.* 48. *num.* 5. Cauallus *crimin. casu* 587. Gratian. *discept. forens. cap.* 186. *num.* 6. Ioan. Baptista Toro *in compendio decis. litt. A.* verbo *Aduocatus* Donellus *lib.* 18. *comment. cap.* 3. vbi Osoaldus ex *littera E.* Aduocatos nobiles augere suam Dignitatem; ita vt à muneribus excusentur.

Ex quo fluit merito repellendos esse à munere aduocationis infames, vt docent Accursius 64
in l. 2. *Cod. de dignit. lib.* 10. Bartol. *in l.* 1. *§. fin. ff. de extraordin. cognit.* cum aliis Tyraquel. *de nobilitate cap.* 59. *ex n.* 11. Antonius Faber, *in l.* 1. *§ ait Prætor* 8. *ff. de postulando, absque eo, quod obstet decisio* textus *in l.* 2. *Cod. de postul.* † Vbi li- 65
berti possunt esse Aduocati: nam præterquam quod Tyraquellus oppressus *dict. cap.* 59. *n.* 16. dixerit nihil aliud posse respondeti, nisi fatendo patrocinari causas, non esse Dignitatem, sed non ideo aduersari Dignitati, quod est contra *dict. l.* 4. *& l. cum aduocatio* 8. *dict. tit. Cod. de aduocat. diuers. iudic.* dicendum est libertos non fuisse infames vt *in l.* 1. *ff. de officio assessorum*, nam, etsi prohibiti fuerint officia ingenuorum exercere, non quia infames, sed quia prohibiti, ex *l. visellia*, iuxta quæ dixi *in Rub. & tit. item & cap. fin. de seruis ordinand. vel non*) ideo *in dicta l.* 2 *Cod. de postul.* potuerunt liberti esse Aduocati, vt respondet D. Franc. de Amaya *in l.* 1. *Cod. de infamibus lib.* 10. *n.* 87. *&* 88. cum Osualdo *dicto lib.* 18. *comment. Donelli cap* 3. *litt.* 1 Simacho *lib.* 5. *epist.* 41. Turellus, & Guttierez *de officiis Domus Augustæ lib.* 3. *cap.* 2. Bulleng. *lib.* 6. *de imper. Rom. cap.* 6. Dorleans *ad Tacitum lib.* 1. *annon. pag.* 572. Mastrillo *de Magistratibus lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 6 dicentibus Aduocatos dici clarissimos, eosque nomine indigitet epithectum causidicum, & si molri contra Aduocatos scripserint, videre ex dict. Mastrillo *dict. cap.* 12. *à numer.* 9. Dorleans *supra*.

De his non amplius, cum fusius agam *infra* 66
in tit. de postulando. vnum tamen notabis ex dictis *in fine quæstionis præcedentis*, quatenus dixi de vice Domino Æconomo, atque Castaldo, *Aduocatum* dici illum, qui præsidet rebus Ecclesiæ agendis, atque tractandis; vt DD. docent per glossam textus *in c. si quis Episcopus* 1. *q.* 1. Villalobos *in summa p.* 2. *tract.* 37. *de simonia dif.* 22. *sub n.* 1. Barbosa *de iure Ecclesi.* 1. *p. cap.* 46. *sub n.* 4. dum dicit defensoris appellatione generaliter comprehendi syndicum, qui & Aduocatus dicitur. Et de præcedentia Aduocatorum, & assessorum Ecclesiasticorum, cum multis Michaël Ferro *de præced. cap.* 3. *&* 7. videndus.

Officiales vero curiæ, familiares, ac Papæ com- 67
messales, qui dicantur iã facilè est percipere ex dictis sub hoc textu; & sic breuiter, dico, quod familiares Papæ, & Prælati Domestici, & continui commensales, sunt, qui solùm ratione personæ, & non alicuius officij pro tempore obtenti, ex Palatio Apostolico panes quotidie habere possunt, & in posterum habere poterunt, licet in Palatio non habitent, vel alia victui necessaria non habeant, vt iam sub hac quæst. dixi, dum agens de reseruatione beneficiorum, quæ habent Protonotarij, siue alij officiales curiæ, de omnibus laconicè scripsi, quoad illum effectum.

Et sic familiares Papæ, siue commessales sunt 68
Auditores Rotæ, Referendarij, & alij officiales

ciales ex Palatio Apoſtolico, panem habentes, vt
patet ex Conſtit. 3. & 21. Pauli III. incipient. *ſanctiſſimus* de unno 1553. & 1554. apud Cherub.
in Bullario tom. 1. *pag.* 615. 714. *&* 512. *in nouiſſim.* & ſic Auditor confidentiarum Sixtus V. conſtit. 47. incipit *Diuina* Kalend. Nouemb. 1586.
apud eundem Cherub. *tom.* 2. *pag.* 556. *alias* 423.
Barboſa *in collect. deciſ.* 353. verbo *familiares*,
idem *in Bullario eodem verbo*, qui vtrobique ver-
69 bo *commeſſales Papæ n.* 3. ſic tenet † vbi etiam ad-
dit, quod commeſſales Papæ vere ſunt clerici de
camera, ex Bulla Sixti IV. incipit *diſpoſitione*. Kalend. Februar. 1472. apud Cherub. *tomo* 1. *Bullary pag.* 331. *alias* 301. *in nouiſſim. impreſſ.* item
ſcriptores Archiuij Romanę curiæ, Iulius II. conſtit. 2. in epiſt. *quia nihil* 8. Nouemb. 1504. apud
70 Cherub. *tom.* 1. *pag.* 403. † commiſſarius cameræ
Apoſtolicæ, Sixtus V. conſtit. 44 incipit *ad excelſum*, 4. Octob. 1586. apud Cherub. *tom.* 2. *pag.* 550.
71 † Cantores capellæ Pontificiæ Sixti V. *conſt.* 58.
incipit *glorioſa*, 5. id. Iunij 1587. apud eundem
Laert. de quibus idem Barboſa *collect. deciſ.* 189.
n. 6. quam repetit *in dict. collect. deciſ.* 353. *n.* 3.
72 † Et quoad beneficia reſeruata qui dicuntur tales familiares, ſiue commeſſales, idem repetit cum
multis per textum vbi DD. *in dicta extrauag. ad regimen. de præb. & Dignit. & in hac quæſt.* ſub
verſ. *ad ſecundam*, ex verſ. *quæro*.
73 Vnum tamen notabis quod non ſunt reuocatæ
exemptiones ſolitæ, & immonitates commenſalium continuorum Papæ, Cardinalium, officialium, cubiculariorum, & ſecretariorum, vt patet ex
conſt. 28. Vrbani VIII. incipit *ſuperni* 12. Kalend.
Nouemb. 1624. apud Laert. Cherub. *tom.* 4. *pag* 46.
in nouiſs. impreſſ. refert Barboſa verb. *commenſales*
74 *Papæ collect. deciſ.* 189. *n. fin. & in Bullario*, †
De familiaribus Auditorum Rotæ, confidentialium, Cardinalium, & Epiſcoporum, hic iungi
plura valebant, ſed conſulto omitto; & ſic nec gradom facere neceſſum eſſet ad materiam de officio vicarij, Epiſcopi, & eius poteſtate, quæ eſt practicabilior iam dictis; ſed quia de illa ſoleant Doctores hic inquirere, atque tractare, non ex vi tituli noſtri; quia hic tantùm egerunt Pontifices de officio vicarij Parochi, ſeu Pontificis, vt in textu noſtro, ex vi tamen nominis *de officio vicarij* de quo non minus apta peragi valet *infra ſub tit. de officio ordinari*; cum vicarius Epiſcopi iudex ordinarius appelletur, vt *ibi* probabitur; ideo ad cognitionem totius materiæ; item & de poteſtate vicarij capituli, ſede vacante, adiungendo Doctores, quos retuli *ſupra hic in Rubr. n. fin. poſt quæſt.* 1. & quia ex textu *in cap.* 1. 2. *&* 3. *hoc tit. lib.* 6. aptus ſeſſe offert locus inde eſt vt hic, & ſub hoc textu agamus de vicario Epiſcopi, ac capituli ſede Epiſcopali vacante, vt apparet *à quæſt.* 5. *proxime ſequenti*. Et inſuper adiunges quæ dico, ac notant Doctores *in tit. ne ſede vacante aliquid innouetur.*

QVÆST. V.

An vicarius neceſſario conſtituendus ſit ab Archiepiſcopo, & Epiſcopo pro rebus iuſtitiæ, & gratiæ? Quis debeat eligi, & nominari? An ex quo creatus eſt, dicatur iudex delegatus, aut ordinarius, habens eandem iuriſdictionem, ac Epiſcopus ipſe, vel limitatam ad caſus tantùm ſuæ commiſsionis? Et quænam exercere valeat ex ſolo mandato generali?

SVMMARIVM.

1 *Vicarius legitimus, ſeu natus eſt ille qui à lege ipſa conſtitutus eſt, vt Archidiaconus, Archipreſbyter.*

2 *Archidiaconus de iure, Epiſcopo abſente, & eius officiali vicarij munus exercet, qui & poteſt dare litteras dimiſſorias ad ordines ſuſcipiendos.*

3 *Archidiaconus, & Archipreſbyter, etſi iuriſdictionem habeant à lege ordinariam ratione officij, & Dignitatis, ſed minorem, quam habet Epiſcopus, &* n. 10. 11. & 12. & n. 55.

4 *Vicarius Epiſcopi appellatur Datiuus quia ab Epiſcopo datus dicitur, eius vices gerens.*

5 *Magiſtratus, & Prætores ſolent, imo iubentur habere locum. tenentes.*

6 *Vicarius Epiſcopi, & locum tenens Prætoris, à Principe conſtituti cenſentur.*

7 *Appellatio non datur à vicario generali ad eius Epiſcopum, ſecus de Archidiacono, & Archipreſbytero, vt* n 10. 11 & 12.

8 *Generalis deciſio generalem intellectum præſtat.*

9 *Ius non diſtinguens fecit vt nec nos diſtinguere debeamus.*

10 *Vicariatus Archidiaconi, & Archipreſbyteri, differt à vicario Epiſcopi generali, quia iſte omnino cohæret Epiſcopo vnum cum eo tribunal faciens.*

11 *Vicarius natus non facit idem tribunal cum Epiſcopo.*

13 *Vicarius generalis Epiſcopi non habet ex ſola commiſſione iudicare de omnibus caſibus, de quibus Epiſcopus, cum limitetur in plus* 50. *caſibus, &* n 36.

14 *Clauſula* dantes, & concedentes plenam, & liberam poteſtatem, *quam latitudinem concedant vicario Epiſcopi.*

15 *Clauſula* conſtituo te vicarium meum vniuerſalem cum facultate, & poteſtate, vt omnia mei loco efficere poſſis quę ego poſſum &c. *qualiter extendatur in vicario Epiſcopi, ſeu limitetur in multis caſibus explicatur* & n. 19.

16 *Appellari non poteſt ab ipſo vicario generali Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum de cauſis ſemel ab eo ſententiatis, & definitis, nec à ſententiis interlocutoriis ipſius, etſi in multis caſibus Epiſcopo competentibus ipſe vicarius iudex eſſe non poſſit, & quare* n. 17. & 38

17 *Tribunal Epiſcopi, & ſui vicarij habentis limitatam iuriſdictionem, & nihilominus idem auditorium.*

18 *Magistratus dicuntur etiam ordinarij, quamtumuis à Principe habeant limitatam iurisdictionem.*

19 *Clausula generalis* ad omnia alia, *quos specialos casus comprehendat in commissione data ab Episcopo eius vicario generali.*

20 *Episcopus secundùm aliquos tenetur sibi assumere vicarium, & visitatores &c. verius tamen est, vt ad id pracisè non teneatur, nisi quando per se non sufficeret, vt* n. 21.

21 *Visitatoris officium qualiter in comparatione ad vicarium sit in Episcopo pracipuum.*

22 *Vicarius, siue officialis Episc. ab ipso eligitur sine consensu capituli, qui debet eligi qualificatus, circumspectus, bona, & approbata vita, timens Deum, & cum aliis attributis.*

23 *Vicarius Episcopi debet eligi, qui Doctor, saltem in iure canonico, vel licentiatus existat, aut alias in quantum fieri potest idoneus sacerdos, & hodie in sacris ex Bulla Vrbani VIII. vt* n. 27. *debet esse clericus sacularis, non regularis, nec coniugatus.*

24 *Vicarius Episcopi nequit esse, seu capituli, sede vacante, Parochus habens curam animarum, nec canonici Doctorales, & Magistrales Cathedralium, vt* n. 25. & 26.

28 *Vicarius Episcopi constitui non potest laicus, qui tamen potest esse eius assessor, & consultor fallit vt* n. 29. & 30.

29 *Laicus potest esse vicarius Episcopi in temporalibus.*

31 *Alienigena, qui prohibitus est beneficiari in regno Aragonia, potest esse vicarius Episcopi.*

32 *Vicarius ex quo creatus est potius dicitur ordinarius, quam delegatus, vt* à n. 17.

33 *Iurisdictio ordinaria ea dicitur, qua à lege defertur.*

34 *Delegatus dicitur ille, qui vicem alterius gerit.*

35 *Iurisdictio ordinaria perpetua est.*

37 *Vicarius generalis est sic ordinarius index, vt Episcopus in causis, de quibus cognoscit.*

38 Cap. 2. de consuetudine lib. 6.

39 *Vicarius Episcopi iudicem dare potest.*

40 *Legatus accipit à Proconsule iurisdictionem à Magistratu ex consensu, & permisso legis, dependenter tamen à Proconsule, cuius morte cessat, vt* n. 46.

41 *Ordinarius index quis dicatur?*

42 *Vicarius capituli sede vacante, dicitur index ordinarius.*

43 *Vicarius Episcopi, & legatus eius vicem ipsius gerunt diuerso modo &* n. 44.

44 *Delegatus fungitur iurisdictione Episcopi sine vllo eius titulo, aliter vicarius.*

45 *Vicarius, etsi habeat iurisdictionem ordinariam, quam Episcopus, non habet, illam principaliter, sed dependenter ab Episcopo.*

47 *Vicarij iurisdictio morte Episcopi cessat, non quia delegata, sed quia ordinaria.*

48 *Vicarius in iurisdictione est Episcopo associatus.*

49 *Vicarij iurisdictio non inconuenit, vt sit ordinaria, quod in quinquaginta casibus ea limitetur ab Episcopo, seu à iure.*

50 *Dominium, & possessio, & si apud duos insolidum esse non possit, non implicet quod Episcopus, & eius vicarius idem tribunal constituant, eandemque ordinariam iurisdictionem habeant, vt* n. 51. & quare n. 52.

53 *Episcopus ratione Dignitatis, consequitur principaliter Dominium iurisdictionis.*

54 *Vicarius non tam iurisdictionem ab Episcopo eum constituente, quam à iure, & ideo ordinariam dies vt de Archidiacono, & Archipresbyter arguitur.* n. 55.

56 *Vicarius in sede vacante, in omnibus sustinet capituli vicem.*

57 *Vicarius ex generali commissione Episcopi, potest exercere iurisdictionem in omnibus casibus, prater 50. in quibus desideratur alia specialis commissio, qui de iure intelliguntur reseruati Episcopo. Et Episcopus potest sibi aliquos reseruare, etiam ex generalibus* n. 58

SVpra *in Rub. & sub tit.* relatum est de differen- 1
tia vicarij legitimi, seu nati, qualis est ille, qui
à lege ipsa constitutus est, vt Archidiaconus, &
Archipresbyter, de quibus quod dicuntur vicarij
Episcopi, & cum qua iurisdictione in suis etiam ti-
tulis dictum est supra *de officio Archidiaconi, de*
officio Archipresbyteri, † De Archidiacono ca- 2
uetur quod ipso iure absque aliquo facto, Episco-
po absente, & eius officiali, vicarij munus exer-
cet, vt ex Butrio, Hostiensi, Mandusio, Franc. Mar-
co, & aliis tradunt, Sbrocius *de vicario Episcopi*
lib. 1. q. 2. n. 15. & q. 36. n. 10. Barbosa *de offic. Epis-*
copi p. 1. allegat. 54 n. 17. & alibi, de quo fatetur
quod dare potest litteras dimissorias ad ordines
suscipiendos, vt dixit Chuchus *instit. moral. lib. 2.*
tit. 9. de officio Archid. n. 7. & monitoria conce-
dere ex Petr. Lazar, *de monitor. section. 1. q. 6. n. 11.*

Et licet Archidiaconus, & Archipresbyter, vt 3
tales vicarij habeant iurisdictionem à lege ordi-
nariam ratione officij, & Dignitatis, quibus po-
tiuntur, vt diximus in suis titulis, ac docent gloss.
verbo *referant in c. fin. de officio Archipresb.* per
textum *in c. 3. de officio iudices ordinarij*, Chuchus
lib. 2. tit. 10. de offic. Archid. à n. 18. Azor, *inst. mo-*
ral. p. 2. lib. 3. c. 15. q. 6. sed quia non eandem, quam
Episcopus, sed inferiorē, vt colligitur *ex c. Roma-*
na §. ab Archidiaconis de appellat. ibi *aliisque in-*
ferioribus Chuchus *d. tit. 8. de vicario à n. 13.* ideo
ab illis rectè ad Episcopum ferri, DD. ibi agnos-
cunt, *in d. vers. ab Archidiaconis*, Sigismund. Scac-
cia *de appellat. q. 8. n. 51.* Barbosa *d. allegat. 54. n.*
20. & in d. c. n. 3. & alibi.

Non sic à vicario generali Episcopi, qui alias 4
Datiuus appellatur, seu constitutus, quia ab Episco-
po datus dicitur, vt eius vices gereret in eodem
tribunali, & in loco, in quo ipse ius dicere consue-
uit, vt tradunt Maranta, Franc. Marc. Conaruu. &
alij, quos referunt Sbrocius *de officio vicarij lib.*
1. q. 2. n. 4 nam talis vicarius, sicut & vices gerens
alicuius alterius † Magistratus seu ordinarij, qua- 5
les sunt correctorum in Hispania, quibus permit-
titur; imo iubetur, vt secum habeant locum tenen-
tes, vel vicarios iurisperitos, *ex l. 10. tit. 5. lib. 3. Re-*
copil. qui vulgo appellantur *Thenientes, o Alcal-*
des mayores, vt in Rub. dictum est, à quo non ap-
pellatur ad eius correctorem, vt quotidiana pra-
xis insinuat de qua dixi infra *de appellationib.*

Sic & in vicario generali Episcopi Nam isti in- 6
teruenientē nominatione correctorum, seu Episco-
porum, vel aliorum Magistratuum, ab ipso tamen
Principe seu lege authoritatē ad id tribuente, con-
stituti cēsentur *ex reg. text. in l. 1. vers. omnem eam*
ff. de veter. iure enucleando in c. 2. de officio vicarij
lib. 6. ibi *per commissionem officij, cap. cum nullis*
in

in princip. de temporib. ordinat. ibi *cum ad hoc se*
7 *ipsius officium non extendat.* vbi ordinarij, † Non enim de vicario Episcopi generali ad eius Episcopum datur appellatio, vt probaot textus *in cap. 1. de consuet.* per quem latissime præter ordinarios defendit D. Ioannes Narbona *tract. de appellat. vicarij*, ad Episcopum cum iofinitis, *& dict. cap. Romana*, eorum verba, referens *a n. 1.* Sbrocius, Sanchez, Scaccia, Riccius Tuschus, Azor, Vgolin. Nicolaus Garcia, Cardosus, Gregor. Lopez, Petr. Gregor. Chuchus Mohedan. Maranta, Puteus, Anastasius Germoo. Segura, Paz, Iacobus, Laut. & alij, quos refert, & sequitur Barbosa *dict. allegatione 54. n. 48.* & alibi sæpe.

8 Quod si insurgas dicendo hoc idem procedere in Archidiacono, & Archipresbytero ex eadem ratione, quia omnes sunt Episcoporum vicarij, & sicut per quandam consequentiam deducitur prohibitio appellationis de vicario Episcopi ad Episcopum, similiter & ab Archidiacooo, & Archipresbytero, qui sunt iudices ordinarij à iure; imo & vicarij eiusdem Episcopi; generalis enim decisio, generalem intellectum præstat *l. 1. §. generaliter ff. de legat. præst. l. fin. in fine*, vbi Angel. *Cod. de dotis promis.* Iason. *in l. qui Roma §. duo fratres num. 110. ff. de verb. obligat.* idemque Tribunal Archidiaconus, & Archipresbyter constituere dicentur, sicut vicarius generalis cum suo
9 Episcopo, † Cum hic intrare videatur, & alia iuris regula, nempe, vt vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus qua DD. per textum *in l. de precio ff. de public. in rem actione, cap. quia circa 22. de priuileg. cap. Romanorum distinct. 9.* cum pluribus aliis, quæ tradunt ibi, & Bartol. *in l. 3. ff. de officio Præsid.* Iason. *in l. quamuis ff. de in ius vocando*, & alibi sæpè.

10 Adhuc respondetur differre officium vicariatus, Archidiaconi, & Archipresbiteri à vicario Episcopi generali: nam cum officium istius sic cohæret Episcopi officio, vt ipse, & Episcopus inseparabiliter vnum, ac idem constituant tribunal, ac auditorium euenit vt de vno ad alium appellatio prohibeatur; quia substantia appellationis exigit, vt de inferiori ad superiorem deferatur appellatio, non ad æqualem, vel ad eundem *cap. anteriorum 2. q. 6. l. 1. § ab eo ff. quis, & à quo appellat. l. præcipimus ff. de appellat.* de quo latissime diai infra, *in Rub. & tit. de appellat. & ibi cap.*
11 *7.* † quod in Archidiacono, & Archipresbytero non militat; quia etsi, vt dictum est, isti sint iudices nati, & ordinarij, sunt tamen Episcopo ioferiores, habentes inferiorem iurisdictiooem, ac separatam ab Episcopi iurisdictione, ita vt nec vtriusque idem tribunal sit, vt colliguot DD. ea verbis *dicti cap. Romana de appellation.* ibi *ab Archidiaconis vero, aliisque inferioribus Prælatis suffraganeis subiectis eiusdem, & eorum officialibus, ad suffraganeos ipsos debet, & non ad eadem curiam, omissis dictis suffraganeis appellari*, & *ex cap. ad hæc de officio Archid.* cum aliis Anton Chuchus, *dict. tit. 8. de vicariis à n. 23.*
12 Narbona legendus *à n. 26. ad 30.* † vbi cum in vicario naro cesset ratio eiusdem tribunalis cum Episcopo, inde ab eius senteotia, vt ab inferiore iudice prolata, recte ad Episcopum appellari dicuor; quamuis prohibitio generalis, omnes Episcopi vicarios regula [illegible] comprehendere videretur. & Iuuant quæ dixi [illegible] *d. c. 7. de appellat.* vbi de minori ad maiorem iudicem appellationem interponi, probatum est late inter iudices ordinarios.

Quod si iterum insurgas diceodo de vicario 13
generali Episcopi ad eius Episcopum esse appellandum; eo quod, vt infra dicemus vicarius ex sola generali Episcopi commissione non habet ad omnes casus iurisdictionem, qualem ipse Episcopus habet, cum de iure sit cautum, vt quamuis
in commissione Episcopi clausula, † *dantes, &* 14
concedentes ei plenam, & liberam potestatem, solum concedantur ea, quæ in generali mandato: argum. textus *in l. procurator cui ff. de procurat.* de quo late infra *sub tit. de procuratorib.*) & sic noo concedi cætera, quæ verisimiliter requirunt specialem commissionem, *cap. qui ge-*
neraliter. de procurat. lib. 6. † in tantum qui- 15
dem, vt si Episcopus oominaret sibi vicarium generalem cum clausula sequenti *Constituo te vicarium meum vniuersalem cum facultate, & potestate, vt omnia loco mei efficere possis, quæ ego possum etiam si talia sint, quæ speciale requirant mandatum.* nihilominus non consequatur idem vicarius ex tali clausula quidquam ad efficiendum, quæ speciale requirunt mandatum, quale est beneficia conferre, resignationes admittere, instituere præsentatum à Patrono, beneficia vnire, nec nouas erigere Parrochias, nec imponere pensionem, vbi Episcopus, seu Archiepiscopus posset, Nec coostituere œconomum Ecclesiæ, nec à beneficiis, vel officiis aliquos amouere, nec authoritatem interponere creationi Dignitatis à canonicis factam, aut nouum beneficium in Ecclesia creare, oec præsentare ad beneficium iuris Patronatus ad Episcopi præsentationem pertinens, nec exercere ea, quæ sunt ordines Episcopalis vt Ecclesias, capellas, vel cæmeteria, aut oratoria reconciliare, ordines conferre, Chrisma conficere, oleum infirmorum sacrare, sacramentum confirmationis ministrare, & alia similia, nec de hæresis crimine sine particulari commissione Episcopi, nec publicas pœnitentias imponere, nec matrimoniales causas cognoscere, oec relaxare interdicta, nec dimissorias, seu commendatitias litteras ad ordines concedere, nec liceotias ad confessiones audiendas, nec indulgentias, nec Diœcesim visitare, nec Diœcesanam synodum congregare nec pias defuoctorum voluntates exequi, nec alienationibus, & transactionibus rerum Ecclesiasticarum decretum interponere, nec absoluere ab irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto, nec poterit disceptare de causa restitutionis in integrum, nec indicere purgationis canonicæ Iuramentum, nec consentire, vt Metropolitanus cognoscat in principali negotio omisso appellationis articulo, nec cognoscere de causis feudalibus, nec facere. vt exemplum ex originali sumptum, eandem vim, & authoritatem cum originali habeat, nec repressalias cōcedere, nec ad finem reuelationis pro rebus deperditis decernere litteras monitoriales, nec absoluere à casibus reseruatis ab ipso Episcopo, nec criminales causas cognoscere, expedire, corrigere, ioquirere, atque punire subditorum excessus, nec condemnatum inquisitum absoluere, nec clericorum bona confiscare, oec pœnas corporales in pecuniarias conuertere, nec dispeosare ex generali vicariatus mandato, nec imponere, & exigere charitatiuum subsidium, nec quartam decimarum, aut mortuorum,

& sinodaticum, nec poterit explorare, an coacta, an seducta, & an sciat quid agat puella habitum regularem, & professionem suscepura, & temissuram, nec ædificationi Monasterij per testatorem relicti assensum, & authoritatem interponere, ac denique nec cognoscere poterit specialiter commissa, sine delegata suo Episcopo, nisi fuisset in rescripto addita verba illa, *sive eius generali vicario*, de quibus omnibus cum infinitis Molina *de instit. tract. 5. disp.* 10. Barbosa *de offic. Episcopi p. 3. dicta allegat. 54. à n. 59. ad 123.* ante illum Narbona *in dict. tract. 1. p. ex n.* 18. cum aliis; iterum idem Barbosa non sic late *de iure Eccles. cap. 15. ex num.* 20. vbi congerunt prædictos, & alios casus, in quibus vicarius nequit cognoscere; ergo non videtur idem Tribunal cum suo Episcopo constituere; & sic ab eo ad ipsum Episcopum esse appellandum, sicut appellatur ab Archidiacono, & Archipresbytero &c.

16 Tamen his non obstantibus, dicendum est, vt diximus hic non posse appellari ab ipso vicario generali Episcopi ad ipsum Episcopum de causis semel ab eo sententiatis, & definitis, nec à sententiis interlocutoriis ipsius; quia ad prædictum effectum non inconuenit, quod ad eum iurisdictio in totum non transeat, nec vt nonnulli cuius repetiantur in iure sibimet prohibiti, de quibus DD. *per textum in cap. 1. & fin. hoc tit. lib. 6. & in auth. de collatoribus §. ad hac* vers. *antequam*
17 ibi *citra tamen & collect. 9.* † Nam sufficit quod generaliter per commissionem officij vicario factam, transeat iurisdictio ad hoc, vt in his, de quibus virtute commissionis ei ab Episcopo præstitæ, dicatur constitui inter vicarium, & ip-
18 summet Episcopum idem tribunal, † quemadmodum alias ex eadem ratione cæteri Magistratus ordinarij dicuntur, & si in multis casibus, exceptis Principi, seu aliis maioribus Magistratibus reseruatis, iurisdictionem non habeant: ita Barbosa *dicta alleg. 54. p. 3. de officio Episcopi à num.* 44. & alij relatinam vt infra dico vers. *verum* in fine, est in facultate Episcopi concedere vicario amplam, seu limitatam facultatem.

19 Verum etsi in commissione concedenda vicario de prædictis, & aliis casibus oporteat fieri mentio specialis eos nominatim exprimendo, cum non sufficiat clausula addita *constituo te vicarium*, in vers. *quod si iterum insurgas*, adhuc existimo dicendum cum Couarru. *lib. 1. variar. cap. 6 num. 2.* vers. *quarto, & lib. 2. cap. 5. num. 8.* Sbrocio *de vicario Episcopi lib. 1. q. 65. num. 5. & q. 67. n. 3.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 29. n. 8.* Moneta *de commutat. vltimar. voluntat. cap. 5. n. 479.* Barbosa *dicta alleg. 54. n. 124.* & aliis, vt sufficiat aliquos exprimi casus speciales ibi relatos cum clausula generali, *& ad omnia alia*, adhoc vt etsi quilibet eligat mandatum speciale, omnes intelligantur inclusi in commissione, & mandato, quia vt Moneta, & DD. fatentur per Clem. non potest de procurator. commissionem extendi ad similia, vel minora, etsi non ad maiora, in quibus & habebit vicarios ordinariam iurisdictionem, vt per Hostiens. Archidiaconi, Geminianum, refert & sequitur, & cum aliis Sbrocius supra, & cæteri proxime relati, quod temperandum esse censeo cum Barb. Felino, & Butr. *in cap. sedes de rescript. per textum*, ibi Suarez de Paz *in practica tom. 1. annotat. 4. à n. 19.* Azor, *supra p. 2. lib. 3. cap. 44. q. 11.* Nicolao Garcia *de benefic. p. 12. cap. 11. n. 69.* Barbosa *in dicto cap. 2. hoc tit. n. 8.* vt vicario non videatur concessa potestas, in cæteris causis speciale mandatum requirentibus, sed in his tantum, quæ æquales sunt, aut inferiores; secus si grauiora negotia sint; quia sub prædicta clausula non includuntur maiora expressis.

20 His præmissis ad primam difficultatis partem; quia DD. *in cap. inter cætera 15. de officio ordinarij*, per textum ibi *vnde cum sæpe contingat quod Episcopi propter occupationes multiplices, vel inualitudines corporales, aut hostiles incursus, seu occasiones, alias per se ipsos non sufficiunt ministrare verbum Dei populo maxime per amplas, & effusas &c.* vsque ad finem, in quibus cauetur, vt Episcopi, qui per se non possunt, tenentur assumere idoneos, qui suppleant suo loco quoad prædicationes, visitationes, confessionum audiniones, *& per Trident. sess. 5. de reformat. cap. 2. & sess. 24 cap. 4.* Barbosa cum aliis ibi, *& in dicto cap. inter cætera n. 1. & 2.* idem *in pastorali p. 3. allegat. 76. n. 4.* Menoch. *de arbitr. casu 414. n. 1.* Sbrocius *de officio vicarij lib. 1. q. 21. n. 7. &* alij præter ordinarios. Vnde cum hæc considerentur in litibus, & aliis gratiæ negociis videtur dicendum, vt Episcopus necessario teneatur ad illa expedienda, constituere sibi vicarium propter ingentes occupationes, in quibus Episcopale regimen, & animarum cura versatur; non enim per se ipsos, & si diligentissimos ob amplas, & diffusas Diœceses valeant omnia ministrare: ita docent Sbrocius *supra lib. 1. q. 46.* Hieronimus Gabriel *cons. 32. n. 22. lib. 2.* Boherius *decis. 348. n. 6* Azor, *inst. moral. p. 2. lib. 3. cap. 29. q. 3. vers. quo loco*, quos iuuat cum multis stylus, & praxis omnium Episcoporum nominantium sibi vicarios generales, per quos omnia, quæ sunt iustitiæ dissoluantur, imo & plura gratiæ ex iam hic adductis.

21 Verum nec in casibus *dict. cap. inter cætera*, atque Concilij, præcisa est necessitudo nominandi ab Episcopis viros illos idoneos, nisi quando per se quidem non sufficerent prædicationi, verbo Dei, confessionibus, atque visitationibus; atqui videmus quod nonnulli Episcopi absque visitatore visitationis munus exerceant circumeundo per integram Diœcesim vniuscuiusque, quod est difficilius, quam processus formare inter partes, cognoscere, ac iudicare; eo quod istud officium exercetur in propria ciuitate, quæ est caput totius Diœcesis, vbi curiæ omnes officiales, & ministri iustitiæ degunt, ac tribunal, & forus residet, ad quam litigantes recurrunt pro consequenda iustitia, quod sic de facili in cæteris Episcopalibus officiis ad impleri nequit, cum hæc exerceantur peragendo per territorium; ergo non est præcisè necessarium, vt debeant Episcopi sibi constituere vicarios, quin sibi velint per se iudicare, talis exercitij ministerium nequeant assumere, non constituendo vicarios. vt aliquando accidit ad tempus, cum vicarius semel assumptus, vel mortuus, vel reuocatus, vel derelinquens officium, interim dum alius idoneus quæritur, & constituitur; & sic quamuis Barbosa *de iure Ecclesiast. p. 1. cap. 15. de officio vicarij n. 16* hanc dubiam quæstionem vocet, loquens in persona Vicarij, puto sine difficultate hanc partem sequendam, vt amplexa est Rota Romana apud Puteum *decis.*

*decis.43.lib.1.*Mohedan *decis.5. de officio vicarij* Riccius *in collect.p.5.collect.*1602.& fuit dictum in Calaguritana fructuum 18. Martii 1583. coram Bubalo,& in Viterbien, & Tuscanen Vicarij 3. Martij 1617. coram Bonæ memoriæ Cardinali Caualerio,Valenzuela *p.2.cons.*192.*n.6.* Mohedan *decis.Rota 4.hoc tit.*vbi additio Rota *decis.* 297.*p.2.*diuersor Sacri Palatii,Solorzanus *de iure indiar lib.3.cap.*13. *n.* 48. Stephanus Gratianus *decision.Marchia* 113.*n.* 1. & 7. dicentes, quod Episcopus non cogitur habere vicarios, (etsi loquantur de vicariis foraneis) & quod si velit est in facultate illius tribuere amplam,vel coarctatam facultatem.

22 Ad secundam partem quæstionis, quis debeat eligi,& nominari vicarius generalis Episcopi? Et supposito quod vicarius, vel officialis Episcopi eligitur ab ipso Episcopo sine consensu capituli, *cap.ea noscitur,* vbi Hostiens de his, quæ fiunt à Prælatis cum ampla scilicet,vel limitata facultate, vt colligitur ex dictis hic,ac docent Valenzuela *p.2.cons.*120. *n.* 37. Barbosa, vbi supra *de iure Eccles. dicto cap.* 15. *n.* 13. qui & *de officio Episcopi dict.p.3.allegat.*54.*num.*1.cum Sbrocio *de vicario Episcopi lib.*1.*q.*33.& cum Petro Blesensi elegantem eius sententiam, ac verba referens, dicit, quod in assumendo vicario non oscitanter se gerere debet Episcopus, sed quod tenetur eligere personam qualificatam,circunspectam, bonæ,& approbatæ vitæ,timentem Deum veridicam,liberalem,temperatam, fortem, magnanimam,mansuetam, doctam, & quæ non declinet ad dexteram,nec ad sinistram;sunt enim,ait innumera mala, quæ ex malo officiali procedunt, de quibus omnibus debet Episcopus reddere Deo rationem:argum.eorum,quæ dicta sunt *supra de obligat. ad ratiocin ordinand.vel non* quæ vt effugiat debebit talem eligere, quem nulla tangant malorum scelera, nec contra illum possit aliquid opponi, quod conscientiam lædere, aut sibi imputari possit, aliaque præscrutetur ad huiusmodi officium rite, & recte obeundum necessaria.

23 Et debet eligi talis, qui Doctor, saltim in iure canonico,vel licentiatus existat aut alias quantum fieri potest idoneus sacerdos quoque vel clericus saltem primæ tonsuræ non autem Laicus *cap.in noua* 16.*q.*7.*cap.decernimus de iudic.* (per multa, quæ ibi dixi) vbi Abbas *n.*12. Felin 6. Decius 15.Ripa *n.*56.Vatenauela *cons.*101.*n.*63. Solorzanus *de gubernio indiarum lib.*3.*cap.*8. *n.* 38. Laicis enim prohibitum est tractare negotia Ecclesiastica,*cap. duo sunt, cap. si Imperator.* 96. *dist.* Paris *cons.* 40. *volum.* 4.Couarruu. *in cap. alma mater.*1.*p.relection.*§.11.*n.*3.Segura *in directorio iudicum Ecclesiasticorum p.*1.*cap.*11. *n.* 1. dummodo non eligat clericum coniungatum,aut bigamum etiam effectum clericum, nisi prius solutus fuerit ab impedimento bigamiæ:sic Barbosa cum multis alia dicens,& congerens *dict.allegat.* 54.*ex n.*4.vbi quod debet habitum clericale vicarius Episcopi deferre;idem Barbosa *collect. decis.* 713. *vers. vicarius generalis Episcopi* idem in Bullario eodem verbo,vbi dicens ex Sacra Congregat. Episcopor, & regulat in Montalana 8. Mai 1615. teste Aldano *in compendio canonicar. resolut.lib.*1.*tit* 83. *n.* 1. quod vicarius Episcopi debet esse clericus sæcularis idoneus, & quod Episcopus non debet facere exerceri id munus per Regularem:addit *n.* 2. in nostris Regnis Hispaniæ ex Vrbano VIII. *in sua constit.* incipit *decet Romanum* 16. *Decemb.*1623.cuius,& ipse meminit *in tract.de canonic,& Dignitat.cap.*42.*n.* 54. iam hodie debere vicarium Episcopi generalem esse in ordine Sacro Constitutum;sic vt alius non possit esse talis vicarius:item etiam idem Barbosa concludit *dicta allig.*54.*sub n.*10.*ex clem* 8.*in sua constit. Ecclesiastici ordinis sub die* 1. *Februarij* 1601. quam approbauit Vrbanus VIII. *in dicta constit. decet.*

Nec vt possit esse vicarius Episcopi, vel capi- 24
tuli, sede vacante Parochus habens curam animarum, referunt à Sacra Congreg. declaratum Bonfadin. *in thesauro Ecclesiast.decis.resol.* 41. *n.*1.Barbosa *in dicta collect.decis.*713.*n.* 13. *dict. verb.vicarius generalis*, idem *in Bullario eodem verbo*,idem *dict.alleg.*54.† qui *sub n.*10.referens 25
id cautum ex dictis Bullis & constit.Clem,& Vrbani, extendentium ad canonicos obtinentes in Cathedrali Præbendam Doctoralem, aut Magistralem, siue illam, cui munus est legendi sacram scripturam, vel Præbendam Pœnitentiariam, aut Parochiales;quia etsi hæc prohibitio sonaret penes nos Hispanos ex constit.Paul.V.incipit *Ecclesiæ vniuersa* sub Die 17.Augusti 1615.pro sola prouincia Toletana edixerit.

Tamen Gregorius XV. in sua constit. incipit 26
alias Felicis 9. Mai 1622. extendit ad Ecclesias omnes Metropolitanas,Cathedrales, collegiatas, & Parochiales totius Regni Castellæ, & Legion, qui & in alia constit. incipit *alias felicis* sub die 6. Aprilis 1623. extendit ad omnes primas Dignitates post Pontificalem Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum.

Et refert Zenedus *in canonicis q.*18. *num.* 15. 27
quod in Cæsaraugustana synodo *in tit. de offic. ordinarij constit fin.*& stabilitum,vicarios generales,aut principales officiales Diœcesanorum, vel ordinariorum Ecclesiasticorum esse debere in sacris ordinis constitutos. Et difinit omnes actus vicarii, aut principalis officialis non constituti in sacris ordinibus nullius esse valoris,aut coloris, in praxi tamen vici,ac video aliquoties eligi in tales vicarios ab Episcopis solum in minoribus ordinatos. Quod si Cathedralium capitula, aut clerici reclament, tunc video Episcopos iuxta prædictas constitutiones eligere sibi vicarios in sacris constitutos.

Notandum vero est,quod licet non possit Lai- 28
cus constitui Episcopi vicarius,possit tamen constitui eius assessor, & consultor, vt sæpius etiam vidi,etiam in causis criminalibus contra clericos: sic Abbas *in dicto cap. decernimus de Iudiciis n.* 28.vbi Felinus, & alii Chuchus *instit. moral. in tit.de vicario Episcop.n.*49. Ioannes Segura Daualos *indirect.iudic Ecclesiasticorum p.* 2. *cap.* 11. *n.*2. Decian. *tract.criminal. tom.*2.*lib.*4.*cap.* 9.*n.* 73.Sbrotius *de officio vicarij cap.*31.*n.*10.& 12.
† De quo vt possit deputari vicarius Episcopi 29
in temporalibus,si ipse haberet solum iurisdictionem temporalem in aliquibus, Aufrerius Bellet, Paurnus,Sbrotius *dict.cap.*31.*n.*11.*vbi n.*13.resoluit laicum posse esse vicarium Episcopi, accedente dispensatione,de quibus omnibus adiunges hic quæ dixi *in dict.cap.*2.*de iudiciis q.*12.† Vbi 30
& quod Laicus possit esse œconomus Episcopi, Barbosa *dicta allegat.*54 *ex n.* 7. & 8. vbi quod sæcularis potest,vti minister iudicis Ecclesiastici, & cum assistentia alicuius clerici cognoscere de causis Clericorum cum Aufrerio *de potest*

iudicis Laici super personas Ecclesiasticas reg.
2.*n.*13.Marsilio *in tract.de Bannitis verb.iudice*
*n.*198.Iacob.de Graffis *in decis.aureis p.* 1. *lib.* 4.
*cap.*18. *à n.*152.vers. *quintus quando*, Carolus
de Graffis *de effectib. Clerical. effectu* 1. *n.* 868.
Belletto *disquisit.Clerical.tit. de fauore reali Cle-*
31 *ricali*.§.3.*n.*18.† Et Zenedus *dict. quæst.*28. *per to-*
tam disputans, an alienigena, cui prohibitum est
lege Regia Aragoniæ obtinere Dignitatem, bene-
ficium, vel officium Ecclesiasticum, admittit vt
possit esse vicarius Episcopi.

32 Ad tertiam quæstionis partem, an ex quo crea-
tus est vicarius Episcopi, dicatur Iudex ordina-
rius, siue delegatus? in quo dubio, & si primis late
aliqui loquantur, alii vero laconice, ego cupiens,
nec longus, nec breuissimus duxi fundamenta
vtriusque sententiæ repetere, & meam eligere
sententiam. Et præmissis omnibus, quæ repetun-
tur infra *in tit. de officio Iudicis, deleg.* pro eo
nempe, vt sit delegatus, ratiocinantur DD. ex se-
quentibus. † Nam si iurisdictio ordinaria ea di-
33 citur, quæ à lege datur, & descendit *l. & quia* 6.
cum similibus de iurisdict. omn. iudic. quam ha-
bet Episcopus iuxta *cap. Episcoporum* 7.*de offic.*
ordinarij lib.6.cap. coaquerente, cap.dilectus in-
34 *fra eodem tit.cap.cum venerabilis de exception.*†
Sequitur dicendum, vt cum Delegatus iudex di-
catur ille, qui vicem alterius exercet infra *toto tit.*
de officio deleg. qui nihil proprium habet sed de-
legata iurisdictione vti credatur, vt dixit Papinia-
nus *in l.*1.*§ qui mandatam ff.de officio eius, l. etsi*
prator. 3. *eodem, l. solet* 16.*ff.de iurisdict.omn.*
iudic. quod sic vicarius delegatam habeat iurisdi-
ctionem, à suo delegante Episcopo; non enim iu-
risdictio ordinaria ab Episcopo concedi valet
glossa in verbo *statuuntur in cap.*2.ne prælati vi-
ces suas & clarius *in cap. à iudicibus* 2.*q.* 6. ibi
ordinarij vere sunt, qui ab Apostolico, vt Eccle-
siastici, vel ab imperatore, vt post saculares legi-
timam potestatem accipiunt.

35 Et confirmari videtur ex eo, quod sicut iuris-
dictio ordinaria perpetua est; & sic ea, quæ in
Episcopo residet, vt talis, ita econtra iurisdictio
delegati non est perpetua, sed temporalis, & quæ
valet reuocari, vt DD. profitentur in *dicta l. &*
quia, tum quia illa perpetuo durat, etiam mortuo
concedente, *cap. legatos* 2.*de officio leg. lib.* 6. *l.*
more maiorum 5.*de iurisdic.omn.iudic.* sed iuris-
dictio vicarij expirat morte ipsius Episcopi, *clem.*
fin. vbi glossa verbo *contestata de procuratorib.*
item si Episcopus eum reuocet, igitur iurisdictio
vicarij magis cohæret iurisdictioni delegatæ, quam
ordinariæ.

36 Et vlterius facit consideratio, de qua hic *in*
princip. quia Vicarius Episcopi in quinquaginta
casibus non habet exercere sibi datam iurisdictio-
nem ex sola generali nominatione Episcopi sine
eius mandato speciali. Ergo prouenit ab eo scili-
cet, vt tantum ei sit iudex delegatus ad certas cau-
sas de iure, & non ad omnes. Et sic hanc tenent
sententiam Alex, *in Rub.de officio eius n.* 17. Go-
fredus *in summa de officio vicarij n.* 2. relatus à
glossa verbo *generaliter in dicto cap.Romana*, Al-
ciatus *in Rub.de officio ordinarij n.* 24. Sotus *in*
4.*dist.*18.*q.*4.*art.*3. vers. *circa concessiones* Ioseph
Gonzalez *variar. quæst. cap.* 27. per totum post
glossam verb. *absque rationabili in cap.vt debitus*
honor 50.*de appellat.in cap.*2. secundum intelle-
ctum vnum, ne prælati vices suas, & in cap. per-
lectis verbo *iurgia* in fine *dict.* 25. adducentes
non leuia, aut in subtilia argumenta, Anton Go-
mez *in Bulla cruciata cap.*4.circa quartam quæ-
stionem, Anastasius Germon. *lib.* 1. *animaduers.*
*cap.*6 *per totum, & de indultis Cardin.§.tibi quo-*
*ad vix erit num.*43. & 85. alius refert Narbona
de appellat à vicario Episcopi 1.*p. n.* 62. vbi
etiam ponit alia fundamenta.

In praxi, imo & in iure communis est Docto- 37
rum sententia fore ab omnibus amplexa, vt vica-
rius Episcopi generalis, sit iudex etiam ordina-
rius, sicut idem Episcopus in causis ex generali
commissione de iure communi vicarij iurisdictio-
ni subiacentibus, quia præterquam quod patet
Episcopum, & eius vicarium generalem idem
tribunal constituere; quia cum ab Episcopo talis
constitutus eius vices gerat in eodem loco, vbi
ipse Episcopus iudicare consueuerit, inde fit vt
eandem iurisdictionem accipiat, ac idem consisto-
rium cum Episcopo habeat; & sic eam ordinariam
tanquam pro Episcopo subrogatam per textum
*in cap.*2.*hoc tit.lib.*6.*l.*2.*cod.de officio* eius, vt do-
cuerunt Zabarel.*cons.*32.*à n.*41.vers. *secundo pro-*
batur, Camil. Campegius *de potest Papa in ref.*
*art.*1. *n.* 48. cum infinitis Sanchez *de matrim.n.*
27. Tuschus *pract.litt. A.conclus.* 352. *n.* 9. *&*
litt.V.conclus. 186. *n.* 4. & alij infra referendi. † 38
Apertius probatur: nam cum *in dict. cap.* 2. *de*
consuet. lib. 6. prohibeatur appellatio de vicario
generali ad Episcopum, inde fieri; quia iurisdictio
attributa tali vicario est ordinaria, non delegata;
eo quod à contra delegato ad delegantem opti-
mo iure appellatio procedat, vt DD. communi
calculo sequuntur per *textum in c. super quæstio-*
num §.porro de offic. deleg. ergo ex quo appella-
tio prohibita est de vicario ad Episcopum, ea de
causa, ne appelletur ab eodem ad se ipsum, & Epis-
copus iurisdictionem ordinariam habeat, vt ad-
ducti pro contraria sententia fatentur *ex dicto*
cap. cum Episcopus 7. *de officio ordin.* necessario
sequetur, vt vicarius ordinariam itidem habeat
iurisdictionem; non enim res vna, & eadem de-
bet iure diuerso censeri, *l. qui ades ff.de vsucap. &*
ibi ordinarij.

Et confirmatur quia Episcopi vicarius iudi- 39
cem dare potest sicut Pontifex Roman. *in cap.*1.
*hoc tit.lib.*6.*& in cap.clericos*, & vtrobique DD.
sed potestatem dandi iurisdictionem habent iudi-
ces illi solum, qui iurisdictione potiuntur, *dict. l.*
more, vbi communiter DD.ff.de iurisd.omn. iudi-
cum, non vero qui delegata, *l. a iudice* 13.*cod. de*
iudiciis. Ergo cum vicarius Episcopi ex propria
commissionis natura iurisdictionem, & causarum
cognitionem habeat, vt docet Bonifacius VIII.
*in cap.licet hoc tit.lib.*6.ibi *per commissionem offi-*
cij, iurisdictio illi transferatur, sequitur, vt ipse
vicarius ordinariam habeat iurisdictionem, sicut
Episcopus ipse, non ab homine dimanantem, sed
à lege cum iurisdictionem habeat ratione tituli,
& officij, quod obtinet, vt obseruant Abbas *cons.*
21.*n.*3.*lib.*1. Couarruu. *pract.cap.* 4. *à n.* 4. Nam
siue dicamus eam accipere ab Episcopo, & per-
missu legis, sicut accipit legatus Papæ gerens eius
vicem. *cap.* 1. *de offic. leg. argum.in l.legati ff de*
*officio proconsul.l.cum prætor.*vers. *is quoque ff.de*
iudiciis. † Vbi legatus accipit à Proconsule iu- 40
risdictionem, à Magistratu ex consensu, & per-
missu legis, vtcumque sit, illam habendo ex titu-
lo, & officio vicariatus, ordinariam habere dice-
tur.

Cum ordinarius iudex dicatur qui iure sui 41
officij,

officij, Dignitatis, vel Magistratus iurisdictioni,
seu iuri Morla *in emporio iuris p.2.tit.2.in præludio n.*88.Molina *de iustit.tom.6.disp.*8.n.2. & 3.
explicat optime P Barbosa *in dicta l.cum prætor*
§.1.*à n.*15. *de iudiciis.* Videndus longe loquens
D. Ioannes de Narbona *de appellat. vicarij*, *ad*
42 *Episcop.* 1. p. *à n.* 61. *ad n.* 100 † Et deinde vbi
etiam probat itidem procedere in vicario capituli,
sede vacante, de quo infra, alter Barbosa *de officio
Episcopi dict. alleg.* 54. *in pastorali ex num.* 26.
*ex dicto cap.*2 *hoc tit. cap. Romana de appellat.
eodem lib.* sic probans vltra ordinarios in prædictis
iuribus, & *in cap. perlectis dist.* 25. ex Couarruu, Syluestro, Purpurato, Meranta, Bantio,
Corrasio, Bertachino, Mandos, Gambara, Federic,
Scot, Pauino, Zechio, Abbartex Guetrero, Salcerdo, Mascardo, Vgolino, Paa Gutiertex, Sayro,
Iacob. de Laurent, Azor, Sahagun, Ludouico Miranda, Cardoso, Sanchea, & aliis, inter quos etiam
Aloysius Riccius *collect.* 1600. & *in praxi aurea
ref.*99. Molina *de primog.lib.*1.*cap.*15.*n.* 13. Vbi
cum multis aliis eius additionarores, Monera *de
communit. vltimarum volunt. cap.* 5. *à n.* 472.
Moscon. *de Maiest. milit. Eccles. lib.* 1.*p.*1.*cap.*
10.*pag.*269. & 272 Francisc. Leo *in thesauro fori
Eccles.p.*1.*cap.*10.*de vicar.n.*11.& *cap.*16.*n.*61.
Amator Roderic. *in pract. de modo examin. proces. cap.*1.*n.*5. Fr. Basil. Ponc. *de impedim.matrim.
cap.*16.§.6.*vers. idem etiam dicendum*, Franc Molin. *de ritu nuptiar. lib.*2.*differ.*11.*n.* 64. & ioter
Regnicolas Gregor. Lopex *in l.* 2.*glossa* 1.*tit.*14.
*p.*3.idem Morla *in emporio iuris q.*27.*n.*36. Azeuedus *in l.*1.*tit.*9.*lib.*3.*recopil.n.* 7. quibus addo
eundem Barbosam *de iure Eccles.p.*1.*tit.*15.*n.*17.
& *in dicto cap.*2.*hoc tit.n.*6.

43 Quibus non obstant fundamenta contrariæ
sententiæ, quibus late respondent, & sigillatim
proxime adducti: nam etsi reuera vicarius vicem
Episcopi gerat, sicut, & delegatus vicem sui delegantis, id tamen procedit iure diuerso inter vtrumque tamen, & per consequens inter titulum *de
officio delegati*, & *tit.ff.de officio eius*, & *inter tit.*
44 *cod.eodem* magna datur differentia. † Quia delegatus fungitur in iurisdictione, sine vllo tamen
officio, cui talis iurisdictio adhæreat, sola tantum
commissione. Vicarius vero, seu vices gerens, de
quo loquitur *dict.tit.cod.de officio* eius. etsi alterius vice fungatur, tamen sub ratione, & titulo
vicariatus fungitur, ratione cuius, & non sola
commissione eidem iurisdictio defertur, vt debent
intelligi adducta verba *dicti cap.*2 *hoc tit.* ibi *per
commissionem officij*; & sic Bellon. *lib.*1.*cap.*2.*n.*
2. ad finem, dixit delegatum personam quidem
delegantis cum iurisdictione, non vero locum, aut
officium eius repræsentare; vicarium vero non tantum personam illius, in cuius vicem subrogatur,
sed magis locum, seu officium tueri Barbosa *dicta alleg.*52.*sub n.*45.*ex textu optimo in l.cod.de
officio eius*, ibi *tueri locum Rectorum prouinciarum noscuntur*, & Sanchex vbi supra *de matrim.
lib.*3.*dict. disp.* 9 *n.*13 vt distingueret, dixit vicem alterius gerentem in diuerso tribunali, delegatum esse, quod potest corroborari ex dicendis
de vicario foraneo Episcopi quæst. sequenti, quod
si ita alterius iurisdictionem gerat, vt constituat
idem tribunal cum Episcopo vt *in dicto cap.*2.*de
consuet. lib.*6. & *in dict. cap. Romana*, tunc ordinarius sit, cum & Episcopi iurisdictio ordinaria
sit, sicut & probant etiam Sbroc. *de offic. vicarij
lib.*2.*q.*55. Bobadilla *in sua polit.lib.*1.*c.*12.*n.*37.

Non secundum, quia etsi iurisdictio ordinaria in iudicibus ordinariis perpetua sit, etiam concedente eam mortuo, non sic in vicario, quæ vel 45
morte Episcopi expirat, vel si ipse eam remouet,
quia respondetur, quod vicarius, qui habet eandem iurisdictionem ordinariam quàm Episcopus
non habet illam principaliter, sed dependenter ab
Episcopo. † Sicut accidit in legato Proconsulis, 46
qui moriente Pronsule, cessat, & amittit, non solum iurisdictionem, quæ à Proconsule mandatur,
de qua *in l.legati* 13. *ff. de officio Proconsul.* sed
etiam datio tutoris, quæ tamen non ex mandato
Proconsulis, sed proprio iure ex legis datione ei
competit, iuxta *l.*1.*vers. legatus quoque ff. de tutorib.* & *curator.l. legati* 15 *iuncta glossa de officio Proconsul.* sic docent Quintana Dueñas *lib.*
2.*de iurisdict.n.* 14. qui exemplo Proconsulis legati confirmauit Barbosa *dicta alleg.*54.*sub n.*48.
vers. *ad quintum*, Videndus Narbona bene expendens *dict.p.*1.*de appellat.vicar.ad Episcop.n.*97.
† Vbi dicens quod iurisdictio vicarij est tanquam 47
accessoria alterius Episcopi, scilicet iuxta *dict.
cap.* 2. *de consuet.* infert morte Episcopi iurisdictionem vicarij expirare, non quia delegata sed
quia ordinaria est, quæ se habet ad iurisdictionem Episcopi per modum accessorij † Cum vi- 48
carius iurisdictione sit Episcopo associatus, vt ex
Abbate, Anchartano, & Menoch. docet Sbrocius
*dict.cap.*55.*n.* 27. ex regula iuris *in cap. accessorium de regul.iuris lib.*6. & *l.cum principalis*
178.*eodem tit.* & argum. textus *in cap.cum cessante de appellat*, de qua *ibi* latè, & in terminis
assentire videntur huic interpretationi Petr. Barbosa *in l.* & *quia tale n.*91. *ff. de iurisdict. omn.
iudicum*, Thomas Sanchex *dicto lib.*3.*de matrim.
dict.disp.*29. *n.* 13. cum aliis Franc. Marc. *decis.*
778.*n.*4 *p.*1. Socinus *in dicta l.more n.*56. vbi Iason.*n.*8.*ff.de iurisdiction.omnium indic.* Orosciusd
dicta l. & *quia n.*6.*eodem* facit, pro qua etiam alia
regula, omnis res per quascumque causas nascitur per easdem dissoluitur, ex *cap.omnis res de regul iuris, cap.omnes* 27.*q.* 2. vbi DD. & sic non
esse mirum, vt possit Episcopus reuocare vicarium,
quem ipse sibi nominauit: idem Barbosa *dicta
alleg.*54.*n.* 41. latius explicat Narbona *dict.part.*
1.*numero* 95. vers. *parum* ex glossa, vbi DD. *in
clem.* 2. *de rescript.* de quo amplius *quæst. sequenti.*

Nec obest tertium ex eo nempe, quod cum vi- 49
carius Episcopi ex sola commissione generali nequit exercere sibi Episcopi iurisdictionem in quinquaginta casibus, nisi speciali eiusdem mandato;
& sic non posse dici ordinariam, qualem Episcopus habet, quia satisfit ex adductis pro nostra sententia: nam licet Episcopus sibi casus reseruet,
aut ius eius vicario ex generali commissione, eos
illi non concedat, non inconueniet (vt *ibi* dixi,
nam vt vicarij iurisdictio ordinaria dicatur, sufficit quod verificetur in illis casibus ab illo cognoscendis ex dicta commissione generali, cuius
ratione, non ex sola commissione, sed ex titulo, ac
officij ratione vicariatus dicitur iudex ordinarius
non quidem delegatus ad vniuersitatem per distinctionem his traditam in responsione ad primum. Et in hunc sensum amplectitur Narbona
*dict.p.*1.*n.* 99. dum dicens, quod ipsa iurisdictio
limitatur ratione causarum, & litigatorum, &
temporum, vt docet Vantius *de nullitatibus tit.de
nullit.ex defectu iurisdict.à n.*11 sic quidem contingere in vicario, cui circunscribitur cognitio
in

in dictis casibus ex *dicto cap. 2. & fin. de officio vicarij lib. 6. cap. statutum de praebend. lib. 6.* vbi DD.

50 Nec obstat dicere nulla lege canonica cautum esse expressè, quod iurisdictio vicarij sit ordinaria penes duos, scilicet Episcopum, & vicarium sicut nec Dominium, & possessio, de quo late *in cap. licet 9. de probat.* dixi, quia licet fateamur de primo id nulla lege cautum, tamen cum iure nostro canonico permittatur Episcopo vicarios constituere, *dict. cap. cum Episcopus de off. ordinarij, cap vt officium 11. cum sequent. & cap fin. de haeret. lib. 6. cap. licet. hoc tit. lib. 6.* & à summis Pontificibus permissum sit Episcopis, vt absque necessitate, aut legitimo impedimento, possint officiales, vel vicarios generales eorum vice ponere, & constituere, videntur electi ab ipsis Pontificibus: argum. textus *in l. 1. vers. omnia enim cod. de veteri iure enucleando*, vt eleganter obseruarunt Paz *in praxi tom. 5. praelud. 3. n. 3.* Molla *supra n. 87.* Narbona, *dicta 1. p. n. 94.* Barbosa *dicta alleg. 54. & 40.*

51 † Et quamuis etiam fateamur de secundo, regulam, quod possessio, & Dominium eodem tempore apud diuersos non extet plenè, sed non rectè hoc argumento inuadi resolutionem nostrae conclusionis propter diuersitatem rationis inter vnum, & aliud ex Bartolo *in l. Pomponius, l. si vnis ex pluribus n. 7. ff. de re iudic.* Sbrocius *lib.*

52 *5. de vicario Episcop. dict. quaest. 53 n. 28.* † Cum in casu nostro Episcopus principaliter sit Dominus iurisdictionis ordinariae, vicarius autem, (vt diximus) accessoriè; & dependenter ab Episcopo; & sic venire, vt quamuis fateamur procedere argumentum, hoc verum esse tantum, quando duo insolidum eodem modo, eodemque respectu aequè principaliter, vt declarauit Pontifex *in dicto cap. licet de probat.* & ego *ibi* latissimè, non diuerso modo, & diuersis respectibus, sicut, & accidit in casu nostro in quo, etsi Episcopus, & eius vicarius generalis idem constituant tribunal, & auditorium, vt eandem habeant iurisdictionem ordinariam, sed diuersis respectibus, vt iam est dictum, ac explicant Sbroc. *dict. n. 28.* Rota Romana apud Farinac. *decis. 696. in nouiss.* aliàs *p. 4. diuers.* Barbosa *dicta alleg. 54. de officio Episcopi n. 37. & 39.* Narbona *dict. p. 1. de appellat. vicar.*

53 *ad Episcopum n. 95. & 93.* † Vbi ait quod Episcopus ratione Dignitatis consequitur principaliter Dominium iurisdictionis, iuxta quae notant DD. *in cap. 1. de iudic.* vicarius verò eius solùm habeat iurisdictionem contentiosam, & exercitium illius Dominij consistentis in persona Episcopi vt dispntando resoluit idem Thomas Sanchez *d. l. 3. de matrim. disp. 19. in fine.*

54 Itaque resoluendum est ex dictis, quod licet vicarius dependeat ab Episcopo, à quo accepit iurisdictionem, illamque exerceat ex constitutione, atque nominatione illius; tamen protinus quod ab Episcopo constituitur, lex illi iurisdictionem tribuit, & inde non rectè, tam dicendum ab ipso Episcopo iurisdictionem accepisse, quam à iure, potius ministerio facto, & nominatione Episcopi interueniente, vt subscribunt Sbrocius *de officio vicarij dict. lib. 2. cap. 55. n. 56.* Thomas Sanchez *dicto lib. 3. disp. 19. n. 13.* Narbona *dicta p. 1. n. 98.* & alij adducti.

55 Et insuper confirmat argomentatio, quae licet de Archidiacono ad vicarium Episcopi, vt facit Ioan Andreas *in cap. ad hac, vers. ardua de offic. Archidiacon.* Socinus *in cap. sicut vnire n. 45. de excessibus praelator.* sed Archidiaconus vicarius est Episcopi, *dict. cap. ad hac*, de quo dixi plene *ibi in Rub. & cap. fin. eodem*, item *& in cap. 1. & fin. de officio Archipresbyter.* at iste hapet ordinariam iurisdictionem, vt *ibi* dictum est, quia natus aut legitimus dicitur à lege ipsa constitutus *cap. 1. dict. tit. de offic. Archidiac.* ibi, *vt Archidiaconus post Episcopum sciat vicarium esse in omnibus, &* in Calce ibi *ad vicem sui Episcopi vicarius reperiatur c. p. vt singula de officio Archipresb.* qui exercet ipso iure absque aliquo facto, Episcopis absentibus, & eorum officialibus vicariorum munus, vt ex Butrio, Hostiensi, Mandosio, Franc. Marco, & alijs, tradunt Sbrocius *lib. 1. de vicario Episcopi q. 5. n. 15. & q. 36. n. 10.* † Et sede vacan- 56 te, dum capitulum vicarium eligit, eius vicem in omnibus sustinet, Follerius *in comment ad constit. Regni tit. de sacro sanct. Eccles. in cap. ad audientiam n. 75.* post Abbatem *in cap. dilecto num. 3. de officio Archidiac.* vbi id etiam probaui de iure, & si iam limitatum sit de consuetudine, & Stylo, vt *ibi* dixi, ac docent Narbona *dict. p. 1. à n. 22.* & alij adducti etiam in princ nostrae quaestionis. Ergo sicut iste est iudex ordinarius, sic & vicarius generalis ab eodem Episcopo nominatus: ita idem Narbona *dicta 1. p. n. 84. & 85.*

Ad quartam quaestionis partem quaenam exercere 57 valeat vicarius Episcopi ex sola commissione generali sibimet ab Episcopo concessa: videtur non difficulter respondendum; quia, etsi, vt supra diximus quinquaginta casus sint qui excipiuntur, in quibus talis vicarius nequit officium suum exercere, nisi specialiter aliqui, aut omnes ei committantur, videtur vt in caeteris possit cognoscere, ac dicernere iurisdictionaliter, sicut & posset Episcopus. † Nisi aliquam, aut aliquos casus idem Episcopus contingat excipere, vt potest facere, 58 cum in eo principaliter, vt diximus residet, principaliter iurisdictio ordinaria in toto territorio sui Episcopatus, vt patet ex dictis *supra*.

QVAEST. VI.

An vicarius foraneus Episcopi habeat iurisdictionem ordinariam? Et quare ab eo appelletur ad Episcopum, non sic à vicario generali? Et an vicarius, qui aliàs dicitur generalis in casibus exceptis à iure, in quibus desideratur specialis Episcopi commissio, sit habendus in illis, non vt ordinarius, sed tantùm vt delegatus, & in illis appellatio admittatur ab eo ad Episcopum, sicut admittitur à vicario foraneo? An à vicario Episcopi, vel ab Episcopo ad Episcopum ipsum valeat supplicari? Et an vicarius Episcopi à Papa confirmatus possit recusari ob iustam Episcopi suspicionem? Et an à Delegato Episcopi prouocetur ad eius vicarium? seu possit prouocari à Metropolitano residente in ciuitate Salmantina ad Archiepiscopum Compostellanum.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Vicarius foraneus Episcopi etsi videatur iudex ordinarius* n.2.*verius est vt non sit talis,sed vt habeat tantum iurisdictionem delegatum,vt* à n.3.

3 *Appellatio à vicario foraneo fit ad Episcopum,&* à n.8. *contra Anastasium Germon, vt* n.11.

4 Clem.2.de rescriptis.cap.fin.de consuet lib. 6. & à n.16.*vbi de intellectu.*

5 *Officialis Episcopi dicitur etiam vicarius foraneus,&* n.6.

6 *Vicarius, & officialis idem in effectu significans,cum in aliquibus prouinciis officials, in aliis vicario commissiones Pontificia dirigantur.*

7 *Vicarius foraneus est ille,qui extra ciuitatem, in qua Episcopi sedes est, iurisdictionem exercet,aut in ea,vt* n.8.*Et in quibus deferat à vicario generali?*

8 *Vicarius constitutus ad vniuersitatem causarum,potest dici tantum delegatus.*

9 *Appallatio à vicario foraneo ad Episcopum admittitur, & non sic à vicario generali. Et qua sit differentia*, n. 10. 14. & 15.

12 L.1.§.ab eo.ff quis,& à quo appelletur n.14. & 15.

13 L.vnica in fine cod.qui pro sua iurisdictione, n.14 & 15.

14 *Iudicis dati, & delegati qua differentia?*

15 *Iurisdictio omnis à Principe delegata vberiores effectus producit, quam in partem.*

17 *Princeps se abdicando, imperium non amittit.*

18 *Vicarius generalis, qui separatim à commissione generali habet cognoscere de aliquibus casibus Episcopo reseruatis, potius est, vt dicatur delegatus, non si id competeret ex ipsamet clausula generali, vt* numero 19. & 10.

21 *Appellatio ab Episcopo ad eius vicarium, locum non habet non solum iudicialis vt supplicatio,*n.12 & 23.

23 *Supplicatio à vicario generali ad Episcopum negatur,& quare* n.24.& 25.

24 *Prohibitum vna via alicui,non est alia concedendum.*

23 *Supplicatio non ad quemlibet inferiorem, sed ad Principem fit. Et quare introducta.*

27 *Supplicatio non videtur sublata ex quo appellatio tollitur.*

28 Cap.Romana de appellationibus lib.*6.*

29 *Vicarius Episcopi recusari potest ob suspitionem Episcopi, & nam eius delegatus* n. 30 & 31.

31 *Appellatur à delegato ad Episcopum, & eo absente ad eius vicarium generalem, vt.*

32 Cap.cum M de constitut.

33 Cap.si contra vnum §. cum autem de officio deleg lib.6.

34 Cap studuisti.

35 *Vicarius potest absoluere excommunicatum ab Episcopo.*

36 *Appellari, & prouocari potest à Metropolitano Salmantino ad Archiepiscopum, compostellanum, quia sic decisum, vt* numero 37.

37 *Metropolitanus Archiepiscopi Salmanticæ constitutus dicitur potius vicarius foraneus* n.38.

1 AD primam quæstionis partem an vicarius foraneus Episcopi habeat iurisdictionem ordinariam; & quod dicatur eam habere suadetur ex eo, quod vicarius foraneus Episcopi simpliciter dicitur officialis eius *in cap. fin. hoc tit. lib.6.* per verba ibi *officialis, aut generalis vicarius*,& ex *clem.2.de rescript*, ibi *principalis officialis Episcopi, & in cap. Romana §.ab Archidiacono de appellat.* de quibus in præcedenti quæstione, vbi probauimus Archidiaconum, & Archipresbyterum esse Episcopi vicarium, quos ius ipsum vocat natos vicarios ordinariam iurisdictionem habentes,licet inferiorem; quod idem videtur procedere respectu vicarij foranei, qui etsi inferiorem habeat iurisdictionem, quam eius Episcopus videtur,vt eam habeat ordinariam, etsi vt *infra* dicemus in vers. *ad secundam* ab eo appelletur ad Episcopum suum,quia hoc idem contingit in dictis Archidiacono,& Archipresbytero, à quibus nihilominus procedit appellatio ad ipsum Episcopum vt.diximus *in quæst. præced. in principio* per textum *in dicto §. ab Archidiaconis.*

2 Deinde quia non inde, quod vicarius generalis Episcopi idem faciat tribunal, & auditorium cum suo Episcopo inferior; siquidem in multis casibus nullam habet facultatem cognoscendi,vt *ibi* latè diximus,ac patet sic declaratum à Sacra Congreg.Rituum Die 7. septemb. 1618. & in Neritonen 4.Mai 1606.de quibus Aldanus *in compendio canonicar.resolut.tit.43.n.* 15. Barbosa *in collect.decis.*713.verbo *vicarius generalis Episcopi*,idem *in Bullario dict.verb.*vbi quod vicarius generalis debet se abstinere ab aliis,quæ soli Episcopo conueniunt,ergo.

3 Nihilominus dicendum est vicarium Episcopi foraneum solam habere iurisdictionem delegatam,diuersam quidem ab ordinaria, quam habet Episcopus *in cap.cum Episcopus 7. de officio ordin.* & in aliis textibus adductis *dict. quæst. præced.* ex eo quod foraneus vicarius non ex titulo officij,sed ex sola commissione delegata ab Episcopo iurisdictione fruitur glossa *in dicta clem.2.* verbo *foraneo*,& ibi Cardinalis,& fatétur omnes dicentes dari appellationem de vicario foraneo ad Episcopum, cum sic procedat delegato ad delegatum *in cap. super quæstionem §.porro de officio delegati,cap.dilectis de appellat.l.1. & fin.ff. qui,& à quo appelletur, l. vnica* vers. *hæc tenenda cod.de appellat*, Riccius *in collect. ad textum in cap.sua hæc tit.lib.6.*Bartol. *in l.1.in fine n. 2. ff. quis,& à quo appell.* Alex, & alij *in Rub. ff. de officio eius*,idem *cons.* 11. *n.* 3. *vol.* 6. Felinus *in Rub.de officio deleg.n.*41.Purpuratus *in l.more §. n.94.ff.de iurisdict. omnium iudic.& in dict.Rub. de officio eius n.*10.*in fine*,Nauarr,*cons.*36.*n.*1.Benedict Capra *in repetit.dict clem. etsi principalis n* 52.Maranta,Bartazol,& Couar.cum aliis,quos refert, & sequitur Sbrocius *de vicario Episcopi lib.1.q.13.n.8.& q.10.n.4.& q.21.n. 22.per tot. & q.21.n.6 & lib.1.q 61.n.27.*Syluester.*in summa* verbo *vicarius* in princip. vers. *tertio*; quia Auila *de censur. part. 2.cap. 6. disp. 6. dubio 4.*

Vgolinus

Vgolinus *de officio, & potestate Episcopi cap. 4. § 9. n. 2.* Iacob. Laurent. *de iudice suspecto cap. 4. n. 14. ante finem*, Narbona *de appellat. vicarij ad Episcop. p. 1. n. 33.*

4 Nec oberit quod *in dicta clem. 2. de rescript. & in dicto cap. fin. hoc tit. lib. 6.* videantur Pontifices vti verbo *officialis* aut vicarij Episcopi, quasi *officialis* pertineat ad vicarium foraneum, vicarius simpliciter prolatus ad vicarium generalem.

5 † Non enim Pontifices ibi, & in aliis iuribus vicarium foraneum simplici *officialis* verbo nominarunt, quasi illo verbo non alius quàm vicarius foraneus regulariter comprehendatur, & ex diuerso generalem vicarium nomine vicarij appellent, quasi quod verbo *officialis* ipse non intelligatur, cum reuera *officialis* simpliciter prolatus, tam de vicario generali, quàm de foraneo intelligatur, nisi in eisdemmet iuribus, vbi ita profertur, appareat Pontifices ad foraneos tantum respexisse; quia si v. g. adderetur verbum *generalis*, vel *principalis*, tunc quidem fieret ad exclusionem generalis, vt vtrumque *in dicta clem. 2.* comprehensum videtur, & expressius *in dicta clem. 2. de rescript.* in glossa verbo *principalis*, & in glossa verb. *officialis*, vbi alibi *vicarius*, quia notant Menochius *cons. 51. n. 18.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 17. n. 29.* cum multis Barbosa *de appellatiua verb. 174. n. 1. & in dicta clem. n. 14. & 16.* & ibi *in officiali tamen foraneo*, de quo *ibi n. 5.* qui etiam *in pastorali p. 3. allegat. 54. n. 25. in fine*, explicando dicit, quod postquam summus Pontifex vsus fuit verbis *officialis principalis*, ad denominandum vicarium generalem paulo post de vicario foraneo, non loquens tantùm officiali simpliciter dixit, sed foraneo, addit sequentibus relatis verbi *in officiali tamen foraneo*, quasi significet *officialis* verbo vtramque comprehendi, & sic ad constituendam differentiam inter ipsos necessarium fuisse nominati alterum principalem officialem, alterum foraneum.

6 Et enim vt iam sub quæst. præced. dixi, vicarius, & officialis idem significant, & in effectu nulla inter eos, nisi in nomine versatur differentia. Hypolitus Riminald. *in Rub. de offic. eius n. 113.* Couarruu. *lib. 3. variar. cap. 20. n. 45.* Mandos. *in tract. de commissionib. in commissione per breue 28. vicario, & in Regula 14. Cancel. q. 6. n. 16.* Menochius *cons. 51. n. 38.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. glossa 5. § 3. n. 8* Barbosa *dicta alleg. 54. n. 53.* & per eadem verba *de iure Eccles. p. 1. cap. 15. n. 12.* vtrobique notans quod Romanæ curiæ stylus obseruat, vt in expeditionibus, seu delegationibus ad Italiam, Vngariam, Dalmatiam, Epyrum, & Cretam, & partes orientales Siciliam, & Cursicam concernentibus Cancellaria verbo *vicarij* semper vtatur, sed intra montes Alpinos, vt in Hispania, Gallia, Germania, Polonia, Anglia, & in Vltramarinis, vt in Africa *officiales* nuncupantur, sicut testati sunt Sbrocius *de officio vicarij lib. 1. q. 2. n. 10.* Mandos. *in dicto breue 28. verbo vicario Bononiensi dict. q. 6. n. 8.* Hieronim Paul. *in pract. Cancell. fol. 7 & 8.*

7 Ea quibus si scire desideras vltra repetita dicta quæst. præced. qui vicarij foranei appellantur, & quæ intersit differentia cum vicario generali? Respondeo quod foraneus appellatur ille, qui extra ciuitatem, in qua Episcopi sedes est, iurisdictionem exercet; constituit enim illum Episcopus in certa sedis parte, vel in oppidis, vt declarant glossa *in dict. clem. 2. & in cap. 1. de officio ordin. lib. 6. eodem verbo*, & vtrobique DD. D. Hieronym. Beneto, & Leyua *in examine Episcopum lib. 4. cap. 13. n. 5.* Valenzuela *tom. 2. cons. 192. n. 11.* Sbrocius *de vicario Episcopi lib. 1. q. 3. n. 28. & q. 13. n. 1, & q. 10. n. 3. & 8. & q. 29. n. 10* & ob id dicunt Syluester *in summa verbo vicarius q. 4. in principio*, Rebuff. *in praxi beneficior, tit. de forma, & declarat. noua prouisioa. verb. officialis Episcop. n. 1.* Franc. Marc. Alphin. *decis. 317. n. 17. p. 1.* Chuchus, *lib. 2. instit. moral. cap. 8. de vicar. n. 3.* Anastasius Germon. *lib. 1. animaduersion. iuris cap. 7. in princip.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 19. n. 10.* Nicolaus Garcia *de benefic. p. 4. cap. 7. n. 29.* Barbosa *dicta allegat. 54. n. 18* Riccius vers. *limita*, vbi vicarium foraneum dicunt, quia foris, id est extra locum, in quo Episcopalis sedes est, Episcopi vice fungitur, vel quia forum teneat, aut quia de foris veniat per glossam verb. *foraneus in dicto cap. 1. de officio ordin. lib. 6.* vel quia etiam constitutus ad certos actus; seu causas ob quas dicitur delegatus, qui nec facit vnum consistorium, seu tribunal cum Episcopo.

8 Et in tantùm est verum, quia licet vicarius ipse constituatur in ciuitate, in qua residet Episcopus foraneus nihilominus dicetur: ita Mohedan *sub tit. de appellat. decis. 5. n. 3.* Sbrocius *lib. 1. q. 23. n. 4 & q. 23. n. 29.* Valenzuela *dicto cons. 192. n. 22.* Sanchez *dict. lib. 3. disp. 19. n. 11.* Ioannes Baptista Costa *cons. 24. n. 2.* Barbosa *dicta alleg. 54. n. 18. in fine*, idem *n. 24* cum eodem Sbrocio *lib. 3. q. 2. n. 5.* Nicolaus Garcia *p. 5. cap. 8. n. 33.* vbi dicit procedere in vicario generali in ciuitate tantum constituto; quia iste vere generalis non est; imo foraneus propriè dici possit, nisi generaliter ad totius Diœcesis causas deputetur, & addunt idem Thomas Sanchez *dict. lib. 3. de matrim. disp. 29. n. 16.* Valenzuela Velasquez *dicto cons. 192. n. 14.* quod etiam quando est constitutus ad vniuersitatem causarum, adhuc non est ordinarius, sed delegatus; quia non habet iurisdictionem à iure, sed ab Episcopo per iura, & authoritates, quæ allegat ipse Sanchez, cui consonant dicta per Sbrocium *dicto lib. 2. q. 62. à n. 27.* & prius ab eo tradita *lib. 1. dicta q. 22. à n. 3.*

9 Ad secundam quæstionis partem, quare à tali vicario foraneo admittatur appellatio ad Episcopum, non sic à vicario generali, facilis est resolutio ea dictis quæst. præced. & hic ex *n. 1.* quia ille, nec dicitur à iure constitutus, nec habere idem tribunal, ac consistorium cum suo Episcopo, sicut habet generalis; iste inquam includitur, ex quo creatur sub nomine Episcopi, vt dixerunt Philippus Probus ad Ioan. Monachum *in cap. 2. de constit.* Riccius *decis. 79. p. 4. n. 5.* vt comprobant tradita per Farinac *decis. Rota 474. n. 3. tom. 3. p. 2.* Valenzuela *dicto cons. 192. n. 8. 9. & 10.* cum aliis † addens vt eo ipso quod constituetur vicarius 10 generalis in spiritualibus, & temporalibus, constitutus censetur, qui potest omnia, quæ sunt iurisdictionis Episcopi, demptis casibus expressè reseruatis, de quibus retuli *dicta quæst. præced*, & docet Philip. Corneus *cons. 189. vel. 2. num. 181.* quem vt *ibi* dixi ex dict. Valenz *n. 6.* Mohed, Stephano Gratiano, & Solorzano, potest Episcopus constituere cum facultate ampla, aut coarctata, cum infinitis D. Ioannes de Narbona *de appellat. vicarij ad Episcop. 1. p. ex n. 31. ad 35.* vbi cum Archidiac, Ancharrano, Geminiano, Philipo Franco *in dict. cap. 2. de consuet, & in dicta clem. 2. de rescript*, Bart, Alex, Felino, Guidin, Purpurato,

Benedicto,

Benedicto, Capra Franc Marco, Mandosio, Maranta, Couarruu Zerola, Sbrocio, Azur, Garcia, Marchesano, Thomas Sanchez, Iacob. Laurent. Tuscho, Vgolino, quia à delegato, qualis censetur vicarius foraneus respectu sui Episcopi, datur appellatio ad delegantem ex reg *dicti cap. super questionum §. porro ff. de offic. & potest, iudicis deleg. cap. dilecti de appellat.* vbi DD. Matthæus à Pizella *in tract. de suspic. official. n.* 58. Mastrill. Siciliæ *decis.* 535. Valenzuela *dict. tom. 2. cons.* 192. *n.* 15. Rodericus *in praxi de modo videndi processum cap.* 1. *n.* 31. Molina *de iustitia tom. 6. disp.* 13. *n.* 4. dict. Barbosa *in l. cum Prætor. §. 1. n.* 223. *ff. de iudiciis*, Riccius *in decis. curia Archiep. Neapolit. decis.* 8. *p.* 2. Lotterius *de re beneficiaria lib.* 1. *q.* 23. *n.* 46. cum altera Barbosa *dict. allegat.* 55. *n.* 22. *&* 23. idem Barbosa *de iure Eccles. p.* 1. *sub dict. cap.* 25.

11 Vnde audiri non debent relati ab Anastasio Germonio *lib. 1. animaduersion. cap. 7. & de indultis Cardin. §. tibi quond vixeris numero* 88. dum acerrime pugnat de vicario foraneo ad Episcopum appellationem non admitti, sicut nec à vicario generali; eo quod vicarius foraneus simpliciter dicatur officialis Episcopi per *dict. cap. fin. hoc tit. lib. 6. ex dicta clem. 2. de rescript. & ex dict. cap. Romana §. ab Archidiaconis de appellationib. dict. lib. 6.* quæ iuxta, & alia sigilatim refert, & expendit idem Narbona *dicta parte* 1. *ex num.* 27. qui in vers. *minor* contemplatur virum alioqui Doctum insipide errasse, & tam leuibus fundamentis, quibus eundem Germonium reprehendendo noluerunt satisfacere, Thomas Sanchez *dicto lib. 3. de matrim. disp.* 29. *quæst.* 1. *num.* 5. Nicolaus Garcia *de beneficiis parte 5. tom.* 1. *cap.* 8. *n.* 52. Sigillatim verò respondet Narbona Legendus ex *n.* 58. à vers. *primum*, vt ego iam respondi *hic* sub vers. *ad primam*, dum expendi qualiter verb. *officialis* & *vicarius* Episcopi distinguantur, vbi explicaui dicta iura cum Barbosa *dicta allegat.* 54. *num.* 21. *&* 25.

12 Sed quia aduersus nostram communem vrget admodum Vlpiani responsum *in l. 1. §. ab eo quis & à quo appellatur* ibi *ab eo, cui quis mandauit iurisdictionem, non ipse prouocabitur: nam generaliter is erit prouocandus ab eo, cui mandata est iurisdictio, qui prouocaretur ab eo, qui mandauit iurisdictionem*; ex quibus patet delegato non appellari ad delegantem, sed ad superiorem ipsius delegantis, & sic à vicario foraneo, qui delegatus dicitur, non ad Episcopum delegantem, sed ad superiorem ipsius (Archiepiscopum scilicet) aut alium appellabitur.

13 Quæ difficultas redditur grauior ex *l. vnica in fine cod. qui pro sua iurisdictione* ibi *hac teneant, nisi iudices à nobis specialiter delegantibus dati aliis, causas delegauerint iudicandas: nam hic delegantibus, nullo personarum, causarumue habito tractatu appellationem ad eorum iudicia remeabunt*; siquidem ex his diuerse disponitur, ac *in dicto §. ab eo.*

14 At omissis variis dicendi modis pro explicatione horum iurium de quibus proprius *in dicto capite super quæstionum de officio delegati*, quos refert Legendus idem Narbona *de appellat. à vicario ad Episcopum ex numero* 48. *ex* Baconio *libro 6. declaration. numero* 8. Ioan. Longauallo, aliam Bartoli distinguentis *in dicta l. 1. §. ab eo numero* 1. aliam Cujacij *in recitationibus ad titul. ff. de iurisdic. omnium iudicum, in l. & quia 6. & ad Papinianum libro 1. quæstionum in l. aliquando ff. de officio. Proconsulis* Durand. *de iurisdict. cap.* 8. Morlæ *in emporio parte 1. tit. de iurisdict. omnium iudic præludio 17. numero* 89. Faquinei *controuers. libro 1. capite* 78. distinguentium inter iudicem datum, & iudicem delegatum, cui
mandatur iurisdictio. † Videtur potius expla- 15
nanda ea iura constituendo differentiam inter omnem à Principe delegatam iurisdictionem, aut partem, seu vnam ex causis; sicut in primo casu à subdelegati sententia non ad subdelegantem, sed ad eius superiorem appellandum ex *l. 1. dict. §. ab eo* ibi *mandauit iurisdictionem*; idest transtulit totam; tunc enim delegans nihil sibi iurisdictionis reseruat abdicando à se omnem iurisdictionem, at si delegatus aliquid sibi reseruet ad ipsummet, non ad Principem appellandum: sic ex multis idem Narbona *dicta 1. p. n.* 55. qui de hoc secundo casu interpretatur textum *in dicta l. vnica* per illa verba *causas commiserit*, quasi non omnes, sed aliquas delegauerit, & ibi *iudicandas.*

Cui non obstat aliud Papiniani responsum *in* 16
l. legatus ff. de officio Præsidis. ibi *legatus cæterum*, idest *præses, vel corrector prouincia abdicando se, non amittit imperium*: nam vt expendit idem Narbona *dicta parte 1. numero* 56. Iurisconsultus loquitur *ibi* de legato, seu Præside gubernationis causa in prouinciam destinato, qui olim ad tempus pro voluntate Principis, vel senatus constituebatur, vt ex Ælio Spertiano, & Iulio Capitolino constat; qui quidem Præses, seu legatus, sicut non poterat tempus sibi constitutum protogare, ita nec inconsulto Principe absque læsæ Maiestatis reatu minuere, siue anticipare ex *l. 3. ff. ad leg. Iul. Maiest. l. manumissione* 20. *ff. de officio Proconsul.*

Indeque euenire vt Papinianus dixerit Præsi- 17
dem se abdicando, imperium non amittere; quia absque voluntate Principis se abdicauit; idest Magistratus insignia reiecit, protestatione de ea re facta, vt interpretantur Forcatulus *in neciomantia iuris dialogo 60. numero* 4. Velleus à Guebara *in dicta l. Legatus ad finem*, qui rectè satisfaciunt, *l. 2. § & cum placuisset ff. de origine iuris*, quæ quodammodo cum ea pugnare Videbatur, Narbona *supra*, qui *num.* 57. *&* 58. intelligit nos loqui in delegato, videlicet ad particulares causas simpliciter constituto, qualis videtur vicarius foraneus ex latè ante adductis *hic à n.* 1.

Ad tertiam quæstionis partem, an vicarius, qui 18
aliàs dicitur generalis in casibus exceptis, & qui ex generali commissione non veniunt, nisi ei committantur speciali Episcopi facultate, sit ordinarius aut delegatus, taliter, vt ab eo appellari possit ad ipsum Episcopum. In quo dubio video DD. firmare in prædictis casibus (quos posui *sub quæst. præced.*) talem vicarium non constituere idem tribunal, ac auditorium cum suo Episcopo; sic vt fiat iudex ordinarius, sicut ipse Episcopus, sed tantum maneat iudex delegatus ipsius Episcopi; ita vt à tali vicario appelletur ad ipsummet Episcopum delegantem: ita gloss. verb. *officialem in c.* a

hoc tit.lib. 6. vbi Ancharran. numero 2. Dominicus numero 9. Franchus num 4. in fine, Sbrocius lib. 2. q 55. n. 15. de officio vicarij Sanchez de matrim. lib. 3. dicta disp. 29. n. 6. Nicol. Garcia dict. cap 8. n. 40. Iacob. Laurent. dicto cap. 4. num. 12. Azor dict. lib. 3. instit. moral. cap. 43. q. 5. Barbosa dicta alleg. 94. n. 52. quibus addo cum aliis Narbonam de appellat. vicarij ad Episcop. n. 251. p 1. intelligentes si prædictæ causæ vicario ab Episcopo separatim delegantur.

19 Limitant vero prædictam regulam exceptiuam alterius regulæ, de qua supra à n. 1. & quæst. præced. relati DD. & Ioannes Andr. in additionibus ad Speculatorem hoc tit. in princip. vers. dubitari videtur si Episcopus Beroius cons. 22. n. 12. & 14. vol. 1. idem Sanchez n. 6. Garcia n. 41. quando simul cum generali commissione (vt sæpe id fieri solet) tribuantur; quia tunc in omnibus ordinariam iurisdictionem consequitur; ita vt via appellationis ad Episcopum intercluduntur. Et similiter etiam continget etsi separatim dicto vicario prærelati casus committantur si tamen in commissione Episcopus dixerit hac vicario nostro committimus ampliantes, & extendentes priorem potestatem per nos commissam: ita Thomas Sanchez dicta disp. 29. numero 8. Barbosa dicto numero 52. in fine vers. ficat, idem Narbona de appellat. vicarij dict. parte 1. numero 255. cum Ioanne Andrea in additionibus ad Speculatorem dicto hoc tit. vers. dubitari videtur.

20 Nec probanda videtur opinio Ioann. Andreæ, & Sanchez, vbi proximè existimantium sufficere in commissione expressam mentionem fieri vicariatus, siue in salutatione, siue in progressu, veluti officiali nostro, aut vicario committimus, quin, vt docent idem Nicolaus Garcia de benefic. dict. parte 5. capite 8. numero 44. Narbona dicto numero 255. vers. nec probo sola huiusmodi vicarij mentio, non operatur extensionem, prorogationem, seu amplationem potestatis prius vicario commissæ, cum id potius fiat causa demonstrandi personam, cui dictarum causarum commissio fit.

21 Ad quartam quæstionis partem, an à vicario Episcopi, vel ab Episcopo ad ipsum valeat supplicari? Et præmisso in totùm à vicario generali Episcopi ad ipsum denegari appellationem, vt procedat vtique si partes inter se consentientes id admitterent, cum non inde desinat processus esse nullus, & inefficax, si de facto appellari contingat, vt tenent Ioan Andreas in cap. 2. de consuet. lib. 6. num. 10 Speculator. tit. de appellat. §. nunc tractamus num. 4. Sbrocio de vicario Episcopi lib. 3. quæst. 1. num. 11. & 12. Castallio cons. 34. à num. 6. Tuschus practicar. conclus. 32. littera A conclus. 349. num. 5. Narbona dicta p. 1. de
22 appell. vicarij num. 165. & 166. † Et non solùm quoties iudicialiter appellatur. verùm etiamsi Episcopus extraiudicialiter prouocetur, Rota decis. 7. numero 2 hoc tit. aliàs 371. in nouiss. Nicelus in concordia glossarum à num. 81. Sbrocius supra lib. 1. q. 2. Narbona vt supra n. 67. qui contrariis satisfacit ibi & dict. n. 166. Barbosa dicta
23 allegat. 54. n. 48. † ideo existimo, & similimodo denegandam esse supplicationem à vicario generali ad Episcopum: ita apertè docent Innocent, Hostiensis, & Archidiaconus in dicto cap. Romana de appellat. lib. 6. Geminianus ibi n. 2. Cappella Tholos. decis. 579. & ibi Stephanus Aufrerius, vbi testatur hanc esse communem sententiam, Sbrocius alios cumulans lib. 3. de officio vicarij q. 12. per totam, Narbona supra n. 168. Barbosa dicta allegat. 54. num. 49. cum Maranta, Bertachino, Zerola, Chucho, Sfortia, Iacob. Laurent. & aliis.

Quorum ea nempe est ratio, quia si à senten- 24
tia vicarij supplicari posset ad Episcopum, maxima fraus prohibitæ appellationi fieret; siquidem appellationis loco, omnes ad Episcopum supplicarent, quod plene absurdum foret, & contra expressam iuris regulam, qua docemur, vt quod vna via prohibetur alicui, ad id alia via non sit admitendus, cap cum extra de procuratorib. cap. cum quid de reg. iur. l. vltima, cod. si mancipia ita
venier. † Secundo, quia cum supplicatio, non 25
ad quemlibet inferiorem, sed ad Principem peculiariter fiat, vt infra sub Rub. de appellat. dixi, & notant Contard. in l. vnica cod. si de moment. possess. q. 8. n. 5. Franc. Marc. quæst. delphin. 322. num. 8. p. 1. n. 5. à quo cum prouocari suprema legum authoritas non patiatur, l. 1. ff. à quibus appell. non liceat, ne alioquin prouocans inferiorem iudicem adeat, ac proinde descendere potius appellatio contra eius naturam, quam ad alium prospicere videretur; ideo parti grauatæ æquum visum fuit mederi remedio supplicationis, ne omni remedio destituta ius suum amitteret, quod in casu nostro deficit; siquidem non inde quod appellatio prohibetur de vicario ad Episcopum dicitur interclusus appellandi actus ad Metropolitanum Nuncium, ad Patriarcham, & vltimo ad summum Ecclesiæ Præsulem per dicta infra in c. 7. de appellat.

Nec his obstat dicere cum quodam scripto- 26
re recensito per Narbonam dict. part. 1. de appellation. à vicario ad Episcopum sub numero 167. textum in dict. cap. 2. de consuet. lib. 6. intelligi de prohibita appellatione iudiciali, non verò extraiudiciali, propter verbum consistorium ibi quod non videtur proferri posse, nisi iudice pro tribunali sedente, vt in dicto cap. cum Episcopus 7. de offic. ordin. cap. fin. cum simul
de re iudicata. † Item quod supplicatio non vi- 27
detur sublata, ea quo aufertur appellatio, vt constanter tenent Ripa in l. nemo potest numero 92. ff. de leg. 1. Menoch. de adipiscenda possess. remedio 4. numero 92. Franc. Marc. decis. delphin. 55. lib. 2. à num. 1. Imola cons. 145. vers. nec obstat, Roland. à Valle cons. 94. num. 3. volum. 1 Ruin. cons. 157. num. 16. volum. 5. & alij plures, quos latè recensent Contard. in comment. ad leg. vnic. cod. si de moment. possess. dict. quæst. 8. à n. 2. Cabalin. Meliloq. 750. inde contra assertam supra sub vers. ad quartam, & vers. sequenti in terminis defendant Laudens. & Steph. relati à Cardin. in dict. clem. 2. n. 8 de rescriptis Pouin. de offic. & potestate capit. sede vacante 2. p. princip. q. 10. n. 14. Franc. Marc. dicta quæst. 322. num. 8. part. 1.

Quia respondeo ad primum dict. cap. Ro- 28
mana de appellat. lib. 6. & dict. cap. 2. de consuet. lib. 6. generaliter loqui de negando appellationem, & ob id prohibere quamcumque appellationem, etiam extraiudicialem iuxta reg. capite Romanorum 19. dist. capite solita de maiorit. & obed. capite 1. de appellat. dicto lib. 6. non enim negari potest, quin vicarius habeat saltim habitu ordinariam iurisdictionem, etiamsi numquam pro tribunali sederet, & ita

Rota

Rota *dicta decif.* 7 aliàs 371.hoc tit.& Narbona *de appellat. vicar. ad Episc. dicta p. 1. num.* 167. post medium superiorem allucinationem refutant,& conuincunt, sicut,& manet refutata proxime secundo adducta de permissa supplicatione ad Episcop.ex duplici fundamento num.præced. relato.

29 Ad quintam quæstionis partem an vicarius Episcopi à Papa firmatus possit recusari ob Iustam Episcopi suspicionem? Et quia de hoc dixi *in cap. 4. de foro compet. sub quæst. 13. ex numero 16. ad 21. ad sextam quæstionis partem* à adelegato Episcopi prouocetur, ad eius vicarium possit appellari, vel necessario ad ipsum Episcopum delegantem? in quo dubio videtur vt non nisi ad ipsum Episcopum appellandum sit;quia ex quo Episcopus causam alicui delegat quoad illam causam vicarij iurisdictioni derogasse censetur: argum. textus *in cap.cum M.*& quæ ibi notantur *de constitut.* & *in cap. studuisti de*

30 *officio deleg.*& *cap.pettorum de accusat.* † fulcitur primo,quia delegato Episcopi recusato, solus Episcopus de causa recusationis cognoscit *cap. si contra vnum 4. §. cum autem de officio deleg. lib. 6.*secundo quia delegatus in causa sibi commissa,& delegata ab Episcopo,maior est vicario, vt colligitur ex *dicto cap.studuisti*,vel legatus generalis (qui ordinariam iurisdictionem habet, *cap.2.de officio delegati lib.6.*) non prouocatur à sententia delegati ad speciale negotium constituti,quod signum est delegatum in causa sibi commissa, maiorem esse ordinario; inde consequenter deduci de delegato Episcopi ad eius vicarium prouocari non posse;propter quæ ita hanc tenent sententiam Roman. *singul.* 464. Paulus de Leazar.*in cap.dilecti 3.de appellat.*& *in dicto cap.4. de foro compet.* Alex *in epistola ad Bartol.*verbo & *idem auditorium in dicta l.1.§.ab eo ff.quis,*& *à quo appell.*

31 Ego tamen quidquid distinguat Abbas *in dicto cap. 4.de foro comp. in 1. lectura numero 25.* & *in 2. lect. numero* 30. quem amplecti Videtur Sbrocius *lib. 2. de officio vicary Episcopi q.* 174. *numero* 18.& *quæst.*175. *à numero* 14 dum docet quod si Episcopus præsensit, videlicet in Diœcesi, aut in loco propinquo à sententia delegati ad eum appellari debent, *in cap. si contra vnum, de officio deleg.* sin autem absens fuerit, tunc deferendam esse vicario appellationem, quia adest legitima causa. Nihilominus absolutè dicendum existimo, vt possit, ac valeat appellari ad vicarium generalem eiusdem Episcopi delegantis,quia vnitas, & iurisdictio efficit vt vicarius ipse delegasse videatur, vt tenuerunt *in dict. cap. 2. de consuet. lib.* 6. Archidian.*numero 6.in fine*, Ioan. Andr. Philipus Franc. *numero* 8. Geminian. *numero* 7. Anchatran. *numero 1. ad medium*, Cardinalis *in dicta clem. 2. de rescriptis* Decius *in dict cap. dilecti el 3. numero* 2. vbi Franc. *in 2. quæst. de appell.* Felinus *in dicto cap. si quis contra 4. de foro comp. numero* 5. vers. *delegato* Rota *decis. 3. de officio vicarij,aliàs* 150.& *dict.decis.*7.*aliàs* 371.*in nouis*,Iacob.Laurent. *de iudice suspecto cap.4.n.*14. Narbona *de vicario Episcopi dicta p. 1. n.* 142. & 148.

32 Nec obstant fundamenta contrariæ sententiæ,non primum ex *dicto cap. cum M.* quia etsi ex eo videatur sublata potestas vicarios in causa alicui, veluti canonico commissa, & (specia-

liter delegata venit intelligendum respectu instantiæ principalis,non verò appellationis, quia Episcopus non transtulit huiusmodi potestatem in aliam,nec specifice, sibi retinuit, vt eleganter considerauit Abbas *in dicto cap. 4. de foro comp. n. 25.* & 30. sequitur Narbona *supra dicta p. 1. n.*154.

Non secundum quia negatur recusationem 33 delegato obiectam coram Episcopo necessario probandam esse, cum verius sit coram eius vicario generali posse recusationis causas proponi, atque probari; nec enim ex proposita recusationis causa coram Episcopo *in dicto cap. si contra vnum § cum autem de offic. deleg. lib.6.* persona vicarij excluditur; imo potius in eo textu vicarium includi DD. existimant: nam quoties simpliciter de Episcopo mentio fit etiam vicarij persona subintelligatur, vt ex Archidiac. & aliis docet Felinus *in dicto capite 4. de foro compet.* Sbrocius *libro 2. de vicario Episcopi*, 49. *quæst. numero* 29. Pater Franc. Suarez eleganter *de censuris disp. 7. sect. 3. numero* 10. non enim *in dicto capite* 4. exclusus intelligitur vicarius à cognitione recusationis delegati ab Episcopo, nam vt ipse videretur exclusus, nominatim id fieri debuit, vt Sacr. Concil. Trident. *sess. 24. capite 6. de reformatione*, ad excludendum vicarium expressè inquit; quod Episcopis tantùm, non eorum vicariis sit permissum.

Non tertium ex *dicto capite studuisti* & aliis 34 *supra* adductis sub dicto vers. *ad quintam*; quia etsi verum sit delegatum Pontificis in causa sibi delegata, habere maiorem potestatem quam ordinarius: tamen non inde sequi idem dicendum de delegato Episcopi; quia etsi (vt dictum est) in prima instantia procedat, eo quod Episcopus ipse delegato commisit specialiter, sed si à delegato appelletur æquè, sicut ad Episcopum, & ad eius vicarium appellationem posse introduci ex responsione ad primum fundamentum: ita docent Abbas *supra dict. numero 30. ad finem*, Sbrocius *dicta quæst.* 175. *numero* 3.Narbona *dicta parte* 1.*de appellat vicarij ad Episcopum numero* 159.& 153.Legendus *à num.* 149.& *à num.* 155. cum aliis, vbi alia ex multis congerit pro exacta veritate nostræ resolutionis.

Et confirmatur vlterius nostra sententia per 35 illa quæ dixi *in dict. cap. si quis contra clericum 4. de foro comp. q.*41. vbi probaui æquiparationem constitui inter appellationem, & recusationem modo *ibi dicto ex num.* 3. item quia quemadmodum Episcopus potest absoluere illum, quem excommunicauit,siue excommunicatum ab eius delegato,ita & suus vicarius generalis poterit absoluere excommunicatum vel à dicto Episcopo,aut delegato,quidquid distinguat Sbrocius *supra dict q.*174. *cum sequent.* expendit Legendus cum infinitis idem Narbona *dicta p. 1. ex dict. n.*155.

Ad sextam quæstionis partem,an possit prouo- 36 cari à Metropolitano residente in ciuitate Salmantina ad Archiepiscopum Compostellanum, cuius est iudex Metropolitanus? Et licet prima facie videretur negandum; eo quod ille Metropolitanus ibi Videretur Constitutus ad omnes causas appellationis de causis appellatis à suffraganeis Episcopi Zamorens. Ciuitatens. Austuricens. Cauriens. Placentin. & ab Episcopo

Salmant. & aliorum suffraganeorum idem auditorium, & tribunal. Et quia vsitata praxis est, vt à sententiis dicti Metropolitani latis in appellationis instantia, non ab eo ad Archiepiscopum secundo appelletur, sed ad Nuncium Papæ hic Matriti existentem, vel ad auditores Rotæ Romanæ.

37 Ideo in terminis de prædicto dubio video per Rotam resolutum vna Abulens. matrimonij de anno. 1541. nempe à Iudice Metropolitano ab Archiepiscopo Compostellano deputato, & qui residet in dicta Ciuitate Salmantina, vt cognoscat de causis appellationum certorum Episcopatuum suffraganeorum, & vt possit à tali Metropolitano, tamquam vicario foraneo appellari ad ipsum Archiepiscopum: vt refert, ac sequitur Riccius *dicta collect.* 1600. *ad cap. in sua*, vbi Innocent. *hoc titul. in fine*, †

38 qui cum Mohedan. *in decis.* 1131. *parte* 3. Thanis *in decis.* 8. respondet ad obiectum; quod licet talis Metropolitanus appelletur generalis vicarius, sed reuera solùm vicarius foraneus; & idem Mohedan. *decis.* 3' *de appellat. numero* 2. quem sequitur Valenzuela Velasquez *dicta p.* 2. *Consilio* 191. *numero* 19. resoluit quod vicarius Archiepiscopi Compostellani deputatus in Ciuitate Salmantina ad cognoscendum de appellationibus quinque, aut sex Episcoporum Suffraganeorum, non est vicarius generalis, sed foraneus.

QVÆST. VII.

An vicarius generalis Episcopi possit in integrum restituere aduersus sententiam sui Episcopi, vel èontra? An appellari valeat à sententia interlocutoria, vicarij generalis ad ipsum Episcopum? An possit Episcopus pro sua Diœcesi binos generales creare? Et qui tales sint in Archiepiscopatu Toletano? Vbi an Consilium illius Archiepiscopi Primatis constituat idem tribunal cum eodem Archiepiscopo? An à vicario Ciuitatis appelletur ad ipsum Episcopum? Et an possit Episcopus ad libitum reuocare quemlibet vicarium generalem, aut foraneum à se nominatum?

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi generalis, verius est vt possit restitutionem in integrum concedere aduersus sententiam sui Episcopi, vt* n. 2. 3. 4. & 5.

4 *Restitutionis in integrum remedium, differt à remedio appellationis, quod denegatur de vicario Episcopi ad ipsum, &* numero 5.

5 *Vicarius Episcopi habet iurisdictionem ordinariam, qua non extinguitur per solam sententiæ prolationem.*

6 *Restitutio in integrum concedi potest ab Episcopo aduersus sententiam sui vicarij generalis* n. 7.

7 *Retractare nequit Episcopus sententiam latam à suo vicario.*

8 *Restitutio in integrum media supplicatione conceditur à sententia vicarij ad Episcopum, sed non prouocatio, & quare* numero 9.

9 *Restitutio in integrum tantum continet erroris proprij veniæ petitionem.*

10 *Nullitatis sententiæ tractatio non fit ab Episcopo de pronunciata sententia à suo vicario.*

11 *Appellatio conceditur de sententia foranei vicarij ad Episcopum; quia hac interponitur per viam recursus* n. 13. 14. 15.

12 *Iudex post latam sententiam, nequit eam in aliquo corrigere, cum hoc Principi spectet, fallit in decreto interloquendo, vt* n. 13. 14. 15.

14 *Sententia interlocutoria vicarij foranei, nedum emmendari, aut declarari, sed etiam reuocari valet per Episcopum.*

15 *Sententia ad Episcopum per appellationem delata coram eius vicario generali, prosequi potest.*

16 *Vicarij duo possunt ab Episcopo in sua Diœcesi pro faciliori expeditione causarum creari.*

17 *Compluti vicarius generalis dicitur sicut Toletanus, vt* n. 18.

18 *Toletani Archiepiscopi Consilium ad quos effectus creatum* remissiuè.

19 *Appellatio valet interponi à vicario Ciuitatis ad Episcopum, vel eius generalem vicarium, eo quod sit foraneus.*

27 *Recusatio vicarij, & Episcopi* remissiuè.

21 *Reuocatio vicarij potest fieri ab Episcopo, & quare, etiamsi iuret illum non reuocare, vt* num. 22. *Quid si à Papa sit confirmatus* n. 23.

1 AD primam quæstionis partem, suppositis quæ dico *infra tit. de in integrum restit.* & quæ adduxi in *cap. suborta de sententia; & re iudicata*, breuiter respondeo, etsi Sbrocius *lib.* 1. *de officio vicarij q.* 35. *n.* 4. Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 40. *n.* 11. *in fine* & Barbosa *in pastorali allegat.* 54. *p.* 3. *n.* 108. firment, vt vicarius generalis Episcopi nequeat disceptare de causa restitutionis in integrum ex sola generali commissione absque speciali sui Episcopi facultate, vt resumptiuè insinuaui *supra sub q.* 5. imo & Abbas *in cap. ex litteris de integ. restit. n.* 3. dicat in terminis dubij nostri, vt non possit vicarius restituere aduersus sententiam sui Episcopi in integrum condemnato. † Tamen verius est, vt illam 2 restitutionem valeat in integrum concedere, vt in terminis docent idem Sbrocius *de vicario Episcopi lib.* 3. *q.* 2. *n.* 5. Bertachinus *de Episcopis* 5. *p. lib.* 4. *n.* 31. Sfortia Oddus *de in integr. restit. p.* 1. *art.* 22. *n.* 156. Narbona *de appellat. vicarij ad Episcop. p.* 1. *num.* 173. & ante illos Marant *in in* 6. *p. praxis* 5. *& quandoque appellatur num.* 382. post Innocent. *in cap. dilecti de priuileg.* Ioan Fitman. *de Episcopo lib.* 4. *part.* 7. *n.* 37. Lancelotus Lauden. *in templ. Indic. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 10. 5. 2 † Et omnes ex eo, quia si Episcopus idem potest contra sententiam sui vicarij, vt *infra* resoluitur *hic*, quia vtriusque idem est tribunal proprij Episcopi idem dicendum esse censent adducti Doctores. 3

Quod

4 Quod si Vrgeas ex dictis *hic numero* 1. item
etiam ex dictis *quæst. præcedentibus*, quatenus
non admittitur appellatio, nec supplicatio de
vicario generali ad Episcopum, nec econtra,
item nec debeat admitti in integrum restitutio.
Respondetur remedium restitutionis in inte-
grum differre à prædictis, quod non implicat
de iure impertiri ab eodem iudice, qui tulit
sententiam perdicta *in dicto capite suborta, &*
in tit. de in integ. restit. Et sic in terminis de
vicario Episcopi, quod possit contra senten-
tiam propriam in integrum restituere: Beroius
in dicto cap. ex litteris de in integ. restit. in ini-
tio per cap. causam eodem tit. & l. fin. cod. vbi
& apud quem iuncto capite 1. *& ibi glossa hoc*
tit. libro 6. Abbas *in dicto cap. ex litteris nu-*
mero 15. Sfortia Oddus *dict. art.* 22. *numero*
5 157. alia resoluens *numero* 158. 159. *&* 160 †
Ex eo quia vicarius habet iurisdictionem ordi-
nariam, quæ non extinguitur per solam senten-
tiæ prolationem, quod verum putamus, quid-
quid dicant, Archid. & Hostiens *in cap. Roma-*
na de appellat. in 6. & ita etiam tenent Berta-
chin *supra*, Sbrocius *de officio vicarij libro* 3.
dicta quæst. 11. *numero* 11. *& quæstio.* 13. *nu-*
mero 6. Chuchus *instit. moral. libro* 2. *tit.* 6. *de*
Episcopis numero 308. *& tit.* 8. *de vicario Epis-*
copi num. 127. Rebufus *in praxi beneficiali tit.*
de forma vicarij Archiepiscop. num. 155. & de
specialiori ratione inferius sub vers. *ad secundum*
dubium.

6 Ad secundum difficultatis punctum, an èconn-
tra Episcopus valeat restitutio nemini integrum
concedere aduersus sententiam sui vicarij gene-
ralis? Et ita dicendum, ac firmandum est; quia
& si gestis per vicarium contrauenire nequit Epis-
copus, vt ex Paulo de Castro, Decio, Rebuffo,
& alijs docent Sbrocius *de officio vicarij Episco-*
pi q. 29. *à n.* 1. Narbona *de appellat. vicarij ad*
Episcop. part. 1. *num.* 163. & hoc per regulam
generalem, de qua hic, & in duabus quæstionibus
præcedentibus. † Tamen fallit in causis restitu-
7 ctionis in integrum, quia etsi aliàs Episcopus, siue
vicarius, aut alius ordinarius iudex non possit re-
tractare sententiam à se latam ex *l.* 1. *cod. senten-*
tiam rescindi non posse, sed non prohibentur
condemnatum aduersus eam restituere; quia in
integrum restitutio rescindit sententiam prætextu
erroris, vel Iuuenilis Lapsus ex parte ipsius fa-
cti; & sic venire, vt quia vicarius Episcopi po-
test restituere in integrum aduersus propriam
suam sententiam, vt proxime diximus, non minus
valeat idem Episcopus, cum eorum vnum sit tri-
bunal, & iurisdictio, docent in terminis Abbas
in dicto cap. ex litteris n. 11. *in fine, & in cap.*
tum ex litteris numero 3. *de in integ. restit. in-*
fra, Ioan. Andr. *in dicto cap. Romana*, Cardinal.
in clem. etsi principalis de rescript. num. 8 S. For-
tia Oddus *de in integr. restit. dict. quæst.* 31. *art.*
27. *numero* 146. Chuchus, & Bertachin, & idem
Maranta, atque Sbrocius, quibus addimus Cap-
pell. Tholosan. *decis.* 4-9. Caballin. Melilloquio
747. vbi in calce inquit inde assuefactum esse
constituere clausulam illam in sententiis eorum
Salua Domini voluntate condemnamus, Zerol. *in*
praxi Episcop. part. 1 verb. *vicarius* §. 5. Iacob.
Laurent. *tract. de iudice suspecto cap.* 4. *nume-*
ro 12.

8 Et sic dicendum est, quod si supplicatio con-
sideretur in strictiori modo, sed large prout com-
modum restitutionis respicit, tunc rectè possit
Episcopus restituere in integrum contra senten-
tiam sui vicarij, vt proximè adducti docent, qui
& respondent ad dubium relatum, nempe quod
à sententia vicarij. Episcopus prouocari ne-
quit, nec supplicari, tamquam eadem per-
sona cum vicario constituentes eam differen-
tiam inter appellationem, & supplicationem
strictè sumptam, & inter restitutionem in inte-
grum.

Quod appellans, seu supplicans de iniqui- 9
tate iudicis, ac iniustitia illius, qui sententiam
tulit, conqueritur, indeque non mirum esse si
ipsemet vicarius, qui sententiam protulit, vel
Episcopus, cuius personam repræsentat, de ea
per appellationem cognoscere prohibeatur; quod
non procedit in restitutione in integrum; quia
hæc tantum continet erroris proprij veniæ pe-
titionem, vel aduersarij circumuentionis alle-
gationem ex *l. in causa* 16. §. *fin.* vbi glossa,
Bartol, Albericus, & Bald. *in l. Præfecti* 17.
& l. Præses 47. *ff. de minoribus*, Videnda *lex*
3. *tit.* 26. *parte* 3. & iden dicunt DD. adducti,
& Ioannes de Narbona *de appellat. vicar. ad*
Episcop dict. p. 1. Videndus *à n.* 171. *& sub n.* 172.
in fine, non esse inconueniens, vt ipsemet Episco-
pus contra sententiam sui vicarij, quæ eadem est,
ac propria in integrum restituere possit; quia non
super proprio errore, sed super alieno, victi scilicet
litigantis adhibetur.

Nec his oberit dicere quod iudex inferior 10
à Principe, vbi sibi post sententiam condem-
nationis constaret de innocentia condemnati,
non possit illum restituere, vt dicit Osaschus *in*
decis. 101. & propterea in curia Archiepiscop.
Neapol. iudicauerit Aloysius Riccius *ibi decis.* 7.
& in collectan. 1474. *circa princ.* non potuisse
iudicem nullitatis, pronunciare, nullitates, ob-
stare, & tempus in sententia declarare; quia hæc
intelliguntur quando post declaratam senten-
tiam tempus non modicum intercessit, vt com-
probatur ex dictis sub dicto vers. *ad secundam*
hic.

Ad tertiam quæstionis partem, an appellari va- 11
leat à sententia interlocutoria vicarij generalis
ad ipsum Episcopum? Respondeo affirmando ex
proximè dictis, & multo efficacius, quia hæc
appellatio interponitur per viam recursus à solo
grauamine, nondum lite finita, glossa verbo *offi-*
ciali in dicto cap. 2. *hoc tit. lib.* 6. vbi Geminian.
numero 3. & Franc. *num.* 4. Puteus *lib.* 2. *decis.*
301. Iacob. Laurent. *dict. tract. de iudice sus-*
pecto cap. 4. *num.* 12. Barbosa *in pastorali dicta*
allegat. 54. *numero* 50. *&* 51. Cum Azeuedo,
Cardoso, Riccio, Caldas Pereira, & alijs. † 12
Quia licet regula iuris sit ex *l. postquam, vbi*
DD. ff. de re iudicata quod iudex post latam
sententiam, etiam declarando, non possit il-
lam in aliquo corrigere; quia hoc soli Principi
competit secundum Balb. *in decis.* 51. aliquid per
Afflict. *decis.* 598. *numero* 4. † Attamen si- 13
cut Iudex decretum, quod interloquendo
pronunciauit, mutare, siue emendare rectè
potest, vt docent proxime adducti, & alij
per textum *in l. quod iussit* 14. *ff. de re iudi-*
cata, l. qualem 19. §. *dicerem, aliàs leg. di-*
cere §. *vnde Videndum ff. de arbitr. capite*
cum cessante de appellat. ordin. Regia Lusitan.
lib. 3. *tit.* 65. *in princip. & apud nos l.* 2. *tit.*
18. *& l.* 1. *tit.* 22. *parte* 3. & non solùm semel,

sed etiam millies, vt dixit Gratian. *discept. forens. cap. 147. & n. 11. & in cap. 155. a n. 16.* dummodo executioni non sit mandata, Caldas Pereyra *quæst. forens. lib. 1. q. 9. n. 8.* nec finem imponat iudicio, aut processui *ibidem n. 9.* aut transeant decem Dies, quia efficitur quoad partes irreuocabilis: idem Stephan Gratian, *dicto cap. 155. n. 35.*

14 † ita similiter de sententia interlocutoria dicendum esse putamus quæ nedum interpretari, ac declarari potest per iudicem verum etiam reuocari, vt refert fuisse in senatu siciliæ decisom Ioan. Franc. de el Castillo *in decis. 58.* quem sequitur Riccius *collect. 474. vers. tertio*, vbi etiam probans cum multis, quod potest iudex suam sententiam diffinitiuam declarare incontinenti; imo cum ipse iudex in sententiæ prolatione nihil dicit de prolatione interesse, possit parte actrice petente, illud postea declarare, & adiudicare, vbi alias tres adducit declarationes; addit ibi interlocutoriam dici sententiam illam, quæ super incidentibus, & emergentibus fertur, vt late Guido Papa *in sua decis. 11.* & nos diximus *sub tit. infra de senten. & re iudicata & tit. de appellat.* & docent etiam com Lapo, Geminian, & aliis, Rota *decis. 505. lib. 2.* Marchesan. *de commiss. p. 1. cap. 4. n. 67.*

15 Et confirmatur ex eo, nam sicut causa per appellationem ad Episcopum delata coram vicario prosequi potest, vt deducitur ex textu *in cap. dilecti el 3. de appellat.* & ex Abbate *ibidem n. 1. & 3.* Decio *num. 1.* Franco *in cap. 2. de consuet. lib. 6. num. 4.* Follerio *in praxi crimin. canon. p. 1. moral. n. 123.* Bertachin *in dict. tract. de Episcop. cap. 7. p. 4. tit. de vicario Episcopi num. 125.* Iacobus Laurent. *in tract. de Iudice suspecto dict. cap. 4. num. 155.* Narbona *de appellat. vicar. ad Episcopum dicta p. 1. num. 164.* Azor. *instit. moral. lib. 3. capit. 45. vers. vndecimo quæro*, quia adhuc lis pendet in eodem tribunali, ita similiter, & in casu nostro dicendum, vt resoluit ex adductis *num. præced.* Barbosa *dicta allegat. 54. num. 51. in fine*: nam cum Episcopus habeat eandem iurisdictionem, & auditorium cum vicario, inde erit vt sententiam, quam interloquendo vicarius ipse pronunciauit, tamquam à se ipso prolatam corrigere, & emendare possit ex dictis.

16 Ad quartam quæstionis partem, an possint Episcopus, & Archiepiscopus pro suis Diœcesibus binos vicarios generales creare, ac constituere, æqualem com eo iurisdictionem habentes? & firmandum est, vt facilius expeditioni caussarum consuleretur ex *cap. qaoniam in plerisque de officio ordin. & clem. si principalis, iuncta glossa*, & *ibi* Cardinalis à *num. 3. de rescript.* Felin. *in cap. causam matrim. num. 8. de officio deleg. praxis Episcopalis part. 1.* verbo *vicarius* in principio, Vgolinus *de officio & potest. Episcop. cap. 2. §. 6. num. 4.* Sbrocius *lib. 1. de officio vicarij q. 90. num. 4.* dommodo tamen eos constituat in loco, vbi sedem habet, & Flores de Mena *variar. quæst. lib. 1. q. 4. n. 8.* & Nicolaus Garcia

17 *de benefic. p. 5. cap. 8.* † Qui dixerunt ideo Complutensem vicarium non esse generalem, quia non residet Toleti, vbi & Archiepiscopus Et sic videmus Archiepiscopum Burgens. doos insimul habere ordinarios, ac generales vicarios intra eandem suam ciuitatem.

18 Sed quia praxis Archiepiscopatus Toletani est, vt tam ille vicarius, qui Compluti residet, sit etiam vicarius generalis, sicut & ille, qui Toleti, de quibus, & consilio Archiepiscopi Toletani sunt videndi nouissime D. Ioannes de Narbona *tota 2. p. de appellat. vicar. ad Episcopum* D. Ioannes de la Vega pro iurisdictione Archiepiscopi Toletani in suo consilio gubernationis Toletanæ Diœcesis, qui per duos articulos suæ allegationis tractauit, quam ad literam etiam refert Barbosa *in dicto cap. 1. de consuet. libro 6. post. numero 15.* Vbi latissime, & specialiter tractant aliquid per eundem Barbosam *dicta allegat. 54. in pastorali parte 3. sub n. 228.*

Ad quintam quæstionis partem, an à vicario ciuitatis appelletur ad ipsum Episcopum, siue ad vicarium eius generalem? Et affirmandum est per dicta *supra a numero 1. quæst. præced.* quia talis sic vocatus, etsi intra eandem ciuitatem, nihilominus dicitur vicarius foraneus, & in terminis præter alios docent Cardinalis Tuschus *littera A. conclus. 352. numero 91. & littera V. conclus. 186. numero 4.* Nicol. Garcia *dicta parte 5. cap. 8. de benefic. numero 27. & 33.* quod est verum, vt etiam docet Barbosa *in dicto cap. 2. de consuet. lib. 6.* quamuis Calderin. *cons. 1. de appellat.* & Sbrocius *dict. lib. 3. de offic. vicarij q. 2. n. 5.* prohibitam dicant esse appellationem 19

Ad sextam quæstionis partem respondebis per *dicta supra sub quæst. præcedenti de vicarij recusatione, Episcopo eius recusato*, de quibus dixi *in capit. si quis contra clericum de foro competenti sub quæst. 13.* † Et ratio est, quia cum nominatio vicarij generalis fiat ab Episcopo, & res per quascumque causas nascitur, per easdem soluitur *ex reg. omnis de regul. iuris lib. 6.* inde dici debet, vt vicarij iurisdictio ab Episcopo valeat reuocari: sic Calderin *cons. 2. hoc tit.* Barbatia, Abbas, Philip. Franc, Purpurat, Bertachin, Ripa, Archidiac, qoos refert, ac sequitur cum aliis Augustinus Barbosa *in pastorali: dicta allegat. 54. parte 3. numero 145.* & cum Scot. Rebuff. Iacob. Laurent. *vbi supra* alter Barbosa *in l. quia tale 54. numero 87. ff. soluto matrim.* Azor. *instit. moral. lib. 3. cap. 45. quæst. 14.* Vgolin. *de potest. Episcop. cap. 4. §. 6. numero 9.* vbi *numero 10.* post Sbrocium *dict. lib. 3. de offic. vicarij, dict. quæst. 32. num. 5.* Antonium Gabriel. *lib. 1. tit. de iure iur. num. 14.* & alios, † resoluit hoc procedere, etiamsi Episcopus non reoocare vicarium iurasset, videndus Valenzuela, Velasque *part. 2. cons. 101.* vbi postquam dixit *num. 69.* quod vicarius Episcopi, est Dignitas cum admioistratiooe sic cum infinitis, & qood sunt spectabiles vicarij, vt docet in simili Cujacius *in l. 4. cod. de annonis, & tributis, lib. 10.* Menochius *de arbitr. iudic. casu 86. num. 49.* inde fieri, vt si causa oon adsit, Episcopus nequeat vicarium reuocare, vt etiam dixerunt Sbrocius *dicto lib. 3. q. 32. n. 9.* Ioan. Gutier. *lib. 3. pract. q. 11. n. 4.* 20 21 22

Sed an reuocari possit si à Papa sit coofirmatus; quia iam resolutum est per me *in dict. cap. 4. de foro compet. sub dicta q. 13.* ideo nunc leges cum iosinitis quæ scribit D. Ioannes Narbona *de appellat. vicarij ad Episcopum dict. p. 1. ex n. 131. 134. 135. & à n. 137.* 23

QVÆST.

QVÆST. VIII.

An vicarij generalis facultas, requirat pro titulo vicariatus formularium aliquod, quo demonſtretur data ſibi generalis commiſsio, ſicut requiritur ad caſus ſpeciales, qui alias ipſimet Epiſcopo reſeruati ſunt? An hoc idem procedat in vicario generali capituli, ſede vacante? Et quam iſte poteſtatem habeat, vbi de illius nominatione, intra quod tempus, aut cui incumbat capitulo non nominante? An plures vicarios valeat conſtituere, ſicut & Epiſcopus? An vterque vicarius obnoxius ſit ſyndicatui? vel an valeat vltra ſportulas ex officio prouenientes, ab Epiſcopo, vel à capitulo exigere amplius ſalarium? Et quibus de cauſis vtriuſque iuriſdictio finiatur? vbi de aliis remiſſiuè.

SVMMARIVM

1 *Vicarius generalis clauſula, qua ſic intelligitur, &* n.2.& 3.

2 *Vicariatus formularium Hiſpano ſermone à quibus ponitur, & aliorum officiorum Diœceſana curia* remiſſiue.

3 *Vicariatus clauſula, vt in ſpiritualibus, & temporalibus vicarius miniſtret.*

4 *Vicarius generalis quoit conſtitui tantum in ſpiritualibus.*

5 *Vicario ſecundo conſtituto, primus cenſetur reuocatus.*

6 *Clauſula* dantes, & concedentes ei plenam, & liberam poteſtatem, *ſolum concedit ea, qua in generali mandato continentur, non quidem alia ſpecialia.*

7 *Vicarius capituli ſede vacante, quam poteſtatem habet, &* n.10.

8 *Capitulũ, ſede vacante, quoit à ſede Epiſcopali vacante conſtituere ſibi vicarium generalem, & qualem* n.14.

9 *Vicariatus titulus vicarij capituli* remiſſiuè.

11 *Capitulum ſede vacante Eccleſia Cathedralis ſubintrat in ius vniuerſum Epiſcopale, niſi quid ſpeciali prohibeatur, ſucceditque generaliter in iuriſdictione ſui Pralati, & adminiſtratione temporalium, & ſpiritualium* n. 12.& 13.

12 *Capitulum, ſede vacante, poteſt iudices dare, ac conſtituere, & omnia, qua ad iuriſdictionem ſpectant expedire.*

14 *Capitulum ſede vacante, poteſt ſibi conſtituere vicarium generalem, cui competunt ea, qua capitulo in ſpiritualibus, & temporalibus.*

15 *Capitulum ſede vacante, à morte Epiſcopi, dum ſibi vicarium generalem non conſtituit, habent omnem iuriſdictionem, nec competit prima Dignitati, aut Archidiacono contra Sbrocium* n.16.

17 *Capitulum ſede vacante, tenetur infra octo dies ad conſtituendum ſibi vicarium generalem à Die ſcientia mortis Epiſcopi, ſeu tranſlationis, aut dimiſſionis.*

18 *Epiſcopus à Die, quo ſcit ſe tranſlatum, aut admiſſam eſſe dimiſſionis ſui Epiſcopus, tenetur ſe abſtinere ab adminiſtratione, quia illico ſubintrat capitulum.*

19 *Vicario non nominato intra octo dies vacatura à capitulo, Archiepiſcopus valet vicarium nominare Eccleſia ſuffraganei. Et quid ſi moriatur Archiepiſcopus* n.10.

21 *Vicarius à Metropolitano deputatus, ſede vacante, poteſt ad nutum amoueri, quando capitulum illum non nominauit intra octo dies.*

22 *Metropolitanus cumulatiuè habet nominare vicarium, ſede Epiſcopale vacante.*

23 *Capitulum poterit ſi moriatur vicarius à Metropolitano nominatus ob eius negligentiam creare iterum alium vicarium intra alios octo dies.*

24 *Vicarius, ſiue vicarij generales nominandi à Capitulo, quales debeant eſſe? Et quo gradu inſigniti vniuerſitatis approbata* n.25.

25 *Vicarij ſolent eligi ſine gradu vniuerſitatis, aliquando etiam Theologus &* n.26.

26 *Vicarij duo capitulares cathedralis, ſede vacante, ſolent à capitulo eligi pro Diœceſi gubernanda ex inueterata conſuetudine, etſi contra nonnulli, vt* n.29.& n.12.

27 *Capitulum ſede vacante poteſt ſubſtituere binos vicarios generales, vt alternis menſibus gubernent, & hoc de gremio capituli, etſi extra illud aliquando valeat, vt* n.28.

30 *Capitulum, ſede vacante, poteſt etiam conſtituere vicarios pedaneos.*

31 *Canonicus poteſt creari vicarius generalis à capitulo ſede vacante.*

33 *Capitulum ſine cauſa nequit iteratis vicibus deuenire ad electionem vicarij generalis.*

34 *Vicarij plures in diſcordia capituli ſede vacante, nominatis, eligitur magis idoneus,*

33 *Vicarius capitularis quoit creari conſtitutus in atate 25. annorum, & in quo ordine* n.36.

37 *Capitulum quoit conſtituere plures vicarios aque principaliter, vel vnum generalem, & alterum foraneum, maxime, ſi eſt ampla Diœceſis, & ſtante immemoriali, vt ſub alternis menſibus duo generales gubernent, vt* n.38.

39 *Capitulum poteſt pracipere tempus admodum procedendi, dum conſtituit vicarium, ſed non poſtea; ſic vt tempore elapſo expiret iuriſdictio, vt* n.40. *melius tamen, vt libera eligatur vicarius, vt* n.42.

41 *Vicarius generalis capituli, & cateri officiales, officio ceſſante, ſunt ſyndicatui obnoxij, &* n. 43.& 44. *qui tenentur ſtare ſyndico tuo* n. 45.46.& 47.

43 *Syndicare eſt actus iuriſdictionis.*

44 *Capitulum ſuccedens Epiſcopo in iuriſdictione, poteſt de delictis in genere, & in ſpecie inquirere, & exercere ſyndicandi munus.*

46 *Vicarius capituli poteſt ab Epiſcopo compelli,*

vt reddat rationem adminiſtrationis officij, & compertus in aliquo delicto puniri : idem de cæteris officialibus n.47.

48 *Syndicari non debent vicarius generalis Epiſcopi, nec eius officiales, vt Gregor. XIII.conſtit. cauetur contra Azeuedum* n.49.

50 *Vicarius Epiſcopi poteſt iuſta cauſa à Metropolitano coerceri,& excommunicari.*

51 *Vicarius Epiſcopi delinquens praiudicando partibus,& iuſtitia,poteſt puniri ab eodem Epiſcopo, niſi propter grauitatem criminis facta ſit deuolutio.*

52 *Salarium amplius poteſt peti à vicario capituli vltra taxatas ſportulas,quod in praxi non procedit apud nos.*

53 *Vicarius capituli ex gremio canonicorum, non percipit diſtributiones quotidianas abſens à reſidendo in propria Eccleſia.*

54 *Vicarius capituli canonicus, dum reſidet in Eccleſia,ſedet ſicut antea inter alios canonicos,ſi electus ſit extraneus,præfertur Archidiacono in proceſſionibus,vt* n.55.

56 *Salarium amplius vltra ſportulas,nequit vicarius Epiſcopi petere,etſi conuentum non ſit, niſi ſportula vicariatus magna eſſent, vt* n. 57 & 58.

59 *Salarium nequit petere amplius vicarius Epiſcopi ab Epiſcopo ſucceſſore.*

60 *Iuriſdictio vicarij Epiſcopi,& capituli ceſſat finito officio,remotione, & aliis modis, ſi cauſa bene viſa id poſtulet vt* n.61.61. & 63.

61 *Vicarius capitularis valet continuare, donec nouus Prælatus, expeditis litteris, præſentatis capitulo, adipiſcatur poſſeſſionem.*

63 *Vicarij capitularis remotio ex conſtitutione noui vicarij quando intelligatur.*

64 *Vicarius capituli, capitulo ſuſpenſo, nequit exercere iuriſdictionem contra Vgolinum* n.65.

66 *Capituli ſedis vacantis poteſtas ad plura extenditur* remiſſiuè.

1 AD primam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ dixi *hic à quæſt.5.* quia ad litteram tituli,& nominationis,quam ſolent præſtare Epiſcopi,& Archiepiſcopi pro ſuis vicariis generalibus, ponunt Sbrocius *lib. 1. de officio vicarij*, quem tranſcripſit Barboſa *in paſtorali p.3.allegat.54.n.5.* vbi plures exprimunt caſus,ad quos eorum iuriſdictio extenditur quibus addit Ortiz de Salcedo in tit.qui tali vicario ſolet ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, concedi dicto vicario generali *in ſua praxi Eccleſiaſt.fol. 13.B. Hiſpano ſermone compoſitus*, ſequentem;clauſulam, *y anſi meſmo os damos poder para que por Nos, y en nueſtro nombre, como Inquiſidor ordinario,podeis entrer, y entreys en la Inquiſicion de eſta Ciudad, y aſſiſtais a los autos, actos, y ſentencias que por derecho, vſo,y coſtumbre, an aſſiſtido, y deuido aſiſtir vueſtros anteceſores, y ſegun lo hicieron.* Item addit. *otro ſi oſdamos poder,y facultad para que por vueſtra anſencia, enfermedad, o ocupacion podais nombrar vn Theniento, en el dicho vueſtro officio, parael vſo, y exercitio de el, que ſa perſona bene merita,el qual pueda hacer y haga lo miſmo, que vos hariades, ſi perſonalmente aſſiſtieſedes,&c.* de quo *infra in fine huius verſ.* ponitur latina clauſula. Videndus etiam *ibi fol.15.& 16.* † Vbi etiam ponit formularium 2
Hiſpanicè tituli vicarij foranei,alicuius territorij, Diœceſis,& tituli vicarij pedanei; item & alios nempe viſitatoris,Notarij viſitationis, ratiocinatoris maioris redditauum Archiepiſcopatus, ſiue iudicis ipſorum redditauum; item & Notarij audientiæ Epiſcopalis; item & Fiſcalis generalis,& alterius fiſcalis vocatus virgæ Notarij, ſeu ſcribæ redditauum; item & Æconomi alicuius territorij,Epiſcopatus,Rectoris, aut Theſaurarij alicuius Epiſcopatus, iudicis antiquioris, hoc eſt Præſulis Audientiæ Archiepiſcopi Toletani, aut alicuius ex conſiliariis eiuſdem Audientiæ, conſiliiue,atque ſecretarij eiuſdem conſilij, item tituli vocati *merced de el Sello de el Prelado*, Relatoris eiuſdem conſilii Archiep.Tolet. ſiue oſtiarii eiuſdem Conſilii, item Procuratoris Audientiæ Epiſcopalis,aut Receptoris etiam Audientiæ Eccleſiaſticæ, & ratiocinatoris maioris rationum alicuius Prælati; item & coſtodis carceris Eccleſiaſticæ,& Alguacelli Eccleſiaſticæ; item operarii maioris, & ſcribæ fabricæ Cathedralis, & titulorum, quos præſtant etiam Epiſcopi, & Archiepiſcopi ſuis iudicibus ſæcularibus aliiſve miniſtris eorum,*ibi ex folio* 27.B.quando ſcilicet à Rege habent Epiſcopi in ſua Diœceſi aliqua oppida donata, vt contingit in Archiepiſcopatu Compoſtellano, & in aliis illius Regni Epiſcopatibus,& alibi &c.

Et licet in titulo cum ſola poteſtate generali 3
dato vicario prætequiuant nonnulli, vt ad effectum,quod vicarius generalis talis remaneat ſit neceſſaria ea clauſula,ſcilicet *ipſum noſtrum vicarium generalem in Eccleſia, ciuitate,& Diœceſi noſtra,tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus tenore præſentium facimus, conſtituimus, & creamus,citra tamen reuocationem aliorum vicariorum noſtrorum per nos alias inſtitutorum,dantes,& concedentes eidem plenam, & liberam poteſtatem, & mandatum ſpeciale &c.* ſic vt non ſufficiat,ſi in temporalibus,tantùm,vel in ſpiritualibus crearetur,ſicut docuerunt Pauin. Rebuffus, & Azor,quia Eccleſia ſolet temporalia, & ſpiritualia habere;*cap ſi quis 1. q. 3.* † Tamen verius 4
eſt,vt poſſit conſtitui vicarius generalis in ſpiritualibus tantum, vt apertè videtur deſomi ex Concilio Trid.*ſeſſ.13. de reformat.cap.2.* ibi,*ſeu illius etiam vicario in ſpiritualibus generali*, ſicut poſt Marcheſan, Sbrocium, & Sanchez ſequuntur Nicolaus Garcia *de benefic. p. 5. cap. 8. num. 122. & 123.* vbi aſſerit in Bullis, & litteris Apoſtolicis aliquando vicarium in ſpiritualibus generalem appellari, & Barboſa *in paſtorali dicta allegat.54.n.57.*

Adduotque ipſi,& Sbrocius *de vicario Epiſ-* 5
copi lib.3.q.33 Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ.478.in prima edit.& reſolut.502.in 2.edit.* Azor,*inſtit.moral.p.2. lib.3. cap.45.q.5.* verſ.*citra* in dicto titulo;ideo poni ſolitam eſſe clauſulam proxime adductam *citra tamen reuocationem aliorum vicariorum*; quia ſicut procuratore ſecundo conſtituto, primus reuocatus cenſetur,niſi fuerit hæc clauſula adiecta *l.ſi quis §. 1. ff. de procuratorib.* de quo late dico *infra in tit.de procurator.* ſi quidem vicario ſecundo conſtituto, primus cenſeatur reuocatus,qui & etiam alii docent vt dixi *ſub dicta quæſt.5.* † per clauſulam di- 6
ctam *Dantes,& concedentes, ei plenam, & liberam poteſtatem*, ea tantùm concedi, quæ in generali

generali mandato continentur,non quidem alia,
quæ requirunt à dante ſpecialem commiſſionem;
tunc enim debet de omnibus fieri ſpecialis men-
tio , aut ſaltim de aliquibus,vt ſub *dicta quæſt.*
5. explicsui iuata clauſulam tenoris ſequentis ,
quæ continetur in dicto titulo ibi.*vnum,vel plu-
res vicarios loco eius cum eadem, & ſimili , vel
minori authoritate faciendi,creandi , & ſubſti-
tuendi,& cætera omnia,quæ ſunt Epiſcopalis, &
Archiepiſcopalis iuriſdictionis exercendi,& ter-
minandi,& omnia, & alia,& ſingula faciendi ,
& committendi etiam ſi talia eſſent, quæ manda-
tum exegerint ſpeciale , & maiora,& grauiora
expreſſis; pro vt ad vicariatus officium noſcitur
quomodolibet pertinere.* Non enim per hæc ver-
ba,vt expendit Barboſa *dicta allegat.* 54. *n.* 59.
cum Molina,de quo dixi *dicta quæſt.* 5. vicarius
generalis conſequitur ſpecialium caſuum reſerua-
torum Epiſcopo , quorum *ibi* numeraui 50. ſine
ſpeciali commiſſione , vbi qualis ea debet eſſe ,
dixi.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem , an hoc
idem,& dicta *ſupra à dict.q.*5.procedant in vica-
rio generali capituli, ſede vacante ? & quam iſte
poteſtatem habeat,& de illius nominatione &c.
ſuppoſitis quæ dixi *à dicta quæſt.*5. nunc laconi-
cè de tali vicario generali capituli ſequentia duxi
explanare; ſiquidem Abbas *in cap. irrefragabili
n.*2.*de officio ordinarij*, Felinus, *in cap. cum olim.
n.*9. *de maiorit.& obedient.* Sbrocius *de poteſt.*
8 *& officio vicarij dicto lib.*1.*q.*16.*n.* 8. † Dixerint
poſſe capitulum ſede vacante ad quem deuolui-
tur iuriſdictio,*cap. vnico,& ibi gloſſa de maiorit.
& obed.lib.*6.Vbi DD.& in Trid. *ſeſſ.* 24. *de re-
format.cap.*16.inſtar Epiſcopi vicarium,ſibi con-
ſtituere vicarium etiam generalem , à tempore ,
quo ſedes ipſa Epiſcopalis vacat, cuius tituli te-
norem poſt Quarantam *in Bullario* verbo *capi-
tulum ſede vacante.* verſ. *decimo quarto* Barboſa
9 *dicta alleg.*54.*n.*159. † ponit ad litteram formu-
larium,quod incipit,*Nos canonici , & capitulum
cathedralis Eccleſiæ N.ſede vacante , per obitum
Bonæ Memoriæ N.Epiſcopi &c.*Vbi continentur
caſus , de quibus cognoſcere valet, ac reſeruan-
tur capitulo alij , cui ſolet denegari facultas
ſubſtituendi ſibi vicarium alium per clauſulam il-
lam *in caſu vero infirmitatis,vel abſentiæ ſubſti-
tuere non poſſit,vel cauſas delegare,ſed in his ca-*
10 *ſibus prouiſio ad Nos ſpectare debeat &c.* † Sed
quia facultas prædicto vicario à capitulo conceſ-
ſa poteſt addi , vel minui pro voluntate eiuſdem
capituli,vt dixerunt idem Barboſa *n.*158.& Qua-
ranta *dicto n.*1. ideo nihil amplius de prædicto
formulario,cum recurrendum ſit in hoc puncto
ad formularium cuſtoditum in Archiuio cuiuſli-
bet Cathedralis, tam circa nominationem dicti
vicarij,quam aliorum Miniſtrorum conſtituendo-
rum pro miniſterio iuriſdictionali ipſius ſedis va-
c antis.

11 Igitur,vt eſt dictum, quia capitulum ſede va-
cante Eccleſiæ Cathedralis ſubintrat in ius vni-
uerſum Epiſcopale;ita vt poſſit facere ea omnia ,
quæ ſunt ordinariæ iuriſdictionis , niſi expreſsè
prohibita reperiantur,vt docent gloſſa,& DD.*in
cap.his,quæ*, & *in dicto cap. cum olim de maiorit.
& obedientia,& in cap.illa,ne ſede vacante,cap.
ad abolendam de hæret* gloſſa *ſede vacante*,& eo-
dem verbo,*in clem.*1.§.1.*tit.*1.gloſſa in verbo *ob-
ſeruari in cap quia ſæpe de elect. lib.*6. vbi DD.
antiqui,Pauinus *de offic. & poteſt. cap. ſede va-
cante,p.*1.*q.* 1. *à n.*3.*& q.*5.*n.*2.verſ.*item regula-
riter*,Gutierrez *canonic. lib.* 1.*cap.*11.*n.*10. † vbi 12
quod ſuccedit generaliter in iuriſdictione ſui Præ-
lati,& etiam in adminiſtratione ſpiritualium , &
temporalium , poſſitque iudices dare , ac con-
ſtituere, & omnia , quæ ad iuriſdictionem perti-
nent expedire,vt poſt Federic.de Sen.Cardos, &
Nauar.Rebuf. Suarez,Flamin.Pariſ.Azor , Sbro-
cium *de officio vicarij lib.* 1. *q.* 15. *&* 16. Qua-
ranta verbo *capitulum ſede vacante* , à princip.
Quintana Dueñas *Eccleſ.lib.*1.*c.* 15. *n.*6. Nico-
laus Garcia *de beneficiis p.*5.*cap* 7.*à n.*4. & Mo-
lina *de iuſtit.tract.*5.*diſp.*1.*n.*3. *& n.*10.qui am-
pliat ad iuriſdictionem , quæ ex conſuetudine
competeret , Filiucius *quæſt. moral.tom.*3. *tract.*
41.*cap.* 2. *n.*4. Iſidorus Moſcon. *de Maieſt.mi-
lit. Eccleſ.lib.*1. *p.*1. *cap.*15.*à pag.*244.Bobadil-
la *in politica lib.*1. *cap.*2.*n.*23. Barboſa *de officio
Epiſcopali alleg.*36.*n.*9.& de canonicis plura re-
petens.*tom.*1. *cap.*42.*& ibi n.*61.Cardinalis Tuſ-
chus *pract.concluſ. tom.* 1. *litt. c.concluſ.* 56. *n.*
2.Solorzanus *de iure indiarum tom.*1.*lib.*3. *cap.*
13.*n.*1. *&* 3.Machado *de perfecto confeſ.lib.* 4.*p.*
4.*tract.*1.*docum.*6.*n.*2.Felicianus de Vega *in cap.*
4. §. *de adulteriis n.*49.*de iudiciis* , vbi aliquid
ego dixi Marcellus Vulpeis *in praxi iudicum cap.*
44.*n.* 2. Valcoauela Velaaquez *p.*1.*cenſ.*107.vbi
*n.*14. † ait capitulum ſede vacante ſuccedere in 13
omni iuriſdictione Epiſcopali proueniente à iure
communi generali,vel ſpeciali ; & ſic in omni-
bus,quæ ſunt Iuriſdictionis non prohibitis ex-
preſſe ibi *n.*13.cum Farinacio , Graff.Ioan. Leo-
ne , Ioanne Hieronimo,Campanillo , Abbate *in
dicto* §. *de adulteriis n.* 17. & Decio *n.* 150.
& praxi Archiep. Neap.*cap.*83.*n.*1.*& cap.*85.*n.*
2.addens *ibi n.*15. Valenzuela , vt dictum de ca-
pitulo,ſede vacante,intelligatur de vicario,quem
debet deputare infra octo dies , vt ſtatim dice-
mus.

Ideo cum conſtet ex *dicto cap.*16.*Trid.ſeſſ.*24. 14
de reformat. quod poſſit capitulum vicarium ſibi
conſtituere generalem, cui competunt,ea quæ ca-
pitulo ex Felino, *cap. cum te de reſcript. n.* 17.
verſ. *& intellige*, gloſſa *in clem. etſi principalis* ,
verb. *Epiſcopi* eodem titulo, quam ſequuntur Za-
barella *ibi n.*15.Imola *n.*22. Sbrocius *de vicario
Epiſcopi lib.*1.*dicta quæſt.* 16.*n.* 3. inde eſt quod
inter alia,quæ poteſt capitulum facere,ſede Epiſ-
copali vacante , poſſit quidem conſtituere vica-
rium generalem in ſpiritualibus , & temporali-
bus,vt docent Bonacos *tom.* 1. *commun.opin.lib.*
1.*tit.*9.*n.*13.*pagina* 183. Gutierrez *ſupra d.c.* 11.
*canon.n.*10.Zerola *in praxi Epiſcop.p.*1.verb.*ca-
pitulum* §. 3. idem Barboſa *de canonic.dict. cap.*
41.*n.*79.cum Azor, ſed qualem , dico *num. ſe-
quent.*

Quod vt diſtinguatur,ſuppoſito quod in eo,in- 15
terim quo capitulum, poſtquam ſuccedit in ſede
vacante,non ſibi nominat vicarium generalem ,
tota iuriſdictio Epiſcopalis in his , quæ ſunt iu-
riſdictionis , ſed non ordinis , reſideat penes ip-
ſum totum capitulum , Zerola *in praxi Epiſcop.
p.*1.verb.*capitulum* §. 3. Quaranta §. *duodecimo
quarto.*verſ. 1.*in ſumma Bullarij*, verſ. *capitulum
ſede vacante*, Aloyſius Riccius, *in praxi rerum
fori Eccleſ.poſt reſolut.*505.*in notabili de mate-
ria vicarij à capitulo ſede vacante* verſ. *primo* ,
in deciſ.Curiæ Neapolit. 305. *n.* 3.*p.* 4. Ragu-
cius *de voce canon.in capit.q.*37.*n.*1. Barboſa *de
offic. Epiſcopi dicta* 3. *p.alleg.*54. *n.* 163 Sacra
Congreg.

Congreg Concil. sub Die 19. Septemb. 1620.
vbi expresse quod donec durant dies,electionis di-
cti vicarij,iurisdictio est penes capitulum , non
vero penes primam Dignitatem:idem Barbosa in
dict. cap.Trid.n.9 cum Ragucio de voce canon.
in capitulo q.57.n.1.& Sellio in selectis canonic.
cap.19.n. 41. & testante decisum dict. Die 19.
Septemb.1620. dicentes administrationem ipsi
capitulo pertinere,& incumbere; idem etiam Bar-
16 bosa dicta alleg. 54.n.163. † Quamuis Sbrocius
de officio vicarij lib.1.q.61.Petr.Follerius in con-
stit. Regni,quæ incipit peruenit ad audientiam
nostram n. 75. & Marcellus Vulpeius in praxi
iudic.fori Eccles.cap. 34 n. 19. existimauerint ,
quod eatante præfixione termini octo dierum per
Concilium facta,interim Archidiaconus sustinet
vicarij vices,quod non sustinetur in praxi etsi per
illa,quæ adduxi in Rubrica,& tit. de officio vica-
rij,& de officio Archipresb. posset de iure susti-
neri.

17 Iam ad specialitatem deueniendo, primo sta-
tuitur ea dicto cap.16.sess 24.de reformat. capi-
tulum sede vacante, infra dictos octo dies teneri
ad constituendum,nominandum, & assignandum
vicarium generalem pro administratione iurisdi-
ctionali Diœcesis , qui terminus currit capitulo
à Die scientiæ translationis Episcopi ad aliam
Ecclesiam,quando tamen à summo Pontifice fue-
rit Episcopus absolutus à vinculo prioris Eccle-
siæ , sic vt statim post translationem absque alio
consensu Episcopus translatus perdat iura primæ
Ecclesiæ,vel si eam dimittat ab eo quidem tem-
pore , quo dictus Episcopus ab ipsius vinculo
absoluitur in consistorio sanctitatis suæ , etiam
ante expeditionem litterarum Apostolicarum,vel
adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ , & po-
stea quam huiusmodi absolutionis notitiam ha-
buerit,etiam ea testimonio,seu documento secre-
18 tarij sacri Collegij, † Tenebitur idem Episcopus
illico abstinere se ab exercitio ordinariæ iurisdi-
ctionis;quia illico,etiam insciente capitulo,transit
iurisdictio in ipsum capitulum,tamquam,sede va-
cante, in tantum quidem,vt possit, ac debeat ca-
pitulum ea iurisdictione vti , & vicarium iuxta
dict decret. Trid.præscriptum constituere,sedem
que vacantem publicare , vt docent Barbosa n.
11 & cæteri scribentes super eo cap. 16. Trid. ac
resolutum dicit Malobrius in praxi habendi cen-
cursum requisito 1. dubio 9. secundùm Roma-
nam impressionem.Rota in decis. 475. p. 1. recent.
idem Barbosa in c.1.de translat.Episcop.idem Bar-
bosa dicta alleg.34.n.64.

19 Verùm si idem capitulum , sede vacante post
dictos casus,à quo scit vacaturam,seu mortem sui
Episcopi,non prouiderit de vicario,vel non ido-
neum elegerit , poterit Archiepiscopus deputa-
re vicarium,seu officialem in Ecclesia suffraganei,
vt statuit idem Trid. in vers. si secus factum fue-
20 rit. † & simili modo si contingat vacare sedes
Archiepiscopalis,aut alia Ecclesia exempta,iuris-
dictionem habens,accedat vt capitulum negligens
fuerit in tali vicarij electione facienda,quod tunc
antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropo-
litana , & propinquior Episcopus in exem-
pta vicarium idoneum constituere possint,de-
ciditur in dicto Trid. decreto vers. etsi Ecclesia
ipsa Metropolitana: videndi sunt Franc. Leo in
thesauro fori Eccles. p.1. cap. 10.n.7.Sbrocius de
vicario Episcopi lib.1.q.48.Chuchus instit. iuris
canonici lib.2. tit. 8. de officio vicar.n.39.Marc.
Anton.Genuens. in praxi Archiep. Neapolitan.
cap.70.n.6. Quaranta in summa Bullarij. verbo
Archiepiscope authoritas n. 36. Barbosa de cano-
nic.dicto cap.42. n.55.& 56. idem in dicto cap.
16. Trid.n. 32.& 33. qui addit in dicto tract. n.
48.in collect.decis.716. verb.vicarius capitularis
sede vacante n.fin.idem in Bullario sub eodem
verbo,ex Sacra Congreg. Concilij in Liman. 19.
Septemb.1613. cuius meminit Solorzanus tom.
2.de iure indiarum lib.3.cap.13.n.65.

Quod vicarius à Metropolitano deputatus 21
in vim dict. cap. 16. sess. 24. quando in sede
vacante capitulum , ad quod spectabat intra tem-
pus à Concilio præscriptum , illum non de-
putauit , potest amoueri ad nutum ipsius Me-
tropolitani

Et sic non ita deuolui Metropolitano facul- 22
tatem nominandi vicarium, transactis illis octo
diebus,vt amplius non possit capitulum moram
purgare , & vicarium designare; quia ad Metro-
politanum non deuoluitur ius nominandi pri-
uatiue,sed cumulatiue ; tum quia hæc deuolutio
non est alicuius beneficij Ecclesiastici,sed officij;
ac proinde non esse necessum, vt natura deuolu-
tionis sequatur,præcipuè cum sit constitutio pœ-
nalis,sicut resoluit Garcia de beneficiis dict.p.5.n.
7.cap. 7. Castrus Palau,Quaranta, & Suarez ,
quos sequitur Barbosa dicta alleg.34.dict.n.164.
in fine, † indeque fiet , vt si moreretur vicarius à 23
Metropolitano nominatus,& creatus , vel ab alio
superiori ob negligentiam capituli,possit tunc in
tali casu idem capitulum infra alios octo dies
creare,vt prius; quia pro prima vice tantum ami-
sit ius:sic idem Barbosa in dicto cap. 16. Trid.
num. 35. in fine ; idem de officio. & potestat.
Episcop. p. 1.tit. 4. de Archiepisc. præstantia
num.60. vbi ex Geminiano,& Ragucio sic ob-
seruat.

Quod si dubites de idoneitate siue gremio,ea 24
quo debeat talis vicarius à capitulo nominari, de
ætate, ordine , aliisque requisitis; item an vnum
tantum,vel plures in simul eligare. Ad primum
dico quod debet eligere ita virum,siue viros ido-
neos, vt sit Doctor , saltim in iure canonico,aut
licentiatus , seu aliàs quanto fieri possit idoneus,
vt tenent Nauarr.cons.2.alias vnico hoc tit in no-
uis,Saytus in floribus, decis. sub tit. nostre de-
cis. 5. Petr.Henriquez,cons.90. Sbrocius de offi-
cio vicarij lib.1.q.36.n.52. Galetius in Marga-
rita casuum conscientiæ verbo vicarius 4.Molina
de iustitia tract.5.disp.112. Riccius in praxi re-
rum fori Eccles.dicta resol.497. n. 2. Marcelus
Vulpeius in praxi fori Eccles.cap. 44.n.15. Ma-
chado in suo perfecto confess.lib.4.p.3. tract.5.do-
cum. 3. Moscon. de Maiest. milit. Eccles.lib.1.
p.1.cap.13.n.191. Anton.Naldus verbo,vicarius
pag.919.Solorzanus de iure indiar. lib. 3. cap.
13.n.37. Et licet Sbrocius dict.quæst.36.n.11. in
addit. Galetius supra n.4.Molina tract. 5. disp.
11.Riccius dicta resol 497.n.2.& in collect.de-
cis.p.3.n.1602. referant decisum,† quod sit Do- 25
ctor,aut licentiatus in aliqua vniuersitate;non in-
quam à persona priuata gradu insignitus sit ,
Barbosa de canonic dicto c.41.n. 51. & in Trid.
dicto c.16.n. 17.referunt n. dicto 51. ea Sacra
Congreg. Concilij sub Die 19. Septemb. anni
1620.quod debet Doctorari in aliqua vniuersita-
te,& quod alias electio sit nulla. Tamen existimo
in praxi cautum regulariter in Cathedralibus , id
ait exacta non obseruari,cum sæpius contingat,
vt

vt eligantur ex g emio vnus,aut duo ſine gradu vllo Doctoratus, aut licentiaturæ, aliquando theologus,& aliquando vtroque carentes. Quare ſi ita eligatur aliquis,aut duo, vt ſolet, poterit capitulum in actu deputationis eligere conſultorem Doctorem ſibi bene viſum,partibus non ſuſpectum in caſibus, iu quibus eo opus fuerit, vt docent Sbrocius *dicta quaeſt. 36. num.* 13. Quaranta dicto verbo *capitulum ſede vacante num. 3. in fine*, Garcia *dicta p. 5. cap. 7. n.* 12. Videndus Aldan. *in compend. canonic. reſolut. lib.* 1. *tit.* 43. *num.* 41.

26 Itaque etſi per verba Trid. *in dicto cap.* 16. ibi *item officialem,ſeu vicarium*, vnum tantum eligere valeat capitulum in vicarium, pro vocatura ſedis Epiſcopalicæ tamen quia video communiter in noſtris Eccleſiis Hiſpanicæ duos de gremio eligi,qui ſaltem vnus ſolet eſſe Doctoralis, aliuſve gradu Doctoratus,ſiue licentiæ inſignitus; ideo dicendum exiſtimo hoc procedere ab inueterata,ſiue immemoriali conſuetudine, quæ ſic approbata procedit,ita Quaranta *dict. verb.* verſ. *nono dubitatur*, Barboſa *dicta alleg.* 54. *in paſtorali n.* 165. *in princip. & in dicto cap.* 42. *de canonic. n.* 33. *in Trid. dicto c.* 16. *n.* 2. *in collect. deciſ.* 216. *ſupra n.* 1. vbi *n.* 4. refert deciſum, & declaratum à Sacra Congregat.,& *in Bullario* dicto verbo *Vicarius capitularis* Die 18. Auguſti 1621. quod vicarius capituli non poteſt eſſe Doctor Theologus,vt ipſe meminit etiam *dict. cap.* 42. *n.* 53. ſed video praxim in contrarium,quam tuetur Riccius *in deciſ. curia Archiepiſcop. Neapolit. p.* 4. *deciſ.* 305. *n.* 5. dicens quod Doctor ſacrorum canonum præfertur Magiſtro ſacræ theologiæ quoad hoc officium;ſubdit *ibi n.* 16. electionem in vicarium factam de Theologo,omiſſo canoniſta,valere,refert idem Barboſa *de canonic. dicto c.* 41. *n.* 52. *in fine.*

27 Indeque inferunt DD. vt capitulum ſede vacante,poſſit ſubſtituere duos vicarios vt alterius menſibus vicariatus munere fungantur, ſi legitima probetur immemorialis conſuetudo, & illis qualitatibus,ſint præditi, quas requirit Concil. Trid. *in dicto cap.* 17. vt aſſerit reſolutum Nicolaus Garcia *in additionibus ad ſuum tract. de benefic. dict. p.* 5. *cap.* 7. *num.* 37. & Barboſa *in dicto cap.* 16 *n.* 5. idem *in dicta alleg.* 54. *n.* 165. qui & Pauin. *dict. q.* 10. *n.* 6. Sbrocius *lib.* 1. *q.* 50. *n.* 3. Azor, *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 37. *q.* 18. Molina, *de iuſtitia dicto tract.* 5. *diſp.* 11. Caſtro Palao *in opere morali tom.* 1. *tract.* 13. *diſp.* 2. *n.* 29 *lib.* 2. dicunt quod ſicut Epiſcopus plures vicarios ſibi poteſt conſtituere,ita etiam capitulum ſede vacante.

28 De ſecundo autem dubio dicendum eſt, quod etſi capitulum,ſede vacante, non debeat præciſè eligere dictum vicarium, aut vicarios de gremio ſuo capitulari: tamen ſi adeſſet ibi perſona idonea vt tunc cæteris paribus, ſit præferendus ille qui eſt de gremio, referunt deciſum Quaranta dicto verſ. *capitulum ſede vacante*, verſ. *ſexto dubitetur*, Riccius *in deciſ. curia Archiep. Neapol. deciſ.* 180. *p.* 4. Barboſa *dicta allegatione* 54. *ſub dicto n.* 185. *idem in Trid. n.* 5. *de canon. dict. cap.* 41. *n.* 47. idem *in dicta collect. deciſ.* 716. *n.* 1. referens à Sacra Congreg. Rit. declaratum,& *in Bullario ſupra* Nicolaus Garcia *dict. cap.* 7. *n.* 13. vbi ad litteram declarationem adducit,qui dum *n.* 12. ibi dixerit,quod eo caſu, quo ſi ſint in capitulo Doctores,vel licentiati,ſint eligendi, alias inquam ſufficiet vt vnus eligatur,qui quantum fieri poteſt idoneus:tamen *n.* 14. vt refertur etiam Solorzano *de iure indiarum d. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 42. Machado *dicto lib.* 4. *p.* 3. *tract.* 2. *decum.* 8. *n.* 2. aſſerit, quod ex hoc non excluditur arbitrium, ne poſſit capitulum vt ſibi videbitur eligere ex iuſtis cauſis vicarium generalem perſonam extraneam; licet aliquis adſit capitularis licentiatus,vel Doctor,vt dixit etiam Aloyſius Riccius *in praxi poſt. diſt. reſol.* 505. *in notabilibus de materia vicarij num.* 4. verſ. *capitulum.*

Et quamuis lego à ſacra Congreg. Concil. declaratum apud Nicol. Garciam *dict. p.* 5. *cap.* 7. *n.* 10. & 11. *n.* 1. *dubio* Barboſam, *in dict. collect. deciſ.* 716. *n.* 6. & *in Bullario ſupra*, quod non valet deputatio, ſiue electio vicarij capitularis, etiam ſi ex conſuetudine fieret de ipſius gremio, & vt bini,vel ſinguli per ſingulos menſes adminiſtrent obſeruando ordinem, ſi non eſſent omnes Doctores, vbi alij Doctores poſſent conſtitui:tamen ex dictis *n. praced.* aliter in praxi obſeruari ſæpius videmus & idem Barboſa *in Trid. dict. c.* 16. *ſeſſ.* 14. *ſub n.* 2. addit ex Pauino *d. p.* 2. *q.* 10. Molina *de iuſt. tract.* 5. *diſp.* 11. *n.* 11. verſ. *Pauinus*,† poſſe etiam capitulum,ſede vacante,vicarios pedaneos conſtituere,ſicut Epiſcopus poſſet; idem Barboſa *de canonic. d. c.* 42. *n.* 30. & *dicta allegat.* 54. *n.* 163. *in fine.* 29 30

Inſuper poterit à capitulo creari vicarius generalis canonicus eiuſdem Eccleſiæ, qui in eadem Eccleſia, & ciuitate curam gerit animarum: ita deciſum reperitur à Sacra Congreg. Cardinal. in verbis ſequentibus *poſitum fuit à ſacra Congreg. Cardin. negotijs Epiſcoporum, & reg. præpoſitorū an Epiſcopali ſede vacante canonici eligere valeant in vicarium generalem, canonicum eiuſdem Eccleſiæ, qui in eadem ciuitate, & Eccleſia, curam quoque gerit animarum, ſacra eadem congregatio affirmatiue reſpondit in vna Orton.* 19. *Martij* 1619. & 19. *Iulij eiuſdem anni, vbi etiam fuit dictum, quod contrariæ deciſiones intelligantur de Parocho rurali, refert, ac ſequitur Barboſa dict. cap.* 34. *n.* 38. *de canonic. idem in Trid. dict. cap.* 16. *n.* 7. 31

Alia plura congerunt DD. in præcitatis locis,& ex pluribus declarationibus idem Barboſa *in dict. cap.* 16. *Trid. & in toto dicto cap.* 42. *de canonicis à n.* 39 idem *dicta alleg.* 54. *in fine ſub dict. collect. deciſ.* 716. & *collect. deciſ.* 717. verbo *vicarius capitularis quam habeant authoritatem*, & *in Bullario dicto verb.* circa præeminentias intra Eccleſiam ſuam cathedralem,& extra, item & quæ poſſit iure ordinario ex vi talis nominationis decernere, atque exerceri, de quibus infra latius ago *ſub tit. ne ſede vacante aliquid innouetur*, vbi latiſſimè *de poteſtate capituli, ſede vacante & in tit. de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli.* 32

Quare pro complemento huius dubij notandum duxi,quod etſi capitulum ſede vacante ad vicarij capitularis electionem,iteratis vicibus deveniri poſſit,abſque cauſa vero non valeat, vt declarauit Sacra Congreg. Cardinal. negot. Epiſcopor. & regular. præpoſit. in Meſſanen. 6. Mai 1618 † Secundo quod ſi diſcordia fuiſſet inter canonicos in electione vicarij, & plures ad hoc officium aſſumerentur, debeat remanere magis idoneus,& habens qualitates, cæteris remotis, vt docent Quaranta, *ſupra*, verſ. *ſecundo dubitetur*, 33 34

Aloyſius,

Aloysius Riccius *post dict.resol.*505 *cap.7.n.23.* vbi refert sic censuisse sacram Congregationem Barbosa *de canonic.dict.cap.* 41. *num.* 30. Nicolaus Garcia *dict.cap 7.p.5.de benefic.n.* 23. idem Barbosa *in dict.collect.decis.*716.*n.* 9.*& in Bullario eodem verbo* item *in dicto cap.* 16. *Trident. num.*4.

35 De alio requisito ætatis, scilicet & ordine, breuiter respondeo, suppositis quæ dixi *de ætate, & qualitate ordinandor. & sub tit.de officio Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerij, & aliorum*, vbi qua ætate debeant esse ordini, ac Dignitati Ecclesiasticæ præficiendi, iam resolutiuè dico quoad nempe vt possit creari in vicarium capitularem ille, qui constitutus fuerit io ætate 25. annorum, si aliàs est idoneus, quod noo expedit sicut Congreg.Concilij declarauit Die 11. Augusti 1614 Barbosa *dict.a collect.decis.*716.*n.*8.idem *in Bullario* sub dicto verbo *vicarius capitularis sede vacante*; idem *de canonic.dicto cap.* 41.*num.* 54.*& in Trid. dict cap.*16.*n.*16 Sellius *in selectis cap.*19.vbi refert decisum sub dicto Die 11. Augusti.

36 De ordine autem requisito respondendum est iuxta illa, quæ dixi *supra in dict quæst.*5.*de vicario Episcopi*, qui licet de iure communi sufficiebat, vt esset clericus in minoribus constitutus: tamen iam hodie debeat esse in sacris insignitus: ita similiter procedat in vicario generali constituendo à capitulo sede vacante per extensionem coostitutionis Clem. VIII. incipit *Ecclesiastici ordinis*, . Februarij 1601. quam approbauit, & confirmauit Vrbanus VIII. in alia sua Constit. incipit *docet Romanum Pontificem* sub Die 16. Decemb. 1623. cum ex dictis eadem ratio, quæ militat in vicario Episcopi, eadem procedat in vicario capituli, vt præter dicta *sub dicta quæst.*5. firmare videtur idem Barbosa *de canonicis dict.cap.*42.*sub n.*54 vers.*vicarius generalis*.

37 De vltimo dubio, an vnum, vel plures vicarios possit capitulum eligere, sede vacante, ex dictis sub hac quæstione dictum est enim vers. *dicti cap.*16.Trid.*item officialem, seu vicarium*, vnum tantùm eligendum, ant plures, si alias consuetudine sit introductum, & addo quod dicit Ragucius *de voce canonic.q.*40 *n* 8. nempe vt possit plures vicarios constituere æque principales, vel vnum generalem, & alterum foraneum, maxime, si est ampla Diœcesis, & stante immemoriali consuetudine, vt admittunt Riccius *in decis. curiæ Archiep. Neapol.decis.*293.*p.*4. Barbosa *de canonic. dict.cap.*42.*n.*33. & in præcitatis locis, & Sacr. Congreg. Concilij in Salernitana 26 Iulij 1589.

78 & in Panormitana 31.Mai 1591. † quæ censuit capitulum sede vacante: duos vicarios substituere posse, vt alternis mensibus vicariatus munere fungantur, si legitima probetur immemorialis consuetudo, & illis qualitatibus sint præditi, quas requirit Concil.Trid.*sess.*14.*dict.c.* 6.*de reformat.* & testatur sic Nicolaus Garcia *dicto c.*7.*p.* 5. *de beneficiis n.* 37.

39 Vnde infero quod Capitulum, sede vacante potest præfigere tempus & modum procedendi, sed non postea, nam cum iurisdictio vicarij capitularis dependeat ab ipso capitulo, poterit quidem capitulum ipsum illam ampliare, & limitare, ex quo ipsa iurisdictio residet principaliter penes capitulum. Pauin *de capitulo sede vacante* 2.*p.q.*10.*n.*6. Marcel Vulpeus *in praxi iudic. fori Eccles.cap.*44.*n.*28. Ragucius *dict.quæst.*40.*n.*14.& Sacra Congreg.Concilij, 40 † quæ censuit capitulum sede vacante posse certum tempus in vicarij deputatione præfinire, quo elapso, & iurisdictio expiret, vt testatur Nicol Garcia *dict.p* 5 *cap.7.n.*37. Quas interunt alij vt possit etiam illum eligere cum clausula, *quod non duret, nisi per annum*, vt refert etiam idem Barbosa *in dict.collect.decis.*716.*a.*7.*& sub Bullario*, verbo *Vicarius capitularis*. 41 † Credit tamen idem Barbosa in Trid. dicto *cap.*16.*n.*12.*& de canonic.dict.cap.*41.*n.*45. melius fieri si vicarius capitularis, sede vacante, eligatur liberè absque vlla conditione mutationis, & assignatione assessoris, prout censuit sacra Congreg. Cardinal. negot. Episcopor. & regul. Præpositorum Episcopo Caietano rescribens sub Die 28. Octob. 1587.

42 Ad tertiam quæstionis partem, an vterque vicarius capituli, & Episcopi sit obnoxius syndicatui? Et de vicario capituli affirmant communiter DD. quia per Trid *in dicto cap.*16.*sess.* 24.*de reform.* in vers.*rationem exigat*, docent posse capitulum sede vacante, facta remotione vicarij, vel aliorum officialium illos eligere ad reddendam rationem administrationis, eosque pro culpa punire, vt refert Barbosa *ibi n.*54.& quod finito officio, talis vicarius teneatur stare syndicatui, docent etiam Aloysius Riccius *in praxi rerum Eccles.dec.*481.*in* 1.*edit.& resol.*504.*in* 2.*editione*, Quaranta verbo *capitulum sede vacante*, vers. *dubitatur denique n.*14. Barbosa, *in pastorali dicta alleg.*54 *à n.*181.

43 Et comprobatur, quia cum syndicare sit actus iurisdictionis, Paris.de Puteo. *tract.de syndicatu*, §.*iudices ad syndicatum n.* 9. & in illo procedatur, tam ex officio, quam ad instantiam partis, vt per eundem in Rubr. *proceditur autem*, 44 † eo ipso quod capitulum succedit Episcopo in iurisdictionalibus, & possit de delictis in genere, & in specie inquirere; argum. eorum, quæ diximus *dict.quæst.*5.*de vicario Episcopi*, & latissimè *infra*, DD.*in cap.*1.*per textum ibi de officio ordinarij*, sequitur, vt possit capitulum exercere hoc munus Syndicandi in suos Ministros: ita idem Barbosa *de canonicis dicto cap.*42.*num.*103.vers. *trigesimo secundo*, & Resoluit Rota *decis.*166. *num.* 3. *p.*2.quæ *n.* 3.respondet argumentis contrariis.

45 Quare optime resoluunt Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiepis.Neapol.*58.*in fin.* Prosperus de Augustino *in addit.ad Quarant. dict. n.*14. Aloysius Riccius *in dict.praxi rerum Eccles. decis.*181.*& dict.res* 504. Ragucius *de voce canonicor.in cap.*1.*q.*40.*n.* 15. Marcel. Vulpeius, *in praxi iudic. fori Eccles.cap.*44.*n.*19. *in princip.* vicarium capituli sede vacante teneri, finito officio, stare syndicatui; imo addunt Armendar, *in addit ad leg.Nauarra lib.*1.*tit.*18.*l.*7.*de Episcop.n* 99. Vgolinus *de offic.Episcopi cap.*2.§.2. Riccius *in decis. curiæ Archiep.Neapol.*29.*p.* 4. Barbosa *dicta alleg.*54.*n.*182 idem *in Trid.dict.cap.*16.*n. fin.* 46 † posse Episcopum exigere per se rationem administrationis officij gesti à vicario capituli, sede vacante constituto, atque in aliquo delicto compertum punire, vt decisum referunt; & ob id refert decisum, 47 † Nicolaus Garcia *dict. p.* 5. *de benefic. cap.* 7. *num.* 21. & Barbosa *in Trid. dict num.*14. *in fine*, non impediri futurum Episcopum, quando ex dicto decreto Trid. *cap.* 16. ab officialibus, sedis vacantis, quo minus ab eisdem exigat rationem actionum, quas sede vacante fecerint,

fecerint,& eos punire,etiam ſi à capitulo fuerint abſoluti.

48 Sed quod vicarios generalis,aut foraneus Epiſcopi tali ſyndicatui non teneatur, ſiue mortuo Epiſcopo,aut ab eo remotus, aut quia ipſe renunciauit, videtur in praxi tantum iuxta reſponſum Gregor.XIII.in quadam Bulla anni 1578. directa Clero,& communicati Tarentin.in verbis ſequentibus : *ſtatuimus,& mandamus,quod vicarij, & officiales, ſiue generales,ſiue particulares etiam foranei nuncupati per eumdem Archiepiſcopum, ſiue eius pro tempore ſucceſſores in dicta Eccleſia Tarentina, ſiue eius Diœceſi deputati,vel deputandi ad aliquem ſyndicatum nullo modo teneantur,aut etiam ſub quo bis prætextu ſint obnexij*: ſic referunt Marcus Anton. Genuenſ.*in praxi Archiep.Neapolit.cap.* 58. *in nouiſſ.edit.* Homo Bon.*de Bonis de humana vita ſtatibus cap.* 7 *in fine*, Barboſa *dicta alleg.* 54.*numer.* 183.Vbi extendit ad vicarios generales aliorum Epiſcopatuum, ſiue etiam ad particulares; & ſic in praxi video apud omnes Epiſcopatus in noſtra Hiſpania admiſſum, vbi numqoam vidi, nec audiui prædictos, aut ali-
49 quem eorum fuiſſe coactos ad ſyndicatum, † Et quamuis Azebedus per conſtitutionem Hiſpanicam *l.4.tit.7.lib.* 5. *recopil.* aliter firmet, tamen reuera nihil in hoc operari debuit contra expreſſam conſtit. D. Greg qui tale præbuit reſponſum clero, & commuoitati Tarentin, prætendentibus vicarios Epiſcopi eſſe obnoxios ſyndicatui. Videndus idem Barboſa *de iure Eccleſ.*1.*p.cap.*15. *n.* 45.*in principio.*

50 Non tamen effugiet vicarius qui deliquerit in officio,vt offendat iuriſdictionem, Metropolitanam iuxta intellectum Doctorum *in cap.*1.*hoc tit.lib.* 6. *& textus in cap. Romana de appellat.* eodem libro,coërcitionem Archiepiſcopi, veluti ſi nolit deferre appellationi ad eum legitime omiſſæ, vel ſi illius inhibitionem ſpernat; quia tunc poterit ab Archiepiſcopo cenſura Eccleſiaſtica coërceri : nam Archiepiſcopus iuſta cauſa ſubſiſtente & rationabili, poteſt excommunicare vicarium,vel officialem Epiſcopi ſuffraganei, vt docent Sbrocius *de officio vicarij lib.* 2. *quaſt.*59. *num.* 6. Stephanus Quaranta *in ſumma Bullarij*, verb *Archiepiſcopi authoritas. num.* 11. Lotterius *de re beneficiaria lib.* 1. *quaſt.* 22. *num.* 100. & refert Barboſa *de Archiepiſcopi præſtantia in paſtorali p.* 1. *tit.*4. *à num.*17.*& p.*3.*allegat.*54.*num.* 181. ſecundum impreſſ. Lugdunenſ. verius *n.*184. idem *in dicto cap.* 1. *num.* 2. *& num.*7. per gloſſam *rationabili cauſa* ibi, *& potuit eſſe rationabilis cauſa.*

51 Quod ſi vicarius Epiſcopi ſimpliciter deliqoit præiudicando partibus, & iuſtitiæ, tunc quidem cognitio, & punitio pertinebit ad proprium Epiſcopum, qui haber facultatem à iure, pro vt quiuis alicuius Magiſtratus coërcendi officialem ſuum, appellatione remota ex *l. nulli officialium Cod. quorum appellat. non recip.* regiſtrata per Gratian. *in cap. ei qui appellat.* §.*nulli quoque* 2. *q.* 6. docent in terminis Lotterius *in tract. de re beneficiaria dicto lib.*1.*q.*22.*a n.* 100. vbi intelligit, niſi propter notorietatem, & grauitatem criminis facta ſit deuolutio; iuxta quam diſtinctionem ait intelligendum Gemioianum *in dicto cap.* 1.§. *fin.* *ſub n.*4.idem Barboſa *in paſtorali dicta alleg.* 54. *num. fin. de iure Eccleſ.dict.cap.*15.*ſub dicto n.*45.

Ad quartam quæſtionis partem,an valeat vterque vicarius vltra ſportulas ex officio prouenientes ab Epiſcopo, aut capitulo exigere amplius ſalarium? de vicario inquam capituli videtur affirmatiuè reſpondendum;quia vicarius capituli;ſede vacante,debet habere ſalarium, ſicut quilibet extraocus vicarius,& deducere expenſas, quas Domi facturus eſſet tamquã deputatus,præſens,& reſidens propter Eccleſiæ ſeruitium;licet vbi fuerit canonicus, fructus percipiat,cum cenſeatur inſeruire Epiſcopatui, *cap.ad audientiam de clericis non reſid.* vbi D.D.Rota *deciſ.* 222. *n.* 6 *p.* 2. *diuerſ.* Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 6. *n.* 264. Moneta *de diſtributtion. quotid. p.* 2. *q.* 11. *num.* 89. Nicolaus Garcia *de benefic.p.*3.*cap.*2.*num* 358.Pauinus *de capit.ſede vacante q.* ·0.*n.*5 Sbrocius *de vicario Epiſcopi lib.* 1.*q.*55.*n.*7. Quaranta verbo *capitulum ſede vacante* verſ. *ſeptimo dubitatur*, quod in praxi non video obſeruatum in noſtris cathedralibus Hiſpaniæ, vbi ſportulæ ſolent eſſe ſufficientes pro victu. Nec vidi, aut audiui eas peti à groſſa Epiſcopatus, nec à fundo Epiſcopo,niſi forte alicubi practicetur propter teouitatem ſportularum; tunc enim iudico reſpondendum iuxta proxime relatam ſententiam. 52

Tamen vicarius creatus à capitulo ex gremio canonicorum ipſius Eccleſiæ,non percipiat diſtributiones quotidianas, dum tempore Diuinorum officiorum ſuo muneri, & officio incumbit: ſic docent Moneta *de diſtribut.quotid. p.*2.*q.*11.*n.* 83.Barboſa *de canon. dict.cap.*42.*n* 39.*in Trid. d. c.*16.*ſeſſ.*14. *de reformat.n.* 8. idem *in paſtorali dicta alleg.* 54.*n.*178.ſic etiam docet Proſperus de Auguſto ad Quarantam *ſupra n* 8. *in fine*, quod dicunt fallere,quando adeſt conſuetudo in contrarium;idem Barboſa *d.alleg.*54.*ſub n.*165.† De quo tamen dicunt etiam,quod ſi in choro interueniat inter alios canonicos ad horas cum habitu,& apparatu canonicali,lucrabitur diſtributiones illas,ſedendo in loco,& ſtallo proprio ſui canonicatus,antiquioribus non præcedendo: ita Saytus *in floribus dec.ſub hoc tit.dec.*3.Quarant. *ſupra* verſ.*octauo dubitatur*,Riccius *in praxi rerum fori Eccleſ.dec.*475 *in* 1.*editione, alias* 499. *in* 2.*edit.* Sbrocius *lib.*1.*de offic.vicarij. q.* 25. *n.* 17. vbi *n.* 20.aduertit quod etiam quando non eligitur vicarius ex canonicis,illi in proceſſionibus præferendus eſt Archidiaconus,ſeu alia Dignitas maior,& prima poſt Pontificalem:ita idem Barboſa *in d.c.*16.*Trid.n.*8..*in fine,in paſtorali d. alleg.*54.*n.*164 *&* 167.cum Farin.Grilizen, Homo Bono,& aliis & de canonicis *d.c.*42.*n.*40.vbi *n* 42.addit ex Sacra Congreg Rit. in Nucerina 10.Aprilis 1601.quod nec debet occupare huiuſmodi vicarius ſedem Archidiaconi, ſed debet ſedere in alia ſede portatili. 53 55

De vicario vero Epiſcopi,num præter ſportulas queat amplius ſalarium ſibi vindicare? videtur affirmandum vt poſſit, tenent Sbrocius *de vicario Epiſcopi lib.*1.*cap.*34 *n* 3. Garcia *de benefic.dict. cap* 2. *num.* 157. Moneta *dict. quaſt.* 11. *num* 78. quia tenetur Epiſcopus illi congruum Salarium ſubminiſtrare per textum *in cap. ſi Epiſcopus*, vbi gloſſa hoc tit.ita Barboſa *dicta allegat.*54. *ſub num.* 178. quem textum *ibi* 56

ibi non inueni:tenent tamen Sbrocius *dicto lib.* 1.*q.*55.*à n.*1.Seguta *in director. iudic* §.1.*cap.*14. *à n.*1.& ita videtur responsum fuisse ad dubium illud,an salarium etiam non conuentum deberetur vicario Episcopi:Et resolutum fuerit,deberi, vt censuit Rota in Turenma mercedis 20. Mai 1569. coram illustrissimo Seraphino inter eius decisiones impressas *decis.*74.& apud Marchesan.
57 *p.*1.*pag.*1191. Barbosa *sub dicto n.* 178.† Vbi licet contrarium videatur sequi ab Alex.*cons.* 109. *lib.*3.Decio *cons.*132.*in fine*; eo quod ad exigendum salarium non conuentum,erant probanda sequentia extrema; nempe quod Episcopus solitus esset conducere, & vicarius conducere operas suas:tamen respoodet hæc requisita procedere in famulis,& aliis vilibus personis, quæ sæpè numero inseruiunt pro expensis, etiam sine salario.

58 Ego tamen etsi in puncto dicti dubij viderim aliquos vicarios remotos ab officio,in suos Episcopos inpetuisse conueniendo illos pro salario competendi sibimet vltra sportulas perceptas, id tamen non admitto, quando sportulæ vicariatus magnæ sunt,aut saltem competentes in Episcopatibus,vbi inseruiunt;secus si non sufficient, vel si asseruerint Episcopi antecessores proprio vicario Generali assignare vltra illas aliquod salarium,de quo pateat in libris rationum, sine dando ei quotidianum victum in propria mensa pro commodiori proprij vicarij sustentatione, vt aliqui Episcopi adsolent, vel nisi inter Episcopum,& ipsum vicarium conuentum sit expresse de salario aliquo persoluendo vltra dictas sportulas.

59 Et ad perficiendum hoc dubium notandum duxi,quod Episcopi vicarius non potest petere salarium non conuentum à successore pro seruitio præstito eius prædecessori.Nam cum constitutio vicarij sit voluntaria,potuit Episcopus carere opera vicarij; & sic vt non teneatur ad eius salarium,cum successor non teneatur ad debita voluntaria, sed ad necessaria tantùm, vt declarat. Rota coram Seraphino *dicta decis.* 74. *n.* 6. in terminis resolutum fuit in Rota, teste Puteo *decis.*43.*lib.* 1.referunt,& sequuntur etiam Flamin. *de resignat lib.*1.*q.*16.*n.*53.Galetius,& Alcedus, quos etiam sequuntur Barbosa *dicta alleg.* 54. *n.* 179.Videbis etiam quæ tradunt Valenzuela *cons.* 179 *p.*1.*n.*62. Mohedan.*dec.*4.*hoc tit.*Marta *voto* 99.*n.*2.Magon.*de rect.patroc.ratione cap.*8.*n.*3. Barbosa *de iure Eccles.p.*1.*c.*15.*n.* 46. cum Rota *dec.*599.*n.*1.*&* *decis.*679.*n.*10.*p.*1.*diuers.* intelligendos modo iam dicto.

60 Ad quintam quibus de causis vtriusque iurisdictio finiatur?De vicario Episcopi iam dixi *supra sub q.*6.De vicario capituli videtur liquere ex dictis *hic à n.*1.quia si simpliciter creatur,perpetuus censetur,donec Episcopus de nouo adueneret,vt iam dixi,non si ad tempus, & conditionaliter:quare posses dubitare,quando intelligatur vt nouus Episcopus faciat cessare sedem vacantem sui prædecessoris,remouendo capitulum, & eius vicarium ab administratione. In quo dubio Laconicè respondendo dico, vt ex quo pro nouo Episcopo literæ sint Romæ expeditæ, & capitulo præsentatæ, tunc quidem cessent capitulum, & ipsius vicarius in dicta administratione, cum iam nouus Episcopus subintrasse intelligatur iuxta quæ latissimè dixi *in cap.* 15. *de elect.* vbi expendi illum textum, *&* *cap.*6. *&* 9.illius tituli;item, & *cap. auaritia* *eodem lib.* 6. & extrauagans iniunctæ eodem; & ita cum multis docet in proposito Barbosa
*dicta alleg.*54.*n.* 160. *&* 161.† Vbi tamen ait 61
quod potest vicarius capitularis continuare; donec nouus Prælatus adeptus fuerit possessionem, vt dixit Pauin. *supra dict. quæst.* 10. *num.* 9. & sic Gonzalez *ad regul.* 8. *cancellariæ. glossa* 15.§.2.*n.*88.refert fuisse conclusum, validam esse quandam collationem canonicatus in mense ordinario vacantis factam à Capitulo Burgen. Ipreto Episcopo iam promoto; & habente expeditas litteras suæ prouisionis, qui tamen nondum illas ostenderat, nec præsentauerat; quamuis alias D. Episcopus simultaneam haberet collationem cum capitulo; quia cum adhuc duraret vacatio dictæ Ecclesiæ, potuit collatio fieri à solo capitulo sine vlla citatione, requisitione,aut interuentione Episcopi promoti iuxta *cap.* 1. *ne sede vacante lib.*6.Et sic nouissime practicatum intelligo in Ecclesia Salmantina, in qua nonnullæ Præbendæ vacauere his proxime Diebus iter faciente à Romana curia noster collega D.D. Franciscus Cabrera illius electus, confirmatus, & consecratus Episcopus, qui nondum per se, nec per mandatarium acceperat, possessionem, nec præsentauerat litteras in Dataria expeditas illi capitulo: idem Barbosa *de canonic. dict. cap* 42. *num.* 136. *in fine* vers *dicetur*,vbi præexquirit adeptionem possessionis; sic vt non liceat mittere vicarium.

Ex his pro complemento in foro, capitulum, 62
sede vacante,non posse facta electione vicarij illum ad libitum reuocare,& nouum constituere, nisi ex causa bene visa sacræ Congregationi negotiis Episcoporum,& Regularium præpositæ, vt ipsamet declarauit anno præterito 1631. super quo antea rescripsit capitulo Neapol.1.Septemb. 1603.& Nuncio Neapolis.12.eiusdem mensis,& anni,& capitulo Tarraconen.Die 24.Nouemb.& capitulo Aretino Die 26.Octob.1603.nec & nouum constitueret,vt dixerunt Riccius *in collect. dec.*1602.*in fine,&* *in dec.curiæ Archiep.Neapol.* 178.*p.*4.Ragucius *de voce canonicorum q.*37.*n.*4. Nicolaus Garcia,*de benefic.c.*7.*n.*21.Marcus Anton Genuens.*in practica Archiep. Neapol. c.* 48. *alias* 86.*n.*4.Barbosa *d.alleg.* 54. *in pastorali n.* 171.cum Castrd Palao,idem *de canonicis.d.c.*42. *n.*47.contra Quarantam,Zerolam,Solorzanum, Machad D.Ioan de la Rea *in dec.*2.*Gran.n.* 4. & Marcel.Vulp.*in pract.iud.fori Eccles.c.*44.*n.*24. & quidquid dicant etiam Pauinus,*de potestate c. sede vacante d.q* 10 *n.*7.Galetius verb.*vicarius.n.* 3.qui & Sbrocius,Azor,& Molina relati à Barbosa *dicta alleg.* 54. *n.*171. dixerunt non solum posse per capitulum reuocari ad libitum; imo etiam dato iuramento de illo non reuocando.

Et licet constituens capitulum pro sede vacan- 63
te nouum vicarium, intelligatur reuocare primum, vt censuit Rota Romana in vna otiolonen. beneficiorum. 11. Mai 1593. coram illustrissimo Seraphino, & patet ex eius *dec.* 1016. *&* 1033.*p.*2.& Riccius *in praxi decis.* 478 *in* 1. *edit.&* *resolut.*101. *in* 2. *editione.* Tamen hoc procedere existimamus ex proxime dictis, solum quando prima nominatio, seu constitutio vicarij esset specialis.& secunda generalis,vt docet idem Riccius *dicta resol.*502.*num.* 5. cum Puteo *decis.*168. *lib.*1. Barbosa *dicta alleg.* 54. *num.* 172. & sic idem Barbosa in Trid.

dict.

dict.cap.17.ſeſſ.24 de reform.n.15.16.& 17. cum Riccio & Raguſio, reſoluit capitulum ſede vacante, vicarij facta electione, non poſſe illũ reuocare, & nouum, conſtituere; & hoc etiam ſi in deputatione adeſſet clauſula ex cauſis ſibi bene viſis, vt refert deciſum in Sacra Congreg. Epiſcoporum, & Regular. in Eccleſian. 1. April. 1618. Sellius *in ſelectis canonic.cap.19.n.43.* niſi ex cauſa bene viſa Sacr. Congreg. negot. Epiſcopor. & regul. præpoſit. vt dictum eſt contra dictos Quarantam. verbo *capitulum ſede vacante n.3. verſ.tertio*, dubitatur, Zerolam in praxi Epiſcop.*p.*1. verb. *vicarius*, Marcel. Vulp. & D. Ioan. Larrea, vbi proxime, dicentes, & exiſtimantes ex iuſta cauſa, & rationabili poſſe capitulum vicarium à ſe electum, & confirmatum reuocare.

64 Ex quibus infero, quod ſi capitulum, ſede vacante, ſuſpenſionis cenſura ſit irretitum, & iuriſdictionis vſu priuetur, tunc, & eius vicarius generalis, ſeu foraneus iuriſdictionem exercere non poterit; quia vis officij, & iuriſdictionis vicarij ab ipſo capitulo dependet; ſic vt ſuſpenſo capitulo, & eius vicarius intelligatur ſuſpenſus, vt docent Suarez *de cenſur.diſp.7.ſect.3.n.13.* Barboſa *dict. alleg.54.n.180.* Quaranta *ſupra verſ.idem erit.*

65 Nec obſtant Vgolinus *tract.de cenſ.tabula 1. cap.4.§.2.* nec quod capitulum nequeat ad libitum reuocare dictum vicarium; quia aliud eſt illum non poſſe reuocare cum non inde deſinat dependere vicarius in ſua iuriſdictione à poteſtate capituli Nec refert, an quidem nominatus fuerit talis vicarius ob negligentiam capituli non nominantis intra iam relatos octo dies ex Trid. *dict.cap.16.* quia licet ad talem nominandi actum iuriſdictio deuoluitur ad Archiepiſcopum; tamen non inde deſinit dependere ille vicarius ab ipſa iuriſdictione collata propter ſedem vacantem in ipſummet capitulum. Non inquam voluit Trid. *in dicto cap.16.* iuriſdictionem capituli ob eius negligentiam in Metropolitanum deuolui, ſed ſolum capitulum obſtringere, & obligare neceſſitate vicarium nominandi: ſic reſoluit Barboſa *dicta alleg.54.n.180.in fine*, ante illum optime Suarez *dict.ſect.3.n.14.*

66 Multa quidem alia poterant hic cumulari de poteſtate vicarij, ſede vacante. Sed quia longè Doctores adducti referunt, inde concludendum huic tractationi decreui, referendo DD. qui adducunt, ad litteram formularium tituli vicariatus, qui ſolet præſtari per capitulum eius ſeu ſuis duobus vicariis nominatis ad ſedem vacantem, ex cuius tenore percipies, laconicè ad quos caſus ſolear illis iuriſdictio præſtari, quos explanando DD. in longum ſolent porrigere, inter quos cum infinitis Barboſa *de canonicis à n 61.* vbi congerit 34. & eius partes, plenè explicat vberius, quam *in dicto cap 16.Trid & dict.alleg.54. in fine, & collect.deciſ.* verbo *vicarius capituli* 716. & 717. *& in Bullario eodem verbo* poſt Pauin. Quarantam, Riccium, Azorium, & alios plene adductos: & tenorem quidem tituli, refert idem *dicta alleg 54.ex dicto n.159.dict.cap.41.de canon.n.137.fin.* ibi legendus.

QVÆST. IX.

An coadiutores perpetui cum futura ſucceſsiones poſsint dari cauſa ſenectutis, infirmitatis, alteriuſue impedimenti Epiſcopis à Papa? Et eſto poſsit, num ſic conueniat, vel vt tantum nominentur eis coadiutores temporales, tamquam vicarij ad nutum, etiam ſi ſit ad partes remotas Indorum, vbi ex mora ſucceſſoris, poteſt aliquod nocumentum parari integra adminiſtrationi Epiſcopatus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo cuidam Indorum curatur dari coadiutor cum futura ſucceſſione.*
2 Trid.ſeſſ.25.cap. 7. & numeris ſequentib. & n.3.
3 Cap ex parte 5 de clerico ægrotante, vel debilitato, & n.14.
4 *S. Auguſtin. nominatur ad Eccleſiam Hypponenſem, &* n.21.
5 *Valerius Cæſar Auguſtan. Epiſcopus, elegit ſibi B. Vicentium coadiutorem.*
6 *Coadiutoria cum cauſa ad Epiſcopatus Pontifices admiſerunt.*
7 *Harciſus Epiſcopus Hieroſolimitanus vixit 166. annis, cui datus fuit coadiutor in adminiſtratione Alexander Capadociæ Epiſcopus.*
8 *Coadiutores cum futura ſucceſſione Epiſcopis non dantur, ne caſus contingant votis captandæ mortis.*
9 *Succeſſio iure hæreditario non datur &* n. 10.
10 *Epiſcopale munus non putatur ius hæreditarium, quod ſola Dei noſtri benignitate confertur.*
11 *Infirmus clericus percipit fructus ſui beneficij.*
12 *Coadiuti canonici, & Dignitates percipiunt fructus ſuorum canonicatuum, ſed non eorum coadiutores. Quid ſi iſti nullam congruam habeant* n.13.
14 *Epiſcopus quamtumuis infirmus incurabiliter non eſt priuandus ſuo Epiſcopatu, nec compellendus, vt cedat, ſiue reſignet, niſi cum ipſius adſenſu, vt* n.16.& 19.
15 *Ceſſiones, & reſignationes proprij Epiſcopatus difficulter admittunt Pontifices, niſi voluntate cedentium infirmorum.*
16 Cap quamuis el 2.7.q.2.& n.34.
17 *Epiſcopo dementato nequit alius coadiutor, aſſignari, niſi præmiſſa eius petitione.*
18 *Epiſcopi Segobienſ. Valliſoletan. & Canarienſ. dimiſerunt Epiſcopatus ſuos.*
19 *Epiſcopus viuens numquã remouetur ab Epiſcopatu, quãtũuis graui infirmitate detẽtus ſit aliter in leproſo, ſeu delinquẽte, vt* n.10.& 27.
20 *Coadiutores raro dantur Epiſcopis epilepticis, & hoc magna diſpenſatione.*
21 Cap.non autem 7.q.1.
22 *Epiſcopus vnius tantùm admittitur, vt vicarius alterius in caſu neceſſitatis.*
23 *Poſſumus quædam, quæ non debemus, quædam non poſſumus, nec debemus, quædam poſſumus, & debemus; multa enim poteſt Papa.*

24 Cap scripsit q. 1. causa 7.

25 *Episcopi duo concessione Pontificia, possunt simul in una ciuitate pares in potestate insistui.*

26 *Coadiutor Episcopo numquam in nostris Regnis nominatus, atque electus à Papa, visus est cum aquali potestate, quem coadiutus haberet.*

27 *Episcopi plures dimiserunt, & renunciarunt causa infirmitatis, & senectutis suos Episcopatus in manibus Papa, sed non legitur his de causis priuatos.*

28 *Episcopus dictus* de anillo *soles dari coadiutor Episcopo proprietario infirmo, aut seni ad certas functiones certis de causis, vbi exemplificatur.*

29 *Coadiutoris Episcopi facultas pendet ab Episcopo coadiuto: quo modo non adest votum captanda mortis, &* n 32.

30 *Cor-Episcopi, qui olim solebant in partem solicitudinis, iubere Episcopos, in desuetudinem abierunt propter ambitionem, & votum captanda mortis.*

31 *Cor-Episcopi dicebantur qui in aliena Diæcesi ministrabant, sicut hodie Episcopi titulares.*

32 *Episcopi coadiutores non habent eam integram potestatem in Diœcesi, quam sui Episcopi proprietarij, sed tantum, vt suppleant in sufficientiam Episcoporum infirmorum, & senium.*

33 *Coadiutor Eiscopo, vt detur à Pontifice Episcopo proprietario, multa pracedere debent, & examinari.*

34 *D. Gregorius relatus* in dicto cap. quamnis 7. q. 1. *in vltimis verbis intelligitur de Episcopo coadiutore, qui non intrauit, vt verus Episcopus, nisi post mortem coadiuti.*

35 *Coadiutores dari quotidie cum futura successione canonicis, & Dignitatibus cathedralium, non faciunt, vt idem practicetur cum Episcopis, vbi de ratione differentia.*

36 *Parochis non dantur coadiutores cum futura, nisi dum ipsi dimittunt, aut libere resignant vel cum aliqua pensione, sed tantum illis dantur vicarij ad nutum vulgo* Thenientes de cura, *vt* num. 38. *nisi quando aliquis Parochus ob delictum priuaretur, vt* num. 37.

38 *Vicarij temporales solent dari affeciati Parochis, aut infirmis, aut senibus, vel quando non valent pra multitudine omnibus Parochianis subuenire, sacramenta administrando.*

39 *Episcopi* de anillo *sunt veluti vicarij temporales Episcoporum.*

1 QVia his diebus consultus fui in præsenti dubio, eo quod quidam Episcopus Indorum, infirmitate habituali senectutis, sed non dementiæ sic impeditus est, quominus queat peruagari loca sui Episcopatus, respondi penes regulam, nempe, vt Papa possit cuilibet Episcopo infirmo, aut seni dare coadiutorem Episcopum, qui proprietario succedat.

2 Quia sic per Tridentinum videtur concessum per verba Concilij Trid. *sess. 25. de reformat. c. 7.* ibi, *quod si quando Ecclesia Cathedralis, aut Monasterij vrgens necessitas, aut euidens, vtilitas postulet Pralato dari coadiutorem, is, non aliàs cum futura successione detur, quam hac causa prius diligenter à sanctissimo Romano Pontifice cognita sit, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit.*

Et confirmatur primo ex Innocent. III *in cap. ex parte 5. de clerico agrotante, vel debilitato*, vbi Episcopo uitensi, qui propter infirmitatem incurabilem, in qua fere per quadriennium laborabat, pastorale officium non posset vllatenus exercere. † Secundo ex successione sancti Augustini ad Ecclesiam Hypponensem, de qua erat Episcopus B. Valerius, vt etiam de Euaristo Papa *epistola 2.* scripta omnibus Episcopis relata *in cap. sicut, & cap. non licet §. ecce his*, & S. Paulini *vnica ad Roman. in cap. non autem 7. q. 1.* † Et de Valerio Cæsaraugustano Episcopo, qui elegit sibi D. Vincentium coadiutorem, in enunciando Dei verba propter linguæ impedimentum, quo Valerius eo munere, & officio fungi non poterat, vt refert Valenzuela, Velazquez *1. p. cons. 98. n. 39.* † Vbi addit Pontifices iustis rationibus, & concilio superiores, & propter magnas conuenientias admisisse coadiutorias cum futura successione in his Regnis Hispaniæ in canonicatibus, Dignitatibus, & portionibus Ecclesiarum cathedralium, iuxta quæ de his coadiutoriis dixi supra *in Rub. de offi. ord quæst. 694.* 3 4 5 6

Et faciunt plura alia, quæ dixi in Rubrica nostri tituli, & in nigro de vicariis perpetuis, qui dantur à Papa Parochis, & Rectoribus infirmis, senibus, debilitatis, aut impeditis, qui tales dicuntur in actu quoad curam, & administrationem, & proprietarij tantum in habitu cum sola assignatione Congruæ: & in terminis facit quod refert Eusebius *in historia Eccles. lib. 6 cap. 11.* de Harciso Episcopo Hierosolimitano, qui vixit centum sexaginta sex annis, cui datus fuit coadiutor in administratione Alexander Episcopus Capadociæ. 7

Sed quia praxis obseruat non dari coadiutores dictis Episcopis, & Prælatis cum futura successione, nec in nostris Regnis Hispaniæ, nec in aliis orbis, & forte ne casus contingant voti captādę mortis, contra regulas iuris *in c. ex transmissa, cap ad extirpandas de filiis Præsbyteror. c. grandi de supplenda negligentia Pralatorum. lib. 6. c. 2. de concessione Prabenda cum Vulgatis, & verbis dicti c. 7. Trid. in dicta sess. 25.* vbi prohibitæ fuerunt ea de causa omnes coadiutoriæ in beneficiis Ecclesiæ, & quia in Ecclesiis non debent permitti successiones hæreditario, aut sanguinis iure iuxta quæ longe scribunt Doctores *in c. 1. de prab. per textum ibi*; vbi referunt plures concordantes, & *in c. Apostolica 8. q. 1.* 8

Indeque prouenire, vt non succedatur in Episcopatibus iure hæreditario, illis quidem de causis assignatis in Concilio Antiocheno *cap. 23.* & quas præstant Concil. Martini Papæ *c. 8.* S. Hylarius in Synodo Romana *c. 5. in c. 3. 4. & 5. relatis causa 8 q. 1* † Non enim Episcopale munus putatur ius hæreditarium, quod sola Dei nostri benignitate confertur ex D. Hieronimo *ad tit. cap. 1. D. Isydor. de Eccles. officiis lib. 2. cap. 6.* qui redarguunt Episcopos canentes posteris præsulatus Dignitatem relinquere; ad quod referunt DD. Moysis factum exod. *cap. 33. relatum in c. Moyses causa 8. q. 1.* & causam relatam Trid. & *dict. cap. 1. de concess. prab. & cap. ne captanda eodem lib. 6* quæ in similibus coadiutoriis imminet votum captandæ mortis, vt ibi firmant DD. plures 9 10

plures relati à Barbosa, Mohedan *decis.* 10. *tit. de priuileg.* & *indultis n.* 7. *additio ad Afflictis decis.* 291. *numero* 4. Valenzuela *supra num.* 37. & 38.

11 Quibus principiis suppositis, & illo nempe quod Clericus infirmus percipit fructus sui beneficij, *cap.* 1. *de clerico agrot. minis̃tr.* & quod sic practicetur hodie etiam in Cathedralibus,& collegiatis in quibus canonicis, & Dignitatibus solent quibusdam illorum iofirmis cum futura, successione, Pontificia dispensatione,postulato prius adsensu Episcopi, Decani, & capituli eiusdem

12 Ecclesiæ. † ita vt proprietarij coadiuti omnes percipiant fructus, Coadjutores nihil ex fructibus,si aliter conuentum non sit, & expressum in narratiua, quæ sit Romano Pontifici ad gratiam obtinendam;eo quod isti tantùm vocentur canonici ficti, quibus nulla perceptio fructuum permittitur;quousque proprietarij coadjuti moriantur iuxta communem DD. quos refert, & sequitur Barbosa *in dicto cap.7.Trid.sess.*25. *de re-*

13 *format.n.*7.8.9. 10. & 11. † Vbi limitat quando nullam congruam haberet coadjutor; imo videmus solitam esse apponi in Bullis pro coadiutoribus expeditis clausula sequens: *quia partes ita conueniunt, quod coadiutor non possit petere congruam, nec quidquam exigere quouis titulo ratione coadiutoria*, sicut refert Nicolaus Garcia *de beneficiis p.*4.*cap.*5.*in addition.sub n.* 130. *dubio* 36. quam etiam extendit Barbosa,etsi in narratiua non dicatur quod ille,qui fit futurus coadiutor habet beneficium,siue pro victu congruam.

14 Cumque proxime dicta vera sint, & certum etiam in iure Episcopum quamtumuis infirmum, etiam infirmitate incurabili, & insanabili, non esse priuandum Episcopatu, nec compellendum vt relinquat, succedat illum iuxta dispositionem Innocent. III *in cap exparte de clerico agrot*, vbi referens infirmitatem, quam patiebatur Episcopus,de quo ibi fuisse annorum quatuor in verbis sequentibus ibi: *verum cum ipsum ad cessionem compellere non possis, nec debeas vllo modo, nec afflicto afflictio sit danda, imo potius ipsius miseria miserendum,eo quod idem vir bonus extiterit, & Ecclesiam salubriter sibi commissam gubernauerit*, solummque commendauerit Pontifex Innocent.Archiepiscopo Arelatensi, vt illi Episcopo infirmo daret associatum in verbis sequentibus *mandamus quatenus illi coadjutorem adsocies virum prouidum,& honestum, per quem tam Episcopo, quam populo succurratur.* Reuera dici debet socium coadjutorem illum non fuisse cum futura successione,cum hoc procederet contra regulas iuris proxime adductas, sed tantum vicarium,qui pro Episcopo suppleret in pastorali officio ea,quæ idem Episcopus per se non posset adimplere,& exequi.

15 Vnde considerato etiam, quam difficile sit, vt Pontifices Romani admittant cessiones, & resignationes proprij Episcopatus quas intendunt facere oonnulli Episcopi ex considerationibus relatis *in cap. nisi cum pridem de renunciat*, vbi latè expendunt DD. & nos nonnulla notauimus, & exprimit Papa Euaristus *in cap. sicut* 7. *q.* 1. *ibi sicut vir non debet adulterare vxorem suam, ita nec Episcopus Ecclesiam suam; id est vt illam dimittat ad quam sacratus est*, & quod tunc quando casus contingit,fit ad petitionem eiusdem volentis relinquere Episco, atum iustis de causis, de quibus,& oun aliter,vt apparet ex verbis *dicti cap.sicut* sub vers.*esse* ibi,*cæterum quando aliquis, vel senectute,vel infirmitate grauatus,susceptum officium administrare non valet, si alium sibi substitui petierit,rationabiliter fieri potest*,& ibi, *si vero idem Ioannes,& fortasse pro molestia,sua petierit,vt ab Episcopi honore debeat vacare eo petitionem scripto dante concedendum,aliter autem facere pro omnipotentis Dei timore, omnimodo non audemus* Ex quibus,& ex glossa *ibi* verbo *petierit* probatur nulli infirmo dandum esse coadjutorem nisi ad petitionem suam, vt *in cap. quamnis dicta causa* 7.*q.*1. *ibi: data sibi supplicatione nos petiit.*

Ex quibus resultat quod, vt Episcopus infirmus priuetur Episcopatu,aut quod ei detur coadjutor,debet præcedere eiusdem adsensus, & petitio,& non aliter, & hoc apertius probatur ex considerationibus S. Gregorij *in* 7. *lib. Registr. in dist.* 1 *epist.*49. ad Marianum Episcopum Rauenæ, & quæ referuntur *in dicto cap. quamnis* el 2. *dicta causa* 7.*q* 1. de quodam Episcopo laborante admodum in capite,sic quod mente alienata agere soleret scribentis ad Eutherium Episcopum,vt apparet ex registro *lib.* 11. *epist.* 7. in sequentem sententiam *ibi ne ergo Languente Pastore,grex, quod absit insidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel Ecclesia ipsius vtilitates depereant, cauta nos necesse est prouisione tractare; & ideo quia vinentem Episcopum ab officio suo necessitas infirmitatis, non crimen abdacit alium loco eius,nisi recusante eo, nulla sinit ratio ordinari; sed si interualla ægritudinis habere est solitus ipse data petitione,non se vlterius ad hoc ministerium habere intellectum, nec ad alia officia subueniente infirmitate posse fateatur assurgere, & alium suo loco spectat ordinandum,* & ibi: *enim vero,si nullo tempore ad sana reddit mentis officium.* 16

17 Nihil clarius ad propositum posse adduci patet; siquidem ex prædictis verbis probatur aperte nec Episcopo dementato inhabili ad gubernandum posse alium Episcopum dari, nisi præmissa eius petitione, & tunc fiet expensis sui Episcopatus,vt apparet ex illis verbis ibi, *& quousque eandem Episcopum in hoc sæculo vita tenuerit sumptus ei debiti,de eadem Ecclesia ministrentur,* quod sic factum fuit;quia ille Episcopus resignauerat, & relinqueret eius Episcopatum ex libera voluntate; & quia eius dimissio fuit acceptata,& admissa ad similitudinem aliarum dimissionum Episcopatuum, quæ temporibus hisce practicatæ fuerunt † in Episcopo D. Fr. Francisco Arauxo 18 Dominicano hic nunc Matriti degente, qui dimisit in manus Papæ Episcopatum Segouiens,ac visum est ab hinc annis sexdecim in Episcopo meæ Ecclesiæ Vallisoletanæ in D. Fr. Gregorio Pedrossa S.Hieronymi Religioso,& in D.Ioanne Sanchez Episcopo Canariensi, sibimet reseruatis pensionibus pro congrua; & demum in Domino meo D. Didaco de Arce & Reynoso Episcopo Placentino,qui etsi post creatum inquisitorem generalem in his Regnis Hispaniæ retinuerit Episcopatum animo ad illum reuertendi per septem, aut octo annos demum à Rege compulsus,ne dimitteret officium inquisitoris generalis, dimisit in manibus summi Pontificis illum Episcopatum, reseruata sibi pensione super illo.

Ita dicendum est,vt numquam à proprio Episcopatu remoueatur Episcopus viuens, quamtumuis grauit infirmitate detentus sit, vt alius super 19

pooatur,& foper ordinetur eo viuente, vt defini-
tum fuit in Concilio Auermanian, ibi *vt nullus
viuente Episcope, alius superponatur, aut super-
ordinetur Episcopus, nisi forsitan in eius locum,
quem capitalis culpa deiecerit* relato io principio
dictæ causæ 7. *dist. q.* 1. vbi glossa, verbo *quod
autem viuente*, dicit hoc nunquam accidere, nisi
in Episcopo deposito, & in eo, qui reounciauit
Episcopatui de licentia Papæ, aut in eo, qui se
transfert ad aliam Ecclesiam per ambitionem.

Et quamuis dandum esse alium Episcopum
20 substitutum Episcopo grauato infirmitate incura-
bili, vel si Episcopus est nimis senex, tamen glos-
sator illud tantum admittit in leproso, qui à Dig-
nitate remouetur propter Scandalum ex *cap. tua
de Clerico agrotante*, & addit quod epiliptici, &
alij diututno laborantes, non deiiciuntur ex *cap.* 2.
dist. q. 1. 7. quibus tantum dantur coadiutores
21 tato, & hoc dispensatione magna † vti ex casu
adducto S. Augustini apparet relato *in cap. non
autem dicta causa* 7. *q.* 1. qui electus fuit, vt sup-
pleret prædicationis officium pro illo Episcopo
infirmo & non, vt ei succederet, oisi tamquã asso-
ciatus, vt apparet ex verbis ibi, *vt verba cœlestia
Augustini ore perciperent, qui ad maiorem mu-
neris gratiam nouo more prouectus*, vbi glossa
ponderat, quod iste fuit casus singularissimus, &
22 ibi *ita consecratus est, vt non succederet in Ca-
thedra Episcope, sed accederet*, ex quo intel-
ligitur cum glossa ibi verbo *accedere* quod S.
Augustinus fuit minor in administratione. † Et
quod tantum in casu necessitatis admittitur vnus
Episcopus, vel vicarius alterius, ne sit ibi mon-
strum habens duo capita, vt adnotant DD. per
textum *ibi in cap. quoniam in plerisque de officio
ordin. lib. 6. ime* & idem S. Augustin. admiratus
fuit in sua nominatione, sicut aliis verbis dixit *in
epist.* 148. Scribens ad Valerium, relatis *in cap.
ante omnia in fine dist.* 40. ibi *nam quid aliud
23 existimem, nescio, vt secundus locus guberna-
culorum mihi traderetur, qui remum tenere non
nouerat.*

Itaque si casus, qui se se obtulisset, tantum esset
de dando alio Episcopo coadjotore (qoia io
proprietate non potest) ratione infirmitatis, siue
senectutis, qua foret impeditus percurrere suum
Episcopatum visitando oues, ac recognoscendo
subditos, si tamen talis infirmus, siue senex Episco-
pus integri Iudicij esset; sic vt eius mandato, &
ordine, suus vicarius generalis, visitator, aliique
ministri supplerent illius defectum in parte iuris-
dictionali, tunc alius sibi daretur coadjutor Epis-
copus in partem solicitudinis ad potestatem or-
dinis exercendam. Quo in casu dubitari potest,
numquid Episcopus coadjutor nominandus pos-
sit esse cum futura soccessione; & pro responsione
notatu Digna est doctrina Abbatis, Panormitaoi,
qui loquens Pontificum nomine, & de eorum fa-
cultate in dispensando occasione oostri casus *in
dicto cap. ex parte de cleric. debilit.* ibi: ad verba
nec possis profert sequentem seoteotiam, *quadam
possumus, qua non debemus, quadam vero non pos-
sumus, nec debemus, quadam possumus, & debe-
24 mus: nam multa potest Papa, qua facere non debet
cum iudicari ab alio regulariter non possit.* Pro-
bans sic *ex cap. aliorum, cap. nemo* 9. *q.* 3.

Et hinc prouenit, vt quamuis communis DD.
fateantur ex Diuo Gregorio relato *in cap. scripsit.
dict. quest.* 1. *causa* 7. per illa verba, *quipossit eius
curam omnem agere, & locum illius in regimine*

quod coadjutor habet plenam, & liberam admi- 25
nistraooem, addatque Gonzalez *in reg.* 8. *Can-
cel.* §. 9. *glossa* 5. *n.* 3. & 4. id procedere non solùm
in temporalibus, sed etiam in spiritualibus. † Et
notent etiam Panormit *in cap. quoniam de officio
ordin.* Azor *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *quest.* 23.
concessione, & dispensatione Pontificia, duos
Episcopos posse in vna ciuitate pares authori-
tate, & potestate iusta de causa institui (quod in
duobus summis Pontificibus non admittitur, vt
affirmat Gerson. Couarruu. Pelagius, Simanchas,
Corduba, Azor, & cum aliis Barbosa *in dicto cap.* 26
non autem dicta causa 7. *q.* 1. *n.* 6. *in fine*) nihil-
ominus in practica oon videmus admissum.

Videmus vero nunquam in oostris Reg. Hisp.
nec in aliis Pontifices nominasse, elegisse, siue 27
confirmasse Episcopum aliquem coadiutorẽ cum
æquali, siue maiori iurisdict. & potestate, quam
proprietaos haberet causa infirmitatis, aut sene-
ctutis. † Et quod solum aliquando viderimus, est
nempe plures Episcopos, ex relatis causis renun-
ciasse, & dimisisse proprios Episcopatus in mani-
bos Papæ, vt prouideret; oec vnquam vidimus 28
Episcopos proprietarios propter infirmitatem, aut
senectutem priuatos fuisse, nec datos fuisse coad-
jutores coo libera administratione illis desentien-
tibus. † Et quod tantum praxis admiserit, est oem-
pe, vt Episcopo infirmo, aut seoi detur coadjutor
ad propriam impediti petitionem, qui dicitur
vulgo Episcopus *de anille* consecratus, vt ad be-
neplacitum proprietarij impediti valeat exercere
ordiois fuoctiones, quas Episcopus proprietarius,
si validus esset foret adimpleturus, & qoas nequit
peragere, vel quia infirmus, aut senex, vel qoia
Diœcesis nimis longa est, & abuodans sub dictis
vti accidit continuo in hoc Archiepiscopatu To-
letano, in quo licet eius Archiepiscopi fruantur
salute integra, & sint in ætate robusta, adhuc ha-
bent, in Socios curæ Archiepiscopalis duos, vel
tres Episcopos sic dictos *de anille* propriis Ar-
chiepiscoporum expensis, hoc est massæ Archie-
piscopalis, & qnemadmodum habuit Archiepis-
copus Manso Burgis Consobrinum eius vocatum
D. Petrum Mansum Episcopum coadiotorem, D.
Heoriques Primentel Episcopus Conchen. hodie
D. D. Petr. Carrillo, & Acugna Archiepiscopus
Compostellan. qoi exercent iurisdictionis pote-
statem per Prouisores, & visitarores; aliam in-
quam ordinis per dictos Episcopos sibi socios vul- 29
go *de anille*, quibos etiam solet facultas præstari
visitandi per Episcopatum, & iudicandi causas in
tribunali si sit aliquis iuris canonici professor.

Coadiutorum modus prædictus est, qui mino-
res difficultates præstat, quia cum tota eorum fa-
cultas, exercitium, spirituale, siue iurisdictionale,
aut illud iotegrom pendeat ab ipso Episcopo pro-
prietario, à quo dimanat, vel à Pontifice, qui coad-
iutorem nominauit officio suo, eo quod fuerit de
necessitate Diœcesis, informatus; non enim in
prædicto modo agnoscitur votum captandæ mor-
tis, cuius de causa iura & concilia caute prouide-
runt, auferendo regressus, accessus, & coadiutores
cum futura successione, *in dicto cap.* 7. *sess.* 25. *de
reformat.* & hoc etiam si cooseotirent ipsi Epis-
copi proprietarij, & quia per illum etiam reprimi- 30
tur ambioo, quam aliter haberent Episcopi coad-
jutores apperendo maius exercitium, quam eis
iocumberet in præiudicium; imo & in odium
proprietarij eum parui pendendo. † Sicut tempo-
ribus antiquis Ecclesiæ accidit cum Coepisco-
pis,

pis, de quibus aliquid dixi supra *in Rubrica à n.* 15. & alibi qui dati ad certa ministeria Episcopis incumbentia in adiuuamem tanta ambitione fuerunt notati, & deprehensi, gerendose pro Episcopis, in ordinando, & exercendo officium Pastorale, quod merito eorum ordo ab Ecclesia damnatus fuerit, vt patet *ex cap. Corepiscopi dist.* 68. Vbi hæc, & aliæ, causæ huius absolutionis relatæ sunt, sicut, & explicant Henriquez, Ricciulus, Carranza, & alij, quos ibi refert Barbosa *n.* 6. *in fine, & in pastorali p.1.tit.1.cap.6. n.* 22. & Videndi sunt textus *in cap. quamuis, cap. in Ecclesiis 68. dist.* vbi dicitur qualia officia poterant exercere ex vi suæ creationis, sicut etiam referunt Belarmin. *in controuers. Catholicis tomo 1. controuers. 5. lib. 5. de cleris, cap.* 17. Barbosa Legendus cum Henriquez, Petro Gregorio, Filliucio Moneta, Ricciulo, & D. Roderico Acugna *de iure Eccles. lib. 1. torp cap.* 16.

Ex quibus patet vt quemadmodum dicti
31 Coepiscopi dicebantur, qui in aliena Diœcesi ministrabant, vt faciunt hodie Episcopi titulares suffraganei Episcoporum, de quibus visus est loqui Damasius *in epist. 3. & concilio Anthiocen. can.* 8. dum illis concedit dare litteras dimissorias, aut commendatitias generales, seu formatas, *& can.* 10. ibi *Corepiscopi, qui manus impositionem ab Episcopis acceperunt, & veluti Episcopi sunt ordinati*, vt cum aliis refert idem Barbosa *dicto cap.*
32 *16. sub n. 4. de iure Eccles.* † Ita etiam contingere in Episcopis Coadiutoribus, siue vicariis eorum, qui sunt Episcopi in proprietate Diœcesum, quia illi coadjutores non habent, nec habere possunt illam integram, & onimodam potestatem, qualem habent ipsi proprii Episcopi, sed tantum quoad supplendam insufficientiam Episcoporum infirmorum, & senum, in his ministeriis videmus inquam plures Episcopos nostris adhuc temporibus infirmasse habitualiter, & alios admodum senes, qui ex lectu, & à Domo gubernant integros Episcopatus, & subditos per alios ministros, & visitatores, & iurisdictionalia per vicarios, & Prouisores, cætera ordinis per se exercendo absque necessitate habendi Episcopos coadiutores.

33 Vnde iam apparet quanta reuera sint necessaria, vt occurrant ad hoc quod Pontifex Summus, qui est super ius, & concilia decernat super nominando, & creando aliquem coadiutorem Episcopum cum futura successione, ac substitutione Episcopi, alias infirmi, senis, aut quouis alio modo regere suam Diœcesim impedito, & cum qua cunctatione, atque pleno examine cuncta rimari, vt non descedat à mente *Concilij Trid. dict. cap. 7. sess.* 25. vbi prohibendo futuras successiones in beneficiis, & Episcopatibus, in his tantum permittit in vers. *quod si quando, si causa prius diligenter, & à sanctissimo Romano Pontifice sit recognita* & qualis, seu quales debeant esse, examinar Flamin. Paris *de resignat. lib. 7. q. 10. à n.* 14. quarum nulla potest esse respectu Episcopi infirmi, aut senis, cum intenditur dari alius Episcopus coadiutor, cum tunc defectus suppleatur alio coadiutore partiali, & temporali ad nutum amobili & sine futura successione, dato tantùm in socium ad adiutorium guberniu, sicut praxis obseruat in Episcopis dictis *de anillo*.

Et confirmatur ex doctrina S Gregorii *dict.*
34 *lib. 11. ep. 41.* in registro, qui loquendo de coadiutore dato Episcopo d mentato, qui nullo tempore ad sanæ redit mentis officium, & quod ipsi datur persona fidelis in verbis sequentibus relatis *in dicto cap. quamuis 14. dicta causa 7. q. 1.* ibi, *ac vita probabilis, qua ad regimen Ecclesiæ idonea possit existere, atque de animarum vtilitate cogitare, inquietos sub disciplina vinculo restringere, Ecclesiasticarum rerum curam gerere, & maturum, atque efficacem se in omnibus exhibere*; non enim dixit, vt talis coadiutor esset illico Episcopus, aut cum futura successione, sed tantum vt mortuo Episcopo proprietario & infirmo, consecretur coadiutor, si superstes extiterit loco eius in verbis sequentibus ibi, *qui etiam si Episcopo, qui nunc ægrotat superstes extiterit loco eius, debeat consecrari*: quæ sane verba veniunt intelligenda, quando talis coadiutor datus laudabiliter se gessisset in gubernio Diœcesis, non aliter, sicut, & in aliquo casu posset practicari hodie in aliquo Episcopo vocato *de anillo* ob cuius benemerita nominaretur ad eandem Diœcesim, quam viuente proprietario infirmo, vt coadiutor, & vicarius gubernauerat, quod nec in hoc casu, qui videtur permissus numquam audiui practicatum, & forte quidē, ne etiam detur fumus futuræ successionis.

Nec prædictis omnibus obest qootidiana pra-
xis de concedendo Papa coadiutores Dignitati- 35
bus, Canonicis, ac Portionariis Ecclesiarum Cathedralium, & collegiatarum, quia præter differentiam, quæ in istis coadiutoriis, ac in coadiutore dato Episcopo cum futura successione versatur, est considerandum in illis coadiutoriis noo posse metueri periculum, quod in hac, de qua loquimur, vti considerauit Concil. Trid. siquidem in Ecclesiis Cathedralibus semper inseruiunt alii æque Dignitates, Canonici, & Portionarii, quorum seruitium est ministerium nudum sine potestate iudiciali, & ordinis, illa verò Episcoporum est sola, & vna, qoæ tantùm inest in eo cum cura animarum in habitu ad omnem suam Diœcesim, quam in actu exercet in singulis Parochiis locorum per singulos alios Parochos, reliquam vero potestatem iurisdictionis, aut ordinis exercens per se, aut per ministros, quos ipse nominat, & assignat, vt visitatores, ac vicarii generales, & per aliquem Episcopum dicto *de anillo*, quando ipse infirmus senex, siue aliàs impeditus nequit per se exercere iurisdictionalia, aut ordinis potestatem.

Iterum confirmatur ex relatione de Parochis
singulatum Parochiarum quorumcumque loco- 36
rum Diœcesis, quibus licet infirmis, & senibus, aut aliter impeditis, numquam Episcopus, siue Pontifex dat, ac substituit vicarios, siue Parochos, alios perpetuos, † nisi quando contigerit, quod ipsimet
propria beneficia curata dimittant libere, aut io fa- 37
uorem alterius, reseruata pensione congrua pro suo victu, vel si per aliquod enorme delictum iudicialiter aliquis Parochus fuerit priuatus, tunc enim poterit alius Parochus cum omni cura creari, vt quotidie accidit in multis Parochis dimittentibus propria sua beneficia curata in manibus Papæ, & in fauorem alterius Bullis expeditis, cum portione congrua pro victu, & sustentatione dimittentes, qui ab acceptata dimissione, & resignatione, desinit esse Rector, & Parochus, & nouus electus est, qui consequitur vere Parochiam, & futuro manibus fruitur omnibus fructibus illius beneficij dimissi, detracta tantùm pro dimitente congrua portione.

Quod enim solum inuenimus practicari 38
quando Parochi sunt senes aut infirmi, seu impediti, est nempe, vt ei dentur ab Episcopis associati

clerici

clerici vulgò *Tocnientes de cura*, idest vicarij temporales, de quibus iam late hic vsque loquuti fuimus in Rubrica hic, & *in cap. sub q.2.* quando scilicet, vel Parochi non possunt præ multitudine Parochianorum administrare illis sacramenta, aut
39 quia infirmi, siue senes † Quod est ad instar praxis obseruatæ, etiam cum Episcopis infirmis, & senibus, quibus adsociant. & coadiuuantalii Episcopi vulgò *de anillo*, qui dantur, vt pote locum tenentes temporales ad curam Episcopalem, & ad solùm quod ab Episcopo proprietario non valet exequi, nec ad plus sine eius licentia, iuxta quæ dixi *supra in cap. ad hac 3. hoc tit. q. 2. à n. 26.* hic repetenda. Quibus finitur tractatio huius textus.

AD TEXT. IN CAP. FIN. De Offic. Vicarij hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

HVIVS textus materia, quæ potest esse clauis totius tituli abunde manet explanata per dicta *supra in Rub.* vbi & *in cap. 2. & in cap. 3.* ex proposito dictum est de vicariis perpetuis ad Parochiales, & Rectorias, vbi & dictum est qui dicantur perpetui, quinam temporales, item & simili modo quæ vicariæ temporales, quæ vero perpetuæ cum obligatione etiam residendi, & assumendi ordinem Presbyteratus, per subtractionem prouentuum, vel ipsarum vicariarum; cum quibus explanata manebunt verba hic *mandamus quatenus perpetuos vicarios, vt in Ecclesiis, in quibus vicarius obtinent, resideant, et si in Presbyteros (vt eorum cura exigit) faciat promoueri per subtractionem prouentuum, vel ipsarum vicariarum appell. rem compellas*, præcipue, si adiungas quæ de residentia necessaria dicemus *infra sub tit. de clericis non residentibus*, aggregando ad praxim, quod breuiter scripsi *infra in cap. fin. de foro comp. q. fin. §. 25.* vbi *de processu fulminando contra non residentem in Episcopatu, seu beneficio*, per substractionem fructuum vsque ad priuationem. Et ad aliam partem de obligatione suscipiendi ordinem in vicario requisitum, quia eadem erit, quam habet Parochus, siue Rector ad Parochialem electus, vt liquet ex iam dictis *in Rub. & tit.* hic cum loco eiusdem Parochi subrogetur vicarius. Ideo adiunges hic quæ late dixi *infra in cap. eam te 4. de ætate, & qual. ordin. sub q. 1. & 2.* vbi de ætate, in qua debet esse? & in quo ordine, siue intra quod tempus debeat Parochus ad curam animarum electus ordine presbyteratus insigniri, vt per se administret.

Et præterquam quod hæ obligationes apparent ex latè adductis *in Rub. & in d. cap. ad hac 3. hic* vbi dictum est ad quos spectet nominatio, & examen talium vicariorum, stabilitur doctrina; quia, si vt *ibi* dixi, atque firmari perpetuus vicarius absoluit Rectorem ab officio curæ, ita vt ipse Rector eam exercere non debeat, nec possit, Felin. *in cap. extirpandæ 30. de preb n. 13. vers. ex quo sequitur*, Azor *instit. mor. p. 2. lib. 3. c. 9. q. 2. ad finem*, Barbosa *in d. cap. Legendus n. 7. & 8.* pro intellectu *cap. 7. sess. 7. Trid. de reformat* de quo latissimè dixi *in dict. cap. ad hac*, vbi de beneficiis vnitis, dum dicit, vt eodem fere modo absoluere debeat Rectorem vicarius temporalis, quia respectu principalis idem habet ministerium, & exercitium, cum in iure communi in casu, de quo *ibi* dicit, diximus *in dict. cap. ad hac*, deberet esse perpetuus, vt habet etiam textus *in dict. cap. extirpanda*, & textus *in cap. 1. de cappellis Monachor*, iuxta distinctiones, quas *ibi* proposuit, ac refert latius idem Barbosa sub nostro textu; ideo ex necessitate infertur ad obligationem, quam habent vicarii perpetui, imo, & temporales dum durant in officio residendi in Parochia, & ad obligationem, quam ipsi vicarii perpetui ordinem Presbyteratus recipiendi, tam ex vi institutionis, quà beneficiati, & intitulati perpetuò dicuntur, quàm ex vi curæ quam tenentur in Parochiis, quibus assignati, deputati, atque nominati sunt pro fidelibus Christianis præstare, atque ministrare Quibus absoluitur hæc materia, & tractatus vniuersalis *de Officiis, & Sacris Ecclesia.*

INDEX

INDEX

RERUM ET MATERIARUM

Quæ continentur in Tomo I. & II. De Officiis & Sacris Ecclesiæ.

A

Abbas.

Index Rerum,

Index Rerum,

Index Rerum,

Arbori.

Archiepiscopus.

Archiepiscopus

deferre

Index Rerum,

Auditor. iurisd.

Benedictionis

Index Rerum,

ad

Index Rerum,

Index Rerum,

Kkk 4 *Cedens.*

Index Rerum,

Chrisma

Clericus

Index Rerum,

Collatio

Index Rerum,

Concubinatus.

Index Rerum,

Confirmatio

Index Rerum,

Consiliarius.

Consensus.

Consilium.

Conceptus.

Consistoriales.

Constitutio.

Constitutoi

Index Rerum,

res

Index Rerum,

Dimissio.

Dimissoria

Dispensatio.

latum

Index Rerum,

Index Rerum,

Titulares

Epistola

Index Rerum,

Eccles

Electio

Index Rerum,

Titulares

Episcopus

Index Rerum,

Episcopi

Episcopus

Index Rerum,

& Materiarum.

Index Rerum,

Familiares

Ecclesia

Index Rerum,

Illegitimi

Index Rerum,

M

Macellarij.

Index Rerum,

Index Rerum,

Mutil

Nullitas

Ordinatus

Index Rerum,

Epylepsia

& Materiarum.

Index Rerum,

Index Rerum,

Sacerdo

Pontifex

vucarus

Index Rerum,

Index Rerum,

Polygamia, Polygamus.

Pœna.

Populus.

Portio.

Portionarius.

Index Rerum,

Præcentor

Index Rerum,

Index Rerum,

Prothono

Q

Quantitas.

R

Radij.

Index Rerum,

Religiosus

Rrr 2 Sacerdos

Index Rerum,

Scriptores

Index Rerum ,

Seruus

Seru

qua

Index Rerum,

Vacatio

V

Index Rerum,

Index Rerum,

vnctio

Vnctio

Vngula.

Vnio.

Voluntas.

Votum.

Vsusfructuarius.

Vxor.

FINIS.